VARIARVM IVRIS SENTENTIARVM PERVTILE COMPENDIVM IN DVOS LIBROS DIVISVM.

AVCTORE ARISMINO TEPATO
IVRISCONS. LANCEANO TAVRINI COMMORANTE,

IN STVDIOSORVM VTILITATEM NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVM.

CVM PRIVILEGIIS.



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Apud Ioan. Michaelem, & Io. Franciscum fratres de Cauallerijs,
Superiorum permissu, atque Auctoris.

ANNO SALVTIS DOMINICAE, M. D. XCVII.

PAVLI CONTERII IVRISCONSVLTISS. IN D. ARISMINI TEPATI OPVS NON MINVS ARTIFICIOSVM, quàm laboriosum, distichon extemporaneum.

Naturam ars superat, labor improbus omnia vincit,
His genitus quid non hic liber efficiet?

EIVSDEM EXASTICHON.

Quid statuant leges, interpres tractet vbique,
Vsus seruet, quid pluribus arrideat,
Quid schola, quid theoris, praxis, sublime tribunal
Censeat, hinc Lector discere docte potes.
Aere igitur tenui varium ne linque libellum:
Nam datur hoc vno, Bibliotheca tibi.

IOSEPHI HVMOLII IVRIS PROFESSORIS DE AVCTORE AD LECTOREM.

Terrentur Iuuenes in primo limite legum,
Nec forsan vanus pectora terror agit.
Scilicet immensum quod sit sulcare per æquor,
Qui cupit ingenuum carpere iuris opus.
Sed iam sollicito cedat de pectore terror,
Planum Arisminus nanq; parauit iter:
In riuum collegit enim vaga flumina legum;
Vela date ad portum, riuus amicus erit.

IOANNIS BAPTISTAE TEPATI IVRIS PROFESSORIS AD PATRVVM AVCTOREM.

O Quàm sacrarum arua patent latissima legum,
Nanq; nec his certus terminus vllus inest:
Nascentes siquidem canos tolluntur ad annos
Horum per vicos, exitus vnde fluit?
Quòd qui contendit legum perquirere fines,
Aequoris immensas verrere tentat aquas.
Illa tuus iam iam in paruam, Arismine Tepate,
Angustamque Tepam terminat arua labor:
Huius nanque operis præclari mœnia cingunt
Extructi miris artibus illa tui.
Ergo agat immensas pro immenso munere grates
Aegra Senecta tibi, læta Iuuenta tibi.

EIVSDEM AD LECTOREM.

CVm nimis Vrbis iam quondam difusa paterent
Romæ iura, quibus quisque regendus erat;
Inde viris Maiestas Imperialis in vnum
Præscripsit claris hæc redigenda tribus.
Si tantas tres hi laudes meruere perennes,
Laudibus hunc summis vel celebrate virum.
Solus enim, quæ tres, immo maiora recenti
Ordine cum methodo præstitit ille sua.

EIVSDEM DE OPERE.

LVcifer vt stimulat flammantis lampada Solis;
Rorantesque trahit clara per astra rotas.
Sic opus hoc varium mira nos arte regendo,
Immenso legum dux erit in pelago.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI ET D. N. CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO

ARISMINVS TEPATVS IVRISCONsultus Sempiternam fœlicitatem.

PRęclarum illud est ab Oratore in Cæsaris commendationem elogium. Nihil habet, nec fortuna tua maius, quàm vt possis: nec natura tua melius, quàm vt velis conseruare quamplurimos. Sed mihi nescio quid amplius videor adferre posse, Beatissime Pater, quòd tanto verius de te prædicari debeat, quanto modestum illum, & clementem Imperatorem, non dicam Religione, quod omnes intelligunt, sed virtutum omnium studio, atque gloria longissimè superasti. Cùm enim tuam singularem in omnes curam intueor: cùm quotidie ad nos litteræ de tua liberalitate, prudentia, vigilantia perferuntur: cùm sermonibus eorum frequenter intersum, qui te in illa specula Christianæ Reipublicæ inuigilantem coram admirari satis haud quaquam potuerunt, sentio me ad eam orationem, & laudem permoueri, sic vt exclamare cogar: Nihil habet, Pater sanctissime, nec fortuna, dignitasque tua maius, quàm vt possis: nec natura, virtusq; melius, quàm vt velis omnibus Paternum officium exhibere. Quod vt facio ea mente, qua debeo, vtq; quod in omnes confertur, id etiam omne duco meũ; sic officij mei rationem existimo, aliud quàm verborum obsequium postulare, siquid scribendo, meditando, procurando possim, id verò, vel maximè desiderare. Neque tamen negare audeam me quamuis alioquim iam spontè satis incitatum, litteris tamen admodum Reuerendi Domini mei D. Bartholo-

męi Bonesij Lanceani,luminis, & ornamenti Lancei nostri, quem tibi propter singularem probitatem, & prudentiã à cubiculis esse voluisti, mirificè recreatum,timorem omnem, quo non parum angebar, ne temerarius inscribendo viderer, deposuisse. Significabat enim te litteratos omnes diligere; omnibus, qui ad sapientiam aspirent, portum esse; nulli, qui se ad te reciperet, benignitatis tuæ fontes clausos esse; in omni quidem scientiarum genere, sed maximè in legibus, & iure esse versatum, vt in tantarum rerum commemoratione non potuerim esse non insanus, ne dicam ingratus,si cũ breui compendio summam legalis philosophiæ comprehẽderim, in eaq; re cęteris diuulganda, aliquid per hosce viginti annos studij, operæque posuerim, tibi vni potissimùm hos qualescunque labores meos minimè dedicarem. Atq; vt eò magis Beatitudo vestra intelligat, quàm non temerarius fuerim in deligendo,cùm partem alteram philosophiæ nostræ,quòd meum officium postulabat,Serenissimo Carolo Emanueli Principi meo obseruantissimo offerrem,indicaremque me primam operis diuisionem nomini tuo sanctissimo dedicare statuisse,ita gauisus est, vt diceret,sibi quidem acceptã esse meam in se voluntatem,longè tamen esse gratius id, quantuluncunque est, quod tuis auspicijs cogitabam, in aspectum, lucemq; proferre. Quare quid dubitem, tanto Suasore,& Auctore quodammodo, futurum, vt serena fronte hoc meæ in te obseruantiæ pignus accipias, præsertim cùm præter ea, quæ ad summa genera pertinent, priuati publicique iuris, nonnulla de iure Pontifiçio, & de personis Ecclesiasticis pertractemus; quæ si tibi, Beatissime Pater, non iniucunda fuisse cognouero, & simul me ad maiora compelles,& laborum meorum mercedem amplissimam me consequutum arbitrabor.

CLEMENS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI AD

FVTVRAM REI MEMORIAM.

CVM Sicut accepimus Dilectus filius Arisminus Tepatus Lanceanus Iuris vtriusque Doctor Taurini commorans, ad commodum, vsum vitæ, & fori totiusq; Reipub. Christianæ vtilitatem ex Corpore vtriusque iuris, decisionibus, & iuris obseruationibus, nec non ex diuersis legalis Philosophię Doctoribus, Variarum Iuris Sententiarum quoddam opus in duo volumina redactum collegerit, sub nomine Variarũ Iuris Sententiarum Compendij, magnis studio, & labore compilauerit, illudq; in lucẽ propediem edere, & imprimi facere intendat. Sed dubitet ne huiusmodi volumina, seu opus postmodum ab aliis sine eius scitu, & licentia imprimantur, aut à primæui exemplaris immitatione excudantur, quod in maximum eius pręiudicium, & detrimentum tenderet. Nos igitur dicti Arisminii indemnitati hac in parte cõsulere, eũq; specialis gratiæ fauore prosequi volentes, eiusdem Arismini hac in parte supplicationibus inclinati, eidem Arismino, vt opus, & volumina huiusmodi ex eius commissione diuulganda, si & postquam dictum opus iuxta formam Concilij Tridentini examinatum, & approbatum fuerit, per decem annos tantùm post eorum primam impressionem, seu editionem, à quocunque, vel quibuscunque sine ipsius Arismini, aut hęredum, vel successorum suorum, siue ius, & causam ab eo, vel ab eis pro tempore habentium, licentia, imprimi, seu ab ipsis, vel aliis vendi, seu in eorum apothesis, vel officinis, aut alibi vbilibet venalia, præterquam de voluntate, aut licentia dicti Arismini impressa, vel imprimenda, teneri, aut aliàs quomodolibet haberi possit, Appostolica auctoritate concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus tàm in Italia, quàm extra existentibus, & præsertim Bibliopolis, & librorum impressoribus, & imprimi facientibus, in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, ac maioris EXCOMMVNICATIONIS latæ sententiæ, in casu contrauentionis, ipso facto, & iure absque alia declaratione incurrendæ! In terris verò Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis etiam MILLE DVCATORVM auri de Camera, pro vna eidem Cameræ, & alia denunciatori, seu etiam Iudici exequenti, ac pro tertia illorum parte Arismino, & suis prædictis applicandorũ, & insuper amissionis typorũ, & librorũ pœnis toties, quoties controuentum fuerit, ne intra dictos decem annos, vt præfertur munerandos, opus, seu volumina prædicta, aut eorum partem sine voluntate prædicti Arismini, seu causam ab eo habentium, decem annis tantùm durantibus, imprimere, aut imprimi facere, seu ab ipsis, vel aliis, præterquam de voluntate, & assensu Arismini, & suorum prædictorum impressa, seu imprimenda vendere, seu venalia habere, tenere, vel proponere, aut aliàs quomodolibet vt suprà habere per se, vel alium, seu alios, aut interpositas personas audeant, vel præsumant. Mandantes propterea vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, eorũq; Officialibus, seu Vicariis in Spiritualibus generalibus, nec non in statu temporali Sanctæ Romanę Ecclesiæ Legatis, Vicelegatis, & Gubernatoribus, vt quoties pro Arismini, & suorum prædictorum parte fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eis defensionis efficacis præsidio assistentes, præmissa ad omnem eorum requisitionem contra inobedientes, & rebelles per dictas pœnas illas sæpius aggrauando, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia auctoritate prædicta exequantur. Inuocato etiam ad hoc auxilio brachij secularis, sicq; ab omnibus cẽseri, & ita per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, nec non si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, & ignoranter contigerit attentare irritum, & inane decernimus. Non obstantibus præmissis, ac quibuscunque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu proprio, ac aliàs quomodolibet in contrarium factis, & concessis, ac approbatis. Quibus omnibus, etiam si de illis specifica, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, Illis aliàs in suo robore permansuris, ac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cęterisq; contrariis quibuscunque. Volumus autẽ quod præsentium transumptis etiam in ipso opere impressis eadem prorsus fides vbique tam in iudicio, quàm extra illud, habeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę concessionis, indulti, inhibitionis, mandati, decreti, derogationis, & voluntatis, infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ. M. D. Nonagesimo quarto Non. Aprilis, Pontificatus nostri, Anno tertio, subscriptũ.

Hieronymus Paratus.

ILLVSTRISSIME PRÆSVL.

ARisminus Tepatus Iurisconsultus Lanceanus hac in Ciuitate commorans ex Corpore vtriusque Iuris, decisionibus, & iuris obseruationibus, nec non ex diuersis legalis Philosophiæ Doctoribus, Variarum Iuris Sententiarum opus quoddam in duo volumina redactum sub nomine variarum iuris sententiarum compendij, decerpsit. Quod opus cùm in lucem edere cuperet admodum Reu. Domino Patri Inquisitori, vt ab ipso illius imprimendi facultatem obtineret (q; quidem eo viso, ac diligenter examinato, est assequutus) videndum obtulit At nunc dictus Tepatus maiori sui purgatione, dictiq; operis comprobatione à te, Illustrissime Præsul, iuxta Concilij Tridentini formam, ac dispositionem, approbationis ipsius obtinendæ summo tenetur desiderio. Quare ad te confugiens suppliciter orat, vt dictũ opus post eius impressionem, qui tibi magis probabitur, huic videndum, reuisendum, atque examinandum pręscribas, ac cõmittas, vt huiusmodi à te approbationẽ, eo viso, & examinato, iuxta formã dicti Concilij cõsequatur, & melius.

Arisminus Tepatus.

CArolus Brolia Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Archiepiscopus Taurinen. Dilecto nobis in Christo Reu. Domino Frãcisco Vilminio Theologo nostro, & Vicario perpetuo Parrochialis Ecclesiæ Sancti Andreæ huius Ciuitatis. Salutem in Domino, visa supplicatione subannexa, & illius tenore considerato, ac Mag. D. Arisminio Tepato supplicante instante ad hæc, & requirente. Tibi per has nostras committimus, & mandamus, quatenus opus de, & pro quo supplicatur, post illius impressionem, diligenter visites, legas, & examines iuxta supplicata, votumque tuum nobis super hoc referas, vt eo viso, & audito, quod iustum, & æquum fuerit decernere valeamus. Nos enim in præmissis, & circà eum dependentibus vniuersis tibi plenam præsentibus impartimur potestatem, & vices nostras in Domino delegamus, Act. & Dat. Taurini die decima tertia Mensis Nouembris. M.D. Nonagesimo quinto.

Carolus Archiepiscopus Taurinen. Constantini.

ANno Domini, Millesimo quingentensimo Nonagesimo sexto, & die vigesima tertia Mensis Martij. Vniuersis sit manifestum, quòd hodie Taurini coram nobis Carolo Brolia Dei, & Apostolicę Sedis gratia Archiepiscopo Taurinen. Comparuit Mag. Dominus Arisminus Tepatus Iurisperitus huius Ciuitatis incola Lãciensis patriæ alumnus. Exponens quòd cùm legalis Philosophiæ opus quoddam sub nomine Variarum Iuris Sententiarum Compendij, in lucem edere exoptaret, hoc ipsum admodum Reu. D. Patri eiusdem Ciuitatis Inquisitori videndum tradidit, & ab ipso D. Inquisitore, eo ipso viso, & examinato, eius imprimendi facultatem, & à summo Pontifice, ne iterum, nisi adsit eiusdem Tepati consensus, dictum opus imprimatur, priuilegium est assecutus, vt videre est in diplomate, quod producitur Romę, Anno M. D. Nonagesimo quarto Non. Aprilis, dat. Et cùm priuilegium hoc illi ea fuerit conditione permissum, & concessum, vt dictum opus iuxta Concilij Tridentini formam esset examinandum, & approbandum, ipse Tepatus huiusmodi vt approbationem consequeretur, supplex ad nos venit, vt qui nobis magis, magisque probaretur, ei denuò dictum opus eius post impressionem, videndum, legendum, atque examinandum præscriberemus, vti litteris nostris patentibus hac in Ciuitate die decimo tertio Mensis Nouembris proximè fluxi dat. hoc ipsum admodum Reu. D. Frãcisco Vilminio Ecclesiæ Parrochialis S. Andreæ pñtis Ciuitatis perpetuo Vicario, ac Sacræ Theologię Professori commisimus, & in mandatis dedimus, qui eiusdem mandati virtute opus prædictũ, quod duobus continetur voluminibus, quorum vnum quodq; folia in se quadringenta, & quatuordecim substantialis materię includit, Rubricis exceptis, & iis, quæ promiscuè, communiterué in cuiuscunque operis fronte solent imprimi, vidit, legit, atque etiam examinauit. Et cùm eo ipso in opere nihil extiterit, quod fidei Catolicę, Ecclesiæq; Sanctæ repugnaret, atque obstaret. Hac de causa nos obsecrauit, & obsecrat dictus Tepatus, vt hoc suum opus, iuxta formã dicti Sacri Concilij Tridentini, per nos approbetur, & comprobetur, & vt conditio in supradicto priuilegio apposita, suum consequatur implementum, publicæ sibi testimoniales concedantur. Quibus auditis, Nos Archiepiscopus memoratus, habita prius ab ipso Reu. Domino Francisco Vilminio Theologo nostro testimonij formula, se videlicet dictum opus impressum vidisse, legisse, & examinasse, nihilq; in eo, quod fidei Catolicæ, Ecclesiæ Sanctæ, & approbationi requisitæ repugnet, atque aduersetur, reperuisse, vt ita ibidem præsens, & coram nobis personaliter constitutus testatus est. Propterea opus prædictum (iam impressum quo ad tractatus totius substantialis materiæ) volumina duo vt suprà continens, tanquam legitimum iuxta formam dicti Sacri Concilij Tridentini, & ad implementum supradictæ conditionis in prædicto priuilegio Apostolico appositæ, comprobauimus, & approbauimus, testimonialesque de præmissis omnibus eidem Domino Arismino cõparenti in suprascriptam formam concedimus, quas manu nostra firmatas fieri, & per Secretarium nostrum Archiepiscopalem subsignatum, subscribi, sigilloq; nostro debitè communiri iussimus, & fecimus. Act. & Dat. Taurini, vt suprà.

Carolus Archiepiscopus Taurineñ. Constantini.

ANno à Natiuitate Domini sumpto M. D. Nonagesimo sexto, & die octaua Mensis Aprilis. Vniuersis sit manifestum, quòd hodie Taurini in Conuentu Sãcti Dominici coram nobis fratre Bartholomeo Rocca de Pralormo Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Doctore, Inquisitore generali Taurini, Fossani, & Nicię, ac locorum dominij Celsitudinis Sabaudiæ in Dięcesi Vintimilierẽsi existentium contra hæreticam prauitatem à Sancta Sede Apostolica specialiter delegato. Comparuit multum Magnificus Dominus Arisminus Tepatus Lanceanus Iuris vtriusque Doctor in hac Ciuitate commorans. Exponens quòd cũ legale quoddam opus sub nomine Variarum Iuris Sententiarum Compendij in lucem edere cuperet, hoc ipsum nobis Inquisitori videndum obtulit, & à nobis, eo opere viso, & examinato, eius imprimendi facultatem, & à Summo Pontifice, ne iterum, nisi interueniente consensu eiusdem Domini Tepati, dictum opus imprimatur, priuilegium obtinuit, vt videre est in diplomate Romæ dato Anno 1594. Non. Aprilis. Et cùm tale priuilegium ipsi Domino Tepato ea fuerit conditione concessum, vt idem opus iuxta Concilij Tridentini formam esset examinandum, & approbandum, ipse D. Tepatus, vt huiusmodi approbationẽ post eius operis impressionem assequeretur, ab Illustri & Reueren. D. Archiepiscopo huiusce Ciuitatis litteras delegatorias in hac

Ciuitate

Ciuitate datas die decimo tertio Mensis Nouembris proxime præteriti, obtinuit. Quibus mandatum fuit admodum Reuerendo Domino Francisco Vilminio Ecclesiæ Parrochialis Sancti Andreæ huius Ciuitatis perpetuo Vicario, ac sacræ Theologiæ Professori, vt idem opus examinaret, & videret, qui eiusdem mandati virtute opus prædictum, quod duobus continetur voluminibus, quorum vnum quodque folia in se quadringenta, & quatuordecim totius substantialis materiæ includit, vidit, legit, atque etiam examinauit; Et cùm eo ipso in opere nihil contineretur quod sit contrarium Sanctæ fidei, vel in aliquo illā, aut Sanctam Ecclesiam lædere possit, consequutus est à suprascripto illustrissimo Domino Archiepiscopo ipsam approbationem, pro implemento dictæ conditionis in præmisso priuilegio appositæ, vt constat litteris in hac Ciuitate datis die vigesima tertia Mensis Martij proximè præteriti, sed quia ex forma prædicti Concilij requiritur etiam approbatio nrā: Idcirco dictus Dominus Tepatus nos exorauit, vt etiam hoc suum opus iuxta formam dicti Concilij per nos approbaretur, & comprobaretur, & vt conditio præmissa suum plenum consequatur implementum, publicæ sibi testimoniales concederentur. Quibus auditis, Nos Inquisitor memoratus confirmando, & approbando in primis electionem per memoratum Illustrissimum Dominum Archiepiscopum de dicto Domino Francisco factam, de eius doctrina, probitate, & integritate confidentes, habita prius ab ipso Domino Francisco Vilminio attestatione, se videlicet dictum opus impressum vidisse, legisse, & examinasse, nihilque in eo quod fidei Catholicæ, Ecclesiæ Sanctæ, & approbationi requisitæ aduersetur, atque contrarietur, reperuisse, vt ita ibidem præsens, & coram nobis constitutus restatus est. Quapropter opus prædictum volumina duo vt suprà continens tanquam legitimum, iuxta formam dicti Sacri Concilij Tridentini, pro implemento iam dictæ conditionis in prædicto priuilegio Apostolico appositæ, comprobauimus, & approbauimus, & per præsentes comprobamus, & approbamus, testimonialesque de præmissis omnibus eidem Domino Arismino comparenti in suprascriptam formam concedimus, quas manu nostra firmatas fieri, & per Secretarium nostrum subsignatum subscribi, sigilloque nostro debitæ communiri fecimus, & iussimus, act. & dat. vt supra.

Frater Bartholomeus Rocca de Pralormo Inquisitor Taurini. *Loyris Secretarius Sancti officij.*

L'INFANTA DONNA CATHERINA D'AVSTRIA, PER GRATIA DI DIO, DVCHESSA DI SAVOIA, &c.

HAVENDOCI Il Molto diletto fedel nostro Aresmino Teppati Dottor di Leggi di Lanzo, residente in questa nostra Città, fatto sapere, ch'egli desidera mandar fuori ad vniuersale beneficio vn'opera legale da lui fatta, intitulata, Variarum Iuris Sententiarum perutile Compendium, diuisa in doi volumi, però supplicatoci, che ci degnassemo di concedergli priuilegio con espressa inhibitione ne' nostri stati, tanto di quà, quanto di là da Monti, ch'alcuno non habbi da imprimere ò far imprimere, & impresso vendere alcuna dell'opere sudette, senza sua licenza, ò di quelli, che da lui haueranno il potere, & authorità, acciò che le fatiche da lui vsate à fare tal'opera di molti anni, & le spese che vi suono andate non riuscissero vane à suo gran danno. Il che vedendo noi essere ragioneuole, & volendolo gratificare, per le presenti di nostra certa scienza, piena possanza, & auttorità, habbiamo concesso, & concediamo al sudetto Dottor Aresmino Teppati, & à suoi heredi, e successori, & à chi hauerà causa, ragione, & auttorità da lui, il nostro speciale priuilegio p anni quindeci à cominciare dal giorno ch'egli publicarà, & metterà fuori detta opera, di poter quella far stāpare, e ristāpare, & vēdere à suo piacere, & come meglio gli parirà. Inhibēdo & espressamente commandando, essi quindeci anni durante, ad ogni persona di qual si voglia stato, grado, & conditione, di nō ristampare, ò far ristampare detta opera, & quella ristampata da luoro, ò da altri, vendere, ne far vendere, & tener in publico, ne in priuato in tutto, ò parte ne' detti nostri stati, tanto di quà, che di là da Monti senza licenza, auttorità, e consentimento del sudetto Dottore Teppati, suoi heredi, ò di quelli c'haueranno da lui ragione, sotto pena della perdita dell'opere, che si troueranno ristampate, & di SCVTI MILLE per ogn'vno, & ogni volta, che si contrauerrà, applicanda per la terza parte al Fisco nostro, l'altro terzo al sudetto Dottore, & il restāte all'Accusatore. Mandando à tutti i nostri Magistrati, Ministri, Vfficiali, Sudditi, & ad ogn'altro à chi spettarà, d'osseruar, & far intieramēte osseruare le presenti nostre, senza alcuna difficoltà, per quāto ci hà cara la gratia nostra. Dechiarando ch'alla copia stampata delle presenti nell'opera sudetta s'habbi da dar l'istessa fede, che al proprio originale, che tal'è nostra mente. Dat. in Torino l'vltimo d'Aprile 1596.

La Infanta Donna Catalina.

V. Milliet. *Ripa.*

Il Senato Ducal di quà da Monti, in Torino residente.

AD ogn'vno sia manifesto, che vista la supplicatione presentatoci per parte del Sig. Aresmino Teppati, Dottor di leggi, residente in questa Città, tendente à fine, che ci piacesse d'approuarli, & interinarli l'alligato priuilegio dalla Serenis. Infanta concessoli, sotto l'vltimo del passato Aprile di sua propria mano firmato, debitamente sigillato, & sottoscritto, facendo ragione sopra detta supplica, e visto per noi, e letto detto priuilegio, & sentiti li Fiscali nelle luoro cōclusioni, quello gl'habbiamo ammesso, approuato, & interinato, & per le presenti l'ammettiamo, approuiamo, & interiniamo, secondo sua forma, mente, & tenore. Mandando che gli sia da ogn'vno à chi spetta osseruato, sotto la pena in esso contenuta, & con le presenti ne li registri nostri registrato, acciò all'auenire bisognando se gli possi hauer ricorso. Dat. in Torino li 20. di Luglio. 1596.

Per il sudettto Eccellentissimo Senato. Rolandono.

ARISMINVS TEPATVS IVRISCONSVLTVS AD LECTOREM.

QVemadmodum Romani in legibus sanciendis, ac condendis earũ circa interpretationem posteris scribendi viam reliquerunt, eandem circa dispositionẽ, collocationem, & ordinem mihi rationem videntur seruasse. Quòd consulẽs anno meorum studiorum quarto 1576. cùm iam per transennã vniuersum earund. legũ Corpus Ciuile vidisse, id denuò vnà cum Corpore Canonico mihi reuisendũ, atq; hinc Canones, leges oẽs, & gl. in tit. haud proprijs collocatas, & scriptas decerpendas, summatimq; describendas, ac suos in proprios locos scdm subiectam materiam transferendas putaui. Et de his sic descriptis confeci repertorium. Quare res ipsa me ad vniuersa nostri præcipui iuris lucernæ Barttoli opera induxit videnda, in quib. eundẽ, quẽ in ciuili Corpore ordinem, ac dispositionẽ cùm inuenissem, hunc videlicet Iurisperitũ quamplurima quidẽ, & considerãda in titulis, ac materijs nec suam tñ propriam sedẽ concernentib. scripsisse, q eo in Corpore, id ipsum in hisce præstiti. Post hæc cùm nihil conducibilius, vtiliusq; quã decisionum studio operam nauare mihi videretur, eius præsertim habita ratione, de quo nonnullis post annis q. Perillu. D. Præses Tessaurus in Præfatione suarũ decis. nu. 5. in fi. nostros admonuit iuuenes, vt post diuturnam, nocturnamq; versationẽ textuum, & glosarũ, Bartoliq; & Bal. Alex. Abb. & Fel. decisionib. inuigilẽt: in quib. p vnius multorum sñias legent, & bene digestas, ac maturè, sanctéq; resolutas, his pro virib. meis inuigilabã, atq; insudabã: de quib. (adhibita in primis omni diligentia eas vt oẽs haberẽ) duo per me denuò facta fuere repertoria. Quas decisiones, quàm fieri potuit breuissimè, claritas amplexa est. Cùmq; mihi ad vniuersas materias consequendas, nonnullos vt Cõsulentes peruolutarem, necesse esse videretur, idcirco aliquos cum alijs commentarijs, tractatibus, singularibus Doctorum, necnon Practicis. Ex quibus diuersis scripturis alterũ & quintum superioribus addidi repertorium. & cæterorum quouis copiosius. Atq; hæc, non quòd spe, aut cogitatione niterer aliqua ad aliud, quàm ad consulendum, & iudicandum, quotiescunq; vsu venisset. At Deus Opt. Max. (qui mihi hos labores ad hoc tantùm minimè duxerat suscipiendos) casu me quodam inopinato excitauit. Quamobrẽ sciendum est, q cùm hosce meos labores quodã cũ Iurisperito mihi pernecessario cõtulissem, is à me si fieri posset, vt ad sui vsum p me sibi vnius ex prædictis repertorijs exẽplũ hẽre liceret, sũmo studio cõtẽdit: quapropter tñ potuit necessitudo, cuius vinculo cõiuncti eramus arctissimo, vt nullo negotio voti factus fuerit compos. Deinde meas ad aures peruenit, q hic Iurisperitus repertoriũ hoc meũ noĩe suo in lucẽ edere intẽdebat, quòd initio nescio qd mihi attulit solicitudinis: Attamẽ huiusce familiaris mei viri (vulgaris hoĩum vt opin. ferebat, cuius ẽt obitus clariss. est testis) integerrimi, honestiss. optimi, et fi ugi fretus integritate, oẽm et laborẽ, & solicitudinẽ abieci. Hinc tñ huiuscemodi cæpi argumẽtũ, q si familiaris hic meus Iurisperitus (cuius fama ad q̃plurimas Orbis vsq; partes puasit) huius repertorij Scolastico ordine impressionẽ forè vtilẽ ducebat, ecquid? si tu mutato ordine, sequentib. præsertim ordinatim materijs (quòd longè ordine aberat à primo) prædicta quinque in vnum coegeris? quare inopinanter ab hac causa excitatus, facta

in primis

in primis in idea materiarũ diuisione, ex his quinque repertorijs libellũ descripsi: In quo primũ aliqua, quæ ad pſonas Ecclesiasticas, & ad Ecclesiã Sanctã spectãt: deinde quæ ad Potestatẽ secularẽ, ad leges, ad officia, ad pſonas publicas, & priuatas: et denique vniuersalẽ successiuo ordine (& ea forma, qua solent imbui processus) vtriusq; Praxis Ciuilis scilicet, & Criminalis discursũ collocaui: quæ oĩa à me, nisi reformatio adfuerit quinta, perfici nequiuere. Præterea me ad libellũ alterum, in quo labore haud minore cõtractuũ, actionũ, seruitutũ, vltimarũq; voluntatũ materias collocaui, ex suprascriptis quinque decerpendũ contuli. Et his libellis sic dispositis, ac diuisis, mirũ immodũ cõquieui, ita vt quãmaximos illos labores susceptos, tum quia opera centũ Doctorũ, ne modò exceda tur numerus, viderã, tũ etiã quia volumina octo millia, & plura tam scripta, quàm rescripta, mea manu scripseram, obliuione deleuerim. Et ne quidquã fuit scriptum, quin prius auctoritate approbatũ, aperto præsertim libro, eo, eodẽq; tẽpore, quo calamus adhibebatur: ex quo fit, vt nunquã, vel raro cõclusiones meæ ab Auctore citato dissenserint, licèt immensis allegationib. magnitudineq; operis nõnulli (correpti tñ) adsint errores. Quapropter cũ hæc duo volumina sic disposita, atq; ordinata apud me eſſet, Dei Opt. Max. fretus auxilio, illa in lucẽ edere statui, ac decreui, sperans maximæ fore vtilitati quatuor præsertim, & præcipuis, quæ eis insunt, rationibus, seu proprietatibus. Primò ratione terminorũ principaliũ totius materiæ legalis, et multorũ casuũ illius, ac practicabilium: Deinde ratione ordinis cõtinuationis materiarũ: Tertiò ratione diuisionis illarũ: Postremò ratione breuitatis, vtilitatis, et securitatis: quia opus hoc meũ plerunq; legibus cõstat, & decisionibus, in quibus iuris ambigui quæstiones extãt, ab his præsertim (in quos passio non cadit aliqua) scriptis. Et quẽadmodũ quatuor hæ in opere hoc meo contentæ proprietates vberrimos præ se fructus ferant, ita etiã quatuor hominũ genera ex his haud minores percipiant necesse est. Primò veteres Doctores firmissimis legũ præsidijs firmati, ad imminuendũ laborẽ: hic enim sedes materiarũ, imò verò materias ipsas digestas inuenient: Secundò Doctores rudes, atq; inexperti, ad vniuersam breui & Ciuilem, et Criminalẽ Praxim consequendã: Tertiò Scolares, ad cognitionem terminorũ legaliũ, necnon practicabilium, ita vt ante laureã coronã suam illos in ditionem redegerint, quòd hactenus fieri haud poterat, vt ad summum hoc fastigiũ tam breui tẽporis interuallo aspirarent: licèt enim (quod falsum) Corpori Ciuili inessent omnes, adeò tamẽ confusè, ac sparsim, vt vix assiduo multorũ annorum studio possint acquiri: quòd ipsi si è Doctoribus essent colligendi, atq; desumendi, esset quoque valde vigilandum, & summopere studẽdum, ac multi volutandi: nam non omnes eadem scripsere; imò diuersa, atque etiam præpostero ordine: Vltimò Practici, hoc.n. in opere quãplurima quidẽ, et ipsorũ munus, et officiũ attingentia habebũt, atq; etiã multis ex tẽpore vti poterũt couclusionibus, quas faciles, & claras reperiẽt: Nãq; breuitati vni licèt in primis studuerim, mihi attamẽ cõmendatissima semper fuit claritas, & hoc quo ad cõclusiones determinatè scriptas, qđ autẽ cæteræ sint indeterminatè, et remissiuè, id accidit, aut qa quæstio maiora, quã mecũ ipse statueram, exigebat scripta, aut quia, Doctoribus præcipuè inter se dissentientibus, studium maximũ desiderabatur, in quo diu immorari non liquit, cùm quod decreueram,

me ab eo reuocaret. Atqui hic meus labor cùm tot, tantisque sit hominibus vtilitatem allaturus, idcircò meæ à me partes requiri viderentur, si de hoc non eos ad immortales gratias Deo Optimo Maximo referendas inuitarem, atque quodammodo obstringerem, & ad hoc adducam difficultates, quas vt in eo perficiendo superarem, fieri nullo modo poterat, si Deus ipse peculiarem (præcedente semper eius Diuina prouidentia) opem mihi non tulisset. Sciendum est igitur patrem meum Ioannem Baptistam Tepatum filium Christoffori ab Antonio Petri filio procreati (qui omnes Practici fuere, & ne quidem vulgares) mihi decimum septimum ætatis annum agenti, nec litteris, nec ad hæc necessarijs facultatibus, si quidem nomine, & fama (quouis auro, argento, & fortunis pretiosiore) ditissimo, mortem eripuisse: Cuius nominis, & famæ quam optimus aderit testis, si quod mihi quibusdam cum Scholaribus discumbenti nonnullis abhinc annis contigit, id in medium attulero; hoc est, quòd cùm quidam Bartholomæus Pegliatius Lanciensis voto se seruituti hospitij huiusce ciuitatis Peregrinorum alligasset, atq; obstrixisset, ita vt pro eo ostiatim panẽ quæritaret: cùmq; ad illius ipsius ædis ostium tunc accessisset, quidam ab eo ex discumbentibus sciscitatus est, cuias es? cui respondit Lanciensis? atq; hinc noui aliquid intelligendi arrepta occasione, subdidit noscisne Arisminum Tepatum? noui inquit, Lancei imberbem, at nunc eum cùm diù non vidissem, minimè cognoscerem profectò? addidit præterea cognoui equidẽ eius patrem D. Io. Baptistam, quem idem Arisminus litteris, & doctrina posset excellere, sed ne quidem vitæ bonitate, ac probitate: Quibus auditis, omnes reliqua silentio inuoluere. De matre quid dicam haud habeo, id tantùm dicam eam fuisse de familia Arcatorũ nobiliss. atq; Illustr. vt neminẽ fugit. Sed vt nunc ad rem redeã, dico cùm pater meus ex hac vita migrauit, me decimum septimum ætatis annum non explere, & tunc mihi annos sex rebus domesticis operam dare necesse fuit: quo etiam tempore ab eis supersedere cũ aliquando liceret, in Praxim toto pectore incumbebam, quod fuit valde vtile, & quodammodo necessarium: Si enim terminos aliquos Praxis nactus non essem, eò difficili negotio huiusce mei operis res adduxissem, vt ita collocassem, ac degessissem: cùm præsertim conatus oẽs, ad eos terminos, qui in Praxi seruantur, in eo ordinando amplectendos, intendissem. At licèt (durum sanè) Praxi aliqua potitus essem, tamen hoc mihi maiori fuit detrimento, vulgari enim in Praxi, remissò penitus latinitati nuntio, id temporis conterui, ita vt à quatuor illis meis prædecessoribus degenerarem, qui quidem adeò perfectam cum latinitate praxim coniunxere, vt inter vulgares illius artis non numerarentur, quod minimè sanè duxi ferendum. Cùm præsertim fratrem Gulielmum haberem natu maiorem, qui adeò strenuè in Gallia pro Rege contra Hæreticos, in partibus verò Orientalib. pro Venetis contra Turcas armis se gesserat, vt ad supremũ ferè militaris artis (eã assequutus) gradum aspirasset: Cùmq; Principi suo naturali Ser. Carolo Eman. Allobrogũ Duci inseruire decreuisset, ab eo statim Dux Militiæ Lãcei, Viuci, et Valliũ appellatus est, qui tale rerũ experiẽtia, Militaris artis peritia, iudicio, acutaq; ingenij acie præbebat specimẽ, vt mirã qãdã de se, atq; ingentẽ in oẽs cõcitaret opinionẽ, & eiusmodi, vt maiora ab ipso proficisci sperarẽtur, cum nisi nobis superioribus

diebus

diebus inuida mors abstulisset. Quamobrem quamuis vigesimum tertium iam ætatis meæ annum attingerem, me mea tamen è Lancei patria Nobilissimam in Montisregalis Ciuitatem in Gallia Cisalpina sitam contuli (cui quidē Deus Opt. Max. eiusq. Mater sanctissima tempestate hac nostra sub nomine Dominæ Pilloni non procul ab ea distantis tot, tantasque infudit gratias, vt innumeris miraculis insignita appareat) Qua in Ciuitate menses quindecim, vt omissa quo ad latinitatem repeterem, grauissimo me, duroque puerorum iugo submittens D. Antonium Vallam Gymnasij eiusdem Ciuitatis Rectorem audiui. Et cùm quid hoc temporis spatio adeptus essem humanitatis, Deus ad ea me, mei quæ non attigere Maiores, ad studiū scilicet legalis Philosophiæ excitauit, atque quodammodo impulit. Quam sanè prouinciā suscepi anno 1573. hac in Metropoli Taurini Ciuitate, quæ est totius Prouinciæ decus, virtutis mater, omniumq. scientiarum fons. In ea & mea sum secutus studia ad annum vsque 1578. Iunij mense, quo mihi laurea ea etiam in ipsa imposita est corona. Tunc & confestim causarum Patroni munus cœpi exercere, Senatumq; frequentare: at hoc nō diu, cùm me Deus ad extremam manum susceptæ huic Prouinciæ imponendam procliuem, ac propensum redderet. Verum quidem est meis id domesticis rationib. honori etiam, ac famæ visum fuisse contrarium, atq; aduersum: si enim opus ad exitum perducendum erat, erant quoque negotia, & lucra prætermittenda, ita vt non illa modò omittere, verùm etiam bona cuncta mea impendere oporteret. Et postrema hac parte delecta, ac constituta, res se se mihi arduam præbebat summopere, cùm tam diuturnam mei & honoris, & vitæ paterer iacturam: ignorabant enim ferè omnes cui nam rei operam nauarem, facili & negotio me inertem, ingenijque omninò expertem poterant iudicare. Atqui hinc quamplurimi (& meritò) socerum meum D. Donatum Familiam ex Decurionibus huius Ciuitatis virum optima conditione, & frugi reprehēdēdum putarunt, q. filiam vnicam suam mecum in matrimonio collocasset, videntes præsertim & me, & illam adeò depressos, vt conditio nostra statum longè maiorem desideraret. Ardua sanè fuere, quæ attigi, attamen si cum his, quæ sum dicturus, conferētur, nullius ferè ponderis, ac momenti esse inueniemus: cùm enim opus hoc ad impressionem promptum, ac paratum esset, illud meorum præsertim sanguine coniunctorum, & affinium confisus auxilio, Typis mandare constitui: verùm spe me erectum inani ipsismet manibus contrectaui; nam ab omnibus (ad reliqua licèt paratissimis) ad hæc tamen derelictum me, ac destitutum perspexi, & hoc iure optimo fortasse: Etenim me ad tale opus accingere rati sunt, cui nullo modo meæ vires responderentur, & ideò veriti sunt, nequam de me concitaui opinionem, hanc sustinere, ac tueri nullo modo possem, adeò vt opus incoatum non absolutum relinqueretur: Attamen ea fuit Dei Opt. Max. prouidentia, vt amicis iuuantibus, nunquam mihi defuerit pecunia, etiamsi sumptus fecerim quāmaximos: cùm ad huiusce mei operis impressionē papiri rismas 1300. & plures adhibuissem, & ære alieno. Nā exiguis fortunis, & facultatibus meis familiā meam ea, qua fieri potuit parcimonia annis viginti sustinui, quo tempore opus hoc (in duo volumina, & Diuina pro-

uidentia numero æqualia, diuisum) ad laudem Domini, Sanctissimæ Virginis, atque ad perpetuũ Professorũ huiusmodi disciplinæ beneficium editum, elaboraui, absolui, atque perfeci. In quo opere, seu cconclusionibus in ipso descriptis, meam sententiam, atque opinionem haud scribendam, at alienam tantùm ea maiore, qua fieri potuit, fide huc adducendã duxi. Et quotiescunque res aliter se se habeat, hocne certæ quidem scientiæ, sed errori ascribendum est: Idcirco si scriptores, ex quibus illud decerpsi, optimè secundum Iustitiam, sanctæque Ecclesiæ statutum scripserint, ego id approbo, & comprobo; sin secùs meorum Superiorum Spiritualium, & Temporalium correctionem requiro, qualem in eo ipso examinando, videndo, & approbando requisiui. De quibus omnibus Deo Opt. Max. ipsiusque Matri Sanctissimæ gratias ago immortales.

Admonitiones pro operis intelligentia.

IN primis animaduertendum erit in primo libro contineri nonnulla, quæ spectant ad Ecclesiam Sanctam, ad vtranque potestatem Spiritualem scilicet, & Temporalem, ad personas Ecclesiasticas, ad beneficia, & bona Ecclesiastica, ad leges, & aliqua, quæ vim legis obtinent, ad officia, ad personas cùm publicas, tum priuatas, & denique ea, quæ attinent ad vtranque Praxim Ciuilem, & Criminalem: In secundo verò contractuum, actionum, seruitutum, & vltimarum voluntatum materias, vt suprà in epistola ad Lectorem. In vtroque continentur Rubricæ titulorum, qui in ipso reperiuntur, atque etiam cùm in primo libro in titulis exceptionum extent nonnulli tituli habentes quandam cum contractibus similitudinem, & connexitatem, ideò opus est, vt quisque horum etiam titulorum in Rubricis secundi li. Rubricas manu signatas referri, & repeti animaduertat.

Secundò quo ad errores, & cùm numerus corruptus erit, tunc idem folium numeri allati videndum; deinde posterius vnà cum anteriore: facili enim negotio celeritate mentis, & oculorum numerus proximus pro vero adduci potuisset.

Tertiò eosdem quo ad errores, & cùm corruptus erit numerus modo prædicto, ad librorum correctionem confugiendum est, quæ licèt quamplurima errata contineat, tamen non est, cur aliquis, immensas si allegationes considerarit, admiratione afficiatur: cùm ego post impressionem duorum annorũ curriculo in conclusionib. earumq. numeris cum libris eas, ex quibus decerpsi, cõparando, corrigẽdis laborarim (aliorũ in hoc cõmodo, atque vtilitati consulens, honorem, præcipuumque meum commodum negligens) cùm præsertim maior prædictorum errorum pars in ter opere describendo sit commissa. Et hæc volui adferre, quia licèt sit error in numero, conclusio tamen erit secundum Doctorem allatum (nisi calamus errasset) cùm eam antequam scriberem, eundem Doctorem viderẽ. Et nunquam Doctores ab eo, quem videbam, citatos, sed ipsummet tantùm visum adduxi, licèt vt plurimum insint allegationes duplicatæ, quod contigit, cùm illi ipsi rei apud plurimos studuerim.

CATHA-

CATHALOGVS AVCTORVM, ET LIBRORVM, ex quibus hi duo summatim fuerunt descripti.

Dominorũ de Rota decisiones antiquæ, antiquiores, & antiquissimę.
Thomæ Fastoli decis. Canonicæ.
Aegidij Bellamerę, Gullielmi Cassiadori, Capellę Tholosanæ, & Io. Mohedanij decis. quidem Canonicæ.
Iacobi Putei decisiones similes.
Pauli Aemilij Verralli decis. huiusmodi.
Marcelli Cresensis dec. etiã Rotales remissiuè.
Ioachini Mysingerij obseruationes iudicij Imperialis Cameræ.
Andreæ Gaill. obseruationes eiusdẽ Cameræ.
Hartmani Hartmani Practic. obseruationes
Mathęi Afflicti, Antonij Capicij, Thomę Grãmatici, & Tho. Minadoi deci. Conc. Neap.
Vincentij de Franchis decisiones eiusdem Cõcilij 1. & 2. par.
Ludouici à Peguera quæstiones, seu decisiones Criminales.
Thomæ Grammatici prædicti vota.
Ioannis Paponi arresta.
Diuersorum decisiones, in quibus continẽtur varię in suprema Parisiensi Curia quæstiones decisæ, & collectę per Ioannem Gallum.
Item nonnulla placita eiusdem Curiæ.
Item Parisiensis Senatus decreta à Magistro Aegidio eiusdem Senatus Præside collecta, & in diuersos tractatus diuisa.
Item arrestum Tholosani Senatus, additis Io. Corasij eiusdem Senatus Cõciliarij centum obseruationibus.
Item decisiones Rotæ Bononiensis, auctore Petro de Benintendis.
Item Gomezij Leonij Responsorum centuria.
Item decis. Perusinæ, & Lucenses Ios. Ludouic.
Item decis. Lituanicæ Petri Roycij Mauri.
Item decis. Rotæ Auenionensis, auctore Hieronymo à Laurentiis.
Et decisiones Borgnini Caualcani de iudiciis, & de contractibus 1. & 2. par.
Nicolai Boerij decisiones.
Guidonis Papæ quæstiones, seu decisiones.
Francisci Martij quæstiones, seu decisiones 1. & 2. par.
Iaffredi Lanfranci Balbi decisiones.
Senatus Pedemontani decisiones, auctore Octauiano Cacherano Dño Ozaschi eiusdẽ Senatus Præside postea facto M. Cancellario Ducis Serenissimi.
Eiusdẽ Senatus aliæ decis. auctore Antonino Tessauro Sarmatoris Domino, & in eodem Senatu primo Senatore, Astensisq; Cõmitatus, & Marchiæ Ceuę Præside remissiuè.
Rotæ Florentinæ, & Lucensis decisiones, auctore Hieronymo Magonio.
Rotæ Genuæ decisiones.
Aymonis Crau. Respõ. 1. & 2. lib. & ꝑ Genero.
Bartoli, Abbatis, Felyni, suprascripti Boerij, Philippi Decij, M. Antonij Nattæ, Rol. a Val. & Iacobi Menochi Concilia vsque ad quartum volumen inclusiuè.
Eiusdem Bartoli vniuersa commentaria (quoad materias non suis propriis locis explanatas) quæstiones, & tractatus.
Eiusdem Menochij de Arbitrariis Iudicũ li. 2.
Iasonis lectura de actionibus.
Alexandri Raudensis tractatus de Analogis.
Francisci Manticæ tractatus de Coniect. vl. vol.
Petri Rebuffi cõmentaria in Regias Constitut.
Bartholomęi à Cassaneo Commentaria in cõsuetudines Ducatus Burgundiæ.
Ant. Solæ Cõmẽ. in Constit. antiquas Sabaudię dicti Senatus Pedemontani Senatoris.
Gasparis Gaballini milleloq. iuris lib. 2.
Augustini Beroij quæstiones.
Hieron. de Mõtebrisciano q̃st. & Azonis sũma.
Doctorũ singularia, nẽpè Bartoli, Baldi, Pauli de Cast. Lud. Roma. Math. Mathesil. (iunctis his, quę ille scripsit in diuersos tit. Codicis) Henrici Boerij, Guid. Pap. Frãc. Cremen. Petri Girardi, Ant. Corseti, Hippoly. de Marsil. Gul. de Ludo, Marci de Mantua, Amanel. de Claris aquis, Io. de Arnono, Io. Anto. Trigonæ, Pet. de Rauena, Pauli Ant. Delbenæ, Alluisij de Alber. Antonij Colõberi, Barth. de Capua, Andreæ de Ysernia, Andreæ de Capua, Franci. de Cęlesia, Io. de Petrusia, Abbatis Assaldi, Nicolai Ruffi, Baldessaris de Mureone, Pamphili Moli, Io. Bacan. Io. Grilli, Marcelli Bo. Ant. Vtig. Lãfranci de Arnono, Lanfrãci de Oriano, & Io. Antonij Grig.
Abbatis prædicti praxis.
Iulij Clar. senten. Practica, & Tractatus.
Roberti Marantæ Praxis, seu Speculum.
Ioannis Chrispi de Montano tract. terminorũ actionum post volumẽ Iasonis de actionib.
Concilium Tridentinum.
Antiquæ Sabaudiæ Constitutiones.
Noui ordines Ciuiles, & Criminales Ducales.
Leges Ciuiles, & Canones in alienis titulis descripti, suis locis, & titulis collocati, quod etiam fuit obseruatum circa glosas.
Hi sunt, quos (vt vulgo) ab ouo ad poma vidi, omissis multis aliis, ex quib. cũ mihi ꝑtrãsenñ illos videre contigisset, nonnulla notatu digna in opere hoc meo descripsi.

RVBRI-

Me-

mi-

ERRA-

ERRATA CORRECTA ALIIS PLVRIBVS PER *tr anſennam omiſſis ſapientis Lectoris iudicio, quæ litterarum defectum, geminationem ortographiæ, interpunctionumq; vitium concernunt.*

fol.	col.	linea	errata	correcta.
1	1	14	ſtatutum	ſtatum
eod.	3	8	expelli	compelli
2	1	49	Epiſcopū	Epiſcopus
eod.	1	53	491	492
eod.	1	57	pęnā pecuniariā,	lege, pęna pecuniaria
3	1	18	artis	adde, & hoc ratione illius
4	1	12	40	41
eod.	1	50	5	8
eod.	2	53	8	10
5	2	3	131	132
eod.	2	49	Eccleſia	electione
eod.	4	20	664	663
eod.	4	54	420	421
6	1	30	fin.	fin. ſeu 112
10	1	21	ſurreptitia	ſurreptitiam
15	1	22	145	141
16	4	17	30	31
eod.	4	44	79	72
18	3	27	17	172
19	3	44	634	639
20	1	20	5	57
eod.	1	36	donatione	dotatione
eod.	3	34	poſſeſſorie	poſſeſſione
eod.	4	5	non dicit̄	an dicatur
eod.	4	47	151	148
22	1	26	53	53 vol.4
eod.	1	44	10	108
eod.	2	18	menſes	annos
25	1	36	181	18
26	2	20	Anton.	Andr.
eod.	2	38	ſtant	ſtat
27	1	17	44	43
28	2	26	278	157
eod.	2	31 44	109 & 684	689
31	3	20	quęſt.339	ſing.275
eod.	3	25	409	319
32	2	36	155	145
35	4	14	Bar.	Marc.de Mant.
37	1	32	gloſ.13.	§. 5
eod.	2	8	ſenceret̄ Senat.	lege, ſenceret nō eſse interinandam.
38	1	52	171	172
eod.	3	45	543	503
40	4	9	vulneratus	vulnerati
41	1	53	40	406
eod.	2	53	53	532
eod.	4	38	79	97

fol.	col.	linea	errata	correcta.
42	1	8	15	15.lib.2.
43	1	15	16	60
eod.	2	44	aut	ante
eod.	3	14	amittere	omittere
eod.	4	25	credat	creditur
eod.	4	45	in defenſa	in defectu
44	4	29	nō poteſt	non pōt ſine cā
45	4	22	multæ	mulctæ
46	1	23	vanæ	variè
47	2	8	350	355
eod.	2	39	Pet.de Rauen. ſing.49	lege, Amanel.de Claris Aquis ſingul. 228.
eod.	3	28	Natt.	Roland.
48	2	8.& 44.	iudiciales	induciales.
eod.	2		poſt lineā 27. debet addi,	de ſaluo conducto.
eod.	4	8	vol.1.	vol.2.
49	1	33	vol.1.	vol.2.
50	1	11	5	4
eod.	4	24	ſan	ſunt
eod.	4	30	ſecundum	ſecunda.
51	2	33	ptens	potens
52	4	10	5	2
53	1	46	vo.	no.
eod.	2	6	non	non gaudet
eod.	2	46	noual.	noxal.
54	1	3	ſupplicatio	la ſupplicatiō.
eod.	1	49	160	165
eod.	2	7	247	147
eod.	2	14	priui	priuile-
55	3	43	167	674
eod.	4	22	17	20
57	1	32	nu.10.	lib.2.
eod.	2	33	nu.15.	nu.15.cent.6.
58	2	38	5	in verb.ſuppoſe,
60	1	28	des ſucceſſions Rub.7.§.12.	lege, concluſio, & approbatio.
eod.	1	vltim.	1	2
eod.	4	40	des ſucceſſions Rub.7.§.11	lege, concluſio, & approbatio.
61	1	25	iteratio	intentio
eod.	4	33	25	24
65	3	7	excluditur,	nō excluditur.
eod.	4	27	7	7.§.12
66	2	16	viro	vno
67	1	57	Puteus	Puteum
eod.	4	3	2	1
eod.	4	13	2	3
69	1	41	maior	minor

eod.

fol.	col.	linea	errata	correcta
eod.	3	8	quod	quod non
70	2	2	possessioné	possessorem
eod.	2	3	non	noui
72	2	11	1	6
eod.	4	41	130	230
73	4	23	195	198
74	1	8	62	18
eod.	3	24	19	429
eod.	3	40	373	473
76	4	25	51	57
80	4	11	eod.	eorum
81	2	46	sententia	sententiam
82	1	14	18.lib.1	180.lib.2
83	2	26	Iudicis	Iudici
86	1	13.14	205	209
87	3	13	515	525
eod.	4	37	49	59
89	2	3	472	473
eod.	4	post lineam 21.adde, Secus est si simpliciter nudo pacto absque pœna,& stipulatione cõpromissum sit: Nam tunc cessante prouisione hominis, obtinet prouisio legis,& anteà		
92	3	15	561	565
eod.	4	48	4	42
94	1	22	160	164
eod.	2	12	Mysing.	Gaill.
eod.	4	17.41	Doctoratus	Doctoratu
97	1	51	Gul.de lud.	Amanel de Claris aquis
eod.	3	37	169	43
98	4	47	239	229
99	1	54	obligatum	oblatum
101	2	11	56	46
eod.	2	20	306	316
102	1	33	595	695
103	2	56	valens	volens
eod.	3	4	56	46
eod.	3	9	2	1
107	2	23	4	14
eod.	3	48	ordini	ordinem
108	2	12	521	632
eod.	4	6	139	133
109	1	45	ti	te
110	4	23	521	510
eod.	4	40	162	262
111	1	19	144	139
122	2	32	431	436
eod.	2	57	gesto.	gest.
117	1	14	3	8
118	4	39	4	47
119	2	34	idem	Aluis. de Alb.
123	1	14	49	43.n.49.vol.2.
eod.	1	9	iuratoria	Mutiana
eod.	1	12	111	102

fol.	col.	lin.ea	errata	correcta.
eod.	3	41	377	326
126	4	54	dicti	dictis
127	3	40	313	304
131	1	41	Matef.	Roman.
135	1	4	vbi	quia non
eod.	2	54	52	520
137	1	26	Dominiũ	Dominum
eod.	4	30	30	130
eod.	4	33	631	173
144	1	42	lib.	cent.
145	2	15	766	576
eod.	3	31	lex 22	sex 23
eod.	4	41	contrar.	creditoribus
146	4	49	4	40
149	3	27	460	466
150	1	41	de Raue.	Gerard.
eod.	1	47	283	273
eod.	3	31	præsũptio	præsũptionib.
eod.	4	25	69	63
151	2	4	de arbitrio	arbitrium
152	4	17	129	127
153	2	37	Canonica	Canonico
eod.	3	31	tutor	Curator nuntius.
154	3	6	tom.	cent.
eod.	4	19	Mysing.	Gail
156	1	8	363	365
157	2	4	1	2
eod.	2	48	159	598
158	4	51	50	30
159	1	2	335	231
eod.	2	43	tutor	viator
161	4	36	207	705
162	4	38	pedente	pendente
163	1	2	statutum	statum
eod.	3	9	ibidem	cent.3
164	1	22	148	145
eod.	2	23	conuenire	conueniri
165	3	12	34	24
166	4	3	cognoscit	cognoscat
167	3	25	feudo	feudi
168	2	23	38	33.lib.1.
eod.	2	44	371	271
eod.	4	26	ibidem	de Arbitrariis
169	3	31	110	708
170	3	6	139	134
172	2	36	10	20
eod.	2	53	nulla	nullam
173	3	5	57	87
eod.	3	51	407	401
174	2	23	76	762
eod.	3	47	5	1
eod.	4	11	578	568
176	4	6. 21.§.2		§.12.& §.21
178	2	4	10 cent.1	90.cent.4

fol.	col.	linea	errata	correcta.
179	4	45	7	70
180	1	44	586	25
eod.	4	10	deuoluitur	denotatur
185	3	17	218	219
186	2	55	8	81
187	1	3	80	50
eod.	2	4	189	289
189	1.3.	40.	2. de Rauena	Gerard.
191	2	2	Harrma.adde,	ti.de excep.
195	4	9	reperta	repertam
eod.	4	33	durior	duriorem
196	3	52	duo	duos
197	3	26	gręce	grege
198	2	47	deceſſeſſerit	deceſſerit
eod.	4	38	primus	primis
203	4	15	debitori	creditori
204	1	48	197	138
207	3	23	387	287
209	4	52	119	160
212	3	17	Natt.cõcluſ.599.	lege,Rol.
conſi.35.vol.1.				
eod.	4	34	58	56
216	3	40	1.nu.6.	6.nu.9
217	3	7	Analong.	adde,cap. 5
218	2	44	debitor	debentur
221	4	44	15	5
222	3	11	344	394
223	1	33	emptio.& vẽd.	emp.& vẽd.
229	2	1	vol.4.	vol.2
eod.	4	47	37	73
230	1	26	11	2
236	1	55	Marc.de Mant. ſing. 287	
lege, Hipol.ſing.629				
236	4	44	1	2
237	1	24	659	653
241	1	1	69	696
243	2	36	conſ.	Caſ.
244	2	1	confitenti	confitentis
eod.	3	7	Hipol.ſing.220. lege, Ma-	
theſ. ſing. 13.				
246	2	13	traiudicialis	traiudiciali
247	3	30	23	13
251	2	52	16	16.cent.6
eod.	4	25	93	95
257	3	51	refert	referrur
261	1	43	de probatio.in genere,	
lege,probandi onus cui incumbat.				
262	1	44	989	980
eod.	4	23	T. ſing.15.	l. ſing. teſtis 15.
263	2	3	471	46
264	2	6	ideò	aliàs
265	3	20	231	241
eod.	3	27	343.n.54.	345.nu.59
266	1	33	Guid. Pap.ſing. 769	
lege, Hippol.ſing.107.				

fol.	col.	linea	errata	correcta.
eod.	3	30	278	178
267	4	41	76	70
268	4	51	ſing.	ſing.teſtis.
270	2	33	218	318
271	4	37	Guid. Pap.	ſingul.56.lege,
Hippol.ſing.56				
273	2	54	355	345
276	4	38	tit.de teſtibus lib.1.	
lege, 13.tit.de teſtib.lib. 2.				
279	3	6	443	447
280	1	35	Iſtorias	Hiſtorias
eod.	3	25	34	26
eod.	4	10	42. vol.1.	69. vol.3.nu.69.
283	4	40	78	38
285	1	34	fratre	fratrem
eod.	1	45	Guid.Pap.ſing.441.	
lege,Boer.deciſ.195.nu.11.& 13.				
eod.	2	28	2	1
eod.	4	15	675	685
286	3	30	eundem	Menoch. Natt.
288	1	33	iuramentũ	iuramento
289	2	54	451	461
eod.	2	final.	369	349
eod.	4	18	3	13
291	4	7	Io.de Arno. ſing. 225	
lege,Marc.do Mant.ſing.226.				
292	1	2.& 3.	Rol.conſi.99.vol.3.	
lege, Menoc.conſi.371.num. 16.				
294	4	54	76	76.vol.4
295	2	18	514	504
eod.	2	27	Aurelus	Aurelius
297	3	23	conſ.2.	2. vol.2.
298	1	34	Natt.	Rol.vol.1.
eod.	3	8	57	57.cent.2
300	4	9	700	720
301	2	8	11	111
302	3	14	15	592
204	tit.		diffinituijs.	diffinitiuis
eod.	3	11	dan	diem
309	2	9	99	100
eod.	2	14	343	345
eod.	4	14	220	120
310	1	8	qua	quę
313	2	13	ſupa	ſuprà
317	2	35	448	445
319	3	3	20.& 24.Guid.Pap.Hippol.	
322	1	22	1	2
eod.	3	13	num.4.	nu.40. vol. 1.
324	1	26	Art.	cent.
325	4	21	patentes	patentes in
326	2	51	quod aliter in pacto de,	lege
aliter in pacto de non.				
327	1	7	504	594
eod.	1	48	cap.17.adde,	de appellatio.
lib. 2.				

fol.	col.	linea	errata	correcta
328	4	27	cent.2	cent.3
329	2	55	desert	defert
332	4	3	2	1
eod.	4	14	lib.	cent.
333	1	19	109	96
eod.	4	49	245	348
334	2	39	57	59
335	1	25	Cassad.	Cassan.
eod.	2	26	502	592
336	4	28	obtinent	obtinuerit
341	2	24	quo	quos
342	2	43	expensas	expensas ac.in
tit.de fructib.in genere 146.				346
eod.	2	2	550	555
348	1	39	158	585
eod.	1	51	vol.1.	vol.2.nu.16
eod.	2	25	Guid. Pap.singu.359.lege,	
Boer.in suis singularib. tit.de dilatio.nu.10.				
eod.	4	37	disputans	deputatus
349	in	Rub.executio.		Executoribus.
353	4	22	291	12
354	4	19	68 cent.3	6.cent.2
356	2	36	546	646
eod.	2	43	Hiero.	Henric.
eod.	4	33	ordinis	ordinibus
357	4	49	16	lege,6.sed non
admittitur vbi agitur de delicto vel quasi.				
eod.	4	51	568	586
358	1	33	88	90
eod.	1	45	beratur	berarus
359	4	17	59	591
eod.	4	30	execito	exercito
362	2	11	in quib.	inquisitus
eod.	3	23	121	123
eod.	3	47	conuenit	conuincitur
363	2	pen.	30	3
eod.	3	23	informationi	inquisitioni.
364	1	15	794	488
366	4	10	laicum	laicus
367	2	1	33	73.vol.1.n.34.
eod.	3	11	37	73
eod.	3	45	4	1
eod.	4	7	nouam	nouum
369	2	5	3	33
eod.	4	2	2	5
370	2	57	Iudex	Princeps
372	1	39	7	37
373	1	25	de Raue.	Gerard.
375	1.3.	23.&8.	344	424
eod.	2	18.&25.fin.		4

fol.	col.	linea	errata	correcta.
eod.	2	36	2	4
eod.	2	37	17	170
eod.	4	31	8	4
eod.	4	44	275	223
376	1	35	fin.n.7.	3.gloss.2
eod.	2	22	fin.	4
378	4	40	410	406
379	1	39	non esset	esset
380	1	10	26	134
eod.	1	34	pœna	pœnam
383	3	49	Natt.	Rol.
386	1	11	1	1.§.5
eod.	1	55	39	239
eod.	4	40	fecere	facere
387	2	52.Mysing.obser.40.cent.5.		
lege, Ozasc.decis.80.				
389	3	32	inculpati	exculpati
390	1	54	saluaguardia	saluaguardiã.
394	4	13	de	ne
396	1	36	Hartma.	adde,tit.de testi.
eod.	3	12	18	38
eod.	3	25	Hippol.	Roma.
398	1	45	336	136
400	1	40	6	13
eod.	2	53	abigens	abigeus
401	4	53	6	13
404	2	9	coniunctos	coniuges.
eod.	4	35	256	246
405	3	7	31	37
407	2	3	verba	verbo
408	1	37	post verbum tenere, adde,	
debent.				
eod.	2	6	perficiendũ	parcendum
eod.	2	10	iustus	iussus
eod.	2	37	mortis	corporali
eod.	3	15	132	185
411	1	27	conditionẽ	cõdemnationẽ
eod.	1	54	iudiciorũ	indiciorum
eod.	2	1	reuelet	releuet
eod.	2	5	debit.	in criminalib.
eod.	2	10	integrandi	mitigandi
eod.	2	14	succeden.	succurren.
eod.	3	46	facit	non facit
eod.	3	55	trigẽtesimo	tricentesimo
eod.	4	35	vnus	vnus non
412	3	46	dato	datori
eod.	3	43	multum	inultum
413	1	6	682	687
eod.	1	37	trigeno	trigesimo

LIBER PRIMVS.

De Pontifice Maximo.

PAPA totius Mundi, & omnium Ecclesiarum, est ordinarius Episcopus. Aegid. Bellam. conclus. 754.

Factum à Papa, vt Papa, reputatur factũ à Deo: & potest dominium, & ius quæsitum alicui Ecclesię, auferre. Dec. cons. 341. nu. 8. 9. vol. 2.

Præsumendum est regulariter pro facto Papæ: nam ipse semper præsumitur moueri ex iusta causa: quod limita, vbi Papa facit aliquid contra constitutionem, respicientem generalem statutum Ecclesiæ. Hippol. de Mars. sing. 8.

Claue discretionis nõ errante, Papa potestatis plenitudinem habet, & est supra ius, & multa de potestate ipsius vide per Franc. Marc. q. 455. & q. 1120. nu. 11. Et de effectu illius auctoritatis per Boer. decis. 2. nu. 21.

Papa potest alicui liberè donare nonnulla bona Ecclesię, & pręsumitur moueri ex iusta causa; & satis est tutus accipiens quo ad Ecclesiam militantem: cùm nemo possit in hoc Papam redarguere, posito etiam, ꝙ causa non subesset legitima. Capic. decis. 16. nu. 5.

Cum bigamo de absoluta potestate, Papa dispensare potest. DD. de Rot. decis. 1. titu. de bigam. in nouis. aliàs 447.

An Papa possit legem facere, quòd Clerici possint conueniri coram Iudice seculari, vide Roma. sing. 419.

Charitatiuum subsidiũ imponere potest Papa. Gram. decis. 88.

Quo ad Spiritualia omnes homines sunt de iurisdictione Papæ. Hartma. Hartma. tit. de matrimo. lib. 2. cap. 8.

Summi Pontificis summa potestas, quæ omnem iudiciorum vim, & illorum exequutionem impedit, maximè in his, quę à iure Canonico pendent. Dec. consi. 137.

An bullæ Papæ standum sit, dum nominat aliquem Clericum, si non testatur de eiusdem clericatus bulla à se facta, sed ab alio, vide Gram. decis. 81. num. 5.

Narratiuæ Papæ de facto alieno motu proprio factæ, standum est, donec contrarium probetur. Put. decis. 101. lib. 3. Secùs si non motu proprio. idem decis. 338. ibid. Sed an Papę attestãti de facto non proprio, sit credendum, vide Paul. Aemil. Vera. decis. 77. par. 3. Et assertioni Papę, qñ credatur, vide Crescen. decis. 6. aliàs, 305. tit. de rescript. & decis. 3. aliàs, 115. tit. de renũtiatio. Quando talis assertio probet Tabellionẽ, vide eũdẽ, deci. 6. & 7. tit. de probat.

Naturalis non potest ad Ordines promoueri. Gram. decis. 81. nu. 7. Et est incapax omnium beneficiorum, nisi ex dispensatione. Hippol. sing. 193. Quam dispensationem Papa facere potest. Dec. consil. 542. vide DD. de Rot. titu. de filijs Pręsbyt.

Quando Papa sciẽter promouet defectuosum, promouendo videtur dispensare. Gram. d. decis. 81. num. 8. vide DD. da Rot. decis. 2. de offi. Ordina. in antiq. aliàs 20.

Coadiutorias Papa cõcedendo in omnibus mẽsibus cum futura successione, dicitur concordatis contrauenire. Put. decis. 226. lib. 3.

Vbi Papa posuit manus, Ordinarius nihil facere potest. Papon. lib. 2. tit. 8. arrest. 15.

Quod dicitur temerarium esse (imò sacrilegij instar videatur) disputare de potestate summi Pontificis, quomodo intelligatur, vide Crauet. consi. 296.

Quando Papa ignorat negotium, licèt sit appo

sita clausula, Ex certa scientia, talis clausula, nihil operatur. Dec. consi. 142. nu. 7.

An Papa, qui post ipsius creationem iurauit, & vouit infra biennium celebrare Concilium, obligetur, adeò quòd nō possit absolui, vide Dec. consi. 151. nu. 10.

De constitutione facta à summo Pontifice, constituēdo aliquem Vicarium in temporalibus cū clausulis efficacibus vide p Dec. cōs. 341.

Gratia à Papa cōcessa, non expirat morte Papę, etiam re integra. Guid. Pap. sing. 943.

An Papa, vel Imperator possit concedere Regibus Christianis Regna infideliū, distingue, vt per Pet. de Raue. sing. 581.

An Papa sine causa possit dispensare circa ius positiuum, vide Hippol. sing. 230.

Papa in beneficialibus habet omnimodam potestatem, & in illis potest ad libitum disponere, & quemlibet à beneficio suo remouere, etiam sine causa, & Episcopū de suo Episcopatu. Hippol. sing. 634.

Papa pōt mero laico causas Spirituales, & Ecclesiasticas committere. August. Bero. q. 7.

Irregularitas secūdum aliquos, est de iure Diuino; sed secundum communem, est de iure positiuo: & Papa super omni irregularitate, etiam contracta ex homicidio voluntario, dispensare potest. vide Hiero. de Mont. q. 30.

Papa pro pace habenda, potest aliquem trāsferre de vna Ecclesia ad aliam. Anto. Corset. in suis singul. littera P. sing. Pax. & Hip. sing. 683.

De Personis dignitate Ecclesiaica ornatis.

CHaritatiuum subsidium imponere possunt Cardinalis, Archiepiscopus, Episcopus, & Patriarca; sed ex quibus causis, & quantum esse debeat, vide Gram. decis. 88.

Quando liceat Prælato charitatiuum subsidiū à suis subditis exigere, vide Menoch. de arbitra. iudi. lib. 2. cas. 178.

De numero, & auctoritate Cardinalium vide per Aegid. Magist. tract. Regal. cap. 7. in decisio. diuerso. Et de absentia eorum per Afflict. decis. 289.

Cardinalis ad hoc, vt condemnetur, adesse debent testes 72. sed an cū minori numero possit condemnari, vide Rom. sing. 207.

Cętus Cardinalium quid possit, sede vacante, vide Capic. decis. 114.

Maioris Pœnitentiarij officium, & iurisdictio, post mortem Papæ durat: ob id sede vacante exerceri potest, etiam citra dispensationes. August. Bero. q. 1.

Archiepiscopus non potest cognoscere de causis Episcoporū sui Archiepiscopatus per suū Vicarium; sed per se ipsum debet cognoscere, adhibitis alijs Episcopis eiusdem Archiepiscopatus. Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 47.

Episcopus, quando ex persona sua Ecclesiæ, vel Ciuitati magnum scādalum generare videt, iuri suo renunciare debet; aliàs potest expelli. Roma. sing. 803. vide Ant. Corset. in suis singularibus, litera P. sing. Pax.

Legatus de latere non dispensat super pluralitate beneficiorum incompatibilium. Marc. de Mant. sing. 166.

Episcopo nihil derogatur, altero in eius Episcopatu electo. gl. in l. vnica. C. de Metrop. lib. 11.

Princeps debet pēdere ex iudicio Sacerdotū; non autem Sacerdotes redigi sub Principis voluntate, licet Episcopi, & Clerici quo ad temporalia, sint subditi Imperatori, Regibus, & Principibus: quia Imperator Vicarius Dei dicitur in temporalibus. Ozasc. decis. 30.

In delictis Episcopus non potest procedere cōtra delinquentes, sine Capituli consensu. Iac. Put. deci. 209. li. 1. Sed an possit Clericum suū bannire, vide Ioan. Gal. q. 82.

Episcopi ex generali consuetudine testari possunt, & de suis bonis disponere. Boe. cons. 48.

Episcopus nihil capere debet pro litteris nō residentiū ex causa. Papon. lib. 3. tit. 13. arrest. 1.

Episcopus an in causa propria, vel Ecclesiæ, possit recusari suspectus; & quid in eius Vicario, vide Capic. decis. 137.

Contractum inualidum, potest Episcopus pro interesse suæ Ecclesiæ, reuocare, dum absque solemnitate requisita iuxta constitutionem Paulinam, & Gerardiam res Ecclesiæ alienatæ reperiuntur, etiam per ipsummet Episcopum. Gram. decis. 79.

Litteris Episcopi attestantis contulisse ordines alicui, credendum est. Gram. decis. 81.

Episcopus tenetur ad reparationem suæ Ecclesiæ. Ioan. Gal. q. 293.

Episcopus in sua Diœcesi potest vnire Monasterium, seu Ecclesiam alteri. Guid. Pap. q. 103. vide infra tit. de benefi. vnione.

An Prælati sint legitimi administratores suarū Ecclesiarum, & Monasteriorum, & an possint agere siue cōsensu capituli, vide Aegid. Bellam. conclusio. 695.

Episcopus non potest rem repertam in mensa non solitam infeudari, de nouo infeudare, inconsulto Papa. Guid. Pap. q. 153. Sed quo casu Episcopus rem Ecclesiæ infeudare possit, vide eundem. q. 154. Andr. Gail. obser. 160. lib. 2. & Menoch. consi. 79. vol. 1.

Ordinarius potest de iure conferre omnia beneficia existentia in sua Diœcesi; fallit in Canonicatibus,

nonicatibus,& præbendis in Ecclesia Cathedrali, in quorum collatione consensus Capituli requiritur, nisi aliter se habeat consuetudo. Paul. Aemil. Vera. decis. 283. part. 2.

Prælato cōdemnato, & in aliā dignitatem trāslato, fit executio in fructibus. Boer. decis. 204. nume. 50.

Legatus de latere confert beneficia deuoluta ad Papam. Aegid. Bellam. conclu. 106.

Executor Apostolicus, vel Legatus, potest conferre beneficium, cuius est collatio Apostolicæ Sedi reseruata. Capel. Thol. q. 435.

Episcopus habens alternatiuam ad sex mēses, in alijs conferre non poterit. Put. decis. 507. libro 2.

Episcopus contra omnes Religiosos, habet intentionem fundatam in sua Diœcesi circa Ordines faciendos, etiam priuatiuos. Papon. lib. 1. tit. 9. arrest. 1.

Visitationes Episcopales non debent restringi. vide eundem, lib. 1. tit. 11.

Conferendi facultatem habens, potest resignationem admittere. Put. decis. 76. lib. 3.

Licet Epo visitare beneficia simplicia ī sua Diœcesi existētia, Canonicos, & alios regulares extra Monasteria degentes, & delinquētes corrigere, & punire. Put. decis. 213. lib. 3.

Constitutiones factæ inter Episcopum, & Capitulum, ligant successores Episcopos, & non præsumuntur sublatæ, nisi cōstito de contrario vsu. Paul. Aemil. Vera. decis. 220. part. 1.

Episcopus potest suam iurisdictionem exercere in quacunque parte suæ Diœcesis, & contra quoscunq; ibid. existentes: Idem in eius Vicario. Vera. decis. 306. par. 1.

Episcopum non posse, Ecclesia sua relicta, Religionem ingredi, vel ad aliam Ecclesiam sine iusta causa transire, scribit Menoch. de arbitra. libr. 2. cas. 423.

Episcopi munus est in prædicationibus, & visitationibus, sed de pœnis negligentis suū hoc munus præstare, vide eundem cas. 424. Et visitationes quomodo, quando, & à quibus fieri debeant, vide Concil. Trident. sess. 24. decret. de reformatio. cap. 3.

De pœnis Episcoporum, qui indignos promouent, & ordinant, vide Menoch. de arbitra. libro 2. cas. 428.

Episcopum potest habere famulum armatum. Rolan. consil. 37. vol. 4.

Episcopus an possit dispensare aduersus Concilij cōstitutionem, & quid, si iusta causa subsit, vide Roma. singul. 491.

Episcopi in quibus casibus dispensare possint, vide Concil. Trident. sessio. 24. decret. de reformatione, cap. 6.

Episcopus potest pœnam pecuniariam aromatarium laicum punire, immiscētem fabas tritas in cera, vel similes fraudes committentem. Roma. sing. 532.

Episcopus vocatur etiam Pontifex. vide Pet. de Raue. sing. 911.

Episcopus cum consensu Capituli, vel maioris partis, statuere potest, vt Clerici tam recepti, quàm recipiendi, soluant certam pensionem redituum, & fructuum (maximè vacantium beneficiorum, seu præbendarum) pro fabrica Ecclesiæ, vel aliis Ecclesiæ necessitatibus. August. Bero. q. 121.

Vicarius per solam creationē alterius Vicarij, non cēsetur reuocatus: ideò ante intimationē creationis alterius, potest conferre, imò iam reuocatus, Episcopo permittente, adhuc confert beneficia. Papon. lib. 2. tit. 2. arrest. 4.

Vicarius Episcopi an possit præsentatum (etiā sibi consanguineum) instituere, quando alius fuit etiam præsentatus, vide Dec. consil. 129. Abb. consil. 95. lib. 2. & Roma. sing. 607.

Vicarius Episcopi, etiam extra Diœcesim, potest cōferre, & instituere. Boer. deci. 30. & Papon. lib. 2. tit. 2. arrest. 3.

De reuocatione Vicarij, & an gesta interim, dū non habet notitiam reuocationis, valeant, vide per Boer. decis. 347. Quid in legato Papæ, vide etiam ibidem.

Iudex Ecclesiasticus potest implorare brachiū seculare pro executione suæ sententiæ; sed iudex secularis quid tunc facere debeat, vide per Natt. consi. 529. Sed an delegatus Apostolicus possit implorare brachium seculare, vide Rolan. consi. 37. vol. 1.

Consensus Prælati, & Capituli in aliquo actu faciendo, potest separatim interuenire, & valebit actus. Natt. consi. 651.

Clerus, & populus debent exire obuiam Episcopo ingredienti Diœcesim. Vincent. de Franc. decis. 253. par. 2.

Consilia generalia, qua auctoritate fiant, & de materia ipsius Concilij vide per Bero. quæstio. 136.

Quam iurisdictionem habeat Abbas contra suos Monachos, vide Papon. libr. 7. titul. 7. arrest. 45.

Canonico regulari litiganti cum suo Superiore, pendente lite, debet prouideri pro alimentis, & litis prosequutione, si talis Canonicus nihil aliundè habeat. Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de sentent. prouisional. in præfatio. num. 106. Tom. 1.

Canonicus Theologus non tenetur ad seruitutem Capituli: ideò propter absentiam, nihil amittit. Papon. lib. 1. tit. 3. arrest. 10.

Canonicus deseruire potest per substitutum, pēdente appellatione, ab eo interposita sup

residentia. Menoch. de arbitra. libr. 2. cas. 69. numero 11.

Canonicatus non requirit aliquem Ordinem; sed solùm Clericalem tonsuram. Boer. decisio. 171.

Decanus Capituli potest agere iudicio possessorio recuperandæ, pro rebus spectantibus ad Capitulum, quibus per Episcopū erat spoliatum: nam Decanus generalem habet administrationem rerum Capitulo communiū; vt & Episcopus Generalis est bonorum suæ Ecclesiæ administrator. Put. decisio. 210. libr. 3.

Canonico Regulari potest prouideri de beneficio Curato seculari; requiritur tamen dispēsatio Episcopi. Vera. decis. 85 par. 1.

Canonicus Ecclesiæ Cathedralis de iure communi, non dicitur esse in dignitate; tamen sub larga significatione, de iure venit sub nomine dignitatis. idem, decis. 257. part. 1.

Canonici, qui non sunt in Sacris, non habent vocem in Capitulo, nec possunt sedere cum alijs. Papon. lib. 1. tit. 3. arrest. 2.

Capitulum qualem habeat iurisdictionem contra Canonicos, vide eundem Papon. ibid. arrest. 3. & 4.

Canonicus condemnatus ad fructuum restitutionem, non tenetur restituere quotidianas distributiones, quas perceperat ratione assistentiæ personalis. idem, libr. 18. titul. 4. arrest. 6.

Ecclesia aliqua si sit sub Episcopatu, debet esse sub obedientia Episcopi. Bartho. de Capu. sing. 9.

Archidiaconi Doctores esse debent. Menoch. de arbitra. lib. 2. cas. 425. nu. 41.

Canonicus, qui possedit per triennium, non potest expelli à sua possessione per Capitulū. Papon. lib. 8. tit. 9. arrest. 9.

Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de legitima natiuitate filij, & iudicium coram eo agitatum valet. Natt. consi. 413.

Canonici, qui sunt ad seruitium Episcopi, non perdunt distributiones quotidianas, & grossas, licèt non resideant. Borg. Caual. decis. 22. nu. 22. de contract. part. 2.

Allegans absentiam, seu præsentiam Canonicorum in Capitulo, eam probare debet. Put. decis. 385. lib. 2.

Constitutiones quando non dicantur rectè publicatæ; & tamen Canonici illas sequi debeant, vide Vera. decis. 222. part. 1.

Creatus in Canonicum non potest in illa collatione aliud beneficiū acceptare, præter prębendam. Guliel. Cassad. decis. 5. tit. de concessio. præbend.

De alijs personis Religiosis in genere.

REGVLARITER Clerici recurrere nō debent ad Imperatorem, vt ipse de illis cognoscat. Ozas. decisio. 30. num. 4. Quia laicus nullam videtur habere iurisdictionem in Ecclesiasticos, vide eundem, decis. 68. numero 22.

Fallit primò, quo ad tēporalia, in quibus Episcopi, & Clerici sunt subditi Imperatori, Regibus, & Principibus: quia Imperator Vicarius Dei dicitur in temporalibus. idem, deci 30. num. 5.

Fallit secundò, quando Clericus prætendit se oppressum, siue grauatum à Iudice Ecclesiastico: tunc enim potest recurrere ad Imperatorem, seu ad alium Principem secularem. Ozas. d. decisio. 30. nume. 13. Et appellare ad supremam Curam temporalem. vide Papon. lib. 19. tit. 2. arrest. 1. & seqq.

Fallit tertiò, necessitate imminente: nam necessitas, vel periculum vbi imminet, Romanus Pontifex non est consulendus. idē Ozas. decis. 68. nu. 21.

Ecclesia quandoque damnum patitur ob Prælati delictum, vel culpam. cap. fin. de capit. Corrad. in vsibus feudo. vide Iac. Put. decis. 519. lib. 2. Et quòd Prælatus possit hæreditatē repudiare, habetur ibid. d. decis. 519.

Mulieri Monasterium ingredienti, an eadem pecuniæ quantitas debeatur, quæ in casum nuptiarum fuerat à testatore relicta, vide Ozas. decisio. 126. Capic. decisio. 204. Vbi tenet affirmatiuam, & Natt. consil. 296. Ideò filia Monasterium ingrediens ita dotari debet (etiam de bonis subiectis fideicommisso) sicut si nuberet. August. Bero. quæstione 113.

Si Posthuma fuerit instituta, si intrauerit Monasterium, si nata Monasterium non ingrediatur, testamentum erit nullum. Barto. in l. 4. C. de institutio. & substitutio. nume. 3. Sed si intrauerit, & non permanserit, quid iuris, vide eundem, in l. 7. eod.

Pater ingrediens Monasterium, an retineat vsumfructum in bonis filij, vide Bartol. in authen. idem est. C. de bonis, quæ liberis.

Prędicatores rectè percipiūt eleemosinam; sed quid si illam iure contenderent sibi dari ab Archiepiscopo, vel Episcopo, vide Papon. lib. 1. tit. 1. arrest. 9.

Clerici

Clerici ſolò victu, & veſtitu contenti, nullam proprietatem habere debent. Ozaſ. deciſio. 32.

Clericus conuenire poteſt laicum coram Iudice Eccleſiaſtico pro rebus Eccleſiæ, vel ſuis, reali, & perſonali actione. Ozaſ. d. deciſio. 32. nume. 3. Conueniri verò nullo modo poteſt coram Iudice ſeculari. Gram. deciſio. 61. Poteſt tamen reconueniri ante renunciationem litis; non autē poſt. Vincen. de Fran. deciſ. 349. part. 2.

Quòd Clerici non poſsint in criminalibus corā Iudice ſeculari conueniri, nec valeat conſuetudo contraria, ſcribit Caſſa. in conſuetud. Burg. tit. *des iuſtices*, Rub. 1. §. 5. glo. 13. num. 47. Sed de limitationibus ad regulam vide ibi.

Clericus poteſt conueniri coram Iudice laico, ſi eſſet artifex alicuius artis. Hippol. ſing. 694. Aliàs Clericus etiam nō poteſt ferre teſtimonium coram Iudice ſeculari, ſine licentia ſui Epiſcopi. Guid. Pap. ſing. 67.

De pœna Clerici conſentientis in Iudicem laicum, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 430.

Delinquens, ſi formata Inquiſitione, vel ſecuta condemnatione, poſtea fiat Religioſus, Iudex laicus poteſt eum punire; facta tamen degradatione à Iudice Eccleſiaſtico: fallit, vt habetur per Pet. Gerar. ſing. 51. De materia cum limitationibus vide per Hippol. ſing. 534.

Clericus contumax citatus coram Iudice temporali, veniens, & allegans priuilegium Clericale, non tenetur ad expenſas contumaciales. Papon. lib. 7. tit. 6. arreſt. 4. Sed quòd teneatur comparere, & fidem facere de priuilegio Clericali, vide eundem, libr. 7. titul. 7. arreſt. 5.

Clericus, dimiſſo habitu, & vt laicus incedēs, ſi captus fuerit, dum inquiritur de delictis à Iudice ſeculari, an ſit remittendus, vide Gram. deciſ. 81. Et quibus pœnis tunc puniatur, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 392.

Monachi delinquentis punitio ad quem ſpectet, an ad Abbatem, vel ad Diœceſanum, vide Guid. Pap. q. 559. & Concil. Triden. ſeſsio. 25. cap. 14. de Regula. & Monial.

In iudicio merè poſſeſſorio, & in aliquibus alijs caſibus; Iudex laicus in Spiritualibus, & inter perſonas Eccleſiaſticas, eſt competens Iudex. vide Myſing. obſer. 67. cent. 2. & infra tit. de interdic. recuperan. poſſeſſ.

Iudex ſecularis capit Clericum delinquentem, vt illum remittat ad Epiſcopum. Bart. in l. 1. C. de exhibend. & transmit. rei.

Tunc tantùm Monaſterium tenetur præſtare alimenta Monacho in aliud Monaſterium tranſlato, quando ille Monachus tranſlatus in illud primum Monaſterium tranſtulit bona, & ſecūdum Monaſterium eſt inops. Menoch. conſi. 193. nu. 12. lib. 2.

Clerici non poſſunt teſtari de bonis prouenientibus ex fructibus beneficiorum. Gaſp. Cabal. Milleloq. 564. part. 2. vide Borg. Caual. deciſ. 32. num. 32. de contract. par. 2. Sed quid de alijs bonis, vide Fran. Manti. de coniectu. vltima. volunt. lib. 2. tit. 9.

Religioſus licentiatus ab Abbate, ſeu Priore, poteſt liberè diſponere de fructibus ſui beneficij. Papon. lib. 1. tit. 7. arreſt. 1.

Presbyter, qui ſe dedicauit alicui hoſpitali, adhuc poteſt diſponere de bonis proprijs, & ſibi ipſi acquirere. idem Papon. libr. 7. titu. 1. arreſt. 9.

Dedicans ſe Eccleſiæ, aut Capellæ, qui dicitur conuerſus, nō dicitur Religioſus; ſed an poſſit ſibi bona retinere, & teſtamentum condere, vide Bart. in repet. ad authen. ingreſsi, nu. 9. C. de Sacroſanct. Eccle.

Religionem ingrediens, poteſt ſibi reſeruare certa bona de conſenſu Abbatis. Boer. deciſio. 20.

Offerre quis poteſt ſe, & non ſua, ſua, & non ſe, & ſe, & ſua. ibid. Boer.

Conuentus poteſt agere nomine Sacerdotis, qui ſe, & ſua dedit alicui loco Religioſo, nō mutato habitu. Capel. Thol. q. 9.

Conuerſi laici alicuius Ordinis ſecularis, vel Regularis, an habeant vocem in Capitulo, vide Roma. ſing. 659.

Eccleſiaſticæ perſonæ, an compelli poſsint ad ſolutionem onerum militarium, vel à bello dependentium, & an teneantur pro modo facultatum, vel pro arbitrio, & an ſi recuſent poſsint compelli auctoritate Principis ſecularis, vide Ozaſ. deciſio. 68. & conſi. ibid. impreſſum.

Quòd Clerici poſsint ad collectarum ſolutionem compelli pro expellendis deprædatoribus, ſcribit idem Ozaſ. d. deciſio. 68. num. 7. Sed quòd debeant compelli per Iudicē Eccleſiaſticum, tradit Natt. conſi. 2.

Clerici non tenētur ad ſubſidia, & tributa, etiā pro rebus regiſtratis, quas ipſi acquirūt quoquo titulo. Guid. Pap. q. 381.

An Eccleſiæ generaliter ab his muneribus immunes ſint; in quibus non publica verſatur vtilitas, vide Ozaſ. deciſio. 68. numero 8.

Quando Monaſterium Monialium eſt opulentum, & commodè alias Monachas recipere poteſt, id facere debet, nil penitus accepto ab ingrediente, etiam ex cauſa victus, alioqui recipiens committeret ſimoniam. Menoch. conſi. 193. lib. 2.

de sala. taxa. artic. 1. gloss. vna numero 10. Tom. 3.

Clerici, qui assistunt Principibus, non tenentur residere. ideò non amittunt fructus magnos propter absentiam. Papon. libr. 1. titul. 3. arrest. 6.

Quòd Religiosi teneantur ad residentiam, nisi ex legitima causa, habetur in Concil. Trid. sessio. 23. decr. de refor.

Clericus infirmus (etiam non residens) percipit fructus suæ præbendæ: sed an debeat petere licentiam, vide Natta. consilio 40. Tom. 1.

Clericus dicitur residere, si habitat in Ciuitate, vel loco, vbi est beneficium, licèt non habitet in circuitu. Petr. de Rauen. sing. 934.

An quilibet Clericus infirmus debeat habere distributiones quotidianas, vide distinctionem traditam per Ant. Corset. in suis singularibus, litera I. sing. infirmus.

Quòd distributiones ex consuetudine absentibus possint deberi, scribit Bero. q. 114.

Clerici, qui sunt ad seruitium Episcopi, nō perdunt distributiones quotidianas, & grossas, licèt non resideant. Borg. Caual. decisio. 22. nu. 22. de contract.

Monasterium quando teneatur ex delicto, vel contractu per Monachum facto post ingressum, vide Bart. in authen. ingressi. C. de Sacro sanct. Eccles. nu. 35.

Prælatus, si non soluat Canonem pro re, quam Ecclesia habet in emphyteosi, eius vita durante, sibi præiudicat; non autem Ecclesiæ post eius mortem. Roma. sing. 270.

Prælatus per compromissum factum sine consensu Superioris, non potest perpetuum Ecclesiæ præiudicium generare. Abb. consil. 56. part. 1. Ratio, quia Prælatus sine auctoritate Superioris, non potest compromittere super iuribus Ecclesiæ. idem Abb. consil. 62. part. 1.

Solutio facta Prælato moribundo ante terminum, non facit præiudicium successori. Rot. Auenio. decis. 117. in decisio. diuerso.

Clerici, & Monachi de iure feudorum, sunt inhabiles ad succedendum in feudis. Afflict. decisio. 310. nume. 6. vide tamen Capic. decisio. 10. Qui tenet contrarium, Mysing. obser. 45. centu. 5. & infra titul. de feudis in genere lib. 2.

Clericus rector, vel curatus Ecclesiæ agens contra debitorem Ecclesiæ, debet ostendere titulum, & etiam agens pro fructibus, potest repelli exceptione, tu non es Prælatus, nec es in possessione Prælaturæ. Capic. decisio. 6.

Possessio sola Clericalis tonsuræ, & habitus sufficiunt, quo ad fori priuilegium; & pariter, si Clericus possidet beneficium: hoc verum, quando Clericus esset regnicola; secùs si vltramontanus. Gram. decisio. 81. nume. fin. Non tamen sufficit Clericatus possessio ad beneficium obtinendum. Boer. decis. 171. num. 13. Sed fidem facere debet Clericus de Clericatu. Craue. consi. 93.

Exceptio Clericatus ad opponendam fori declinatoriam, potest opponi per alium nomine Clerici absentis. Vincen. de Fran. deci. 329. part. 2. Sed contrarium videtur tenere Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 5.

Litteris Episcopi attestantis contulisse ordines alicui, credendum est. Gram. decis. 81.

Clausula, Supplentes omnes defectus, & exceptione quacunque non obstante, non operatur, quominus opponi possit contra personam, quòd non sit legitima, aut sit inhabilis ad actum. Crau. consil. 104. & Felyn. consil. 44.

Quando Papa scienter promouet defectuosum, promouendo videtur dispēsare. Gram. d. decisio. 81. nume. 8. vide DD. de Rot. decisio. 2. tit. de officio. Ordina. in antiq. Tamen inferior à Papa dum confert beneficiū, si non procedit cum causæ cognitione, nunquam videtur dispensare super defectu natalium. idem Gram. d. decis. 81. nume. 9. vide Pet. de Rauen. sing. 924.

Temporis diuturnitas potest operari scientiam illegitimationis, vbi verisimiliter posset haberi notitia eo tempore, per promouentem; aliàs secus. Gramm. d. decisio. 81. nume. 14.

Statutum laicorum aliquid honestum continens, etiā de Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis pro bono cōmuni, an valeat, vide per Gram. decisio. 100. & Borg. decis. 22. de contract. part. 2.

Statutum imponens vectigal, non includit Ecclesias, & bona Clericorum. Gram. d. decisio. 100. nume. 10. Tamen statutum laicorum respiciens ordinatoria iudicij, ligat etiam personas Ecclesiasticas: quare Clericus litigans in foro seculari, arctatur statuto laicorum, disponente super ordinatorijs. Ioseph. Ludo. decisio. 39. Luc.

Quando constitutio Imperatoris, seu statuta laicorum, comprehēdant Clericos, vide per Maran. in suo Spec. disput. 8. & Cassa. in consuetud. Burg. titu. *des mains mortes*, Rub. 9. §. 8. gloss. 1. num. 52.

An statutum laicorum comprehendat Clericos, cùm tractatur de eorum fauore, vide Dec. consil. 276. & consi. 283. num. 8.

Clerici,

Clerici non possunt vti statutis laicorum, etiã fauorabilibus, nisi sint approbata per Papam, sed vide Math.Mathes.sing.110.

Statutum contra libertatem Ecclesiæ, nullius est momenti. Barto.in constitutio.cassa, & irrita.C.de Sacrosanct.Eccles.

Statutum laicorum valet in præiudicium Ecclesiæ in quærendis; non autẽ in quæsitis. Dec. consil.269.

Statutum, quod prohibet debitum vltra libras centum posse probari per testes, seruandum non est contra personas Ecclesiasticas, etiã in foro seculari. Bero. q.50.

Emptor habet actionem contra Prælatum alienantem rem Ecclesiæ indebitè. Guid. Pap. quæst.159.

Prælatus non potest dare laico aliquid in recõpensam meritorum perpetuò, sine consensu Capituli; sed bene potest ad tempus. idem Guid.quæst.179.

Prælatus nouus censetur res, vel iura sui beneficij possidere, vel quasi, sine noua apprehensione. Guid.quæst.355.& Bar. in l.23.ff.de acquiren.possess.

Professionem facere, quando quis censeatur, vt dicatur legitimè facta, vide Guid. quæst. 502.& Mohed.decis.195.

Qui tenetur, cùm decimum quartum annum compleuerit, professionem emittere, an teneatur statim, finito decimo quarto anno, vide Iac.Put.decis.266.lib.1.

Non potest quis eodem tempore habitum suscipere, & professionem emittere, & in Abbatem eligi.idem, decis.261.lib.2.

An professio probetur per testes eiusdem Religionis, & de probatione professionis, vide Mago.deci.141. Rot.Flor.& Vincen.de Fran. decis.384.par.2.

An professio facta in fraudem commissi delicti, eximat profitentem à Iudice temporali, vide Vincent. de Fran. decisio. 384.& 395. part.2.

Professionis Religionis tempus quod sit, vide per Menoch.de arbitra.lib.2. cas.56. Concil. Trident.sessio.25.capitu. 15.de Regularib.& Monialib.Mohed.decisio. 195.& 199.

Professio de qua non constat, non præsumitur ad transferendum onus probandi in negantem professionem factam. Put. decisio. 408. libro 1.

Relictum pium non potest Episcopus in aliam piam causam conuertere. Guid.Pap.q.556.

Concubinarius notorius celebrans, fit ipso iure irregularis, & est priuandus beneficio, & remanet suspẽsus ab officio, quo ad se, & quóad alios.idem Guid.q.558.

An Religiosus testificans sufficiat, vt iuret ad pectus, vel debeat iurare ad Sancta Dei Euãgelia, vide Guid.Pap.q.615.

Parochianus non potest contra Præsbyterum suum agere, actione famosa. Boer. decis.72.

Clericus dignus punitione, interim, donec toleratur, facit fructus suos. Boer.decis.98.

Minor 14.ann. ad beneficia obtinenda dispensatus per Papam, cum licentia cedendi, si renunciauerit beneficio, an possit in integrum restitui aduersus ipsam resignationem, vel alium contractum, factum super rebus ipsius beneficij, vide Boer.decis.350.

Religionem profiteri non cogitur, obtinẽs beneficium regulare in commendam. Guliel. Cassad. decis.32.nu.8.tit.1.

Dispensatus an possit plura beneficia incompatibilia obtinere ex dispẽsatione, vide eũdem, decis.36.tit.1.

Rector Ecclesiæ Parochialis tenetur ad reparationem suæ Ecclesiæ, ruinam minãtis. Capel. Thol.quæst.500.Nisi aliter se habeat consuetudo.ibid.Et Episcopus etiam tenetur. Ioan. Gal.quæst.293.

Constitutio loquens de persona, non extenditur ad Capitulum. Put.decis.88.lib.1.

Expressio, ꝙ quis esset in anno duodecimo, cùm esset in anno decimo, reddit gratiam subreptitiam.idem Put.decis.187.lib.1.

Administrator Ecclesiæ ad tempus deputatus, an possit Vicarium Generalem deputare, vide Put.decis.224.lib.2.

Sacerdos in actu Confessionis, vices veri Dei gerit, & in hoc est maior Papa: ideò etiam ab illo cogi non potest propalare, quæ à peccatore habuit in confessione, maximè in cõcernentibus reuelationem animæ, & conscientiæ confitentis: & ei soli de his absque testibus creditur, illa aliter non deregendo. August.Bero.quæst.12.Papon.lib.24.tit.7.arrest. 2. Et detegẽs confessionẽ, qua pœna puniendus sit, vide Menoch. de arbit. lib.2.cas.414.

Coadiutor futuram successionem canonizari petens, coadiuti ætatem docere tenetur, vide tamen Put.decis.377.lib.3.

Coadiutoria super Archidiaconatu cõcedi potest simplici Clerico, dummodo maior 25. ann.Vera.decis.127.par.1.

Debilitas si narratur in coadiutoria, debet intelligi de tali debilitate, quæ per se aggrauat corpus sine spe futuræ prosperitatis.idẽ Vera. decis.240.part.1.

Aetas ingrauescens expressa in gratia coadiutoriæ, debet verificari in anno sexagesimo. idem decis.311.& 315. Et probari per impetrãtem.ibid.decis.313.par.1.Sed quid debeãt testes de ipsa ætate deponere, vide.ibid. d. decis.315.

Quæ

Quæ infirmitates præstent impedimentũ ad petendã coadiutoriam, vide eundem, decis. 91. par. 2. & de materia coadiutoriæ, per Put. decis. 226. par. 3.

Decretum ligat, si is, ad cuius fauorem est appositum, illo vti velit, quando respicit commodum illius, qui decretum obtinuit. idẽ Vera. decis. 249. par. 1.

Exequi potest sententia contra cedentẽ beneficiũ in fauorẽ certę personæ: q̃a cedẽs remãsit in possessione, & sustinuit litem. idem Vera. decis. 326. par. 1.

Morbus caducus reddit hominem inhabilem ipso iure, ad obtinendum beneficium, quod requirit Ordinem; secùs in simplicibus. idem, decis. 236. part. 2.

Clericus in omnibus, lato sumpto vocabulo, dicitur esse in gradu sacro. Gram. vot. 33.

Suspensus, quando celebrando, dicatur effici irregularis, vide Bero. q. 121.

Suspensus ab officio Sacerdotali, non prohibetur cantare psalmos, & antiphonas cum alijs. Pet. de Rauen. sing. 922.

Priuatus officio Sacerdotali, non potest prædicare. idem, sing. 926.

Propter simplicem fornicationem, Clericus hodie non debet deponi, vide tamẽ Ant. Cors. in suis singularib. litera F. sing. fornicario.

Dispẽsatus super ætate ad beneficium simplex, non potest alia multa beneficia obtinere, sine alia noua dispensatione. Borgn. Caual. decis. 29. de iudi.

Clausula in litteris Papæ, Supplentes omnem defectum, si obtinens dictas litteras est excommunicatus, vel aliàs inhabilis, per illam clausulam, non habilitatur. Fel. consi. 44. nu. 2.

Sacerdoti ob rem diuinam à se factam agere licere ratióne operę pręstitæ, obseruatur apud Gallos, vt scribitur in libris placitorum Curiæ, tit. de re Diuina, lib. 1. in decisio. diuerso. vide Papo. li. 15. tit. 1. arrest. 1. & infra tit. prox.

Antiquior Ecclesia Parochialis, non præfertur minori Collegiatæ, licèt postea illa efficiatur Collegiata. Rot. auenio. decisio. 12. in decisione diuersorum.

Honor, qui debetur Canónicis, non & pariter debetur Capellanis seruientibus in Ecclesia. Papon. lib. 1. tit. 3. arrest. 1.

Clericus q̃ndo amitrat priuilegium Clericale, vide eundem, lib. 1. tit. 6. arrest. 1.

Si probatum fuerit Clericum esse venatorẽ, nõ sequitur, delictũ fuisse commissum: quia pôt intelligi hoc factũ, recreationis gratia. vide Raud. tract. de analog. lib. 1. cap. 31. num. 27.

De pœna clerici venatoris, & quando venari liceat, vide Menoch. de arbitr. libr. 2. cas. 413.

Clericus etiam cum iuramento non potest donare suæ concubinæ. Rol. consi. 98. vo. 1. Vel ei aliquid acquirere, & confessio inter eos, nõ valet. Dec. consi. 131.

Non conuenit Sacerdoti, vt solus vadat ad mulierem. Pet. de Rauen. sing. 942.

Mulieres cum Clericis cohabitare prohibẽtur per Concil. Trid. sess. 25. c. 14. decret. de refor.

Minor 14. ann. potest obtinere officium simplex. DD. de Rot. decis. 2. titu. de ęta. & qualit. in antiq. aliàs 276.

Crimen læsæ maiestatis temporalis committẽs, beneficio Ecclesiastico non priuatur; secùs in crimine læsæ Maiestatis Ecclesiasticæ. Roma. sing. 693. vide tamen in sing. 708. ibid.

Quis dicatur capax, vel incapax in beneficialibus, & quo tempore attendatur capacitas, vide Papon. lib. 2. tit. 3. per totum, & Crescen. decis. 11. aliàs 298. tit. de concess. præb.

Presbyter non debet ordinari sine patrimonio, vel beneficio. Papon. lib. 3. tit. 15. arrest. 1. vide Conci. Tridẽ. sess. 21. decret. de reform. c. 2.

Si admissus ad beneficium curam animarum habens, non fuerit promotus intra annum cum dispensatione, vel sine, sed nupserit, ad quid teneatur, vide ibid. Papon. arrest. 2.

Clerici admissi in Collegium Iurisconsultorũ, possunt in disputationibus causarum secularium, quæ Collegio delegantur, disputare, & se in eis ingerere, idque pluribus rationibus comprobatur, per Alex. Raud. tract. de analog. cap. 39.

An suspẽsus ab Ordine, siue officio Sacerdotali, sit suspensus à beneficio, & horis dicendis, vide Boer. consi. 21.

De auctoritatibus, & regulis omnium Fratrum, seu Religiosorum vide per eundem Boer. in tracta. impresso post eius consilia.

Minor 25. anno. & maior 14. potest renunciare beneficium, sine curatore. Crau. consil. 90.

Beneficium Ecclesiasticum sine institutione Canonica obtineri non potest: Ideò beneficiatus dẽt esse Clericus, & fidẽ facere de Clericatu, sed an sufficiat confessio partis confitentis, quem esse Clericum, vide Crau. consi. 104. 134. nu. 40. & consi. 322. nu. 4.

Quando Clericus est possessor beneficij, non tenetur fidem facere de Clericatu. idem Crau. consi. 322. col. 5. versic. & si dicatur, &c.

Officiales, vel Prælati in Ecclesia sufficit, quòd adsint pro maiori parte. Roma. sing. 669.

Monialis non pôt experiri in iudicio sine licentia Superioris, q̃ procedit in Moniali ꝓfessa, secùs in nouitia. Crau. consi. 325. col. 1.

Nouitius, vel nouitia, habet nolle, vel velle, & potest omnia facere, quæ potest homo liber. idem Crauet. d. consi. 325. col. 1.

Si relinquatur legatũ alicui, si ingrediatur Monasterium

nasterium, non debetur, nisi fuerit ingressus, & professus. Craue. ibid.

Corpore vitiati in Ecclesia seruire non debẽt, ea ratione, quia corporis deformitas, animi deformitatem ostendit, & deformis malus præsumitur. Menoc. de arbitra. lib. 2. cas. 226. Sed hoc hodie malè seruatur, vt habetur ibi.

Electum ante confirmationem administrare non debere, aliàs puniri, scribit idem Meno. ibid. cas. 403.

An Sacerdos ante dormitionẽ, celebrare possit, vide ibid. cas. 406.

Ebrietas crimen grauissimum in Clerico. idem Menoch. cas. 404.

Pœna, quæ sancita sit in Clericum sępius in die Missam celebrantem, vide Menoc. ibid. cas. 407. Quid de Sacerdote celebrante Missam sine debitis solemnitatibus, vide cas. 408.

De Pœna Clerici proxenetæ, & mediatoris con tractuum illicitorum vide per eund. Menoc. ibid. cas. 411.

Clericus deponitur, si vilissimam artem exerceat. ibid. cas. 412.

Depositio, & degradatio Clerici, quando, & quomodo fieri soleat, & de multiplici earũ differentia, & effectu vide p eundẽ, cas. 415.

Clericos seculares, & Presbyteros animarum curam gerentes, posse regularem Religionẽ ingredi, scribit idem Menoch. ibid. cas. 412.

Eruditos esse Ecclesijs præficiendis, qui litteras scire, vel nescire dicantur, qua eruditione esse debeant Pontifices, Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Sacerdotes, & cęteri Clerici, vide ibid. cas. 415.

De materia degradationis, & de modo qualiter fiat degradatio Clerici, vel Presbyteri vide per Guid. Pap. sing. 636.

Prudentes esse eligẽdos ad Sacros Ordines, & aliqua de prudentia enarrãtur per eundem. Menoch. ibid. cas. 426.

Experientiam requiri in promotis ad Ecclesiasticos Ordines, & præsertim in his, qui alijs præsunt, & qua ætate quis ad Ordines Sacros promoueatur, à primo Ordine vsque ad vltimum & de omni tempore, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. cas. 427.

Quibus afficiantur pœnis Clerici, qui horas Canonicas non dicunt, vide eundem, cas. 429.

Clericum pro alio fideiubentem, vel mutuo suscipiẽtem puniri Iudicis arbitrio, scribit idẽ Menoch. cas. 432.

Concilium Prouinciale, vel Vniuersale, quando ob iustas suspitionis causas recusari possit, & quando Concilium errare possit, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. cas. 458.

Electioni consentire debet electus, vel pręsentatus, antequam suscipiat administrationẽ, & tenetur etiam petere cõfirmationem, sed intra quod tempus hæc facere teneatur, vide eundem, cas. 477.

Quando de Diuino cultu agitur, pendente lite per modum prouisionis, fit prouisio. Rebuff. in constitut. Reg. tractat. de sent. prouisio. in præfatio. nu. 37. Tom. 1.

Clericus quibus negotiationibus non possit iure se immiscere, vide Dec. consi. 115.

Duobus præsentatis ad beneficium, suffragiorum pari numero, Episcopus habet electionem, vtrum velit instituere. Dec. consi. 127. Quando duo præsentantur, vide eundem, consi. 134.

Regulares alicui obsequio se subijcere nõ possunt, sine Superiorum licentia nec à Conuentibus recedere, vide Concil. Trident. sessio. 25. cap. 4. de Regularib. & Monialib.

Capellanus simplex in Ecclesia Cathedrali, nõ habet vocem in Capitulo. Roma. sing. 664.

Habilis ad beneficium quis dicatur, & de dispẽsatione, & quis possit habere plura beneficia, vide Dec. consi. 169.

Quando respectus habetur ad primum ingressum, non attenditur, quòd non sit facta professio, quare in mandato facto ad monachãdum puellam, & de vendendo pro illa monachanda non attenditur professio, nec etiam primus ingressus; sed solum expensæ, quę ante debent fieri. Dec. consi. 330. nu. fin.

Religionem deserere an quis possit, & quando liceat ad aliam transire, vide Menoch. de arbitra. lib. 2. cas. 421.

Monachus, vel regularis, potest ad strictiorem regulam transire, petita licentia, licèt non obtenta. Roma. sing. 458. Sed non potest trãsire ad regulam latiorem sine Papæ licentia, quid, si vellet transire ad regulam parem, vide ibid.

Causa pro Ecclesia licèt fauorabilis sit, tamen sic fauorabilibus personis, & causis debitores sumus, ne alijs iniustitia fiat. Dec. consil. 564. & Abb. consi. 27. vol. 1.

Clericus non potest esse Procurator Generalis laici; secùs in vna causa tantùm. Roma. sing. 277. Tamen Religiosus non potest constitui Procurator sine licentia sui Superioris. Guid. Pap. sing. 784.

Monachus non potest esse Procurator, nisi de consensu Abbatis, & ad vtilitatem Monasterij. Roma. sing. 278.

Clericus esse nõ potest, qui ex necessitate ægritudinis factus est Christianus: fallit, duobus in casibus, de quibus vide per eũdẽ, sing. 420

Clericus in rebus proprijs gaudet eo priuilegio, quo Ecclesia: fallit in præscriptione, idẽ Roma. sing. 457.

Ignobi-

Ignobilis virtute præditus, an possit admitti per Episcopum contra statutum, prohibens ignobilem ad Canonicatum admitti, vide ibid.sing.491.

Clericus in causa criminali, an possit torqueri, vide Math.Mathes.sing.60.

Clerici regulariter non gaudent priuilegijs cõcessis militibus armatę militię, nisi quãtũ hoc sit expressè à iure dispositũ. Mathes. sing. 61.

Quoties in aliqua regula Religiosorum cõtinetur quid fieri sub certa pœna, si contraueniãt, an illa tantum pœna teneantur, an verò incurrant etiam transgressionem voti, & committant peccatum, vide eundem, sing.77.

Maritus si quid vxori relinquat, donec castè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, etiam relictũ debetur, vxore ingrediẽte Monasteriũ. Fran.Cremen.sing.143.

Clerici, & Religiosi ante prandium, & cenam, debent benedicere mensam, & post, reddere gratias, aliàs peccant. Pet.de Raue. sing.904.

Quando agitur de idonietate ordinandi, fama facit plenã probationẽ. idẽ de Raue.sing.917.

Si Beneficiatus est vagabundus, & tandiù absit, vt dubitetur, an viuat, vel mortuus sit, beneficium eius poterit alteri conferri. Ant. Corset.in suis singul.litera V.sing.vagabundus.

In dependentibus ab Ordine, seu in Sacramentis, attenditur veritas, & non opinio, & sic in illis error non facit ius.idem ibid.sing.fin.

Debitor Monasterij, vt nõ soluat, & tamẽ à debito liberetur, debet ingredi ipsum Monasterium.Marc.de Mant.sing.30.

Prælati non domini, sed Procuratores, & stipendiarij rerum Ecclesiasticarum, esse dicuntur, vide eundem, sing.147.

Clericus non potest cõducere prædia, nec pro conductore fideiubere. Aluis.de Alb.sing.18.

Prẹlatus inferior an iura Episcopalia aliquo modo aduersus Episcopum, vel Ecclesiam Cathedralem, præscribat, vide Bero.q.121.

Quęstores eleemosinarum, qui non admittantur, vide Concil.Trident.sessio.21. decret.de reformatione, cap.9.

De qualitatibus, & temporibus ordinandorũ vide ibid.sessio.23.decr.de refor.c.6. & seqq.

Non debet quis admitti ad beneficium curam animarum habens, nisi fuerit ætatis anno.25. & ad reliquas dignitates, quibus animarum cura non subest, nisi fuerit ætatis annorum, 22.ibid. sess.24.decr.de refor.cap.12.

Prouisi tenentur intra duos mẽses à die adeptæ possessionis, præstare iuramentum in manibus Episcopi, vide ibid.d.cap.12.

Regulares qua ratione vitã instituere debeant, vide sessio.25.de Regularib. cap.1.

Monialibus post professionẽ à Monasterio exire non licet, & ingressus Monasteriorum omnibus prohibitus.ibid.cap.5.

Abbatissa, & aliæ superiores, quomodo, & qua ætate eligendæ, vide ibid.cap.7. d.sessio.25.

Regulares delinquentes, quomodo, & à quibus puniantur, vide ibid.cap.14.

Virgines ante duodecimum annum, habitũ suscipere non debent.ibid.cap.17.

Cogentes virgines, vel viduas ingredi Monasterium, anathemati subijciuntur. ibi. cap.18.

Regulares quando possint dimittere habitum, vide ibid.cap.19.

Filij Clericorum in Ecclesijs, vbi eorum patres habent beneficia, vel ante habuerunt, beneficiũ obtinere non pñt.ibi.decr.de refo. c.15.

Abbatissa sola potest Procuratorem̃ constituere ad agendum super hæreditate ex Monialis successione, ad Monasteriũ deuoluta.Put. decis.285.lib.3.

In viro, & vxore alter sine licentia alterius non potest ingredi Monasterium.Bar.in repet.ad authen.ingressi.nu.25. C.de sacrosan. Eccles.

Clerici de iure Canonico possunt iurare, non tamen in manibus Laici. Barto. in l.25. C. de Episco.& Cler.

Religiosus an quis dicatur intra annum probationis, vide Barto.in l.3.nume.4.C.ne Sanct. Baptis.reiter.

Epistolæ Pontificis faciunt ius generale.Bart.in l.2. C.de legib.

Eligens aliquem ad officium, præsumitur ipsum habere notum: ideò Canonici eligentes aliquem indignum, præsumuntur fecisse sciẽter, & priuandi sunt iure eligendi. idem Bart. in l.4.ff.de confirm.tuto.

Institutus in beneficio non administrat, nisi ponatur in quasi possessione administrationis. Bart.in l.5.ff.de legit.tuto.

Prælatus electus, si erat ætatis, 24.anno.& ante confirmationem, causa pẽdente, est effectus ætatis ann.25.an possit confirmari, vide in libris Bar.ad legem, 2.ff.de excusa.tuto. nu.10.

Testamentum conditum ante ingressum Religionis, quando confirmetur per ingressum, & professionem, vide Barto.in l. 1. nume. 7.ff. de testamentis.

Ad ministerium alicuius Ecclesiæ, Clerici eiusdem debent promoueri.c.Presbyteri, dist.24.

Papa si mandat alicui, quòd prouideat tali de aliquo beneficio, si reperitur idoneus, & prouideatur, non facta Inquisitione, prouisio tenet.Bart.in l.51.§.filiusfamil.ff.de acq.hæred.

Per ingressum Religionis, non cedit dies fideicommissi, nisi ingressus sit quis Religionem Fratrum Minorum.Barto.in l.79.§.hæreditatem.de legat.2.

Collegium, quod sit ad pium actum, dicitur à lege

lege approbatum.Bar.in l.21.ff.de reb.dub.

Clericus non incedens in habitu, non perdit priuilegium Clericale,nisi post trinam monitionem.Bar.in consi.225.vol.1.

Vtilitas communis Clericorum, & laicorum vbicunque versatur,onus debet esse vtriusq; commune.Abb.consi.3.part.1.

Patrimonium, & beneficium Ecclesiasticum habens, an possit salua conscientia,conseruato patrimonio, de beneficio viuere, vide Abb. quæstio. 4.

Rector Ecclesiæ si aliquid de suo impendit ad vtilitatem ipsius Ecclesiæ, est ipsi ab Ecclesia in totum restituendũ. Abb.cõsi.10.in fi.par.2.

Intrans Religionem nõ potest exhæredari,imò debet succedere parentibus,nisi sit de Fratribus minorib. Sãcti Frãcisci.Abb.cõs.27.par.2.

Crimen notorium beneficij priuatione dignũ, an excludat ipsius restitutionem petentem, vide Abb.quęst.4.

Facultas nominandi expirat, facta prima nominatione.Cassad.deci.9.tit.de cõcessio.prębẽ.

Quòd Clerici possint liberè celebrare in Capellis Parochiæ,vide infra tit.seq.

Clerici non possunt ad pœnã banni agere, quia incurrerent irregularitatem, cùm banni pœna sit capitalis.Mysing.obser.51.cent.2.

Clerici, qui tonsuram, & habitum pro certo tẽpore relinquerunt, an debeant puniri, vide Rot.Auenio.decis.125.in decisio.diuerso.

Bigami, qui dicantur, & qualiter impediantur ꝓmoueri,vide Capel.Tho.q.235.259.& seqq.

De rebus Sacris, & Sacramentis.

RES Sacræ sunt, quæ ritè per Pontificem Deo dicatę sunt, seu ad Diuinum ministerium deputatæ, quę nõ possunt (nisi pro captiuis redimendis) alienari.§.Sacræ res, Institu.de rerum diuisio.

In domo Regia,vel in Sacra,nõ possunt aliquorum Imagines pingi, nec stationes fieri, nec equi introduci, minus conuiuia nuptiarum fieri.l.pe.C.de operib.public.

Contrectans res effectas Religiosas,tenetur crimine lęsæ Religionis, nec excusat eum titulus,cùm sit nullus.l.1.C.de sepul.viola.

Patitur pęnam dupli, qui rem litigiosam Consacrat,vel dedicare facit.l. fin.ff.de litigiosis.

Sacramenta Diuina gratis ministrari debent, non obstante quacunque cõsuetudine in cõtrarium.Ozas.decis.99.num.3. & 32. Ideò soluere quis non cogitur,neque de iure,neque de consuetudine pro Sacramentis Ecclesiasticis.Ioseph.Ludo.decis.Perus.72.nu.8.par.2.

vide Cassad. decis.1. de consuetudine, & supra,tit.prox.

Quæ tamen pro re Sacra vltrò offeruntur, Gregorij constitutione accipi sine delicto possunt.vide Pet.de Roy.deci.3.Litua. num.538. in decisio.diuerso. Imò quòd Presbyter possit petere eleemosinã ꝓ celebratione Missarum,scribit Papon.lib.1. titu.1. arrest.1. & 2. vide ibid.arrest.7.tit.3.

Monasterium præsumitur ab eo constructũ, qui ad id ex testatoris dispositione, tenebatur. Paul.Aemil.Vera.decis.226.part.2.

Confugiens ad Ecclesiam, quando non possit capi,vide infra,tit.seq.

Presbyteri possunt celebrare in Capellis ad libitum, non considerato interesse Rectorum Ecclesiarum Parrochialium. Papon. libro 1. titu.1.arrest.4.

Quid iuris, quando Sacerdos accipiens mutuũ, tradit rem Sacram creditori pro pignore,vide Papon.ibid.arrest.8.& 10.

Qualiter puniatur percutiẽs Imagines Christi, aut intemeratę Virginis,vel Sanctorum,vide Papon.lib.1.tit.2.arrest.1.& seqq.

Si quis de iure communi, vel ex sententia debeat sepeliri in aliqua Ecclesia, & sibi alibi elegerit sepulturã,q̃d iuris,vide Crau.cõs.10.

Quando de Diuino cultu agitur,pendente lite per modum prouisionis, fit prouisio.Rebuff. in constitut.Reg.tract.de sen tent. prouisio.in præfatio.nu.37.Tom.1.

Ad cõsequẽdã Indulgẽtiã bona volũtas nõ sufficit,nisi forma seruetur.Dec.cons.278. nu. 2.

Ecclesia,sicut Martyrium,ab Abel viro iusto ortum habuit, sed quomodo, vide Marc. de Mant.sing.370.

Res Sacræ,quando possint alienari, quis possit pro illis agere, qua actione agatur, & quis præferatur in agendo,vide Bart.in l.17. C.de Sacrosanct.Eccles.

Fauore Religionis, intelligitur in dubio quod est maius: ideò Calix si debeatur Ecclesiæ, debet fieri de argento. Bart.in l.40. §. Sęia.ff. de auro,& argen.lega.

Quando testator mandat ædificari Ecclesiam, quid iuris,vide eundem,consi.26.Et ędificata debet dotari. Abb.consi.89.part.2.

Quæ Sacramenta sint necessaria, & quæ voluntaria,vide Marc.q.949.

De his,qui ad Ecclesias confugiunt.

HOmicida voluntarius nõ debet gaudere immunitate,vt non possit capi in Ecclesia,sed ab ea extrahi potest.Guid.Pap.q.121.

Quæ personæ gaudeant ipsa immunitate

nitate & quæ non, vide per Boer.deci.109.& 110.Papon.lib.1.tit.1.arrest.16.&seqq.

Legis auxilium frustra inuocat qui in legem cõmittit: ideò si aliquis semel commiserit sacrilegiũ in Ecclesia, vel Cimiterio, & postea ob aliud delictum fugiat ad Ecclesiam, non debet gaudere immunitate ipsius. Capel. Thol.quæst.423.

Existenti in immunitate Ecclesiæ, non potest obsidio opponi circumcirca Ecclesiam, vel alimenta denegari, nec in ipsa Ecclesia debet compeditari. Guid.Pap.q.121.

Grassator, qui tantùm semel in via publica, vel in sylua grassatus fuerit, & aufugerit ad Ecclesiam, debet gaudere immunitate ipsius. Lud. à Pegue. in suis quæstio.criminal.cap 40.

Vide de materia spectanti ad hunc tit.per Bar. in Authen.de mandat.Princip.§.sed neque.

Immunitas Ecclesiæ est de iure Diuino: ideò violenter extractus ab Ecclesia, restitui debet, & extrahens tenetur crimine læsæ Maiestatis.vide Capel.Thol.q.423. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de immunita. Ecclesi. art.1. glo.3.Tom.2.

De ipsa immunitate Ecclesiæ, quo iure sit inuẽta, quid sit, quare detur Ecclesijs immunitas, quæ Ecclesiæ gaudeant ipsa immunitate, quibus psonis concedatur, & quibus denegetur, qua pœna puniatur, qui violat ipsam immunitatẽ, & qualis sit effectus illius, vide eũdẽ Rebuff. ibid.d.tract.de immunitate Ecclesiæ.

Hæc immunitas non datur fugienti ad Ecclesiam pro debito.ibid.glo.2.

Permissio extrahendi ab Ecclesia, an sit concedenda, vide ibid.

Ecclesia habet immunitatem, ne quis ibi capiatur, sed quando hoc procedat, vide Clar. in sua Pract.crimi.§.fin.q.30.

Priuilegia concessa Ecclesijs quantum ad hoc, vt confugientes ad eas sint tuti, firma permanent.l.22.C.de Episc.& Cleric.

De Baptismate.

LICET per Baptismũ tollatur omnis pœna Spiritualis; tamen nõ tollitur corporalis, & tẽporalis: ideò quis potest inquiri de delictis commissis ante Baptismũ.Dec.cõs.130.

Iudæus, qui efficit̃ Christianus, post Baptismũ, tenetur ad restitutionem. ibid.

De Baptismo paruulorũ Iudæorũ, qui fuerũt Baptizati, ignorãtib. parẽtibus, vide Affl.dec.151.

Infans pro parte natus, an possit Baptizari à laico, vel à fœmina, vide Capel.Thol.q.156.

De triplici specie Baptismi, & de ipso Baptismo, & eius forma vide per Marc.q.949.

An Baptizari in vtero matris puer nõ debeat, nisi emittat caput, vide ibid.nu.14.

Baptizatur infidelis etiam simulatam Baptizãdi intentionem habens, si Baptizantis intentio adsit, & ad permanendum in fide Christi, compelli potest.August.Bero.q.1.

De electionibus personarum Ecclesiasticarum.

ABSENS in electione Rectoris, qui non potest mittere Procuratorem, non potest (etiam volẽte Capitulo) vocem suam per litteras nunciare. Roma.sing.801.

De electione, & quomodo confirmetur, vide per Marc.q.1182.Et de electione summi Põtificis per Capic.decis.114.

Electiò, seu consensus eligentium, an præscribatur per non vsum 30.ann.vel 40. vide eundẽ Capic.decis.134.

Electio Sacerdotis, vel Canonici, qualiter fiat, & quando valeat, vel non, & quæ in illa requirantur, vide Boer.decis.1.2.

Electus, cuius electio tenuit de iure gentiũ, est tutus in foro conscientiæ.ibid. Boer.d.decis. 1.nume.13.

Electio Abbatis, de iure pertinet ad Cõuentũ proprij Monasterij. Vera.decis.296. part.1.

Quando ius facit contra possidentem, & pro eo, qui petit, non sufficit (in materia electionis) quasi possessio, sed est necessarius titulus.idem Vera.ibid.nu.4.

De materia electionis factæ in discordia, & de ipsa electione vide per Dec.consi.522.lib.2. & consi. 523.

Electione cõmissa pluribus.an possit eligere vnũ ex se, vide Bar.in l.107.§.si à Titio, de lega.1.

Electio, quando valeat, & quando non, vide Bart. in §. & hanc, Authen.quomodo oporteat Episcopos.

Electio facta citra solemnitatem Concilij Basiliensis, an valeat, vide Boer.decis.71.

Beneficia illa de iure dicuntur electiua, quæ sunt caput Collegij; non alia. Vera.decisio. 295.part.1.

An electus in eligẽtium numero computetur, vide Marc.q.929.

Scientia aduersarij requiritur, ad hoc, vt quis videatur esse in quasi possessione alicuius electionis. Barto.in l.1.§.denique. ff.de aqua plu. arcen.

Prælatus si in aliqua electione habeat tertiam partem, Capitulum aliam tertiam, & aliqua Vniuersitas aliam tertiã, tunc voces non iudicantur per capita.Abb.cons.57. part.1.

Electionem habens ex officio sibi commisso, si semel eligat (etiā absentem) non potest amplius variare. Abb. consi. 11. part. 2. nu. 6.

Electio ad hoc vt valeat, oportet de necessitate, quòd eligatur quis à maiori parte habentium ius eligendi, habito respectu ad totam congregationem. idem Abba. consil. 25. par. 2.

Facta prima nominatione, facultas nominandi expirat. Cassa. deci. 9. tit. de concessio. prabē.

Beneficia Episcopatus, Archiepiscopatus, Abbatiarum, Decanatuum, ac Prioratuum, dicūtur electiua, sed quando dicantur vacare, vide Boer. decis. 2.

Medietas si vni conferatur, & aliæ partes alijs, neutra collatio tenet: quia maior pars Capituli, non respectu aliarum partium, est sumēda; sed respectu totius. Boer. decis. 111.

Electio an spectet ad Collegium, vacante Ecclesia per priuationem Prælati, vide Boer. decis. 206. nu. 8.

In confirmatione electionis, sunt vocandi quorum interest. Aegid. Bellam. conclus. 671.

Electio à maiori parte fieri, quādo dicat. & quę dicatur maior pars, vide Franc. Marc. q. 922.

Qui modus circa vota, in electionibus seruandus sit, vide ibid. q. 924.

De Beneficialibus in genere.

IVDEX secularis requisitus inter Clericos in possessorio, est Iudex competens in materia beneficiorum. Gram. decisio. 78. Guid. Pap. quæst. 1. Ozas. decis. 116. Afflic. decisio. 24. Licèt Iacob. Put. videatur tenere cōtrarium, decisio. 361. lib. 1. vide Roland. cons. 23. volum. 2. Maran. de ordine iudicio. par. 4. distinct. 13. iudi. nu. 5. Natt. consi. 307. & consi. 411. Cra. cōsi. 258. & Perillust. D. Tessa. dec. 83.

Et in ipso iudicio possessorio, volens deducere petitorium admittitur, ad corroborationem possessorij, secundum Guid. Pap. q. 71.

Sed an Iudex secularis in beneficialibus, cognoscere possit de possessorio adipiscendæ, vide eundem Perillust. D. P. Tessa. decisio. 83. Natt. consi. 411. & Guid. Pap. sing. 781.

In interdicto retinendæ in beneficialibus, an sufficiat probare antiquiorem possessionē; an verò requiratur probatio tituli, saltem colorati, ad iustificationem ipsius possessionis, vide Ozas. decis. 55.

Causa beneficialis possessoria, ex titulo iustificari debet, quod procedit in omni possessorio: nam spoliatus petēs beneficij restitutionem, debet iustificare possessionem ex titulo, alioqui denegatur ei restitutio, nisi lite pēdente, esset spoliatus: quia tunc per viam attentatorum restitueretur, etiam non ostenso titulo. Rebuff. in constitut. Reg. tractat. de caus. benefic. posse. art. 1. Tom. 3.

Nō sufficit in hac materia cōfessio rei ad probandum titulum, de quo oportet constare per Canonicam institutionem; & nō per aduersarij confessionem. Capel. Thol. q. 474. Boer. decis. 89. Ideò etiam de consensu partium, beneficium non potest adiudicari vni ex litigantibus. Papon. lib. 8. tit. 7. arrest. 1.

Licèt confessio partis nō sufficiat ad effectum adiudicandi beneficium alteri, nisi aliter cōstiterit de iure agentis, tamen secus erit quo ad impositionem silentij. DD. de Rot. decis. 44. de testib. & attestat. in antiq. alias 245.

Titulo non viso, nulli debet adiudicari possessio beneficij. Boer. d. decis. 89. vide Cabal. Milleloq. 923. Papon. lib. 2. tit. 9. arrest. 14. Sufficit tamen exhibere titulum coloratum. Rebuff. in constitut. Reg. de caus. benefic. art. 1. nu. 4. Tom. 3. Crauet. consi. 258. nume. 9. vide Guid. Pap. sing. 781. Abb. quęst. 4. num. 7. Vera. deci. 307. & seqq part. 3. Cassad. deci. 1. & Pet. Beninten. decisio. 23. Quomodo dictum intelligatur, vide Crauet. d. consi. 258. nume. 13. Et an semper sufficiat titulus coloratus, vide eundem, consi. 312.

Agens possessorio in beneficialibus, de quo tit. fidem facere debeat, vide Natt. consil. 411. & Guid. Pap. sing. 781.

Titulum non habens coloratum, non habet remedium pacifici possessorij, nec Reg. Cancellariæ. Boer. decis. 24 nu. 6.

Noua prouisio narrās electionē, licèt nō cōstet de ipsa electione, sufficit pro titulo colorato in spolio, ad spoliatum restituēdum. Put. decis. 186. lib. 1.

Titulum coloratum in spolio, præstat impetratio certo modo. Put. decis. 276. lib. 2. Sed quo ad colorandū titulum in spolio beneficij, an ille probetur per insertū, vide Crescen. decis. 1. alias 62. tit. de restitut. spoliat.

Quæ requirantur, vt quis possit intentare possessorium in beneficialibus, vide Rebuff. d. tract. de caus. benefic. posse. art. 6. glo. 1.

Quando plures agunt possessorio ad beneficiū, & vterq; probat de possessione sua, quis horum obtinere debeat, vide Crauet. consil. 258. nu. 9. & seqq.

In causa beneficiali, quis dicatur potior, vt possessionem consequatur, vide Dec. cons. 220.

De remedio possessorio in beneficialibus vide etiam infra, tit. de interd. recupera. possess.

Vbicūq; possessio est antiqua, seu longa, cōcurrēte paciētia Dięcesani, p̄sumit̄ titulus b̄ñficii, adeò quòd Beneficiatus nō possit compelli edere

edere titulum. Ant. Corset. in suis singul. litera T. sing. titulus.

Sententijs tribus latis pro spoliato, non dēt amplius procedi super petitorio, quousque illæ sententiæ, quo ad possessionis restitutionem, fructuum, & expensarum, fuerint executioni mandatæ. Aegid. Bellem. conclusio. 506. Nam spoliator non auditur, nisi satisfacto spolio. Mohed. decis. 117. Et Iudex tunc debet exequi suam sententiam, antequam ad vlteriora procedatur. Papon. lib. 8. titul. 11. arrest. 8. Etiā opposita exceptione falsi. ibi. arrest. 9.

An pendente quæstione super possessorio alicuius beneficij, tertius possit agere super petitorio eiusdē beneficij, vide Cape. Tho. q. 494.

Spoliatus in vim litterarum Apostolicarum, motu proprio concessarum alteri, etiam cū clausula, Quòd possit ingredi propria auctoritate, remoto alio quocunq; detentore, debet restitui. Ioan. Mohed. decis. 97.

In possessorio non est necesse probare narratiuam, sed sufficit ostendere litteras expeditas, & translationem. Mohed. decis. 158.

Quando in beneficialibus spoliatus restituatur, vide Cassad. in suis decisionibus, titu. de restitutio. spol.

Paria sunt spoliare, vel in spolij vitium succedere. Mohed. decis. 206. nu. 3.

Restitutio in beneficialibus datur, post lapsum quadriennij. Put. decis. 33. lib. 1. vide tamen decis. 63. & 64. ibid. & in libro 2. decis. 380.

Spoliatus ad beneficium est restituēdus, etiā si spoliās probaret illud esse iuris patronatus: secùs si ex ipsius spoliati confessione, de ipso iure constaret. Put. decis. 63. lib. 3.

Stante suspensione petitorij, non admittuntur testes in possessorio ad discolorandum titulum. idem, decis. 76. lib. 2.

Renuncians beneficio, si à tertio spolietur, habet remedium possessorium contra ipsum tertium; non autem contra resignatarium. Put. decis. 158. lib. 3.

Restitutio datur in beneficialibus in petitorio, propter animæ periculum. Vera. decisio. 97. part. 3.

Spolio agere potest Monasterium, etiam quòd ceciderit à possessione facto Prælati: quia Ecclesia verè possidet; & non Prælatus. Vera. decis. 170. par. 3. Imò idem Prælatus agere potest, quādo ex contractu inutili ceciditā possessione rei Ecclesiæ. idem, deci. 181. Etiā si iurauerit in contractu, ibid. decis. 182.

Durante possessorio in Curia temporali, non potest intentari petitorium in Curia Spirituali, in causa beneficiali. Ioan. Gal. q. 358.

Quando possessor obtinet alium titulum, cuius virtute vult se tueri, non est necessaria noua apprehensio possessionis. Papon. libr. 8. titul. 7. arrest. 5.

Quando duo cōtendunt super beneficij possessione, qualiter per modum prouisionis adiudicetur alteri ipsorum, vide Papo. lib. 8. ti. 11.

Quando per modum prouisionis alter ex litigātib. super possessione beneficij obtinuit, an, & quando teneatur præstare cautionem, vide ibid. arrest. 10. & seqq.

Discusso possessorio beneficij, agitur petitorio; & non ante, idem Papon. lib. 8. tit. 12. arrest. 3. & seqq.

Per simplicem executionem prouisionalē, quis non debet expelli à possessione beneficij, qꝫ possidebat. Papon. lib. 19. tit. 2. arrest. 13.

Resignans si reseruauerit sibi fructus, an poterit agere spolio, si resignatarius possideat, vide Crescen. decis. 2. aliàs 64. tit. de restitu. spoliato.

Tertius spolians secundum, qui alium spoliauerat, quando secundus sit restituendus, vide eundem, decis. 4. aliàs 158. ibid.

Possessor vigore mandati, & prouisionis à Papa spoliatus, an restituatur, non obstante decreto Papæ, apposito in gratiam spoliantis, vide ibid. decis. 5. aliàs 168.

Quando est contentio super beneficio, administratio eius idoneæ personæ committi potest. Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 3. tract. de caus. benefic. possessio. art. 8. glo. 1.

Execrabilitas non impedit restitutionem in spolio. Put. decisio. 99. libr. 1. Fallit in casu, de quo vide per Vera. deci. 325. part. 1.

Possessio videtur sufficere pro coloratione tituli. Aegid. Bellam. conclusio. 455. Imò solæ supplicatio. Cassad. decisio. 1. nu. 6. vide eundem, decis. 4. tit. de cau. possess. nu. 3. & Capel. Thol. q. 15. in additio.

Titulum coloratum non dicitur habere ille, qui fuit prouisus à non habente potestatem conferendi. Cassad. decisio. 7. nume. 3. titu. 1. Tamen sufficit, quòd eam habeat naturaliter, licèt ex incidenti sit impeditus. Cassad. ibid. num. 7.

Papa quoquo modo prouidendo, dicitur colorare possessionem. idem, decis. 9. d. tit. 1.

Quando quis dicatur pacificè possidere beneficium, vide eundē, deci. 9. tit. de cau. possess.

Restitutio, an competat intruso, vide ibidem, num. 4. & 5.

Prouisus ab Archidiacono aliqualiter, qui est in quasi possessione conferendi, habet titulum coloratum. Mohed. decis. 136.

Prouisio per resignationem illius, qui fuit prouisus à Vicario, qui facultatem nō habet, est titulus coloratus. idem, decis. 139.

Auctoritas Superioris mandantis dispensari,

sufficit p colore possessionis. Mohe.dec.140.
Gratia reuocatoria, prębet titulum coloratum. Put.decis.50.lib.1. Idem in gratia surreptitia. Put.decis.80.lib.1.
Vnio (etiã non docto de creatione beneficij) tribuit titulũ coloratum. Put.decis.221.lib.2.
Resignatio sola, quando non præstet titulũ coloratum, vide eundem, decis.511.lib.2.
In remedio recuperandæ possessionis in beneficialibus, obstat exceptio defectus proprietatis, quando est notoria, nec indiget altiori indagine. Ozas.decis.116. Et qñ constát de nõ iure petẽtis restitutionẽ. Guid.Pap.sing.782.
Quãdo talis exceptio admittatur, vide Capel. Thol.quæst.15.
Spoliatio, quando neget beneficium restitutionis, vide Boer.decis.2.nu.34.
Reseruationis exceptio, obstat agenti possessorio. Put.decis.297.lib.3.
Remed.can.reintegrandę 3.q.1. quantò tẽpore præscribatur, vide eundem Put.deci.115.lib.1.
Illegitimus secum dispensatum esse asserens, quod non constat, non venit restituendus ad beneficium, quo spoliatus fuerat, nisi constito de dispensatione, vel de mandato dispensandi. Put.deci.247.lib.1. & decis.256.ibid. vide eundẽ, decis.278.lib.2. & DD.de Rot. decis.1.tit.de præsumpt.in antiq.aliàs 343.
Auditus, & victus in petitorio, non potest amplius experiri in possessorio eiusdem beneficii. Papon.lib.8.tit.12.arrest.1.& 2.
Crimen notorium beneficij priuatione dignũ, an excludat ipsius restitutionem petentem, vide Abb.q.4.
Beneficium Ecclesiasticũ, non potest licitè sine institutione canonica obtineri. Ozas.decisio. 55.num. 4. Quia laicus non potest Spiritualia possidere. Afflic.decis.324.nu.4.
Dictionis, Parochiæ significatio, quæ sit, vide Ozas.decis.99.
Parochiale ius quod sit, & quibus modis consideretur, vide ibid.nu.2.
Reseruatio Papæ in beneficialibus, non solùm afficit titulum, sed & possessionem: idem in Principis reseruatione. Ozas.deci.102.nu.2.
Collatio executoris Apostolici, præfertur reseruationi Papæ. Aegid.conclu.235.
De reseruationibus beneficiorũ vide p Cassa. in suis decisio.tit.de reseruatio.
Reseruationis effectus, præcipuè est ligare inferiorum potestatem, circa beneficium reseruatum. DD.de Rot.decis.32.titu. de præben.in antiq.aliàs 858.
Clausula, Nõ obstantibus reseruationibus, quid operetur, vide ibid.decis.33.
Papa apponens manum prouidendo, aut reseruando, inficit omnia in contrarium facta, & per suum decretum, ligat etiam ignorantes. Cassad.decis.1.& 2.tit.de restit.spoliat.
Gratia reseruans beneficia, quæ duxerit acceptanda, cum clausula prouisionis, Ex nunc, prout ex tunc, & contrà, per sequentem reseruationem irritatur: quia dicitur esse in pẽdẽti ante acceptationem. vide Cassad. decis. 3.titu.de præben.
Executor Apostolicus, vel Delegatus, potest cõferre beneficiũ, cuius collatio Apostolicæ sedi fuerat reseruata. Cape.Thol.q.335.
Beneficium affectum, vel reseruatũ impetrans, tenetur facere mentionem de reseruatione, seu affectione. Mohed.decis.129.
Beneficium reseruatũ, non potest in Ordinarij manibus permutari. Put.decis.262.lib.11.
Reseruationis exceptio, obstat agenti possessorio. Put.decis.197.lib.3.
Decretum in reseruatione positum, ligat manus inferioris, licèt reseruationes non acceptet; nõ autẽ manus Papæ. Put.decis.391.li.3.
Beneficium reseruatum in manibus Ordinarij, resignari potest, licèt ipse nequeat illud conferre. Vera.decis.45.part.1.
Deuolutio non cadit in beneficio reseruato. Vera.decis.63.part.1.
Acceptans beneficia reseruata, quando teneatur prouisionem à Papa impetrare, vide Crescent.decis.18.aliàs 294.tit.de præben.
Quando reseruationes reuocari videantur per nouam restitutionem, & de materia reseruationis, vide Dec.consi.168.
Familiaritas quæ requiratur ad hoc, vt beneficia vacantia Sedi Apostolicæ censeantur reseruata, & à Legatorũ facultatibus excepta, vide August.Bero.q.35.
Vacare non dicitur beneficium Parochiale alteri annexum, nec vti vacans impetrari potest. Ozas.decis.116.nu.3.
Beneficia Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatiarum, Decanatuum, ac Prioratuum, dicũtur electiua; sed quando dicantur vacare, vide Boer.decis.2. Vbi plenè de vacatione beneficiorum.
Quomodo probetur vacatio, vide Put.decisio. 185.lib.2.
Tempus possessionis beneficij vacantis, & per Ordinarium colati, non est à iure præfixum. Boer.decis.24.nu.10.
Beneficium vacare censetur, & impetrari potest, post desertã appellationẽ à sentẽtia priuationis. Boer.decis.206.nu.fin.
In beneficialibus plures sunt modi vacationũ; qñque enim morte, qñq; renũtiatione, interdum depositione, plerunque translatione, & similibus, beneficia vacare dicũtur: et esto quòd in his Papa habeat plenissimam libertatem;

tatem; non tamē videtur velle præiudicium inferre Ordinario. Marc.de Mant.sing.18.
Fructus Ecclesiæ vacãtis,cui cedant, vide Boe. decis.340.
Beneficium vacans,quibus modis impetretur, vide Aegid.Bellam.conclus.248.251.& 257.
Vacatio Ecclesiæ non præsumitur, nisi probetur.idem conclus.349.
Impetratio de beneficio vacanti per cessionē commendæ, de quo antea per resignationē in manibus Papæ commendata extiterat,indulto Cardinali Ordinario colatori concesso, valida reputatur.Guliel.Cassad.decisio.5. tit.de priuileg.
Gratia ad beneficia vacantia, capit à tempore datæ vacantia, si non sunt collata. Mohed. decisio.76.
Gratia concessa ad consensum Episcopi, post eius obitū,vacante Beneficio,nō extenditur ad cōsensum successoris. Put.decis.153.lib.2.
Beneficium vbi vacat ob non expeditionē nouæ prouisionis, an eius collatio spectet vigore indulti,ad Episcopum,ita vt Papa nō possit prouidere,vide eundē Put.deci.356.lib.2.
Beneficia inferiora vacant,per promotionem ad maiorem dignitatem absque retentionis dispensatione.Put.decis.438. lib.2.
Mensis ad acceptãdum, datur à vacationis notitia.idem,decis.442.lib.2.
Tertius occupans, seu accipiens beneficij vacãtis possessionem,lite pendente, habetur pro intruso,etiam si lata sit sententia. Put. decis. 62.lib.3.
Fama publica de obitu, quando constituat Ordinarium in negligentia,circa deuolutionē collationis ad Superiorem,vide Put.decisio. 132.133.& 143.lib.3.
Collitigãtibus duobus mortuis, extinguitur lis, & beneficiū fit liberū.idem Put.deci.354.n.2.
Beneficium dicitur vacare in Curia,priuationis sententia lata in ipsa Curia. Vera. decis. 64. part.1.
Ecclesia,de qua Papa prouidit absenti,non dicitur vacare quo ad Papam; licèt vacet quoad prouisum, donec acceptet.idem decisio. 291.part.1.
Pœna vacationis ipso iure per ademptionem alterius beneficij,habet locum à die adeptę possessionis.Vera.decis.294.part.2.
Qualem Superioritatem, & Regalitatē habeat Rex Franciæ in beneficialibus, quando vacant,& quando dicãtur vacare, vide Papon. lib.2.titu.3.
Prouisio Papalis beneficij vacantis per mortē, non valet,nisi Papa habuerit verisimilem notitiam dictæ mortis; sed quomodo hoc intelligatur,vide eundem,lib.3.tit.4.arrest.2.

Beneficium ipso iure vacat,si Beneficiatus fuerit bannitus.Papon.lib.3.tit.6.arrest.1.
De forma impetrãdi beneficia vacantia per simoniam, per hæresim, & per defectum promotionis vide ibid.arrest.2.
Per assecurationem secundi beneficij pacificā de facto,& si non de iure,vacant priora beneficia.Guid.Pap.sing.368.
Probare sufficit vnum modum vacationis, pluribus narratis, DD.de Rot.decis.14.aliàs 83. tit. de rescript.in antiq.
Beneficium per sponsalia nō vacat; sed per matrimonium.DD.de Rot.decis.1.tit.de Cleric. coniugat.in nouis,aliàs 26.
Clausula,Quouis modo vacet,non includit modum vacandi ex alterius persona, quàm expressi.DD.de Rot.decis.43.de rescr.in antiq.
Princeps,& Dominus secularis, an possit facere reductionē bñficij vacãtis ad manus suas, donec de beneficio fuerit per Pontificē prouisum,vide Perillust.D.P.Tessa.decis.131.
Filius Beneficiatus repetit à patre fructus beneficij ab ipso patre perceptos: qa peculiū Clericorū dicitur quasi castrēse, de quo possunt disponere, & pater in illo nullū habet vsumfructum.Afflic.decis.241.& Guid. Pap.q.110.
De absentia Cardinalium, & aliorū Clericorū, & residentia,qualiter,& quãdo priuentur beneficijs.& fructibus eorum,vel excusentur iusta causa,vide supra, tit.de personis dignitate Ecclesiastica ornatis,cum tit. ibid.seq.
Fructus beneficij tam pendentes, quàm collecti,ad quē spectent,vide Ioseph. Lud. decis. Perus.33.& Perillust.D.P.Tessa.decis.143.
An sede vacante,quis fructus percipere possit, vide Fran.Marc.q.91.94.& 95.
Fructus competentes cedenti ante cessionem, non debentur subrogato in omni iure, & ad omne ius, quod aliquis in Ecclesia habebat; nisi expressè cedantur.Put.decisio.226. lib.2. Sed quãdo quis dicatur etiam surrogatus ad fructus,vide eundem, decis.159.lib.3.
Beneficium nullum potest dici suum, nisi quis habeat titulum prælationis.Capic.decis.3.
Clericus Rector,vel Curatus Ecclesiæ agēs cōtra debitores Ecclesiæ,debet ostendere titulū, & etiã agens pro fructibus potest expelli exceptione,tu nō es Pręlatus, nec es in possessione Prelaturę.Capic.decis.6.Vide Boer. decis.313. Idem in Clerico agente ad beneficium.Capic.deci.132.nu.6.Quid, si non opponatur, vide Boer.deci.171.nu.11.15.& 16.
Inferior à Papa dū confert beneficiū,si nō procedit cum causæ cognitione, nūquã videtur dispensare super defectū nataliū.Gram.dec. 81.nu.9.Vide supra,tit.de person.Relig.
Possessio diutina,ita demum prodest possidēti

ad præsumẽdam rectitudinem institutionis, & solemnitatem extrinsecam, quando probaretur possessio ipsa cum titulo; secus si titulus tantùm allegaretur. Gram.decis.81.num. 13. Vide tamen Boer.decis.124.nu.14.

Prælatus nouus cẽsetur res, & iura sui beneficij possidere, vel quasi, sine noua apprehensione. Guid.Pap. q.355. Scripsi supra, tit.de person. Relig. Quia possessio continuatur in beneficialibus. vide eundem Guid.q.629.

Impetrato beneficio ab Ordinario, & adepta possessione, si ante alius obtinuerit à Curia Romana, iste primus præfertur: quia præuentione ligãtur manus Ordinarij, vt nec coloratum titulum tribuere possit. Boer.deci.24.

Possessio beneficij triennio non quæsita, an ius beneficij sit extinctum, vide eundem Boer. d.decisio.24. Sed intra quod tempus debeat quis adipisci talem possessionem, & an Papa possit tempus prorogare, vide ibid.deci.312.

Præscriptio triennalis incipit à tempore tituli colorati: & beneficium potest resignari, bullis nondũ confectis. Boer.d.deci.24.nu.7.& 9.

An prouisio, iure deuoluto, per Papam, aut aliũ Superiorem facta post electionem, intra tamen trimestre à iure eligere debentibus cõcessum, valeat, & an conualidetur per aliam deuolutionem superuenientem, & si nõ conualidetur, quid sequatur, vide Boer.decis.70.

Beneficij collatio, quę nulla est, non conualidatur tractu temporis. Boer.decis.70.nu.8.

Medietas si vni conferatur, & aliæ partes alijs, neutra collatio tenet. Boer.decis.111.

Impetrans beneficium, quando teneatur probare titulum sui prędecessoris, vide Boer.decis. 150.nu.12. Cassad.decisio.2.titu.de caus.possess.& decis.3.ibid.

Agens pro beneficio impetrato, quid debeat probare, vide Capel.Thol.q.468. Iac.Put.decis.330.344.& 356.lib.1. Crescen. decisio.21. alias 761.tit.de probatio.

Curata beneficia requirunt Clericaturam, & intra annum Ordinem Sacerdotalem. Boer. decis.171. num.3.

Beneficium impetratum ante susceptum Ordinem, an valeat, vide ibid.nu.5.

Beneficium potest impetrari, lite pendente super accusatione. ibid. vide tamen Aegid.Bellam.conclusio.115. vbi tenet contrarium.

Sepulturam differens, an fraudem committat in obtinendo beneficio, vide Boer.deci.287.

Beneficium accensari nõ debet vltra trienniũ, olim tamen poterat ad septennium. idem Boer.decis.224.

Archidiaconatus Ecclesiæ, non potest canonicè teneri cum alio beneficio Curato, licèt non habeat curam animarum propriè, vel impropriè; sed solùm nomen iuris. Boer.decisio.286.nu.14.

Dispensatus an possit plura beneficia incompatibilia obtinere ex dispẽsatione, vide Guliel.Cassad.decis.36.tit.1.

In decisione prima Cassad. titu. de constitutio. scribuntur quatuor tempora, quibus varia fuerunt condita statuta cõtra retinentes insimul plura curata beneficia Ecclesiastica.

Dispensatus super ætate ad beneficiũ simplex, nõ potest alia beneficia simplicia obtinere, sine alia noua dispensatione ætatis. Borg.Caual.decis.29.de iudi.

Clericus, si habet plura beneficia etiam simplicia, tenetur de omnibus facere mentionem in noua impetratione beneficij: aliàs collatio nõ valet. idem Borg.decis.17. dè cõtract. part.2.num.74.

Inuestitura beneficij habet vim collationis, si inuestiens vtranque habeat potestatem, eligendi scilicet, & confirmãdi, vel conferendi, vide Boe.decis.308.nu.fin.

Tempus ad instituendum præsentatum, non est præfixum à iure. Boer.decis.312.

Consuetudo, quòd lite pendente, neutra partium habeat distributionem, an valeat, vide Boer.decis.340.

Noua prouisio quæ dicatur, & quando valeat, vide Vera.decis.249.& seqq.par.2.

Distributiones quotidianas an restituat succũbens, qui cautionem dederat de restituẽdo fructus, vide Boer.decis.340.

Distributiones quotidianæ propriè dicuntur, quæ actu, & re ipsa distribuuntur, & de ipsis distributionibus, & quòd sint inductæ de iure Diuino, vide per Dec.cons.281.

Beneficij titulus, de cuius mutatione agitur, nõ possidetur nomine Ecclesiæ; sed nomine Beneficiati. Aegid.Bellam.conclusio.63.nu.6.

Legatus de latere confert beneficia deuoluta ad Papã. Aegi.deci.106.& Put.deci.266.lib.2.

Prouisio facta impetranti post præsentationẽ, & receptionem litterarum, an valeat, vide eundem, conclusio.110.

Litteræ in beneficialibus habentur loco tituli sed an collatio alicui facta, confectis litteris, ante earum pręsentationem, valeat, vide ibi. d.conclusio.110.

Si post gratiam factam ex certa scientia, Papa moriatur, antequam scriptura facta sit, gratia propterea non vitiatur: quia collatio sola in Spiritualibus transfert ius. DD. de Rot. decis.87.tit.de rescript.in antiq. Idem in gratia spectatiua.ibi.dec.9.ti.de electio.aliàs 95.

Papa non videtur tollere quod ignorat, & collatio facta per Ordinariũ est legitima. Aegi. conclusio.116.

Gratiis

Gratijs æqualibus ab initio, licèt duo postea eadem data ad eandé collationem idem beneficium acceptauerint, quis præferatur, vide eundem, conclusio. 144.

In beneficio Prioratus ille præfertur, qui prius fuerit confirmatus à Papa. idem Aegid. conclusio. 326.

Institutio est verè collatio. Aegid. conclus. 620.

Accusatus de crimine, vt repellatur à beneficio, non tenetur aduersarij obiectionibus respondere, vide eundem, conclus. 274.

Licèt priuatio beneficij non inducatur, nisi in casibus à iure expressis; tamen ex causa furti, inducitur. Hiero. de Mont. q. 19.

Monialis habens gratiam, si neutri, vel in euentum priuationis prouisioné, si probetur Abbatissam concepisse, an sit locus priuationi, vide Crescent. decisio. 9. aliàs 131. titu. de probatio.

Falsa narratio reddit gratiam beneficij surreptitia. Aegid. conclusio. 543. Put. decisio. 350. lib. 1. limita, si Papa pariter concessisset. si falsa fuissent pro veritate expressa. Mohed. decisio. 8.

Taciturnitate in beneficijs Ecclesiasticis, rescripta vitiantur. Fran. Marc. q. 64.

Surreptio quantumcunque minima, vitiat gratiam in beneficialibus. Put. decisio. 131. libr. 1. Ipso iure. Vera. decisio. 7. part. 1. & decisio. 39. part. 2.

Exceptio, quòd quis esset in anno duodecimo, cùm esset in anno decimo, reddit gratiã surreptitiam. Put. decis. 187. lib. 1.

Prouisio noua à spurio, seu illegitimo impetrata, non facta mentione defectus natalium, dicitur surreptitia, sufficit tamen expressio virtualiter facta. idem Put. decis. 278. lib. 1.

Gratia subreptitia, quando totam causam inficiat, vt in totum sit falsa, vide Put. decisio. 397. libr. 1.

Pendente lite super surreptione, an sit quis in quasi possessione manutenendus, vide eundem Put. decis. 183. lib. 2.

Impetrans tenetur gratiã suam verificare, cùm omnia narrata in ea sint pars gratiæ. Vera. decis. 27. nu. fin. par. 1. decis. 39. & 240. part. 2.

Dispensatio ad beneficium Curatum, redditur surreptitia, si narratur Papæ supplicantem esse in decimo quinto anno, & vltra, cùm solùm esset in decimo quarto, & vltra. Vera. decis. 274. part. 1.

Doctoratus expressus in gratia prouisionis, est verificandus per impetrantem: quia Papa facilius confert Doctoribus, & litteratis. Vera. decisio. 277. part. 1.

De gratia beneficij, & quando dicatur surreptitia, vel obreptitia, aut non, vide per Vera. decis. 34. & seqq. vsque ad decisionem 61. lib. 2. Crescent. decis. 8. aliàs 139. tit. de præben.

Prouisio Ordinarij non potest de subreptione impugnari; secùs in prouisione Papæ. Vera. decis. 406. part. 2.

Surreptitia gratia non est, in qua de intrusione saltem virtualiter facta fuit mentio. Vera. decis. 217. part. 3.

Gratia beneficij dicitur surreptitia, si impetrãs non fecerit mẽtionem de loco suæ originis. Anton. Corset. in suis singularibus, litera S. sing. surreptio.

Subreptio, vel obreptio opponi non potest cõtra gratiam Papæ, quando in gratia est posita clausula, quòd de subreptione opponi nõ possit. Vera. deci. 218. part. 3.

Subreptio bullæ, nisi probetur, dolosa non præsumitur: & allegãti probatio incumbit. Vera. decis. 220 part. 3.

Surreptio vt euitetur, sufficit quòd Papæ per æquipollens qualitates sint expressę. idem decis. 222. part. 3.

Surreptitia non dicitur gratia, si de qualitate non considerata à iure, non fiat mẽtio. Vera. decis. 224. part. 3.

Impetrans asserés se receptum in Canonicum, an debeat hoc probare, ad euitandam obreptionem, vide Crescen. decis. 4. aliàs 143. tit. de concessio. præben.

Circa gratias obtinendas veritas est exprimenda sub pœna falsi, vide Concil. Trid. fol. 400.

Taciturnitas alterius beneficij, quando vitiet impetrationem beneficij, vide DD. de Rot. decis. 32. & 33. tit. de rescr. in nouis, aliàs 449.

Clausula generalis in litteris gratiosis inserta, licèt firmet gratiam, & vitij surreptionis tollat impedimentum, tamen inhabilitaté personæ non remouet, nec dispensationem inducit. DD. de Rot. decisio. 1. titu. de præben. in nouis, aliàs 3.

Habens gratiam in Ecclesia aliqua, potest acceptare, etiam nullius collatione expressa. ibid. decisio. 11. aliàs 196.

Motus proprius non ampliat gratiam, sed fortificat, nec includit non verisimilia. DD. de Rot. ibid. decis. fin. aliàs 489.

Qui non est pacificus possessor, non gaudet beneficio Reg. de annali: idem in possidéte beneficium litigiosum. Mohed. decis. 240.

Reg. de annali annullat omnia retrò, vt ex tũc, vide Put. decis. 28. lib. 1. Sed quando habeat locum, vide Crescen. decis. 11. aliàs 35. tit. de renunciatio. An verò habeat locum respectu resignationis, vide ibid. Crescen. decisio. 13. aliàs 244. De ipsa Reg. vide per Mohed. decisio. 12. & seqq. tit. 1.

Reg. Cancellariæ, qua cauetur possessoré triennalem

ualẽ esse defendendũ in sua possessione, quã do habeat locum, vide Cassad.deci.6. & 7.cũ seqq.tit.1.Papon.lib.8.tit.9.arrest.1. & seqq.

Possessor decennalis iuuatur Reg.de triennali: quia de iure præsumitur habere titulũ. Cassad.decis.8.titu.1.

Reg. triennalis est contenta omni alio colore tituli, prę̃ter exceptuatos in ea.idem Cassad. decisio. 11. nume. 6. De ipsa Reg. vide in d. decis.11. titu. 1.

Triennalis pacificus possessor facit, quòd præsumatur habere quodcunque ius melius in Mundo.Mohed.decis.241.

Opponens decretum de pacifica possessione, primò tenetur ostendere titulũ suum.Papon. lib.8.tit.9.arrest.6.

Pacifica possessio per litem inter alios, non alteratur. ibid. Papon. arrest.7. Et hoc quoad possessionem; secus quo ad aliud.ibi.arrest.8.

Regula, de publicandis resignationibus intra sex menses, quando habeat locum, & à quo die incipiant currere dicti sex menses, vide Papon.libr.3.titu. 1. Crescen. decisio. 5. aliàs 225. titu. de renunciatio. & decisio. 6. aliàs 226. ibidem.

Reg. de publicãdis litteris beneficialibus, quomodo intelligatur, vide Cassad. decisio. 21. & seqq.titu.1.

An Reg. de publicãdis, satisfiat per reseruationem fructuum, quando beneficium est simplex, vide Crescen.decisio.10. aliàs 305.tit. de renunciatio.

Reg. Cancellariæ, an ligent extra Curiam Romanam, vide Cassad.decis.31.nu.2.tit.1.

De duabus Regulis, nempe de non tollendo ius alteri quæsitum, & de verisimili notitia vide per Papon.lib.3.tit.3.& seqq.

Data anterior litterarum Apostolicarum, facit regulariter litteras præferri.Aegid.cõcl.570. & seqq.vide Boer.consi.49.& Cra.consi.93.

Beneficium vnicum duobus acceptãtibus, quis præferendus, an ille, qui prius acceptauerit, an verò ille, cui Capitulum illud assignauerit vide eundem Aegid.conclus.587.

Prouisus ab Ordinario, non debet restitui contra prouisum à Papa de beneficio, quod vacauerat in vno ex sex mẽsibus reseruatis per Reg.Cancellariæ.Cassad.decisio.1.titu. de restitutio.spoliato.

Gratia beneficij motu proprio concessa, vincit omnes alias prærogatiuas. idem Cassad. decis.14.tit.de præben.

Motus proprius in Spiritualibus in quo suffragatur, & motus proprius cum generali clausula operatur, quòd generalis clausula habeat vim specialis. idem, decisio.4. titul. de concessio. præben.

Expectans habens veram datam concurrens cum habente fictam, gratificationem meretur.ibid.decisio.6.

Gratia vno die concessa duobus, ille præfertur, qui prius fecit gratiam suam purificari, & processum suum fieri. Capel. Thol. q. 25. Quid, si diuerso tempore vide ibid.q.273.

Prouisus ab Ordinario, si postea capiat possessionẽ, præfertur prouiso à Papa eodem die, cum clausula gratificatiua. Mohed.deci.122.

Prouisio Papæ ante acceptationem gratiati, tenet, si gratia prioris sit conditionalis.Put.decis.393.lib.1.

Clausula, Ex nunc prout ex tunc, & contrà, non est retrotractiua ad d em datę, in præiudiciũ iuris alteri medio tempore quæsiti. idẽ Put. decis.190.lib.2.

Expectans pauper, quando sit præferendus alteri pauperi expectanti diligentiori in processu, vide Put.decis.327.lib.3.

Acceptatio prior facta ab altero ex expectantibus, vigore gratiæ expectatiuę, in qua dabatur mensis ad expectandum, facit priorem diligentiorem.Vera.deci.5.part.1.

Expectanti præfertur prouisio Papæ facta ante illius acceptationem, etiam quòd ipse intra mensem acceptet.Vera.decis.337.part.1.

Gratijs duab. eiusdem diei factis duobus, si de vnius anterioritate non appareat, præfertur conuẽtus.Vera.decis.47.part.2. Vide Papon. lib.2.tit.9.arrest.9.& seqq.

Papa præueniendo, confert beneficia in mense Episcopi propter maiorem potestatem, quã penes se retinuit. Borg.Caual. decis.17.num. 43.de contract. part.2.

In beneficijs, prima collatio secũdę præfertur. Andr.Gail.obser.55.nu.9.lib.2.

Mandatarius prouisus à Papa, debet intimare suo Ordinario litteras sui mandati; aliàs interim ipse Ordinarius non habet manus ligatas.Papon.lib.2.tit.6.arrest.3.

Prouisio Ordinarij concurrens cum prouisione Legati, est fauorabilior, vide Papon.lib.2.tit. 9. arrest. 12.

Præuentio, & prouisio Papalis, procedens ex custodia corporis mortui vltimi Beneficiati, nõ est considerabilis.Papon.lib.3.tit.10.arrest.1.

Mandatum de prouidẽdo cum clausula, Prout nos ex nunc, prout ex tunc, & contrà, conferimus, & de cętero irritando omnes gratias, collationes, factas, & faciendas, an præferatur secundæ gratiæ factæ cum derogatione aliarum, vide Crescen.decis.7.aliàs 260.titul. de concessio.præben.

Quando in beneficijs rescriptum vnum, alteri præferatur, vel ratione datæ, aut ob prærogatiuam concedentis, vel prius adeptæ possessionis,

fionis, aut ob horam in vno eorum descriptam, vide per Menoch. de arbitra.Iudi.lib. 2. caſ. 48.

Ex duabus collationibus, quæ nam preferenda, an prima Legati de latere, vel secunda summi Pontificis, vide Rol.conſi.46. vol.1.nu.18.

Circa conceſsiones Beneficij vacaturi, non habet locum regula, Generi per ſpeciem derogari: ideò per conceſsionem poſteriorē magis ſpecialem, non præiudicatur conceſsioni generaliori anteriori. Ant.Corſer.in ſuis ſingularibus, litera R.ſing.reſcriptum 1.

Inter habentes gratias pares, præfertur ille, qui prius præſentauit executori gratiam. DD.de Rot.deciſ.4.de reſcript.in nouis, aliàs 43.

Gratia generali in forma pauperum concurrēte cum ſpeciali cōtinente etiam clauſulam, Non obſtan.ſi pro alio,&c.prior in diligentia alteri præfertur. DD.de Rot. ibid.deciſio.13. aliàs 106.

Per reſcriptum gratioſum ad beneficium vacaturum, ius quæſitum alteri ſpecialiter in dicto beneficio, non tollitur, niſi ſpecialis mentio de eo fiat. DD.de Rot. deciſ. 12. tit. de re iudic. in nouis aliàs 329.

Habens gratiam à Papa prædeceſſore, qui acceptauit beneficium, præfertur habenti gratiam à ſucceſſore. DD.de Rot.deciſ.9.titu.de rer.permut.in nouis aliàs 455.

Reformatio omnis, vim nouæ prouiſionis habet. Aegid.concluſio.634.

Collatio facta Monacho de Eccleſia Parochiali (etiā de conſenſu Abbatis) ſine diſpenſatione, non valet. idem concluſio.713.

Epiſcopus an poſsit de omnibus beneficijs ſuę Diœceſis diſponere, vide ibid.concl.717.

Lite pendente ſuper beneficio, Ordinarius de eodem, quando prouidere non poſsit, etiam altero litigantiū defuncto, vide Guliel.Caſſad.deciſ.5.tit.1.

Bulla non habetur pro expedita niſi fuerit bullata, ſeu plumbata. idem, deciſ.4.ibid.

Ius in re in Spiritualibus ex ſolo titulo (etiam abſque traditione) acquiritur. Caſſad. deciſ. 21.nu.9.tit.1.

An valeat prouiſio facta tertio de beneficio, quod expectans acceptauerat, & prouideri obtinuerat, ſi poſtea in publicatione deficiat, vide eundem, deciſ.24.tit.1.

De gratia beneficij vacaturi ſpectatiua, & conditionali, vide Caſſad.deciſ.3.tit. de præben.

Gratia ad beneficia vacatura, non includit beneficia in Cathedralibus exiſtentia, niſi id exprimatur. idem Caſſad.deciſ.8.nu.9. tit.de conceſsio. præben. Quid de expectante cum beneficio acceptandi, vide eundem, deciſ.1. de rer.permut.

Expectans non poteſt capere beneficium affectum per commēdam, ceſſante ipſa commēda. Ioan. Mohed.deciſ.129.

Conſumptionem expectatiuæ obijciens reus, & poſſeſſor actori, non tenetur probare illud beneficium comprehendi ſub expectatiua actoris; actor vero tenetur. idem Mohed. deciſio. 130.

Clauſula, Sine pręiudicio expectantium, & mādata Apoſtolica proſequentium, quomodo ſit accipienda, vide Put.deciſ.97.lib.1.

Expectās poteſt duo beneficia in eadem Diœceſi acceptare, Ordinario nō contradicente, etiam in præiudicium expectantium. idē Put. deciſ.425.lib.1.

Acceptans Parochialem vigore expectatiuæ primæ, non poteſt aliā acceptare vigore extenſionis. Vera.deciſ.3.part.1.

Expectans ſi litigioſum beneficium acceptauerit, lata contra eum ſententia ſine culpa ſua, poteſt aliud acceptare. idem, deciſ.336.ibid.

Expectans cum beneficio acceptandi, non capit beneficium, in manibus Ordinarij ex cauſa permutationis reſignatum. Caſſad. deciſ. 1.tit.de rer.permut.

Acceptans inutiliter, non prohibetur iterū acceptare, niſi ex tali acceptatione conſequutus fuerit commodum. Vera.deciſ.59. part.2.

An mandatum Papæ prouiſionale alicuius beneficij vacaturi, valeat, vel ad validitatem debeat eſſe generale de omnibus beneficijs vacaturis illius loci, ad quem eſt directum mandatum, vide Papon.lib.2.tit.6.arreſt.2. Et debet intimari Ordinario. ibid.arreſt.3.

Expectatiuam habēs ad duo, vel tria beneficia in duabus, vel tribus collationibus, non poteſt acceptare, niſi vnum in qualibet collatione. Caſſad.deciſ.1.de conceſsio. præben.

Mādatarius repulſus ab Ordinario, intra quod tempus debeat obtinere prouiſionem, vide Papon.lib.2.tit.6.arreſt.4.

Acceptatione prima valida, an videatur conſumpta gratia expectantium, & quando Papa tacitè videatur expectanti diſpenſare, ad duo beneficia, vide Creſcen.deciſ. 19. aliàs 299.tit.de præben.

Expectatiuæ gratiæ prohibentur per Concil. Triden.ſeſsio.24.cap.19.decre.de reforma.

Ordinarius grauari dicitur, quando Papa confert beneficia ad eius collationem ſpectantia: & grauare Eccleſiam in admiſsione duorum dici ſolet, Papam non intelligere, niſi illud exprimat. Caſſad.deciſ.34.tit.1.

Sententia in beneficialibus non tribuit ius, licèt tranſeat in rem iudicatam reſpectu partis, contra quam eſt lata. idem Caſſad. deciſ.5 .tit.de reſtitutio.ſpoliat. Ideò quo ad Iudicem

dicem non transit.DD.de Rot. decisio.17.de sententen.& re iudic.in antiq.aliàs 550.

Sententia lata contra inferiorem Prælatum,nō debet nocere Superiori, quando tangit ius ipsius: quia tunc citandus est Superior. Vera.decis.255.part.3.

Sententia declaratoria in beneficialibus,non tribuit titulum:& in illis sententia iusta contra Superiorem,in rem iudicatam non transit.Franc.Marc.q.469.

Sententia absolutoria tantùm ab impetratione, quæ transiuit in iudicatum, non obstat quin mortuo eo, pro quo lata fuit, debeat admitti ille,contra quem fuit lata, ad prosequendum ius suum super beneficio, cuius respectu fuerat lata sententia, quod procedit, si non fuit impositum perpetuum silentium. DD.de Rot.decisio.17.titul. de sentent. & re iudic.in antiq.aliàs 550.

Mandatum, quòd prouideatur de beneficio in Ecclesia,non comprehēdit dignitatem principalem in ipsa Ecclesia. Cassad.decis.11.tit. de præben.

Qualiter facienda sit mentio de qualitate beneficij in impetratione, vide ibid. decisio. 12.nume.12.

Successor in beneficio, tenetur soluere debita prædecessoris,pro Ecclesiæ necessitate contracta, quod etiam habet locum in Prælato. Capel.Thol.quæst.70.vide supra,titu.de personis Religiosis.

Camera Apostolica succedens in spolijs defuncti,an teneatur soluere creditoribus, & quid in alio successore in beneficio, vide DD. de Rot.deci.41.tit.de probat.in antiq.aliàs 737.

Collatio beneficij facta per simoniam, est nulla.Capel.Thol.q 439.

Canonicus habens titulum,an possit possessionem,propria auctoritate,apprehendere, vide ibid.q.443.

Titulorum multiplicatio in beneficialibus admittitur,nec tenetur quis specificare,nec eligere ante sententiam. Vera.deci.305.part.3.

Prouisio beneficialis, non facta mentione de intrusione,est nulla:idē in qualibet alia iniusta detensione. Capel.Thol.q.484.

An Papæ parendum sit, si mandat prouideri alicui notoriè indigno de beneficio, vide Capel.Thol.q.489.

Impetrans an teneatur facere mentionem omnium beneficiorum quæ obtinet, vide Ioan. Mohed.decis.171.

Collatio beneficij (super quo fuerat lata sententia) facta intra dies datos ad appellandum, est nulla. Put.decis.30.lib.1.

An de beneficijs incompatibilibus,debeat fieri mentio in dispensatione super incompatibilitate,vide eundem,decis.246.lib.1.

Collatio facta contra constitutionem,non habentem clausulam annullatiuam,an valeat, vide eundem,decis.338.lib.1.

Prorogatio facta à Papa, quo casu sit valida absque consensu eius,cui præiudicabatur, vide Put.decis.68.lib.2.

Sententia pro mortuo lata in beneficialibus, non valet.idem,decis.186.lib.2.

Prouisio Papæ est valida,non obstante decreto de prouidendo,si intra mensem nō fuerit facta acceptatio.Put.decis.418.lib.2.

Gratia, & collatio criminoso facta, est nulla. Put.decis.508.lib.2.

Prouisio facta ex certa scientia Papæ, est in beneficialibus valida, etiam parte non citata. Put.decis.16.lib.3.

Prouisio, seu collatio facta cum onere illicito, est nulla.Put.deci.396.lib.3.

Accolitatus est nullus,si in eo non fuit facta mētio illegitimationis: quia illegitimus est incapax honorum, & dignitatum. Vera. decis.8. part.1.

Quod facit electus medio tempore,valet, licèt electio postea declaretur nulla:idem in Prælato breui tempore deponendo. Gom. Leo. decis.24 in decisio.diuerso.

Multum differt collationem fuisse factam, aliquibus Canonicis absentibus, & non legitimè vocatis, quando eligitur persona capax, & eligibilis, & quando eligitur incapax, sed de differēria vide p.Papo.lib.1.tit.3. arrest.9.

Prouisio Ordinarij non valet sine testibus. Papon.lib.1.tit.9.arrest.5.

Prouisio facta iure deuolutionis ante tempus, non valet,etiam adueniente tempore ipsius deuolutionis.idem,lib.3.tit.7.arrest.2.

Clausula. Dummodo alteri non sit ius quæsitū, intelligitur de iure perpetuò duraturo; non autem de non duraturo. Cassad.decis.24.tit. 1.num.2.vide Put.decis.88.lib.1.

Collator non potest alterare collationis formā à principio fundatam.Mohed.decis.137.

Eo ipso,quòd Papa gratiam concessit,valet statim sine scriptura, & virtute ipsius concessionis,potest quis ingredi possessionem.Mohed.deci.292.Et acceptari potest beneficiū, litteris non expeditis, dummodo Reg. non obstet.Vera.decis.4.part.1.vide de ipsa Reg. per Crescen.decis.15.aliàs 96.tit.de rescrip.

In Spiritualibus,an Procurator reuocari possit, vide Beninten.decis.49.

Sequester beneficij, pendente lite præsentat; quia interim est legitimus administrator. Marc.quæst.4.

Quando sit deueniendum ad sequestrationem beneficij,vide infra tit.de sequest.

An

An ſede vacante, licitè poſsint reduci ad manus Principis ſecularis, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus,& aliæ dignitates Eccleſiaſticæ, vide Marc.quæſt.90.

An ſede vacante, Capitulum ſuccedat in collatione beneficiorum, & quid in temporali habente cuſtodiam, vide eundem.q.93.

An gratiatus teneatur probare beneficiū non excedere valorem, de quo in gratia, parte aduerſa opponente de valore, vide Put.deciſio.24.lib.1.

Valor beneficij liquidatus per teſtes, deponentes de publica voce,& fama ex auditu à Canonicis eiuſdem Eccleſiæ, dicitur legitimè probatus.Put.deciſ.29.

Fructus non intelliguntur deducta penſione, quando agitur de valore impetrationis exprimendo.Put.deciſ.202.lib.3.

Valor beneficij, quando dicatur legitimè expreſſus, vide Vera.deciſ.328.& 331.part.3. Et quis teneatur illum probare, vide deciſ.329. & ſeqq.ibid.

Valor ſi in primis litteris malè ſit expreſſus, nō poſſunt aliæ litteræ expediri; imò licet valor non ſit exprimendus, ſi exprimatur malè, an gratia reddatur nulla, vide Creſcen. deciſ.8. aliàs 19.tit.de reſcript.

Reg.de valore, an habeat locum etiam in prouiſione Legati, vide ibid.deci.10.aliàs 30.

Valor an probetur ad impugnandam gratiam, ſi non dicatur, deductis oneribus, vide ibid. deciſ.2.aliàs 29.tit.de probatio.

Bulla, in qua habetur verus valor expreſſus, an præſumatur expedita ante aliam, in qua non ſit verus valor, vide Creſcen. deciſio.2. aliàs 20.tit.de præſumptiō.

Iuſtus beneficij valor, qui exprimi debet, ſi falsò fuerit ſolùm in modico expreſſus, non ob id irritatur gratia: idem in ætate exprimenda.Menoch.conſi.316.lib.4.

In dubio prouiſio alicui facta, an præſumatur per eum ratificata, vide Put.deciſ.27.lib.1.

Vt poſſeſſor à poſſeſsione ſua beneficij amoueatur, tenetur ratificans aperte probare, ratificationem ſuam alterius poſſeſsioné præceſsiſſe.Put.deciſ.157.lib.1.

Acceptatio beneficij, præſumitur facta in tempore.idem, deciſ.161.lib.1.

Collatio de Eccleſia ſimpliciter facta, non intelligitur de Curata: idem deciſio.307. vide eundem, deciſio.308.lib.1.

Dignitas Curata, requirit 25. ann. ætatem, niſi Papa illam contulerit. Put. deciſ. 403. libr.1. Quia tunc cenſetur diſpenſare, ſi ſciēter cōferat.idem, deciſ.448.

Acceptans beneficium, dicitur conſentire omnibus in prouiſione contentis, idem Put. deciſio.366. libr.2.

Collatio, vbi pertinet ad Epiſcopum,& Capitulum, non dicitur fieri per eos collegialiter. Put.deciſ.117.lib.3.

Reſtitutio plenaria, reſtituit ad bona, per Papā in alium tranſlata,& poſſeſſa. ibid. deciſ.118.

Expectās Apoſtolicus, quando concurrit cum prouiſo ab Ordinario prouiſore, debet probare beneficium vacaſſe in menſe Apoſtolico.Put.deciſ.266.lib.3.

Beneficiatus præſumitur de iure habere congruam portionem; niſi de contrario conſtet. Vera.deciſ.62.part.1.

Beneficia illa de iure dicuntur electiua, quæ ſunt caput Collegij; non alia.idem, deciſio. 295.part.1.

Gratia pro abſente, an ſit eiuſdem effectus, cuius eſt gratia præſentis, vide Creſcen. deciſ. 10. aliàs 172. tit. de præben. Sed an prouiſio poſsit fieri Procuratori laico acceptanti pro abſente, vide eundem, deciſ.3.aliàs 127. titu. de conceſsio.præben.

Ille, cuius gratia adhuc non eſt purificata, non vr habere ius in re.Aegid.Bellam.concl.666.

In cauſa beneficiali ab initio deducitur omne ius, quod competit,& cōpetere poſsit vtrique parti: ideò pendente iudicio, poteſt altera pars obtinere ſecundam gratiam, & ex ea in cauſa obtinere. Aegid.Bella.concl.661. vide concl.748.& Caſſad. deci.21.& 22.tit.1.

Capitulum ſi habet debita, debet in primis, & ante omnia illa de ſuis introitibus, & bonis ſoluere,& poſtea reſiduum introitus bonorū ſuorum communalium deſtribuere inter reſidentes per capita: ſi verò introitus non ſufficiunt, debent debita ſolui per ſolidum, & libram, vt qui plus habet, plus ſoluat,& nō per capita.Borg.Caual.deci.22.de cōtract.par.2.

An titulus Papalis,& Regalis poſsint concurrere, vide Ioan.Gal.q.22.

Quo pacto intelligendum ſit, quòd Ordinarius generaliter, & ſpecialiter facultatem conferendi beneficia, cōcedere poſsit, vide Aegi. Magiſt.trac.de appellatio.veluti ob abuſum, in deciſio.diuerſo.cap. 1.fol.216.

De expenſis faciendis pro reparatione beneficiorum vide per Papon.lib.1.tit.1.arreſt.12.

Reparationes beneficiorum omiſſæ per anteceſſorem, poſſunt fieri ex fructibus beneficij. ibid.arreſt.14. & ſeqq.

De Beneficijs, quæ conferuntur graduato, & de inſinuatione ipſorum vide ibidem, libr. 2.tit.5.per totum.

Bulla non poteſt eſſe plus ampla, quàm ſignatura; ſed contrà, ſic.Papon.lib.2.tit.9.arreſt.1.

Signatura, ſede vacante, fauore pauperū æquipollet bullæ.ibid.arreſt.3.

Colla-

Collatores non debent examinare præsentatum Papon. ibid. arrest. 6.

Prætendens beneficium iure deuolutionis, tenetur declarare modũ deuolutionis. Papon. lib. 3. tit. 7. arrest. 1.

Inter titulos, & modos obtinendi beneficia, titulus deuolutionis est fauorabilior. ibidem. arrest. 3.

Canonicus condemnatus ad fructuum restitutionem, non tenetur restituere quotidianas distributiones, quas percepit ratione assistẽtiæ personalis. Papon. lib. 18. tit. 4 arrest. 6.

Prouisio facta eodem die obitus cum derogatione, an valeat, etiam si probetur obitus hora 24. vide Crescen. decis. 13. aliàs 116. titu. de rescript.

Prouisio facta à subexecutore, visis litteris Apostolicis, an valeat, vide eundem, decis. 2. aliàs 87. tit. de offi. Deleg.

An obitus in aliquo mense probetur, quando duo testes deponunt de mense, & duo de anno, vide Crescẽ. decis. 3. aliàs 33. de proba.

Collatio Papæ facta eodem die ei, qui in partibus hora secunda noctis facta fuerat, an valeat, & præsumatur collationem fuisse secutam Clericatum, vide eundem, decis. 4. aliàs 169. tit. de præsumpt.

Licèt quisque præsumatur viuere centum ann. tamẽ dans de regressu tertij, an debeat probare eum viuere, vide eundem. decis. 2. aliàs 145. tit. de exceptio. & decis. 4. ibid.

Si Papa cum quodam minore 22. ann. dispensauerit, vt eo defectu tpis nõ obstante, beneficiũ Curatũ posset cõsequi, licèt talis dispensatus non fuerit ad Subdiaconatum promotus vsque ad 25. annos, non ob id debet priuari ipso beneficio. Boer. consi. 26.

Derogatio, quæ, & qualis requiratur, quando præcessit dispositio, habens clausulam derogatiuam ad sequentes dispositiones, vide Crauet. consi. 126.

Collatio beneficij nõ tenet, nisi cõferens sciat de potestate sua, quòd ius haberet conferẽdi. Craue. cons. 134. Et quibus alijs modis impugnari possit collatio, vide ibid.

Collatio beneficij de iure communi pertinet ad Episcopum, & non ad Capitulum, sed si ad Capitulũ pertineat ex consuetudine, de illa prius constare debet, & qualiter tũc fiat collatio, & probetur consuetudo, vide Crauet. d. consil. 134. nume. 14. & consil. 170. Dec. consil. 117.

Collatio sola non sufficit, nisi inducatur quis in possessionẽ ex mandato, & voluntate titulum conferentis. Craue. d. consi. 134. nu. 24.

Si Legatus conferat Canonicatum, & etiam Capitulum, quæ collatio potior sit, maximè si aliter ex Beneficiatis non haberet qualitatem requisitam, vide Craue. d. consi. 170.

Si post adeptam possessionem beneficij ex titulo inualido, superueniat titulus validus, an quis possit perseuerare in dicta possessione ex ipso titulo valido. Pro parte negatiua scribit Crauet. consi. 171. Si alter habeat titulum validum de eodem beneficio, vide Franc. Marc. quæst. 494.

De pena priuationis beneficij vide p Iul. Clar. in sua Pract. crim. q. 73. §. fin.

Titulum suæ possessionis, seu beneficij, an, & quando cogatur quis ostendere, vide Maran. in suo Spec. de ordi. iudi. part. 4. distin. 13.

Collatio beneficij semel facta, reuocari nõ potest, etiam si absenti facta sit. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 185. nu. 47.

Impetrans quodcunque beneficium, quæ exprimere debeat in precibus, ad hoc, vt impetratio valeat: & quando ob subreptionem, vel obreptionem vitietur, vide ibid. cas. 201. num. 32. & seqq.

Exprimenda versantur circa tria, nempe circa personam impetrantis, circa qualitates beneficij, quod impetratur, & circa ius, quod in beneficio impetrando alteri competit. Menoch. ibid. num. 32.

In beneficijs si quis acceptauerit possessionẽ in Ecclesia, vel in domo, in qua degere solitus est Curatus, tunc acquiritur possessio omnium rerum beneficij, etiam sine alia apprehensione. Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 3. tractat. de mater. possess. in præfatio. nu. 119. vide tamen ibid.

Actore non probante, reus absoluẽdus est, etiã in beneficialibus quid. si ambo probauerint, & iura eorum sint obscura, vide Rebuff. ibid. tract. de caus. benefic. possess. glo. 1. art. 8. & 9. nu. 6. & seqq. fol. 801.

Si ille, qui obtinuit absolutionem, petat iura beneficij, an teneatur ostendere titulum, vel sufficiat ostendere sententiam, vide Rebuff. ibid. nume. 24.

Beneficium primò Curatum, postmodum sine Cura rectum, pro simplici, ac non Curato habetur, retinetq; vltimũ habitũ. Dec. cõs. 126.

Impetratio Capellæ, vt iure consistat, quæ requirantur, vide Dec. consi. 135.

Concessio facta vni à summo Pontifice, nõ tollit ius alteri quæsitum, virtute prioris cõcessionis factæ per Episcopũ. Dec. cõs. 303. n. 13.

Impetrans beneficium viuẽtis, postea illo mortuo, non potest illud impetrare. Dec. consil. 398. volum. 2.

Donatio iuris præsentandi pro vna vice, quando valeat, & si fuerit confirmata à Papa, vide Dec. consi. 541.

Dispen-

Dispensatio est odiosa, ideò debet strictè intelligi, & de subreptitia dispẽsatione vide p Dec.consi.541.

Rescriptum, Perinde valere, retrotrahitur, & facit concessionem, quæ dicitur surreptitia, valere. Menoch.consi.316.nu.15.lib.4.

Papa liberè potest cõferre (si preuenerit) vacãtia beneficia sub mensibus Ordinariorũ, nec hoc in casu est necesse expressè derogare Reg. alternatiuæ, cùm facto ipso censeatur derogatũ dictæ Regulæ. Meno.cõsi.83.vol.1.

Licèt Legatus de latere (etiã de cõsensu patroni) non possit cõferre beneficia, quæ sint de iure patronatus ex fundatione, donatione, vel constitutione: tamen bene potest cõferre beneficium iuris patronatus laicorum ex præscriptione. Rol.consi.46.vol.1.

Collatio beneficij facta per Vicarium Episcopi ex speciali mandato, ignorantem alium Vicarium fuisse creatum, an valeat, vide Ludo. Roma.sing.58.

In beneficialibus licitum est redimere vexationem suam, quando quis Canonicè habet plenum ius, & sit in possessione beneficij. Guid.Pap.sing.725.

Inuestitura operatur institutionem in beneficialibus. idem, sing. 771.

In causis beneficialibus inter contendentes, attenditur titulus iustior. idem, sing.783.

Beneficium nõ debet inter duos diuidi. Guid. sing.907.

Titulus infectus inficit possessionem in beneficialibus. Guid.sing.920.

Rescripta (maximè ad beneficia) strictè interpretanda sunt. Marc.de Mant.sing.18.

Supplicationem solùm, & nõn bullas gratiæ expeditas ostendenti, non credendum, nisi adesset clausula, Et sola signatura sufficiat, scribit Mar.de Mant.sing.167.

Vnum solum beneficium Curatum licet habere, & si nõ fuerit sufficiens ad victum, potest eidẽ prouiso prouideri de altero beneficio simplici, vide Concil.Triden.c.17.fol.267.

Papa per suum priuilegiũ non intelligitur præiudicare institutioni beneficij, nisi hoc apertè exprimat. Abb.cons.101.part.1.

Dubitans de validitate primæ collationis, potest secundam impetrare. Abb.cons.3.lib.2.

Prælatus habens ius conferendi, potest conferre beneficia consanguineis, dummodo honesti sint. Abb.consi.96.part.2.

Institutio beneficiorum de iure communi, pertinet ad solùm Episcopũ. Abb.cõs.106.par.2.

De forma petitionũ, & articulorũ in causa beneficiali vide per Abb.in sua pract. c.128. Et de forma libelli, ibid.c.124.

Collatio beneficij facta illiterato, est ipso iure nulla: intantũ abhorret Ecclesia illiteratos: secùs si fieret homicidæ, quia tunc non esset ipso iure nulla. Fel.consi.18.nu.6.

Collatio, seu prouisio beneficij perpetua, pura, & simplex esse debet: fallit in Papa, qui potest ad tempus conferre. Fran.Marc.q.475.

Beneficium viuentis scienter impetrans, quibus pœnis subijciatur, vide ibid.quæstio.480. & 494.

Fama quandoque à beneficij viuẽtis collatione, excusat. ibid.d.q.494.

Mandatum de prouidendo, an se extendat in dubio ad beneficia in Ecclesia Cathedrali existentia, vide Marc.q.526.

In collatione Canonicatuum, attenditur consuetudo vtriusque Ecclesiæ. Marc.q.921.

Tempus conferendi currit Episcopo à tempore renuntiationis, non ratihabitionis. DD.de Rot.decis.1.tit.de electio.in antiquio.

Negligentibus inferioribus conferre, ad Superiorem deuoluitur potestas conferendi; non autem ad parem. DD.de Rot.decis.1.titu.de supplen.neglig.Prælat.in antiquio.

Periurus potest priuari beneficio; non tamen si esset simplex violator fidei. DD. de Rot.decis.1.de pact.in antiquior. vide decis.1.de iureiuran.in antiq. aliàs 138.

Possessor reus in causa beneficiali, de cuius iure non constat, an possit dare obiectus de non iure suo, contra actorem, de cuius iure constat, nisi vincatur per obiectus istos, vide DD.de Rota, deci.2.de except.in antiquior.

Papa nunquam tollit ius alterius, nec in re, nec ad rem, vbi hoc non expressit, & licèt motus proprius præseruet à surreptione, non tollit tamen ius alterius. DD. de Rot. decis.35. de prœben.in antiq.aliàs 5.praeced.decis.

Institutio facta de præsentato per patronũ excõmunicatum, non valet. DD.de Rota, decis. 1.tit.de institutio.in antiq.aliàs 527.

Restitutio ad gratiã extinctã non præiudicat ei, qui interim aliam gratiam impetrauit. DD. de Rot.dec.48.tit.de cõcessio.præb.in antiq.

Quæ exceptiones possint opponi contra actorẽ respectu beneficij, vide ibi.tit. de except.

Superior vbi actũ explicat cũ causæ cognitione, videtur super tali actu dispensare, etiã si expressè non dispenset. DD.de Rot. decis.2.tit. offic.Ordinar.in antiq.aliàs 20.

Quomodo acquiratur possessio in beneficialibus, vide eosdem DD.tit. de caus.possessio. & propriet.in antiq.

Si beneficium litigiosum transferatur in alium, quid iuris, vide ibid.tit.vt lite penden.

Minor 14.ann.potest de iure communi habere, & obtinere beneficiũ simplex. DD. de Rot. deci.2.tit.de ætat.& quali.in antiq. aliàs 276.

Narrans tenere beneficium à se creatum,& dotatū in gratia, nō astringitur ad probandum huiusmodi creationem,& dotationem. DD. de Rota, deci. 10. ti. de rescri. in nou. alias 84.

Quando Prælatus fuit negligens conferre beneficium intra semestre, qualiter potestas conferendi deuoluatur ad Superiorem, vide DD. de Rot. tit. de suppl. neglig. Prælato. in nouis.

Dispensatio obtinendi beneficiū, restringitur ad primum, & vnicum beneficium tantum, nec potest permutari. DD. de Rota, decis. 1. de filijs Presbyte. in nouis, alias 339.

Illegitimus dispensatus beneficia, & dignitates tenere potest. ibid. decis. 2. alias 136.

Reus, & possessor, si lite pendente moriatur, & actor possessionem recipiat, & tertius surrogatur, reuocatur possessio per viam attentati. DD. de Rot. decis. 10. tit. vt lite pendente, in nou. Quid iuris in subrogato in locum alterius defuncti, vide ibid. decis. 12. alias 440.

Possessionem beneficij apprehendens propria auctoritate, ius, quod in beneficio habebat, perdit. ibid. decis. 10. alias 411.

Sufficit probare per famam, & alia adminicula, quòd collator erat in quasi possessione conferendi. DD. de Rot. decis. 3. de probat. in nouis, alias 123.

Sufficit ad colorandum possessorium dicere in articulis, se in beneficio Canonicè institutū, & possedisse, ac spoliatum fuisse. DD. de Rota, decis. 7. tit. de probatio. in nou. alias 257.

Inductio in possessionē beneficij facta ab eo, qui habuit potestatem conferēdi, habet vim collationis, quam etiam demonstrat omnis verbalis, & realis actus, per quem posset constare de mente conferentis. DD. de Rot. decis. 16. de conces. præb. ibid. alias 441.

Beneficiati immissio in possessionem beneficij à Pontifice obtenti, qualiter per Senatū sit facienda, & concedēda, vide Perillust. D. P. Tess. decis. 110.

Papa conferendo Canonicatum in aliqua Ecclesia, videtur conferre cum iuribus Canonicalibus, quæ competunt Canonicis illius Ecclesiæ, secundum statuta, & consuetudines. DD. de Rot. decis. 9. tit. de cōsuetu. in antiq.

Electiuum beneficium dicitur tantùm illud, in cuius collatione requiritur confirmatio Superioris seu seruatur forma c. quia, de elect. vide DD. de Rot. decis. 1. de electio. ibid.

Canonicus vltra numerum statutum, potest de Canonicorum consensu eligi, licèt non sufficiāt facultates Ecclesiæ. DD. de Rot. ibidem. decis. 2. alias 251.

De Beneficiorum resignatione, & renunciatione.

AN ad validitatem resignationis beneficij in manibus Papæ, viuente resignante, factæ, & per Papam admissæ, sit necessarius consensus ipsius resignantis ad expeditionem, & leuationem bullarum; ita quòd si reperiatur per Procuratorem post mortem resignātis præstitus, talis resignatio valeat, vel sit nullius momenti, vide Boer. decis. 348. Crescent. decis. 7. alias 38. tit. de renunciatio. & decis. 9. alias 209. de Procurat.

Mutatio voluntatis in resignatione, debet intimari Procuratori ad hoc constituto, alias cōsensus præstitus post mortem resignātis, tenet. Vera. decis. 224. part. 1.

Resignante ante collationem mortuo, collatio valet post mortem, si fuerit derogatum Reg. de verisimili notitia obitus. Rot. Aueni. decis. 45. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Mandatum ad resignandum, finitur morte mādantis, non obstante ignorantia mandatarij: ideò resignatio facta post mortem dicitur nulla, vt vacet beneficium per obitum; & non per resignationem. Crauet. consil. 88. numero 8.

Resignatione per infirmū facta, quomodo debeant numerari viginti dies, quibus viuere debet resignans, vide Boer. decis. 348. Et de hac Reg. plenè per Papon. lib. 3. tit. 2. De ipsa computatione per Cassan. in consuetud. Burgund. tit. *des iustices*. §. 8. glos. 6. nu. 8.

Minor 14. ann. ad beneficia obtinenda per Papam dispensatus, cum licentia cedendi, si renūciauerit beneficio, an possit in integrū restitui aduersus ipsam resignationem, vel alium contractum super rebus ipsius beneficij, vide eundem Boer. decis. 350. Put. decis. 437. lib. 1. & Papon. lib. 3. tit. 11. arrest. 1.

Minor 25. ann. & maior 14. non potest sine curatore beneficium resignare, & ad resignandum Procuratorem constituere, idem Put. decis. 161. lib. 2.

Si minor 25. ann. renunciauerit beneficio, non restituitur in integrum: quia in beneficialibus, vt maior admittitur, & agit, & conuenitur. Guid. Pap. sing. 680.

Resignationem faciens, an possit pœnitere antequā sit alteri facta collatio, vide Boer. decis. 350. num. 5.

Renunciare an quis possit beneficio absque Superioris auctoritate, vide Aegid. Bellam. conclusio. 220.

Consen-

Consensus in resignationibus, quæ fiunt in Curia Romana, potest pcedere, & sequi datã supplicationis. Gul. Cassad. decis. 31. n. 3. ti. 1.

Nouus titulus præsumitur superuenisse resignãti, si post resignationem beneficiũ per triennium possederit. Cass. deci. 4. tit. de restit. spol.

Resignare beneficiũ an posit accusatus, postquã cõclusum est in causa, vide Boe. dec. 206.

Resignatio in fauorem certæ personæ est simoniaca, licèt ex stilo, & certa scientia Papæ, vitium simoniæ purgetur. Cassad. decis. 2. tit. de simonia.

Conuentio in resignatione constituenda, respectu promissionis factæ de fructibus soluẽdis, dicitur simoniaca: quia ante litem motam, neque fructus possunt in conuentionẽ deduci. Mohed. decis. 332.

Impetratio est nulla, quãdo ius remansit penes resignantem. Put. decis. 48. lib. 1.

An actori ex resignatione agenti, superuixisse resignantem resignationis tempore, an verò reo mortuum fuisse, incumbat onus probãdi, vide eundem Put. decis. 85. lib. 1.

Resignatione non probata, corruit noua prouisio. Put. decis. 400. ibid.

Conditio, sub qua facta est resignatio, si nõ doceatur impleta, censetur resignatarius intrusus. Put. decis. 199. lib. 3.

Resignans post resignationem percipiens fructus, nõ dicit̃ decedere in possessione beneficij. Put. decis. 371. lib. 3.

Ordinarius non potest admittere resignationẽ beneficij illius, qui est exemptus ab ipso Ordinario. Put. decis. 420. lib. 3.

De resignatione, & quando valeat, vide Vera. decis. 79. vsque ad decis. 92. part. 3. Et debeat fieri, vide Papon. lib. 2. tit. 8.

Resignatio non valet, nisi facta mentione de aliis beneficiis, & pensionib. Borg. Caual. decis. 25. nu. 46. de contract. part. 2.

Procurator ad resignandum, non põt resignare post annũ sui mãdati. Papon. li. 2. ti. 8. arrest. 1.

Resignans beneficium, si ille, in cuius fauorem fuit facta resignatio, illud non acceptauerit, remanet in suo primo statu, obtẽta tñ prouisione à Papa. Papon. lib. 2. tit. 8. arrest. 17.

Infirmus resignans sub fide, & promissione retrocedendi in casu conualescentiæ, sanus factus restituit̃ contra suam resignationem. Papon. lib. 3. tit. 11. arrest. 4.

An resignatio nulla sit, si Procurator mandatum habeat ad resignandum cum reseruatione omnium fructuum, vel simpliciter, & resignet cum reseruatione medietatis, cui resignatarius ante obitũ resignantis, non consensit, vide Crescen. decis. 8. aliàs 37. titul. de renunciatio.

Resignatarius etiam porrecta supplicatione in vita resignantis, an post illius mortem possit consentire, quando adest reseruatio, & de mandato conditionali non apparet, vide eundem, decis. 9. aliàs 228. tit. de renunciatio.

Resignatarius si non capiat beneficium vigore resignationis; sed vigore clausularum Regularium dependentium ab ipsa resignatione, an procedat Reg. de annali, vide ibid. decis. 14. aliàs 245.

Procurator ad quomodolibet conueniendum super beneficio, an possit resignare, si vigore resignationis fuisset data recompensa æquiualens propter casum non liquidum, vide Crescent. decisio. 11. aliàs 214. titulo de Procurato.

Resignans si reseruauerit sibi fructus, an poterit agere spolio, si resignatarius possideat, vide eundem, decis. 2. aliàs 64. tit. de restitu. spolia.

Litteris Ordinarij prouidentis, & dicentis resignatiouem factam in eius manibus, an credatur, vide Crescen. decis. 13. aliàs 157. titulo de probationibus.

Resignatio si est facta tempore vnius Põtificis, & obitus resignantis est tempore alterius, an sit locus Reg. neutrius, vide Crescen. decis. 3. aliàs 146. tit. de except.

Resignatarij duo si cõcurrunt, posterior in data, sed prior in consensu, an præferatur anteriori in data, & posteriori in consensu, vide eundem, decis. 1. aliàs 75. tit. de cõces. præbẽ.

Prouisio de beneficio iuris patronatus facta sine consensu patroni, est inualida, resignatio tñ valet: quia vnusquisque potest liberè resignare beneficium, quod obtinet. Mohed. decis. 268. vide tamen decis. 326. ibid.

Simoniaca dicitur constitutio Procuratoris ad resignandum beneficiũ in manibus Superioris in fauorem illius, qui placuerit, & videbitur ipsi Procuratori. Crauet. consi. 122.

Resignatio beneficij ab alio impetrati, vel ante condemnationem, quando valeat, vide Boe. decis. 205. num. fin.

An Legatus de latere, possit resignationes beneficiorum suæ Prouinciæ, admittere, vide Marc. quæst. 318.

Vicarius non potest resignationem recipere. DD. de Rot. decis. 1. de renunciat. in antiq.

De renunciationibus beneficiorum vide p Cassad. tit. de renunciatio.

Renunciatio beneficij in fraudem facta, non valet; sed quando præsumatur fraus, vide Boer. decis. 287.

Renuncians beneficio non solùm abdicat à se dominium, verumetiam ciuilem, & naturalem possessionem. Cassad. decis. 4. titul. de restitutio. spoliat.

Renunciatio nulla (quia cōsensus erat alteri reseruatus) non connalidatur, dato quòd habens regressum approbet illam, etiam re integra. Ioan. Mohed. decis. 85.

Pacta illicita ante renunciationem apposita, atque consumpta, renunciationē ipsam illicitā, simoniacamq; cōstituunt. Mohe. deci. 167.

Sententia lata contra cedentē est nulla, nec nocet cesionario. Put. decis. 80. lib. 3.

Cesio nulla litem non extinguit; secus si sit valida. Put. decis. 354. lib. 3.

Lis vbi est quo ad actorem tantùm, & cedit beneficium in alium, non facta mentione litis, cesio est nulla. Put. decis. 362. lib. 3.

Retrocesio si est nulla, remanet ius in resignāte. idem, decis. 510. ibid.

Exequi potest sentētia cōtra cedētē beneficiū in fauorē certæ personę: quia cedens remansit in possesione. Vera. decisio. 326. part. 1.

Quando cauetur, post renunciationem debere renunciantem superuiuere, puta per viginti dies, tunc computatio temporis debet fieri de momento ad momentum, imò dies renūciationis non computatur in termino. Gom. Leo. decis. 22. in decisio. diuerso.

Sententia lata contra prædecessorem, mandātur executioni contra successorē beneficij, etiā pro fructibus. Papon. lib. 18. tit. 5. arrest. 1.

Cesionarius cedens, si deduxerit ad speciē acceptationem, an posit aliam acceptationē sub alia die deducere ad speciem aliā, vide Crescen. decis. 12. tit. de præben. aliàs 241.

Spoliatus est restituendus, etiam post renunciationem, si probet de possesione post ipsam. DD. de Rot. deci. 1. aliàs 158. tit. de renūcia. nu. 3. 9. & 12. in nouis.

Renunciatio beneficij debet omnino fieri, idest liberè totaliter, simpliciter, & absolutè, sine vlla reseruatione, aliàs dicitur simoniaca. Crauet. consi. 222.

Beneficium renunciatum, ad hoc vt per renunciationem vacare dicatur, quæ requirantur, vide Franc. Marc. q. 295.

De renūciatione beneficiorum, & in cuius manib. debeat fieri, ad hoc, vt valeat, vide DD. de Rot. titu. de renunciatio. in antiquio. & in antiq. ibi quoque de resignationibus.

De Beneficiorū regressu, & subrogat.

AN vigore regressus quis posit regredi ad beneficiū cessum, accessu sibi reseruato, nō edocto de primęuo iure, vide Put. decis. 197. lib. 1. & decis. 389. ibid.

Regressus ob nō solutionē pōt reseruari, quāuis nō cōstet de aliquo cōsensu. idē, dec. 293. li. 1.

Regressus per cessum tunc intelligitur, vbi cesio fit in manibus Superioris purè; & non in fauorem alterius. Put. decis. 314. lib. 1.

Accessus, siue regressus reseruatus ex causa cesionis iuris, litis, & causæ, vt dicatur iustificatus, debet doceri de lite saltē de facto, quando non constat Papam aliter voluisse. Vera. decis. 6. part. 1.

Accessus, siue regressus, est ipso iure nullus, quādo non fuit facta mentio, ꝙ ille, ad cuius fauorem reseruatur, laborabat morbo caduco. idem Vera. decis. 7. part. 1.

Infirmus resignans sub fide, & promisione retrocedendi in casu conualescentiæ, sanus factus restituitur, contra suam resignationem. Papon. lib. 3. tit. 11. arrest. 4.

Regressum habens, an posit viuente illo, per cuius obitum regressui locus erat, renunciare illi, & extinctioni consentire solùm coram Notario, vide Crescen. decis. 1. alias 161. titu. de renunciat.

Regressus, ad hoc vt valeat ex causa resignationis, an sit necessarius consensus resignatarij, vide eundem, ibid. decis. 2. aliàs 175.

Si reseruentur in resignatione regressus, & fructus, an tunc Procurator reuocetur morte, vide Crescen. decis. 8. aliàs 171. tit. de Procura. & decis. 13. aliàs 139. ibid.

Regressum habens ad aliud beneficium, quid probare in regressu debeat, vide DD. de Rot. decis. 1. nu. 10. de rescrip. in non. aliàs 28.

Subrogatione beneficij litigiosi in forma gratiosa concessa, potest subrogatus (etiam lite pendēte) propria auctoritate possesionem apprehendere. idem Put. decis. 214. lib. 1.

Subrogatio nihil operatur (etiam quo ad possesionem) stante regressu, nisi actu possesio apprehendatur. Vera. decis. 231. part. 3.

Prouisus per mortem alterius ex litigantibus de beneficio litigioso, non tenetur impetrare subrogationem, si posideat, aliàs secùs. Papon. lib. 8. tit. 17. arrest. 1.

De hac subrogatione, & intra quod tēpus debeat impetrari, vide Papon. ibid. per tot. titu. Et ad quid teneatur subrogatus.

Subrogatio an debeat Canonizari vigore primi tituli, de cuius inualiditate constat, vide Crescen. decis. 6. aliàs 95. tit. de iudic.

De Beneficiorum confirmatione.

COnfirmatio, quæ sortitur effectum, æquiparatur prouisioni Papali: & confirmatione existente Canonica; conditionis existentia non est necessaria. Aegid. Bellam. conclusio. 531.

Per

Per electionem, & præsentationem, quæritur ius ad rem; per institutionem, & confirmationē, in re. Gulicl. Cassad. decis. 18. tit. de præbend.

In beneficialibus licitum est antę confirmationem pęnitere, etiam altera parte non consentiente. Put. decis. 353. lib. 1.

An confirmatio Superioris suppleat defectum electionis inualidæ, vide Marc. q. 925.

Confirmatio superioris coloratum posśidendi titulum tribuit. Idem Marc. q. 926.

Electionis confirmatio ad quem spectet, vide eundem, quæst. 928.

Confirmatio Papæ ex certa scientia, quos effectus suppleat, vide DD. de Rot. decis. 2. titu. de confirmat. vtil. vel inutil. aliàs 230.

De vnione beneficiorum.

Beneficij vnio, siue annexio, ex eo probatur, quòd spacio 40. ann. tanquam annexatum, & vnitum possessum fuerit. Ozasc. decis. 116.

Beneficiorum vnio, siue pluralitas, curam animarum habentium, omni iure prohibita. Ozasc. Ibid. d. decis. 116. Aliàs Episcopus in sua diœcesi potest vnire Monasterium seu Ecclesiam alteri. Guid. Pap. quæstio. 107.

Vnio ex falsa causa, an sit ipso iure nulla, vel debeat annullari, qualiter, & per quos posśit fieri, & de quorum consensu, vide Boer. decisio. 345.

Vnio an diuturnitate temporis, præsumatur facta, vide ibid. nu. 7.

Vnio per Papam admissa, non tamen in forma expedita, an valeat, vide Boer. decis. 346. Et quid, si solum esset expedita per supplicationē signatā: & an successor debeat ipsam habere ratam, vide eund. Boe. decis. 348. nu. 7.

Resignatio facta de vno beneficio vnito, capit aliud beneficiū ei vnitum. vide Iac. Put. decisio. 442. libr. 1.

De vnione Ecclesiarum, & beneficiorum, & de dissolutione vide p Vera. decis. 344. & seqq. part. 3. & DD. de Rot. tit. de reb. Ecclesi. non alien. in antiq.

Vnio beneficiorum debet esse perpetua; & non temporalis. Pap. lib. 3. tit. 8. arrest. 1.

Vnio non exequuta, non impedit prouisionē beneficij vniti. Papoñ. lib. 8. tit. 9. arrest. 4.

Reg. reuocatoria vnionum, an comprehendat erectionem certę Ecclesiæ in Collegium, vide Crescent. decis. 1. aliàs 141. titu. de Paroch. & alien. Paroch.

Vnio ad vitam à Papa facta, an inducat reseruationem, vt ea dissoluta, Ordinarius non côferat, vide ibid. decis. 2. alias 177.

Vnio beneficiorū est stricti iuris, & odiosa: quia quælibet Ecclesia habere debet suum Rectorem. Crau. consi. 258. nu. 10.

Vnio, quæ legitima auctoritate fuit facta, & diù obseruata fuit, non potest reuocari in dubiū. Menoch. consi. 192. lib. 2.

Prima vnio facta (et viuente Beneficiato) pualet secundæ, factæ post mortem Beneficiati, q bñficiū vnitū obtinebat. Men. cons. 294. li. 3.

De Beneficiorum permutatione.

Si vnus ex permutantibus nō habet ius, puta quia simoniacus, vel aliter non habeat titulum in beneficio, non acquirit ius in beneficio, quod consequitur ex causa permutationis. Guid. Pap. sing. 830.

Beneficiorum permutatio non est licita absque Summi Pontificis auctoritate, minus est licitum cōsentire diuisioni possessionum beneficij, quia hoc esset diuidere beneficia, & prębendas, quod non licet. Dec. consi. 145.

Si quis permutauerit beneficium in manib. Papæ, & consenserit pensionem super altero beneficio non permutato, constitui, valet talis pensionis constitutio, etiam in præiudicium successoris, si Papa voluerit ad successores transire. Boer. consil. 29.

Permutatio beneficiorum, quando dicatur fraudulenta, vide Aegid. Bellam. Conclus. 344. Et ex quibus pręsumatur facta ĩ fraudē expectantis, vide DD. de Rot. decis. 2. de præsump. in antiq. aliàs 261.

Permutātes possunt ad sua beneficia redire, sine noua collatione, petita tñ licentia. Boer. decis. 97. Sed tunc, an fructus debeant inuicē restitui, vide eund. decis. 98.

Permutādi bñficij tractatus, qñ valeat, & qñ nō, nisi approbāte Papa, vide Boer. dec. 205. Et pmutatio bñficiorū, qb. ex cāis fieri dēat. ib. n. 7.

Permutato vno beneficio cū duob. euicto vno, hēt locum recursus. Aegid. Bellam. côcl. 348.

Illegitimus posśidens beneficium Curatum, an illud cū alio Curato permutare posśit, vide eundem, conclusio. 755.

Permutatio vera beneficiorum inter duos est permissa; non inter tres, vel quatuor. Vera. decis. 325. part. 2.

Permutatio non valet, nisi facta mentione de alijs beneficijs, & pensionibus. Borgn. Caual. decis. 25. nu. 46. par. 2. de contract.

De Permutatione beneficiorum, & quid quando alterum beneficium permutatum euincitur, vel reperitur oneratum, veluti aliqua

pensione, & coram quo Iudice tunc his debeat tractari, vide Papon.libr.2.titu.7. arrest. 1. & seqq.

Rescisio permutationis beneficij, spectat ad Iudicē Ecclesiasticū. Papon.lib.3.tit.11.arrest.5.

De permutatione beneficiorum vide DD. de Rot.titu. de permuta. in nouis, antiquis, & antiquioribus.

Permutatio in fraudem expectantis, an facta censeatur vbi ab infirmo, de cuius salute disperatur, beneficium maioris valoris, permutatum sit. vide Thom.fasto.decis.60.cano.

Dispensatio obtinendi beneficium, restringitur ad primum beneficium tantùm, nec impetrans dispensatus, potest illud permutare. DD. de Rot. decisio. 1. titu. de filiis Presbytero in nouis.

De Præbendis.

Canonici habentes facultatem optandi præbendas in Ecclesia ex cōsuetudine, non optantes, nullo tēpore perdunt facultatem. Capic. decis.134.num.4.

Præbenda non potest capi pro executione rei iudicatæ; sed quādo Clericus posit obligare fructus sui beneficij. vide Boer.decis.226.

Consuetudo optionis in Ecclesia, vbi sunt prębendæ distinctæ, præscribitur decem anno. Aegi.Bellam.conclusio. 62. vide tamen ibid.

Collatio præbendæ Ecclesiæ Cathedralis, spectat ad Episcopum cum consensu sui Capituli. idem Aegid. conclu.49. & Put. decisio. 135. libr. 1.

Quando bona inter Episcopum, & Capitulum sunt communia, collationes etiam sunt communes. Aegid. ibid.nu.5.

Collatio præbendæ est communis Episcopi, & Capituli, salua tamen consuetudine, vide Cassad.decis.17.tit.de præben.

Renunciare an quis posit (absque Superioris auctoritate) præbēdę, & retinere Canonicatum, vide Aegid.conclusio.220.

Illegitimus per Episcopum dispensatus ad beneficia sine Cura, non censetur dispensatus ad præbendas Ecclesiæ Cathedralis. idem, conclusio.362.

Minor 14.anno.præbendam in Cathedrali Ecclesia habere potest de iure communi. DD. de Rota, decisio.1.titu.de ætate & qualitate, in antiq. vide Aegid.conclusio.753.

Præbenda constituitur ex rebus temporalibus; ideò potest assignari laico, quando non est annexa Canoniæ. Casta. decis.17.nu.4.tit.de præben.& Boer. consi.16.nu.21.

Præbenda Theologalis non potest onerari pensione. Papon.lib.3.tit.5.arrest.1.

Præbēda accipit dupliciter, videlicet p prius, & posterius, vide Alex. Raud.tracta.de Analog.lib.1.cap.6.nu.29.

Canonicatus sine præbenda, an cōferri posit: & præbenda dicitur accessoria ad Canonicatum. Crauc.consi.170.

Super præbendis Clericorum, seu fructibus earū, potest transigi Episcopi auctoritate. Bart. de Capu.sing.9.

Clericus beneficiatus decedens, transmittit fructus perceptos ex sua prębēda ad hæredes, sed quid in Clerico simplici, vide Ant.Corset.in suis singularib.litera C. sing.Clericus.

Præbenda, & ius præbendæ potest à Superiore concedi: sed ille, cui est concessa præbenda, non potest eam alteri concedere; sed rem præbendæ sic. Barto. in l.1.C.de petit.bono. sublat.lib.10.

Receptus in Canonicum auctoritate Apostolica, iure suæ receptionis, & ratione Canonicatus, in præbenda vacante, omnibus alijs præfertur. DD.de Rota, decis.11. de concessio.præben.in nouis. sed de concessione prębendæ vide ibid.per totum.

Mentio fieri debet de præbendis, quando sunt distinctæ, sed quādo dicantur distinctæ, vide DD. de Rot. decisio.33. aliàs 449. nume.3.& 4.in nouis.

Præbenda quando vacat in Curia, Papa concedit: sed si postea ille, cui conceditur, moriatur naturaliter, Ordinarius confert. Bart.in l. si quis sub conditione.ff.de testamen.tutel.

Papa si concedat alicui præbendam de proximo vacaturam in tali Dięcesi, quam duxerit accipiendam, postea alteri concesserit specialiter in vna Ecclesia illius Dięcesis quis ipsorum præferatur, vide Bar.in l.102.de leg.1.

Alienatio præbendæ facta per Canonicū proprium, an valeat interueniente consensu Episcopi, vel etiam requiratur consensus Capituli, vide Crescen.decis.2.aliàs 284. titu.de reb. Eccles.alien.vel non.

Collationes præbendarum Ecclesiarum Collegiatarum à Cathedralibus inferiorum, de iure communi pertinent ad Collegia ipsa, & Prælatos ipsorum simul. Aegid.conclu.717.

Recepti auctoritate Apostolica in Canonicos iure suæ receptionis, & ratione sui Canonicatus, & præbendæ vacaturæ, præferuntur omnibus, & alijs alia auctoritate venientibus, & collatio alteri facta est nulla. idem, conclusio.737.

De

De Pensionibus.

PENSIO de sui natura non censetur Beneficium Ecclesiasticū, cùm possit laico assignari, nisi talis esset pensio, quę consueuisset pro Ecclesiastico beneficio assignari. Capic. decis.200. Et sic pensio, quæ soluitur de reditibus Ecclesię, censetur dari pro iure tẽporali Ecclesiæ, non Spirituali.ibid.nu.2.

Pensionis reseruatio super fructibus beneficij facta, non tenet in præiudicium illius, qui habet indultum regrediendi, seu accedẽdi. Guliel.Cassad.decis.1.tit.de pensio. Tamen pensionis impositio ex certa scientia Papæ, habita mentione de regressu, valet. ibid. Et alia de pensionibus vide in deci.4. & seqq.

Pœna excommunicationis, ac priuationis beneficij, non incurritur, nec regrediendi, seu accedendi, ob non solutionem pensionis, locus existit, tacente pensionario. idem Cassa. decis.4.tit.de locat.

Pensionis reseruatio à Principis; non autem à partiũ voluntate, dependet. Cassad.ibi.nu.5.

Pensionis secundæ constitutio in beneficio, nõ facta mentione de prima, an valeat, vide Boer.decisio.162.

Resignans tenetur soluere pensionem, quousque constet resignatarium acceptasse: quia resignatio conditionalis, iure proprio resignantem non priuat. Mohed.decis.10.

Licèt resignatio videatur esse nulla; tamen si resignatarius possidet, excusatur resignans à solutione pensionis. idem, decis.216.

Transactio super beneficio cum constitutione pensionis, an valeat, vide Pet. Beninten. decis.49.num.12.

Consensus prædecessoris in reseruatione pensionis ex cessione, an sufficiat, vide Put.decisio.342.lib.1.

Translatio Pensionis in alium in hora mortis, an sufficiat, vt mutatio voluntatis principalis probetur, vide eundem, decis.92.lib.2.

Pensionarius, qui habet reseruatam Pensionem super fructibus, quo casu, pensionem à successore in beneficio exigere non possit, vide Put.decis.189.lib.2.

Successor in beneficio, an teneatur ad decursas pensiones, tempore prędecessoris non solutas, vide Cassad.deci.4.nu.3.tit.de locat.

Actio personalis datur pro pensione cõtra successorem in beneficio. Vera. decis.13.part.1. Imò & hypothecaria. ibid. decis.302.part.2. Pensio tamen per successorem tanquam nulla impugnari potest. idẽ Vera.deci.300.lib.2.

Electio pensionarij est, agere contra prędecessorem, vel eius heredem, aut contra successorem possessorem. Vincent.de Fran. decis.107. nu.14.& 15. Sed si egerit contra ipsum possessorem, ipse successor agere poterit contra hæredẽ prędecessoris. ibid.d.decis.107.n.16.

Pro pensione, possessorio agi potest contra modernum titularium, etiam bullis non leuatis, & allegata nullitate. Rot.Auenio.decisio.82. in decisio.diuerso.

Pensionem super beneficio impositam, tenetur soluere hæres promissoris, qui pro illa obligauit bona propria, suumq; hæredem, cui tamen datur regressus contra beneficij possessorem pro releuatione.ibid.decis.130.

Pensionarius, qui habet pensionem liberam, an teneatur contribuere ad onera de facto imposita, vide Put.decis.386.lib.2.

Pensionarius tenetur cõcurrere pro solutione decimarũ.Papon.lib.3.titu.5.arrest.2.& seqq.

Pensionarij beneficiati tenentur contribuere pro oneribus, & decimis extraordinariè impositis super beneficijs.idem Papon.lib.5.tit. 13. arrest.1.

An Pensionarius teneatur ad collectas, seu pręstita, vide Crescen.decis.4.alias 262.tit.de locat. & conduct.

Pensio extinguitur per contractum matrimonii.Put.decis.459.lib.2.

Pensionis terminus integer ad translatarium spectat, nec inter hæredes, & eum diuidi debet, si antequam dies venerit, transferens decesserit.Put.decis.14.lib.3.

Pensionarius, qui est in possessione exigendi à prędecessore titulati, si eius successor non vult soluere pẽsionem, dicitur spoliari: ideò illi competit remedium cap. reintegrandæ. Put.decis.151.lib.3.

Pẽsio, litteris in processu fulminato insertis nõ præsentatis, translata sortitur effectum. Put. decis.246.libr.3.

Exceptio extinctionis pẽsionis per professionem, quando super ea non fuit iudicatum, requirit altiorem indaginem; & ideò nõ impedit solutionem pensionis: quia Monachus ex dispensatione pensionem retinere potest. Vera. decisio. 321. part. 1. & decisio. 223. part. 2.

Pensionum primarum mentio facta intelligitur, per clausulam, Præsens, & aliæ &c. idem Vera.decis.295.part.2. Et de materia pensionum vide ibid. per multas decisiones.

Beneficij possessor potest agere ad pensionem diu prædecessori suo solutam, licèt ipse eam nunquam receperit. DD. de Rot.decis.1.titu. de restitutio.spolia.in nouis.

Regressus reseruatus intelligitur pensionario, quatenus ipse pensionarius declarat velle

vti regressu.Vera.decis.8.part.3.

Pensionarius, qui non soluit partem pensionis nō cassatæ facit, vt detur locus regressui. qui habet locū pro minima parte pensionis non solutæ.idem,decis.9.ibid.

Transferendi pensionem facultas in dubio nō intelligitur concessa. idem,decis. 99. & 100. part. 3.Et multa alia spectantia ad pensionis translationem vide ibid.

Si alicui pensio fuerit translata, postquam Clericali carratere insignitus fuerit, illi est soluēda pensio à die signatæ supplicationis. Hier. de Mont. quæstio.24.

Consensus translationis pensionis, quomodo iudicetur validus,vide Vera.decis.209. part. 1.& decisio.210.

Pensio constituta super fructibus,si nulli percipiantur, non debetur. Rot. Auenio. decisio. 130.in decisio.diuerso.

Resignatio cum retentione simpliciter, potest fieri per Legatum: sed pensio debet cōstitui auctoritate Papæ.vide Papo.li.2. ti.8.arrest.1.

Pensiones duabus ex causis permittuntur; prima,pro bono pacis; secunda, ne nimium dispendium quis patiatur permutando,vel resignando.Papon.lib.3.tit.5,arrest.6.& 7.

Pensio super beneficio,nō debet excedere tertiam partē fructuum totius beneficij. Papon. ibid.arrest.8.& 10.Sed vsque ad dimidiam videtur valere,vide Boer.decisio.162.

Pensio reseruata cum clausula,Dummodo medietatem fructuum non excedat, an intelligatur quatenus non excedat: & an pro ea parte,quæ non excedit, valeat, vide Crescē. decis.17.aliàs 223.de rescript.

Concil. Latera. quo prohibetur impositio pensionis super Ecclesijs,non habet locū in Monasterijs de consuetudine. Vera. decisio. 177.part. 1.

Pensio surreptitia ob non expresionem veri valoris,licèt videatur debere suppleri;tamē cū sit inualida, & mortua,an posit alteri vitam tribuere, & ex ea inducatur publicationis effectus,vide Crescen.decis.18.aliàs 250. tit.de rescript.

Procurator constitutus ad consentiendum pēsioni in euentum,quòd talis resignet, si consentiat in Cancellaria, & talis resignet sub conditione, qua non impleta,principalis reuocet Procuratorem in causa, & postmodū talis resignet simpliciter, an consensus præstitus valeat,& pensio, non obstante reuocatione, vide ibid. decisio. 5. aliàs 171. titul. de Procurato.

Exceptio inualiditatis pensionis, an posit opponi per negantem se possessorem, vide eundem Crescent. decisio. 3. aliàs 86. titul. de cau. posse. & propriet.

An pensio comprehendatur appellatione beneficiorum in sententia pœnali, vide ibid. decis. 14.aliàs 296. tit.de senten. & re iudic.

Si quis beneficium permutauerit in manibus Papæ,& cōsenserit pensionem super alio beneficio non permutato constitui, valebit talis pensionis constitutio.Boer.consi.29.

Sententias duas habens in possessorio contra se,& patiens alium venire in petitorio,vt fugiat pensionem,an condemnandus sit, vide Crescen.decisio.2. aliàs 40.d.titu.de sentent. & re iudic.

Reseruatio pensionis facta à Papa motu proprio,valet absque expresione alicuius causæ,& derogatione Concilij; secùs esset in ea, quæ fieret ab inferiore.August.Bero.q.3.

Pensionis translatio an valeat,factą ab executore ante expeditionem,& præsentationem litterarum,vide Crescen.decis.13. aliàs 197. tit.de concesio.præben.

Pensio, quæ constituitur loco alterius cassatæ, quę dicitur translatio,si in prima sint expressa exprimenda,an sint necessaria in secunda, vide eundem,decis.1. aliàs 238. titu. de reb. Eccle.alien.vel non.

Pensio asignata super fructibus Abbatiæ sine consensu Monachorum,an valeat,si consentiat Abbas,vide Crescen.decisio.3.aliàs 153. titu. de locato.

Quando pensio est apposita à summo Pontifice Canonicis, & ipsi Canonici debent soluere medietatem fructuum,cōsideratur ipsa medietas,de dicta pensione. Dec.consi.156.

Remisio pensionis facienda est (etiam in beneficiis Ecclesiasticis) ob sterilitatem. Natt. consi.86.Tom.1.

Constituta pensione quatuorcentum aureorū super reditibus alicuius Episcopatus prędtanda, cùm tot vacabunt pensiones, ex his,quæ nunc præstantur, quæ eiusdem summæ sint, statim quòd cęperint vacare, pensiones debentur; etiam si non ascendant ad dictā summam 400.aureorum. Menoc.consi.79.vol.1.

Pensionarius spoliatus,quomodo, & quando agat remedio possessorio,vide infra, titu.de interdict.recuper.posse.

De Commenda.

Commendatarius Ecceclesiæ non dicitur Prælatus,sed habet quandam affinitatem cum Prælatura.Capic. decisio.3.

Commendatarius spoliatus, vel turbatus in commenda, non potest agere remedio. c. reintegrand. vel vti posidetis.Capic. ibid.

ibid. nume.4. contra commendantem. Put. decis.206.lib.3.

Commenda nostri temporis quo pacto detur à Papa: & Commendatarius ex causa necessitatis, vel vtilitatis, potest alienare res Ecclesiæ. Capic.d.decis.3.num.9.& fin.

Commenda afficit beneficium, & Papa dando commendam, videtur ad se prouisionem reuocare: & Commendatarij nostri temporis, an habeantur loco titulorum, vt faciant fructus suos, vide Guliel.Cassad.decis.32.tit.1.

Religionem profiteri non cogitur, obtinens beneficium regulare in commendam. ibi.nu.8.

Expectans non potest capere beneficium affectum per commendam, cessante commēda. Mohed.decis.129.

Commenda ad annum à die habitæ pacificæ possessionis, non currit, stante alio possessore, licèt Commendatarius nullam fecerit diligentiā contra possessorē. Put.deci.22.libr.2.

Commenda perpetua beneficij, afficit beneficium. Put.decis.158.lib.1.

Ad quem pertineat ius conferendi commēdas, vide Craue.consi.284.

Commendatarius potest agere pro fructibus, tempore prædecessoris exactis; sed non consignatis ipsi possessori. Capic.decis.3.

Commendatum beneficium, mortuo Commēdatario, vacat, vt prius. Vera.deci.144.part.1.

Commendatum esse beneficium, vel in titulū datum, quando cognoscatur, vide eundem Vera.decis.145.part.1.

Commenda cessat, per superuenientiam noui tituli. idem, deci.146.ibid.

An Regalia locum habeant, durante commenda, & in Episcopatu commēdato, vide Ioan. Gal.quæst.20.

De iure Patronatus.

IVS patronatus est quoddā ius honorificū, onerosum, & vtile alicui cōpetens in Ecclesia, pro eo, quod de Diœcesani consensu Ecclesiam cōstruxit, fundauit, vel dotauit ipse, vel is, à quo causam habuit. Marc. de Mant.sing.5.

Iurispatronatus tres sunt termini, præsentatio, admisio, & institutio, de quibus vide per Gasp.Cabal.Milleloq.150.

Quòd patronus habeat ius præsentandi, & patronatus ius sit specialiter, & exorbitans, & de gratia indultum laico, in quo nullum ius cadit Spirituale, scribit Aegid. Bellam. conclusio.751.

Patronus ex fundatione consequitur ius patronatus. idem, conclusio.717. Et aliàs qualiter quæratur, vide Fran.Marc.q.1133.

Patronus in fundatione pacta, modum, & formam cum Episcopi consensu, apponere potest; non autem post. Marc.q.473.& q.493.

Capellæ fundatæ per laicos in fundis propriis sine consensu Diœcesani, non sunt beneficia Ecclesiastica, & tūc hæredes fundatoris possunt sine auctoritate Superioris conferre Capellas cuilibet. Guid. Pap.q.187.

Fundans, & construens aliquam Ecclesiam, vel Capellā, tenetur illam dotare; secùs in oratorio, hospitali, & confraternitate. Borg.Caual.decis.17.nu.66.de contract.part.2.

Bonis publicatis Fisco, non intelligitur publicatum ius patronatus. Guid.Pap.q.341.

Permutatio facta per Ordinarium de beneficio spectante ad præsentationem laici patroni, ipso contempto, & non vocato, nō est ipso iure nulla; sed debet annullari per sententiam, si patronus eius contemptum prosequatur intra tempus, in quo præsentare poterat. Guid. q.374. vide Franc. Marc.q.240. Aegid.Bellam.conclusio.177.179.181.& 751. Papon.lib.3.tit.9.arrest.3.Capel. Thol.q.107. & Craue.consi.153.

De modo impugnandi prouisiones factas in præiudicium patronorum, vt reparentur vide per Papon.lib.3.tit.9.arrest.1.

Licèt collatio, & institutio facta per mortē, vel resignationem sine consensu patroni, sit ipso iure nulla, tamen consensus patroni superueniens, validat ipsam collationē. Guid. Pap.q.374. Aegid.Bellam. conclusio.128. vide Mohed.decis.268. & 326. Franc. Marc. q. 474.482.493. & q.1140. Boer. consi.34. Dec. consi. 117.& consi.678.

Quòd talis collatio facta sine patroni præsentatione, sit nulla secundum communem, scribunt Rol. consi.47. vol.1. (vel saltem irritari debeat. ibid.nu.23.) Guid.Pap.sing.828. Ant. Corset.in suis singularibus, sing.1.litera P. vide Abb.in suis quęstionibus.q.5,num.7. Quid si patronus nō contradicat, vide Cassad.decis.2.tit.de loca.& conduc. qui tenet hoc casu valere collationem.

Idem dicendum est in resignatione, quamuis infra quatuor menses à patrono non fuerit contradictum. Put.decis.412.lib.1. vide tamē decis.181.lib.3.ibi. Verùm enimuerò in possessorio prouisus absque consensu patroni, & eo cōtempto, debet obtinere contra ipsum patronum, vel per ipsum præsentatū. Papon. lib.3.tit.9.arrest.2.

Licèt Ordinarius non possit beneficium conferre, inconsulto patrono Ecclesiastico; tamē secus est in Legato de latere, qui potest, inconsulto patrono Ecclesiastico, cōferre (alij

Le-

Legati non) Guid.Pap.q.374 Sicut potest Papa, & tunc non est necessaria expressa derogatio. Guliel.Cassad.deci.4.tit. de probatio. in fine, vide Craue.consi.63. nu.8. Sed in patrono laico Papa, vel Legatus non potest (eo inconsulto) cõferre beneficium.Guid.q. 374.num.4.vide Aegid.Bella. conclusio.745. Cassad.deci.3.tit.vt lite pendéte, Quod procedit etiam si prouisio esset facta motu proprio.Cassad.decis.4.titu. de probatio. Verùm prouisio Papæ de beneficio iuris patronatus Clerici, & laici communiter, valet, etiam patrono laico non vocato.DD.de Rota, decis. 46.tit.de cõcessio.præben.in antiq.aliàs 269.

Collatio non confertur à patrono per executorem.Aegid.conclus.212.

Clericus patronus pręsentando indignum, priuatur iure patronatus ipso iure. Guid. d. q. 374.num.8.vide Fran.Marc.q.1153.Vera.decis.62. part.2. Pro illa vice. idem Vera.decis. 291. ibid. Sed an tunc ius patronatus ad Superioré immediatum deuoluatur, vide Mar. q.475. nu. 8. Verùm Procurator constitutus ad pręsentádum, si indignum præsentet, domino non præiudicat.Marc.quæst.480.nu.8.

Ius patronatus an pertineat ad hæredem, vel ad fideicõmissarium, vide Guid.q.507.Gasp. Cabal.milleloq.145. Et an transeat in vsufructuarium, vide etiam Cabal.ibid.

Patroni laici possunt conferre beneficia Ecclesiæ Collegiatæ, & præsentare, vide Boer.decis.32. Imò mulier ex priuilegio Romanorũ Pontificum, potest beneficia conferre. ibid. Boer.d decis.32.nu.10.& Cassa. decis.1.tit.de iure patron.

Beneficia spectantia ad collationem laici, quã do Episcopo non acquirantur, vide Aegid. Bellam.conclusio.107.

Tollere facultatem pręsentãdi, est tollere perceptionem fructuum, & statum possessionis mutare.idem Aegid.conclus.700. Nam præsentatio est fructus iuris patronatus. Cassad. decis.7.tit.de cau.posseß.& propriet.

Præsentandi qui habent potestatem, non semper habet facultatem instituendi. Aegid. conclusio.701.

Patronus infra tempus iuris ad Parochialẽ Ecclesiam præsentans Religiosum regularem, iuri non satisfacit: nec excusatur per hoc à negligentia: minus hoc casu deuolutio impeditur.Aegid.conclusio.750.

Ius præsentandi ante vacationem, non competit.ibid.conclu.751.

Lite pendente, patroni pręsentare, ac Ordinarij instituere, seu prouidere, nõ possunt.Cassad.decis.3.tit.vt lite pendente.

Iurepatronatus proximioribus de genere fundatoris relicto, deficientibus masculis, descẽdentes ex fęminis possunt præsentare. Cassa. deci.1.tit.de iurepatro.

Supposita vera illa sententia, quòd in patronatu plures ab vno descendentes succedant in stirpes, & non in capita, quid iuris in præsentatione facta de vno, ab altero ex patronis cum duobus qui vnà cum octo alijs, qui successerãt alteri, & facta ab ipsis octo, quis tunc præsentatus debeat præferri, vide eundem Cassad.decis.2.ti.de iure patron. De ipso iure patronatus vide ibid.per totum titu.

Vigore indultorum Cardinales in suis Ecclesijs, de electiuis, & patronatis beneficijs liberè absque electione, & pręsentatione patronorum, disponere non possunt.idem Cassad. decis.3.tit.de priuileg.

Præsentatio patroni absque institutione ius habentis instituendi, non tribuit ius aliquod præsentato.Pet.Beninten.decis.23.

Sequester beneficij, pendente lite præsentat. Fran.Marc.decis.4.

Præsentatio facta bonafide ab eo, qui est in quasi possessione, contendentibus patronis, valet.Franc.Marc.q.119.

Vbi sunt plures patroni, maior pars præfertur, sed vbi sunt æquales, debent cõcordare. idẽ Marc.d.q.119. Sed qualiter tunc fiat præsentatio, vide ibid. Quòd sufficiat consensus maioris partis separatim præstitus, scribit Crau. consi.63.quem sequitur Abb.consi.76.lib.2.

Ius patronatus est indiuisibile; tamen venit accessoriè ad castrum alteri fratrum asignatũ. Marc.quæst.145.

Possessio, seu quasi iuris pręsentandi, vnica pręsentatione quæritur.Craue.consi.322. Franc. Marc.q.240.vide Put. decis.189. 192. lib.1.& decis.243.lib.2. Probaturq; secuta institutione.Abb.consi.54.part.1.

Possessio præsentandi immemorabilis, vt probetur, quilibet allegari potest titulus. idem Put.decis.436.lib.2. Quod dictum limita, in quasi possessione alicuius potentis, quæ præsumitur ex vsurpatione quæsita.idem, decis. 366. libr. 2.

De tempore instituendi ad præsentationem, & quid si inferior Prælatus instituere, vel confirmare recuset, vide Marc.q.451.

Pactum inter patronum, & præsentatum, vt debeat resignare, seu renunciare beneficiũ vni tertio, est simoniacum ipso iure; sed tunc an posit dispensari super tali crimine, vide Marc.quæst.475.

Patronus laicus variare potest; Ecclesiasticus non: & licèt Ordinario liberum sit, quem ex præsentatis eligere, tenetur tamen primo præsentato ad interesse, idem Marc. q.478.

q.478.nu.4.vide DD.de Rota,decis.6.titu.de consuetud. in antiquio. Sed patronus laicus infra quod tempus variare possit (qui cumulatiuè, & non priuatiuè variat, & iterum præsentare potest, si prima præsentatio non teneat) vide Marc.q.480.nu.12.

Quod patronus Clericus non possit variare, habetur in decis.16.DD.de Rota, titu.de renunciatio. in antiq. Et per contrà, patronus laicus possit, scribit Borg.Caual.decis.17.nu. 86.de contract. part.2. vide Craue.consi.63.

Patronus per Procuratorem, & per litteras potest præsentare, & præsentatus ad Ordinariū accedere (vt ab ipso examinetur, & instituatur) tenetur, & facta præsentatio sine mandato à quibusdam personis, potest ratificari. Marc.q.479.

Pręsentatio patroni Clerici habet vim electionis: & patroni consensus ex post facto Superueniens, sufficit. DD.de Rot.decis.1.titu. de institut. in antiq. aliàs 527. vide Put. decisio.181.libr.3.

Quando plures pręsentātur, quem debeat Episcopus instituere, vide DD. de Rot.decis.16. de renunciatio.in antiq. Et quis sit preferendus, Gom.Leo.decisio.11.in decisio.diuerso. Dec.consi.129.224.& 542. & Rolan. cōsi.47. num.28.colum.1.

Pręsentare ille potest, qui est in quasi possessione præsentandi bona fide, & non requiritur titulus.Vera.decis.69.part.1.

Præsentare non potest filius, viuente patre patrono idem, decis.363.part.2.

Præsentatio facta per duos ex tribus patronis valet, licèt in fundatione caueatur, quòd nō valeat, nisi facta sit ab ipsis tribus. idē Vera. decis.364.part.2.

Institutio facta, præsentato absente noto Ordinario, est valida, & præsentationis mentio si in institutione fiat, quòd intercesserit præsumendum est.Franc.Marc.q.479.nu.fin.

Episcopus, quando pręsentatum instituere differt, appellatur ad Archipiscopum, & melius quomodo ipsi præsentato prouidendum sit, vide ibid.q.491.

Nepos an admittatur cū patruo ad ius patronatus, vide eundem Marc.q.1133.

Ius patronatus trāsit ad hæredes etiam extraneos.idem Marc.q.1135.Abb.cōsi.54.part.1. & quæst.5. vide gloss.in cap.filijs 16. quæst.7. Sed ius præsentandi non transit absque apprehensione. Vera. decisio. 135.& decisio. 420.part.2.

Quòd ius patronatus transeat ad omnes hæredes insolidum, scribit Vincent. de Franc. decisio.85.

Institutio facta de præsentato per patronū excommunicatum, nō valet. DD.de Rot.decis. 1.de institutio.in antiq. aliàs 527.

Patronus tenetur præsentare intra quatuor mēses.Abb.consi.28.part.2.

Patrono ad præsentandū, quādo incipiat currere tempus, & quid in collatione, vide DD. de Rot. decisio. 7. de præbend. in antiquio. Quòd incipiat currere à die scientiæ vacationis, & non à die vacationis, tradit Vera. decis.248.part.3. Nam præsentationis tēpus non currit ignoranti.Cabal.milleloq.149.

Patroni aliqui non præsentantes, non dicuntur priuari facultate præsentandi, si compatroni pręsentauerint. idem Vera. decis.292.364. & 366.part. 2.

Status vltimus quasi possessionis præsentandi patronorum, non turbatur per collationem Ordinarij: quia collatio censetur facta sub conditione, si patrono placuerit.idem Vera. decis.189.part.3.

Præsentatio facta à patrono (alio existente in possessione) non valet. Cabal.milleloq.148.

Præsentatio facta per simplicem Procuratorē, non valet.Cabal.milleloq.152.

Præsentatione à duobus facta, præsentatus tenetur alteram eligere.ibi.milleloq.154.

Pręsentatus ad beneficium iuris patronatus, nō potest seipsum eligere; sed post electionē, potest electioni de se factæ consentire, & talis consensus operatur augmentum vocis. Borg.deci.11.de contract.

Eligere, & præsentare habens facultatem, potest eligere, & præsentare eius patrem, filiū, nepotem idoneum, & capacem; aliàs secùs. idem Borg.d.decis.11.

Pręsentato ante institutionem nullum ius est acquisitum, in pręiudicium secundi pręsentati: & qui prius obtinet possesionme, præfertur.idem decis.17.nu.85.de contract.part. 2.vide tamen Craue. cons.63.nu.4.

Duobus super loco Collegiali contendentibus, prefertur qui est de loco eligibili, licèt fuerit postea pendente lite, de fornicatione damnatus.Rot.Auenio.decis.9.in decisio.diuerso.Tom.3.

Si pupillus pręsentauerit aliquem, & deinceps tutor alterū, qui prius fuerat inuestitus ignorans pręsentationem factam per pupillum, pręferri debet pręsentatus ab ipso pupillo. Crauet. consi.76.

Pręsentatio facta per patronum possessorē iuris patronatus valet; licèt postea ex causa pręcedenti fuerit resolutum ius patronatus. Papon.lib.2.tit.9.arrest.18.

Ius patronatus primogenito filio relictū, nullo existente, ad filiam primogenitam spectat, habetur in decisio.diuerso.fol.241.

Patro-

Patronus semel tantùm potest eligere, aut nominare. Gom. Leo. decis. 11. nume. 4. in decisio. diverso.

Ordinarius an possit tempus quatuor, vel sex mensium, concessum patronis à iure ad præsentandum, prorogare, vt possint melius patroni pro idoneo præsentando deliberare, vide Cresce. deci. 11. aliàs 148. tit. de dilatio. & c. 4. ex. de offi. Iud. ordin. Et hoc propter discordias patronorum; sed tunc an debeat deputare Oeconomum in beneficio, vide eũdem, decisio. 12. aliàs 200. ibid. & d. cap. 4. ext. de offic. Iudic. ordin.

Institutio præsentati à patrono, quando requirat solemnitates, de quibus in c. fin. de lect. in 6. vide Crauet. consi. 177.

In materia iuris patronatus, attenditur vltima possessio, vt is præferatur in beneficio, qui fuit præsentatus ab eo, qui reperitur fecisse vltimum actum possessionis, aut præsentationis. Crauc. consi. 322. nu. 5.

Quando cõcurrunt plures præsentati, quis istorũ præferendus, & instituendus sit, vide Dec. consi. 127. 129. 134. 224. 609 & 696.

Cõsensus patroni in præsentatione requiritur, non per modum auctoritatis; sed per viam simplicis consensus. idem Dec. consi. 17.

Quòd electio in iure patronatus per antiquiorem de familia sit facienda, quomodo intelligatur, vide Natt. consi. 195. Tom. 1.

Præsentatus à maiori parte patronorũ, cui prio ri loco à summo Pontifice fuit prouisum, est anteponendus secundo loco præsentato, & prouiso; licèt gratia fuerit obreptitia, si prima fuerit confirmata per secundam confirmationem, Perinde valere, &c. Menoch. cõsi. 316. libr. 4.

Præsentatio patronorum fieri debet, non in capita; sed in stirpes: & si plures Vniuersitates obtinent ius patronatus, quælibet Vniuersitas habetur pro vna voce, nec sunt consideranda singula capita hominum. idem Menoch. ibidem.

Patronus tenetur præsentare instituẽdum Episcõpo Ordinario loci, aliàs præsentatio non tenet. Concil. Triden. sessio. 24. Decret. de reformatione, cap. 18. fol. 253. & sessio. 25. cap. 9. Decret. de reformatione.

Patronus laicus, & patronus Clericus differunt in multis circa ius præsentandi, vide gloss. in cap. 4. de offi. Iudi. ordi.

Patroni non debent aliquos præsentare, nisi discreti sint, & honestæ famæ. cap. 31. ex. de præben. & dignit.

Sicut non potest patronus promittere se præsentaturum aliquem ad beneficium vacaturum; ita neque dare potestatem præsentãdi, antequam beneficium vacet. cap. fin. ex. de concessio. præben.

Patronus præsentans indignum, iure Ciuili priuatur; sed iure Canonico non. Bartol. in suo tractat. de differen. inter ius Cano. & Ciuil. fol. 119.

Ius præsentandi habẽs, potest quẽ voluerit præsentare. Abb. consi. 59. part. 2.

Patronus non potest præsentare seipsum, sed filium sic. Abb. consi. 96. part. 2.

Institutio beneficiorum pertinet ad solum Episcopum de iure communi. idem Abb. consi. 106. part. 2.

Patronus ex fundatione Ecclesiæ consequitur tria, nempe ius præsentandi, onus defendendi, & si vergit ad inopiã sibi subuenitur. Abb. q. 3. nu. 14. & c. quicunque 16. q. 7.

Collatio patronatus sine consensu Episcopi, an valeat, vide eundem Abb. d. q. 5.

Patronus præsentans aliquem ad Ecclesiã vacantem sub his verbis, præsento te ad talem Ecclesiam, cõcedendo patronatum, per hoc non concedit totaliter ipsum patronatũ; sed tantùm eo respectu, quo possit petere inuestituram. Fel. consi. 27. nu. 3.

Rex Franciæ an habeat ius patronatus conferendi dignitates, & beneficia Ecclesiastica, vide Boer. decis. 32.

Voluntas Episcopi præfertur voluntati patroni, quo ad vtilitatem Ecclesiæ. Aegi. Bellam. conclusio. 177. nu. 5.

Patronus donãs Ecclesiam, an cẽseatur donare ius, quod in ea habet, vide ibi. concl. 705.

An Papa cẽseatur motu proprio dispensare super iure patronatus, vide eundem Aegid. conclusio. 752.

Sentẽtia, quæ fertur super proprietate iuris patronatus in beneficialibus, non transfert ipso iure, quasi possessionem in eum, pro quo est lata. Guliel. Cassad. decisio. 7. titu. de cau. posse. & propriet.

Quando constitutio iuris patronatus facta per Episcopum, extincta familia primi patroni, non subsisteret, confirmaretur tamen præscriptione immemorabili. Menoc. consi. 90. vol. 1.

Laicus ex præscriptione acquirere potest ius patronatus: tamẽ actus electionis est necessarius ad acquirendam quasi possessionem iuris eligendi. Cassad. d. decis. 7. de caus. poss. & proprie. vide Dec. consi. 124.

Fama sufficit in probãdo iure patronatus antiquissimo: & ex præscriptione tp̃is immemorabilis, acquiritur tale ius. idẽ Cassad. deci. 2. ti. de proba. Quòd ius patronatus possit probari per famam, & alia adminicula, scribunt Fran. Marc. q. 1139. Put. deci. 140. lib. 1. Crauc. consi. 322. & idem Cassa. d. deci. 2. de probat.

Credu-

Credulitas tituli ex fama viciniç,sufficit ad prç sentandum:tamen priuilegium fundationis, de quo constat per legitimam famam,cense tur amissum, & deperditum per non vsum. Mohed.decis.340.

Ad legitimam probationem constitutionis iuris patronatus, requiritur ætas maior quinquagenaria.idem Mohed.decis.352.

Ius patronatus Parochianorum,præsumitur in dubio ex vsurpatione acquisitum. Put.decis. 57.libr.1.vide ibid.decis.205. & Borg.Caual. decis.17.de contract. part.2.

Iuris patronatus quasi possessio,non dicitur acquisita ex instrumentis patronorum,& institutionibus,quæ non habuerunt effectum. Vera.decis.132.part.2.Secùs si ostenderetur res iudicata effectuata.idem Vera. deci.337.ibi.

Quasi possessio iuris præsentādi, quæ requirat, vt acquiratur, & ex quibus probetur, vide eundem Vera.decis.338.& 339.part.2.

Quasi possessio iuris præsentandi, non acquiritur in his,quæ sunt merç facultatis.idem,decis.352.& 417.par.2.

Ius patronatus probandum est ex dotatione,& fundatione,ad ostendendam nullitatē pensionis reseruatæ.idem Vera.deci.132. part.2.

Ius patronatus Cōmunitatis,non probatur per testes Cōmunitatis.idē Vera.deci.134. par.2.

Ius patronatus nō acquiritur,nisi cōsensus Episcopi expresse interueniat. Hiero. de Manc. varia.iuris quæstio.q.22.

Ius patronatus priuatorum,probatur per litteras sculptas in lapidibus, & marmoribus in Ecclesiis,& locis publicis,& per instrumenta tria antiquissima institutionum, & de alijs modis probandi ius patronatus vide per. Borg.Caual.deci.17.de cōtract.par.2.& Gui. Pap.sing.549.

Per antiquam possessionem Nobiles laici probāt se habere ius patronatus Ecclesiarum;licèt non habeant titulum. Ant. Corset.in suis singularibus,litera P.sing.patronus 2.

Ad iuris patronatus probationem,sufficit constare de fundatione, vel dotatione, aut de possessione,vel quasi immemorabili, etiam secundum Concil.Triden.vide Menoch.cōs. 241.lib.3.& cons.336.lib.4.

Ius patronatus, ꝙ verè,& propriè sit ex fundatione, & dotatione,Papa suis litteris motu proprio facere potest, sed quando hoc verū sit,vide Bero.q.38.

Asserens se esse de stirpe,& familia eius,qui ius patronatus cōstituit,& fundauit,tenetur hoc probare,saltem per famam,quando antiquū est ius patronatus, nec sufficit probare esse de familia,nisi probet, ꝙ sit de descēdētibus illius primi cōstituentis. Meno.cōs.320.lib.4.

Ius patronatus cōpetit,aut ex fundatione; vel ex constitutione,aut ex donatione.Abb.cōs. 54.par.1. Nā cōstruens Ecclesiam efficit patronus.idem,consi.106.part.2.

Ius patronatus,seu ius prçsentādi,potest populo ex antiqua cōsuetudine competere. Abb. d.consi.106.

Probatio asserentis beneficium de iure patronatus laicorum esse,vel Clericorum, an sibi, vel impugnāti,incumbat, vide Cassad.decis. 4.tit.de probatio.nu.10.& 12.

Officialis potest compellere patronum Ecclesiasticum, post prçsentationē ad cōferendā partē congruam Vicario, cum qua valeat vitam suam ducere. Capel.Thol.q.148.& seqq.

Patronus tenetur defendere, ne Monasterium dilapidetur,vel persona inhonesta Monasterio præsit.Mohed.decis.214.

Ius patronatus dicitur laicale,licèt beneficium à Clerico fundetur de bonis proprijs, si laici sint in quasi possessione præsentādi: quia ius patronatus tale præsumitur, qualis est persona,quæ illud possidet. Mohed.decis.328. vide Put.decis.90.lib.3.

Ius patronatus Clerico competens,an sit laicale,vel Ecclesiasticum,vide Put. deci.228.li.2.

Ius patronatus laicale, nō mutatur in Ecclesiasticum propter consilium Clerici in præsentatione requisitum.Put.deci.506.lib.2.

Ius patronatus mixtum iudicatur laicale, ideò nō venit in reseruationē. Put.deci.157.lib.3.

Ius patronatus qn̄ dicatur Ecclesiasticū & quādo laicale,vide Craue. consi.63.nu.6.

Ius patronatus seculare per titulū onerosum,& lucratiuū,in persona Ecclesiastica efficit Ecclesiasticum,& contrà.Borg.deci.22.de iudi.

Resignans beneficium, quod est iuris patronatus laicorum in fauorem certç personæ sine consensu patronorum, non abdicat à se ius, quod in illo habet.Mohed.decis.341.

Dispensatio generalis nō faciens mentionem iuris patronatus,non comprehendit beneficia iuris patronatus,idem deci.350.

An ius patronatus sine consensu Episcopi legari possit,vide Marc.q.471.Pro negatiua,scribit idē Marc.q.1136.Subsequuta tn̄ confirmatione Epi, valet Legatū. Meno.cons.90.vol.1.

Sicut institutio facta, contempto patrono, est ipso iure nulla; ita si non fuerit seruatus modus appositus in fundatione Capellç,& tunc valet secunda institutio iuridicè facta, non cassata prima. Marc. quæst.493. vide q.1133. & Craue.consi.153.

Papa statuto fundationis derogare nunquam intelligitur,etiam si Clausula, Motus proprij apponatur.idem Marc.q.493.nu.10.

Patronus non potest augmentare numerum

D depu-

deputatorum arbitrio limitatum. Thom.Fasto.decis.Can.18.Nec conditionem appositā ab initio mutare,sine consensu Episcopi.Vera.decis.290.part.2.

Præsentatio vigore iuris patronatus laicalis,an possit fieri sub conditione,& quid in electione,vide Crescē.decis.5.aliàs 292.ti. de simo.

Præsentatio, & institutio contra formam fundationis,sunt nullæ.Crauet.consi.63.nu.5.vide consi.153.

Præsentans nulliter,non priuatur facultate præsentandi;sed potest iterum præsentare. Crauet.consi.63. num.fin.

Si non fuerit expressè narrata qualitas iuris patronatus laicalis Summo Pontifici, impetratio vitiatur ipso iure. Crau.cons.63.

In renunciatione beneficij patronati, patronū requirere sufficit, vt illius contumacia loco consensus habeaṫ.Franc.Marc.q. 1021. nu.6.

De iure patronatus vide p DD. de Rota.tit.de iure patron.in nou. & in antiq.

Ius patronatus Ecclesiasticum,successiuè defertur.Marc.q.1135.

Patronus in quæstione priuationis beneficij,auditur. idem q.906.part.2.

In fundatione iuris patronatus licitè pōt adhiberi modus,quòd præsentetur ad Ecclesiam persona de genere fundatoris.Marc.q.1152. Vel aliter fiat.q.1154.ibid.

Consuetudo, quòd Iudex laicus cognoscat de iure patronatus,non valet : quia tale ius est rei spirituali annexū.DD.de Rot. deci. 3. de cōsuet.in antiq.aliàs 223.vide Dec. cōs.675.

Præsentatus an possit in manibus solius patroni Clerici renunciare,vide DD.de Rot.deci. 16. tit.de renuncia. in antiq.aliàs 845.

Donatio iuris præsentandi non abdicat ius in donante ante confirmationē Superioris.Put. decis.16.li.2.& Dec.consi. 696.Accedēte tamen consensu Papę, vel Episcopi valet. Vera.decis.282.part.1.Vel etiam Legati de latere.ibid.decis. 287.

Quando donatio iuris patronatus valeat,& de ipsa donatione,vide Dec.cons.634. Rol.cōs. 47.vol.1.nu.43.46.53.& 69.Abb.q.5.& gl.in c. nemini.16.quæst.7.

Dispositio legis,si vnquam, non habet locum in iure patronatus.Dec.consi.675.

Donatione vniuersali omnium bonorum venit ius patronatus; secùs in donatione particulari.Put.decis.251.lib.2.

Donaio iuris patronatus facta compatrono, valet sine consensu Episcopi. Vera. decisio. 284.part.1. & decis. 131. parte 2.Secùs si fiat filio compatroni viuentis. ibidem, dicta decis.131.

Præsentatio, quando censeatur ratificata ab alio patrono,vide Put.decis. 312.lib.3.

Ius patronatus in Ecclesia cōuentuali habere, non est licitum,nisi ostendaṫ priuilegiū Apostolicum.Put.decis.366.lib.2.num.6.Vel constet de licentia Episcopi concessa, tempore fundationis Ecclesiæ.idem decis.379. lib.2.

Priuilegium præsentandi,quando per nō vsum, amittatur,vide Put.decis.379. & Vera. decis. 130.part.2.

Priuilegió,quādo illud ratione dotationis datur,etiam in Ecclesia Conuentuali,per clausulas,aliàs in totum,non derogatur, nisi per non vsum sit amissum.Put.deci.392.lib.2.

Patronus est iurisdictionis illius Episcopi, sub cuius iurisdictione, beneficium est situatum. Vera.decis.178.par.1.

Episcopi confessio, quòd beneficium sit de iure patronatus,non nocet Ecclesiæ,& successori.idem,decis.128.part.2.

Ius patronatus non cadit sub Regula Cācellarię, & priuilegio beneficiorum reseruatorū. vide Borg.decis.17,de contract.par.2.

Ecclesia iuris patronatus laicorum,non est subiecta examinationi p concursum: nec Reg. Cancellariæ, de beneficiis reseruatis. Borg. d.decis.17.nu.18.& seq.

Compatroni ex causa possunt reuocare alienationes,& permutationes bonorum, factas à Capellanis sine eorum interuentu,& sine legitima causa; secùs si causa legitima adsit. Borg.d.decis.17.nu.33. & 64.

De iure patronatus vide per Crescen.tit. de iure patron.

Vnio beneficiorum facta sine consensu patroni,non valet.Papon.li.3.tit.8.arrest.2.

In possessorio prouisus absque consensu patroni,& eo contempto, debet obtinere contra ipsum patronum, vel per ipsum præsentatū. idem Papon.lib.3.tit.9.arrest.2.

In resignatione ex causa permutationis, non est necessarius consensus patroni laici. ibid. Papon.arrest.3.Tamen si contradicat patronus ex aliqua iusta causa, pmutatio erit nulla. Craue.consi.153.

Reditus constitutus in fundatione Ecclesiæ, ex temporis longitudine diminutus, quando debeat augeri, & restitui ad suum primum statū p hæredes fundatoris, vide Papo.li. 20. tit.6.arrest.4.& 5.

Quando de iure patronatus inter duos contenditur,quis dicatur potior,vide Craue. consi. 322.& Dec.consi.121.

Ius patronatus liberti filius retinet,non adita hæreditate; secùs in iure patronatus Ecclesiastico. Maran. in repet. ad l. is potest.ff. de acquir.hæred.in libro sui Spec.nu.32.fo. 627. fallit,vt in num.36.

Filius

Filius institutus in re certa excluditur à cohærede vniuersali à iure patronatus ibi. nu. 34.

Ius patronatus non transit ad fœminas renunciãtes, vel statuto exclusas: & transit ad primogenitum, vbi adest primogenitura. Maran. ibid.nu.35.& 36.

Filijs & descendentibus non extantibus, ius patronatus ad quem deuoluatur, & quando illud acquiratur, vide Dec.consi.149. Quod tũc transferri possit per Episcopum in familiam alterius, scribit Menoch.consi.90.vol.1.

Episcopus si cõferat Capellaniam deuolutam propter patroni negligentiã, non propterea est locus pœnæ adiectæ per testatorem eius fundatorem, vide DD.de Rot. decis.10. titu. de testamen.in antiq.aliàs 868.

Patronatus ius, quod habet venditor in Capella, in fundo vendito ædificata, transit in emptorem fundi, nisi ad Capellam per viã pub. catur.Roma.sing.5.

Ius patronatus potest legari; sed quid, si fiat legatum his verbis, Titio cum Ecclesia mea, & iure patronatus, lego fundum, vide Roma. sing.432.

Ius patronatus illi soli hæredi competit, cui testator iusserat Capellam dotare, vel cõstruere.Marc.de Mant.sing.5.

Ius patronatus ex fundatione, vel dotatione reseruare sibi potest laicus tẽpore, quo super illius bonis, beneficium à Superiore erigitur. August.Bero.q.38.

Papa iuri patro. laicorum ex fundatione, vel donatione, in totum non derogat. idem Bero. quæst.38.

Nemo potest ius patronatus impetrare, nisi ex fundatione, & donatione. vide Concil.Trid. sessio.14. Circa finem & quando tale ius patronatus sit admissibile, & iustum, & quale reprobatum, vide ibi. sessio.25. in Decreto de reformatione, cap.19.fol.310.

Legatus à latere confert beneficium vacans, licèt illud spectet ad præsentationem alicuius Clerici, cap.6.ex.de Offic.Legat. vide tamen gloss.ibid.

Plus iuris habet in concessione Prælatus, quàm in præsentatione patronus.ibid.d.c.6.

Sicut super iure præsentandi; ita super annexo non potest transigi.c.9. ex.de transactio.

Non potest Episcopus sine cõsensu Capituli cõcedere Ecclesias alijs Ecclesijs, ét si habeat ius patronatus in Ecclesijs cõcessis. c.8. & 9. ex.de his, quę fiũt à Prælat.sine cõsensu Capt.

Patroni etiam Clerici nouum censum Ecclesię imponere non possunt, nec veterem augere. c.15.ex.de censib.

Si Ordinarius præsentatori suo aliquid dedit ex pacto, simoniacus est; non tamen deponitur, si hoc est occultum.c.20.ex.de simo.

Ius patronatus transit, vniuersitate vẽdita.Bar. in l.22.ff.de contrahen.empt.

Ius patronatus cõseruatur in filio, etiam in modico instituto.Bar.consi.55.nu.2.vol.1.

Patroni absentes possunt præsentare Clericum præsentem per eorum litteras.Abb.consi.76. part.2.

In iure patronatus qualiter formetur libellus, vide Abbat. sua Pract. cap.125. Et de forma positionum, & articulorum in causa iuris patronatus vide ibid.cap.129.

In Ecclesia, quam quis ædificauit, nihil sibi prę cæteris vendicat.c.piæ mentis.16.q.7.

Fundatores Ecclesiarũ Ordinandos in eis Episcopo offerant.c.decernimus.6.q.7.

A dominio constructoris Monasterium est auferendum.c.Monasterium,16.q.7.

De Simonia.

Renunciatio beneficij sub certo modo, simoniæ nomine non caret, & quid sit simonia, quotuplex, vnde dicatur, & qualiter contrahatur, vide Fran.Marc.q.543.

Impediturus à possessione simoniacum, debet probare crimen cum infamia.Boer.deci.117.

An collatio facta per simoniam inter resignantem, & resignatum valeat, & de pœnis simoniacorum, vide Boer.d.deci.117.

Simoniaci qualiter priuentur beneficijs: & ad inducendam simoniam, paria sunt dare pecuniam, seu aliud temporale, vel promittere, vide Cassad.decisio.5.titu. de constitutio. & Nat.consi.293.

Simoniacus reali simonia in spolio non auditur, quia non potest agere Cassad. decisio. 1.tit. de simonia.

Simonia conuentionalis in vno beneficio contracta, reddit inhabilem ad aliud beneficiũ. Put.decisio. 80. libr.2. vide Crescen. decisio. 3.aliàs 165.titu.de simon. nisi ad hoc esset dispensatus.Vera.decis.201.part.1.

Simplicitas non excusat à simonia. Put.decisio. 163.libr.2.

Actus coram eisdem testibus loco, & hora facti, non præsumuntur correspectiui ad inducendam simoniam.Put.deci.171.lib.2.

Notarius, qui est rogatus de instrumento simoniaco, non potest se coniurare contra contrahentes.idem Put.decis.330.lib.2.

Confidentia est crimen simoniæ. Vera. decisio. 201.part.1.

Donatio, quæ fit incontinenti tempore ingressus ad beneficia, non inducit præsumptionẽ simoniacam.Mohed.decis.224.

Quando Papa confirmat permutationem, non præsumitur voluisse confirmare simoniacam permutationem. Vera. decis. 203. part. 1.

Simonia non committitur in venditione præbendæ temporalis: quia simonia fit super re spirituali, quæ non est præbenda. idem Vera. decis. 237. par. 3.

Multa de simonia vide per eundē, à decis. 237. vsque ad decisionem 244. ibid.

Vtrum Officialis Cācellariæ, & Cameræ Apostolicæ absque simoniæ labe, in bullarum expeditione super beneficijs, possit aliquid exigere, quādo quis dispensatur super natalium defectu, vel irregularitate, aut ætate, vide Hiero. de Monte, varia iuris quæst. q. 10.

Quæ pro re sacra vltrò offeruntur, Gregorij cō stitutione accipi sine delicto possunt, contra opinionem Castren. Pet. Roy. decis. 3. Littua. num. 538. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Simonia fit paciscendo de dando aliquid tempore renunciationis beneficij, aut ante: Idq; etiam si promissum non sequatur: secùs si qd detur purè, nulla pactione interueniente. Natt. consi. 299. nu. 10. Ideò simonia non committitur, ex quo post renunciationem, sponte aliquid ex liberalitate detur: idē, si absq; pactione, tpe resignationis hoc fiat. ib. nu. 11.

In beneficialibus, quando quis Canonicè habet plenum ius, & est in possessione beneficij, talis non peccat redimēdo vexationem suam, puta pecuniam soluendo. Guid. sing. 725.

Simonia an habeat locum in Curia Romana, vide Bar. in l. 3. in repet. ff. de off. Proconsſ.

In pari causa turpitudinis, potior est causa possidentis: quare solutum ratione simoniæ, nō potest repeti. Papon. lib. 3. tit. 12. arrest. 2.

Mandata ad resignandum, & retrocedendum cum regressu, & aliis, facta eodem tempore, an sint simoniaca, vide Crescen. decis. 1. aliàs 78. tit. de simo.

Impetrans, & simoniam deducens, vt aduersarius priuetur beneficio, an debeat se inscribere ad pœnam talionis, vel ad extraordinariam, vide eundem, decis. 2. aliàs 199. ibid.

An crimen simoniæ (quando articulus spiritualis incidit coram Iudice seculari) supersedere debeat, donec articulus ille per Iudicem Ecclesiasticum, sit decisus, vide Marc. q. 496.

De crimine simoniæ vide per Iul. Clar. in sua Pract. crimin. §. simonia. fol. 42. & Menoch. de Arbitra. li. 2. cent. 5. cas. 401.

Beneficia Ecclesiastica non possunt acquiri pecunia; alioqui interuentu pecuniæ, committitur simonia. Natt. consi. 293.

Committitur simonia, si in renunciatione beneficij deducatur in pactū, vt beneficiū certæ personę conferatur. Natt. d. consi. 293. n. 4.

Simoniacus efficitur, recipiens, & dans pecuniam pro beneficio Ecclesiastico; & potest vterque vno libello accusari. ib. num. 6.

Abbatissa non dicitur commisisse simoniam ob id, quod cōsenserit alteri Moniali aliàs electæ Abbatissæ, vt renunciando illi electioni, reseruauerit sibi aliquos reditus Monasterij. Menoch. consil. 67. vol. 1. Et multa alia de simonia vide ibid.

Quando Monasterium Monialium est opulentum, & cōmodè pōt alias Moniales recipere, id facere debet, nil penitus, accepto ab ipsa ingrediente, etiam ex causa victus, & alimētorum; alioqui recipiētes grauissimā labem simoniæ incurrunt. Menoch. consi. 193. libr. 2. nu. 4. vide Capel. Thol. q. 312. Franc. Marc. q. 960. & Guid. Pap. q. 80.

Expensæ factæ à me, vt tibi beneficium simoniacè conferatur, non possunt repeti. Anton. Corse. in suis singularib. litera S. sing. simonia.

De oblationibus, & Eleemosinis.

Parochianus in quibus casibus cogi possit ad præstandas oblationes, vide Ozasc. decis. 99. num. 17.

Capellanus compellere Parochianum potest ad solutionem cerei, vel alterius rei, quam cōsuēuerat offerre. ibidem d. decis. 17. nu. 18.

Eleemosinæ debitæ, seu consuetæ dari pauperib. eisdem ppetuò dari debent. ibid. nu. 20.

An Rector Ecclesiæ ius exigendi oblationes, & certā grani quātitatē à Parochianis habēs, & in illius iuris quasi possessorie existens, cogere Parochianos ad dictā solutionem possit, vide d. decis. 99. Ozasc.

Donatio alicuius rei multo tempore cōtinuata in Ecclesia, obligationem in futurum inducit, vt singulis ann. more solito, donet. ib. n. 44

Statutum, per quod reuocatur eleemosina, quę erat solita dari Religiosis, non valet. Bar. in l. 12. C. de Sacrosan. Eccle.

Cui debeantur oblationes factę Imagini Virginis Mariæ, existenti in aliquo Oratorio, vide Dec. consi. 148.

An Laici possint recipere oblationes virtute consuetudinis, vide Dec. consi. 151.

Oblationes, quæ fiunt Imagini, quæ est posita in aliquo muro, debent esse Ecclesiæ Parochialis, in cuius Parochia illa Imago est posita. Pet. de Raue. sing. 468.

Cōdemnato ad faciendum eleemosinā existēte in mora, & fraude, debet deputari Commissarius ad distribuendum dictam eleemosinam. Papon. lib. 20. tit. 6. arrest. 6.

De

De Primitijs.

Primitia est prima pars frugum, siue fructuum, domino offerenda. Boe. decis.236. vide Put.decis.169. lib.3.
Primitiæ an sint de præcepto, vide Boer.& Put.dd.decis.236.& 169.

Primitiarum nomine quantum, & quid debeatur, vide per eundem Boer.d.decis.236.

In primitijs videtur sufficere triennalis præstatio, ad inducendam obligationem. Boe. ibi. colum.5.

Primitiæ (seclusa consuetudine contraria) sunt soluendæ Ecclesiæ Parochiali; sicut decimæ. Put.d.decis.169.lib.3.

De antiquitate primitiarũ, qualiter, & pro quota soluantur, vide Papon.lib.1,tit.12.arrest.1.

De Decimis.

Licèt decimę, quæ Deo debentur in signũ vniuersalis dñij, in totũ non possint præscribi, vt scribit Nait. consi.136. Tamen quota illarũ vniformiter soluta, præscribi potest. Guid.Papon.sing 965. Fran.Marc.q.205. part.1.& 667.part.2. Papon.lib.1.tit.12.arrest.3. vide Ioseph.Ludo.decis.Perus.106. Guid.Pap.q. 284. Sed intra quod tempus detur restitutio cõtra præscriptionem decimarum, vide eundem Papon.lib.12.tit.3.arrest.29.

Decima est soluenda de omnibus. Ioan.Mohe. decisio.69.

Decimæ de fructibus, qui in fundo nascuntur, sine seminis,& expensarum deductione, solui debent. Franc.Marc.q.198.part.2. vide Capic.decis.23. Iaco.Put.decis.100.part.1. Quòd decimæ soluantur, nulla habita ratione impẽsarum,& onerum, scribit Papon. lib.1.titu.12. arrest.12.

Accipiẽs decimas in aliqua Ecclesia Parochiali, tenetur reficere Ecclesiam. idem Marc. q. 160.part.2.

Laicus spoliatus decimis, an possit petere se in integrum restitui, vide Guid.Pap.q.288.

Laici ex tolerantia Prælatorum, possident decimas. Guid.ibid.

Decimale ius, an possit à laicis prescribi,& possideri, vide Guid.q.284. Mohed. decisio.250. & Fran.Marc.q.17.

Laici etiam post Concilium Late. sunt capaces decimarum, ex priuilegio Apostolico. Vera. decis.241.part.1.

Consuetudo in decimis, vt minores soluantur, ad hoc vt valeat, requiritur approbatio Papę, Boer.decis.236.

Coloni testificantes locatores suos per 40. annos decimas soluere non esse solitos, sufficientes sunt testes, si de eorum commodo principaliter non agatur. Put.decis.15.lib.3.

Quòd consuetudo inspiciatur in decimarum solutione, scribit Vincent.de Fran.deci.103. & decis.124.

Consuetudo Archipresbyteratus, & non Archipiscopatus in modo soluẽdi decimas, est attendenda. Put.decis.176.lib.3.

Tempus quadraginta annorum requiritur, ad inducendã cõsuetudinẽ cõtra ius Canonicũ. Gome.Leo.deci.77. in decisio. diuerso.

Si extat consuetudo immemorabilis, vt decimę soluãtur de grano recondito in horeis, si petãtur solui in gerbis,& fundis ratione fraudis, non est audiendus actor: quia illa consuetudo, habet vim priuilegij, maximè si fraus liquidè non probetur. Crane.consi.21.

Consuetudo aliorum locorum est attendenda circa decimas, quando ius commune est in contrarium. Mohed.decis.69.

Possessio decimarũ, quo probetur ad obtinẽdã victoriam, vide Aegid.Bellam.cõclusio.455.

Probari quid debeat ex parte Rectoris ad cõsequẽdas decimas, vide Vera. deci.243.part.1.

Agens possessorio ad decimas, si nõ probat, nisi in perceptione agnorũ in alijs decimis nõ est restituendus. idem, decis.12.& 244.part.1.

Decimæ possessę à laico per tempus immemorabile, vt illas postmodum consequi possit, sufficit, q probet illas exigisse tempore immemorabili, cum allegatione tituli, dummodo probet, q possidebat tanquam vasallus, idem, decis. 242.part.1. vide eundem Vera. decis.376.part.2.

Laicus probãs se decimas possedisse à tempore immemorabili, non tenetur probare aliã infeudationem. Capel.Thol.quæstio.440. vide tamen Menoch.consi.268.lib.3.& August. Bero.q.121.

Quanto tẽpore ius percipiendi decimas præscribatur, vide Iosep. Ludo. deci.Perus.72. & August.Bero.q.121.

Clerici simplices Beneficiati agentes ad decimas, debent de titulo docere; & non sufficit decennalis possessio. Put.deci.371.lib.1. Idem, si agerent iudicio possessorio. Put. decis.413. lib.1. Sed qualis titulus sufficiat, vide Vera, decis.12.part.1.& decis.306.part.3.

Priuilegiũ cõcessum à Papa super decimis, pręiudicat possessoribus, secus in priuilegio noualium. Guliel.Cassad.decis.1.tit.de priuileg.

Decima ex venatione,& molendinis debetur. Franc.Mar.q.530.

Rusticus cogitur suis expensis deferre decimas vsque ad Ecclesiam. Capel.Thol.q.433.

Decimarum fructus possunt concedi ex causa laico,

laico, ad tempus vitæ suæ; non autem eas locare in perpetuum. Ioan. Mohed. decis. 4. vide Marc. q. 198. part. 2. Et sic decima ad vitã licitè dari potest in feudum, & locari. idem Mohed. decis. 248.

Decimæ, quæ fiunt infra Parochiam; cedunt Ecclesiæ Parochiali. Capel. Thol. q. 483. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 72. nu. 12. Franc. Marc. q. 17. vide Put. decis. 154. lib. 1.

Decimæ debentur Capellis, quibus sit assignata certa Parochia. idẽ Ludo. d. deci. Perus. 72.

Decimæ sunt soluendæ in eo statu, quo res solent esse in communi vsu hominum. Mohed. decisio. 68.

Decimæ debentur Monasterio, ad quod facta est vnio; non autem Rectori Ecclesiæ vnitæ. idem Mohed. decis. 220. vide Crescen. decis. 2. alias 310. tit. de decimis.

Decimę de iure communi debentur Rectori Ecclesiæ ratione Sacramentorum, & curæ animarum. Vera. deci. 353. par. 2. Et quòd Rector Ecclesiæ habeat ius decimandi in sua Parochia contra omnes, fusè scribit Roland. cons. 53. volum. 4.

Decimæ debẽtur Ecclesiis, & Parochiis, in quibus Sacramenta Ecclesiæ percipiuntur, & Diuina officia audiuntur. Gom. Leo. decis. 77. in decisio. diuerso. Tom. 2. vide Concil. Triden. sessio. 25. Decret. de reforma. cap. 12.

Curatus Ecclesiæ Parochialis, habet intentionẽ suam fundatam percipiendi decimas noualium in sua Parochia. Papo. lib. 1. tit. 12. arrest. 14. vide tamen ibid. arrest. 11.

Decimæ noualium an debeantur Monasterio, probata immemorabili possessione, vide Crescen. decis. 1. alias 108. tit. de decim.

Paupertas à decimę solutione, an excuset, vide Franc. Marc. q. 198. nu. 2. & 6. part. 2. Quòd omnes teneantur soluere decimas, scribit Guid. q. 266. Et nemo possit prætẽdere exemptione à solutione decimarum, tradit Papon. lib. 1. tit. 12. arrest. 2.

Decimæ prædiales temporis præteriti, suo tempore non petitæ, de cętero peti non possunt. DD. de Rota, deci. 1. de decim. in antiq. alias 25.

Priuilegium reale de non soluendis decimis, extenditur ad colonos; secùs si sit priuilegiũ personale. DD. de Rot. decis. 4. de priuileg. in antiq. alias 876. vide Iac. Put. deci. 522. li. 2. & Rot. Auenio. deci. 77. in decisi. diuerso.

Priuilegium de non soluendis decimis, intelligitur de extraordinariis; non autem de ordinariis. Put. decis. 65. lib. 3.

Colonus, qui partem percipit fructuum, in solutione decimarum non gaudet priuilegio domino competenti. Papon. lib. 1. tit. 12. arrest. 4. vide tamen Menoch. consi. 276. nu. 7.

Decimator potest prohibere fructus efferri à fundo, ante solutam decimam. Guid. Pap. q. 283. vide Vincẽ. de Fran. deci. 117. & Rot. Auenio. deci. 54. in decisio. diuerso. Tom. 3. fol. 58.

Conuentio circa decimas, operatur non solùm respectu priorum quæsitorum; sed etiam de nouo quærendorum. Iac. Put. decis. 154. lib. 1.

Decima ex Ecclesia Curata, an ratione oneris debeatur à plebe, vide Put. decis. 409. lib. 1.

Decimæ Regibus, & eorum successoribus datæ, possunt percipi ab ijs, qui causam, aut dominia temporalia ab ipsis habẽt. Put. decisio. 319. lib. 3. vide tamen decis. 332. ibid.

Quando debentur decimæ omnium fructuum, debentur etiam de palea, nisi aliter declarauerit consuetudo. Vincent. de Fran. decisio. 103. Craue. consi. 21. & Guid. Pap. sing. 703.

Onus decimarum spectat ad proprietariũ; non autẽ ad conductorẽ. idem de Fran. deci. 107.

Animalium decima soluitur, quando lacte non indigent; & non ante. Vincent. de Fran. deci. 113. vide Amane. de Clarisaquis, sing. 238.

Laicus habens decimam infeudatam ante Cõcil. Latera. non potest alium laicum infeudare. Gasp. Cabal. milleloq. 169.

Iudex laicus non potest cognoscere de causa decimarum in petitorio; secùs in possessorio, vel in solutione ipsarum. Andr. Gail. obser. 38. lib. 1. & Papon. lib. 1. tit. 4. arrest. 1.

Quòd causa decimarum sit Spiritualis, & de ea cognoscat Iudex Spiritualis, etiam inter laicos, scribunt Gom. Leo. decis. 49. in decisio. diuerso. Tom. 2. Papon. lib. 1. tit. 12. arrest. 8. Limita tamẽ conclusionem, vt ibid. per eundẽ Papon. arrest. 9. vide Menoch. consi. 268. lib. 3.

Ius decimandi est dominicale, ideò transit cõtra quemlibet possessorem: nam res alienata vadit ad emptorem cum hoc onere. Aegid. Magist. tractat. Subhastatio. cap. 41. in decisi. diuerso. Etiam pro decima præterita. Franc. Marc. q. 549. nu. 5. vide Bar. in l. 1. de anno. & tribut. lib. 10.

Quota decimarum est arbitraria pro modo facultatis, laboris, & reditus. vide Papon. libr. 1. tit. 12. arrest. 10.

Vicarius perpetuus, cui est assignata congrua portio fructuum, an possit agere ad decimas, vide Crescen. decisio. 1. alias 98. titu. de officio Vicar.

An decimam nõ soluens in regionibus, in quibus de more neque soluitur, neque prædicatur, peccet mortaliter, vide Natt. consi. 136.

In decimis sentẽtia pro vno domino lata, prodest alteri habenti decimas. Craue. cõs. 206.

Ius decimandi dicitur reale, & in decimis non considerantur personæ; sed ipsa Ecclesia. Crauet. consi. 21.

Valet

Valet præceptum, quando agitur de materia concernente animam, vt in decimis, quando fit præceptum de illis soluendis. Rebuff. in constitut.Reg.tit.de litte.oblig.art. 6.gl.2. num.27.T[illegible].1.

Ius decimandi an in totum per Papam tolli possit, & quomodo hoc intelligatur, vide Dec. consf. 113. & consi. 547. Quòd Papa possit concedere immunitatem à solutione decimarum, scribit Menoch.consi.276.lib.3.

Quando Papa concedit alicui immunitatem à solutione decimarum, an sit necessaria expressa derogatio, vt tollatur ius decimandi alteri competens, vide Menoc.cõs.276. li.3.

Decimæ præteriti tẽporis, peti possunt, posito quòd tempore collationis fructuum, quo debentur, non fuerint ab Ecclesia petitæ. Natt. consil. 136.in fin.

Decimæ antiquitus laico concessæ, & reuersæ ad Ecclesiam, nunquid ab Episcopo possint infeudari, vide eundem Natt.consi. 561.

Ad solutionem decimarum tenentur Parochiani possessores, & qui fruges terræ percipiũt; & non alij: ideò ipsi debẽt conueniri, & non Vniuesitas, seu Communitas loci, & eius agẽtes.Rol.consi.53.

Priuilegio decimãdi omnia prędia alicuius Oppidi, concesso Plebano Ecclesiæ dicti Oppidi, non censetur derogatum per aliud priuilegium postea concessum Monialibus, nulla facta mentione de primo de non soluendo decimas ex quibusdam prædijs sitis in territorio d.Oppidi, nuper ad culturam redactis, maximè si primo anno decimas soluerint Moniales. Menoch.conf.36.vol.1.

Ad probationẽm dominij non sufficit quẽ percipere decimas, vel esse in possessione percipiendi.Guid.Pap.sing.66.

De Decimis vide per eundem Guid. Pap. singular.456.

Venditor si asserat in instrumento fundum vẽditum esse liberum ab omnibus decimis, intelligitur ab extraordinariis, nõ ordinarijs. Franc.Cremen.sing. 10.

Laicus dans prædium (pro quo soluebat decimas) Clerico, ipse Clericus nõ amplius tenetur soluere: quia mutata persona, status rei mutatur.Marc.de Mant.sing.37.

De bonis Ecclisiasticis in genere.

Ecclesiæ bona nunquid sint immunia ab his oneribus, in quibus principaliter pietas, & publica versatur vtilitas, vide Ozas.decis.68.

Ecclesia an teneaẽ conferre ꝓ reparatione męniorum Ciuitatis, vide Guid.q.78

Clericorum bona sunt immunia ab omnibus ordinarijs, & extraordinariis muneribus; sed quid, si eorum prædia sint descripta in æstimo, vide Natt.consi.203.Tom.2.

De permutandis rebus Ecclesiæ cum secularibus, & quando liceat, vide Affl.decis. 17.

Permutatio inter Ecclesiam, & priuatum fieri nequit, nisi in casu necessitatis, & euidentis Ecclesiæ vtilitatis, Affli.d.decis.17.

Permutatio cum re Ecclesiæ æqualis (imò cum lucro Ecclesię) fieri debet.Augu.Bero.q.106.

Debita cõtracta ratione Ecclesiæ, de bonis ipsius solui debent, & expensę necessariæ prò Ecclesiæ ministris factæ, Ecclesiæ intuitu factæ videntur. Franc. Marc.q.436.

Restitutio in integrum, ita competit Ecclesiæ, sicut minori, quæ restitutio infra quatuor menses à tempore læsionis, & mortis Prælati (cuius facto est læsa Ecclesia) peti debet. Rom. singul.272.

Ecclesia potest, durante Prælati alienantis vita, restitutionem petere, etiam quadriennio elapso. Put.decis.286.lib.3.

Quo ad valorẽ rei Ecclesiæ alienatæ, debet inspici tempus contractus alienationis ipsius rei, an Ecclesia sit læsa, necne; non autem tẽpus, quo agitur.Guid.Pap.q.157.

Ecclesia dicitur enormiter læsa, quando apparet de læsione vltra dimidiam iusti pretij. Guid.Pap.q.170.vide tamen Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.74 Quando dicatur lęsa per contractum liuelarium, vide Borg. Caual. decis. 16.de contract.num.44.

Ipsa Ecclesia probare debet se læsam ad hoc, vt competat ei restitutio in integrum. Dec. consil.341.num.fin.

Restitutio plenaria, restituit ad bona per Papã in alium translata, & possessa. Put. decis.118. lib. 3.

Ecclesia, quæ enormiter ex contractu, vel alio facto læsa fuit, & vult in integrũ restitui, seu alius eius nomine, veluti Rector, vel Procurator, non habet necesse implorare Iudicis officium pro obtinenda restitutione, quia Iudex ex suo mero officio hoc facere potest, procedendo in causa. August.Bero.q.40.

Debitor si ære alieno sit grauatus, & Ecclesiæ teneatur, quot annis certum soluere, an Ecclesia possit primo deducere, vide Roman. sing. 357.

Iudicandum est pro Ecclesia in casu dubio, & cõscientia debet animum Iudicis stringere, maximè cum tractatur de re Ecclesiæ.Afflic. decis.23.Dec.conf.416.num.12.volum.2.Sed quomodo hoc intelligendum sit, vide Iosep. Ludo.decis.3.Luc.num.59.& seqq.

Possidens rem Spiritualem cum vitio spolij, licet

cet non spoliauerit, cum peccato retinet, & aduersus eum potest Princeps statuere, & definire, & Rector Prouinciæ. Afflic.decisio.24. nume 5.

An Ecclesiastica persona possit agere coram Iudice laico pro re Ecclesiæ, vide Afflic.ibid. nu.8.& decis.361.nu.26.

Præscriptio contra Ecclesiam, quando incipiat currere, vide Guid.Pap.q.150.

Pręscriptio contra Ecclesiam (nisi sit Ecclesia Romana) est quadragenaria. Afflic.decis.67. Guid.Pap.q.161. Et talis pręscriptio sufficit, præcedente titulo: & sententia est iustus titulus. Craue.consi.10.nu.10. Sed Ecclesia Romana gaudet præscriptione centum ann. Papon.lib.12.tit.3. arrest.1.

Quomodo, & quando præscribatur contra Ecclesiam, vide Papon.lib.12.tit.3.d.arrest.1.

Præscriptio vnius Ecclesiæ ad alteram, regulariter 40.ann.spacium exigit. Iac.Put.decisio. 252. libr. 3.

Licèt regulariter contra Ecclesiam non currat præscriptio, nisi 40. ann. tamen in actionibus personalibus, non datur tantum tempus; sed solùm illud, quod datur à iure Ciuili. Anton. Corset. in suis singularibus, litera P. sing. præscriptio 2.

Capitulum, & quęlibet Ecclesia, potest interrũpere præscriptionem, contra se currentem, & mouere litem, si Prælatus sit negligens; sed quomodo dicatur negligens, vide Put.decis. 441.libr.2.

Ecclesia lęsa potest petere restitutionē in integrum. Borg.Caual.decis.30.nu.13.de cõtract. part. 2. Sed intra quantum tempus Ecclesia teneatur petere restitutionem, vide Bar.in l. 4.C.quib.ex causis maiores, & Borg. d.decis. 30.nume.13.

Ecclesia potest agere ad emendationem damni cõtra Prælatum, & eius hæredem, qui passus est rem Ecclesiæ præscribi. Ant.Corset.in suis singularibus, litera P.sing.pręscriptio 4.

Ecclesia contra priuatum præscribit, spacio 30. anno. Sed contra illam ex capite ignorantię, conceditur restitutio intra quadriennium à die scientiæ. August.Bero.q.81.

Taciturnitas operatur consensum fauore Ecclesiæ; & inducit obligationem. Afflic.decis. 95. nume. 7.

Ecclesia potest petere restitutionem in integrũ aduersus quadragenariam præscriptionem contra eam decursam, imo vltra 40. annos. Borg.decis.29.num.8.de contract. par.2. vide Dec.consi.36.

Ecclesia agens interdicto ręcuperandæ contra spoliatis hæredem, qui longo tempore possedit, cum cõfirmatione Regis, quid debeat probare, vide Afflic.decis.324.

Ecclesia, seu successor in Prælatura, quando debeat restitui. vide Afflic.decis.390.

Pręlatus pro re Ecclesiæ possorio recuperandæ agens, nihil proficit, nisi institutionem suã Canonicam doceat. Put.deci.2[illegible].lib.2.

Bona simpliciter Ecclesiæ per Principem concessa, fiunt effecta Sancta Sanctorum. Afflic. decis.361.nu.22.

Statuta requirentia insinuationes, vel certas solemnitates in testamentis, vel contractibus, non seruantur in causa Ecclesiæ, etiam in foro Ciuili. Capic.decis.201.

De acquisitione possessionis vnius Ecclesiæ, & eius rerũ vide p.Gram.decis.71, Mathe.Mathes.sing 43. Quid, si vnus teneat Ecclesiam, & alius campanile, vide ibid.Gram.nu.7.

Res si vendatur duabus Ecclesijs, prima pręfertur, licèt secundæ fuerit res tradita. Bart.in l. 19.C.de Sacrosanct.Eccles.nu.24.

Dominium absque traditione in Ecclesiã trãsfertur in rebus illi venditis, vel donatis. Ias. de actio.§.sed istæ, nu.35. vide Math.Mathes. sing. 42. & 43. & Bar. in d. l. 19. C.de Sacrosanct.Eccles.

Ecclesię, & earum bona, nullatenus statutis laicorum ligãtur. Gram.decis.100.nu.7.& seqq.

Statutum imponens vectigal, non includit bona Ecclesiastica. ibid.nu.19.

Statutum requirens certam solemnitatem in contractu mulieris, non procedit, quãdo illa cõtrahit cum Ecclesia. Vera.deci.194.part.3.

Episcopus non potest rem repertam in Mensa, nõ solitam infeudari, de nouo infeudare, inconsulto Papa. Guid.Pap.q.153. Sed quo casu Episcopus rem Ecclesiæ infeudare possit, & quo non, vide eundem Guid.q.154. Vbi habetur, ꝙ si res solita infeudari (feudo aperto) steterit per annũ in bonis Ecclesiæ, nēpe in Mēsa, tunc nõ potest amplius infeudari, & desinit esse solita.

Bona, quando dicãtur applicata Mensæ Ecclesiæ, vide Guid.d.q.154.

Quę dicatur Mensa, & quid appellatione Mensę contineatur, vide ibid. & Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.433.

Prælati gesta sunt ipso iure nulla, antequam sit in possessione. Boer.decis.171.nu.26.

Transactio vt sit realis, & perfecta, sufficit auctoritas Episcopi, dummodo interueniat in ipso actu trãsactionis. Cape.Tho.q.98. Quid, si interuenerit solùm auctoritas Syndici, vide Natt.consi.441. Sed quando Prælatus, seu Rector Ecclesiæ super rebus immobilibus, possit transigere, vide Ant.Trigo.sing.93.

Transactio super re immobili Ecclesię, debet habere solēnitates requisitas in alienatione,

Vera.

Vera.decis.106.part.1.& 318.part.3.

Transactio facta cum Prælato, & Capitulo, quãdo valeat, vt non possit retractari, vide Dec. consi.474.vol.2.

Transactio facta per Fratres Prædicatores, & Mendicantes valet, etiam si non interuenerit consensus Ministri Prouincialis, vel Generalis. Natt. consi.441. Rol. consi. 15. vol.1. Quod dictum procedit in rebus nondum incorporatis, & acquisitis Ecclesiæ, aliàs secùs. Rol.d.consi.15.

Canonicum habens titulum, an possit possessionem propria auctoritate apprehendere, vide Capel.Thol.q.443.

Contractus cum Ecclesia factus ex defectu solemnitatis, non potest contra Ecclesiam declarari nullus. Iac.Put.decis.310.lib.1.

Ecclesia non conficiens inuentarium, an teneatur vltra vires hæreditatis, vide eundem, decis.379 lib.1.

Episcopus non censetur ignoranter renunciasse iuri quæsito ex sentẽtia Arbitramentali, in præiudicium Ecclesiæ. Put.decis.208.lib.3.

Soluens per decem annos continuos fictum, & pensionem Ecclesiæ, præsumitur fictuarius, & potest cogi ad soluendum pro tempore futuro. Borg.Canal.deci.16.nu.87.de cõtract.

Bona occultata Ecclesiastica, possunt inueniri ex coniecturis, ex libris archiuij Monasterij, Officialis, & alterius personæ, ex quinternetis, ex testibus de antiquo, ex fama publica, & per multa alia, de quibus vide per Borg.d. decisio.16.

Quando bona Ecclesiæ dicantur incorporata, vide Borg. decisio. 31. de contract. part. 2. nume.194.

Bona Ecclesiastica respectu Ecclesię præsumũtur emphyteotica, vt Ecclesia minus lędatur: respectu verò aliorum, pręsumuntur censualia. idem Borg.decis.30.nu.54.& 103. de contract part.2.

Clericus, siue habeat administrationẽ, siue nõ, vltra alimenta, & necessaria, non est dominus fructuum. Borg.decis.32.num.32.de contract.part.2.

Litterę obligatoriæ Prioris, & Conuentus, sunt exequibiles post mortem Prioris super bonis Conuentus. Ioan.Gal.q.370.

Ecclesiam non posse mutare titulum suum, neque fidem, decisum fuit per Curiam Paris. vt habetur in libris placit. Curiæ lib. 9. de fiduci. emancip. tit.5.cap.2.in decisio.diuerso.

Clerici bona gaudent priuilegiis rerum Ecclesiasticarum: tamen quod in titulum Sacerdoti fuit assignatum, (quando promotus fuit ad Sacros Ordines) potest per ipsum alienari, & distrahi. Aegid.Magist.tractat.Subhastatio, cap.23.in decisio.diuerso.fol.199.

Ratificatio venditionis, non potest operari rescisionem. Rot.Auenio. decis.100. in decisio. diuerso. Tom.3.

Prælatus alienans rem, non recuperat fructus, si ipse egerit ad annullationem contractus, ratione non seruatæ solemnitatis. Papon.lib. 18.tit.4.arrest.fin.

Census relictus Ecclesiæ diminutus, quãdo per hæredem testatoris debeat augeri, ad suum pristinum statum, vide Papon.libr.20.titu.6. arrest.4.

Sententia lata contra Rectorem Ecclesiæ, pręiudicat successoribus in ipsa Ecclesia. Crauet. consi.10.nu.8.

Redditus Ecclesiæ, & beneficiorum, diuidi debent in quatuor partes, quarũ vna relinquitur Prælato, altera Clericis deseruientibus Ecclesiæ, reliquæ duæ conuerti debent in fabricam Ecclesiæ, & pauperum eleemosinas, nec valet consuetudo in contrarium. Crauet. consil. 116.

Ecclesia obligatur in eo, in quo fit locupletior; quia est cultrix Iustitiæ, & non patitur quicquam contra Iustitiam fieri. Dec.consi.283.

Valet contractus factus per Officiales Cameræ Apostolicæ Sanctæ Sedis, nec reuocatur per mortem Papæ. Dec.consi.404.

Ecclesiæ gaudent fauoribus concessis minoribus 25.ann. quia illis æquiparantur. Math.Mathes.sing.44. Ideò bona Rectoris Ecclesiæ, illi sunt tacitè obligata, sicut sunt bona tutoris. ibid. Imò Ecclesia magis subiacet fraudibus, quàm minor: nam ipsa regitur alieno animo tantùm; sed minor suo animo, & alieno, hac ratione strictiores sunt prohibitiones Ecclesiarũ, quàm minorũ. Petr.de Rauen. sing.953.

Ex quo consensus Capituli affluit, & credebat vtiliter contrahere, valet cõtractus, licèt Ecclesia sit decepta, sed potest restitui, si sit lęsa. Guid.Pap.sing.351.

Resoluto contractu rei Ecclesiæ propter non factam approbationem à Papa iuxta conuentionem, fructus medio tẽpore percepti debent restitui Ecclesiæ. August.Bero. q. 59. & Papon.lib.1.tit.13.arrest.10.

Causę omnes Ecclesiasticæ in prima instantiâ, coram Ordinario sunt tractandę, & intra biennium finiendæ, sub pęna desolutionis, ita cãuetur per Concil.Triden.sessio.24. Decr. de reformat.cap.20.

Appellans suis sumptibus, tenetur omnia acta coram Episcopo Ordinario gesta, exhibere coram Iudice appellationis. ibid.

Donatio omnium bonorum in Ecclesiam factã, valet, etiã præsentium, & futurorũ. Bart.in l.fin.C.de pact.& Abb.consi.102.part.2.

Gene-

Generaliter tenetur Ecclesia de his, quę in vtilitatem eius, sunt conuersa. cap. penult. ext. de fideiusso.

Ecclesia posita inter duos Episcopatus, si est dubium ad quem spectet, applicatur propinquiori. Bart. in l.7. ff. de acquir. rer. dom.

Prælatus per compromissum factum sine consensu Superioris, non potest perpetuum prę iudiciū Ecclesię generare. Abb. consi.56. pt.1.

An in Regno Franciæ Ecclesia bona temporalia possit acquirere, vel aliter habere, sine consensu Regis, & an Regi consentienti soluatur aliquid, vide de præmissis, & materia per Papon. lib.1. tit.14.

Bona Ecclesiæ qua forma, & quando possint alienari.

Ecclesię res quarū alienatio est prohibita regulariter, in remunerationem obsequij, & laboris, alienari possunt. Ozas. deci.99. nu.32. Et donari, vide Meno. de Arbitr. cas.434.

Bona Ecclesiæ in sex casibus possunt alienari. Guid. Pap. q.100. vide eundem, sing.350. De ipsorum bonorum alienatione vide per Capic. decis.16. & 105.

In alienatione rerum Ecclesiæ, non sufficit æris alieni narrationē fieri, sed illud subesse, probari debet. idem Ozas. decis.172.

De permutatione rerum Ecclesiæ vide supra titu. prox.

De rebus Ecclesiæ alienatis à Principe vide p Afflic. decis.361.

Res inutiles, & onerosæ Ecclesiæ, possunt alienari sine vlla solemnitate. Guid. Pap. q.156.

Res Ecclesiæ prohibita alienari, semel alienata, dicitur effecta alienabilis. Bar. in l.1. C. de imponen. lucrat. lib.10. nu.8.

Alienatio rei Ecclesiæ solemniter facta, ex qua tamen Ecclesia est læsa, efficax est, licèt ex capite lęsionis ipsa Ecclesia restituatur: imò alienatio per Prælatum sine consensu Capituli facta, valet, saltem vt pręstet causam pręscribendi, & vt Ecclesia possit eam ratam habere. Guid. Pap. quæst.159. vide tamen Dec. consil.142.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum cum consensu Capituli valet, modo vocentur præsentes: fallit in tribus casibus, in quibus absentes debent vocari. idem Guid. q.160.

Emptor habet actionem contra Prælatum alienātem rem Ecclesiæ indebitè. Guid. d. quæst. 159. in additio.

Alienatio bonorum Mensæ Episcopi, eius vita durante, valet. Mohed. decis.7.

Duobus casibus possunt res Ecclesiæ alienari sine solemnitatibus. vide Hippol. sing.132.

Alienatio rei Ecclesiæ, si communi opinione reputetur vtilis, licèt re vera non sit, valet. Ant. Corset. in suis singularibus, litera A. sing. alienatio 3.

Ecclesiæ bona inconsulto Romano Pontifice alienari possunt, vbi belli necessitas imminet. Ozas. decis.68. nu.24.

Distractio rerū immobilium Ecclesiæ, non subsistente legitima causa, ac solemnitatibus omissis, est prohibita, & nullatenus valet. Gram. decis.79. num.13. vide Craue. consil.1. pro genero, nu.159.

Tractatus vbi nō interuenit in distractione rei Ecclesiæ, nec causę cognitio, si expediat, nulla est distractio, seu concessio. Gram. ibid. nu. 15. Craue. pro genero, consi.1. nu.26. & seqq. Nec probatur per verba enunciatiua in instrumento apposita. Gram. d. decis.79. nu.16. Craue. d. consi.1. nu.26. & seqq. & Bar. in l.8. ff. de Castrens. pecul.

Verbis Notarij asserentis in instrō, q̄ pro commodo, & vtilitate Ecclesiæ cōcessio processit, non statur. Gram. d. decis.79. nu.20. Idem in verbis Pręlati ita asserentis, vide Menoch. de Arbitra. q.76. & consi.114. Sed requiritur alia probatio. Guid. Pap. q.151. vide Crauet. consi.1. pro genero, nu.26. & seqq.

De impugnatione, vel confirmatione cuiusuis alienationis rerum Ecclesiasticarū vide fusè per Borg. decis.17. de contract. & consi. ibid. seq. Menoch. consi.114. lib.2.

Clausula; Motus proprij, supplet defectus solemnitatis requisitæ in alienatione bonorū Ecclesiæ. Dec. consi.341. num.6. vol.2.

In rei Ecclesiæ alienatione, quæ solemnitates pro forma requirātur, vide Guid. Pap. q.149. Iosep. Ludo. deci. Perus.93. Borg. Caual. deci. 16. nu.27. & seqq. de contract. Rebuff. in constitut. Reg. in procemio, gl.5. nu.25. Dec. consi. 142.174. & consi.283. num.6. Bart. in auth. qui res. C. de Sacrosanct. Eccles. Papon. lib.1. titu. 13. arrest.3.

Solemnitates extrinsecæ in alienatione rei Ecclesiæ non enunciatæ, spatio septuaginta annorum præsumuntur interuenisse in ipsa alienatione. Iac. Put. decis.365. lib.2.

Non est necessaria nominatio omnium Capitularium, nisi in alienatione bonorum, & rebus arduis. Mohed. decis.243.

Alienatio rei Ecclesiæ facta sine solēnitatibus à iure pro forma requisitis, nō tenet, licèt cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & cōcurrat voluntas Prælati. Vincen. de Franc. decis.35. Quia alienatio rei Ecclesiæ, duo copulatiuè requirit, vt valeat, nempe causam, & so-

& solemnitates. Mago. deci. 69. nu. 4. Rot. Flo. Contrariũ tamen videtur tenere Raud. tract. de Analog. cap. 38. post Put. deci. 310. lib. 1. vi de D. Sol. in constitutiones antiq. Sabaudiæ, fol. 74.

Res Ecclesiastica prohibita alienari, si concedatur ad tres annos cum pacto de renouando ad alios tres annos, non valet hoc vltimum pactum. Gasp. Cabal. milleloq. 160.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum non potest fieri sine solẽnitatibus à iure requisitis, & causa necessitatis, aut euidentis vtilitatis: & solemnitas extrinseca ex lõginquitate temporis, non præsumitur, quando per pactum debet interueniri, nec quando apparet de instrumento, in quo non legitur, nec quando agitur de magno præiudicio, & de aliis causis, de quibus plenè per Borg. Caual. decisio. 29. de contractib. part. 2. Minus confirmatio huiusmodi alienationis facta à Delegato Papę, conualidat ipsam alienationem. ib. Borg.

Emens ab Ecclesia debet esse cautus, vt videat pretiũ conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, vt saltem in subsidium habeat regressum ad ipsum pretium. Mago. decis. 69. Rot. Flor.

Iuramentum, quod communiter solet præstari per Episcopos de non alienando, inconsulto Romano Pontifice, an præsumatur præstitum, quamuis de illo non constet, vide Crescen. deci. 2. alias 81. tit. de iuramen.

Episcopus alienans res Ecclesiæ, inconsulto Romano Pontifice, an sit periurus, licèt alienatio teneat in casu pręmisso, vide Crescen. ibi. decis. 3. alias 150.

De interpretatione Paulinæ circa alienationes rei Ecclesiæ vide per Raud. tract. de Analog. cap. 38.

Alienatio facta bonorum Monasterij an impugnari possit ex eo, quòd Monasterium semper retinuit possessionem, quasi videatur simulata, & quia fuit facta per Sindicum, de cuius mandato non constabat, vel non probabatur pretium conuersum in vtilitatem Ecclesiæ: & an propter antiquitatem, hæc omnia pręsumantur interuenisse vnà cũ tractatu, vide Dec. consi. 36. consi. 341. num. 13. vol. 7. & consi. 409. ibi.

Concessio facta Cardinali à Summo Pontifice, vt testari possit de bonis Ecclesiæ, intelligitur de primo testamento. Dec. consi. 512.

Subscribens se alienationi rerum Ecclesiasticarum, & scripturæ, dicitur consentire alienationi. Natr. consi. 651.

Prælatus, qui malè alienauit bona Ecclesiæ, potest contra factum suum venire, & alienationem ipsam reuocare. Marc. de Mant. sing. 97.

Vbi est obseruata forma, & decretum Superioris interpositum, præsumitur contractus factus pro vtilitate Ecclesiæ. Anton. Trigo. sing. 122.

Alienatio facta de rebus Monasterij in casu nõ concesso, est nulla, quantũcunque forma fuerit seruata: & omnis solemnitas videtur remissa per Indulgentiam Papæ, qui potest licitè bona Ecclesiæ donare. Abb. consilio 41. part. 1.

Monasterium sine consensu Diœcesani, nõ potest bona immobilia alienare: nec per compromissum potest se ligare. Abb. cõs. 56. par. 1.

De locatione rerum Ecclesiasticarũ, & beneficiorum.

Locatio facta rei Ecclesiæ vltra tẽpus permissum, non valet, etiam tẽpore permisso. Afflic. decisio. 107. num. 2. & 4.

Beneficium accensari non debet vltra triennium; olim tamen poterat vsque ad septennium. Boer. decis. 224.

Bona Ecclesiastica locari vltra triennium non possunt. Papon. lib. 1. tit. 13. arrest. 5. & Meno. de Arbitra. lib. 2. cas. 5. Nec de triennio in triẽnium, & si fiat huiusmodi locatio, non valet. Borg. Caual. decis. 14 de cõtract. vide Hiero. de Mont. varia. iuris quæstio. q. 20.

Locatio ad non modicum tempus cõstituit ius in re, etiam in bonis Ecclesiasticis: tamẽ successor non tenetur seruare factum antecessoris. Aegid. Bellam. conclusio. 747.

In locatione ad longum tempus, vel ad vitam eędem solemnitates requiruntur in bonis Ecclesiasticis, quæ requirũtur in alienatione. Papon. lib. 1. tit. 13. arrest. 4.

Finita locatione ad longum tempus facta per Ecclesiam, ipsa tenetur relocare hæredibus primi conductoris. Vincen. de Fran. deci. 123.

Datur cautela, per quam res Ecclesiæ pòtest locari, etiam ad longum tempus, nempe dummodo dicatur in instrumento locationis, ꝙ nullum vtile dominium transferatur in conductorem. Ioan. de Arno. sing. 72.

Constitutio annullans locationes factas in persona Clericorum, & similium personarum, vindicat sibi locum, etiam si locationes reperiantur factæ in euidentem vtilitatem Ecclesię. Iac. Put. decis. 2. lib. 1.

Successor Pręlatus non tenetur stare locationi, vel conductioni prædecessoris. Put. decisio. 181. lib. 1. vide decis. 421. ibid. & Fran. Marc. q. 102. Vbi distinguit: fallit pro illo anno, quò mortuus est Prælatus, & conductor laborauit terras. Borg. decis. 15. de contract.

Con-

Consuetudo, quòd res Ecclesiæ debeant locari proximioribus, finita locatione, est vtilis Ecclesiæ, sed quare, vide Vera. decis. 230. part. 1.

Res Ecclesiastica prohibita alienari, si concedatur ad tres annos, cum pacto de renouando ad alios tres ann. non valet hoc vltimum pactum. Cabal. milleloq. 160.

In locatione rerum Ecclesiasticarũ, debet præferri idem conductor alteri conductori, de nouo venienti. Papon. libr. 1. titu. 13. arrest. 6. Contrarium tamen videtur tenere Ioan. de Arno. sing. 66.

Conductor bonorum Ecclesiasticorum non habet spolium. Papon. lib. 13. tit. 9. arrest. 5.

Emphyteota Ecclesiæ non potest expellere colonum bene laborantem terras de fundo, in quo per maximum tempus stetit, aliàs priuatur emphyteusi. Ant. Corset. in suis singularibus, litera E. sing. emphyteusis 3. Sed quando hoc procedat, vide Hippol. sing. 548.

Locatio fundi facta, Pura ad quinquenniũ, cùm sterilis, ac inutilis fundus esset, factus industria, ac diligentia coloni conductoris fructuosus, ac fertilis, ex hoc locatio redditur perpetua, vt ad hæredes quoque conductoris transeat, etiam extraneos, nec tertia generatione finitur. idem Hippol. sin. 550.

Ecclesiæ fructus possunt locari, & vendi laicis, si in eos cadunt: ideò hoc non procedit in oblationibus Altaris, vide Roma. sing. 664.

Conductor rei Ecclesiæ, ne soluat pensionem, an possit opponere cõsensum Superioris nõ interuenisse, vide Crescen. decis. 1. aliàs 122. tit. de locat. & conduc.

Prælatus fructus beneficij locare potest. Franc. Marc. q. 102.

Quando quis arrendat beneficium nummis, ex quo talis conductor percipit fructus, tenetur soluere collectas, & alia onera realia. Marc. quæst. 471. num. 10.

De bonis emphyteoticis Ecclesiasticis.

EMphyteusis Ecclesiæ, quando legitimè est facta cõcessio, ad extraneos hæredes transit. Afflic. decisio. 100. scribunt Dec. consi. 171. & Rol. cõsi. 96. vol. 1. Quod procedit, si tempore concessionis constaret de vtilitate Ecclesiæ, & de solemnitatibus adhibitis, aliàs secùs. Hiero. Mago. deci. Luc. 12. Bero. quæst. 17. Tamen quòd emphyteosis Ecclesiæ, nisi ad hæredes descendentes vsque ad tertiam generationem, & ad viri, & vxoris personas extendatur, scribit Franc. Marc. q. 103. part. 2. vide Borg. Caual. decis. 30. nu. 98. de contract. part. 2. August. Bero. d. q. 17. & Barto. in l. 19. ff. solut. matr.

Emphyteota Ecclesiæ non soluens canonem per biennium, cadit a iure suo, & tenetur nihilominus ad solutionẽ ipsius canonis præteriti temporis. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 54. vide Anto. Corset. in suis singularibus, litera C. sing. emphiteusis 2. Sed minores excusantur. Ioseph. Ludo. d. decis. 54. nu. 6. Et omnes possunt moram purgare infra modicum tempus. Gasp. Cabal. milleloq. 221. vide cap. fin. ex. de loc. & conduc.

De hac caducitate propter canonem non solutum vide plenè per Borg. decis. 30. de contract. part. 2. Quid, si fuerit appositum pactũ in contrarium, vide Ant. Corset. in suis singularibus, litera C. d. sing. emphiteusis 2.

Quòd non sit locus caducitati, quando singulo biennio vnicus capitur fructus; scribit Hippol. sing. 409.

Emphyteota Ecclesiæ non soluens canonem singulis annis, licèt non possit expelli, nisi elapso biennio, tamen si iurasset singulis annis soluere, & non soluerit, poterit lapso anno expelli: idem Corset. ibid. singul. emphyteota, vide Hippol. sing. 226.

An rescriptum Papæ, quo emphyteotæ conceditur, quòd propter canonem non solutum non cadat à iure suo, valeat, vide Fran. Cremen. sing. 107.

Emphyteota Ecclesiæ, si per annum cum dimidio cessauerit à solutione canonis, & citatus à Prælato fuerit contumax, cadit ab emphyteusi, nõ expectato toto biẽnio. Ant. Corset. in suis singularib. litera E. & Hippol. sing. 226.

Ecclesia, si non soluerit censum, cadit à feudo, vel emphyteosi. Bart. in l. placet. in repet. C. de Sacrosanct. Eccles.

Emphyteota Ecclesiæ cessans à solutione canonis, ita demum cadit à iure suo, si dominus declarauerit. Bartol. in authen. qui rem. C. eod.

Emphyteusis etiã Ecclesiastica deuoluitur ad Dominum directum cum omnibus meliorationibus, & augmentis, quando deuoluitur ex culpa emphyteotæ; secùs si sine culpa. Vincen. de Fran. decis. 191.

Melioramenta emphyteosis Ecclesiæ finitæ ob lineam finitam, debentur nõ Ecclesiæ; sed liberis, & descendentibus emphyteotæ, vel hæredibus etiam extraneis. August. Bero. q. 19. Tamen si fuisset conuentum, vt linea finita, ad Ecclesiam vnà cum omnibus melioramẽtis res reuerteretur, talis conuentio solùm comprehenderet melioramenta præterita. idem Bero. q. 20.

Emphy-

Emphyteota Ecclesiæ meliorationes suas non vendit, nisi seruatis his, de quibus in c.fin.ex. de loca.& conduc.

De rebus Ecclesiæ concessis in emphyteosim vltra solitum, & lege prohibente, nempe in perpetuum, vide Afflic.deci.107.

Bona Ecclesiastica aliàs in emphyteosim data, reuersa ad Ecclesiam, poterunt in emphyteosim rursus tradi, non seruata solemnitate aliàs requisita. Guid. Pap. q.100. vide consil. impressum inter decisiones Borg. post decis. 30. de contract.part.2.nu.56.& seqq. & num. 198.& seqq.Papon.lib.1.tit.13. arrest.1.7.9. & Menoch.consi.79.vol.1.

Terræ Ecclesiæ incultæ, possunt per Prælatum cum solemnitate dari in emphyteosim perpetuam, vel in feudum.idem Guid.q.158.

Concessio in emphyteosim rei Ecclesiæ, an sit alienatio, & fieri possit, & qualiter, vide Pet. Beninten.decis.13.

Emphyteosis Ecclesiæ, si concedatur pro se, & suo hærede tantùm, de primo hærede intelligendum est. Marc.q.103.part.2.

Emphyteusis Ecclesiæ, super qua non interuenit decretum Apostolicum, est nulla. Afflict. decis.85.num.5.

Res emphyteotica venit in generali hypotheca, & potest obligari. Afflic.decis.191.

Opiniones inter se pugnantes in quęstione illa, an in emphyteusi Ecclesiastica, appellatione filiorum comprehendantur fęminæ, ad concordiam rediguntur, adhibita distinctione, de qua per Ioseph. Ludo. decis. Luc.29. vide Vincen.de Fran.decisio 30. Mago.decisio.7. Luc.(vbi limitatur conclusio) & August. Bero.q.181.nume.4. Craue.consi.251. Menoch. consi.111. in 2.vol.Roland. consi.93.vol.2. & consi.76.vol.3.

Emphyteusis Ecclesiæ concessæ pro se, & hęredibus suis, natura est, vt transeat ad fęminas descendentes; sicut ad masculos. Bero. quæst.18.

Ecclesia tenetur renouare rem emphyteoticam proximioribus (aliàs daretur appellatio) propter lineam finitam; secus si propter censum non solutum. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 63. nume. 20. Vera. decisio. 230. part. 1. nume.3. vide tamen decisio. 303. & 304. ibidem. Quòd teneatur etiam renouare hæredibus emphyteotæ, scribit Marc. quęst.105. part.2.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa vsque ad mortem, an possit vendi, & an teneatur Ecclesia illam renouare emptori in tertiam generationem, pro ut fieri solitum est, vide Pet. Beninten.decis.87.

Emphyteota Ecclesiasticus donat irrequisito Domino, quando alienat, saluo iure directi dominij. Franc.Marc.q.549.

Nepos ad emphyteusim Ecclesiasticam admittitur, virtute contractus, licèt neque natus, neque conceptus sit, non obstante patris repudiatione. idem Marc. q.104.part.2.

Emphyteusis concessa sine solemnitatibus, & necessitate, vel sine euidēti vtilitate Ecclesiæ, non valet ipso iure, & redit ad Ecclesiam vnà cum fructibus à die occupationis, non obstante præscriptione, & multa de materia, vide per Borg. Caual. ~~decisio. 16.~~ de contract. *decis. 29.*

Ecclesia si est lęsa in contractu emphyteotico, habet beneficium restitutionis in integrum, & quadriennium non currit, nisi post mortē illius Rectoris, qui fecit contractum, & à die scientiæ. ibidem, dicta decisio. ~~16.~~ *29. n. 25.*

Ecclesiastica bona, ad hoc vt possint dari in emphyteusim, plura requiruntur, tradita per eundem Borg.d.decis.16.nu.27.

Emphyteota Ecclesiæ soluens fictum, vti emphyteota perpetuus per annos 40. & vltra, præsumitur ritè inuestitus, & præcessisse, quæ præcedere debeant. idem Borg.decisio. 29.de contract.nume.4.part.2.limita, vt ibid. nume. 15.

De inualiditate inuestiturę bonorum Ecclesiasticorū, vide quoddam consi. impressum inter decisiones Borg.post decisio.30. de contract.part.2.

Bona Ecclesiæ semel ad Ecclesiam deuoluta, non debent alicui concedi, nisi seruatis seruandis. idem Borg.d. decisio.30.nume.10. Et adhibitis solemnitatibus à iure requisitis. idem, deci.31.de contract.part.2.

Procurator Ecclesię cum libera, non potest nouam inuestituram facere cum damno Ecclesiæ. ibid.nu.48.d.decis.30.

Bona Ecclesiastica, quomodo, & quando dicantur solita dari in emphyteusim, vide eundē Borg.d.decisio.30.nume.79. & seqq. de contract.part.2.

Emphyteota an possit cadere, si Ecclesia non ostendit inuestituram, & originem, ac dominium bonorum; sed solùm confessionem, & recognitionem, vide eundem; decisio. 32. num.84.ibid.

Alienatio rei Ecclesiæ requirit causam, & solemnitates, quod dictum limitatur non procedere in antiquissima emphyteusi. vide Alexand. Raud. tractat. de Analog. capitulo 38.

Ecclesia, quando agit contra emphyteutam ad solutionem census, & probat solutionē decennalem, habet intentionē suā fundatā, licèt non ostendat titulum; sufficit enim,

quòd illum alleget, & probet solutioné. Vera.decis.292.part.1.vide eundem, decis.271. part.2. Dictũ limitaẽ, quando agitur de præiudicio tertij, & cõtra Ecclesiam; tunc enim non sufficit dicta probatio.ibid. dicta decis. 292.

Legitimatus in specie ad bona emphyteotica Ecclesiastica ab habente potestatem ita legitimandi, admittitur ad ipsam emphyteusim, aliàs secùs. Hieronym. Mago. decis. Luca. 10.

De Mensa Ecclesię, quando censeantur effecta bona in emphyteosim concessa, & ad ipsam Ecclesiam reuersa, vide per Menoch. de Arbitrar. lib. secundo cas. 433. & consil.79.

Emphytheota Ecclesiæ tenetur ad censum, et data nullitate contractus: fallit, quando fuit dictum in concessione, ꝙ concedẽs habebat facultatem concedendi sine assensu Apostolico. Vincen.de Franc.decis.296.par.2.

Fauore Ecclesiæ res, pro qua soluitur aliquid annuum, potius pręsumitur emphytheotica, quàm censualis; sed quando hoc procedat, vide August.Bero.q.14.

Emphyteusis Ecclesiæ Monasterio acquiritur per ingressum illius, qui ad emphyteusim vocatus erat, etiam si esset concessa cum pacto, quòd nõ possit in certam Ecclesiã alienari. idem Bero. q 70.

Emphyteusis concessa pro filiabus, quæ virum legitimum habuerint, seu acceperint, per ingressum filiæ in Monasterium transit. Bero. d.quæst.70.

Succesio emphyteusis Ecclesiasticę traditę ad vsum succesionis, quæ à laico transiuit in Ecclesiam, quomodo reguletur, vide D. Senat. Sola.in constitutio.antiq. Sabaudiæ, tit.de iure emphyt.glo.7.nu. 13. super decreto, Rempublicam, part.2.fol.24.

Ecclesia concedens rem in emphyteusim in perpetuum, solùm videtur concedere vsq; ad tertiam generationem, vide Franc. Cremen.sing.116.

Emphyteusis concessa alicui à Monasterio cum pacto, quòd etiam in fœminam transeat, quę nubat subdito iurisdictioni Monasterij, potest retineri, licèt extraneo nupserit, si is velit iurisdictioni ipsius Monasterij se submittere. Anton.Corset. in suis singularibus, litera E. singu.Emphyteusis 1.

Emphyteota Ecclesiæ, non potest expellere colonum bene laborantem terras de fundo, in quo per maximum tempus steterit, aliás priuatur emphyteusi. ibidem, singul. emphyteusis 3. Sed quando dictum procedat, vide Hippol.singul.548.

Ecclesia, & si in perpetuum non alienet, dat tamen in emphyteusim, vide de materia per Bartol. in authen. perpetua. C. de Sacrosan. Eccles.& in Authen.de non alienan.vel permut.reb. Eccles.

De bonis feudalibus Ecclesiasticis.

De succesione Monachorũ in feudalibus, & de seruitio in illis, & qui Monachi regulariter ad feuda non admittantur, vide Affli.decis.320. & Capic. decis.10.

Ecclesia de feudo spoliata, restituenda est, etiam si non probet de titulo. Afflict. decis. 361.num.39.

Si res solita infeudari (feudo aperto) steterit ꝑ annum in bonis Ecclesię. vide licet in Mensa, tunc non potest amplius infeudari, & desinit esse solita. Guid. Pap.q.154. vide Menoch.de Arbitra.cas.433.& consi.79.lib.1.

Episcopus quando possit res Ecclesiasticas in feudum concedere, scripsi supra. tit. de personis Religiosis in genere.

Bona Ecclesiastica feudalia, si reuertãtur ad Ecclesiam, possunt rursus infeudari, non tantùm extraneis; sed etiam consanguineis Prę latorum. Mysing. obser.47. cent. 5. vide Menoch.consi.79.vol.1.Imò post mortem Vasalli, si feudum ad Ecclesiam reuertatur, Prælatus illud tenetur renouare proximoribus agnatis, etiam transuersalib.Dec. consi.131.

Episcopus succedens in Episcopatu, tenetur inuestire de bonis feudalib.subiectis Episcopatui eum, qui ab habente licentiam testandi de dictis bónis à prædecessore Episcopo, fuit hæres institutus, dato quòd testator decesserit, mortuo iam concedente licentiam, facto tamen testamento. Natt.consi.647.

Reliqua de feudis, vide infra lib.2.tit.de feudis.

De bonis ingredientium Religionem.

Monasterium filij, vel hæredis loco, non habetur, nisi in certis casibus à iure expressis. Ozas. decis.27.numero 12.

Monasterium secundum magis cõmunem liberos non excludit, vbicunque facta est substitutio, sub hac conditione, si sine liberis decesserit, ex suo corpore legitimè procreatis, hoc est, quando pater inuicem substituit liberos sub enunciata conditione: tunc enim et si alter eorum ingrediatur Monasterium, & ibidem decesserit, Monasterium non habetur loco filij, vt excludat alios fratres substitutos.

tutos.idem, decisio.126.nume.18.Boer.deci. 354.vide Crau.consil.152. & Dec.consil.259. Imò hoc casu spes substitutionis, transmittitur ad filios honorati.Ozas.d.deci.126. Aliàs Monasterium loco filii habetur.ibid. Ozas.vide Craue.& Dec.dd.consi.152.& 259.

Substitutio loco pio facta, casu, quo hęres institutus decesserit sine liberis, non euanescit, si ille substitutus ingrediatur Monasterium.Felyn.consi.8.Aliàs conditio, si sine liberis decesserit, habetur pro non scripta fauore Monasterij. Bartol.in l.52.§. is cui, de legat.2.& consi.1.volum.1.

Distinctio vera affertur (qua diuersæ Doctorum opiniones conciliatur) in quæstione illa, an Monasteriũ excludat substitutum, per Ozas.d.decis.126.

Bona ingredientis Religionem incapacem, ad pias causas erogantur, si ingredienti ea fuerint relicta sub conditione, si decesserit sine liberis, restituenda.Roma.sing.439.

Per ingressum Religionis non cedit dies fideicommissi, nisi ingressus quis sit Religionem Fratrum Minorum.Barto.in l.79.§.hæreditatem, de legat.2.

Mulieri Monasterium ingredienti, an eadem pecuniæ quantitas debeatur, quæ in casu nuptiarum illi fuerat relicta, vide supra, titu. de personis Relig.in genere.

Religionem ingrediens, potest sibi reseruare certa bona de consensu Abbatis. Boer.deci. 20.sed vide ibid.

Ingrediens Monasterium aliquid dans, an committat simoniam, vide supra d. tit.de perso. Religio.& Capel.Thol.q.312.in additio.

Ingredientium bona, spectant ad Monasteriũ capax bonorum; non ad proximiores ingredientium.Vincen.de Fran.decis.40.

Renunciatio facta per Moniales tempore ingressus, est realis: ideò excluduntur à successione fratrum. vide eundem, decisio. 375. part.2.

Consuetudo prohibens dispositionem de bonis antiquis decedentium sine filiis, nisi vsque ad medietatem, non procedit in Clerico disponente. idem de Franc. decisio. 411. part.2.Secùs in Clerico, vel alio pio loco instituto à laico.ibid.nu.4.

Testamentum ante ingressum Religionis conditum, an sustineatur, extraneis institutis hęredibus, & quid de codicillis, vide ibidem decisio. 423.

Ingrediens Monasterium non perdit ius, quod habet ex substitutione facta ante ingressum. Crauet.consi.152.

Nouitius intra annum, non potest cedere iura sibi competentia fratri suo. Craue.consi.152. nume.4. Quid de cessione facta ante ingressum, vide ibid. d.consi.152.

Prælatus non potest consentire Monacho cedenti ius Monasterio iam quæsitum; secùs in quærendo.Craue.d.consi.152.nu.7.

Lęsionem non potest allegare cedens iura fratribus, quando Religionem ingreditur.idem Crauet.consi.160.

Si quis habens filios ingrediatur Monasterium, filijs debetur legitima, & omnia alia bona, Monasterio acquiruntur. Dec. consil. 426. nume. 8.

Si ante annũ probationis, vel post, nulla emissa professione expressa, decesserit nouitius, vel nouitia, an, & quando bona ipsius acquirantur Monasterio, vide Menoch.consi.396.lib.4.

Bona ingredientis Monasterium, sicut tacitè per ingressum debentur Monasterio; ita tacitè per exitum, reuocantur. Anton. de Capua, sing. 6.

Bona ingredientis Religionem incapacem, cui applicentur, an Ecclesiæ Romanæ, vel venientibus ab intestato, vide Ludouic.Roma. sing. 439. Pro venientibus ab intestato scribit Guid.Pap.sing.371.

Si aliqui Religiosi dolo inducant aliquem ad Religionem, vt lucrentur bona sua, si ille sic inductus faciat professionem, tenet professio, sed bona non spectant ad Monasterium. Anton.Corset.in suis singularibus, litera R. sing. Religio.

Mulier Monasterium ingressa, ac Religionem professa, si Monasterium deserat, ac deinde matrimonium contraxerit, si marito superstite nullis relictis liberis, decedat successio bonorum ipsius ad Monasteriũ omnino spectant, non obstante quocunque statuto.Hippol. singul. 129.

De bonis ingredientis Monasterium, & de materia vide per Bartol. in authen. ingressi.C. de Sacrosanct. Eccles. & in titul. Authen. de Monachis.

Filia ad secunda vota transiens, potest patrem compellere, vt eandem dotem, quam primo viro dederat, secundo tradat: idem, si Monasterium ingredi velit. Ludouic. Roma. singul.788.

Mulieris Religionem professæ, & postea egressę, bona remanere debent Monasterio: fallit, si professio fuisset meticulosa, & metus probaretur.Marc.de Mant.sing.153.

Statutum disponens, quòd ingrediens Monasterium non succedat, valet; secùs si dicat, si quis ingressus.Bart.in l.fin.C.de pact.

Pater potest alienare de rebus, quæ subiacent restitutioni, pro filia, quam vult ponere in

Monasterio. Bartol. in authen. res quæ. C. commu.delegat.

Minor ingrediens Monasteriũ, an statim transferat dominium suarum rerum in Monasterium sine decreto, vide in libris Barto.in l.2. ff.de rebus eorum, in lect.Nicolai de Neap.

Legatum factum filiæ de mille, si nuberet, & si Monasterium ingrediatur, quòd habeat ducenta, valet; sed causa reiicitur, vt habeat mille: tamen datur cautela, vt legari possit minor summa filiæ Monasterium ingredienti, quàm ei, qui nupserit, vide Bart.in l.2.ff.de his, quæ pęn.cau.relinq.

Filia, pro qua in ingressu Monasterij pater aliquid obtulit Monasterio, dicitur dotata. Bar. in l. 70. §. Titio genero.ff.de conditio. & demonstratio. Et debet imputari ad instar dotis pro legitimà ipsius filiæ. Abb. consil. 111. part. 2.

Monasterium an excludat parentes ingredientium Monasterium, & quid, quando mittitur mulier propter adulterum, vide Barto.in §.si verò quando, Authen. vt nul.Iudic.lice.

Intrans Religionem non potest exhæredari, imò debet succedere parentibus, nisi sit de Fratribus Minoribus Sancti Francisci. Abb. consi.27.part.2.

Clericus habens patrimonium, licitè illud relinquit parentibus. Abb.q.4.nu.14.

Ingrediens Monasterium, rerum suarum desinit esse dominus, & feudum amittit. cap. 1. cum gloss. de vasal. milita. qui arm. bel. in vsib. feudo.

De renunciatione, & obligatione bonorum ingredientium Religionem vide Concil. Triden.sessio.25.titu.de Regularibus, & Monialibus, cap.16 fol.292.

De bonis relictis, vel donatis Ecclesię, & personis Religiosis, vel aliter illis delatis.

Pia causa substitutum etiam ex descendentibus (dummodo non agatur de legitima) ex præsumpta mẽte testatoris, dicĩ excludere. Ozas. decisio.110.nu.fin.

Legatum relictum Sanctis, an debeatur Ecclesiæ, in qua sunt eorum reliquiæ, vel Ecclesiis, illis dedicatis.& qd, si sunt plures Ecclesiæ dictorum Sanctorũ, vide Afflic. deci.244.

De legato relicto loco Religioso, vel pio, vel alicui Sancto, aut simpliciter pro salute animæ, & dubitetur cui debeatur, pro interpretatione mentis testatoris, vel huiusmodi legati, vide Ias.de actio.in §.sequens, versicul. ex maleficiis, nume.46.& seqq.

Cui debeantur oblationes factæ Imagini Virginis Mariæ existenti in aliquo oratorio, vide Dec.consi.148.

Clericus non potest renũciare priuilegijs suis; & relictum factum Clerico, quando eius contemplatione, vel Ecclesię factum intelligatur, vide Barto. in l.4. C. de Sacrosanct. Eccles. num. 4.

Legatum factum Prælato Ecclesiæ, si sit à coniuncto, debeĩ Prælato, si ab extraneo, contẽplatione Ecclesiæ videtur relictum, & illi debetur, quid in Canonico, vide Barto.in l.2.ff. de reb.dub.

Legatum relictum Ecclesijs, Prælatis, vel alijs Religiosis, quibus relictum intelligatur, vide Fran.Mant.de coniect.vlti.volunt.lib.8.tit.6.

Monialis dotata à patre in ingressu Monasterij, adhuc succedit matri in bonis ipsius vsque ad legitimam. Afflic. decisio. 348. Et etiam succedit agnatis.ibid.

Renunciatio facta per Moniales tempore ingressus, est realis; ideò excludit illas à successione Fratrum, vide Vincen. de Fran.decisio.375.part.2.

De quarta, quæ debetur Episcopis, & de legatis relictis ad cultum Diuinũ vide p Capic. decisio. 23.

Statuta requirentia insinuationes, vel certas solemnitates in testamentis, vel contractibus, non seruãtur in causa Ecclesiæ, etiam in foro ciuili. Capic.decis.201.

Sepulturæ legatum vni Ecclesiæ factum, an habeat alia Ecclesia, in qua fuit defunctus testator sepultus, vide Boer.decis.176.

Legatum factum Parocho contemplatione sepulturæ, si fiat sepultura alibi, quàm in Ecclesia Parochiali, an, & cui debeatur, vide Ioan. Papon.lib.20.tit.8.arrest.5.

Hæreditatem delatam Monacho, Monasteriũ adit, & non Monachus, qui nihil proprij habere potest. Capel. Thol.quæst.226. Vera.decisio.224.part.2. & 187.part.3.& Mago.decis. 10.Rot.Floren.

Monachus quicquid acquirit, re, vel spe, acquirit Monasterio, in quo fuit professus. August. Bero.quæst.83.

Hæreditas delata Monacho, acquiritur Monasterio, sine facto Monachi. Barto.in l.3.C.de hæred.instituen.nu.6.

De donatione facta Ecclesiæ, vel alteri loco pio vide plenè per Ioseph.Ludo. decisio. Perus.93.

Census relictus Ecclesiæ diminutus, quãdo per hæredem testatoris debeat augeri ad suum pristinum statum, vide Papon. lib. 20. titu.6. arrest.4.& seqq.

Potestas

Potestas commutãdi relicta à testatore ad vnũ vsum in alium, dicitur contraria iuri positiuo, ideò an valeat talis cõmutatio facta per aliquem Commissarium, & cõfirmata per Papam, vide Craue.consi. 296.

Valet relictum factum Ecclesiæ, & operi Fratrum Minorum. Dec.consi. 300.nu. 12.

Si hæres rogatus est restituere hæreditatem Ecclesiæ, vel alteri pio loco, transit dominium in Ecclesiam rerum hæreditariarum, nulla facta restitutione, re, vel verbo. Math. Mathes. sing. 42.

Licèt speciale sit in Ecclesia, quòd ex contractu venditionis, vel donationis transferatur in eam dominium ipso iure, tamen possessio non transfertur, sicut dominium. idem, sing. 44.

Donatio facta Ecclesiæ, & si quingentos aureos excedat, de iure Canonico non requirit insinuationẽ ad eius validitatem. Mathe. Mathes. sing. 169.

Relicta ad pias causas, quando valeant, & debeantur ex testamẽto defectiuo, & quod sit remedium, vt legata quoquo modo ad pias causas facta, conseruentur, vide Bartol. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Quæ autem dicantur relicta ad pias causas, ibi. in additio.

Institutio facta de pauperibus eligendis per Priorem alicuius cõfraternitatis, valet. Bart. in l. 11. C. de testamen. milit.

Monasterium si fuerit institutum, cum conditione, si receperit talem in Monachum, valet institutio, & conditio reiicitur. Barto. in l. 2. C. de institutio. & substit.

In legato, vel fideicommisso ad pias causas, nõ est locus detractioni Falcidiæ, vel Trebellianicæ. Barto. in authen. similiter. C. ad leg. Falcidiam.

In relicto facto Monacho, an possit adiici conditio, vt non quæratur Monasterio, vide Barto. in authen. excipitur. C. de bonis, quæ liberis.

Si Episcopus debet habere bona omnium Clericorum decedentium in certis Parochiis, & reperiatur, quòd Clericus habeat instrumẽtum, in quo est obligatus Titius, tamen extra Ciuitatem, non pertinet ad Episcopum illud instrumentum. Bartol. in l. 2. C. quæ res pignori.

Fauore Religionis intelligitur in dubio, quod est maius: ideò Calix si debeat Ecclesię, debet fieri de argento, & planeta de serico. Barto. in l. 40. §. Seia. ff. de auro, & argento legato.

Legatum si fiat coram duobus testibus Titio, & ille grauetur, quòd restituat pio loco, legatum remanet penes hæredem cum onere suo. Bartol. in l. 5. ff. de iis, quæ pro non scriptis.

Quando testator mandat construi aliquam Ecclesiam, quid iuris, vide Bart. consi. 26.

Hæres vtrum teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum ex re legata pro Monasterio construendo, antequam construatur, vide Bart. consi. 57. & seqq. vol. 2.

Annus non currit executori, nisi à die monitionis faciendæ per Episcopum. Abb. consil. 11. part. 2.

Solemnitas omnis legalis iuris Ciuilis, cessat in relictis ad pias causas. Abb. consil. 32. part. 2. Et tunc valet etiam voluntas captatoria. Abb. ibidem.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum facta Ecclesiæ valet. idem Abb. cõsi. 102. part. 2.

Qui sine causa fraude differt legata relicta pijs locis, si fuerit in iudicio conuentus, tenetur ad duplum. §. ex maleficiis, in fine, Institu. de actio.

Legatum factum ad pias causas in vnum vsum, non potest sine licentia Papæ ad alium vsum conuerti; sed si eo amplius opus non sit, ab Episcopo solo translatio fieri potest. Ludou. Roma. sing. 481.

Oblationes, quæ fiunt Imagini, quæ est posita in aliquo muro, debent esse Ecclesiæ Parochialis, in cuius Parochia illa imago est posita. Pet. de Rauen. sing. 468. & Capel. Thol. quæst. 483.

De pertinẽtibus ad hunc titulum vide infra, in tit. de causa pia.

De bonis quæsitis per personas Religiosas.

Fructus plurium Ecclesiarũ, nõ percipit etiam residens in vna earum. Boer. decis. 17. nu. fin.

Hospitali condonatus recedens, potest sibi acquirere, & de acquisitis disponere. Boer. decisio. 20. nume. 2. sed vide ibidem.

Fructus beneficij, tam pendentes, quàm collecti, ad quem spectent, vide Ioseph. Ludo. decis. 33. Perus.

In fructibus beneficij nondum separatis à solo, consistit hypotheca. Aegi. Magist. tract. Subhastatio. cap. 45. in decisio. diuerso.

Clerici decedentes post fructus perceptos, illos transmittunt ad eorum hæredes. Bart. in l. 1. C. de anno. ciuil. lib. 11.

Prælatus præsumitur, & censetur de bonis

 Eccle-

Ecclesiæ acquirere. Boer.decis.81.nume.6. vide Bartol. in l.7. C. de iure Fisci, libro 10. num.12.Rom.sing.271.& Borg. Caual. decis. 32.nu.7.& 8.de contract.part.2.

Bona empta ab administratiore beneficij, an ex propriis, vel ex beneficij pecuniis, præsumantur empta, & ad quē pertineāt, vide Ios. Ludo.deci.Perus.33.Et an successor possit illa vendicare, ibid.& Borg.decis.32. de cōtractib.part.2.nu.7.8.32.& 33.In dubio præsumitur emisse de fructib.& bonis Eccle. Borg.ibi.

Animalia, & mobilia empta à Clerico per laicū, quando censeantur acquisita de bonis ecclesiæ, & sint restituenda successori, vide Borg. Caual.decis.15.de contract.

Acquisita per Clericum, à quibus bonis acquisita censeantur, vel è propriis, aut illius Ecclesiæ, qualiter, & quando de ipsis bonis possit disponere, vide Menoch. de Arbitra. libr.2. cas.195.& consi.382.lib.4.Et quid, si habuerit licentiam disponendi à Papa, de quib. rebus poterit disponere, vide Menoch.ibid.

Translatus ad aliam Ecclesiam, quando secundæ, & quando priori, acquirat, vide August. Bero.q.83.

Monachus quicquid acquirit re, vel spe, acquirit Monasterio, in quo fuit professus, vide tamen Bero.d.q.83.

Monachus manens in Prioratu claustrali, regulariter acquirit Monasterio, nec etiam de licentia Abbatis de bonis quæsitis disponere potest.Franc.Marc.q.104.

Bona quæsita per personam Religiosam, in dubio præsumuntur quæsita ex bonis Ecclesię: ideo propter delictū dictæ personæ, non possunt publicari, & transferri in Fiscum.Menoc. consi.223.lib.3.

Melioramēta soluta à Rectore Ecclesiæ, acquiruntur Ecclesiæ, & successori in beneficio, si simpliciter empta, & soluta sint; secùs si de bonis proprijs Rectoris, & nomine proprio soluta sint. Borg.decis.32.de contrac. part.2.

Clericus, qui à principio emit bona aliqua, vel melioramenta simpliciter, potest in vita declarare, an ꝓprio suo nomine emerit, vel Ecclesiæ.Borg.ibid.nu.32.& 34.

Episcopus acquirere potest suo proprio, & priuato nomine sibi, & hæredibus suis.Io.Gal.q. 16.& Papon.lib.25.tit.8.arrest.2.

An virtute iurisdictionis spiritualis bona curati, vel Clerici mortui, capi possint in iurisdictione temporali alicuius Domini, vide eundem Gal.q.212.

Officiales Principis bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorū defunctorū, non possunt inuadere, habemus in hac patria decretū antiq. Sabau. tit.quod Bailiui, Castellani, aut alij, &c.lib.2.

Ecclesiæ gaudent fauoribus concessis minoribus: ideò bona Rectoris Ecclesiæ, illi sunt tacitè obligata, sicut bona tutoris. Math. Mathes.sing.44.

Si Monachus mutuat, vel deponit pecuniā, licèt quęratur actio Monasterio, tamen poterit ei solui, & contingit liberatio.Bar. in l.23. C.de pact.

Hæreditas delata Monacho, quæritur Monasterio, sine facto Monachi.Bar.in l.3. C.de hæredit.instituen.nu.6.

De Hospitali, eius bonis, & Confraternitate.

Hospitale gaudet priuilegio Ecclesię. Afflict.decis.67.nu. fin.

Hospitali condonatus recedens, potest sibi acquirere, & de acquisitis disponere. Boer. decis. 20. sed vide ibidem.

Solemnitas eadē requiritur in alienatione rerum hospitalis, quæ in rebus Ecclesiæ.Pet.Benint.decis.13.num. 2.

Priuilegia concessa Ecclesiis, & rebus earum ad hospitalia, & corū bona trahuntur.ib.n.3.

Hospitale an in dubio præsumatur erectum. auctoritate Episcopi, & ex quibus signis hoc dignoscatur, vide ibid. d.decis.13. nu. 5.& 6.

Hospitale an Ecclesiasticus locus dicatr, vide Mago.decis.61.Rot.Flore.nu.14.

Hospitale potest restitui aduersus temporis lapsū; nam pius locus minori æquiparatur. Roman.singul.94.

Hospitalia sunt exempta, sicut Ecclesiæ.Pet. de Rauc.singul.250.

Hospitalarij non satisdant.idem, sing.251.

Hospitalia multa habent priuilegia, vide Aegi. Magist.tract.Extinctio.cap.7.in decisio.diuerso.fol.177.

Hospitale restituitur aduersus omissam hereditatem, vel repudiationem ipsius, si probetur læsio, aliàs secùs: quia non habetur loco sui hęredis, vt possit gaudere beneficio. l. fina. C.de repud. hęred. Vincent. de Franc.decisio.282.part. 2.

Hospitale tamen gaudet beneficio inuentarij, sicut Ecclesia, & sic non tenetur vltra vires hæreditatis, licèt non fecerit inuentarium. ibid.num.3.

Sententia lata contra administratores hospitalis quando non præiudicet hospitali, vide Paul. Aemil.Vera.decis.123.part.3.

Confraternitates à iure approbatæ sunt, de quibus vide per Rebuff. in constitutio.Reg. tract.de Confrater.Tom.2.

Sta-

De funeralibus, sumptibus eorum, & de sepultura.

De causa Pia.

mentum.q.5.6.& 7. Rot. Auenio. decis.87. in decisio.diuerso.Tom.3.& Papon.lib.20.tit.6. arrest. 1.

Dotis Legatum dicitur pium, quando causa pietatis congruit personæ, alias secùs: nam ex qualitate personæ, præsumit causa pia: ideò legatum dotis dicitur pium, si pauperi mulieri fuerit factum. Boer.decis.94. Et tunc potest probari per duos testes, vel saltem tres: fallit, quando legataria est coniuncta persona; tunc enim (licèt sit pauper) legatũ non dicitur pium. Dec.consi.120.

Quando Legatum dicatur pium, vide Capel. Thol.quæst.215.in additio. Et factum ad pias causas, Papon.lib.20.tit.6.

Sacerdos grauatus, si sine liberis decesserit, ad pias causas de bonis subiectis disponere potest. Boer.decis.354.

Trebellianica nõ detrahitur de relictis ad pias causas. Capel. Thol.q. 83. & Vinc.de Franc. decis.63.nu.14.

Legatum pium nutu factum, valet. Capel.Thol. q.89.num.4.

Legata pia debẽtur, etiam hærede non adeunte.ibid.d.q.89. vide Fran. Marc.q.446. Et testamento rupto per natiuitatem posthumi. quæst.335.ibid.

Confraternitas an dicatur locus pius, vide Ioseph.Ludo.deci.Perus.90.num.5.9.14. part.2. & fusè, decis.93.nu.45.

Rigor iuris non seruatur, quando fit dispositio circa pias causas. DD.de Rot.decis.1. de donatio.in antiq.

Licèt legatum, quando habetur pro non scripto, seu caduco, remaneat penes hæredem sine onere, tamẽ hoc non procedit in legatis, vel fideicõmissis ad pias causas. Vincen. de Fran.decis.156.num.3.

Si certa quantitas in testamento sit relicta pauperibus, in plures pauperes est distribuenda; & non solùm in vnum. Mysing. obseruat. 67. centuria 5.

Non est fauendum miserabilibus contra Iustitiam. Gasp. Cabal.milleloq.698. Tamen pia causa fauorabiliter debet adiuuari. Mantic. de coniect.vltima.volunt.lib.5.tit.15.nu.fin.

Pia loca ex quibus esse comprehendãtur, vide Hiero.Mago.decis.Luc.19.nu.16.

Piæ causæ fauor prçualet liberis ex.legitimam. Andr. Gail.obser.119.lib.2.nu.5. vide Mant. de coniect.vltima.volunt.lib.5. tit.15. nu.36. & 41.Dec.consi.426.

Legatum relictum pio loco, quantopere sit fauorabile, vide Aegid. Magist. tracta. Extinctio.in decisio.diuerso.cap.7.fol.177.

Pia causa vulgariter substituta, excludit matrem pupilli, per tacitam pupillarem. Franc. Mant.de coniect.vltima.volunt.lib.5.titu.15. num.34.& seqq.

Pia causa substituta post mortem plurium, post mortem vnius, admittitur. idem Mant. ibid. nume.38.

De coniecturis, quæ habent locum in testamẽto ad pias causas, vide eundẽ ibid.lib.8.tit.5.

Relicta ad pias causas (quamuis incerta) sustinentur. vide eundem Mant.lib.9.tit.1.num.3. & Dec.consi.182.

Consuetudo prohibens de bonis antiquis decedentium sine filijs disponere, comprehendit etiam laicum disponentẽ fauore loci pij. Vincent.de Fran.deci.413.nu.4.par.2.

Census relictus Ecclesiæ ex temporis longitudine diminutus, debet augeri, & in pristinum statum reduci; sed quando hoc procedat, vide Papon.lib.20.tit.6.arrest.4.& 5.

Relictis bonis pauperibus, tunc appellatione pauperum, veniunt etiam pauperes affines, & coniuncti testatoris. vide eundem Papon. lib.20.tit.6.arrest.8.& 9.

Legatum relictum Parocho cõtemplatione sepulturæ, si fiat sepultura alibi, quàm in Ecclesia Parochiali, an, & cui debeatur, vide ibid. lib.20.tit.8.arrest.5.

Causa carcerati dicit pia, & ipsa causa pia semper intelligitur excepta in quacunque dispositione. Craue.consi.3.nu.10.

Piæ causæ non fauemus in præiudicium tertij. Craue.consi.303.nu.6.& consi.2. pro genero, num.64. Neque pauperi in iudicio miserendum Diuinum ius patitur. ibid. Ideò etiã donatio ad pias causas facta absenti, nõ valet. Clar.in §.donatio.q.12.in fine, vide Bal.sing. 122. Tamen tunc non requirit insinuationẽ. ibid.Clar.q.17.

De iure à sententia lata ad pias causas non licet appellare, quod intellige quo ad impediendam exequutionem ipsius sententiæ. Rebuff.in constitut. Reg.tract. de senten.prouisio.nu.38.Tom.1.

Dispositio ad pias causas, quando valeat, licèt videatur imperfecta, & non probetur per legitimũ numerum testiũ, vide Dec.consi.159.

Quãdo reperitur scriptura manu testatoris scripta sine clausula denotante perfectionem, & sine testibus, valet talis scriptura fauore piæ causæ. Menoch.consi.224.lib.3.

Quando fauore piæ causæ, dispositio facta in vno casu, ad alium portigatur, vide Dec. consil. 273.

Si caueatur statuto, quòd mulier sine propinquorum præsentia testari non possit, an tale statutum locũ habeat in testamento ad pias causas, vide Dec.consi.455.nu.10.11. & seqq. & consi.503.

Le-

Legatum pium, potest Pontifex Max. de plenitudine potestatis cõmutare, in alium pium vsum. Natt. consi. 211.

In dubio stamus probationi, quæ fauet piç causæ. Ant. Corse. in suis singularibus, litera P. singul. pia causa 1.

Pauperibus si aliquid relictum sit, illud illis tradendum est, sed quid, si descendentes illius, qui fecit legatũ, essent pauperes, an auctoritate saltẽ Summi Pontificis, possint illud retinere ad se alimentandum, vide Natt. d. consil. 211.

Pauperes habent hypothecam in prædiis, ex quibus eis debentur eleemosinæ. Natt. d. cõsil. 211. nu. 18.

Legatum factum piæ causæ intuitu Religionis, (veluti factum Moniali) valet, etiam si fuerit scriptum in sola apocha, manu testatoris subscripta, absque testibus. Menoch. consi. 167. nu. 10. libr. 2. Imò hoc modo facta institutio valet ad pias cãs. idem Menoch. cõs. 224. li. 3.

Quod statuitur in relictis ad pias causas, dicitur statutum omni relicto, quod potest adaptari aĩæ. Bal. sing. 13. Et omne id, quod relinquitẽ pro anima, censetur esse relictum ad piam causam. Guid. Pap. sing. 381.

Pius locus minori æquiparatur: ideò illi datur restitutio, sicut minori. Lud. Rom. sing. 94.

Fauores attributi libertatibus, habent locum in omnib. piis relictis. Math. Mathes. sing. 113.

Si quis pro salute animæ instituerit diuitem, quem pauperẽ esse credebat, valebit illa voluntas, vt pia; sed debet auferri hæredi hæreditas, & in pios vsus conuerti. idem, sing. 180.

Si testator ad pias causas in testamẽto suo reliquerit, licèt testamentum non valeat, tamẽ succedentes ab intestato tenentur adimplere contenta in testamento, respectu relictorum ad pias causas. Guid. Pap. q. 381.

Filiusfam. potest testari de consensu patris, ad pias causas. idem, sing. 930.

Si testator legaureit mille pro decem mulieribus maritandis, tunc ad hoc legatum nõ admittuntur viduæ: quia illud verbum maritandis, intelligitur de primo matrimonio. Petr. de Raue. sing. 943.

Quilibet de Populo potest implorare officium Iudicis, vt legata facta ad pias causas, mandẽtur executioni. idem, sing. 972.

Si testator iusserit testamento suo omnia bona sua distribui pro collocandis mulieribus, viduæ non cõprehẽdunt. Io. Ant. Trigo. sing. 20.

Ordinatio per viam constitutionis, vel consuetudinis, per Municipium facta, de annuatim distribuẽdo aliquid ad pias causas iure eleemosinæ, non potest per idem Municipiũ tolli. Ant. Corse. in suis singularib. sing. pia cã. 2.

Mandatum factum ad pias causas, non extinguitur morte mandantis. Ant. Trigo. sing. 81.

Testamentum nutu, aut signis factum, ad pias causas valet. idem, sing. 105.

Actus pius in fraudem alterius non valet. §. 1. Institut. quib. ex cau. manum. non lice.

De voto.

VOtum præcedens, dissoluitur per ingressum Religionis subsequentẽ de voluntate Superioris. Rom. singul. 504. vide Ant. Corset. in suis singularib. litera V. sing. votum.

An ẽt dissoluatur per contractum matrimonij, accedente consensu alterius coniugis, vide ibid. Roman. d. singu. 504.

Filiusfam. de iure Ciuili non obligatur ex voto, nisi de voluntate patris; sed hoc non procedit de iure Canonico. Rom. ibi. & Bart. in suo tract. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. nu. 89.

Votum factum ante pubertatem non obligat, tamen post recõualescit, & sic votum, quod ab initio non valuit, tractu temporis per ratihabitionem subsequutam tenet. c. 11. & 12. ex. de Regula. & trãseun. ad Religio.

Ex voto patris filium obligari, scribit Amanel. de Clarisaq. sing. 172.

Votũ calore iracundiç factum, non obligat. Ro. sing. 514.

Maritus, & vxor volentes, ad vitã Monasticam transire possunt, si vouerint continentiam, & vnus alteri consenserit, non tamen desinunt esse coniuges, quo ad substantiam matrimonij; licèt secùs sit quo ad thorum. Rom. sing. 527. Quare filius procreatus post tale votũ, & ingressum Religionis, non erit legitimus; sed spurius. ibid. Rom. vide caus. 33. q. 5.

Vir neque intrare in Religionem, neque votũ facere potest sine consensu vxoris: aliàs vouentes compellendi sunt per sententiam excommunicationis, votum suum seruare. c. 9. ex. de conuers. coniug. vide Bar. in suo tract. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. num. 95.

Votum solemne impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum non consumatum per carnalem copulam. cap. 14. ex. eod. tit. de cõuers. coniug. vide c. 6. ex. de frigid. & malefi.

De voto, & voti redemptione vide in tit. extr. de vot. & vot. redem.

Vouentes castitatem, quando non possint cõtrahere matrimonium, & quando cum eis dispensetur, vide per tot. tit. ex. qui Clerici vel vouentes.

De his, qui vouerunt castitatem, & postea nupserunt, vide in cau. 27. q. 1.

Epi-

Episcopus potest dispensare circa votum simplex; sed quomodo hoc intelligatur, vide Anton. Corset. in suis singularibus, litera D. sing. dispensatio.

Vota à vouentibus persoluenda, si tamen causa iusta id non vetat, ac proinde qui confinia sibi sub pęna assignata votorum persoluendorum causa egrediuntur, ea violare nõ censentur, nec in pęnam caduntidem in eo, qui hac causa exiuit de carceribus. Hippol. singul. 149.

De trium votorum professione ab his emittenda, qui in congregationibus sub obedientia voluntaria viuunt, quorum habitus à secularibus Presbyteris est distinctus, vide Concil. Triden. fol. 292.

Voto quando quis obliget nedum se, sed etiã sua bona, vide Barto. in authen. ingressi. C. de Sacrosanct. Eccles.

Votum timore mortis emissum, non tenet. c. 1. ex. de his, quæ vi, metusuè cau. fiu.

Non valent litteræ super absolutione voti per Cruce signatos impetratæ, tacita veritate, vel expressa falsitate. c. 7. ex. de fide instrum.

Qui votum facit, vt fiat Monachus, compellendus est reddere Domino, quod promisit. c. 13. ex. de Regul. & transeun. ad Relig.

Aliquando votum pro parte tenet, & pro parte non: ideò votum meum obligat me in eo, quod in me est. c. 3. ex. de conuers. coniug.

Voto quis non obligatur, nisi illud deliberatè emittatur. Barto. in l. gerit. 86. ff. de acquiren. hæredit. num. 11.

Papa imponit pęnitentiam transmutando votum, sed an Episcopus possit talem pęnitentiam alterare ex causa, vide Ludouic. Roma. sing. 460.

De causis mixtis, in quibus est locus præuentioni.

LAicus vxorem habens, & coiens cũ Moniali, à Iudice seculari puniri potest, si pũuenerit. Ozas. decis. 103. Connexitatis ratione, laicus simul obligatur cum Clerico, & occasione Clerici, laicus coram Ecclesiastico Iudice conuenitur. ibid. nu. 3. & 10.

Iurisdictio an spectet ad Iudicem Ecclesiasticum, vel secularem, vbi dubium est, vide ibi. num. 4. & Bart. in l. 6. C. de Sacrosanct. Eccles. in additio.

Sacrilegi possunt sub quouis Iudice Ecclesiastico, & seculari conueniri: quia tale crimen dicitur mixtum, quo ad pęnas corporales, & contentiosas. Ozas. d. decis. 103. nume. 7. vide Franc. Marc. q. 816. & seq. part. 2. Papon. lib. tit. 3. Rol. cons. 34. vol. 2. num. 14. Quid de sortilegio, vide Ioan. Gal. q. 241.

Punitus per Iudicem Ecclesiasticum, an possit etiam puniri per Iudicem secularem, vide ibid. Ozas. nu. fin. Boer. decis. 289. Afflic. decis. 219. nu. 4. Fran. Marc. q. 907. nu. 6. 7. Et cõtrà, vide Ias. in l. cunctos Populos. C. de sum. Trinit. & ibid. Bald. Abb. in c. tuæ ex. de Procurato. & Marc. q. 806. part. 2.

Iudex secularis procedit super testium falsitate commissa coram Iudice Ecclesiastico (etiam adhuc pendente lite ciuili coram ipso Iudice Ecclesiastico) in qua testes falsum deposuerunt, & hæc vera sunt, si secularis Iudex præuenerit, saltem per citationem. Afflict. decisio. 219.

Præuentio, quæ fit per citationem, attenditur. Afflict. decisio. 219. Andr. Gail. obser. 11. lib. 1. & obser. 74. num. 18. Sed an dicatur quis præuenire per solam citationem, vide Francis. Marc. quæst. 100. part. 2. Abb. in sua Pract. cap. 5. in fine.

Iudex præueniens per capturam, præfertur Iudici inquirenti prius. Gram. deci. 30. nu. 6.

Præuentio habet locum inter ęquales Iudices, & in pari iurisdictione. ibid. nu. 7.

Pręuentio per simplicem informationem absq; citatione, non inducitur. Franc. Marc. q. 535. nu. 14. part. 1. & q. 920. part. 2.

Ex actu nullo non inducitur præuentio iurisdictionis, nec per citationem, quando citatus fuit contumax in comparendo: tunc enim vterque Iudex potest procedere. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 71.

In cognitione percutientis Clericum est locus præuentioni, inter Iudicem Ecclesiasticũ, & secularem. Ioan. Papon. lib. 1. tit. 4. arrest. 6.

Præuentio non habet locum, quãdo aliquis est impeditus. Ludo. Roma. sing. 143.

Quando est pluralitas iudiciorum per modum accumulationis, est locus præuentioni. Abb. in sua Pract. cap. 5. circa finem.

Iudex inferior dum in eodem loco habet iurisdictionem, videtur ipsam habere cumulatiuè, & non priuatiuè, vnde est locus præuentioni. Gram. decis. 30. num. 5.

Iurisdictio competens alicui virtute priuilegij facit, vt non sit locus præuentioni alterius Iudicis; secùs si esset iurisdictio, quæ ad plures pertineret; quia tunc haberet locũ pręuẽtio. Gram. d. decis. 30. nu. 12.

Iudex laicus potest cognoscere de periurio, & adulterio: quia talia crimina sunt communia. Guid. Pap. quæst. 178. Fallit in Clerico, qui solùm punitur à Iudice Ecclesiastico. ibi.

Delicta communis, seu mixti fori, quę sint, vide Clar.

Clar.in sua Pract. crimin.§.fin.q.37.

Iudex Ecclesiasticus, & non secularis cognoscit de contractu vsurario, & pignoratitio. Borg.Caual.decis.2.de contract.part.2.num. 38.& decis.24.nu.25.ibid.

Fallit, quando statutum imponeret pęnam vsurarijs, aut ageretur ad declarationem pignoris solùm, vel notorium, aut manifestum esset, contractum esse vsurarium, vel iuramentum nullum. ibid. Borg.d.decis.24.num.25.& seqq. vide infra tit.de vsuris.

Quando quis opponit ad effectum inhibendi cursum publicationis monitorialium, coram quo Iudice debeat hæc quæstio terminari, vide Aegid.Magist.tract.Appella.cap.4. in decisio.diuerso.fol.218.

Iudex, qui cognoscit de matrimonio, potest accessoriè de dote cognoscere, tanquã de dependentibus. Abb.consi.18. part.2.nu.fin.

Iudex secularis, quando possit incidenter cognoscere de causa Spirituali, matrimoniali, vel vsuraria, vide Bart.in l.2.ff.de iurisdictio. omn.Iudi.nu.4.

Causa testamentaria ad Iudicem Ecclesiasticũ pertinet in relictis Ecclesiæ, vel ad pias causas.cap.11.ex.de testamen.

Quæstio natiuitatis opposita petenti hęreditatem coram Iudice seculari, est ad Ecclesiasticum Iudicem transmittenda. cap.5. ex.qui filij sint legit.

In causa ciuili inter laicos, non cognoscit Ecclesia, nisi quæstio esset, an quis sit de legitimo matrimonio natus.c.7.ibid.

Iudex Ecclesiasticus cognoscens de exceptione proposita coram Iudice seculari, potest inhibere ipsi Iudici seculari, ne interim in causa procedat. Abb.consi.5.par.2.

De monitorio Ecclesiastico, & litteris monitorialibus.

Sacerdos, quę ei cõmissa sunt in confessione, etiam si moneatur, detegere non debet. Fran.Marc.q.772.

Testes vt veritas habeatur, testimonium ferre per censuram Ecclesiasticam, & alia remedia, compelli possunt. idẽ Marc.q.1167.nu.6.

Pendente causa coram Iudice seculari, potest impetrari monitorium contra testes pro dicenda veritate, & hoc quando testes ignorãtur. Marc.q.835.part.2.vide Aegig.Magist.tractat.Appellat. cap. 10. in decisio diuerso.fol. 221.Crau.consi.181.nu.5.& 6. D.Sol.in antiq. constitu.Sabaudiæ, tit.vt nemo inuitus, super decreto nullus fol.171.

Quando aliquid non potest probari, fit monitio generalis, vt saltẽ qs verecundiæ rubore suffusus, pro latenti excessu satisfacerẽ compellatur. Marc.q.853.part.2.

De monitorio generali in forma maleficiorum publicato, & exequutioni demandato per eum, qui maleficium fecit, & hoc non obstãte à Diuinis celebrandis non supersessit, vide per Marc.q.801.part.2.

Monitorium generale solùm debet impetrari de rebus occultis, de quibus non potest haberi plena probatio; aliàs secùs.idem Marc, quęst.803.par.2.& quæst.854. vide Papon.lib. 18.titu.7.arrest.12.

Licèt dictum monitorium generale sit permissum in genere, non tamẽ permittitur in specie: ideò quis non potest in illo expresè nominari.ibid. Marc.d.q.803.

An super crimine pro habenda veritatẽ, etiã si criminaliter agatur, possit concedi monitorium. vide Marc.q.855.part.2.

Qui cõprehẽdãtur in monitorio generali vigore illius clausulæ, Sciẽtes, &c. & an principalis teneatur propalare, & quid in Aduocato, vide eundẽ q.856.& q.869.nu.fin.Aegid.Magist.tract. Appellatio.cap.10.in decis. diuerso.fol.221.& Papon.lib.18.tit.7.arrest.13.

Procurator Fiscalis, an virtute monitorij generalis, conclusiones accipere possit contra aliquos, vide Marc.q.859.part.2.

Furem an quis virtute monitorij indicare teneatur, vide d.q.859.nu.3.

Monitorium obtentum pro habenda veritate, non extenditur ad priuilegiatos, nisi in subsidium, quando veritas aliter haberi nõ possit. Marc.q.864.part.2.

Monitorium, per quod subditi extrahũtur extra Patriam pro re merè temporali, non valet, aliàs valeret pro omni re, etiam pro laudimijs.idem q.865.part.2.

An causa monitorij in forma maleficiorũ possit tractari, etiã in tempore feriato in honorem Dei, vide Marc.q.898.part.2.

Cõtra tutum exceptione legitimæ pręscriptionis, non habet locum remedium denunciationis Ecclesiasticæ. Iass.Lanf.Balb. deci.147.

Secùs est in exceptione iniquæ rei iudicatæ. idem Lanf.decis.149. vide Menoch.cõs.484.

Pariter dictum remedium denunciationis non habet locum contra filiumfami.tutum exceptione Macedoniani. idẽ Iass.Lanf.deci.150.

Monitorium omne scandalum patiens (veluti quãdo in illo nominatur certa persona) esse abusiuum, & reijciendum, habetur in quadã decisio.Paris.in decis.o.diuerso.fol.234.

Possessor obligatus ratione rei ad certam pensionẽ, de qua habet titulum apud se, potest com-

compelli per monitoriū (nemine dempto) ad ostendendum ipsum titulum. Papon. libr. 18. tit. 7. arrest. 9.

Pro rebus immobilibus, & realibus, non conceduntur litterę monitoriales. ibidem Papon. arrest. 11.

Certificatio an debeat fieri personalis, quādo agitur de censuris, vide Crescens. decis. fin. aliás 282. tit. de senten. & re iudi.

Iudex Ecclesiasticus potest concedere litteras monitoriales pro re furtiua, quod intellige, vt ex illis quis obligetur ad propalandum, dūmodo si qđ scit, sciat aliūde, quàm ex reuelatione ipsius furis: nam si illud habet ab ipsomet fure, qui furtum fecit, non tenetur reuelare, secūdū Clar. in sua Pract. §. fin. q. 27.

Si dubitatur, quòd tutor non omnia scripserit in inuentario, poterit impetrari monitoriū, nemine excepto, & si pro alijs causis soleat excipi pars, & eius consilium. D. Senat. Sol. in antiq. constitutio. Sabaudiæ, tit. de minorib. gloss. 1. nume. 17. super prima parte decreti, inuentaria.

Litteræ monitoriales regulariter sunt permissæ ad detegendū res subtractas. idem D. Sol. ibid. super decreto, nullus, titu. vt nemo inuitus. nu. 7. fol. 171.

Fallit primò, quando res occultæ non sunt, aut certus est aduersarius, vel si criminosæ sint, aut si personam aliquam infamia afficiant, ibid. num. 7.

Fallit secundò, quādo quis illis se opponit adferens causam rationabilem oppositionis, (quamuis suspicio sit cōscientiæ læsæ contra personam se opponentē publicationi earundē) qua oppositione facta, semper excipitur pars, & eius consilium, ab onere propalandi. Sol. ibid.

Monitorio non astringitur is, qui bona voluntate defuncti, aliquid retinet. ibid. nu. 8.

Si in casu licito quis furatus fuerit, & pòstea impetretur monitorium de occultis, non tenetur reuelare: quia suum legis auctoritate factum fecit. Rebuff. in constitution. Reg. tract. de famul. sala. glo. 10. nu. fin. Tom. 2.

Maritus recipiens pecuniam ab vxore, non adhibito consensu propinquorum à statuto requisito, non est tutus in conscientia: ideò tenetur virtute monitorialiū propalare, licèt ipsa vxor secretè hoc illi prohibuerit. Cassa. in consuetudine Burg. tit. *des droicts*. §. 7. gl. 13. versic. quidam mercator.

Quis personaliter citari non potest, & specialiter dicturus, cur nominatim excommunicari non debeat. vide Guid. Pap. sing. 707.

Si statuto prohibeatur, ne debitum petatur post aliquod tēpus, tempore lapso, nulla obligatio tollitur, sed via agendi præcluditur, licèt remaneat via agendi per remedium monitionis. Bar. in l. 4. §. si viā, nu. 4. ff. de vsucap.

Antequam causa examinetur, quis excommunicari non debet. c. nemo 2. q. 1.

Scribēs libellum famosum in infamiā alterius, anathematizatur. c. quidam 5. q. 1.

Prælatus subditum excommunicare nō debet, nisi monitione præmissa. c. 26. ex. de appella.

De excommunicatione, & eius absolutione, & de interdicto.

In Cęna Domini excommunicātur omnes, qui deferunt equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita, Saracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis, qui Christianos impugnant. Capic. decis. 150.

Excommunicationis pęna est aduersus facientes obseruari statuta contra libertatem Ecclesiæ. idem, decis. 161. nu. 6.

Excommunicatione facta, collatio çum clausula absolutionis, quando valeat, vide Boer. decisio. 290.

Excommunicationis pęna indubitatam notitiam, ac personalem intimationem exigit, & quòd sententia feratur in scriptis. Guliel. Cassad. decis. 2. nu. 4. tit. de pension.

Excommunicatio non fertur, nisi pro contumacia, aut alio graui peccato. idem, decis. 5. nu. 7. tit. de constitutio.

Collatio beneficij facta excommunicato (etiā occulto) non tenet, minus conualescit ex sequenti absolutione. idem Cassad. decisio. 1. tit. de præbend.

Occultus excommunicatus non differt à publico in his, quæ geruntur iure priuato; secùs si iure publico. ibid. d. decis. 1. nu. 4.

Excommunicato omnis defensio denegatur. Capel. Tho. q. 1. Et si, vt actor, obtinuerit sententiam, non poterit eam executioni facere demandari, nisi eo prius absoluto. ibid. in additio.

Reus excommunicatus potest constituere Procuratorem ad iudicia: sed an contractus facti per excommunicatos valeant, & illis solui debeat, vide Capel. Tholo. q. 143. in additio. Aluis. de Alber. sing. 73. & Bar. in authen. creditores. C. de hæret.

An in casu necessitatis, licitum sit participare cū excommunicatis, vide Cape. Thol. q. 257.

Papa solus ab irregularitate causata ab eo, qui licèt excommunicatus esset à Diuinis non se abstinuit, et... persedit, dispensat. Fran. Marc. q. 801. part. 2.

Sententia excommunicationis an teneat contra

tra minorem, vide ibid.q.814. & 822.

Sententia excommunicationis lata contra tutorem, tutorio nomine, finita tutela, non expirat. idem Marc.q.813.part.2.

Excommunicatio. quæ fit in specie, nominatim fieri debet, per expreßioné nominis. Marc. q.853.nu.3.pärt.2.

Excõmunicatio generalis in forma maleficiorum, ligat quo ad Deum; sed quo ad Ecclesiam militantem non: quia tunc excommunicatus non vitatur ab ipsa Ecclesia. idem Marc.q.854.& q.859 part.2.

Incarcerati propter excommunicationem incursam. an mediante cautione, relaxari debeant. vide eundem.q.860.part.2.

Excommunicationis sententia, quãdoque medicinalis dicitur. Marc.d.q.860.part.2.

Excõmunicatus semel, præsumitur semper excommunicatus, nisi ostẽdat de absolutione. idem Marc.q.863.ibid.

Excõmunicandi potestas iurisdictionis est. quæ iurisdictio priuilegio, vel præscriptione quęri potest. Marc.q.873.part.2.

Gesta per excõmunnicatum in Spiritualibus, non valent: fallit in Ordinibus, in quibus imprimitur Carater, licèt suspẽdatur ab executione. Marc.q.876.part.2.

Generalis excommunicationis sententia, ligat subditos, & monitos in genere, & contumaces in non soluendo, quamuis subditus non probetur excommunicatus per tertium, nisi ostendat illum intra annum nõ soluisse. DD. de Rota, decisio.19.titu.de dol.& contuma. in nouis, aliàs 444.

An aduersus huiusmodi sententiam, admittatur allegatio ignorantiæ probanda per iuramentum, vide ibid.

Acceptatio per excommunicatum tenet; non autem prouisio. DD. de Rota, decis.5.de concessio.præben.in nouis, aliàs 195.

De sententia excommunicationis, & eius absolutione vide per DD. de Rota, tit.de sent.excom.in nouis.& antiq.

Appellare licet à sententia declaratoria incursus censurarũ, & tunc effectus illatum, suspenditur. Put.decis.271.lib.3.

Sententia excommunicationis, licèt interlocutoria, suspenditur appellatione. Papon.libr. 18. titu. 7. arrest. 10. Et lata post legitimam appellationem, nulla est.cap.32.ex. de offic. & potest. Iudi.delega.

Licèt excommunicatus ab excommunicatione appellet, nihilominus denunciari potest, & beneficij reditibus spoliari. cap.53.§. verùm, ex.de appellatio.

Excommunicationis sententia nulla, vel iniusta, non potest ex nouiter deductis iustificari. Vera.decisio.129. part.3.

Fictiones non habent locum, vbi agitur de incurrẽda sententia excommunicationis. Iaff. Lanf.Balb.decis.3. Ideò in tali sẽtẽtia requiritur vera contumacia, & non pręsumpta. ibi.

Excommunicatio ligat ignorantes. quo ad vinculũ tantùm, & non quo ad pęnam, ante sciẽtiam. Cabal.milleloq.997.

An in dubio intelligatur inflicta maior excommunicatio, vide ibid.milleloq.999.

Episcopus potest Archiepiscopum, & quoscunque etiam exemptos excõmunicare in actu suæ iurisdictionis, si eum impediunt vti ipsa sua iurisdictione, & hoc si sunt oẽs pñtes, & in actu impediẽdi; sed quomodo, & quando hoc procedat, vide Borg. Caual. decisio.33. de contract.part.2.

Qui habeant facultatem ex communicandi, & de excommunicatis, quando debeant petere absolutionem, & de materia excõmunicationis vide plenè per eundẽ Borg.d.deci.33.

Excommunicatus potest stare in iudicio corã Iudice appellationis.ibid.nu.7.

Excommunicationis exceptio obstat agenti, nisi fidem faciat de absolutione. Hiero. Magon.decis.Luc.71.

Sacerdotes, & mulieres pro debito pecuniario excommunicari non possunt, etiam si huic priuilegio renunciauerint. Gom. Leo. decis. 14.in decisi.diuerso. Tom.2. vide Papon.lib. 18.tit.7.arrest.1.& seqq.

Quando contra laicum debitorem non soluentem, & quomodo poßit procedi per viã excommunicationis, vide eundem Papon.lib. 18.tit.7.arrest.4.5.& 14.

Iudicium agitatum cum Procuratore excommunicato tempore constitutionis, an sit nullum, etiã si nõn opponatur exceptio, & quid, si erat habilis, quando fuit constitutus, & nõ fuit oppositum de excommunicatione subsequuta, vide Crescen.decisio.12. aliàs 222. tit.de Procurat.cap.fin.ext. de Procurato. & cap.7.ex.de probatio.

Certificatio an debeat fieri personaliter, quando agitur de cẽsuris, vide Crescen. decis.fin. aliàs 282.tit.de senten.& re iudic.

De pęna excommunicationis, quæ est duplex, nẽpè maior, & minor vide p Clar. q.77.§.fin.

Casus (in quibus pęna excommunicationis incurritur) scribuntur ibid.d.q.77.

Excommunicatus an poßit testari, vide eundẽ Clar.in §.testamentũ.q.24. & Bar.in auth.credentes.C.de hæreti.

Excommunicationis pęna nõ potest cadere in Iudęum. Menoch. de Arbitr.lib.2.cas.448.

In mortis articulo, a quocunq; Sacerdote quis potest absolui.c.5.ext.de rapto.

Sententia excõmunicationis non vitiatur per citationis omisionem. Ludouic. Roman. sing.590. Sed quid in sententia absolutionis, vide ibid.

An vxor incidens sibi capillos causa deuotionis, viro inuito, efficiatur ipso iure excommunicata, vide eundem Rom. sing.600.

Excommunicato Potestate, vel Episcopo, eius Iudex, vel Vicarius, impeditur de causis cognoscere. idem Ro. sing.632.

Excommunicatus est infamis. idem, singu. 682. Sed hoc dictum declara per eundem, singul. 689.& per Bartol. in authent. creditores. C. de hæreticis.

Excommunicatus, an quis sit publicè, vel occultè multum interest, vide eundem Roman. singul.726.

Excõicatus non põt agere, neq; p se, neque per Procuratorem. Guid. Pap. singu.175. Nec petere executionem sententiæ. idem q.339. Et si conueniatur, non poterit opponere exceptionem compensationis. idem, sing.192.

Excommunicatus à Canone, aut per sententiã, habetur perinde, ac si nominatim publicè esset excommunicatus. Guid. sing.409.

Excommunicatus nõ potest præscribere. idem, singul.505.

Collegium, vel Vniuersitas, non potest excommunicari. Guid. sing.848.

Excõmunicatus, quamquam se defendere possit, agere tamen non potest: sed nec ad se tuẽdum admittitur, si excommunicationem neglexerit, minus se absolui curauerit. Hippol. singul.360. vide capitulo 7. & ibidem glo. ex. de iudic.

Excommunicati cesionarius agere potest, licèt ipse excommunicatus non posset. Gulie. de Lud. sing.134.

Excommunicatio quõ, & quando concedẽda, & exercenda, vide Concil. Triden. sess. 25. c. 3. Decret. de reformatione, fol. 302.

Domini temporales facientes prohibitiones generales in detrimentum Ecclesiæ, sunt excommunicandi. Capic. decis.132. nu.8.

Exceptio excommunicationis potest opponi in foro ciuili: & excommunicatio non potest dici exilium. Bar. in l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. in repet.

Rescriptum ab excommunicato impetratum, est nullum ipso iure. Bart. in l. vniuersis. C. de precib. Imper. offeren. vide glo. in c. 21. §. sexta, ext. de offi. & potest. Iud. delega.

Plebani habent iurisdictionem excommunicãdi. c.3. ext. de offi. iudic. ordina.

Veniens contra decretum, vel constitutionem Episcopi, debet excommunicari. c. 2. extr. de maior. & obedien.

Mulier, etiam si sit Abbatissa, excommunicare non potest. c.12. eo. tit.

Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsum excommunicari possunt. capitulo 10. eodem.

Excommunicare potens ex mandato Papæ, an possit absoluere, vide gl. in ca.16. ext. de maior. & obedien.

Contumax in non comparendo, vel non respõdendo, excommunicari potest: beneficio autem iure incognito priuari non debet. cap. 1. extra de iudi.

Iudex secularis, si Clericum per se distringit, vel condemnat, excommunicari debet. c. 2. ext. de foro compet.

Reo excipienti de excommunicatione contra actorem, non obstat communionis replicatio. c.2. ext. de except.

Excommunicatus excipere, appellare, & omnẽ defensionem facere potest, sed reconuenire non potest. c.5. ext. de except. vide Bar. in l.5. §. seruo. ff. de oper. nou. nunt.

Excommunicatus publicè, nullo modo est audiendus. c.12. eod. tit. de exceptio.

Prælatus subditum excommunicare non debet, nisi monitione præmissa. c.26. ext. de appellatio.

Excommunicatio, & interdictum fieri debent de consensu Episcopi, & Capituli. c.1. ext. de ijs, quæ fiunt à maio. part. cap.

Sententia, vel constitutio per excommunicatum prolata, nulla est, nec tractu temporis conualescit. c.7. ext. de immunit. Eccles.

Sententia excommunicationis trãsit in alium, in quem lata non fuit: sed hoc contingit, qa ille succedit in vitium. c.7. eod.

Qui consimili morbo laborat, cõtra alium non est audiendus. c.14. ex. de vsur.

Suspensus, vel excommunicatus ignoranter celebrans, nulla indiget dispensatione, respectu irregularitatis, alias secùs. ca. 9. extra de Clerico excommu.

Excommunicatus minori excommunicatione celebrans, non est irregularis, sed peccat, & potest eligere, & ea, quæ sunt iurisdictionis, exercere, & sic confert Sacramenta, & licèt peccet, tamen collatio tenet, & suum habet effectum. c.10. eod. tit.

Excommunicatio contra subditũ, quia non paret contra priuilegium sibi à superiore concessum, non tenet. cap. septimo, extra de exces. Prælat.

Excommunicati, & interdicti omnino non debent admitti ad Diuina, etiam per Religiosos exemptos à excommunicatione. c. 3. ext. de priuileg. §. excommunicatos.

Dño excõmunicato manente, subditi fidelitatem

tem non debent, & si longo tempore in ea persistcrit & monitus non paruerit Ecclesiæ, ab eius debito absolui debét.c.13.ex.de pęn.

Appellatione Ecclesiasticæ censuræ, comprehenduntur excommunicatio, suspensio, & interdictum. capit.20. extr. de verborum. & rer.significatio.

Excommunicatur, qui Iudicibus suis obtemperare non vult.c.quisquis 2.q 6.

Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio, vide cap.fi.3.quæst.4.Et de differentiis ibid.per glos.

De sententia excommunicationis, & excommunicatis vide plenè per totam cau. 11. quæst.3.& quæst.13.

Exceptio interdicti neminem ab agendo repellit: quia interdictum solùm à Diuinis separat hominem, & à perceptione Sacramẽtorum; non autem à cõmunione fidelium, sicut excommunicatio maior.Capel.Thol.q.133.

De differentiis inter excommunicationem, & interdictum vide ibid.

De interdicto Ecclesiastico, & an sufficienter publicatum censeatur per appositionem copiæ in valuis Ecclesiæ, ad hoc vt seruetur, vide Franc.Marc.q.840.part.2.

Interdicti sententia per appellationem nõ suspenditur. idem q. 844.ibid.Sed an suspendi possit per Episcopum, vide ibi.q.842.& 847.

De cessatione à Diuinis tempore interdicti, vide ibid.quæst.843.Et si celebretur, de modo celebrandi, q.848.

Est differentia inter excommunicationem, & interdictum, quia excommunicatio in personas debet proferri, interdictum in Communitatem.c.13.ex.de priuileg.

Absolutionem debet petere, qui vult absolui, alioqui nõ dicitur absolutus.Mohe.deci.193.

A sententia excommunicationis nõ potest appellari.Capel.Thol.q.299.vide Bart.in l.2.C. si à non competen. Iudi.c.8.ex.de offic.Iudi. ordin. Tamen non transit in rem iudicatam, quo ad effectum irreparabilem, vide in additio.d.quæst.299.

An inuitus absolui possit, vide Capel. Thol. q. 299.nume.4.

An Episcopus super irregularitate contracta ex eo, quòd excommunicatus se Diuinis immiserit, dispensare possit, vide Franc.Marc. quæst.802.part.2.

Absolui non potest excommunicatus ab inferiore à Papa, vel eius Legato (nisi imminente periculo mortis) in casib. Can.si quis suadente, quo quis excommunicatur, quando violentas manus in Clericum iniecit. Franc. Mar.quæst.807.part.2.quęst.811.& quęst.824. vide tamen quæst.823.828.830.ibid. & cap.si quis suadente 17.quęst.4.

Excommunicatio non probatur per instrumentum absolutionis.DD.de Rot.decis.5.de exceptio.in antiq.vide Raud.tract.de Analog. cap.31.num,17. Tamen excõmunicatus præsumitur, dicens se absolutum ab excommunicatione, nisi ostẽdat de absolutione.Bar.in authen.si testis.C.de testib.

Absolutio concessa, parte nõ vocata, an valeat, vide Marc.q.836.& 866.part.2.

Absolutus malè à censuris, non potest reintrudi, nisi cum causæ cognitione:& contrà, excõmunicatus malè non potest absolui, nisi causa cognita, intellige tamen in excommunicato ab homine; secùs si à lege. Vera. decis. 1. part. 1.

Excommunicatione facta, collatio cum clausula, Absoluimus.&c. an valeat:& Papa absentem absoluere potest, & redere beneficij capacem.Boer.decis.290.

Excõmunicatus quamuis mortis tempore ab inferiore absolui possit, tamen pristina sanitate recuperata, quamprimùm poterit commodè, debet Romam accedere, vt absolutionem à Papa obtineat; sed quando commodè dicatur posse ire, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.450.

Excommunicatus, quia iniecit manus violentas in Clericum, punitur, & à solo Papa regulariter absolui potest, nisi in eum leuiter manus iniecerit; tunc enim ab Episcopo absolui potest.Ludo.Roma.sing.710.

Absolutus ab excommunicatione cum reincidentia ad decem dies, elapsis dictis decem diebus, remanet excommunicatus. Dec. consil.155.

In mortis articulo potest obtineri absolutio à Presbytero ab excommunicatione, etiam reseruata Romano Pontifici, & hoc verum satisfactione facta parti læsæ, vel præstita idonea cautione de satisfaciendo. Natt. consil. 88.Tom.1.vide Barto.in l.1.C.de Sacrosanc. Eccles.nume.38.

Legatus extra Prouinciam excommunicare non potest; absoluere tamen potest. Hippol. sing.90.

Exceptio excommunicationis repellit agentem, sed an Delegatus possit absoluere, & quid si absoluat, vide cap.21.§. sexta; & §. si verò, ext.de offi.& potest.iud. deleg.

Si mandatur Iudici delegato, vt illum absoluat, qui dicit se iniustè excommunicatum, ante probationem illum absoluere debet: si autem dicat excommunicationem nullam, probationem nullitatis ante pronunciationem admittere debet. cap. 36. eod. titu. de offic.& potestate.

Abſoluitur excõmunicatus, cautione recepta, licèt aduerſarius, vel excommunicator, ne abſolueretur appellet.c.25.ext. de appellat. Sed quando dictum limitetur, vide ibidem.

Excommunicatus, qui per ſuum Presbyterum fuit abſolutus in morte, ſepelliri debet in cemiterio, & ad ſatisfaciendum coguntur hæredes.c.14.extra de ſepul.

Excommunicatus, vel interdictus pro cõtumacia, vel offenſa dubia, abſoluitur, cautione præſtita de iuri ſtando: ſi verò fuerit excommunicatus, vel interdictus pro manifeſta offenſa, tunc prius debet ſatisfacere, antequã abſoluatur, & dicitur manifeſta, de qua conſtat per legitimam confeſsionem, vel probationem, aut rei euidentiam.c.23. & 24. extra de verbor.& rer.ſignific.

Licèt pœnam excommunicationis, quis incurrat ipſo facto, propter violentam manuum iniectionem in perſonam Clerici, tamen dẽt publicari, & in publicatione ſententiæ, pars debet citari. Franc.Marc.q.810.part.2.

Quæ requirantur ad hoc, vt pęna Canonis, ſi qs ſuadente 17.q.4.incurratur, propter iniectionem manuum in Clericum, vide eundem q. 821.part.2.

Aggreſſor Clerici in d.Can.ſi quis ſuadente, nõ incidit, ſi eũ non percutiat. Marc.q.874.part. 2. Sed ſciens, & patiens, vt Clericus percutiatur, an incidat in pœnam d. Can.ſi quis ſuadente, vide eundem Marc. q. 875. & q. 881. part. 2.

An percutiens Clericum excommunicatũ; aut depoſitum, in excõmunicationis ſentẽtiam incurrat, vide ibid.q.878.

An Prælatus Eccleſiæ ſecularis, aut regularis, paterfam.magiſter, & alij habẽtes officium, verberando Clericum intuitu diſciplinę, aut coertionis, incurrant ſententiam excommunicationis, vide Marc.q.880.part.2

Clericus, qui ſe ipſum verberat, aut vulnerat, incurrit pœnam Can.ſi quis ſuadente. ibidem. quæſt.882.

Percutiens Clericum eſt excommunicatus, & poteſt puniri in ſpirituali, & temporali. Bar. in l.placet.C.de Sacroſanct.Eccleſ.

Abſolui debent teſtes excommunicati, pro teſtimonio ferendo. Franc.Marc.q.864. part.2. Nam excommunicati teſtificari nõ poſſunt. c.38.ex.de teſtib.& atteſtat.

Valet teſtimonium excommunicati, qui communiter non habebatur pro excõmunicato. Bal.ſing.153.

De fructib. beneficiorum excommunicatorũ, & ſuſpenſorũ vide p Frãc.Marc.q. 884.par.2.

Diſtributiones quotidianæ, & fructus bñficij, qui excommunicationis tempore obueniũt, in quos vſus debeant conuerti, vide ibidem. quæſt.885.

Excommunicatus non facit fructus ſuos, Iaco. Put.deciſ.280.lib.1.

Excommunicatus ſtans in excommunicatione per annos quindecim, poteſt inquiri de hæreſi. Papon.lib.18.tit.7. arreſt. 15. Quid, ſi tantum per annum ſteterit, vide Marc. q. 860. & q.868.part.2. An brachium ſeculare implorari poſsit contra excommunicatos, vide d. q. 868.

Excommunicati perſeuerantes in excommunicatione per annum, & vltra, qua pęna puniantur, & quid illa perſeueratio operetur, & de contẽptu poſitiuo, & priuatiuo, & eius pœna, & multa alia pertinentia ad hunc tit. vide per Menoch.de Arbitra.libr. 2. caſ.416. Rom.ſing. 307. & Bart.in authen. credentes. C.de hæreticis.

Excommunicati, vel interdicti celebrantes deponi debent, niſi propter multitudinem mitigetur pęna.c.4.ex.de Cler.excommu. Idẽ, ſi tantùm per famam; quis excõmunicationis habuerit notitiã, licèt cũ eo miſericorditer poſsit diſpenſari.ibid.cap.5.

Ab vno Epiſcopo excommunicatus, ab aliis eſt vitandus: & Archiepiſcopus per querelam aditus, nõ abſoluet, niſi primò remittat.c.8. ex.de offi.Iud.ordi.

De his, qui ſine culpa cũ excõmunicatis cõmunicant, vide c.quoniam 11.q 3.& ibid gl.

Participãtes cũ excommunicatis maiori excõmunicatione, minorem excommunicationẽ incurrunt, ſed talis participãs antequam excommunicatus denuncietur, nominatim moneri debet. Franc.Marc. q. 869. part. 2. & Ludou.Roman.ſing.709.

Quid de Aduocato participante cum excommunicato, Vide eundem Marc. d.quæſt.869. in fine.

De crimine hæreſis, & de hæreticis.

Filij Orthodoxi non prohibẽtur ſuccedere auo, aut patri hæretico, ſi bona patris, vel aui Fiſco nõ applicãtur: Ideò nepos ex huiuſmodi filio hæretico, neceſſariò ab auo eſt inſtituendus, aliàs non tenet teſtamentum. Gom. Leo.deciſ.81.in deciſ.diuerſo. Tom. 2. fol.46.

De illa, quæ poſt purgationẽ viſitauit Huguenotos fratres ſuos, & illis dono donauit, & an dicatur relapſa, vide Hiero.Laurẽ.deciſ.1.Rot. Auenio.in deci.diuerſo.Tom.3.

Iudicis arbitrio relinquitur, an quis dicatur relapſus.ibid.num.12.

Per-

Percutientes Imagines Christi, ac Intemeratæ Virginis, vel aliorum Sanctorum, sunt suspecti de crimine hæresis, sed qualiter puniantur, vide Papon. lib. 1. tit. 2.

Hæresis abiuratio, quomodo sit facienda, publicè, vel secretè, vide Menochc. de Arbitra. li. 2. cas. 372. & Rol. consi. 63. vol. 3.

Deus non vult mortem peccatoris: ideò reuerso hæretico parcitur. idem Menoc. ibid. cas. 373. Sed hæreticus relapsus omninò punitur; sed quomodo, & qua pœna, vide ibi. cas. 374.

An verò detur venia tali relapso, & multa alia de hoc crimine vide per eundem Menoch. consi. 82. vol. 1.

De crimine hęresis, & quando quis dicatur relapsus, vide Hieron. de Mont. varia. iuris quæstio. q. 11. & 13. & de materia q. 31. & 32. ibid.

Libros hęreticos tenens, an dicatur hæreticus, vide eundem de Monte ibid. q. 13. Vt possit de crimine hæresis condemnari, vide Ludo. Roma. sing. 326.

Hæresis crimen est maius omnibus grauissimis delictis, vide eundem de Monte, ibid. q. 14. & Rol. consi. 63. vol. 3.

Quando inquisitus abiurare debeat, seu ad purgationem Canonicā admittendus, vide eundem de Monte. q. 17.

Iudex, qui de hæresi iudicat, ex causa potest pœnā inflictam à iure contra hæreticos minuere, maximè quando hæreticus sponte se constituit in manibus Inquisitoris. Rol. consi. 63. vol. 3.

Abiuratus, qui sponte se constituit, non debet priuari suo beneficio. Rol. d. consi. 63.

Quales probationes requirantur, in hoc crimine hæresis, & multa alia de ipso crimine vide per Menoc. consi. 149. vol. 2.

Lapsus in hæresim ipso iure dicitur criminis incidisse in pœnas à lege hæreticis impositas. idem Menoc. cons. 159. vol. 2. Et ideò statim quo quis commisit tale crimen, illicò amittit propria bona, atq; ita ante declarationem, cùm declaratoria hunc solum effectum pariat, vt nō etiam fructus suos faciat, quos ante illius declarationē faciebat. Menoch. d. consil. 159.

Si tēporè delatæ hæreditatis proximior in gradu succedendi erat hæreticus (quāuis occultus) dicitur incapax, & nō potest succedere, licèt ad hæreditatem iam fuisset admissus cū paribus in gradu, si postea fuit declaratus hęreticus dicto tempore delatæ hereditatis: nec ei ꝓdesset restitutio in pręiudiciū agnatorum, qui adierant postea hæreditatem in solidum. Menoch. consi. 186. lib. 2. vide etiam consi. 218. lib. 3.

An nomina accusatoris, & testium in causa hæresis sint edenda, siue contra defunctum, siue contra viuum agatur, vide Menoch. cōsil. 383. lib. 4.

Hæreticus tanquam vbicunque delinquens, potest in quocunque loco puniri. Pet. de Raue. sing. 254.

Hæresis crimen est merè Ecclesiasticum, ita vt Iudex laicus nec prīcipaliter, nec incidēter de eo cognoscat: fallit, si Curiæ seculari hæreticus tradatur. Marc. de Mant. sing. 274.

Babtizatur infidelis, etiam simulatam baptizandi intentionem habens, si baptizantis intentio adsit, & ad permanendum in fide Christi, compelli potest. August. Bero. q. 2.

Errans in articulis fidei, punitur, vt sacrilegus. l. 1. C. de crimin. sacrileg.

Hæresim suam intra quod tempus liceat abiurare, an etiam post sentētiam, & qualiter publicè fiat abiuratio, vide Boer. decisio. 341. & 343.

Aduocatus, & Procurator, an possint ꝓ hæreticis interuenire, vide Clar. in §. hæresis, vers. vlterius, vbi plenè de materia.

De crimine sacrilegij.

SAcrilegium nihil aliud est, quàm Sacræ rei violatio. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. criminalib. cap. 24.

Tex. in l. si quis hoc genus. C. de Episcop. & Cler. procedit, siue quis in Ecclesia irruerit in laicum, siue in Clericum. Vincent. de Franc. decis. 402. part. 2.

Sacrilegium non tantùm in Ecclesia committitur, sed etiam in circuitu Ecclesiæ, vide ibi. d. decis. 402.

Quasi sacrilegium committitur in loco Sacro priuatim consecrato. ib. nu. 6.

Sacrilegij crimē maius, ac grauius furto est. Ludou. à Pegue. cap. 24.

Sacrilegium committitur, vel committi potest tribus modis, secūdū quos diuersa pœna est imposita, de qua, & de materia vide ꝑ eūdē à Pegue. d. c. 24. Clar. in sua Pract. crimina. §. sacrilegium, Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 389. obser. 85. Senat. Thol. in decis. diuerso. fol. 274. & Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 3. & 4.

Sacrum de sacro auferens punitur, vt sacrilegus, non vt fur de iure Ciuili; secus de iure Canonico, quo in furtum, & sacrilegium incidit, & vna, vel alia pœna puniri potest. Ludou. Roma. sing. 323.

Sacrilegiorum quoddam est verum, & quoddā quasi sacrilegiū. gl. in l. 1. C. de sepulc. viola.

Propriè sacrilegium est defraudare defunctorum corpora, vel sepulturam. l. 5. §. eod.

Publicam Sacram, vel Religiosam rē subtrahēs,

vel ipsi opem præstans, capite punitur. §. itē lex. Iulia, Institut. de public. iudi.

Ingrediens Ecclesiam cùm Sacra Ministeria celebrantur. Episcopo, aut Clericis, vel ministris alijs Ecclesiæ iniuriam aliquam inferens, & Sacra Ministeria conturbans, aut celebrari prohibens, punitur: idem, si turbauerit Letanias. §. si quis cùm Sacra ministeria, Authen. de Sanctissim. Episco.

De sacrilegio, & eius crimine vide per totum tit. ff. ad leg. Iul. pecul.

De crimine incestus.

INcestus de iure Canonico, an puniatur pœna incestus de iure Ciuili, quæstio ingens est inter Doctores, sed pars negatiua videtur verior; vide Vincen. de Fran. decisio. 240. part. 2. num. 15.

Concubinatus incestuosus est casus diuersus à casu, authen. incestas. C. de incest. nup. ideò hoc casu bona publicantur, & applicantur Fisco; & non proximioribus. Ioan. Papon. lib. 24. tit. 13. arrest. 3.

Ratio sanguinis repellit suspitionem incestus: ideò non est præsumendum contra fratrem, & sororem simul in eodem lecto iacentes. Craue. consi. 321.

Incestus inter quas personas committatur, & qualiter puniatur, vide Clar. in sua Pract. crimin. §. incestus.

Incestus crimen licèt adulterio grauius sit, leuius tamē punitur, vide Pet. Roy. deci. Litua. 3. nume. 400. in decisio. diuer. Tom. 2. fol. 404.

Si absolutus ab adulterio proximitatis prætextu, postea cum ea matrimonium contrahat, ex hoc iuris, & de iure videtur nasci præsumptio, ex qua de primo adulterio (de quo fuerat absolutus) poterit condemnari. Pet. de Raue. sing. 19.

Ex illicito coitu contrahitur affinitas, quod intellige, quo ad impedimentum matrimonij; secùs autem quo ad puniendum: nam incestus pęna non punitur, qui cum vna muliere secretè concubuerat, deinde aliam sororem palàm in vxorem duxerit. Hippol. sing. 254.

Si quis eam (cum qua nuptias contrahere non potest) corruperit, in insulam deportandus est. l. 5. ff. de quæstio.

Illicitas cōtrahentes nuptias, pęna exilij puniūtur, & substantia eorum liberis extantibus applicatur, vel Fisco, vide §. 1. Authen. de incest. & nefa. nupt. & cap. vni. quæ sint Regal. Princip. in vsib. feud.

De hoc crimine vide p tot. tit. ff. & C. ad leg. Iul. de adult. Azo. in summa tit. C. de incest. nupt.

De maleficiis, mathematicis, & sortilegis.

INcantationes pro fructibus conseruandis, an admittantur, vide Ozas. in sua disputatio. an Principi Christiano fas sit, &c. nu. 21.

Crimen veneni detestabile, & longè grauius homicidio, & vendens, & emens venenum punitur, licèt mors non sequatur. Gram. vot. 3.

Astrologia tunc esset prohibita, quando quis in ea vteretur incantationibus, & diuinationibus diabolicis, vel prædiceret futura ex certa scientia, imponens necessitatem futuris cōtingentibus per cursum astrorum; aliàs secùs, vide Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 4. num. 17. & seqq.

De materia huius titu. vide in obser. 70. Senat. Thol. in deci. diuerso. fol. 266. Papo. li. 22. tit. 3.

De crimine sortilegiorum vide per Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 388.

Diuinatores, & sortilegi aliter puniuntur de iure Ciuili, aliter de iure Canonico, vide Ludo. Roma. sing. 667.

Non licet vti arte magica, & similibus. Bart. in l. vni. C. de Thessa. lib. 10.

De sortilegis dęmones inuocantibus, & vtentibus incantationibus vide in antiq. constitu. Sabaudiæ, tit. de hæret. & sortileg. lib. 1.

Habemus etiam titu. de malef. & mathema. in corpore iuris.

De legibus, & constitutionibus Principum.

A Tempore Adæ vsq; ad tempus nostrum nouem fuerunt leges, & quæ sint, & de origine ipsarum, & quomodò seruentur, & de iure Diuino, & humano vide per Maran. in suo Spec. de ordine iudi. part. 3. tit. iudicium vnde originem produxerit fol. 17. Et quæ iura hodie obseruentur, vide ibid.

Lex, seu constitutio generalis, quando ligare incipiat, an à die scientiæ, vel post duos menses à die publicationis, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 185.

Constitutio Pontificis solùm Romę publicatur, & ligare incipit post tempus Iudicis arbitrarium. ibi. nu. 8. & 10. Et Authen. vt nouæ constitutiones, &c. non habet locum in constitutionibus Pontificum. Menoch. ibid.

De Cōcilio Generali, vel Prouinciali vide per eundem Menoch. ibid. cas. 457.

Ius

Ius correctorium dicitur, quando in totum corrigitur, & tollitur; exorbitans, quando in aliquo derogatur. Craue. consi. 291. nu. 4.

Falsi pęnã incurrit, qui leges correctas ad causarum decisionem allegat; secùs si gratia instructionis. Natt. consi. 591. nu. fin. & Pet. de Rauen. sing. 204.

Correctio legis non inducitur ex identitate rationis, nisi quatenus in lege sit expressum. Barto. in authen. cui relictum. C. de indict. viduit. tollen.

Lex corrigens in vno ex correlatiuis, intelligitur corrigere in alio. Barto. in l. 4. C. eod. Sed lex noua corrigens in vno, non corrigit in alio simili, licèt sit eadē ratio. Bar. cōs. 2. vol. 1.

Ex lege correcta potest arg. sumi, si sit in corpore iuris inclusa; aliàs secùs. Bar. in l. vni. C. de lati. liber. tollen.

Derogatur legi, aut abrogatur, derogatur cùm pars detrahitur, abrogatur cùm prorsus tollitur. l. 102. ff. de verbo. & rer. signi.

Lex tollitur per abusum, vel per vsum cōtrariū. §. sed veteres, Instit. de noxal. actio.

Lex correcta non est amplius reputanda, nec alleganda in numero legum. §. in personam quoque, Institut. de actio.

Constitutio cum decreto tollitur per nō vsum, vel saltem per cōtrariū vsum. Put. deci. 1. li. 1.

Constitutio non censetur sublata per nō vsum, si non probatur contrarius vsus, & allegans tenetur probare. Vera. decis. 220. part. 1.

Constitutiones Principis tolli non possunt per non vsum inferiorum, vel ex contrariis actibus, sine expresso Principis cōsensu, qui probari debet. idem, decis. 204. part. 3.

Quando sententia Principis habeat vim legis, vide Rot. Genu. decis. 104. num. 10. & Afflict. decis. 96. nu. fin.

Contractus Principum pro lege habētur. Ozas. decis. 141. nu. 6. l. & penu. C. de donatio. int. vir. & vxo.

Extēsio in correctoriis (etiam ex eadem ratione) licita non est. Ozas. decis. 21. nu. 13. Gram. decis. 92. num. 13. glos. & DD. in authen. quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccl. Tamen extēsio fit, etiam in correctoriis, ex identitate rationis, quādo materia est fauorabilis. Craue. consi. 291. num. 4.

Extensio an admittatur de vno casu ad alium, vbi lex est pęnalis, & correctoria, vide Ozas. decis. 147. nu. 3. & Ias. de actio. in §. sequens illa diuisio, num. 7.

Extensio etiam in correctoriis admittitur, vbi per extensionem reducitur ad ius antiquum; idem Ozas. d. deci. 147. num. 20. Vel cōmune. Gram. decis. 92. nu. 15. Nam lex noua quantuncunque odiosa, & pęnalis, debet extendi secundum regulam iuris antiqui. Bart. in l. 2. ff. qui petant tutores.

Item extensio in decretis distinguentibus, seu limitātibus ius commune, licitè fieri potest. Ozas. decis. 22. nu. 10. Et etiam in exorbitantibus limitatoriis, siue pęnalibus licita est; vbicunque identitas rationis interuenit. idē Ozas. decisio. 31. nume. 10. vide tamen Afflic. decis. 21. num. 7.

Lex noua (etiā correctoria) disponens in vno ex æquipollentibus à lege antiqua, extenditur ad alterum. Ozas. deci. 147. nu. 19.

In exorbitantibus dispositum in vno casu vero, non habet locum in ficto. Ozas. d. decisio. 21. nume. 15.

Lex debet extendi per identitatem rationis. Bart. in l. 4. C. quibus ex causis maiores.

Lex pęnalis, & odiosa extra propriam significationem extenditur, fauore Reipub. Bar. in l. 7. C. de agric. & censit. lib. 11. nu. 4.

Constitutio etiam odiosa, si concernit fauorē Reipub. extenditur ad similem casum. Fely. consi. 18. nu. 14. Idem, si concernat fauōrem animarum. ibid.

Dicta in lege, extenduntur ad omnes res, casus, & personas, in quibus est eadem ratio. Bart. in l. 22. §. ait Senatus. ff. de petit. hæred.

Lex noua loquens in vno casu, extenditur ad alium, in quo militat eadem ratio, Barto. in l. 13. §. de filio. ff. de seru. corrup. vide eundē, in l. si constante. ff. solut. matrimo. nu. 38.

Lex loquens per dictionem taxatiuam, extenditur per aliam legem habentem similem rationem, & quando per hominem possit extendi, vide Bart. in l. si constante. ff. solu. matrimo. nume. 42.

Dispositio legis, sciant. C. de legit. hæred. strictè debet intelligi, & non potest extēdi. Bar. in l. 2. ff. qui peta. tuto.

Lex nō debet extendi ratione identitatis, quādo induceretur correctio. Bar. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liberis, & posthum.

Prouisio legis contra ius commune non extenditur vltra illud, quod lex exprimit, licèt eadem sit ratio. l. 65. §. de viro. ff. solut. matrim.

Causa euitandæ absurditatis, debet fieri extensio legis ad casum non expressum habentem similem rationem. l. 13. ff. de testib.

Vbi est eadem ratio, ibi lex extendi debet ad vlteriores casus, cùm lex quandoque vtatur vocabulis exempli causa dandi. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi, & vi armat.

Statutum in vno ęquiparatorum, habet locum, & in alio. §. vnico, Instit. de legit. parent. tutel.

Lex habens plures intellectus, non meretur ad decisionem causarum allegari. Ozas. decisio. 22. nu. fin. Rebuff. in constitu. Reg. in proœmio, glos. 5.

gloss.5.num.3.vide tamen Guliel.Cassad.decisio.vni.tit.de acquir.rer.domin.

Vna pars legis, siue statuti, per aliam declaratur.Ozas.decisio.167.nu.11.

Verba enunciatiua prolata à lege, quando inducant dispositionem, vide Ias.de actio. in Rub.nu.5.& 6.

Lex simpliciter loquens restringitur, ne sequatur absurdum. Barto. in l.6.§. partus.ff.de ijs, qui not.infam.

Lex quando non respondet quæstioni propositæ,videtur determinare pro ea parte, quę vltimò ponitur.Bar.in l.31.ff.depositi.

Intellectus ad legem (si sunt plures) ille dicitur bonus, qui per alias rationes, vel leges, probatur.Bar.in l.3.ff.de reb.dub.

Lex generaliter loquens,non potest per hominem restringi; sed bene per aliam legē,causa contrarietatis euitandæ.Bar.in l.12.ff.qui, & à quib.manu.libe.non fiā.

Causæ duę,seu rationes appositæ in lege,si vna cessat,& alia remaneat, remanet etiam iuris dispositio.Bar.in l.115.ff.de verb.obli.nu.15.

Quotiescunque ex verbis legis simpliciter intellectis, resultat iniquitas,tunc à verbis receditur, & mens seruatur. l. 15. §. aliud.ff.de excusatio.tuto.

Lex in dubio debet intelligi de actione, quæ tractat in tit.Bart.in l.si hominē.ff.de solutio.

De duplici æquitate iuris, scripta,& nō scripta, & quid in qualibet obseruādum sit,vide per Mysing.obser.63.cent.6.

Quoties noua constitutio aliquid circa negotij, vel contractus ordinationem disponit, tunc semper mores, & consuetudines, quæ tempore contractus extiterunt, non quæ postea introducuntur,cōsiderari debent.Andr. Gail.obser.9.lib.1.

Quando lex indistinctè loquitur, indistinctè debet intelligi.l.20. §. ait Prætor. ff. de oper. nou.nuncia.

Quando plures leges concurrunt ad vnum effectum,si cessat vna,remanet virtus alterius. l.83.ff.de hæred.instituen.

Vbi prius plures quæstiones formatas sequitur vna conclusio,illa decidit quæstiones pręcedentes vniformiter,nisi sit ratio diuersa. glo. in verbo,præcidium.§.hic nobis ingressa, Authen.de hæred.& Falcid.in additio.

Dispositio legis intelligitur, prout consuetum est fieri.Put.decis.355.lib.3.

Lex quamuis pęnalis loquens in viro, trahitur ad vxorem.Ozas.decis.31.nu.11.

Verba legis quāuis generalia,vniuersalia,& geminata,recipiunt interpretationem,& limitationem laudabilem, etiam verba impropriando, & cum temperamēto Iustitiæ.Ozas decis.169.num.6.vide glo.in §.hęc autem Instit.de pęn.teme.litig.

Etiam vbi lex non destinguit,nos tamē destinguere debemus, auctoritate alterius legis. Ozas.d.decis.31.nu.18. vide Bart.in l.3.ff.de offic.Præsid.Ideò lex generaliter loquēs declaratur, & limitatur per aliam legem. Ozas. deci.167.nu.17.vide gl.in l.10.ff.de Publicia.

Doctores,& glosæ non persistentes in vna opinione;sed ad alias procedendo, videntur vltimam tenere.Ozas.decis.77.nu.19.

Publicatio constitutionis in vna Prouincia facta,non ligat existētes in alia Prouincia, vbi non est facta publicatio,dato etiā,quòd fuerit facta in Curia Regis, vel Imperatoris.idē Ozas.decisio.141.

Quodlibet verbum (etiā minimum) in quauis dispositione, debet censeri appositum cum ministerio,& vt aliquid operetur.ibi.d.decis. 141. nume. 4.

Prouisio hominis, non tollit prouisionem legis pleniorem.ibid.num.11.

Iura,& leges in qua Ciuitate legi debeāt, vide Franc.Marc.q.349.

Vbi ius Ciuile,& Canonicum contradicunt, seruandum est ius Ciuile,in foro ciuili,& Canonicū,in foro Canonico.Ozas.decis.152.nu.6. 7.Capic.decis.201.vide Bart.in l.12.C.de Sacrosanct.Eccle.& glo.in c.10.ex.de testam.

Ius Diuinum,& Canonicum, & non Ciuile seruandum est, vbi tractatur materia concernens peccatum.Ozas.in sua disputat. an Principi Christiano, &c.nume.11.Rebuff.in constitu.Reg.in proemio gloss.5.num.120.Et super hac quæstione, an ius Ciuile, & quando cedat iuri Canonico,scribuntur plures regulæ,ibid.per Rebuff.num.125.& seqq.vide Cabal.milleloq.620.

In re non decisa à legibus Ciuilibus, statur iuri Canonico.Crave.consi.315.[illegible]

Iuri Ciuili stamus,(etiam in foro Canonico) si decisum eo iure est, de iure Canonico dubium.Menoch.de Arbitra.lib.1.q.74.nu.53.& cas.184.nu.12.vide Cabal.milleloq.621.

An constitutio laici inferioris Imperatore, etiā in fauorem Ecclesiæ facta, quo ad ipsum valeat,si præceptiua, seu inhibitiua sit,& quid, si sit simpliciter permissiua, vide Ludo. Roma.sing.447.

Ius Ciuile respicit rigorem,ius verò proprium, respicit æquitatem.Guid.Pap.sing.209.

Vbicunque aliquid disponitur de iure Codicis, & ius Canonicum approbat illud referens, & faciens mentionem de illa lege Codicis, quamuis postea de iure Ciuili,& de iure nouissimo, Authen.corrigatur illa lex Codicis, nihilominus de iure Canonico attēditur ius

Codicis

Codicis,& non ius nouissimum Authenticorum.Pet.Gerar.sing.28.

Papa potest derogare constitutionibus prædecessorum suorum.c.vni.§.penul. & ibid.glo.in proęm.Decret.

De differentiis inter ius Canonicum, & Ciuile vide in tracta.Bart.de differen.int.ius Cano. & Ciuil.

Si de extrauaganti dubitetur an Decretalis sit authentica: aut iuri consona est,& tunc iudicatur secundum illam,aut dissona,& tunc Papa consulitur.c.8.ex.de fid.instru.

De conditoribus legum Diuinarum, & humanarum vide in c.Moses,distinct.7.

Lex Imperatorum Ecclesiastica iura dissoluere non potest.c.1.& 2.distin.10.& ibid.per tot.

A iure communi non est recedendum, nisi pactũ in cõtrariũ reperiatur.l.2.C.de naut.fęno.

In conflictu opinionum,adhęrendum est distinguenti.Rot.Genu.decis.20.

Forma inducta à lege,vel statuto, à partibus remitti non potest. Ozas.decis.166.nu.7. Et factum contra legem,vel statutum,pro non facto habetur.Rot.Genu.decis.3.nu.19.

Cessante rõne legis, cessare debet & ipsa lex. Aegid.Bellam.conclus.631.

Lex ad casus rarò cõtingentes,non adaptatur. Cassad.decis.vni.de acquir.rer.domi.

Glossæ opinio non est contemnenda, vbi Doctores communiter non concludunt contra eam.Afflic.decis.21.num.4. Imò glossæ auctoritas communiter non reprobata, omnibus aliis antecellit.idem Afflic.decis.384. num.3. Et in magnis dubiis semper est tenẽda glossę opinio.ibid.

Glossa referens duas opiniones, & nullam expressè approbans,vltimã tenere videtur.Ias. de actio.in §.sed istæ, nu.55.vide Ant.Corse. in suis singularibus,litera O.sing.opinio. Nisi prima sapiat æquitatem, & vltima rigorem. Hippol.singul.631.vide etiam Vincent. de Franc.decisio.221.

Iudex non tenetur iudicare secũdum decisiones Rotæ; quia non sunt approbatæ à Papa. Cassad.decis.17.nu.fin.tit.de præbend.

Statuta,vel leges antiquæ,cur reformentur,vel corrigantur,vide D.Sol.in antiq. constit. Sabaudiæ,in proęmio,glos.2.nu.24.fol.4.

Lex,siue constitutio esse debet iusta,possibilis, minimè dura,& honesta.idem,ibid.nu.27.

Statuta, vel leges debent esse breues,ibid.numme.32.

Legem Princeps solus condere potest, tamen cùm in legibus,aut constitutionibus condendis consideratio adhibeatur, Procerum consilium,ac inde Senatorum, seu Sacri Concilij Principis suffragium, requiritur. ibid. nu.36. Quia postquam semel factæ, & prõmulgatæ sunt, de ipsis amplius determinandum non sit; sed secundum ipsas iudicandum,ac quãuis dutæ obseruandæ.idem D.Sol. ibid.num. 37.Maran.in suo Spec. de ordin.iudi. part.3. fol.34.nu.102.tit.iudicium vnde origi.produxerit.Nam per sapientes Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, hinc est solemnitas illa scilicet,vt lex etiam cum cõsilio Procerum edita, ante illius tamen promulgationem per Excel.Senatum examinetur, quæ examinatio interinatio appellatur. idem Sol. ibid.nu.42.& 43.

Consuetudines feudorum, præferuntur iuri cõmuni in causis feudalibus, quando consuetudo,& vsus feudorũ sunt rationabiles, & quãdo reperitur expressè decisum per vsus feudorum.Maran.in suo Spec. par.3. num.88.fol. 31.eo. tit. iudicium vnde orig.produx.

Ius Longobardorum non est lex, neque ratio: ideò recessit ab aula; sed in quibus Regnis seruari debeat, vide ibid.Maran.nu.95.

Pęna, quæ sit in eos sancita, qui legem præcepti,vel consilij,aut vrbanitatis contemnunt, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.380.

Lex,aut est de præcepto,aut de consilio perfectionis, aut reuerentiæ, vel de vrbanitatę. ibid.Menoch.

Quid sit lex,qui possint condere leges, quibus ex causis leges fiant, & quomodo condãtur, quales debeant esse, quæ iniustæ dicantur, quis sit finis legum, & an leges in foro conscientiæ obligent, vide plęnè per Rebuff. in constitut.Reg.glo.1.proęm.

An omnes Regis ordinationes seruari debeãt, & à quibus,& quid de personis Ecclesiasticis, vide Rebuff.ibid.nu.49.

Leges à Canonibus approbatæ, seruandæ sunt. ibid.num.62.

Quid sit cõstitutio Principis, & Princeps tribus modis ius constituere potest. Rebuff. ibid. gloss.2.fol.15.

Ordinationes, quæ sint, & ordinare quid sit, ibid.gloss.3.

Quanta sit legis auctoritas, vide per eundem, ibid.glo.4.Obseruare quid sit, & obseruatio ius declarat.Rebuff.ibid.glo.5.

Obseruatio declarat locorum dubitationes, & supplet verba omissa: & lex non obseruata, nullas habet vires: idem in proclamatibus. ibid.d.gloss.5.

Leges Imperatorum non fuerunt receptæ in Regno Franciæ: ideò non seruantur in ipso Regno; sed solùm seruatur ratio legum,non eò,quòd leges hoc dicant, nec quod Imperator hoc statuerit,sed quia rõ sic vult, à qua nemo subduci potest. Rebuff.ibi,n.20.d.gl.5.

Ordi-

Ordinationes iustæ in conscientia seruari debent, sed inter duas contrarias, quæ magis seruari debeat, & quomodo derogent iuri communi, vide ibid. nu. 137.

Lex ligat in foro conscientiæ. Gasp. Cabal. milleloq. 296. & 612.

Decretum conditum à Comite, vel Marchione habente dignitatem perpetuam iure proprio, & ad suos descendentes transmissibilē, dicitur ius Ciuile, & pro lege perpetua obseruandum est, maximè si fuerit confirmatū per Vicarium Imperij. Rol. consi. 86. vol. 1.

Filiæ, & sorores Comitis condentis statutum, ligātur ipso statuto; sicut alij de Populo. Rol. ibid. nume. 51.

Dominus recognoscens Superiorem, licèt habeat facultatem ordinandi, tamen non potest facere pragmaticas contra dispositionē iuris communis, præsertim in præiudicium subditorum. idem Rol. consi. 22. num. 7. vol. 2.

Edicta, & proclamata pęnalia expirant, remoto, vel mortuo Iudice, aut Domino, qui proclamata fecit. Rol. consi. 38. vol. 3.

Lex iusta, & obseruatione digna tunc creditur, atq; existimatur, cùm in sui essentia, seu materia iusta est, & eam Princeps ferre voluit, ac demum illam ferre potuit: non enim vnū sine altero in legis iustæ cōstitutione esse potest, sed quando aliàs dicatur iusta, & quas qualitates lex, seu decretum Principis habere debeat, vide per Menoch. consi. 350. lib. 4.

Legis verba, vbi ad Iudicem referuntur, ex illis oritur officium Iudicis; sed quomodo dictū debeat intelligi, & declarari, vide Math. Mathes. sing. 80.

Si pendente iudicio inter duos fiat noua lex, Iudex debet illam causam secundum nouā legem terminare. Guid. Pap. sing. 337.

Si lex noua imponat pęnam nouā pro delicto, non tollitur pęna antiqua. idem, sing. 874.

Sufficit allegare rationem naturalem, vt pro lege habeatur. vide eundem, sing. 653.

Constitutione cassata, nō cassatur eius effectus prius editus, nisi in cassatione diceretur, vt constitutio habeatur pro imperfecta. Ant. Corset. in suis singula, litera C. sing. cassatio.

Pęnalis lex, quæ tendit ad fauorem Reipub. ita extenditur, sicut fauorabilis. idem, litera E. sing. extensio.

Natura legis est dare formam futuris, & non præteritis: sed quid, quando actus est in parte gestus, & in parte gerēdus, an constitutio superueniens habeat locum in parte gerenda, vide eundem, litera L. sing. lex. Lex enim futura respicit ex sua natura. Put. decis. 407. lib. 1. vide Hiero. Mago. deci. Luc. 88. & Andr. Gail. obser. 9. lib. 2.

Lex omnis debet esse de casu dubitabili, quod intellige, quo ad nos; secùs quo ad legis Latorem, cuius rescriptum non habet dubitationem. Marc. de Mant. sing. 39. vide tamē sing. 123. ibid.

Aequitatem scriptam rigori scripto præferri decisum reperitur, sed rigor scriptus æquitati non scriptæ præfertur, nisi æquitas scripta in genere per modū regulæ scripta sit; quia tunc præfertur etiam rigori scripto in specie: Hippol. singul. 685. vide Barto. in l. 1. C. de legib.

Legis ratione correcta, corrigitur & ipsa lex. Bart. sing. 69.

Cōstitutione Principis nouiter edita, in aliquo non derogatur consuetudinibus, nisi de illis expressè fiat mentio, vel sint multum vulgares. Marc. de Mant. sing. 233.

Lex, vel statutum disponens aliquem omnino priuari iure suo, siue omnino liberari, intelligitur ipso iure: idem, si disponat, per verbum præteriti temporis, vel pręsentis imperatiui. vide Aluis. de Alber. sing. 42.

Lex semper loquitur. Bar. in l. 5. C. de hęret. & in l. 13. §. superfluum. ff. de dam. infect.

Ius non scriptum debet allegari, & probari; secùs in iure scripto. Bart. in l. 2. C. si contra ius, vel vtilitatem publ. nu. 12.

Lex debet intelligi secundum naturam tituli, sub quo posita est. Bart. in l. 4. C. de transact. num. 7. in l. 1. C. de in integ. restitut. & in l. 18. ff. de seruit. vendi.

Pęna legalis, vt committatur, requiritur, quòd quis peruenerit vsque ad sententiam; secùs in conuentionali, & sic mitius agitur cum lege, quàm cum homine. Barto. in l. si quis maior. C. de transacta. vide eundem in l. 16. ff. de iure patro.

Ex diuersitate locorum, non debet induci diuersitas iuris. Barto. in l. fin. C. de tempo. in integr. restitu.

Ordo litterarū nō attenditur, quando est cōtra mentem legis. Bar. in l. 2. C. de iureiur. propt. calum. dan. num. 19.

Per prouisionem hominis specialem, non receditur à prouisione legis communis. Bart. in l. 2. C. de iure emphyt. nu. 12.

Legis beneficio nō gaudet, qui incidit ī ipsam legem. Bar. in l. fin. §. fin vero. C. de iure delib.

Ius publicum dicitur, quod omnibus patet, & ad publicam bursam pertinet. Bart. in Rubr. C. de iure Fisci. lib. 10.

Rubrica si est generalis, lex etiā generalis intelligitur. Bart. in l. 1. C. de capitat. lib. 10.

Quando Rubrica est generalior nigro, an tunc allegetur pro lege, & habeat vim legis, vide DD. in l. 1. ff. si cert. pet.

Quan-

Quando est appositum tempus, à quo habeat lex, vel constitutio ligare, non expectatur tẽpus duorum mensium. Vincent. de Franc. decis. 360. part. 2. Sed banni, seu constitutio, in quo loco attendatur, vide ibid.

Lex per non vsum minimè tollitur; sed deuiando, & à retrò diuertendo. Bar. in prima constitut. fforum. §. & antea, in proœmio, vide §. sed an his, Institu. de Attilia. tuto.

Lex quando tollatur per dissuetudinem, vide Barto. distinguentem, in §. 1. Authen. de hæred. & Falcid.

Contra tenorem legis priuatam vtilitatem cõtinentis, pacisci licet. l. 32. ff. de pact.

Verba generalia sunt intelligenda, ne contradicant alteri legi. Barto. in l. solent. §. non verò. ff. de offic. Proconsu.

Vbi lex pluribus aliquid defertur, cuilibet ipsorum insolidum deferre intelligitur, scribũt Doctores in l. 4. §. Cato. ff. de verbo. oblig.

Secundum varietatem temporis, iura variãtur. c. pen. ex. de consangui. & affinit.

Ius omne post legem duodecim tabula. dicitur nouum. Bart. in l. 3. ff. de petit. hæred.

Lex indeterminatè loquens circa locum, & tẽpus, debet intelligi de omni loco, & tempore. Bar. in l. 1. ff. de aleę lusu, & aleat.

De legibus, & earum virtute vide per Bart. in l. vnica. ff. de condict. ex lege.

Cessante ratione legis, cessat eius effectus. l. adigere. §. quãuis. ff. d iure patr. & l. 33. ff. de pact.

Prohibitio legis simplex, quando inducat, ꝙ factum sit ipso iure nullum, vide Barto. in l. 9. ff. de diuort.

Aduersus naturale ius nulli quicquam agere licet. cap. quæ contra, distinct. 8.

Lex semper est certa de eo, quod est certum in rerum natura. Bar. in l. 83. ff. de acquir. hæred.

Lex quando requirit actum cum aliqua qualitate, nõ sufficit actus sine qualitate, nec qualitas sine actu. Bart. in l. 7. §. cum hoc. ff. quib. ex caus. in possessio. eat.

Pactum priuatorum, iuri Publico non derogat. l. inter. ff. de pact. & l. 28. ff. de reg. iur.

Plura sunt, quæ etiam partium consensu relaxari non possunt. l. quos prohibet, & ibi gloss. ff. de postulan.

Lex noua trahitur ad præterita, quatenus pendet de futuro, nõ quatenus robur, & perfectionem recipit pro tempore præterito. l. penult. C. de vsur.

Factum legis excusat negligentiam hominis. l. fin. C. si mancipi. & ita fue. alien.

In actu, quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis. §. si ignominiosam. l. 48. ff. de rit. nupt.

Vbi deficiunt verba legis, deficit legis dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec.

Lex, quæ generaliter loquitur, ex defectu rationis non restringitur, vt lucri amissio euitetur. l. 12. ff. qui, & à quibus manumi.

Ex tacita legis ratione, non possumus perimere formam ipsius legis, in casibus formaliter dispositis. ibid. in additio.

Quando lex requirit actum, & limitationẽ, non sufficit actus sine limitatione, nec limitatio sine actu. l. 7. §. cùm hoc edictum. ff. quibus ex cau. in possess. eat.

Vbi est eadem ratio, idem ius. l. vnica. §. hoc interdictum. ff. de fonte.

Prouisio hominis, tollit prouisionem legis. §. cũ quis. l. 15. ff. de precario.

Liberalior est lex cum eo qui ignorat, quando sit inuadendus, quàm cum eo, qui potestatem habet agendi, quando vult. l. 5. §. fin. ff. de dol. mal. excep.

Quando in persona vnius concurrunt plura iura, perinde est, ac si concurrerent in persona diuersorũ. l. 22. ff. de his, quib. vt ĩdig. leg. auf.

Quando mens legis est certa, de ordine non curatur. l. 5. §. fin. & l. 6. ff. de solutio. & liberat.

Qui falsis vtitur constitutionibus, vel legibus, quæ nullum habent auctorem iustum, aqua, & igni interdicitur. l. fi. ff. ad leg. Corn. de fals.

Necessitas legi præiudicat. l. 11. §. quoties. ff. de munerībus, & honor.

Quando lex resistit facit, vt actus etiam pius sit ipso iure nullus. §. 1. Institut. quib. ex caus. manu. non liceat.

Dicitur ex lege quid esse, quando est ex ratione ipsius legis: & ita dispositũ cẽsetur quod deciditur per rationem, sicut illud, quod deciditur per verba. §. 1. Insti. de legit. patro. tut.

Erubescimus, cùm sine lege loquimur. §. consideremus, Authen. de trien. & semis.

Verba legalia significant habilitatem, & potẽtiam, licèt semper non possint significare. gl. in verbo, vtroque §. igitur, Institut. de oblig. quæ ex quasi contrac. nasc.

Extrauagante non publicata, illius datur probabilis ignorantia. Pur. decis. 281. lib. 1.

Constitutio quando dici possit fauorabilis, vide Vera. decis. 15. part. 2.

Causæ legum promulgandarum, multæ sunt, de quibus vide per Cabal. mille loq. 611.

De communi opinione.

Secundum communem opinionem est iudicãdum. Guid. Pap. sing. 291. vide Cassad. decis. 3. tit. de constit. nume. 13.

Fallit primò, quando cõtra illã textus clarus, atq; appertus esset. Aug. Ber. q. 62.

Fallit

Fallit secundò, quando notoriè malè dicit cõmunis opinio, vel rationabiliter cõuincitur. Abb. consil.85.part.1. Etiam contra glossam. Guid.Pap.quæst.277.

Fallit tertiò, quia communis opinio non est attendenda, quando etiam altera opinio est communis, vel magis communis: & vbi non posset dari certa regula, esset locus gratificationi, & posset iudex absque periculo adhærere opinioni, cui voluerit. Ioseph.Ludo. decis.Luc.66.num.21.

Vbi est varietas opinionum, non peccat sequens opinionem non veram, aut postea reprobatam: quia sufficit ad excusationem etiam ambiguitas iuris, & tanta posset esse ambiguitas, quòd excusaret prudentissimos Iurisconsultos. Cassad. decis.5.nume.11.titu. de constitutio.

Non debemus sequi consilium Imperatorum, si videtur nobis, non esse bene latum: idem, & multo magis in glossis. Barto. in l. 13. C.de senten.& interlocu.omn Iudi.

Opinio vnius Doctoris, quando est fulcita melioribus rationibus, attenditur, contra opinionem plurium.§.1.Institut.de hæred.instit.

Existentibus hincinde rationibus, & in dubijs, eligitur media via.§.fin.Institut.de vulgari.

De edictis Principum, & Dominorũ inferiorum.

Decreta Principum cõtraria vtilitati Publicæ, & rationi Naturali, valere non debent. Ozas.decis.88.nu.4.

De edicti Ducalis validitate, quo decretum erat, quòd damna data cuidam Abbatiæ censerentur illata, & imputarentur Vniuersitati propinquę, & plura circa edictum, quo disponitur damna data in finibus alicuius municipij esse resartienda p homines eiusdem loci, vide in d.decis.88.

Clausula, Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, habet vim clausularũ derogatoriarum, & ex ea colligitur Principem voluisse auferre ius tertij, quamuis quæsitum.idem Ozas.decis.102.nu.fin.

Exstante edicto, quòd Notarij omnes contractus in publicum instrumẽtum redactos, denunciare debeant; sufficit Iudici exhibere scripturas legendas, quæ in se tales contractus continent.Ozas.decis.128.nu.7.

Princeps concedendo generalem abolitionem delictorũ, quid remittat, vide Gram.decis.4.

Banni publici ignorãtia allegari nõ potest: fallit in minore, & grauiter infirmo. idẽ Gram. decis.36. num.23. & 24. Sed vide de materia huius quæstionis.3.tit.de iuris,& fac.igno.

Edictum, Ne blada extrahantur, an extendatur ad forenses, qui habent terras in Patria, in qua fuit factum edictum, & an comprehẽdat farinam, vide Guid.Pap.q.373.

Caritate cessante, edicta facta eo tempore cessant. D.Sol.in antiquit. constitut. Sabaudiæ, gloss.2.num.31.in proęm.

De edictis Principum, & Dominorum inferiorum, & quid decernere, & ordinare possint ipsi Domini, vide ibid.glo.3.

Contraueniens prohibitioni Principis, potest puniri, licèt prohibitio nullam contineat pęnam.idem D.Sol. ibid. glo. super tertia part. decreti, ex frequẽtibus, tit.de pact. int.empt. & vendit.nu.3.fol.124.

De pęna non obedientium mandatis Principum vide per Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 365.

Rationes, per quas Princeps potest moueri ad faciendum edictum, ne quis vtatur vestibus vltra suã qualitatem, vide per Rebuff.in cõstitut.Reg.Tom.2.tract. de pan.aur.& argen. num.20.fol.484.

Princeps, vel eius Delegatus, licèt possit citare aliquem, vt coram se compareat sub certa pęna, etiam causa non expressa, tamen, vt pęna comminata infligatur, causa vera apud eum subesse debet.Natt.consi.592.& seqq.

Edicta, seu proclamata pęnalia expirant, remoto, vel mortuo Iudice, aut Domino, qui dicta proclamata fecit. Rol.consi.38.vol.3.

Decretum conditum à Comite, vel Melchione habente dignitatem perpetuã iure proprio, & ad suos descendentes transmissibilẽ, dicitur ius Ciuile, & pro lege perpetua obseruãdum est, maximè si fuerit confirmatũ per Vicarium Imperij.Rol.consi.86.vol.1.

Filiæ, vel sorores Comitis condentis statutum, ligãtur ipso statuto; sicut alij de Populo.Rol. ibid.nume.51.

Dominus recognoscens Superiorem, licèt habeat facultatem ordinandi, tamen non potest facere pragmaticas contra dispositionẽ iuris communis, præsertim in præiudicium subditorum.idem, consi.22.vol.2.

Edictum Principis interpretari potest ab inferiore (Principe absente) hoc exigente naturali æquitate. Rip. in l. ex facto, nume. 6. ff. de vulgari.

Litteris Imperialib.licitè non paretur, si illę cõtineant causam irrationabilem. Bart. in Authen. vt determinatus sit numerus Clericorum. §. 1.

De

De interinatione.

PEr sapientes Reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt, introducta, & inuenta hinc est solemnitas illa, quæ appellatur interinatio, s. vt lex etiam cum cõsilio Procerũ edita, ante illius promulgationẽ per Excel. Senatum examinetur, tam in publicis, quàm in priuatis causis. D.Sol.in antiq.constitut.Sabaudiæ, glo.2.nu.42.in proœmio.

Interinatio nihil aliud est, quàm cognitio, an ea, quæ petuntur interinari veritate nitãtur. ibid. nu.43. Vnum tamen scias cõfirmationẽ ex certa scientia Principis factam non posse per Senatum reuocari, quum verbum Superioris non egeat verbo inferioris, nec illi licet se de ipsius Superioris facto impedire. ibid.in fine.

Litteræ gratiæ per Clericum obtentæ à Principe, coram Iudice seculari verificandæ sunt, & interinandæ.Fran.Marc.q.514.

Gratia in vinculis verificãda, & probanda, Rot. Auenio.decis.47.in decisio. diuerso. Tom.3.

Quando petitur gratia interinari, & opponitur à Fisco de obreptione, & subreptione, quomodo tunc in fauorem impetrantis possit gratia iustificari, vide Craue.consi.2.

Gratiæ à Principe concessæ debent per Excel. Senatum approbari, & interinari. Clar. in sua Pract.crimin.§.fin.q.59.vers. & quia. D.Sol.in dictis suis comment. d.glo.2. in proœmio decretorum, vide Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des iustices* Rub.1. gl.13.nu.149.& seqq.

Hæc interinatio debet peti, & fieri intra mensem.idem D.Sol.in dictis suis commenta.fol. 195.De solemnitate ipsius interinationis vide ibid.tit.de indulg.remis.& grat.

Interinatio non potest peti per Procuratorem, nisi reus sit in carceribus constitutus, & supplicans probare tenetur cõtenta in precibus esse vera. idem D.Sol. super decreto abusus, fol.195.eod.tit.

Reus dum gratia interinatur, custodiendus est in carceribus. ibid.nu.fin. sed an interim debeat cum cautione relaxari, vide Cassan.in consuetud. Burg. titu. *Des iustices*, Rub. 1. §. 5. glo.13.num.167.

Litteris gratiæ præsentatis pro interinatione earundem, vocandus est Fiscus Principis, & pars læsa querelans, & interim debet reus detineri.idem D.Sol.ibid.gloss.2.super d.decreto abusus, fol.196.vide Cassan.in loco supra citato, nu.162.& seqq.

Non solùm Fiscus Principis vocandus est, sed etiam Fiscus Domini, cuius reus est subditus.idem D.Sol.ibid.nume.7.

Excellentiss. Senatus precibus verificatis gratiam interinare tenetur. ibid. nume. 15. Tamen si arbitretur ob delicti grauitatem gratiam non fore interinandam, tunc non esset puniẽdus reus, sed restituendus in pristinã libertatem, ne alioqui Principis auctoritate deciperetur, sed quid, si censeretur Senatus ob defectum verificationis contentorum in precibus, vel probaretur gratia obreptitia, tunc quid agendum, vide eundem ibidem fol. 197.

Si pendente causa interinationis, reus moriatur, respectu bonorum si quę erant confiscata, poterit eius hæres causam prosequi.idem D.Sol.ibid.nu.fin.fol.197.

Præses in actu comprobationis gratiæ reũ monet, vt abstineat in posterum à delictis pęnã sanguinis exigentibus, alioqui, quòd gratia facta erit sibi inutilis. idem D. Sol. super decreto, Carolus, d.titu.de indulg.& remissio. & sic interinatio, seu gratia semper intelligitur facta, modò reus in posterum ab aliis delictis abstineat.ibid.nu.fin.glo.1.

Litterę Officialium debent interinari intra annum.Fran.Marc.q.41.

Quando litteræ officij præsentantur Senatui respectu interinationis, an debeant interinari, vel patiantur oppositionem, & quid, si secundò Princeps rescripserit, vide eundem Marc. quæst. 807. & 808. Et an tunc Senatus possit litteras repellere, & ex qua causa, vide Crauet.consi.172.

Gratia, & remissio delicti à Principe facta, an sit ante obtentam ab offenso pacem interinanda, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.21.

De gratia delictorum, & restitutione bonorum.

FActa pace inter Principes, vel Reges, an, & quãdo propter capitula pacis rebelles restituantur ad bona amissa propter rebellionem, vide Menoch.consi.103.vol.1.

Rebellis ad feudum amissum & alienatum restituitur pro bono pacis.Afflic.decis.116.

Rebellium bona aliis cõcessa post pacem sunt reddenda.Boer.decis.38.nu.7. Et vbi sit restitutus ipse rebellis, an censeatur restitutus ad feudum per ipsummet tempore rebellionis alienatum. vide Afflic.ibid.d.decis.116.

De restitutione bonorum etiam per Fiscũ alienatorũ, facta rebellibus pro bono pacis vide per Capic.decis.68.

Si quis ob suum delictum suo loco priuatus fuerit,& postea restituatur, nō recuperat ipsum locum ab altero iam occupatum. Menoch. consf.186.lib.2.& Bar.in l.2.ff.de Decurio.

Facultas indulgendi in dubio in inuestituris,cōcessa non censetur, cùm solis Superioribus Principibus competat. Ozas.decis.29.num.5. vide D.Sol.in antiq.constitutio.Sabaudię,tit. de indulgen.fol.192.

Pęnas criminum capitaliū, seu ipsa crimina capitalia remittere delinquentibus,nisi(de iure communi)supremus Princeps potest, vel eius iura habens, etiam ex aliqua causa. idē Ozas.decis.101.Ideò Principes,Comites,Barones Imperatorem recognoscentes, non possunt regulariter famę restituere.idē Ozas. ibid.vide Barto.in l.45.§.de amplianda.ff.de re iudic.

Quod, indulgentia, seu venia non tollat infamiam resultantem ex delicto, scribit idem Ozas.decis.79.num.50.

Vicarius Imperij non potest remittere delictū capitale,seu indulgere, nisi in priuilegio Vicariatus essent verba hoc importātia, pro vt in priuilegio Serenissimi Ducis Sabaudię habetur. idem Ozas.decis.101.nu.3.

Quando Baro Superiorem recognoscēs, ex priuilegio habet cognitionem primarum, & secundarum causarum cum facultate indulgēdi,etiam pendēte appellatione à prima sentētiā interposita, poterit indulgere,sicut poterat ante ipsam sententiam. Vinc. de Fran. decis.370.part.2.

Princeps existens extra Prouinciam, potest facere gratiam de delicto, cessante partis instantia,non obstante cōstitutione,quòd causæ non extrahātur extra Prouinciā.Lud.à Pegue.in suis quęst.crim.cap.18.

Ex validitate gratiæ ex parte concedentis duo requirūtur,scilicet auctoritas, & causa rationabilis, ex parte verò recipientis alia duo, nempè contrictio,& obseruantia eius, ad qđ fuit concessa: auctoritatē habet Princeps, vel qui iura Principis habet indulgendi ex causa,& non alius; ideò dicitur ex causa, qa nōn omnibus,nec passim concedi debet,sed cognitione habita, an casu; vel data opera, delictum fuerit commissum. D. Sol. in antiq. constitutio.Sabaudiæ.glos.1. super decreto, indulgentiam,tit.de indulg.nu.4.& 5. f.192.

Hæreticus occultus si ita fuerit (etiam ex post facto) declaratus, dicitur incapax ad succedendum: ideò si eo tempore ei, & aliis agnatis in pari gradu fuerit delata hęreditas alij agnati (eo excluso) possunt adire insolidum,nec restitutio postea impetrata ipsis agnatis, qui eam adierant hæreditatem;nocebit. Menoch. consilio 186. libro 2. vide Felin.consil.10.

Bonis alicuius publicatis, & illorum facta venditione cum generali promissione de euictione, si contingat Principis rescripto dominū admitti ad generalem ipsorum bonorum restitutionem, an emptor agere possit de euictione contra venditorem, vide Ozas.decis.48.

De bonis restitutis per Principem delinquenti restituto vide per Afflict. decis.361.

Restitutio etiam quo ad bona, operatur præiudicium illis,quibus bona deferebātur. Aegi. Bellam.concl.751.num.7.

Restitutio non extēditur ad bona alienata,nisi sit plenissima,vel quod expressè ita in ea dicatur.Gram.deci.65.num.18.vide Put.decis. 118.lib.3.Bartol.in l. Gallus. §. & quid si tantum.ff.de lib.& posthu.Sed quid, si Princeps iam donasset bona confiscata, an per restitutionem censeatur reuocasse donationem ipsorum bonorū,vide Boer.decis.65.& Papon. lib.24.tit.17.arrest. 13.

Restitutio,quando fit ex gratia, nunquam trahitur retrò in pręiudiciū iuris quæsiti. Grām. decis.103.num. 119. vide Dec.consil.525.nu. 8.volum.2.Bartol.in l. Gallus.§. & quid si tantum.ff.de lib.& posthu.

Bona si propter delictum veniebant publicanda,non ipso iure,sed per sententiam,& Princeps de facto priuauerit, bona ipsa alienando, si postea restituerit in pristinum statum inquisitum,poterit restitutus agere rei vendicatione contra possessores bonorum, etiā si fuissent alienata cum beneficio legis, bene à Zenone. Gram.decis.105.num.18.

Si Vasallus commiserit delictum cōtra Papam, propter quod fuerint publicata omnia bona & feudum apertum Domino,& postea Papa restituerit ipsum Vasallum,etiam ad bona sua, & obligationes,an hæc restitutio noceat Domino temporali, quo ad feudum, & alia bona iam publicata,vide per Aegid.Bellamer.conclusio.742.& conclusio.743.

Restitutio, quæ fit pro bono pacis, & proximi, extenditur etiam ad alienata in tertium; idē qñ fit per verbū prægnans. Mohed.decis.88.

Princeps potest tertio præiudicare,non solùm in his, quæ sunt iuris, sed etiam in his, quæ sunt facti.ibid.

Reuocatus ab exilio Principis indulgentia, neque ad famam neque ad bona(nisi expressè dictum sit)censetur restitutus.Fran. Marc. q. 358.nume.6.

Quando per restitutionem delinquens etiam restituitur ad bona, an intelligatur restitutus, quo ad fructus ante perceptos, vide

cun-

eundem Marc.quæst.536.Cassan.in consuetu. Burg. titul. *Des Iustices* Rubr. 1. §. 5. gloss. 13. nume. 140. & seqq. Rolan. consi. 45. volum. 4. Partem negatiuam tenet Ant. Trig. sing. 119.

Restitutio facta (etiam ad bona) per Principē, ad bona alienata non trahitur; quia non extenditur in præiuditium tertij: tamen restitutus habet actionem contra Fiscum ad pretium. Marc. d. q. 536. nu. 4. vide Mago. decisio. 26. Rot. Floren. nu fin.

Indulgentia mera criminis, non comprehendit bona: ideò est differentia inter indulgentiam, & restitutionem: quia indulgentia non comprehendit bona; sed restitutio sic. Vinc. de Fran. decis. 213. nu. 39.

Quando gratia habeat vim meræ indulgentiæ, vel restitutionis, vide ibid.

Restitutio recuperat ea, quæ ex delicto immediatè qs amisit, nō id, quod delinquēti abest ex suo proprio contractu. idem de Fran. d. decis. 213. num. 55.

Ille, cui simpliciter Princeps dixit, facio tibi gratiam pro delicto, recuperat bona nō adhuc alienata; sed quid de alienatis, vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quæst. 59. versi. quæro. Tamen indulgentię concessio bonorum restitutionem non operatur, secundum alios, vide D. Sol. in constitut. Sabandiæ, titu. de indulg. fol. 192. vide & fol. 196. Verùm enimuerò nonnulli distingunt, aut dixit Princeps facimus tibi gratiā, & tunc qs nō recuperat bona, vel dixit facimus tibi plenam gratiam, & tunc recuperat, ita scribit Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des Iustices*, Rub. 1. §. 5. glo. 13. nu. 145. & 226.

Restitutus aduersus delictum per gratiam Principis, an, & quando censeatur restitutus ad bona, vide plenè per eundem Cassan. ibid. & Rol. consi. 45. vol. 4.

Restitutio Principis trahitur ad bona immediatè quæsita ex donatione, nullo facto hominis nouo interueniēte; secùs si alienata fuissent per viam contractus. Natt. consil. 471. Abb. consil. 84. part. 1. Fely. consil. 1. nume. 28. & consil. 10.

Bānitus restitutus, intelligitur etiam restitutus ad bona applicata filiis ex forma statuti. Natt. d. consi. 471. nu. 3.

Restitutus quæcunque bona acquirit post restitutionem, etiam ex causa conditionali de præterito, ea sibi acquirit irreuocabiliter. Natt. consi. 471. num. 21.

Delicti confessio resultat ex gratia, siue indulgentia, mediante pecunia à Principe facta. Ozas. decisio. 138.

Gratia per mortem successoris non expirat. Afflic. decis. 101.

An successor prædecessoris priuilegium gratiæ reuocare possit, vide Afflic. ibid. & decis. 392. nume. 26.

Gratia, siue remissio delicti per Principem facta, iuri ex delicto parti offensæ quæsito, nō præiudicat. idem Ozas. d. decisio. 138. nume. 11. vide Gram. vot. 35. nume. 9. Quia delinquentes illi satisfacere tenentur. Fran. Marc. quæst. 18. Proprerea etiam Rex per gratiam suam ius partis lęsæ, nō potest remittere; sed suum tantùm. Ioan. Gal. q. 184.

Si ex forma statuti, homicidæ bona hæredibus occisi pro parte applicari debeant; illud ius succedendi hæredibus occisi tollitur, si homicida gratiam restitutionis obtinuerit. Dec. consil. 525. nume. 7. volum. 2. vide tamen ibidem.

Princeps non remittit pęnam delicti, nisi parte concordata, & factum contrà, non tenet, etiā quòd partis solùm pecuniariter interesset. Gram. vot. 35. nume. 9. vide Perillust. D. P. Tessau. decisio. 21. Verùm Princeps ex causa potest remittere pęnam corporalem, etiam parte non remittente. Vincent. de Fran. decis. 213 num. 38.

Potest Princeps pro bono pacis remittere iniurias, & damna singularū personarum absque eorum consensu: tamen raro Princeps solet concedere gratiam delicti, nisi habita pace à parte lęsa: & nunquam in dubio intelligitur pręiudicatum ipsi parti. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 59.

Item potest ex aliqua iusta causa, puta Publicæ vtilitatis. Cassan. in consuet. Burg. tit. *Des Iustices*, Rub. 1. §. 5. glo. 13. nu. 165.

Princeps etiam sine pace partis lęsæ reo indulgere potest; tamen ipsa indulgentia iura ipsius partis non offendit, D. Sol. in antiq. constitut. Sabaudiæ, super decreto, abusus, tit. de indulg. gloss. 2. num. 12. vide Cassan. in d. glos. 13. nume. 163.

Indulgentia post Indulgentis mortem nō protrahitur, nisi ex causa necessaria sit concessa; quia tunc durat post mortem ipsius concedentis. Afflict. decisio. 128. vide Fran. Marc. quæst. 514. nume. 8. D. Sol. in dictis suis comment. super decreto, indulgentiam, gloss. 1. nume. 12. fol. 192. Cassan. in consuetud. Burg. tito. *Des Iustices*, Rub. 1. gl. 13. num. 180. & Guid. Pap. sing. 943.

Gratia Principis scripturam videtur exigere. Afflict. decisio. 243. Quod intellige, quo ad effectum probationis. idem Afflict. decisio. 253. vide D. Sol. in dictis suis comment. super d. decreto, indulgentiam, tit. de indul. gloss. 1. nu. 9. fol. 192. Cassan. in tit. *Des Iustices*, Rubr. 1. §. 5. glo. 13. num. 180.

Gratia in vno concessa, in alio non præsumitur concedi. Affl. decis. 320. nu. fin.

Supplicatio si exprimat falsum, vel taceat verum differt; nam primo casu vitiatur gratia; secundo non, si taceantur ea, de quibus reperitur iure expressum, quòd Princeps, illis expressis, adhuc gratiam cõcessisset. Capic. decis. 32. nu. 14.

Rescriptum continens aliquid falsum, quod si fuisset expressum, multo fortius Princeps concessisset, non vitiatur. ibidem, dicta decis. 32. numero 16.

Princeps, an, & quando fuisset aliquid concessurus, attenditur communis stylus Cancellariæ. Capic. ibid.

Motus proprius non tollit ea, per quę possit redargui gratia nulla. Aegid. Bellamer. conclusio. 392.

Falsi expressio non dolosa, non vitiat gratiam. idem, conclus. 4. Cassad. decis. 10. tit. de præben. Tamẽ præsumitur dolosa in gratiosis. ib. Cassad. num. 3.

Non omnia falsa expressa reddũt gratiam surreptitiam, sed ea sola, de quibus est verisimile, quòd illis non expressis, Papa non fuisset ita facilis ad concedendum. Aegid. conclus. 115. DD. de Rota, decis. 4. de rescrip. in antiq. & decis. 70. Idem in gratia Principis. Aegid. conclusio. 660. & conclu. 751. nu. 7. Vide Mohed. decis. 8. & 335. Franc. Marc. q. 387. part. 1. & Vera. deci. 310. part. 1.

Falsa narratio reddit gratiam surreptitiam, tamen non est omnino falsum, quod non caret primordio veritatis. idem Aegi. conc. 543.

Clausula motus proprij, tollit vitium surreptionis, & gratia in dubio non est reuocanda. Mohed. decis. 131.

Gratia Principis delinquentibus concessa, delicti qualitates continere debet. Fran. Marc. quæst. 18. & Bar. in l. 2. C. si contra ius, vel vtilita. public.

Surreptione minima ipso iure gratia vitiatur, & facti qualitates sunt exprimendæ: & impetrans tenetur iustificare gratiam, saltem quo ad expressa. idem Marc. quæstio. 543. nu. 14.

Indultus generalis nondum publicatus, sed tantùm coram nonnullis declaratus, cum reseruatione aliquorum, an possit à Principe reuocari, vel reseruatorum numerus augeri, vide Capic. decis. 133.

Gratia facta per Proregem, siue cõcessio ad beneplacitum Regium, & ipsius Proregis, an expiret, finito Proregis officio, vel per mortem Regis, & quid in simili gratia facta per Papã, vide eundem Capic. deci. 136.

Verba gratiæ latissimè interpretanda contrà concedentem. Gramma. decis. 59. nume. 36. DD. de Rota, decis. 53. de præbend. in antiq. num. 13 alias 5. præced. deci.

Principi aliquid facienti ex certa scientia, si quis opposuerit, debet repelli, & nihil opponi potest eo casu, quod annullet gratiam. Gram. decis. 66. num. 41. 42. & 43.

Quando quis impetrat gratiam pro secundo delicto, tacito primo, illa gratia non valet. Marc. q. 503. numer. 15. vide Gramma. vot. 7. num. 10. & seqq. Vincent. de Franc. decis. 330. part. 2. Cassan. in consuetud Burgund. titulo *Des iustices*, Rub. 1. §. 5. glos. 13. num. 166. Ioan. de Arno. singu. 11. Ioann. Ant. Trig. singul. 31. & Bar. in l. 2. C. si contra ius, vel vtilit. publ.

Gratia nõ dicitur surreptitia propter omissionem, vel falsam expressionem, quando constat gratiam facientem, voluisse facere gratiam in potiori casu. DD. de Rota, decis. 1. alias 28. de rescript. in nouis.

Motus proprius præseruat à surreptione, & expressio eorum, quæ tacitè redderet gratiam surreptitiam, non operatur dispensationem. DD. de Rot. d. deci. 33. de præben. in antiq.

Subreptio, vel obreptio opponi non potest cõtra gratiam Papæ, quando in gratia est posita clausula, quòd de surreptione opponi nõ possit. Vera. decis. 218. part. 3.

Surreptio non dicitur, si id taceatur, quod Princeps sciebat: & licèt gratia non possit per testes probari, sed tantùm per litteras, tamẽ qualitas gratiæ (pro ut est contra Principis concedentis scientiam) bene potest per testes probari. Vera. decis. 221. part. 3.

Obreptio, aut subreptio non vitiat gratiam, qñ constat de mente Principis, quòd omninò alias concessisset. Crau. consil. 2. nu. 14. Ideò expressio, quæ verisimiliter nõ inducit ad facilius concedendum, non præsumitur dolosa, nec gratiam reddit surreptitiam. Menoc. consil. 316. lib. 4. num. 4.

Surreptio non committitur, quando non fit mẽtio de inimicitia sublata, nec in rescripto gratiæ fieri debet mentio de eo, quòd non fuit causa homicidij. Craue. d. consi. 2. nu. 17.

Subreptio vitiat ipso iure in beneficialibus, seu rescriptis gratiosis, licèt à parte non opponatur. Crau. consil. 68.

Subreptio committitur, quando confusè, aut in genere, quid dicitur, quia expressio debet esse explicita, & specialis. Crauett. consil. 68. num. 3.

Obreptionis vitium maius est, quàm subreptionis. ibid. num. 5.

An vitium subreptionis, tollatur per clausulã, Non obstante, &c. & plenè de materia, vide d. consil. 68.

Subreptionẽ cõmittens, dicitur similis infirmo, qui

qui vulnus celat, & subreptio arguit dolum. Crauet.ibid.num.10.

In impetratione gratiæ exprimenda sunt ea omnia, quæ Principem ab ipsius gratiæ concessione retrahere potuissent. Clar. in sua Pract.crimin.§.fin.q.59.vers.debes.

In gratia incumbit onus probandi de veritate eorum, quæ dicta sunt in supplicatione. Dec. consi.403.vol.2.

Princeps remittens pœnam corporalem, præsupponit delictum dolosè perpetratum: & gratia pro eodem delicto concessa, & sic geminata, vitio obreptionis, seu subreptionis, nō labefactatur, minimeq; subreptio in vno articulo vitiat capita separata, vel si vnū capitulum gratiæ tendat ad cōmodū vnius, & aliud ad cōmodum alterius. D.Sol.in antiq. constitut.Sabaudię, super decreto, abusus, tit. de Indulg.glo.1.nu.13.fo.195.

Aliquando litteræ non sunt obreptitiæ, sed inciuiles, vel irrationabiles, quia contra ius, æquum, & bonum.ibid.nu.15.

Reus, qui videt gratiam de obreptione impugnari, potest iterato ad Principem recurrere.ibid.glo.2.nu.16.fol.197.

Quando quis ob perpetratum facinus condēnatus fuit, & gratiā, pęnæq; remissionem impetrat, quæ in precibus narrare debeat, vt gratia valeat, vide Menoch.de Arbitra. libr. 2.cas.203.num.30.

Gratia solùm refertur ad ea, quæ de iure communi non competunt. Aegid. Bellam. conclusio.738.num.6.

Quando aliquid additur alicui rei, noua res fieri videtur, quare si per aliquam gratiam acquiratur, augeatur, vel conseruetur ius, debent omnia exprimi, quę in prima gratia fuerunt expressa, & adesse solemnia in prima requisita. Guliel.Cassad.decis.33.tit.1.

Gratia concessa motu proprio, si reperiatur, quòd per eam sit supplicatum, quomodo sit accipienda: & motus proprius, licèt non amplicet, viuificat tamen gratiam. Cassad. decis. 1.tit. de Reseruatio.

Gratiæ plures, & diuersæ (etiam ex interuallo) possunt poni, & fieri in eadem carta. Cassad. ibid.decisio.4.

Per litteras gratiosas, an remittantur pęnę mulctæ, & alia, vide Fran.Marc.q.206.

Gratiam facere, à principio gratia est, sed ipsa facta de Iustitia est, quòd suum sortiatur effectum.DD.de Rot.decis.33. in antiq. nume. 17.de Præbē.aliàs §. præced.deci.

Compositiones non debent cum omnibus indifferenter fieri pro delictis, mutando pœnam corporalem in pecuniariam, sed cum his dumtaxat, de quibus speratur, quòd amplius in eadem crimina non inciderint & cum his, qui semel tantùm delinquerunt rationibus, de quibus per Gram.vot.35.

Tolerantia banniti, an vicem restitutionis obtineat, vide Mago.decisio.26.Rot.Flor.

Gratia in vinculis verificanda, & probanda est. Rot. Auenio. decisio. 47. in decisio. diuerso.

Indulgentia motu proprio concessa, est fauorabilis, & in casibus exceptis, odiosa. Vincē. de Franc.decisio.403.part.2.nu.11.

Gratia delicti concessa per Principem, non potest impediri per Dominum mediatum habentem confiscationes bonorum. Papon.lib. 24. titu.17. arrest. 1. & seqq. Tamen per gratiam in dubio non intelligitur præiudicatū Domino mediato respectu pęnę pecuniariæ incursæ, & ipsi Domino debitæ. Marc. q. 243.part.2. vide D. Sol. in suis comment.super decreto abusus, tit.de Indulg. gloss.2.nu. 8.& 9.fol.196. Cassan.in consuetud.Burg.titu. *Des iustices*, Rubr.1.§.5.glos.13.num. 145.versi. ad casum.

Licèt ex homicidio commisso sine dolo quis non possit condemnari, tamen de tali homicidio debet impetrari gratia à Principe. Papon.lib.24.tit.17.arrest.5.

Si quis sub futuræ gratiæ spe, sponte se constituerit in carcere, & postea gratia aliqua causa non habuerit effectum, quid iuris, vide Papon.ibid.arrest.7.

Gratia, & remissio delicti obtenta propter nouum aduentum, & introitum Principis, debet leuari intra sex menses. idem Papon. libr.24.titu.17.arrest.11. Et talis gratia extenditur solùm ad delicta capitalia vltimi supplitij; & non ad alia crimina. Papon.ibidem arrest.12.

Quando Princeps concedit gratiā contra prohibitionem legis, vel constitutionis, quid iuris, vide Ludouic.à Pegue. in suis quæstio. crimina.cap.39.

Restitutio Principis purgat omnem maculam: ideò bannitus restitutus perdit nomen banni: & similiter Notarius cōdemnatus de falso, & restitutus à Principe, potest instrumenta conficere, imò per restitutionem cōnualescunt instrumenta recepta ante restitutionem.Crauet.consi.168.

Vbi reus exhibet gratiam sibi à Principe concessam, nō est vlterius molestādus; sed quomodo, & quando hoc procedat, vide Clar. in sua Pract.crimin.§.fin.q.59.

Gratia absenti, & ignoranti quæritur, & pro futuris delictis, nulla est. D. Sol. in dictis suis comment.super decreto, Indulgentiam, titu. de Indulg.glo.1.nu.13.fol.193.

Litteræ gratiæ præsentari debent genibus flexis.ibid.num.14.

In causis criminalibus,in quibus est causa pecuniaria, Iudices in condemnationibus, quandam gratiã facere possunt, habemus in hac patria decretum,in costitut.antiq. Sabaudię, in eod.tit.de indulgen. vide eundem D.Sol. in dictis suis comment.fol.194.

Gratiam Princeps concessisse censetur, si preces veritate nitantur, vide eundem, ibid. & multa alia spectantia ad materiam huius tit.

Gratiæ non prosunt relapsis, imò statim, q; illi committunt eadem,vel alia crimina,censentur commodo ipsarum gratiarum omnino priuati,& debent puniri,ac si gratias nunquã obtinuissent. idem D.Sol. super decreto,Carolus, eod. tit.

Gratiam amittit, qui illa abutitur. D. Sol. ibid. numero 6.

Gratias Principis nõ vitiari temporis angustia, scribit Menoch.de Arbitra.lib.2. cas.480.Ratio, quia gratiæ, motu proprio concessæ, fauorabiliores sunt,idem,ibid. num.6.

Quando gratia facta alicui, non seruata forma statuti,valeat,vide Dec.consi.10.

Princeps quando gratiam concedit de plenitudine potestatis,nihil opponi potest,quod annullet gratiam.Dec.consi.403.nu. 9. vol.2.

Gratia concessa,adiectis aliquibus conditionibus,nisi illis purificatis,non valet.Dec.cons. 405. volum.2.

Crimina, quando per Populi statutũ remittuntur in status reuolutione, indulgentia solùm pœnam respicit, & rei prosequutionem non impedit, nisi cõstaret de contraria voluntate statuentium, vel Principis.Dec.consi.520. volum.2.

Restitutus gratia Principis, an recuperet officium,vide Cassan.in consuetud.Burg.tit. *des iustices,* Rub.1.§.5.glo.13.nu.147.

An Princeps possit gratiam reuocare, dantur duæ regulæ per Cassan.ibi.n.187 .Sed an possit eam interpretari, vide ibid.nu.196.

Vasallus,qui commisit delictum, propter quod priuatur feudo, si postea per sententiam fuerit restitutus à Principe, feudum recuperat, Felin.consi.10.

Papa,Princeps, Senatus, & Collegiũ Cardinalium,possunt ad famam restituere. Bart. in l.1.§.de qua re.ff. de postul.

Gratia facta contra præcedentem interlocutoriam Principis, de qua in gratia nulla fit mentio,iudicatur subreptitia, & nulla. Abb. consi.41. part.2.

Aliquo restituto ad grãm iam reuocatã, nõ cõcessa sibi noua,sed illa prima confirmata,talis restitutio non nocet gratiis medio tempore concessis. Fel.consi.1.num.27.

De interinatione gratiæ vide supra in titulo prox.

De interesse, quod debetur parti læsę ratione delicti vide infra.tit.prox.

De interesse, quod debetur parti offensæ ratione delicti.

GRatia, siue remissio delicti per Principem facta,iuri ex delicto parti offensæ quæsito non pńdicat. Ozas. decis.138.nu.11.Gram.vot.35. Vincen.de Franc.decis.273.num.46. & 47. And.Gail.obser. 114. libr.1.vide Crauet. consi.119. Iosn.Gal.q.184. Menoch.de Arbitra.q.96.& Boer.deci.65.Quid in gratia facta per Papam,vide Aegid.Magist.trac. Appell. cap.8.in decis. diuerso.

Dicta conclusio procedit in dubio; secùs si expressè remisisset Princeps interesse ipsi parti lęsę debitum.Clar.in sua Pract.crimin.§.fin.q. 59.Dec.consi.520. & 525.

Quando defunctus occisus reliquit vxorem,filios, patrem, & matrem & sic de cęteris, qs horum præferatur ad agendum, respectu iniuriæ,& interesse,vel omnes debeant admitti,vide Boer.decis.120.

Quibus personis debeatur tale interesse,& quę poterunt pro ipso agere, vide Ioseph.Ludo. decis.Luc.62.num.33.Papon.lib.24.titul.2.arrest. 5.& seqq.

Accusare aliquo volente necem defuncti, an sint citandi proximiores, ad quos poterat spectare,vide Boer.d.decis. 120. num. 8. Sed quid,quando pater, Abbas, & Monasterium simul concurrunt in accusatione mortui Monachi occisi, & quid contrà, si Pater Monachi occisus fuerit,quis pręferatur,vel omnes sint admittendi,vide eundem,decis.121.

Fœminis an competat ius vindicandi necem defuncti,vide Boer.d.decis.121.

Naturalis filius vendicãdo mortem patris, excludit agnatos.Boer.ibi.num. 4.

Filius aliquid capiens pro pace mortis patris, an videatur se gerere pro hærede,vide ibid. num.5.& Clar.in sua Pract.crimin. §. fin. q.58. vers.sed hic incidenter.

Agere quis non potest ad æstimationem membrorũ, & vitæ,cùm liber homo nullam patiatr ęstimationẽ,bene potest agi,vt fiant Orationes pro anima sua.Ioseph. Ludo. decis. Luc. 62.num.23.& seqq.

Item potest agi ad expensas factas in curatione,& medicinis,sed an Confessores debeant absoluere homicidas his non satisfactis, vide

de ibid.d.decis.62.nu.26.& de materia, vide etiam Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.122. Debet etiam haberi ratio temporis, quo viuere poterat mortuus. ibid. Ioseph. d.decis.62. nu.29. Et plenè quomodo sit considerandum interesse debitum parti lęsæ, vide Crau.cōsi. 119.& Rol.consi.39.vol.2.

Iudices non solùm debent cōdemnare homicidam ad pęnā capitis, sed etiam ad persoluēdū omnia damna, & pro ipsis damnis iurari poterit in litem. idem Ludo.deci.62. Luc.nu. 30. Sed condemnatus pęna capitali de crimine probato per modum inquisitionis, an etiā possit condemnari ad honorem, & damna, parti resarcienda absque requisitione ipsius partis, vide Capel.Thol.q.22. Hiero.Magon. decis.Luc.91. Crauet.consi.14.nu.6.Rol.cons. 30.vol.2.D.Sol.in antiq.constitut. Sabaudiæ, tit.vt nemo inuitus, gloss.super decreto, cùm nullus.fol.171.

Hæres filius Doctoris occisi potest agere pro damnis, & interesse cōtra interfectores pro tempore quo verisimiliter occisus viuere potuisset; secùs in hęrede extraneo. Put. decis. 280.libr.3.

Doctoris occisi filio debentur ab interfectore alimenta, licèt artificium habeat. Put. ibid. nume.6 Et Doctoris occisi operæ, quomodo sint taxandæ, vide ibid.nu.fin.

Damnum operarum amissarum ob hominem occisum petere non possunt, nisi hi, quibus ex talibus operis acquirebatur, aut hi, qui ex illis ali debebant. Crauet.consi.119. nume.6. Sed quomodo liquidari debeat tale interesse, vide Hippol.sing.575. Et quid illius ratione debeatur, D.Sol.in antiq. constitut.Sabaudiæ, gl.2.super decreto, abusus.tit.de indulg. fol.197.nu.17.Natt.cōsi.603.& Boe.deci.324.

Non obstante gratia ante interinationem ipsius, debet satisfieri interesse parti lęsæ, seu hæredibus defuncti: quia in dubio Princeps non censetur remittere interesse partis, in quo interesse veniunt expensæ Medicorū, & operæ, quib. qs caruit, & futurū est, vt careat. Marc.q.225.part.2. vide q 931.ibi. Et licèt nō habeatur ratio deformitatis corporis, cùm liber homo non recipiat æstimationem, tamen per modum interesse habetur consideratio, etiam quo ad personā: & quamuis fuerit concordatum cùm vxore defuncti, nihilominus sorores vtrinque coniunctæ possunt agere, vide Marc. ibid. Et habetur ratio interesse iuxta modum temporis, aut annorū, quibus verisimiliter quis potuisset viuere, Marc.d.q.225.

Quando homo iuuenis esset occisus, eius parētes, & liberi, seu hæredes possunt petere operas, quas potuisset exercere occisus tempore suæ vitæ. Marc.d.q.931.part.2.

Iudex quando nulliter procedat sententiando eodē die in causa criminali, & super interesse, vide Vera. decisio.116.part.2.& decisio. 146.part. 3.

Filiusfa.vel filiafa. admittitur ad vindicandam necem fratris, patre cōtradicente, vel negligente, vide Vincen.de Fran.decis.100.

Prohibitio morientis, per quam prohibiti sunt hæredes querelare contra inquisitū, facit vt sit imposita necessitas hæredibus, quò d contrauenire non possint dispositioni decedentis. Gram. vot.24.nu.15.

Iure communi Imperator potest quem absoluere à banno sine consensu eius, qui bannū obtinuit. Mysing.obser.11.cent.5.

Quod aufertur propter offensam factam certæ personæ, eidē parti offensæ applicatur. Gasp. Cabal.milleloq.412.

In interinatione gratiæ, pars lęsa debet citari, Princeps tamen sine pace partis lęsæ, reo indulgere pōt. quę indulgentia iura ipsius partis non offendit. D.Sol.in antiq.constitut. Sabaudiæ, glo.2.super decreto, abusus, num.12. fol.196.tit.de indulg.

Princeps in dubio iuri tertij derogare non præsumitur: ideò litteræ gratiæ non valent in præiudicium Domini mediati, nisi pęnæ pecuniariæ incursæ, vel ipsi Domino incorporatæ, fiat expressa mentio. Marc.q.243.par.2.

Quando condemnatus ad interesse debitū parti lęsæ non est soluendo, & offert se paratum luere in corpore, debet audiri, aut creditor nolens hoc admittere, tenetur expectare, q. peruenerit ad meliorem fortunam, consentiendo ipsum relaxari à carceribus. vide Vincen.de Fran.decis.358.part.2. Tamen condēnatus ad tale interesse, non admittitur ad cessionem bonorum; sed non habens in ęre, debet luere in corpore, parte lęsa consentiente. Ludouic. à Pegue. in suis quæstio.crimin.cap.6.

Pars lęsa recipitur ad petendum suum interesse, post processum completum. Papon.lib.24. titu.1.arrest.1.

An pars lęsa teneatur accusare in Regno Franciæ, vide Papon. ibid. arrest.3. vbi tenet negatiuam.

Licèt ex delicto defuncti hæres non teneatur regulariter, tamen de æquitate Canonica, semper tenetur ad interesse parti lęsæ debitum. idem Papon.lib.24.tit.11.arrest.3.

Quando eadem sententia delinquens fuit condemnatus erga Fiscum, & partem lęsam, in exequutione ipsa pars priuata præfertur Fisco. idem, lib.24.tit.16.arrest.1.

Iudex

Iudex non debet nocentem relaxare, nisi prius satisfaciat parti priuatæ. Crauet. consi.14. & D.Sol.in antiq.constitut.Sabaudiæ, super decreto, abusus, gl.2.nu.15. fol.197.tit.de Indul.

Tertius, de cuius interesse agitur, potest interuenire in causa criminali pro suis iuribus. Crauet.consi.58.

Vulnus imputatur deferenti gladium, si eū non deposuit, videns alium ad se venientem causa ludi: ideò talis deferens gladium tunc tenetur ad omne interesse passum per vulnēratum gladio ipso, licèt ipse vulneratus incęperit luctari. Craue.consi.97.

Quando homicidium fuit commissum ad defensionem, nullum debetur interesse parti lęsæ. Craue.consi.119.nu.11.

Permittitur coniuncto exequi iniuriam, & vlcisci mortem defuncti propinqui, & etiam fęminis, quod intellige de vindicta iudiciali. Cra.consi.220.vide tamen Dec.cōs.531.nu.6.

Minor 25.ann. restituitur in integrum aduersus concordiam omissam, & sibi per partē oblatam. Fran.Cremen.sing.29.

Pax ab vno ex hæredibus nomine aliorum facta, censetur ab omnibus facta, & prodest liberationi, & impetrationi gratiæ, alijs ante, vel post scientibus, neque contradicentibus. August.Bero.q.74.& 75.

Licèt ad patrē pacem facere principaliter spectet, tamē, quia filij fratris sunt heredes, possunt eam facere, ipso patre existente furioso. idem Bero.q.75.

De pace, quæ solet haberi ab offenso, vel eius hæredibus, & à quibus haberi debeat, vide per Clar.in sua Pract.crim.q.58.

Pax facta pro iniuria, non tollit interesse respectu damnorum, & expensarum. idem, quæst. 58.versic.quæro.

Homicidio cōmisso, oritur criminalis actio ad pęnam, ac etiam actio in factum ad interesse. Maran.in suo Spec.par.4.titu. An sit iudic. crimin.vel ciuil.distin.1.nu.7.

Fideiussor de iudicato soluendo in causa criminali principaliter intentata, liberatur per peremptionem instantiæ, nec tunc poterit conueniri pro interesse partis lęsæ. Natt.cōs. 202. Tom. 2.

Compositio in iuribus Fiscalibus facta, ius partis non lędit, nec contrà: & in compositione inter Fiscum, & reum facta, semper subintelligitur clausula, Saluo iure partis, nisi ius tertij à iure Fisci deriuet. D.Sol.in antiq.constitutio.Sabaudiæ, tit.de Accusatio.glos.1.super 2.part.decret.ne maleficia fol.164. Bart.in l. 2.C.de in ius vocando, nu.3.& Marc.q.18.

Quādo, & quomodo, & cuius fauore fiat prouisio vulnerato pro medicamentis, & alimentis. vide Rebuff.in constitu.Reg.tit.de Sentē. prouisio.art.1.glo.4.Tom.1.

Quando sunt plures delinquentes, quilibet tenetur in solidum. Rebuff.ibid.nu.10.

Quotiescunque sumus in delicto publico, ex quo non potest quis puniri, vel accusari, tūc datur actio ciuilis in factum parti offensę, ad interesse. Math.Math.sing.225.

Vulneratus pace cum vulnerante de vulnere inita, morte deinde ex vulnere sequuta, de morte etiam pax inita esse censetur. Hippol. singul. 46.

Si in rixa inter plures facta, aliquis occidatur, vel vulneretur, & non constet præcisè quis fecerit, tunc omnes tenentur, quando agitur ciuiliter ad interesse. Hartma. cap.18. tit. de Accusatio.lib.2.

Notarius faciens instrumētum falsum, & de falso condemnatus, tenetur parti lęsæ ad interesse. Natt.consi.545.

Interesse probatur per actoris iuramentum, & ei statur, quando concurrunt duo, nempe dolus rei, & difficultas probationum. Natt.ibid.

Quando quis possit petere securitatē ab inimico, & quid, quando fuit præstita fideiussio de se inuicem non offendendo.

Hauere qui compellitur de non offendendo, si iuret fideiussorem inuenire non posse, tunc standum est eius iuratoriæ cautioni. Natt. consilio 616.

Si aliquis timet offendi, potest à Iudice petere securitatem, quam quis debet præstare cum fideiussoribus, si non possidet immobilia, & debet promittere pro se, familiaribus, & complicibus suis. Pet.de Raue.sing.478. vide Ioan. de Arnono, sing.30. Barto. in l.1.C.in quib.caus.col.lib.11.Guid.Pap.q.418.& Fran. Marc. q. 125. part.1. & q.586. part.2. De hac cautione de non offendendo vide per Clar. in sua Pract.§.fin.quęst.47.& eundem Bart.in l. 3. C. de his, qui ad Eccles. confu. Capel. Thol.quęst.490.

Si detur securitas pro eundo, censetur etiam data pro redeundo. Guid.d.q.418.

Iudex potest cogere ex officio partes ad promissionem de se non offendendo, sed quænam sit illa promissio, vide Petr. Beninten. decis.65.nume.15.& 18. Et ad faciendum pacem. l. æquissimum 17. de vsufruct. in princ. & ibid.gloss.

In pro-

In promissione de non offendendo in personam, non comprehenditur securitas rerum. Beninten.d.decis.65.nu.29.

Qui dubitat offendi ab inimico, potest petere signum à Iudice, & custodem, sed illum debet habere sumptibus suis. Bartol.in l.8.ff.de rer. diuisio.

Pater an possit cogi ad cauendũ, quòd ipsius filius naturalis, vel ipse non offendet aliquẽ, vide Hiero.de Mont.in suis quęstio.q.8.

Mandata de non offendendo ad pacem publicam conseruandam spectant, ideò in Camera Imperiali ad petitionem eius, qui timet offensionem, decernuntur talia mandata de non offendendo sub pęna. Andr.Gail.obser. 4. lib.1. Sed quando, & quibus causis similia mandata decernantur, vide ibid.

An Dominus subiecto suo teneatur dare assecurationem, vide Ioan.Gal.q.121.

Iudex etiam ex officio, potest condemnare ad pręstãdam cautionem, de non offendendo; sed quando, vide Vincen. de Fran. decisio. 359. part.2. Clar.in sua Pract.§. fin. quæst.47. & Maran. in suo Spec.par.6.de satisda.nu.13.

Fideiussio tunc est reciprocè præstanda, quando non est vanus timor.ibid.Maran.num.fin. Nam cautio fideiussoria de nõ offendendo, non est præstanda, nisi subsit legitima causa. Ioan.de Arnono, sing.53. Tamen cautio pro minis illatis, vt præstetur, statur arbitrio Iudicis, secundum distinctionem Bar.in l.4.ff.si cui plusquam per leg.Falc.leg.fue. vide eundem Bar.in l.13.§.si quis quia.ff.de dam.infe.

Fideiussio præstita de non offendendo cassatur, si non præstatur reciproca, etiam à patre naturali. Vincen.de Fran.decis.418.part.2.

Quando ex insulto, & sola inuasione proxima maleficio, cẽseatur pax, vel tregua rupta, vt quis incidat in pęnam impositam in pace facta, vide Ludouic. à Pegue. in suis quæstio. crimin.cap.21.

Cautionem, quam inimicus pręstat inimico, Iudicis arbitrio præstari, scribit Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.140. De materia huius cautionis vide etiam per eundẽ Meno. ibi.cas.335.

Pax si sit facta inter duos, & pęna adinuicem promissa, si alter alterum offendat, offensus contraheniendo, pęnam non incurrit. Dec. consi. 380. vide Bartol. in l. 1. ff. si quadrup. paupe.feci.dica.

Pęna constituta offendenti quem personaliter, sibi locum non vendicat in solo insulto; Dec.consi.40.

Quando agitur ad pęnam treguæ ruptæ, liquida debet esse probatio, vt pęna committatur. Dec.consi.531.

Pax facta, nemine acceptante nomine eorum, quorum interest, non valet. Menoch.consil. 239. libr. 3.

Pacem cum alio iniens, & ꝓmittens sub pęna, se illum non offensurum, si ipse nõ offendat, sed ipsius cõsanguineus, perinde in pęnã incidit, ac si ipse eũ offendisset. Hippo.sing.331.

Præstita fideiussione de se inuicem non offendẽdo sub pęna, quid tunc, si prouocatus excesserit modum legitimæ defensionis, vide per Afflic.decisio.206.& Bar.in l.eadem.4.§. Cato, nu.30.ff.de verb.obli.

Quando quis contra securitatem videatur facere, vide Guid.Pap.q.418.nu.7.

Tregua an censeatur rupta ex noua causa superueniẽte, adeò quòd quis non dicatur venisse contra securitatem pręstitam, vide Pet. Beninten.decisio.65.

An pace facta posit allegari noua cã, vide Hiero.de Mõt.in suis quęst.q.7.& 27. Quod possit allegari, scribit Hiero. Mago.decis.100.Luc. Sed quę, & qualis debeat esse causa, vide ibi. Mago.& Bar.in l.quæro 56.§. inter ff.de loca.

Offendens ex noua causa, non dicitur rumpere pacem, etiã si talis noua causa superueniens, nõ esset iusta causa offendẽdi. Hip.sing.503.

Pax, tregua, & simplex promissio de non offendendo, an inter se differant, vide Pet.Beninten.decisio.65.

Pace inita inter patres promittentes pro filiis, datis fideiussoribus de non offendendo, sub pęna, si alter ex filiis ante ratificationem pacis, offenderit suum inimicum, non erit locus pęnæ exactioni. Hiero. de Mont.q.25.vide ibid.q.27. Quid, si fuerit promissa pęna, & interim donec pax ratificaretur, pars nõ offenderetur, & fuerit offensa, vide Hiero.Mago.decis.100.Luc.nu.23.

Pax si inter aliquos de homicidio, vel vulneribus inita sit, sub certa pęna vicissim promittentes de se amplius non offendendo, vnusquę nihilominus alium offendat, tunc offendens in pœnam incidit, impuneque offendi potest, sed an liceat prius offenso vltra id, quòd possit offendere, pęnam petere, vide Hippol.sing.337.

Si pacem cum Titio iniero, & sociis eiusdem, & adhærentibus, an si vnus sociorum offendatur antequam pacem habuerit ratam, pax rupta censeatur, vide ibid.Hippol.

Veniens contra promissionem pęnalem de nõ offendẽdo, etiam extra territorium Iudicis, coram quo fuit facta promissio, incidit in pęnam. Hippol.sing.53.

Promissio de non offendendo facta sub maiori pęna, quàm sit lege comprehensa, valet, & facta simpliciter nõ adiecta pęna, quid operetur, vide Barto.in l.non si ff.de pact.

De

De Principis potestate.

Licèt regulariter de potestate Principis disputare nón liceat, tamen de voluntate, & scientia Principis non est prohibitum disputare. Et nunquam præsumitur Principi aliquid placere, nisi quod iustum, & verum est: vult enim omnes suos actus regulari à Iustitia Poli, & fori. Andr. Gail. obser. 14. lib. 1. nu. 6. vide eundem, obser. 58. lib. 2. nu. 10. De potestate Principis vide per Crauet. consi. 135. nu. 44. & Rol. consi. 13. vol. 3.

Qui disputat de potestate Principis, facit se superioré, vel parem Principi, & ponit sedem suam in aquilone, quod minimè decet. Crauet. consi. 266. Sed de intelligentia huius dicti, vide eundem Crauet. consil. 296. colu. 6. vers. venio, &c.

Princeps in pluribus causis potestatem habet in Ecclesiasticas personas, maximè vbi alius Superior est absens, vbiuè periculum est in mora. Ozas. decisio. 30. nume. 14. Sed an inhibere possit Episcopis, & eorum Vicariis, ne aliquem excommunicent, nisi prius causa excõmunicationis monstretur, & probetur, vide ibid. num. 15.

Princeps dum tollit ius subditi, præsumitur iusta causa illud fecisse, hoc maximè si possit aliqua causa imaginari; secùs si nulla. Gram. decisio. 46. nume. 9. vide Boer. decis. 42. num. 78. Aegid. Bellam. conclusio. 512. nume. 6. & decisio. 723.

Princeps ex causa potest aliquem priuare re sua. Bart in l. 15. §. si qs. ff. de rei vendi. & Abb. consi. 61. part. 1.

Princeps potestatem habet concedendi exemptiones à quibuscunque muneribus, idem Ozas. decis. 39. nu. 18.

Princeps habens iura Imperialia in suo territorio, ea facere potest, quæ Imperator in suo. idem, decis. 88. nu. 17.

Serenissimus Dux noster Sabaudiæ in suo dominio, & territorio, ea potest, quæ Imperator, & quilibet Princeps in suo. idem Ozas. deci. 155. vide Perillust. D. P. Tess. in proœmio suarum decisionum, nu. 14.

Quòd Duces Sabaudiæ, & Pedemont. Mantuæ, & Ferrariæ habuerint, & habeant plenitudinem potestatis in ipsorũ dominio, & id possint, qđ Imperator in suo, scribit Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 28. nume. 6. vide Guid. Pap. sing. 841.

Princeps potest rescripto, vel contractu statuere, vt omnia bona sita in agro alicuius Ciuitatis, sint subiecta oneribus, & contribuere teneantur perpetuò, ita, ut omnes ad huiusmodi onera ratione bonorum, teneantur. Ozas. decisio. 90.

Princeps Superiorem non recognoscẽs, potest etiam pedagia, gabellas, & tributa imponere. Fran. Marc. q. 39. part. 2.

Princeps, qui habet dominium, & iurisdictionẽ in terra, illud etiã habet in Mari terræ adiacenti, & protenditur eius iurisdictio vsque ad centum milliaria in ipso Mari: ideò Princeps noster imponere potest gabellas in Mari, & eas exigere à vehentibus merces per Mare suæ terræ adiacens, saltem intra centesimum milliare. Ozas. decis. 155.

Princeps ex causa remunerationis, potest tollere dominium rei alterius, & mihi dare. vide Gram. decis. 66.

Princeps quæ iuris Ciuilis sunt, facile tollit: ideó legitimatum, potest illegitimum facere, & reducere: quia legitimatio est de iure Ciuili. Afflic. decis. 128 nu. 11. & seqq.

Princeps pro bono publico dominium rerum priuatarum auferre potest: imò pro bono pacis iniurias potest remittere, & damna data subditis. Afflic. decis. 36. nume. 4. Capic. decis. 69. nume. 23. & decisio. 166. Crauet. consil. 264 nume. fin.

Princeps supremus an possit dispensare, vt impubes contra legum sanctionem testari possit, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 87.

Princeps de potestate ordinaria, nõ potest tollere ius dominij sine causa, sicut ius possessionis. Capic. deci. 69. num. 13. vide eundem, decisio. 166. nume. 6. & 13. Andr. Gail. obser. 56. libr. 2. Crauet. consi. 308. & Menoch. consil. 307. libr. 4.

Quæ sit potestas Principis in tollendo iure tertij, vide Mysing. obser. 79. cent. 5. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 48. Crauc. consi. 135. num. 30. & consi. 241. Bar. in prima constit. proœmi. ffoꝝ. & Abb. consi. 61. part. 1.

Princeps potest tertio præiudicare, non solùm in his, quæ sunt iuris, sed etiã in his, quæ sunt facti, Mohed. decis. 88. vide tamen ibid. decis. 97. Quod intellige in iure, quod consistit in spe; sed quid in iure, quod consistit in re ipsa, vide DD. in l. f. C. si contra ius.

Princeps ea, quæ sunt iurisdictionis ad sui libitum reuocat, & tollit. Gram. decis. 46. & vot. 28. Fallit, quando concessit iurisdictionem in præmium bonæ seruitutis. Gram. ibid.

Princeps potest suprimere iurisdictionem, nedum singularium personarum, sed etiam Ciuitatum. Gram. d. decis. 46.

Plenitudo potestatis, est arbitrij plenitudo, nulli necessitati subiecta, nullisq; iuris regulis limitata est. Capic. decis. 166. num. 11. Et in illa

non

non debet exquiri cauſa,& ratio,cur ita fiat. Thom. Minad.deciſ.42. & Dec.conſi.403.nu. 9.Sed quando Princeps debeat vti hac pote ſtatis plenitudine , vide Perilluſt. D.P.Teſſa. deciſio.91.

Principis poteſtas ſumma eſt; ſed quando prę-ſumatur abſoluta poteſtate vti voluiſſe,vide Andr.Gail.obſer.56.nu.15.

Appellatiohem deſertam,poteſt Princeps admittere ex aliqua veriſimili præſumptione; Senatus non,niſi per viam reſtitutionis in integrum , probatis legitimis impedimentis. Guid.Pap.q.185.

Taleam an poſsit Princeps imponere pro filia dotanda,vel Religionem ingrediente , vide Boer. deciſ.126. Pro affirmatiua, ſcribit Myſing.obſer.21. cent.5. vide Guid.Pap.ſing.13. Sed quid pro filia naturali,vide eundē Boer. deciſio. 127.

Taleam pro ſua redemptione an imponat Princeps,etiam ſuper Eccleſiis, vide Boer. d.deciſio. 126. Et quid pro redemptione filij.ibi. num.13. Et quando ex aliis cauſis poſsit colle&are ſubditos,vide Guid.Pap.ſing.13.

Pęnæ omnes ſunt Principi arbitrariæ. Boer.deciſ.254.nume.22.

Superior poteſt imponere pretium rebus neceſſariis pro victu. Capel. Thol. quæſt. 447. in additio. Fran.Marc. quæſt. 154. Sed an talis cōſtitutio liget etiam Clericos,vide Vincent.de Franc.deciſio.9.

Princeps non recognoſcēs Superiorem , poteſt tollere ius ratione ſententiæ parti quæſitū : ſecùs in dominio quæſito de iure gentium. Mohed.deciſ.43.Sed an Princeps poſsit mādare,& reſcribere quem audiendum poſt rē iudicatam , vide Crauet. conſil. 103. & 172. Dec.conſil.198.

Solus Princeps poteſt vti clauſula derogatoria legibus,vel etiam Vicarius perpetuus Imperatoris.vide de materia per Fran.Mar.q.617. & Iaff.Lanſ.Balb.deciſ.381.

Iuſsioni Principis (maximè ſecūdę) pręcisè ſtādum eſt : nam ſecunda iuſsio Principis , importat clauſulam motus proprij, etiam ſi nō exprimatur , & pariter operatur clauſulam, Ex certa ſcientia.idem Marc. q.806.nume.6. Ideò Principi reſcribenti parendum,nec opponi poteſt.cur ita faciat, & ille iuri poſitiuo derogare poteſt, ibidem, nume .4. & 5. vide Gram. vot.32.

Princeps poteſt ordinem iudiciarium tollere. Vera.deciſ.250.nume.5.part.3.vide Perilluſt. D.P.Teſſa.deciſ.15.Ideo mandare poteſt , vt omiſſo poſſeſſorio , cognoſcatur de petitorio.Gaſp.Cabal.millelo.928. Quid in ſpolio, vide eundem D.P.Teſſa.d.deciſ.15.

Princeps licèt conceſſerit iuriſdictionem Vaſallo cum priuilegio , quòd etiam ex cauſa denegatæ.vel retardatæ Iuſtitiæ , non poſsit cauſas ad ſuos Officiales euocare;tamen,nō obſtantibus ſimilibus clauſulis , poterit hoc facere.Gram.vot.28.

Princeps poteſt prohibere iuramentum ſuper contractibus præſtandum . Iaff. Lanſ. Balb. deciſio. 321.

Poteſt Princeps contra ius diſponere, adiecta clauſula,Non obſtante, &c.ſed in dubio non præſumitur hoc velle: imò ſi aliquid conceſſerit , per importunitatē partis videt illud conceſsiſſe. Andr. Gail. obſer.14. libr.1. vide Barto.in l.1.C.de petitio. bono. ſubla. lib.10. nume.3.& 9.

Principi hominem (cauſa etiam non cognita) ſuſpendere iubenti obſequendum eſt : quia Princeps eſt lex quædam in terris viuens: limita,quando executor ſciret talem hominē eſſe innocentem. Pet.Roy.deci.Litua.3.num. 236.in deciſio.diuerſo.

Princeps poteſt de peſte epidemiæ infectos, ſeu ſuſpectos (ipſis nō auditis) de ſuis domibus eijcere,& bona eorum mobilia ſuſpecta comburi mandare.Ludo.à Pegue.in ſuis quæſtio.crimina.cap.8.

Imperator poteſt de plenitudine poteſtatis auferre dominium, nulla etiam cauſa ſubſiſtente.Dec.conſ.269.num.7.

Rex non habet minorem auctoritatem in Regno ſuo,quàm Imperator. Dec.cōſ.271.nu.7.

Princeps poteſt ſubdito,vel vaſallo præcipere, vt coram ſe perſonaliter compareat,ſub pęna bonorum cōfiſcationis, & priuationis ſeudorum,& valet præceptum; ſecùs in inferiore.Natt.conſ.556.Tamen,vt pęnam comminatam infligat,cauſa vera apud eum ſubeſſe debet.idem Natt.conſi.592.

Princeps ex ſola ſuſpitione ſubditos relegare poteſt , nulla habita iudiciali cognitione . Natt.conſi.625.

Princeps non recognoſcens Superiorem in tēporalibus , poteſt exercere ea , quæ ſunt reſeruata Imperatori in ſignum ſpecialis priuilegij.Anto.Corſet.in ſuis ſingularibus , literà P.ſing.Princeps 4.

Princeps ſolus conſtituit legem vniuerſalem; Populus particularem.Barto.in l.omnes Populi.ff.de Iuſtit.& iur.

Tantum valet certa ſcientia Principis , quantū ſuper illo actu,diſpenſatio eius. Bart.in l.13. §.ſunt.ff.de excuſat.tuto.

Ex cauſa Princeps poteſt concedere facultatē alienādi res , à teſtatore prohibitas alienari. vide DD.in l.filiusfa.§.Diui, de lega.1.

Imperator non habet iuriſdictionem in territorio

torio Ducis, quem inuestiuit de mero, mixto Imperio, omnimoda iurisdictione, & regalibus quibuscunque. Ozas. decis. 79. nu. 24.

Facultas indulgendi, & remittendi pęnam corporalē in inuestituris, in dubio nō censetur concessa, cùm solis superioribus Principibus cōpetat. Ozas. deci. 29. & dec. 101. Marc. q. 18. & 358. Boer. decis. 65. D. Sol. in antiq. constitu. Sabaudiæ, glo. super 3. part. decreti, ne malitia, tit. de accusatio. Secùs in pęna pecuniaria, quam remittere potest Vasallus post sententiam. idem D. Sol. ibid. fol. 106. Barto. in l. acta 45. §. de amplianda. ff. de re iudic.

Regalibus in genere concessis, non veniunt reseruata Principi in signū superioritatis. Ozas. decisio. 29. vide eundem, decisio. 101. nume. 12. Minus venit remissio pęnæ corporalis. Marc. quæst. 358.

Reges omnes in Regnis suis ponunt, & deponunt Duces, & Comites, quos volunt. Gram. decis. 45. num. 63.

Difficilia, imò impossibilia reputantur, quæ in sola Principis voluntate sunt, & de facili cōcedi non solent. Ozas. decisio. 26. num. 7. vide Afflic. decis. 116. num. 4.

Imperator Vicarius Dei dicitur in temporalibus. idem Ozas. decis. 30.

Christus Magistratibus, & Principibus temporalibus non iniusta præcipientibus, obedire voluit. ibid. nu. 12.

Princeps est super omnem dignitatis gradum, & dicitur culmen dignitatis. Ideò in dignitatibus potest posteriorem præferre priori. Fran. Marc. q. 806.

Qualiter Princeps teneatur seruare fidem, & quare vide Ludouic. à Peque. in suis quæstio. crimin. cap. 39.

Reges, & Principes Iustitia; & legibus viuere debēt propter multa bona, quæ ex hoc proueniunt: Nam primus Franciæ Rex Christianus perquisiuit à Sancto Remigio, quandiu Regnū Franciæ esset duraturū, ille respōdit, duraturū tādiu, quandiu vigeret in ipso Regno Iustitia, ita refert Papo. li. 4. tit. 1. arrest. 1.

Principis actus debent esse ab omni malicia, & diminutione alieni. Crauet. consi. 135. nu. 44.

Princeps vbicunque facit aliquem actum, & ad ipsius effectualem suppletionem remouet impedimenta, quæ complectioni actus obstarent, vniuersaliter loquendo, tam præsentia, quàm futura impedimenta remouisse videtur. DD. de Rot. decisio. 32. tit. de præben. in antiq. num. 16.

Variatio in Principe (cuius actus debent esse stabiles) damnatur. ibid. nu. 18.

In Principe statuente contra ius naturale, vel gentium in dubio non præsumitur iusta causa. Mysing. obser. 8. cent. 4. Andr. Gail. obser. 58. lib. 2. Cæterum si Princeps contra ius positiuum aliquid statuat, vel rescribat, semper præsumitur iusta causa moueri, quando motu proprio aliquid facit; secùs si postulatione alterius. ibid. d. obser. 8. vide eundem Gail. obser. 58. lib. 2. Guid. Pap. sing. 605. Hippol. sing. 6. Afflic. decis. 4. nume. 2. Gram. deci. 65. nume. 30. & 31.

Causa præsumitur in Principe, licèt non appareat. Capic. decis. 166. Et voluntas Principis ponitur pro causa. Afflic. d. decis. 4. nu. 2.

Oraculum cęleste Principis rescriptum nuncupatur, quoniam vt Cęlestis in Cęlis Deus, ita Cęlestis Princeps in terris est. Crauet. pro genero consi. 1. nume. 269.

Factum Principis ex certa scientia in dubio reuocari nō potest, & clausula; Supplentes omnes defectus, oēs iuris ciuilis defectus, purgātur. Dec. consi. 516. nu. 8. 13.

Leges Principum Naturali non præualent iuri. cap. 2. distinct. 9. Quia & ipsi legibus viuere debent. ibid. cap. 3.

Princeps prius cogitare debet vtilitatem publicam, quàm priuatam; quia publica præfertur priuatę. Et Princeps reparat, vbi lex negligit. Bart. in §. 1. Authen. de hæred. & Falc.

Principibus conuenit illud verbum, semel locutus est Deus, & quod scripsi, scripsi, & Princeps debet habere vnum calamum, vnam linguam, & nō plures; quia scriptum est, quæ procedunt de ore meo nōn faciā irrita. Dec. consi. 287. vide Rol. consi. 13. vol. 3.

Princeps legibus solutus, legibus tamen viuere debet. Marc. de Mant. sing. 21. l. digna vox. C. de legib.

Omnia Principis esse intelliguntur siue fiscalia, siue patrimonialia sint. glos. in verbo, ad nōstram. c. 2. de pac. constan. in vsib. feud.

Non debet quis audiri contra illud, quod facit Princeps ex certa scientia, imò debet repelli, & imponi perpetuum silentium. glos. in verbo, si quis autem. ibid.

Quod dicitur bona omnia Principis esse, intelligitur quo ad iurisdictionē, non quoad dominium, & vtilitatem, ita tradit glos. in l. 2. in verbo, & cuius. C. in quib. caus. Colo. libr. 11.

Quando Princeps promittit sub fide, & dignitate Principali, perinde est, ac si promisisset cum iuramento. Mysing. obser. 17. cent. 1. & Andr. Gail. obser. 59. lib. 2.

Princeps non potest recedere à cōtractu inito cum subditis, vel aliqua Vniuersitate (ea inuita) per quem ius aliquod mediante pecunia quæsitum sit Ozas. decisio. 90. nume. 7. 14. & decis. 139. Afflic. deci. 282. num. 7. Gram. decis. 65. Thom. Minad. decis. 42. num. 8. Fran. Marc.

Marc. quæſtio. 152. Iaff. Lanf. Balb. deciſio. 321. Dec. conſi. 287. nume. 6. 293. nume. 8. & conſi. 404. nume. 8. Rolan. conſi. 66. volum. 2. & conſi. 13. volum. 3. Tamen ex vera, & iuſta cauſa tollere poteſt Princeps per ſe conceſſa, etiam in vim contractus, ſed quæ dicatur vera, & iuſta cauſa, vide Ozaſ. d. deciſio. 90. num. 15. Afflic. deciſ. 361. nu. 6. & 29.

Priuilegium in vim contractus conceſſum, eſt irreuocabile. Afflict. deciſio. 128. nume. 10. Capic. deciſio. 121. Marc. quæſt. 920. part. 2. Sed quando tranſeat in vim contractus, vide Iaff. Lanf. Balb. deciſio. 125. & deciſio. 321. Aliàs priuilegium conceſſum ſubdito poteſt reuocari. Andr. Gail. obſer. 16. lib. 2.

Rex ſucceſſor an teneatur ſeruare data per eius prædeceſſorem, vide Capic. deciſio. 121. Franc. Marc. quæſt. 87. Quòd teneatur obſeruare alienationem factam per prædeceſſorem, ſcribit Natt. conſil. 122. Tom. 1. idem in Principe. Menoch. cõſ. 264. libr. 3. & conſil. 307. ibidem.

Rex ſucceſſor in Regno ad ſui libitum reuocat priuilegia gratiæ, conceſſa per prædeceſſorem. Gramma. deciſio. 46. nume. 5. & vot. 28.

Priuilegium conceſſum ſubdito poteſt ad nutum Regis reuocari, etiam cauſa non ſubſiſtente. Capic. deciſio. 176. vide Gramma. deciſio. 46. nume. 6. 7. & deciſio. 65. Andr. Gail. obſer. 60. lib. 2. nume. fin. Afflict. deciſio. 361. Natt. conſi. 122. Tom. 1. num. 12. & conſi. 657. Rolan. conſi. 13. vol. 3.

Fallit, ſi eſſet remuneratorium, vel tranſiſſet in contractum. Capic. d. deciſio. 176. Gramma. deciſio. 65. nume. 28. & 29. Natt. conſil. 122. nume. 14. & conſil. 669. Sed de aliis limitationibus vide per Andr. Gail. obſeruat. 60. libro 2.

Principis ſpeciale eſt, vt poſsit priuilegium, ex quo eſt alteri ius quæſitum, reuocare; non autem inferioris. Vincent. de Franc. deciſio. 125. nume. 13.

Princeps, ſi conceſſerit aliquid in præiudicium ſuæ dignitatis, ſeu auctoritatis ſupremæ, poteſt illud reuocare, & non tenetur obſeruare. Gram. vot. 28. nu. 14.

Princeps tempore ſuæ creationis, vel belli, ſi aliquid promiſerit, vel donauerit in ſui præiudicium, non tenetur ſeruare. ibid. nume. 17. & 18.

Princeps reuocans quod ſeruari oportuit, præſumitur deceptus: ideò ſecunda conceſsio in hoc caſu non valet; ſed prima. Myſing. obſer. 61. cent. 3.

Priuilegium conceſſum non ſubdito nõ poteſt reuocari, & clauſula motus proprij, tollit vitium ſubreptionis, nihil tamen operatur in præiudicium tertij. Dec. conſi. 407. nu. 18.

Diſpoſitio Principis ſimpliciter facta contra ſuam præcedentem diſpoſitionem, non tenet ex defectu voluntatis. Abb. conſil. 20. part. 2.

De clauſula, non obſtantibus legibus, & aliis diſpoſitionibus in cõtrarium facientibus, vide per Bar. ſuper conſtitut. ad reprimendum, in verbo, non obſtantibus mihi fol. 105.

Principes, Comites, Barones Imperatorem ſuperiorem recognoſcentes, non poſſunt regulariter famæ reſtituere. Ozaſ. deciſ. 101.

Iudex inferior à Principe, vbi ſibi poſt ſententiam condemnatoriam conſtaret de innocentia condemnati, non poteſt illum reſtituere, ſed Princeps ſolus reſtituit. ibid. d. deciſio. 105. num. 8.

Princeps reſeruãdo ſibi in inueſtituris ſuorum Vaſallorum ius ſuperioritatis, & reſorti, ſibi reſeruaſſe videtur ſaltem ſecundas appellationes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. ibid. num. 9.

Princeps nullo modo concedere poteſt regalia, in præiudicium ſucceſſorum. Ozaſ. d. deci. 101. nume. 13.

Clauſula, Ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, habet vim clauſularum derogatoriarum, & ex ea colligitur Principem voluiſſe auferre ius tertij, quomodocũque quęſitum. idem Ozaſ. deciſ. 102. nume fin. Tho. Minad. deciſio. 42. Tamen contrarium tenet. idem Ozaſ. deciſio. 139. nume. 19. vide Gram. deciſ. 65. nume. 80. & deciſio. 103. nume. 242. Dec. conſi. 468. num. 21.

Quid operetur hæc clauſula, ex certa ſcientia, appoſita in priuilegio, vel in reſcripto Principis, vide Craue. conſi. 182. nu. 13. & fin. & conſ. 241. Dec. conſi. 198.

Quando in priuilegio adeſt clauſula derogatoria ad ſequẽtia priuilegia, quomodo, & quibus verbis Princeps illam tollere poſsit, vide Crauet. conſi. 241. nume. 20. Rebuff. in ſuis comment. Tom. 2. tracta. vt benefic. aut. vacat. gloſſ. 21.

Clauſula, Ex certa ſciẽtia idem operatur, quod clauſula, non obſtante. Menoch. de Arbitra. quæſt. 52. num. 9.

Princeps redeundi facultatem relegato ſolus concedit. Afflic. deciſ. 4.

Reſcriptum Principis habet vim legis. Afflict. deciſ. 128. nu. fin.

Princeps agere debet ſine iniuria alterius. Afflict. deciſio. 286. Et auaritia odio habendæ maximè in Principe. ibidem deciſio. 321. nume. 10.

Metalla in loco priuato inuenta, non ſunt Principis,

cipis, nisi quo ad decimam, & istud ius est Regale, in dictis metallis. idem Afflict. decis. 321.

Rex an possit dare licentiam quærendi metalla, in fundo alieno, vide ibidem nu. 6.

Securè ingredi potest, qui auctoritate Principis in possessionem immittitur, idem decis. 361. numero 14.

Princeps in criminalibus defensionem tollere non potest, quia defensio est de iure naturali, circa quod Princeps nihil potest. Affl. deci. 391. Nam Princeps est supra ius positiuum, non supra naturale. ibid. nu. 4. Licèt Princeps ex causa citationem amittere possit. ibidem numero 6.

Perpetuum fit, quod Princeps donat. Affl. decis. 392. num. 6. l. 5. C. de paga.

Dominus potest custodire castrum tempore necessitatis, inuito vasallo, & simul cum vasallo. Capic. deci. 27. nu. 6. vide Boe. deci. 212.

Dominus temporalis tempore belli, & necessitatis, potest Ecclesiam incastellare, & maximè campanile. Capic. dicta decisio. 27. numero 6.

Plenitudo potestatis non procedit à Principis consistorio, sed ab ipso solo Principe. Capic. decis. 47. num. fin.

Princeps audientiam denegando, siue silentium imponendo ratione dominij, dicitur, & ratione possessionis hoc egisse. Capic. decisio. 69.

Dominus non potest adiutorium petere à Vasallo pro comprimẽdis aliis Vasallis iustè rebellãtibus contra ipsum Dominum. Capic. decis. 69. num. 30.

Dominus tyrannicè viuens poterit expelli, nõ tamen occidi, si non possit haberi recursus ad Superiorem. ibidem dicta decisio. 69. numero 31.

Sententia Principis etiam de plenitudine potestatis, & cum clausula, supplentes, &c. lata sine causæ cognitione, & sine partis citatione, non tenet. ibi. nu. 35. Aliàs sententia Principis diffinitiua habet vim legis. l. fin. C. de legib. & ibid. Bar. vide Gramm. decis. 65. num. 49. & seq.

Princeps nõ dicitur posse illud, qđ cũ peccato potest. Capic. decis. 166. nu. 12. & vtendo potestate absoluta, sine causa, & non ordinaria contra hominem, qui sua absoluta facta diiudicare non potest, Deum habet vltorem. Capic. ibid. num. fin.

Princeps licèt non teneatur exprimere causam in reuocatione, tamen omninò præsumẽda est in ipso Principe, quare ita fecerit. Gram. decis. 46. num. 8.

Princeps aduersus suos potentiores hostes, dũ nouit se non posse resistere, nec aliter se tueri, an possit inuocare auxilium infidelium, vide Granc. decis. 65. num. 54. & 64.

In Principe non præsumitur libera voluntas, quando rescripsit contra ea, quæ sunt iuris Naturalis, seu iurisgentium, contra quæ non potest liberè actum facere, secùs contra ea, quæ sunt iuris ciuilis: ideò eo casu requiritur, quòd causa exprimatur, & sit iusta. Grammat. dicta decis. 65. num. 32. vide Crauet. consil. 103. nume. 15. & consil. 303. nume. 7. Dec. consi. 241. Bartol. in l. 2. C. de precib. Imper. offerent. vide eundem in l. 6. C. si contra ius, vel vtil. publ.

Confęderati, & adhęrentes dicuntur, qui sunt eiusdem velle, & adhęrentes tenentur adhærenti armis, & omni modo, quo possunt auxilium impendere. Gramm. decis. 65. nume. 38. & 39.

Clausula absque præiuditio iuris alieni posita in priuilegio per Principem, intelligi debet, præterquam in expressis: quia reseruatio nõ valet circa ea, quæ sunt specialiter declarata. Grammat. decis. 66. num. 5.

In Principe speciale est, vt illi soli credat præter ius gentium. Gramma. decis. 103. numero 232. vide decis. 105. ibid. Marc. q. 777. Mising. obser. 34. centu. 5. Dec. consi. 528. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 76.

Si Princeps aliquid dat, vel confirmat, aut concedit, semper intelligitur, saluo iure tertij. Gramma. decis. 103. num. 236.

Principe confirmante aliquam dispositionem ex certa scientia, non potest amplius allegari ipsius dispositionis nullitas, aliàs sequeretur esse de ignorantia iuris redarguere eum, qui omnia iura habet in scrinio pectoris. Th. Minad. decis. 43. num. 9.

Princeps quilibet non potest habere Parlamẽtum, sicut Rex Franciæ. Guid. Pap. quæstione 43.

An Princeps possit bellum suscipere, & gerere in præiuditium subditorum, & an prius debeat expendere suum aurum, vide Guido Pap. q. 113. & indefensa eiusdẽ possit à subditis capere, & postea eis restituere, vide eundem q. 551. nu. fin.

Motus proprius de sui natura, non tollit præiudicium tertij. Aegid. Bellam. conclu. 752. tamen quid operetur, vide Cassad. decis. 3. tit. de pensio. & decis. 1. de reseruatio. Mohed. decisio. 97. Crauet. consilio 241. numero 20. Bartol. in authent. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. in additio.

Priuilegium, vel rescriptum emanatum contra legem valet, cum clausula generali, non obstante aliqua lege in contrarium, vide cũ

Gul.

Gulſel.Caſſad.deciſio.38.nume.fin.

Gratia conceſſa motu proprio, ſi reperiatur, quòd pro ea ſit ſupplicatum, quomodo ſit accipienda, vide Caſſado. deciſio. 1. de reſeruatio.

Princeps an habeat in promptu iuris ſciẽtiã, vide eundem, deciſ.2.eod.tit.

An Papa, vel Princeps poſsit voluntati teſtatoris derogare, & mutare relictum in alium vſum, quàm fuerit ordinatum à teſtatore, vide Capel.Thol.q.26.in additio.

An Princeps in eius Patria poſsit reprobare curſum monetarum, aut diminuere, vide Marc.quæſtio.152.quæſt.186. part.1.& quæſt. 614. part. 2.quid de infetiore, vide quæſtio. 648. part. 2.

Facultas faciendi cudi monetas, & dandi curſum, ſpectat ad Principem, tanquam de Regalibus. idem Marc. d. quæſt. 152. part: 1. & quæſt.614.part.2.

Princeps an reſcripto libertatis Patriæ derogare poſsit, vide eundem q.189.

Princeps, an ſubditos ſuos in alium transferre ſine ipſorum ſubditorum conſenſu poſſit, vide ibid. quæſtio. 337. & quæſt: 353. & Crauet.conſi.241.

Fiſcum habere, proprium eſt Papæ, & Imperatoris; ſed Communitates, Collegiaque licet burſam habeant, Fiſcalem vero burſam habere non poſſunt, niſi ex præſcriptione, vel priuilegio.idem Marc.q.339.

Communitates, quæ ex priuilegio iuribus Fiſcalibus fruuntur non ob id pœnam infamiæ remittere poſſunt.Marc.ibid.n.17.

Domini terrarum an forenſes extraneos ab eorum territoriis expellere poſsint, vide Marc. q.356. Et contrà, an poſsint facere ſtatutum pœnale, ne ſubditi extra territorium mercatum eant. vide Marc.q.357.

Pœna poſt ſententiam neque purgari, neque minui ſine Principis auctoritate, poteſt.idem quæſtio. 358.

Officia ſupprimere proprium eſt Principis, ſed vbi ſupprimuntur, debet fieri recompenſatio.Marc.quæſt.383.

Vicarius perpetuus Imperatoris, poteſt legitimare ſpurios.idem quæſt.617. Et vti aliis Regaliis, & clauſulis, de quibus vide ibid.

Reſcriptum Principis ex certa ſcientia, probationem in contrarium non recipit. ibidem. quæſtio. 777. Sed an tunc intelligi debeat, ſaluo iure tertij, vide Andr.Gail.obſeruatio. 58. libr. 2.

De dono Charitatiuo Principi ob nouum aduentum faciendo vide per eundem Marc. quæſtio. 1023.

Princeps in ſuis hominibus matrimonij fauore caſtrum donare poteſt, ſuperioritate reſeruata.idem quæſt.549.part.2.

Licèt motus proprius Principis præſeruet à vitio ſurreptionis, non tamen tollit ius alterius. DD. de Rot. deciſio. 33. de præben. in antiq. nume.6.

Princeps in dubio cẽſetur velle vti iure communi, & non plenitudine poteſtatis, qua vti rarò debet Princeps, aliàs dicitur potius plenitudo tẽpeſtatis, quàm poteſtatis.Rot.Genuen.deciſio.104.nume.22.vide Hippol.ſing. 84. Et quando Princeps vtitur plenitudine poteſtatis ad malum, dicitur plenitudo tempeſtatis: quia clauſula, De plenitudine poteſtatis, intelligitur de poteſtate bona, & laudabili, non vituperabili, vel tyranica; non enim dicitur Imperato.poſſe, niſi quod iuſtè poteſt, & multa alia de ipſa poteſtate vide per Crauet. conſi.296. colum.7.& Rol.conſi. 7.volum.3.in fine.

Princeps licèt poſsit excedere modum, quod Iudex facere non poteſt, tamen non intelligitur id facere poſſe in his, quæ ſunt de iure Diuino, ſeu Naturali, ex quo ipſe Princeps eo iure ligatur. Gram.vot.32.num.7.Secùs in his, quæ ſunt de iure Ciuili, vide Abb.conſil. 84. part. 1.

Officialis ſi pro honore Regio non exequitur ipſius Regis mandatum, non poteſt dici, quod malè egerit. Gramma. dicto vot.32. nume. 15.

Princeps, vel Ciuitas non recognoſcẽtes ſuperiorẽ, de iure poſſunt cogere, & iudicare de ſua cauſa, de honeſtate tamen, debent cauſam ipſam delegare. Iaff. Lanf. Balb. deciſio. 107.

Duces, & Principes inuicem bella gerentes, pacem ineuntes, & paciſcentes de damnis ſubditis datis, illis non præiudicant (quamuis poſsint contra delinquentes pro dãnis paſſis experiri) niſi acceſſerit eorum conſenſus, aut aliter pax haberi non poſſet. Myſing.obſeruatio.9.centu.4. vide Andr.Gail. obſerua. 57. libr. 2.

De iure Princeps non poteſt concedere reſcriptum, per quod impediatur executio ſententiæ ſupremi Magiſtratus. Gaſp.Cabal.milleloq. 992.

Caſtrum, ſeu Ciuitas alicui Principi certis pactis ſubiecta, extra pacta nõ obligatur.Andr. Gail.obſer.54.lib.2.

Princeps auferens rem priuati ex cauſa publicæ vtilitatis, & neceſsitatis, tenetur ad ſolutionem iuſti precij: Fallit, ſi velit vti abſoluta poteſtate, ſed nunquam præſumitur vti velle plenitudine poteſtatis, niſi hoc exprimat in reſcripto, Andr. Gail. obſeruatio. 56.

 num.8.

nume.8. Rolan.consil.69. vol. 2.& consil.71. volumine 3.vide Menoch.consil.307. nu.42. & Natt.consi.554.

Rescripta Principis elicita contra ius,non recipiuntur,nisi quando non nocent alteri, & ꝓsunt impetranti,quod procedit,etiam quando Princeps rescribit contra propriam suã constitutionem , quam tamen suo rescripto tollere potest in præiudicium tertij, cui per illam ius fuerat quæsitum.Papon.lib. 20.tit.3. arrest.34.

Factum Principis dicitur factum partis, quãdo ritè , rectèq; processit: Et Princeps iustitiæ plenus præsumitur; sed quomodo aliàs præsumatur pro facto Principis, vide per Craue. consil. 5.

Princeps non ligatur solemnitatibus iuris Ciuilis.ibid.num.3.

Quando Princeps aliquid vendit,vel donat tãquam suum,an standum sit assertioni Principis,quod illud esset suum , adeò , quod recipiens non teneatur probare de iure ipsius Principis,vide Craue.consi. 293.

Qñ collectã imponere possit Princeps. Craue. consi.309. & Nat.consi.380.& 487.

Dominus loci potest prohibere delectionem armorum subditis. Crau.consi. 314.

Principi asserenti de causa credendum nõ est, vbicunque sine causa quid fieri ab eo neqt. Crauet.pro genero.consi.1.num.25.

Contra eos , qui subditi non sunt ratione contractus delicti,vel rerum, Princeps non exercet potestatis plenitudinem,pręsertim contemplatione bonorum , respectu quorum iurisdictio non fundatur, nec in extraneum statuendi potestas , cùm subditum sola bonorũ possessio non faciat. D. Sol.in antiq. constit. Sabaudiæ. gloss. 2. in prooemio. numero 15. fol.4.

De potestate Principum, Marchionum,& aliorum Dominorum , tàm habentium Regalia, & non recognoscentium Superiorem, quàm contrà,& quæ decreta etiam pęnalia condere possunt,& de validitate,vide ibid. glo. 3.

Terræ,seu oppida vasallorum , veniunt sub decreto Principis statuentis de terris suis: sed an Principis decreta subsistant,quibus ius vasallorum aliquo pacto videtur imminui,vide eundem,super decreto subditos nostros, tit. de foro compet.fol.4.

Priuilegio fori subditis cõcesso.Princeps ex certa scientia potest derogare,idem,ibid. gloss. 2.num.3.fol.6.

Principem solum famam restituere , & priuilegia Principis reseruata , nõ nisi speciali concessione in alium transferre , scribit Menoc. de Arbitra.q.92.

Euectiones facere (quas postas hodie appellamus)non licere inferiorib. à Præfecto Prætorio,docet idem Menoch.ibi.cas. 229.

Principis auctoritatem vsurpans punitur.idem, ibid.cas. 320.

Quando Princeps aufert ius alterius per viam extraordinariam, non est illius citatio necessaria.Dec.cons.191.& cons. 269.

Valet ordinatio Principis, seu Dominorum , ꝙ quilibet intrans cum aliqua bestia in possessiones ipsorum,soluat libras tres.Dec.consilio 199.

Salinarum redditus,licèt sint de reseruatis Principi,tamen concedi,& locari possunt à Principe.Dec.consi.292.

Gratia liberationis à Papa,seu à Principe impetrata sine causæ cognitione,an prosit impetranti,in graue tertij pręiudicium,vide Dec. cõsil.407,nume. 17.

Princeps recognoscens Superiorem non potest facere , ꝙ primogenitus tantùm succedat in feudo iurisdictionali. Natt. consilio 179. Tom.1.

Princeps Feudatariorum subditos, publica vtilitate,& necessitate exigente, collectare potest.Nat.cons.487.& cons. 557. Rolan.consil. 1.vol.2.

Princeps vectigal exactione immemorabili q̃situm,tollere non potest. Rolan. consilio 66. volum.2.

Princeps non potest restituere aduersus pręscriptionem immemorabilem.Roland.cons. 59. volum.4.

Princeps non potest reuocare perpetuum silentium quod litibus,& controuersijs imposuerat.Menoch.cons.208.nu.40.lib. 2.

Princeps,quando possit separare castrum à castro,vide eundem,consi.264.lib.3.

An testis vnius dicto , quòd credatur contra partem , Papa , vel Imperator facere possit, vide Ludouic.Roman.singul.715. & transumpto , seu exemplo absque solemnitate , detur fides, vide Rom.singul.716.

Princeps non potest ferre sententiam diffinitiuam contra partem non citatam. Anto.Corset. in suis singularibus , litera P. singul.Princeps. 1.

Si Princeps concessit rem vni pro se , postmodum concesserit alteri eandem rem motu proprio , non valet secunda concessio , nisi in illa dicat,non obstante tali prima concessione facta. idem,ibid.sing.Princeps.3.

Princeps ius alterius tollere velle non præsumitur, nec velle aliquem lædere . Hippol. singul.440.

Illud , quod fit per metũ Principis non valet & sic cõtractus Principis hẽt vim legis dicunt, quan-

quando carẽt vitio, aliàs ſecùs. c. 3. §. Vaſalli, & ibid. glo. de pac. conſtan. in vſib. feud.

Interpretationem legis neceſſariam, & generalem, & in ſcriptis redigendam, inter æquitatem, & ius ſcriptum, facit ſolus Princeps. Bar. in l. 1. C. de legib. nu. 7. & in l. 10. eod.

Impugnantes reſcriptum Principis, qualiter puniantur, vide Bar. in l. 2. C. de legib.

Pęna, quæ debetur parti lęſæ per reſcriptum Principis, non remittitur; ſecùs in ea, quę debetur Fiſco. Bart. in l. 2. C. de in ius vocando, nu. 3 glo. in §. fin. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.

Imperator quando dat dignitatem, videtur diſponere ſuper infamia. Barto. in l. 23. §. præſenti. C. de nupt.

Contractus celebratus ab habente poteſtatem legis condendæ, habet vim legis. Barto. in l. donationes 26. C. de donatio. int. vir. & vxo.

Ius commune ſeruatur, cùm Princeps, vel Auguſta inſtituitur. Barto. in l. cum 7. C. qui teſtam. fac. poſſ.

Non debemus ſequi conſilium Imperatoris, ſi videtur nobis eſſe non bene latum. Bartol. in l. nemo 13. C. de ſenten. & interlocu. omnium Iudic.

Ius occupandi bona vacantia poteſt per Superiorem concedi. Barto. in l. 1. C. de peti. bon. ſubla. num. 5. lib. 10.

Priuilegium Principis abſorbens in totum ius alterius, non valet. Barto. in l. cum 10. C. de agric. & cenſit. lib. 11.

Beneficium Principis latiſsimè interpretandũ. cap. olim, ex. de verbo. & rer. ſignific. quando hoc procedat, vide Barto. in l. fin. ff. de conſtitut. Princip.

An Principes ſeculares poſsint iuramẽtum tollere, aut concedere inducias ſuper contractu iurato, vide Alber. Brun. conſi. 46. inter conſ. feud.

Verba enunciatiua prolata per Principem, faciunt fidem. Bartol. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. Præfect. vrb.

Princeps licèt non ſit veriſimile, quòd erret, tamen errare poteſt. Barto. in l. 2. §. ſed de his. ff. de ſuppl. legat.

Imperator poteſt alienare res Imperij. gloſſ. in c. ego Ludouicus, diſtinct. 63.

Ciues ea, quæ ſunt Principis, alteri dare non poſſunt, etiam ſi omnes conſentiant. Barto. in §. audient, Authen. de defen. Ciuit. num. 7.

An Dominus poſsit prohibere ius piſcandi, & venandi, vide Barto. in §. 1. Inſtitut. de rerum diuiſio.

Clauſula, Ex certa ſcientia appoſita in confirmatione, confirmat quod eſt inualidum, & remouet omne obſtaculum. Bartol. conſil. 196. volum. 1. num. 3.

Princeps omne extraordinarium, poteſt ſua lege facere ordinarium. Abb. conſi. 20. part. 2.

Solius habentis iura Principis eſt, tollere, ſeu impedire pęnam iam commiſſam. Abb. conſi. 6. lib. 2. per l. 1. C. de ſuper in d. lib. 10.

Princeps agendo actum ſcienter contra legem, videtur circa illam diſpenſare. Abb. conſi. 101. part. 2. num. 5.

Principis mens talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet. Fel. conſi. 31. num. 7.

Priuilegium immunitatis non poteſt concedi, niſi à ſolo Principe non habente ſuperiorem. Fel. ibid. num. 5.

Clauſula, Vtens plenitudine poteſtatis, oſtendit Principem ſupra ius diſpenſare velle, & vti plenitudine poteſtatis. Fel. ibid. nu. 15.

Auctoritate Principis Iudex poteſt recedere à iure ſcripto, propter æquitatem non ſcriptã. l. 1. C. de legib.

Quando contingit caſus nouus, ſuper quo ſtatui oportet, recurritur ad Principem, & ille cum Procerum, & Senatorum deliberatione procedit, faciendo ſuum ſtatutum redigi in ſcripturam. l. ſummum 8. C. de legib.

Legum obſcuritas, & duritia à Principe eſt interpretanda, & moderanda. l. 9. & 10. eod.

Contemptor auctoritatis Pontificalis, vel Imperialis, pęna ſacrilegij punitur. l. 5. C. de diuerſ. reſcript.

Aliquis non poteſt renunciare officio defenſoris Ciuitatis, niſi cum Principis auctoritate. l. fin. C. de defen. Ciuit.

Auctoritate Principis nemo debet decipi. l. 1. C. de his qui ven. ætat. impet.

In arduis Princeps committit examinationem, & ſibi reſeruat deliberationem. l. 1. C. vectig. nou. inſtit. non poſſ.

Princeps poteſt minori adminiſtrationem bonorum ſuorum concedere; non Iudex inferior. l. denique 3. ff. de mino. 21. ann.

Illud, quod eſt factum auctoritate Principis, poteſt diſſolui auctoritate Superioris de partium conſenſu. l. adoptatum. 9. C. de adoptio.

Improbare, quod Imperator fecit ex certa ſciẽtia, eſt crimen ſacrilegij. l. 2. C. de crimin. ſacrileg.

Per Principis reſcriptum videntur cõceſſa, quæ alijs incõmodũ nõ afferũt, niſi aliter expreſſè aliud diceretur in reſcripto. l. 2. §. merito, & §. ſi quis. ff. ne quid in loco publ.

Principum conſtitutiones, præcepta, & decreta, quæ pęnalia non ſunt, habent legis vim. §. ſed & quod, Inſtitutio. de iure Natur. gentium. & Ciuil.

Arrogatio eſt de actibus Principi reſeruatis. §. 1. Inſtitut. de adopt.

Soli Principi licet æquitatem inueſtigare, cõtra

iuris regulas. Azo in summa titul. de iudic. numero 12.

Bona, quæ deferuntur in fiscum, nemo potest sibi impetrare: Ideò cócessio facta ad petitionem alterius non valet, secùs si fuerit facta motu proprio Principis.l.1.C.de petit.bonor.sublat.lib. 10.

De ordinaria potestate, an possit Princeps mãdare, quod præferatur vicinus, vel consanguineus, aut subditus, in emptione alicuius proprietatis, vide Perillust.D.P. Tessau.decis.92. vbi de duplici potestate Principis.

Quæ res pertineant ad Principem, vide c.1.quę sint Reg.Princip.in vsib. feud.& infra tit. seq.

Quę sint Regalia Principis.

Metalla in loco priuati inuenta, non sunt Principis, sed illius priuati, nisi quo ad decimam, & istud est ius regale in dictis metallis: idem dicendum est, quo ad ius conficiendi alumen inuentum in solo priuati, quod fit dñi soli, sed Fisco debet solui decima pars allumnis. Affl. &.decis.321.

Venæ, seu minerę sunt ad exemplum Thesauri, vt inuentori acquirantur: ideò si feudatarius illas inuenerit, ad ipsum pertinere debent: nó autem ad Principé. Crau. conf.209.

Cui competunt Regalia, videtur competere, & Fiscalia. Craue.consi. 209.

Cómodum venæ auri, vel argenti spectat ad feudatarium, non ad Baronem. Cassan. in cósuetud. Burg. tit. *Des instices, & droicts*. §.1.glo. 3.num.13.& Natt.conf.435.

Dominus soli in fodiendis metallis, præfertur. Afflict.decis.321.num.15.

Flumina Regni sunt Regis. Afflict.decis.388.nume.13.de regalib.Principis, vide etiam Francis.Marc.q. 40.

In criminalibus, licèt de iure condemnationes pecuniariæ spectent ad Regem, tamen illud habet locum in terris, quæ sunt sub iurisdictione Regis, non in his, quæ immediatè sub sút iurisdictioni Comitis, vel Baronis. Capic. decis.185.num.4.

Regalia possideri non possunt absque speciali concessione, & titulo. Gram.decis.59. nu. 15. nec probantur, nisi per priuilegium, & cócessionem.ibid.num.17.

Aurum perquirere in fluminibus, an liceat sine scientia Principis, vide Marc.q.121.

An liceat Dominis prohibere Vasallis venationem, vide Gram.decis. 67. & infra tit.de venã.& piscat.lib.2.

Venatio dum prohibetur per Dominos subditis, illis fit iniuria: Ideò datur cautela, vt id phibeãt per banna pęnalia: quia si non cótradicant, sed abstineant à venando, Domini constituuntur in quasi possessione prohibendi. Gram.d.decis.67.nu.12. 13. & contrà, cautela vasallorum erit, vt à tali banno reclament. Gram.ibid.num. 4.

Licèt ius exigendi vectigal sit de iure regaliũ, attamen tale ius per consuetudinem acquiritur, Guid.Pap.q.498.

Monetam cudendi ius, cui competat, vide ibi.

Fiscum habere est de regalib. Principum. Fran. Marc.q.134.

Cudere pecuniam ad solũ Principem spectat, qui solùm regalibus gaudet; tamen, si cui ex priuilegio per viam contractus concessum sit, reuocari concessio nó potest. Fran.Marc. q.206.part.2.vide Papon.lib.5.tit.1.arrest.1.

Quæ iura habeat Vasallus habens merum, & mixtum Imperium in suo territorio, circa bona vacantia, & pascua eiusdẽ Territorij, vide eundem Papon.lib.13.tit.2.arrest.2.3.

Multę pęnæ, & confiscationes, & si inter regalia ponantur, tamen non sunt de reseruatis, nisi quando imponerẽtur propter nouas cóstitutiones faciendas ab eo, cui conceditur iurisdictio. Rol.consi.42. vol.2.

De Principis patrimonio, & rebus Fiscalibus.

Confiscationes, & obuentiones Regis, seu Principis, possunt alienari, dummodo illi sint acquisitæ, & adiudicatæ: & non ante. Papon.libr.5. tit.10.arrest.7.

In Francia protocola, & registra Notariorum, illis mortuis, spectant ad Regem, & aliquando ad Vasallos.ibid.arrest.10.

Aliquando Princeps propter importunitatem petentium, concedit non concedẽda, & tũc non valet concessio, vide Rebuff. in suis cóment.Tom.2.tit.vt benefi.ante vacat.glos. 1. fol.544.num.9.

Confiscata bona non sunt cócedẽda ante adiudicationem, appellatione non suspensam. Rebuff.ibid.gl.6.fol.545.propter mala ex illa concessione prouenientia.ibid.gl.8. fol.546. sed an validetur concessio per motum proprium Principis, vide ibi.glo.fin.

Quæ bona Princeps concedere possit, vide ibi.

Procurator Principis opponit contra litteras domi. Rebuff.ibid.glo.20.fol.551.

Officiales cum pecuniis publicis lucrari possunt, & pro tali lucro, non tenentur. Dec. consil.6.vide tamen Franc. Marc. q.201.par. 2.& quæst.202.ibid.

Res

Res Principis possunt considerari quinque modis: Primò, vt pertinentes ad recognitionem supremæ potestatis, sicut sunt tributa, & census. Menoch. consi. 201. nu. 127. lib. 3.

Secundò vt reseruatæ Principi ratione dignitatis, veluti creare Tabelliones, legitimare illegitimè natos, noua vectigalia imponere, & similia facere. Menoch. ibid. nu. 128.

Tertiò, res Principis cōsiderantur illæ, quę propriè sunt Principis, vt Principis, sicut sunt Ciuitates, oppida, prædia, & his similia, & istę possunt præscribi aduersus Principem, cursu 40. ann. Menoch. d. consi. 201. nu. 129.

Quartò, dicuntur res Principis, non tamen vt Principis, sed vt priuati, sicut sunt illæ, quæ Princeps habet & ante adeptū Principatū, & acquisiuit tanquam priuatus, & hæ præscribuntur aduersus Principē eo modo, eoq; cursu temporis, quo reliquæ priuatorum res. ibi. Menoch. nu. 131.

Quintò, & vltimò, considerantur res Principis, vt illæ delatæ, vel iam quæsitæ Fisco ob subditi crimen, & hæ res vanę præscribuntur. Menoch. d. consi. 201. nu. 132.

Corruptas merces emere quis compellitur ratione publicæ vtilitatis. Pet. Gerar. sing. 79.

Bona in Fiscum delata, licèt aliàs alienari non possint, dantur tamen ex causa remunerationis, vide Marc. de Mant. sing. 143.

Duplex est patrimonium Principis, videlicet Fiscalium, & rerum priuatarum. Franc. Marc. quæstio. 338.

Emens ab ærario statim, & incontinenti securus est, atque acquisiuit. ibi. d. q. 338.

De Patrimonio Cęsaris, seu rerum priuatarum, vide ibidem.

Camera Imperij duobus modis consideratur, & Respub. duplex patrimonium habet. ibid. nume. 8. & 9.

Bona Fisci, & Cæsaris an, & quando distrahantur. vide ibid. num. 11.

Bona ad hoc vt vacantia dicantur, & Fisco applicentur, quæ requirantur, vide Fran. Marc. quæst. 31. part. 2.

In alienatione rerum Fiscalium habet locum licitatio, & plus offerēti deliberantur res ita tamē, vt si, durāte licitatione, superuenerit secundus, qui plus offerat, ille præfertur; secùs in venditione rerum patrimonialium Principis: quia tunc non habet locum adiectio in diē. sed statim emptor est securus, quod non est in rebus Fiscalibus, in quibus semper habet locū adiectio in diem. idē Marc. q. 565.

Tempus adiectionis in diem in rebus Fisci est viginti dierum. ibid. d. q. 565.

Bona Fisci cùm subhastantur, quandoque non plus offerenti, sed magis idoneo (& præsertim pecuniam habenti) conceduntur. idem quæst. 28. part. 2.

Ordo iuris in Fiscalibus causis seruādus est: tamen quando debitum Fiscale est liquidū, summatim agendū est. Marc. q. 200. part. 2.

Quando debita Fiscalia exigi debeant, vide eundem q. 203. part. 2.

Ad hoc vt debitorum bona sub hasta Fiscus vēdat, quæ requirantur, vide ibid. q. 200. nu. 7.

Lex benè à Zenone. C. de quad. præscrip. an de iure Canonico procedat, & in quibus rebus, & qui contrahit in fraudē Fisci in rebus quęsitis, punitur in quadruplum. ibid. nu. fin.

Quæstor Prouincialis, siue Thesaurarius generalis in Prouinciam proficiēdus est, cui coactores, seu particulares receptores rationes reddere annuatim tenentur. Marc. quæstio. 201. part. 2.

Coactores Officiariorum stipēdia de nummis, quos acceperunt secundum morem, soluere tenentur. ibid. q. 202.

Regulariter est prohibitum accipere mutuam pecuniariam ab Officialibus Fisci, seu Thesaurarijs, sine licentia Principis. ibid. Marc.

Thesaurarius pecuniā receptam in alios vsus, præterquam destinatos, conuertere non potest. Marc. d. q. 202.

Quitantia, quam Thesaurarij, seu receptores Fisci debitoribus faciunt, qualis esse debeat, vide ibid. q. 203.

Exceptio nō numeratæ pecunię aduersus Thesaurarij quitationem, an admittatur, vide ibid. nume. 5.

In licitationibus iurium Principis, aut Reipub. an quis post candelæ extinctionem, audiendus sit in præiudiciū primi, cui res remansit in extinctione cādelæ. vide Marc. q. 25. par. 2.

Firmę Regales aut Reipub. plus offerenti cōcedendæ sunt. ibid. q. 257. part. 2.

Quando magistri monetarum non cudunt monetam bonam in materia, vel liga, aut pondere, quō teneantur, vide q. 260. & seqq. ibid.

An stetur assertioni Principis aliquid dantis, vel vendentis vt suum, adeò quòd recipiens non teneatur probare de iure ipsius, vide Craue. consi. 193.

De iure Fisci vide. ⁊ tit. seq.

De iure Fisci.

Fideicommissum incapaci tacitè relictum, Fisco applicatur, secùs si palam: quia tunc applicatur venientibus ab intestato. l. nō intelligitur. ff. de iure fis. Franc. Marc. quęst. 256. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 79. vide Bart. in l. 1. C. de delatorib. lib. 10. consi. 119. vol. 1. & in

& in l.21.ff.de his, quib. vt indig. legat. aufe. Iaſ.conſi.25.lib.1. Dec.conſi.311. Sed vt probetur tale relictū tacitum, tria requiruntur. idem Marc.q.257.

In fraudem quis videtur fideicommiſſum aſſumere, quādo nō publicè; ſed ſecretè de reſtituendo promittit.l.in tacitis.106.de leg.1.

Hæredis bona non vendicantis necem defuncti, an Fiſco applicentur, vide Clar.d.q.79.facit.l.1.C.de his, quib.vt indig.hæred.aufer.

Indigno reſtituens hæreditatem, incidit in pęnas.l.vni.C.de his, qui ſe deferunt, lib.10.Per quam, ſi ille, qui tacita fide grauatus de reſtituendo incapaci, ſe non deferat exutus omni patrimonio à Fiſco vendicato, in inſulam deportatur, ſed an dictum procedat in filio hoc onere grauato, vide decis.1.Rot.Auen. in deciſio.diuerſo.& Bart.in l.vnica.

Hæreditas, quæ aufertur hæredi propter ſuum delictum Fiſco, & non venientibus ab inteſtato debetur.ibid.decis.21.nu.12.Bart.in l.1. C.de his, quib.vt indig.hæred. aufer. vide infra eod.titu.de his, quib. vt indig.hæred.aufer.libr.2.

Declaratio Magiſtratus, quòd hæreditas tanquam vacans pertineat ad Fiſcum, nō præiudicat legitimis ſucceſſoribus.vide Raud.tractat.de Analog.cap.33.nu.178.

Donatio ſi ſit facta in ſpurium, vel ſimilem aliā perſonam prohibitam accipere, infra duos menſes per conſanguineos debet reuocari; aliàs poſtea excludūtur, & admittitur Fiſcus. Andr.de Capu.ſing.8.

Quod aufertur ab indigno abſque eius delicto, non applicatur Fiſco. Barto. in l.4. C.de hæredit. inſtitut.

Fiſcus vēdicat bona hæreditaria ab hærede indigno cum ſuis oneribus: ideò tenetur ad legata, & fideicommiſſa, ſalua Trebellianica, quam poterat retinere hæres. l.1. §. ſi dominus, & l.2. §. ſi fidei.ff.ſi quis aliquem teſtat. prohib.vel coeg.l.ſi ſeruus.53.§.ſi quis, de legat.1.& l.quidam.99.§.quoties, eod.tit.

Si cogo te, vt me inſtituas, incido in edictum, & hæreditas applicatur Fiſco; ſed an hoc caſu prǽiudicē venietibus ab inteſtato, & quomodo ipſis ſuccurratur, vide Bart.in l.3.ff.ſi quis aliq.teſta.prohib.

Interficiens conſanguineum, an ipſe illi ſuccedat, vel Fiſcus.& hæreditas quando applicatur Fiſco, vtrum legata remaneant firma, vide ibid. Bar.nu.10.12.

Vir reputatur indignus, ſi probetur, quòd ante teſtamentum verberauerit vxorem.vide ibi. Bart.nume.16.

Si teſtator dixerit, lego Titio centum, & volo quòd dentur ei, quem ſibi dixi, tale legatum, non videtur in dubio in fraudem factū. Bart. in l.quæ 26.ff.de reb.dub.

Quando aufertur aliquid alteri vt ab indigno, an, & quibus caſibus applicetur Fiſco, & quibus non, vide eundem Barto.in l ſi gener.25. nu.11.ff.de his, quib.vt indig.legat.aufer.& l. 8.§.meminiſſe.ff.de inoffic.teſtam.

Hæres maritus ſi deſiſtat parere diſpoſitioni defunctę, quando extraneus, vel Fiſcus admittatur, vide Bart. in §.inordinatum, Auth. de hæred.& Falcid.

Indignus culpa ſua, quando dicatur quis fieri, vide Bar.conſi.119.vol.1.

Vxor, quæ fuit hæres inſtituta, & rogata de reſtituendo pro anima, qui voluerit, ſi reſtituat ſpurio, non præſumitur ſic fuiſſe rogata. Et Fiſcus propter incapacitatem ſpurij, cui erat fideicommiſſum reſtituēdum, detecto fideicommiſſo poſt mortem ſpurij, quando debeat habere bona, vide Bart.conſi.194.vol.1.

Si ex verbis teſtamenti non appareat perſona, cui debet fieri reſtitutio, qualiſqualis præſumptio aſſumitur tacitæ fidei, in fraudem legis aſſumptæ.l. vnius.126. §. in teſtamento, de legat. 1.

Quod relinquitur penitus incapaci, non quæritur Fiſco.l.3.ff.de his, quę pro nō ſcript.habē.

Mortuus poteſt offendi, adeò ꝙ quis priuatur relicto eius cauſa, quare ille, qui concubuit cum vxore defuncti poſt mortem eius, indignus reputatur legato ab eo relicto, & illud applicatur Fiſco.glo.fin.in l.1.ff.de his, quib. vt indig.legat.aufer.

Qui contra mandatum Principis, vel Senatuſconſult. vxorem duxerit, indignus eſt omni commodo, ex eius teſtamento, & tale commodum Fiſco applicatur; ſecùs in vxore ducta: quia ipſa poteſt ex teſtamento viri capere.l.2.ff.eodem.

Paciſcens de hæreditate viuentis, ipſo ignorante, pariter reputatur indignus, & hæreditas ipſa applicatur Fiſco.ibid.d.l.2.

In Fiſcum tranſit legatū ablatum ab indigno, cum onere conditionis, vel fideicommiſsi.§. fin.l.in facto 59.ff.de conditio. & demonſtr.

De Regalibus Principis, eiuſque patrimonio, & rebus Fiſcalibus, vide ſupra in duobus titul. prox.

Fiſcus de iure, ſi eſt lęſus, reſtituitur, etiam in lucro ad inſtar minoris, tamen non datur reſtitutio, ſi cō tractus fuit perfectus, niſi ex noua cauſa ſuperuenerit aliqua lęſio. Afflict.decis. 340. Sed pro modico Fiſco non datur reſtitutio.ibid.num.4.

Adminiſtratoribus Fiſci nō licet pactū inſolidū in arrēdamentis ponere, niſi res dictet hoc fieri; quia tunc licet.ibid.nu.2.& 8.

Iure

Iura Fisci, licèt vendi non possint regulariter, possunt tamen, si est vtile Principi. ibi.nu.fin.
Iudex Delegatus in causa feudi quaterni, non potest constituere Procuratorem Fiscalem in causa delegata: quia Procurator Fisci à solo Rege constituitur. Afflic.deci.366. Et processus eo in casu factus, dicitur nullus, non tamen pars potest allegare ipsam nullitatem, quia ipsa fuit introducta fauore Fisci, & non ipsius partis, Afflic.ibid.
Fiscus, & minor æquiparantur.ibid.num.7.
Fiscus non habet quid magis speciale, quàm priuatus, nisi inquantum id in iure cautum reperitur. Guid.Pap.q.536. vide Marc.quæst.38. Et eundem Guid.sing.411. Ideò licèt habeat multa priuilegia, non tamen priuilegiatus intelligitur, nisi quatenus in iure expressum reperitur. Dec.consi.531.nu.3.
Fisco quando quæratur actio pęnæ ex contractu priuatorum, vide Boer.decisio.284. num. fin. Quòd non acquiratur, nisi Notario stipulante, scribit Barto. in l. arbiter 47. ff. de recept. arbit.
Fiscales indebitè inquirentes, qualiter deberent puniri, vide Ioseph. Ludo. decisio. 1. Luc.num.38.& seqq.
In bonis acquirendis non fit fraus Fisco, nec fieri potest; secùs in bonis iam quæsitis. Capel. Tholos.quæst.150.
Iura Fiscalia, & Fiscum qui habere possint, vide ibid.q.229.in additio.
Pendente lite inter Fiscum, & priuatum, an sit locus sequestro, seu reductioni ad manus Domini, vide Franc.Marc.q.38.
Procuratoris Fisci Officium circa quæ versetur, vide Franc.Marc.q.338.
Iura Fiscalia, cessante præscriptione, consuetudine, vel priuilegio, solis Principibus reseruata dicuntur.idem q.339.nu.5.
Ordo iuris in Fiscalibus causis seruandus est, tamen, quando debitum Fisci est liquidū, debet agi summariè; aliàs secùs. Marc. quæst. 200.part.2.vide Barto. in l.1.C.de conducto. & Procurato.lib.11.
Ad hoc, vt debitorum bona sub hasta Fiscus vēdat, quæ requirantur, vide Marc.ibid.num.7.
Debita Fiscalia quādo exigi debeant, vide ibi. q.203.part.2. Hippol.sing.350. Et qualiter in illis debeant fieri quitationes.ibid.d.q.203.
Dos, & cætera omnia amittuntur, & Fisco applicantur, vbi prohibitum matrimonium scienter contrahitur. Vincen. de Franc. decis. 52. nu.10.Clar.in sua Pract.crimin.§.fin.q.80.
Quicquid acquirit Officialis Fisci, præsumitur in dubio acquirere de patrimonio, & prouentibus Fisci.nisi aliunde se doceat acquisiuisse, quod est intelligēdum de eo Officiali, qui habet administrationem rerum, & prouētuum Fiscalium, non de eo, qui tantùm Iustitiæ præest. Iaff.Lanf.Balb.decis.101.
Debitor debitoris Fisci, potest fauore Fisci cōpelli ad soluendum, pendente dilatione sibi competenti, & hoc facta discussione principalis.idem Iaff.deci.418. Et dimisso medij tēporis interusurio. Hippol.sing.350.
Fiscus succedit nato ex incestuoso coitu. Mysing.obser.91.cent.3.
De priuilegiis Fisci, ad illum de iure Ciuili spectantibus vide notabiliter per Ioan. Gal. q. 360.in decisio.diuerso.
Præsumptio solutionis fundata spacio annorū 30. non sufficit contra Fiscum. Aegi.Magist. tractat. de extinctio.cap.9. in decisio.diuerso.fol.178.
In locationibus Fiscalibus punitur temeraria, ac stulta licitatio, veluti quando licitator nō est soluendo, vide eundem Aegid.ibid.tract. sub hasta.cap.36.
Quod dicitur ementem à Fisco statim securum esse, non habet locum in venditione non solemniter facta, & contra ignorantem, tunc enim Fiscus tenetur de euictione, rescissa venditione. Rot.Auenio.decis.17.in decisio. diuerso.Thom.3.fol.17.
Quando Fiscus possit alienare res Fiscales, & qua forma, vide Bar.in l.1.C.de fide instrum. & iure hast.Fisca.
Fiscus si rem alienam vendat, contra emptorē non datur regressus, sed contra Fiscū ad preciū: fallit in casu, de quo per Roma. sing.744.
Vtrum emens rem à Fisco succedat loco Fisci, vide Guid.Pap.sing.411.
Fiscus habet hypothecam in bonis delinquentis pro pęna à die sentētiæ; & non ante.Rot. Auenio.decis.121.nume.8.in decisio.diuerso. vide Pet.de Raue.sing.49.
Cridarum 30. dierum, quæ sunt in vsu in statu Mediolani, pro bonis condemnatorum, vel vacantibus, tenor describitur, & declaratur per Raud.tract.de Analog.cap.33.nu.6.
Quæ cridę non præiudicāt filiæ, vel filio, qui debuerant personaliter citari. ibid. tamen fuit iudicatum contra filium, nisi respectu dotis, vt attestatur auctor ibid.nu.216.
Fiscus agens hypothecaria contra priuatum, transfert onus probandi in aduersarium, rē fuisse sibi obligatam ante contractam obligationem cum Fisco, & hoc fauore Fisci. Ludouic.à Pegue in suis quæstio.crimin.cap.48. Ant.Corset.in suis singularibus, litera A.sing. actio.hypothecaria.
Donatio alicuius rei, traditione perfecta, antequam bona donantis Fisco obligentur, vel applicentur, non potest retractari, nec res donata

donata per Fiscum auocari potest: & sufficit quòd res donata sit tradita per constitutum factum, donatario præsente, vel Notario pro ipso stipulante, vide eundem Ludo.cap.48.

Quando Fisco competat ius reuocandi alienata in eius fraudem, per criminosum ante crimen commissum, vide plenè per eundē, ibid. cap.49. Ias.de actio. in §. item si quis in fraudem nu.1.& 58.Clar.in sua Pract.crimin.§.fin. q.78. Et ex quibus coniecturis præsumatur Fraus, vide eundem Ludo.cap.50.Dec.consi. 235.Bart.in l.post 15.ff.de Donatio.

Reus accusatus ante sententiã potest bona sua alienare, cùm interim nõ amittat dominiũ, dummodo nõ alienet in fraudem Fisci: quia tunc reuocaretur alienatio, & fraudis præsumptio excluditur, quãdo alienatio ex causa necessaria facta fuit. Natt.consi.212.To.1.

Licèt alienationes factæ ante crimen cõmissum valeant, tamen, si in fraudem Fisci factæ sunt, reuocantur, quòd autem factæ sint in fraudē Fisci, indicatur ex præsumptionibus, de quibus vide per Natt. consi.549.

Fiscus succedens marito delinquēnti tenetur etiam ad restitutionem dotis confessæ, vbi fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel lapsa sint tempora opponendi ipsam exceptionem.Natt.cons.31.vol.1.nu.33.

Arma noua, quæ quis emerit, vel vendiderit, Fisco applicãtur: & domus ædificata iuxta aliã domũ, nõ dimisso spacio 15. pedum. Iul.Clar. in sua Pract.crim.§.fin.q.79.

Domini de mero, & mixto Imperio inuestiti, non habent propriè iura Fiscalia, tamen vide D.Sol.in antiq.constitutio. Sabaudiæ, glo. 2.super decreto abusus. fol. 196. Et licèt ipsi Domini Procuratorem Fiscalem constituere possint pro dependentibus à mero, & mixto Imperio; tamen ipse Procurator, priuilegia Fiscalia non habet: ideò licet Fiscus Principis, vel Reipub. præsumatur soluẽdo, verùm hoc non procedit in Fisco dominorum particularium. idem D.Sol. ibid.nu.4.& seqq.

In applicanda pęna Fisco Iudex potest ex Officio suo procedere. Maran.in suo Spec.part. 6.tit.& peruenitur aliquando, nu. 138.

Fiscus habens rem communem cum priuato, potest illam vendere totam socio, qui socius præfertur omnibus in emendo. Maran.ibi.dispur.8.nu.30.fol.595.

Iudicis arbitrio punitur auferens lapides è muro Ciuitatis. Menoc.de arbitra.lib.2.cas.483.

Requisita, antequam fiat admissio Procuratoris Fiscalis in aliqua causa priuatorum, vide per Rebuff.in suis comment. Tom.3.tract. de adiunctio.glo.1.fol.727.

Procurator Fiscalis itá potest definiri secundum Cassan. quòd sit vir parum placidus, omnibus inuisus, parum, aut nihil æquitatis in se habens, ita scribit idem Cassa.in consuetud. Burg.tit. *Des confiscations*, rub.2.in princ.

Debitori Fisci soluenti, restituitur res indebitę alienata.Bar.sing.127.

Mulier honestæ conditionis de bonis quæsitis ex stupro, & adulterio testari non potest, sed Fiscus ea aufert. Natt.consi.560.nu.fin. Secùs erit in publica meretrice. ibid.

Priuatus, si vult Fiscum conuenire, debet veniã à Principe petere, sicut libertus à patrono. Ludo.Roma.sing.9.

Fisci causa licèt videatur fauorabilis, tamen in dubio contra eum est pronunciãdum. Math. Mathes.sing.71. Quod nõ est semper verũ, vide ibid.in additio.

Fiscus in integrum non restituitur, si Iudex errauerit in criminalibus, in quibus non datur restitutio in integrum. Fran.Cremen.sing.23.

Vbi agitur de his quę concernunt commodum bursæ Publicæ, sententia pro delicto lata, contra vnũ, nocet tertio, vide Hippol.sing.216.

Bona propter delictum, vel vectigal non solutum Fisco, addicta, non possunt post quinquennium à Fisco vendicari. Hippol. singul. 307. vide Barto. in l. 14. ff. de Public. & vectig.nume.4.

Si debitor Fiscalis fraudet Fiscum, tenetur ipsi Fisco in duplum. Guliel.de Ludo.sing.133.

Bãnito repudiante hęreditatem sibi delatam, Fiscus nihil habet, de quo cõquæratur. Marc. de Mant.sing 23.

Quando lex imponit pęnam, nec dicat, cui applicetur in dubio, Fisco applicatur. Bart.in l. 5.C.de mod.mulct.

Incorporatio fit, quando res describitur inter alias res Fiscales. Barto. in l.3.C.de bon.vacant.lib.10.

Bona confiscanda in initio causæ, in scriptis redigũtur, & debent bona Fiscalia de facto occupari, & in Fiscum redigi. Bar.in l.5.C.eo.

Fisco quæ iura acquirãtur sine apprehensione, & additione, vide Bart.in l.1.ff.de Procurat. Cęsar.in repet.nu.7.

Frater occidens fratrem, nocet omnibus sequētibus in gradu, sed existentibus in eodē gradu cum eo, vel proximiori non. Bart.in l.1.ff. si quis aliq.testa.prohib.

Maritus, si prohibuerit vxorem testari, an noceat filiis, qui successuri essent ab intestato, vide eundem in l.1.§.si dominus, eod.

Dolus alterius, quando est causa immediata acquisitionis meę, mihi nocet. Barto.ibid. nume.7.

Quando omittitur professio, & vectigal non soluitur, res incidit in commissum ipso iure. Bart.

Bart. in l.commissa 14.ff.de Public. & vectig. vide infra lib.2.tit.de Public. & vectig.

Capiens commodum, quo inobediens priuatur, debet sustinere onus cautionis: Et cómo dict... qua quis priuatur, si respicit commodū certæ personæ, illi applicatur. Barto. in §. si quis, Authen.de hæred.& Falcid.

Si testator testamento suo disposuerit, filio delinquente eius bona non transire in Fiscum, sed in alium, valebit dispositio. Docto.in l.filiusfa.§.Diui lo,2.de leg.1.

Si Fiscus alicui successerit, qui fundos steriles, & fertiles possidebat, debet pro omnibus soluere tributa.l. qui 10. C.de omn.agr. deser. libr. 11.

De pertinentibus ad hunc titu.vide in libris C. 10.& 11. & infra tit.de his, quib.vt indig.hæred.aufer.titu.de his, quib.vt indig.lega.aufer.libr.2.& titu.de Publica.Bon.titu. de pęn. infra hoc lib.

Si debitor Fiscalis creditori suo soluat, Fiscus potest hanc pecuniam à tali creditore repetere.l.deferre.18.§.fin.ff.de iure Fisci.

Fiscus non debet locupletari in præiudicium alterius. Andr.Gail.obser.18.lib.1.Ideò quando bonorum confiscatorum successor est, tenetur soluere debita delinquentis.idem,obser.86.lib.2.Rot.Auenio.decis.121,in decisio. diuerso.Craue.consi.263.num.7.Rolan.cons. 31.vol.1.Clar.in sua Pract.crimin.§.fin. quæst. 78.Rebuff.in constitutio.Reg.tit.de litter.oblig.art.11.glo.2.& Abb.consi.102.lib.2.

An emenda Regia sit soluenda ante creditores, vide Ioan. Gal.quæst.10.256.257.262.& 265.Alexan.Raud.tracta.de Analog. cap.33. num.212.Rebuff.in constitutio.Reg. in proœmio,glo.5.nu.119.

In pęnalibus, iudiciis priuatus Fisco potior, quā do de damno partis lęsæ tractatur, ita obseruatum fuisse legitur in libris placito Curiæ, lib.12.tit.de pęn.Fiscal.in decisio.diuerso.

Fiscus pro expensis litis non prefertur creditoribus.Rot.Auenio.decis.121.ibid.

Quando Fiscus occupans bona defuncti, teneatur ad legata, vide Raud. tractat.de Analog. cap.33.nume.29.

De Saluaguardia.

SAluægardiæ, & securitatis validitas, & eius vires, in controuersiam, & dubitationem reuocari citra sacrilegij crimen, non possunt. Ozas. decis.88.num.16.

Saluamguardiam infringens, qua pęna puniatur, vide Guid.Pap.quæstio.418.à quo sit concedenda, & quanto tempore duret, vide ibi. nume.3.& Boer.decisio.297.nume.7.

Frangens saluamguardiam punitur crimine legis Maiestatis, secundum opinionem Gulielm. de Lud.sing.87.

An saluægardię fractæ pęna, & cognitio ad Superiorem Dominū, seu ad Vasallum spectet, si per subditum Vasalli in suo territorio rupta fuerit saluaguardia, & quid in speciali obtenta in exequutionem sententiæ Senatoriæ, vide Perillust.D.P.Tessa.decis.132.

Saluægardię infractio quid exigat, & qualiter debeat publicari, & ad quem spectet eius cognitio, vide Boer.decis.297.

Saluaguardia quæ sit, quibus, & qua sub forma concedi possit, & de pęnis eorum, qui illam violant vide per Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas.338.

Saluamguardiam solus Princeps concedit. ibi. num.3. omissa partis citatione.nu.8. quia illa nemini nocet.ibid.nu.9.

Saluaguardia continere debet clausulam iustificatiuam.Menoch.d.cas.338. nu.10.

Saluaguardia, siue protectio nullum ius nouum tribuit; sed conseruat tantùm illud, quod ei, cui conceditur, cōpetit.Natt.cons.237.Tom. 2. Ideò saluaguardia nunquam intelligitur præiudicare iuri alterius.ibid.nu.3.

Saluumconductum solus Princeps potest concedere, & frangens illum an, & quādo teneatur lege Iulia Maiestatis, vide Boer.decisio. 179.Franc.Marc.q.68.part.2.

Infringens saluumconductum qua pęna puniatur, vide Papon.lib.5.tit.7.arrest.1.& Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.336.& 137.

Princeps contra Vasallos non solet concedere saluumconductum subditis ipsius Vasalli.idē Papon.lib.13.tit.2.arrest.5.

Saluoconducto abutens qualiter puniatur, vide Boer.d.decis.179.nume.3.Et socij qui dicantur ad hoc, vt saluusconductus vni concessus, aliis prosit, vide ibid. num.5. Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.336.

Saluusconductus quando dicatur rumpi ob delictum, & non tuetur eum, qui illum impetrauit, vt sub illo delinqueret, vide Ioseph.Lud. deci.11.Luc.nu.32.& 38. Quo loci, declaratur dictum Decij super hac quæstione.

Saluusconductus non rumpitur, quando delicta non sunt appensata.ibid.d.deci.11. in fin.

Iudex, qui subdito securitatem dedit, vt iudicio sistat, si homicidij, vel alterius criminis reus inueniatur an, & quando in illum Iudex animaduertere possit, vide Fran.Marc.quęst. 516.nu.6.part.1.& q.68.part.2. Hartma. c.29. tit.Miscellaneorum,lib.2.

Iudici saluumcōductum bannito inculpato de alio crimine dare an liceat, vide Marc. d. q.516.

quæst.516.nu.7.part.1.& q.68.part.2. Menoc. de Arbitra.lib.2.caſ.337.

Saluuſconductus in eundo, & redeundo intelligitur,& contra Marc.q.332.part.2.num.4.Menoch.de Arbitra.caſ.336.num.11. Sed pro prima vice. Rot. Genu. deciſ.63. vide Menoch. conſi.244.lib.3.

Saluuſcōductus intelligitur ſolùm de violētia, quæ de facto contra ius infertur.Myſing.obſer.82.cent.1.

Saluuſconductus eſt obſeruandus à Rege.Ioan. Gal.quæſt.192.

Captus, pendente tempore ſecuritatis, reponitur in libertatem: fallit, ſi eo tempore denuo deliquit. vide Vincen. de Franc.deciſio.258. part. 2.

Iudex ſecuritatem, & fiduciam dare an poſsit reo bannito, vt ad iudicium veniat, & quid in decurionibus habentibus arbitrium ſuper bono,& pacifico ſtatu Ciuitatis, vide Meno. de Arbitra. q.81.

Securitas reo, vt veniat ad iudicium ob bonū publicum, ſolet concedi.ibid.nume.4. Fallit, quando eius nomine Procurator comparere poteſt.ibid.num.8.

Securitas reo cōceſſa, omni in caſu ſeruari debet.ibid.d.q.81. nu.12.

Si Iudex dat fiduciam bannito, non tenetur eā ſibi ſeruare; ſecùs ſi fiat à Principe, vel à Duce belli.Bald.ſing.149.

Securitatem perpetuam reo concedi non debere, neque reo criminis lęſæ Maieſtatis, & ei, qui de facili detineri poſsit, ſcribit Menoch.d.quæſt.81.

De ſaluiconducti conceſsione,& qui illum concedere poſsit, de pęnis eorum, qui illum violant, & de pluribus quotidiè in caſtris euenientibus circa ſaluumconductum vide per eundem Menoch.ibid.caſ.336.

Saluuſconductus prodeſt etiam ſeruis eius, cui eſt conceſſus. ibidem. nume. 8. Sed qualiter interpretetur circa tempus, vide ibidem nume.11.

Saluuſcōductus à Principe conceſſus quàm longè, lateque pateat: ideò conceſſus perſonis, etiam ad res extenditur. Dec. conſi.51. vide Menoch.d.caſ.336.

Saluuſconductus reuocari poteſt per concedētem ex cauſa, ſed ex quibus cauſis, vide Menoch.conſi.244.lib.3.nu.29.

Securitas, vel ſaluuſconductus an ſit ſeruandus illi, cui eſt datus, vide Hartma.capitul. 30. titul. Miſcellaneorum ex iure Ciuili libro 2.

De Inducialibus,& prorogatoriis litteris.

Debitor impetrans moratoriam contra creditores ſuos, poteſt repelli per retorquutionem iuris iniqui, ſi agat contra ſuum debitorem. Affli. deciſ.66.tamen vide ibid.

Litteræ inducîales non comprehendunt debitū iuratum. Afflic.deciſ.5.Gram.deciſ.12.Mohe. deciſ.227.Natt.conſi.233.Rol.conſi.31.vol.1. Hippol.ſing.515.vide tamen Boer.deciſ.296. nu.5. Gaſp. Cabal. milleloq.764.Alex.Raud. tract.de Analog.cap.22.num.102.& Perilluſt. D.P.Teſſau.deciſ.186.

Priuilegium Principis debitoribus ſolutiones protrahens propter bellum, vel paupertatē, nempe ſi debitores ſint pauperiores creditore, requirit probationem paupertatis, quæ fieri debet per debitorem probātem ſe creditore pauperiorem. Afflic.deciſ.377.

Quinquēnalis dilatio ſolutionis vt valeat, quę requirantur, vide eundem Afflic.deciſ.378.

Litteræ quinquennales, vel annales conceſſæ debitoribus, non extēduntur ad futuros creditores.Guid.Pap.q 109.

Debitor, cui data ſunt quinquennalia de debitis ſuis ſoluendis, cauere debet de illis perſoluendis.ibid.nu.2.

Princeps poteſt concedere debitori dilationē ad ſoluendum annalem, & quinquennalem, ſed de differentia harum litterarum, & quādo Princeps eas cōcedat, vide per Boer. deciſ.296.& Perilluſt.D.P.Teſſau.deciſ.186.

Cautionem an dare debeat annales litteras obtinens, vide Boer. d.deciſio.296.nume.2. & Natt.conſi.591.

Induciarum tempus à Principe debitori concedendarum, quantum eſſe debeat, vide Natt. d. conſil. 591.

Litteræ iudiciales non habent locum in debito priuilegiato, veluti in depoſito,& debito Regio.Boer.d.deciſ.296.Vincen.de Fran. deciſ. 151.Papon.lib.10.tit.9.arreſt.fin.

Secundò, moratoria conceſſa per Principē debitori, non comprehendit cauſam dotis. idē de Franc.deciſ.219.Ratio, quia talis dilatio conceditur per viam gratiæ; ſecùs autem ſi concederetur per viā Iuſtitię.ibi.d.deci.219.

Tertiò, ſicut induciæ de ſtylo non conceduntur condemnatis, ita nec de proximo condemnandis concedi debent: quia condemnatum eſſe, vel de proximo condemnandum, paria ſunt.Natt.conſ.233.Tom.1.nu.4.vide Perilluſt. D.P. Teſſau.deciſ.186.

Quartò, non comprehendit ipſa moratoria debitum

bitum ratione delicti, minus debitum Fisci. Affl. decis. 5. & ibi in additio.

Quintò etiam cessat, quando illi fuit renunciatum, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 186.

Quando huiusmodi litterę moratorię debeant concedi, & quando non, vide Papon. libr. 10. titu. 9.

Absentibus rône, vel causa belli, vt supersedatur in eorũ litibus, solent concedi litteræ status, sed quando, vide Papon. lib. 10. tit. 8.

Debitor, qui obtinet litteras prorogatorias solutionis, quæ in precibus narrare debeat. vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 203. nume. 14.

Hæ litteræ dilatoriæ solutionis, à quo concedãtur, vide Rebuff. in suis comment. Tom. 2. tractat. de litte. dilato. art. 1. glos. 1. Quibus concedantur, nu. 12. In quibus casibus impetrari non possint, ibid. num. 17. & seqq. Quãdo cõcedi possint, num. 51. Quæ sint differentiæ inter annalem, & quinquennalem dilationem, ibid. nume. 52. Quæ contra ipsas opponi possint, ibid. nume. 67. Et quis sit effectus harum litterarum, vide eundem Rebuff. ibi. fol. 375.

Cęptam causam quis prosequi tenetur, nisi ex causa obtinuerit litteras supercessionis à Principe. Rebuff. d. tract. de litte. dilat. art. 1. glos. 2. fol. 376. Sed quibus concedantur, vide ibid. glos. 4. A quo. glo. 6. Et in quibus casibus non concedantur, ibid. fol. 178. & 180.

In precibus, super quibus obtinentur litterę induciales, debet fieri mentio de litis pendentia. vide Rol. consi. 31. vol. 1.

Dilatio prorogata, non dicitur noua dilatio, & prorogatio dilationis sine causa, etiam fieri potest. Natt. consi. 338.

Induciæ dilatorię ad deliberandum, ita sunt cõcedendæ in causis criminalibus, sicut in ciuilibus. Ludo. Roma. sing. 701.

Litteræ annales, vel quinquennales incipiunt currere, non à tempore præsentationis, sed à tempore datæ ipsarum. Guid. Pap. sing. 715.

Dilatio, quæ vim contractus perimit, non potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum; si autem non perimit, sed prorogat, sic l. 7. C. de pact. int. empt. & vẽdit.

De rescriptis.

Rescriptum loco libelli habet. Ozas. decisio. 1. num. 4.

Clausula, Sine iudicij strepitu, quid importet, vide ibid. nume. 12. Quid de clausula, Sine figura iudicij, ibi. nume. 15. & 16.

Inferior Principe non potest clausulam, Sine figura iudicij in rescripto delegatorio alicuius causæ, apponere. Ozas. dicta decisio. 1. nume. 18.

Clausula, Sola facti veritate inspecta, quid operetur, vide ibid. nu. 20. & infra tit. vt sola fact. verit. inspec. proced.

Clausula, Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, habet vim clausularum derogatoriarum, & ex ea colligitur Principem voluisse auferre ius tertij quomodocunque quæsitum. Ozas. decis. 102. nu. fin.

Clausula, Non obstantibus, &c. in rescripto apposita, pręsumitur obreptitia, probato, quòd rescriptum sit subreptitium. Ozas. decisio. 142. nume. 17.

Clausula ipsa plus operatur, quàm clausula, Ex certa scientia, quæ facit valere illud, quod aliàs patiebatur defectum. Gram. decisio. 66. nume. 39.

De clausula, Quorũ tenores (scilicet instrumẽtorum) habeantur pro expressis vide per Gram. decis. 66. nu. 35. & seqq.

Clausula, Omissa omnis iuris solemnitate, intelligitur remota iuris Ciuilis subtilitas; non autem causæ cognitio. Petr. de Beninten. decisio. 36. nume. 5.

Princeps nunquam præsumitur vti potestate absoluta, nisi exprimat, vel nisi apponat clausulam, Ex certa scientia. Roma. sing. 764.

Verbum, ex certa scientia in rescripto appositum, idem operatur, quod clausula, Non obstante tali lege. Guid. Pap. sing. 7.

Rescriptum ita intelligi debet, vt repugnantiã non contineat. Ozas. decis. 5. nu. fin.

Decreta Principis contraria vtilitati Publicæ, & rationi Naturali, valere nõ debent. idem, decis. 88. num. 4.

Rescriptum semper intelligendum est, vt recipiat interpretationem a supplicatione. ibid. num. 9. Gram. decisio. 103. num. 203. Menoch. consi. 180. lib. 2. Quod procedit, quando rescriptum est simplex; secùs si determinatum. vide Menoch. d. consi. 180.

Rescripta, quòd alter pro altero teneatur, tunc iniqua, & iniusta esse censentur, quando sunt sine causa. Ozas. decis. 88. nu. 25.

Princeps non præsumitur suo rescripto velle tollere contractus, & ratificationes omnium partium consensus valatas. idem, decis. 142. nume. 18.

Princeps iuri tertio quæsito in dubio derogare non intelligitur. Gram. decisio. 65. nume. 80. Nam Princeps agere debet sine iniuria alterius. Afflic. decisio. 286. Barto. in l. 2. C. de precib. Imper. offer. cap. 12. ex. de offic. Iudic. ordin. & cap. 19. ibid.

Rescripta Principum intelliguntur, saluo iure tertij, & aduersus ea de surreptione, & obre-

ptione opponi solet. Mysing. obser. 8. cent. 4. Et priuilegium debet intelligi concessum sine alterius iniuria: Barto. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccle. num. 21.

Rescriptum contra stylum impetratum, est de falso suspectum: ideò non valet: præsumitur enim falsum priuilegium, quod tollit ius tertij. Cabal. milleloq. 761. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. titu. de rescript. in præfatio. nume. 164. Nam non est de mente Principis tribuere beneficia in alterius iniuriam. l. 4. C. de emancipa. libero.

Concessio semper intelligitur facta sine præiudicio alterius. Bar. in l. si finita. §. deinde. ff. de dam. infec. Abb. consi. 101. part. 1. Nisi de tertio faciat mentionem. Abb. consi. 70. part. 2.

Rescriptum, quatenus tendit in aliorum præiudicium, debet strictè interpretari. Abb. consi. 101. part. 1.

Rescriptum, quo datur Arbiter ad diuidẽdam hæreditatem inter duos, nempè fratrem, & sororem tanquam cohæredes, non præiudicat absenti. l. 13. C. de probatio.

Clausula, Absque præiudicio iuris alieni, vel iuribus alienis semper saluis, & iuribus Curiæ nostræ saluis, posita in rescripto, quid operetur, vide Gram. deci. 66. nu. 5. 6. 7. 53. & 54.

Declaratio Principis, non intellexisse iuribus partis præiudicare, quid operetur, vide D. Sol. in antiquis constitutio. Sabaudiæ, gloss. 3. super 3. pat. decreti, vt nihil, tit. de conclusio. in caus. nu. 9. fol. 159.

Quid, si rescriptum ita erat clarum, vt non egeret declaratione, vide ibi. nu. 10. Et rescriptũ à parte non vocata cõcessum, est reuocabile. ibid. num. 11.

Rescriptum Principis cum reuerentia præsentari, & recipi debet, sed qualiter, vide ibid. nume. 12.

Iudex videns rescripta nõ esse exequenda, debet Principi rescribere causam, nisi pars, contra quam conceditur, Principẽ adierit, & rescriptum declaratorium obtinuerit. D. Sola ibid. num. 13. & 14.

Rescriptum est potius interpretandum frustrà impetratũ, quàm vt indebitè tertium lędat. Menoch. consi. 75. vol. 1. nu. 64.

Sententia lata, non obseruata forma rescripti, dicitur nulla. Ozas. decis. 142. nu. 28.

Obreptio in parte rescripti, vitiat totum rescriptum. Ozas. ibid. nu. 29. vide tamen Affli. decis. 116. nu. fin. Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 2. tract. de rescript. in præfatio. nu. 109.

Illa verba, facias, pro vt exigit Iustitia, important facultatem decidendi, & ordinem iuris seruari. Ozas. d. decis. 142. nu. 38.

Surreptio in rescriptis committitur per suppressionem veritatis, & expresionem falsitatis, & tunc rescriptum non valet, quia si expressa esset veritas, Princeps nõ ita concessisset. Afflic. decis. 116. Bar. in §. ex non scripto, num. 10. Institut. de iure Natura. gent. & Ciuil.

Rescriptum non potest dici surreptitium respectu taciturnitatis alicuius facti, quando illud fuisset expressum, non reddidisset Principem difficiliorem. Afflic. decis. 195. nu. 7. Nec omnia falsa expressa vitiant rescriptum, sed illa sola, de quibus potest aliqualiter præsumi, ꝙ potuerunt mouere Principem saltem ad facilius concedendũ. Aegid. Bellam. conclu. 600.

Rescriptum redditur surreptitium, si nõn fiat mentio de litis pendentia. Afflic. decis. 220. num. 13. Gasp. Cabal. milleloq. 183. Abb. cons. 98. part. 1. & cõs. 101. Sed quãdo hoc fit verũ, vide Aegi. conclu. 102. Et mentio generalis nõ sufficit, vbi particularis notatu digna deficit. Afflic. d. decis. 220. nu. 16.

Litteræ secundæ ad hoc vt reuocẽt primas, debent facere mentionem de processu iudicij, & de priuilegiis. c. inter 20. ex. de sentent. & re iudic.

Lite pendente, non valet confirmatio, seu rescriptum obtentum super re litigiosa, tacito, ꝙ res fuerit in iudicium deducta. c. 1. & c. bonę memoriæ 3. ex. de confirm. vti. vel inuti. & Abb. consi. 101. part. 1.

Rescriptũ debet continere ea, quæ potuissent mouere Principẽ ad nõ cõcedendũ, vel difficilius concedendum. Capic. decis. 32. nu. 13. Nec expresio generalis sufficit, sed requiritur specialis. Gram. decis. 66. nu. 18.

Rescriptũ cõtinens aliquid falsum, quod si fuisset expressa veritas multò fortius Princeps cõcessisset, nõ vitiatur. Capic. d. deci. 32. n. 16.

Princeps an, & qñ fuisset aliquid cõcessurus, attenditur cõis stylus Cancellariæ. ibid. nu. 17.

Obreptio non euitatur, si quis per inuolucrum verborum, effugiat deliberatam mentẽ Principis. Gram. decis. 66. nu. 18.

Rescriptum non faciens mẽtionem de Priuilegio, per quod priuilegiato conceditur exceptio peremptoria, valet, & nõ vitiatur, vt obreptitium, vel subreptitium. ibid. nu. 30.

Rescriptũ Principis nõ faciens mentionẽ de alterius possessione, nullum est. Gram. d. decis. 66. num. 57.

Exceptionem contra rescriptum, quando probet excipiens, & quãdo non, vide distinctionem Boer. decis. 344. nu. 9.

Per impetrationem secundi rescripti, cuius notitia peruenit ad Iudicem primum aliunde, quàm per partem secundò impetrantẽ, non impedit, quin valeat processus. Boer. decis. 348. num. 16.

Falsi

Falsi expressio non dolosa non vitiat rescriptum, licèt regulariter vitietur, quia intelligitur semper, si preces veritate nitātur. Aegi. Bellam. conclusio. 4.

Quando plura copulatiuè narrantur in rescripto, quorum alterum sufficeret ad effectum producendum, tunc coniuncta resoluitur in disiunctam, & sufficit de altero fidem facere. idem conclusio. 734. DD. de Rot. deci. 7. aliàs 68. in nouis, tit. de rescript. & Menoch. consi. 385. libr. 5.

Rescriptum emanatum propter Publicam vtilitatem contra ius, valet, non facta mentione de iure: quia tūc Princeps videtur dispēsare contra ius; secùs si fuerit enarratum in fauorem priuatæ personæ, qa tunc nō valeret, nisi adesset illa clausula. Nō obstante alqua lege in contrarium. Guliel. Cassad. decis. 38. nu. 9. & seqq. tit. 1.

Rescriptum inciuile, & subreptitium redditur omissione eorum, quorum expressio rescripti concessionem negasset. Fran. Marc. quęst. 623. nume. 5.

Taciturnitas causæ (etiam lęuis) quæ difficiliorem concessionem redderet, ad subreptionem sufficit: tamē falsum exprimere grauius est, quàm verum tacere. Marc. q. 387. part. 2.

Error in nomine aduersarij nō vitiat rescriptū; secùs si erretur in nomine impetrantis. DD. de Rot. decis. 7. aliàs 68. in nouis, titu. de rescript. in additio.

Licèt rescriptum contra leges non valeat, verùm, si facta sit talis narratio facti in rescripto, qua Princeps cognoscere potuit rescriptum esse contra legem, (licèt de hoc in rescripto nihil dicatur expressè) valebit rescriptum DD. de Rot. deci. 32. in nouis, tit. de rescript. vide nihilominus Papo. lib. 20. tit. 3. arrest. 34. Quando esset præiudiciale iuri tertij.

Rescriptum sine speciali mandato impetratū, an sit nullum. vide DD. de Rot. decis. 61. aliàs 430. tit. de appellatio. in nouis.

Rescriptum surreptitium, parte non opponente, non vitiat processum DD. de Rot. decisio. 48. aliàs 387. in antiq. tit. de rescrip. & decis. 13. eod. in antiquio.

Rescriptum secundum non faciens mentionē de primo, vt surreptitium non valet. DD. de Rot. decisio. 11. ibidem Hippol. de Mar. sing. 109.

Delinquere plus dicitur obrepens, quàm subrepens. ibid. & Craue. consi. 296. col. 4.

Surreptio nunquā datur ex taciturnitate eius, quo expresso Princeps facilius concessisset. Vera. decis. 160. part. 1.

Impetrans rescriptum narrata in precibus probare tenetur. Gasp. Cabal. milleloq. 757. Cra. consi. 104. consi. 148. nume. 8. & consi. 1. prò genero, num. 139.

Rescripta Principis habent tacitam conditionem, si preces veritate nitantur, & hæc conditio suspendit pęnam rescripti eòusq;. quousque de veritate, vel falsitate narratorū ostēdatur. Andr. Gail. obser. 14. lib. 1. vide gloss. in l. fin. & Azo. in summa titu. C. de diuersis rescrip. Bart. in l. si ex falsis 42. C. de transact.

Quid si rescriptum concedatur expressè sub cō ditione, si preces veritate nitātur, vide Cra. consi. 1. pro genero nu. 151.

Mendax precator carere debet impetratis, & rescriptum subreptitium nullam tribuit iurisdictionem. Gail. d. obser. 14. nu. 3. vide Bar. in l. 2. C. si contra ius, vel vtilit. Publ. Sed quādo dicatur subreptitium. vide ibid. nu. 3.

Volens impugnare litteras rescripti, quia sine manibus Officialium, an repellatur ostenso mandato, vel ostensa solutione annatæ, vide Crescen. decis. 2. aliàs 56. tit. de rescrip.

Subreptio committitur, quādo in genere quid narratur, non in specie: fallit, quando præsumptiuè quid exprimitur, & quando rescribens in genere saltē scire potuit, quod tacitum est. Crauet. consil. 79. Tamen quòd specificè omnia sint narranda, scribit Hippol. sing. 111.

Subreptionis exceptio dilatoria est, ideò opponi, & probari debet ante litem contestatam, & sublata censetur per Clausulam, Remotis quibuscunque exceptionibus. Crauet. consi. 79. nume. fin.

Subreptio vitiat omnia gesta virtute rescripti subreptitij subsequuta, etiam ꝙ tale rescriptum esset aliàs iuri consonum. Crauet. cons. 103. num. fin.

An vitium obreptionis, & subreptionis tollatur per clausulā, Pro expressis habentes, &c. vide eundem. Craue. consi. 296. col. 5.

Obreptio, & subreptio ex communi opinione differunt, & quæ sit obreptio, & subreptio, & quando committātur, & qualiter vicient, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 202. Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de rescript. in prę fatio. num. 134.

Rescripta Iustitiæ ad lites obtenta, quibus suppressis qualitatibus, surreptitia reddantur, & consequenter, quid narrandum sit in precibus ad hoc, vt rescriptum valeat. vide ibid. cas. 203.

Clausulam, Motu proprio, non tollere vitium subreptionis in rescripto ad lites, dum litis pendentia non narratur, scribit idem Meno. ibid. num. 12.

Rescriptum contra consuetudinem, vel stylum nō valet, nisi de ipsis in rescripto fiat mētio.

Rebuff. in constitutio.Reg. in proęmio. glos. 5.nu.135.fol.34.

Exceptio semel opposita ad elidendum rescriptum,& reiecta, si ex eodem rescripto ad aliud agatur, nō potest iterato opponi. Guid. Pap.sing.383.

Mendacium non vitiat rescriptum, si tale vitiū est, quod si expressum fuisset, non impediuisset eius impetrationem, idem Guid.sing.756 aliàs secùs l.1.C.de collus. deteg.

Rescriptum à Principe obtentum, non habet effectum, donec Iudici, seu Commissario (cui dirigitur) fuerit præsentatum. Idem singul. 913.

Rescriptum super aliqua re, si impetrari lege prohibeatur, valet, si in eo ponatur clausula, non obstante lege, quæ prohibet impetrari. Anton.Corset.in suis singularibus, litera R. sing.rescriptum 2.de hac clausula, vide per Bart. super constitutione ad reprimendum, & gloss. in authentica, hoc inter. C. de testament.

An rescripta impetrata à potentioribus existētibus in Curia Romana, sint nulla, vide ibid. singu.rescriptum 3.

Rescriptum cōtra ius commune non valet, nec illi est parendum, quousque secunda iussio fiet à Principe. Guliel.de Ludo.sing.51. vide Bar.in l.7.C. de precib. imperat.offeren. sed quid, quando nemini nocet, vide Bar.ibid.

Rescriptum Principis aliàs nullum, an sustineatur per hæc verba, motu proprio cōcedimus &c.& quid operentur hæc verba, vide Bart. in Authent. quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccles. in additio.

Rescriptum ab excommunicato obtentum, est nullum ipso iure, & alter defectus personæ impetrantis non vitiat rescriptum Bart.in l. vniuersis.C.de precib.impera.offer.

Princeps quando possit rescribere contra ius Ciuile, cum clausula, non obstante, &c. Et quomodo opponatur, quando Princeps contra legem rescribit, vide Bar. in l. 6. C.si contra ius, & in l.1.C.de petitio.bonor.sublato, libro 10.

Priuatus etiam debitor fisci non potest impetrare, vt debitores sui summatim exigantur. Bartol. in l.4.C. de conuenien. Fisc. debet.lib.10.

Confessio facta cum clausula, motu proprio, an in dubio intelligatur ad partis petitionem, vide Bart.in d.l.1.C.de petit.bon.sublat.

Aliquando litteræ, quæ ab initio non habent effectum, tractu temporis possunt illum habere. capitu. ex tenore 11.extra de foro competen.

Rescriptum Apostolicum propter rasurā in loco non suspecto, non censetur vitiosum, quū vbi ius non constituitur, non noceat rasura, c.ex litteris 3.ext.de fid. instrument.

In impetratione rescripti pars, quæ ex eo lædi potest, citari dēt. Bart. in l. adoptio. 38. ff.de adop.vide l.39.ff.eod.& ibid. gl.

Iudex de subreptione rescripti impetrati, cognoscit.Bar.in l. item 27.ff.de testam.tutel.

Mala grammatica an vitiet rescriptum Principis, vide Bart.in l. Plautius 9. ff. de aur. & argent. legat.

Rescriptum impetratum à Principe, q̄ sententia non mandatur executioni, donec de meritis causæ reuisionis cognitum fuerit, nō valet.Guid.Pap.q.420.

Falsa demonstratio in rescriptis non vitiat, nisi de contraria Principis voluntate doceatur. Bar.in l.demonstratio 17.num. 11.ff. de conditio.& demonstrat.

Iudex ex officio potest punire illum, q per obreptionem aliquid impetrauit.Bart.ī l.si quis 29.num.4.ff. ad leg.Cornel. de fal. sed quando hoc sit verum, vide l.fin.C.de his, qui à nō dom.manu.san.

Litteris Imperialib.licitè non paretur, si illę cōtineant causam irrationabilem. Bar. in auth. vt determinatus sit numerus.

Iudex non debet præcepta Superioris contra ius, vel vtilitatem publicam executioni mandare, sed secundum iussionē expectare debet.Bar.in §.deinde. Authen.de manda.Princip. Et an tunc rescriptum valeat, vide l.fin. & ibid.glo.C.si contra ius.

Rescriptum contra publicam vtilitatem impetratum, est ipso iure nullum.l.iubemus.10. C. de Sacrosan.Eccles.

Legitima transactio, rescripto Principis nō tollitur.l.causas 16.C. de transact.

Ius speciale, quantominus potest, dicitur derogare iuri communi: Ideò concessio testandi liberè intelligitur legitimè,& iuris solemnitare seruata. l.si quando. 35. C. de inofficio. testam.

Ex rescripto Principis licitum non est recedere ab emptione perfecta.l.de contractu.3.C. de rescin.vendit.

Dilatio, quæ vim contractus perimit, non potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum, si autem non perimit, sed veró prorogat, sic.l. 7.C. de pactis. inter emp.& vendit.

Nullus est immunis à solutione vectigalium, etiam si præsentet super immunitate Principis rescriptum; quia præsumitur obreptitium. l.6. C.de vectigal. commiss. l. vacuatis. 19. C. de Decurionib. libro 10. Nam rescripta contra cōuentiones,& statuta vectigaliū non

non valent.l.12.eod.tit.de vectig.commiss.

Non valet rescriptum obreptitium, vel de rebus illicitis impetratum.l.1. C. si nupt. ex rescrip.petan.Ideò rescriptum, per quod incestæ nuptiæ conceduntur, non est impetrandum, neque impetratum est seruandum. l. 2.C.eodem.

Testamentum iure perfectum, non rescinditur per rescriptum. l. si testamentum 10. C. de testamen.

Verba rescripti enunciatiua soliti,non necessitant.l.1.C.quomodo,& quando Iudex.

Non debet admitti rescriptum, per quod retractatur iam decisum, veluti sententia.l. fin.C. senten.rescin.non poss.

Per rescriptum Principis violenta possessio nō confirmatur.l.auctoritate 3.vnde vi.

Qui sub prætextu rescripti,iuris ordine non obseruato,possessionem apprehendit, suo iure priuatur.l.meminerēt 6.C.vnde vi. Nam nec virtute rescripti possessor non conuentus,neque citatus,debet in sua possessione turbari l.fin.C.si per vim,vel alio modo.

A beneficio rescripti receditur per actum contrarium, ergo qui facit contra ius, quod impetrauerat, illud perdit l. 2. C. de iur.domi. impet.

Vnusquisque tenetur exprimere ea, quæ sunt causa, & fundamentum suæ intentionis. Et per rescriptum non intelligitur Princeps derogare contractui, ex quo nata est naturalis, & ciuilis obligatio. l. exprimere 2. C. de duob.reis.

Non debet admitti supplicatio, quando aliquid supplicatur contra ius,nō expressa causa dispensationis.l.cum 3.C.de adoptio.

Obreptitium rescriptum impetratum, non excusat à crimine lęsæ Maiestatis, nec à pęna; ideò rescriptum,per quod conceditur facultas cudendi pecuniam,pręsumitur subreptitium.l.fin.C.de fab.mone.

Quando rescriptum non valet ipso iure, vide per Azo.in summa tit. C.si contra ius.

Rescriptum pro defuncto impetratum,non valet.gloss.in l.Neratius 152.ff.de reg.iur.

Rescripti forma à Iudicibus non debet transgredi.gloss.in §.audient, Authen. de iudicib.

Debitores Fisci exiguntur summatim, nec ipsi possunt impetrare, & eodem modo debitores ipsorum exiguntur.l.pen.C.de cōuenien. Fisci debit.lib.10.

Bona, quæ deferuntur in Fiscum,nemo potest sibi impetrare: ideò concessio facta ad petitionem alterius, non valet; secùs si fieret motu proprio Principis.l.1.& 2.C.de petitio. bon.subla.lib.10.

Nullus potest postulare canonis remissionem, & mutationem: & impetrata rescripta non admittuntur, & sunt irrita:& impetrantes in duplum puniuntur. l. fin. C. de Cano. furm. vrb. Rom.

Verba priuilegij debēt intelligi in eum casum, in quo ius aliter disponit.Barto.in l.1.nu.6.C. de Sacrosanct.Eccle.

Sigillum est de substantia litterarum. Afflict. decisio.253.

Litteræ Principis virtualiter consideratæ, sunt tantùm tituli probatio.ibid.nu.3.

Rescriptum est stricti iuris, ideò pro omisso habetur, quod in rescripto non exprimitur.Afflict.decisio.366.Vera.decisio.153.& decisio. 154.part.1.& 281.part.2.Borg.Caual.deci.21. de iudic.Craue.consi.172.Guid.Pap.sing.635. Natt.consi.39.Tom.1.

Rescriptum est personale: ideò non transit ad alias personas, nisi in eo expressas DD.de Rot.decisio.10.aliàs 411. titu.vt lite penden. in nouis.

Quod dicitur rescriptum esse stricti iuris, & extra res,& personas in eo comprehensas non trahi,quomodo intelligatur,vide Mago. decis.52.Luc.nu.8.& 23.

Lite pendente, si altera pars impetrauerit priuilegium, contra quod lis decidatur, victus non potest agendo denuo producere priuilegium. Capic.decis.86.nu.20.

Precibus partis existentibus in rescripto,plenè statur.Gram.decis.65.num.19.Quia cōfitetur quis narrata in rescripto, quod impetrauit, & talis confessio est ita potens, sicut expressa.Craue.consi.1.part.2.

Producens rescriptum non potest impugnare narrata in eo, licèt produxerit in parte, & passibus, pro se tantùm facientibus. Crauet. consi.1.part.2.num.6.

Ampliatio rescripti Principis dum fieri intenditur, debet pars citari, & pariter, dum de interpretatione rescripti tractatur. Capic. d. decis.65.num.20.

Rescriptum Principis est seruandum.Thom.Minad.decis.37.num.2.

De iure Ciuili rescriptum est perpetuum, de iure Canonico annale, tamen quomodo hoc intelligatur,vide Guid.Pap.quæst.135. Franc. Marc. quæst. 41. Gasp. Cabal. milleloq.755. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 204. Rebuff. in constitutio. Reg. in procemio, nume. 44. fol. 21.

Quando rescripta conceduntur super iure partium,sunt perpetua, sed ea,quæ Iudicis comprobatione indigent, ferè anno pereūt. Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de rescript. in præfatio.nume.4.Tom.2.fol.329.vbi plenè de materia.

Quis potest se iuuare supplicatione, & rescripto per partem aduersam producto, quod procedit, quando fuit acceptatū; secus quando esset impugnatum. Fran. Marc. q. 246.

Rescriptum dicitur esse commune DD. de Rot. decis. 47. titu. de appellatio. in antiq. hoc verum postquam fuit præsentatum, & tunc aduersarius poterit illo vti, inuito impetrante. Hiero. Magon. decisio. 90. num. 9. Rot. Floren. vide eundem, decisio. 52. Luc. aliàs impetrās poterit illi renunciare. Petr. de Rauen. sing. 613. vide Cabal. milleloq. 759.

Rescriptum impetratum continens ius nouum, vel iniquum, potest aduersarius eo vti, impetrāte inuito, per viam retorquutionis. Mago. decis. 52. Luc. nu. 18.

In iudiciis æqualitas est seruanda: ideò rescriptum ad vnum litigatorum concessum extēditur ad alium, vt si remittantur expēsæ vni, censentur quoque remitti eo modo alteri aduersario. l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

Iussioni Principis maximè secūdæ standum est præcisè: quia secunda iussio Principis importat Clausulam motus proprij, etiā si non exprimatur, & pariter operatur clausulam, Ex certa scientia. Marc. q. 806. & 807.

Rescripti verba intelligi debent secundum finem, ad quem proferuntur. Vera. decis. 151. num. fin. part. 1.

Rescriptum Principis gratiosum super re principali non extenditur ad expensas, & differt à rescripto Iustitiæ. Borg. Caual. decisio. 14. de iudic.

Rescriptum denegans appellationem, ligat etiam impetrantem. Magon. decisio. 52. Luc. nume. 15.

Derogatio, quæ, & qualis requiratur, quando præcessit rescriptum habēs clausulam derogatoriam ad sequentia, vide Craue. cōs. 126.

Quando Princeps rescribit quem esse audiendum post sententiam, quæ transiuit in iudicatum ex aliqua causa, quid iuris, vide Crauet. consi. 172. Rebuff. in constitutio. Reg. in proœmio, glo. 5. nu. 45. fol. 21.

Rescripta Marchionum, Comitum, vel aliorum Dominorum, quando valeant, vide D. Sol. in antiq. constitutio. Sabaudiæ, in proœmio, glo. 3. fol. 6.

Quando Princeps concedit rescriptum commissionale, quo compellūtur debitores executiuè, cum hac clausula, Nisi quis se opposuerit, &c. tūc facta oppositione, præceptum resoluitur in vim simplicis citationis. vide eūdē D. Sol. ibi. fol. 151. tit. de clauf. mād. Prin.

Quādo vnum rescriptum alteri præferatur, vbi duo concurrunt circa idem, vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 48. fol. 89.

Rescriptorum duo sunt genera, aliud enim dicitur rescriptum Iustitiæ, aliud rescriptum gratiæ; sed qualiter, & quomodo differant, vide ibid. cas. 201.

Industria personæ censetur electa, quando ardua negotia mandantur, sed quando dicantur mandata ardua negotia, vide eundē Menoch. de Arbitra. cas. 205.

Speciale rescriptum derogat generali. Rebuff. in constit. Reg. tract. de rescript. in præfat. fol. 329. Vbi plene de materia rescriptorum.

Qui sint rescriptorum effectus, vide ibid. nume. 139. Quibus modis rescripta amittantur, vel impugnentur, nu. 171. & seqq.

Alienationis verbū in rescripto largissimè accipitur, etiam si res tantùm sit ablata. Ludo. Roma. sing. 606.

De rescriptis vide per Henri. Boer. in suis singularibus, tit. rescriptum, & priuilegium.

Impugnantes rescripta Principis, qualiter puniantur, vide Bar. in l. 2. C. de legib.

Nuntiis Sedis Apostolicæ, vel Principis non creditur, nisi habeant litteras. Bartol. in l. vnica. C. de manda. Princip. vel Princeps esset præsens.

Pęna, quæ debetur parti, non remittitur per rescriptum; secùs in ea, quæ debetur Fisco. Bar. in l. 2. C. de in ius vocando.

Qui dat operam rescriptis illicitis, punitur. Bar. in l. 2. C. de Pet. Bono subl. lib. 10.

Successor potest conueniri per litteras impetratas contra prædecessorem, licèt ipse antecessor citatus non fuerit. cap. dilecti 17. ex. de for. compet.

Quod legitimè factum est, Papa non intendit per suum rescriptum retractare, neque sententiam legitimè latā cap. audita 4. ex. de restitutio. spoliat.

Litteræ generales, non reuocant speciales c. bonæ 3. ex. de confir. vtil. vel inut.

Clausula apposita in litteris Apostolicis, si eum idoneum reperierit, facit potius ad monitionem, quam ad conditionē. Bar. in l. cum 6. §. 1. ff. de tutelis.

Confirmatio circa inualida, & tacita, omni veritate impetrata, est nulla, & nō prodest. Fel. consi. 27. num. 16.

Verbum, de facto in rescripto, importat sine citatione, & sine probatione. Bartol. consil. 82. volum. 1.

Specialiter, & in priuilegium concessa, nō sunt extēdenda, neque per rescriptum retractanda. l. quæ 2. C. de legib.

Verba necessitatiua à Principe prolata, & ad impetrantem rescripta directa, non important necessitatem Iudici. l. sæpe audiui. ff. de offic. Præsid.

Impe-

Impetrans rescriptum non dicitur habere dilationem ad præsentandum rescriptum, licèt eius aduersarius debeat habere dilationem ad contradicendum, & ad impugnandum. l. 2.C.de dilatio.

In rescriptis concessis sub conditione, ipsa conditio purificata, retrotrahitur ad tẽpus impetrati rescripti. Doct. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucapio.

Filiæ natæ post priuilegium marito concessum, illo potiuntur priuilegio, non prius natæ, nisi etiam pro illis fuisset supplicatum. l. Imperialis. 23. §. illud. C. de nup.

Rescriptum super sportulis nõ soluendis, quale sit, vide glo. in l. fin. C. de furt. & lit. expen.

Argumentum à contrario sensu in rescriptis, est validum. glo. in l. 8. §. igitur. ff. mand.

Non debet à Principe impetrari, quod iure cõmuni conceditur. l. Imperatores 14. ff. de priuileg. credi. Nam superuacuum est precibus impetrare, quod iure communi conceditur glo. fin. in l. 1. ff. ad municip. & de incol.

Prægmatica forma est rescriptum Principis, cũ consilio Procerum factum. glo. in verbo, pregmatica. §. si verò in perpetuum, Authen. de non alien. aut permut. reb. Eccles.

De Priuilegiis, vide infra tit. seq.

De Priuilegiis.

Socer, & socrus promittentes dotẽ cum iuramento, habent priuilegium, ne cõueniantur vltra quàm facere possint, obtenta prius absolutione à iuramento. Capel. Thol. q. 259. Thom. Minad. decis. 2. vide Bar. singu. 126. Tamen tale priuilegium non competit his, qui sunt in dolo. Capel. Thol. d. q. 259. in additio. l. si quis. ff. de re iudic.

Priuilegium concessum marito, ne conueniatur vltra quàm facere possit, cõpetit etiam eius hæredibus, si sunt filij eiusdem matrimonij. Bar. in l. si cum 23. ff. de re iud. l. etiã. 19. ff. solut. matrimo. secùs si hæredes sint extranei. l. maritum. 13. eod. tit. solut. matr.

Quæ personæ non conueniantur vltra quam facere possint, vide l. sunt 16. & seq. ff. de re iu.

Maritus in restitutione dotis habet priuilegiũ, ne conueniatur vltra quã facere potest. idẽ in socero patre mariti. Ias. de actio. in §. sunt Præterea. vers. item si.

An maritus habeat hoc priuilegium, si agat alter, quàm mulier, vide Ias. ibi. nu. 5.

Quid si maritus esset in lata culpa, vel mulier esset ita pauper, vt dos esset tota necessaria ad alimenta ipsius, vide ibid. nu. 9. & 10.

Prædicta non procedunt, quando dos consistit in specie. Ias. ibid. nume. 11.

Priuilegia attributa vxori ratione dignitatis, & reuerentię mariti, durãt etiam soluto matrimonio. Bartol. in l. 3. C. de priuileg. Schol. lib. 12. l. 8. ff. de Senato. Ozasc. decis. 31. nu. 14.

Priuilegium concessum marito comprehendit etiam vxorem, & fratres. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 379.

Clericus debitor conueniri non potest, nisi inquantum facere potest, sed an habeat priuilegia militum, vide Capel. Thol. q. 246.

Priuilegium, ne quis cõueniatur vltra quam facere possit, æquiparatur priuilegio impetrationis veniæ. Ozas. decis. 31. num. 15. & tunc qualiter contra eũ fiet exequutio, vide Hartma. cap. 2. tit. de senten. lib. 2.

Aliquo condemnato, quatenus facere potest, in exigẽdo non inspicitur valor ædificij; sed fructuum, vide Bar. sing. 17. Boer. decis. 19. nu. 7. & 9. & l. 6. ff. de cessio. bono. & tunc exceptio æris alieni, & deducto ne egeat, potest in exequutione opponi. Boer. d. decis. 19. nu. 7. & 9. Bar. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor.

Illi, qui habet beneficium, ne conueniatur vltra quã facere potest, est dimittendum tantum de suo patrimonio, quòd eius fructus illum possint sustinere. Iaff. Lanf. Balb. decis. 174. vide Ias. de actio. in §. sunt pręterea. vers. item si.

Miles habet priuilegium, ne conueniatur vltra quàm facere possit. l. miles 6. ff. de re iudica. idem in aduocato. ibid.

Parens, patronus, socius, & Doctor nõ conueniũtur vltra quam facere possint, deducto ne egeant. Ias. ibid. in d. §. sunt præterea, versic. sed si quis.

Priuilegia Principis etiam inualida, si sunt confirmata ex certa scientia ipsius, valent. Ozas. decis. 39. num. 18.

Confirmatio priuilegiorum quid operetur, vide Bar. in l. priuilegia 12. C. de Sacros. Eccles.

Priuilegia Principis semper intelligi debent citra iniuriam, ac tertij præiudicium, & illa restringi, vt sint cõformia æquitati, & honestati. Ozas. decis. 90. num. 11. Francis. Marc. quęst. 394. & q. 452. vide Mysing. obser. 8. cẽt. 4. Hippol. sing. 483. Bar. in l. 1. C. de Sacrosan. Eccl. nu. 21. & in l. 41. ff. de admini̇st. tuto. Abb. consil. 98. par. 1.

Rescriptum gratuitum, per quod præiudicium alteri affertur, est inualidum. Aegid. Bellam. conclus. 738. nu. 3.

Motus proprius de sui natura non tollit præiudicium tertij. Idem conclusio. 752.

Possessio longissima, cuius initij memoria non extat, habet vim priuilegij. Ozas. decis. 95. num. 14. Vera. deci. 355. par. 2. alias 28.

Senex

Senex multa in iure habet priuilegia, de quibus vide per eundem Ozas.decis.123.

Beneficium primum, & secundum non conceditur in causa liquidationis post sententiam, si ante sententiam fuerit concessum. Afflict. decisio.35.

Priuilegium concessum creditis, intelligitur cōcessum creditoribus.Rot. Genu.decis.83.

Priuilegiū maius trahit ad se minus: ideò quando priuilegiatus concurrit cum priuilegiato, attenditur quis sit magis priuilegiatus. Afflict.decisio.56.vide Bar.in l.verùm 12.§.item ff.de minoribus.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatū. Ioseph.Ludo. decis.Perus. 3.num.18.& 21.Dec.consi.221. Bar.in l.sed & miles 10.ff.de excus. tut. vide Vinc. de Fran. decis.16.nu.3.Ias.de actio. in §.rursus, nu.55. Hippol.sing.681.Sed qñ dictū procedat,vide Bar.in auth. quas actiones. C.de Sacrosanct. Eccle.l.fin.ff.ex quibus causis maiores, gloss. in l.sed si 3.ff.de rebus eorum, qui sub tutela.

Priuilegiatus gaudet priuilegio suo contra priuilegiatum,quando tractatur de damno vitando,& est in specie priuilegiatus, & alter in genere. Borg.Caual.decis.1.de contract.

Beneficium debet esse inter partes commune. Affl.deci.89.Nisi dolo aduersarij altera pars sit decepta.idem decis.210.nu.6.

Priuilegium legitimandi spurios,mortuo cōcedente,an expiret,vide eundem Afflict. deci. 128. Et bonum erit, si fuerit petita confirmatio.ibidem.

Priuilegium à Principe concessum in vim contractus,est irreuocabile. Afflict.decis.128.nu. 10. Franc. Marc.q.152.part.1.& q.920.part.2. Iass.Lanf.Balb.decis.125. Natt. consi.669. Et dicitur transire in vim contractus, si ob benemerita fuerit concessum. Gram. decis. 65. num.25. Natt. d.consi.669. nume. 11.& consi. 674. vide tamen Menoch. consi.112. Idem si recepta pecunia fuerit concessum. Iass. Lanf. d.decis.125.Dec.consi.293. Roma.sing.463.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato, an vtatur suo priuilegio,& contrà,an non priuilegiatus succedens priuilegiato,vtatur priuilegio defuncti,vide Afflic.decis.212. Bar.in l. 49.§.in hac.ff.de verbo. oblig. & in l.Fiscus 6. ff.de iure Fisci,& q.2.

Priuilegio priuilegiati vti potest non priuilegiatus per modum cessionis, si fraus nō probetur.Ioan.Baccon.sing.3.

Princeps an,& quando possit reuocare concessionem de statutis cōdendis Populo datam, vide Afflic.decis.392.nu.17.

De priuilegio per Principē cōcesso priuato, & eius hęredibus,super ędificatione Publicam vtilitatem concernente,quod in singularem successorem non transeat, ad reædificādum, ędificio semel collapso,& alteri per successorem concesso vide Afflict.d.decis.392.

Priuilegium concessum subdito potest (etiam sine causa) reuocari, nisi datum sit ob remunerationē.Capic.decis.121.nume.16.secùs in non subdito. Abb. consi.41.part.1. vide Reg. Vtriusque casus cū limitationibus per Andr. Gail.obser.60.nume.15. & seqq.lib.5.Tamen quòd priuilegium concessum etiam non subdito,reuocari possit,quādo iusta aliqua causa subest,scribit Menoch. consi.350. num.21. libr. 4. Et iusta causa reuocandi priuilegium ciuilitatis est, quando priuilegiatus non se confert ad habitandum in Ciuitatem. Menoch.ibidem.

Beneficium concessum litis cōsorti priuilegiato,non potest remitti,& renunciari in pręiudicium litis consortis in causa indiuidua,cui ius iam erat quæsitum. Vincent.de Fran.decis.269.part.2.

Immunitas concessa per modū priuilegij,quando incipit continere enormem lęsionem, & damnum, debet reuocari, & ex hoc priuilegiatus conqueri non potest, si aliqua ex parte iustis de causis suum minuitur priuilegiū, cùm aliàs in totum reuocari potuisset.Meno. consi.156.lib.2.nu.34.

Priuilegium etiam à Principe impetratum, per quod quis priuatur sine causæ cognitione,lite pendente,vsu possessionis tanquam surreptitium non valet,sed tanquā rationi obuiū, est reuocandum.cap.1.ex.vt lite pendente.

Non obstat priuilegium impetratum,lite pendente, de lite non habita mentione. cap.fin. ext. eodem.

Reuocatur priuilegium, si ex post facto incipit enormiter esse nociuum.cap.suggestum 9.ext. de decimis.

Priuilegium vnum non tollit aliud. l. dotalem 17.ff.de milit.testamen.& ibid.glo.

Priuilegium facilius tollitur,quàm ius commune.l.ejus 35.§.militia, & ibid.glo.ff.eod.tit.

Causa finali priuilegij cessante, cessat priuilegium.Gram.decis.65.num.49. Boer.decis.31. num.fin.l.Titia 89.§.vsuras de leg.2.

Immunitas concessa alicui ex quo exercet aliquam artem,illę ea non gaudet, si maiorem partem eius substantiæ in ea non ponit.Vincen.de Fran.decis.175.nu.2.

Priuilegio qui abutitur an priuari mereatur: & priuilegiū quibus in casibus perdatur,quod per successorem concedentis ex causa moderari,& restringi potest.Fran.Marc.q.528.vide Mago.decis.116.Rot.Floren.

Priuilegium vnico actu ipsi cōtrario amittitur. DD.de Rot.

DD.de Rot.decisio.8.aliàs 382.de cau.poss. & propriet.in nouis. Ozas. decis.91.num.21. Abb.consi.61.part.2.num.7.vide tamen l.voluntariè 12.C.de excusat. tuto. hoc verum in persona priuata, secùs in Communitate vel Ecclesia.Andr.Gail.obser.60.lib.2.nu.10.

Contra priuilegium quid faciens, quod effectu careat, priuilegium non amittit.Pet.Roy.decis.3.Litua.nu.33.in decisio.diuerso.

Priuilegium ex falsa causa concessum non tenet.Gram.decis.59.Aegid.Bellam.conclusio.723.nu.14.Idem in priuilegio per surreptionem obtento.ibid.Gram.num.3.Veluti,quando oēs qualitates non sunt expressæ. Gram. decis.59.num.57.

Ciues, qui non habitant in Ciuitate, non gaudent priuilegiis ipsius. Ioseph.Ludo.decisio. Perus.3.num.18.

An respectu mutati domicilij,quis amittat priuilegium loci originis,vide Boer. decisio.13. nume.35.

Vt per non vsum censeatur renunciatum priuilegio,est necessarius 40.ann. cursus. Put. decis.252.lib.3.nume.4.vide tamen Vera.decis. 309.part.1.Papon.lib.2.tit.5.arrest.4.& Bar.in l.1.ff.de nundin.

Circa amisionem priuilegiorū duo casus sunt distinguendi:primus quando priuilegiū consistit in faciendo, alter quando in non faciēdo,primo casu spacio 10.ann.amittitur,si impetrans illo non fuerit vsus,secundo casu nō amittitur,nisi spacio 40.ann.Vide regulas cū suis limitationibus per Andr. Gail.obser.60. lib.2.Abb.consi.61.part.2.nume.fin. Fel.cons. 1.nume.23.

Priuilegium concessum alicui negotiationi,vel gestori personarū,intelligitur quatenus persona priuilegiata exercet illam negotiationem.Borg.Caual.decis.17.de contract. part. 2.nume.30.Andr.Gail.obser.118. libr.2.vide Alex.Raud.tract.de Analog.cap.22.num.55. Barto.in l.9.C.de Sacrosanct.Eccles.Sed artē exercens per substitutum, an gaudeat priuilegio artis,vide Ludo.Rom.sing.65.

Quando precibus obreptitiis, vel subreptiis aliquid conceditur, id concedens dicitur voluisse concedere: quia si sciuisset, vel falsum sibi non fuisset narratum,vel verum suppressum, id non concesisset. Menoch.consi.112. libr.2.nume.72.Nam priuilegium obtentum per mendacium, non valet. Barto.in l.2.C.si contra ius,vel vtilit.Public.

Priuilegium alterius infringēs,seu violans, debet puniri omnibus proprijs priuilegiis, si quæ habet.Rom.sing.702.

Decem modis quis perdit suum priuilegium, de quibus vide per Spec. titu. de instrumen. editio.§.inter autem,in verbo,item oppone.

Filius alibi natus,& habitans,habetur pro forēsi,quo ad originem paternam; ideò non gaudet priuilegiis concesis Ciuibus paternę Patriæ.Dec.consi.352.

Ille,qui non sustinet onera in Ciuitate, non beneficiis statutorum Ciuitatis, tamen hoc nō habet locum in Ciuibus non sustinentibus onera ex priuilegio Ciuilitatis sibi concesso. Hippol.sing.519.

Priuilegium per cōtrauentionem perditur, nisi concessum sit Ecclesiæ,vel Pio loco: nā tunc per contrauentionem non perditur, nisi decurrat spacium 40. annorum. Ioan. de Auono, sing. 12.

Priuilegium amittit, qui illo sua auctoritate nō legitimè vtitur. c.denunciatum.25.q.2.

Negans illud, quod est causa sui beneficij, perdit beneficium, sed non sufficit generalis negatio hoc modo, nego narrata,pro vt narrātur, & petita,pro vt petuntur. vide Anto. de Trig.sing.75.

Propter mēdacium perditur beneficium.l.si dubitetur 11.§.ita demum.ff.de fideiusso.

Priuilegio indulto sibi miserationis causa, nemo potest renūciare. Aluis.de Alber.sing.87.

Priuilegiū quando dicatur perpetuum, & quandò temporale,& qualiter amittatur per actū contrarium, vide Bart.in l.2.C.de diuers.rescript.Et an vnus actus sufficiat,vel plures requirantur, vide gloss. in cap. cum 8. ext. de constitutio.

Priuilegium, quod non habet temporis extensionem, nec effectum multiplicationis, per vnum actum dicitur contemptum,& tunc nō potest amplius effectum producere. Aegid. Bellam.conclusio.625.

Ambasciator,finita ambasciaria, non gaudet priuilegio Ambasciatoris, si differat recedere.Bart.in l.4.C.de commer.& mercat.

Qui auctoritate propria venit contra Indulgētiam, seu priuilegium, illud amittit.cap.pro 22.ex.de præben.& dignit.

Mentiens negando id, ex quo vult intentionē suam fundare,amittit suum priuilegium.Bar. in l.2.§.1.in repet.ff.si ex noual.caus.aga.

In necesitate cessat priuilegium. cap.peruenit 2.ex.de immu.Eccle.

Priuilegium habens,qui in vno articulo aliquid fieri patitur, an in aliis sibi præiudicet, vide Barto.in l.2.§. maiores.ff.de decurion. & in quæst.8.num.3.

Beneficium concessum alicui propter aliquid perditur,nisi illud totum impleatur etiam in qualitate.Bar.q.8.nu.fin.

Doctorādi priuilegium Ciuitati concessum per non vsum decennij, an amittatur, vide Fel. consi.

consil.27.nume.20.

Priuilegium an præscriptione tolli posſit, vide Fel.ibid.num.fin.

Meretrix non gaudet beneficijs indultis à legibus, maximè in casibus expreſsis.Capic.deci. 19.nu.6.Tamen quòd gaudeat priuilegiis cõceſsis mulieribus, scribit Vincent. de Franc. decis.233.part.2.

Priuilegium facit probationem euidentiſsimã. Capic.decis.77.nu.5.

Lite pendente, si altera pars impetrauerit priuilegium, contra quòd lis deciditur, victus nõ potest agendo denuo, producere priuilegiũ. Capic.decis.86.num.20.

Possessio, vel quasi iurium incorporalium, transit per solum priuilegium. Capic. decis. 121. nume.9.

Verba generalia apposita per Principẽ in suo priuilegio, non debent strictè, aut tenaciter interpretari. Gram. decis.4.nu.8. & decis.59. nume.48. Nam beneficia Principis latiſsimè interpretantur. Gram.d.decis.4. & d.decisio. 59.num.46.cap.olim 16.ex.de verbo.signific. vide Bart.in l.1.C.de iuris, & fac.igno.& in l. si quando 35.C.de inoffic. testamen. & Abb. consi.101.nu.fin.part.1. Quod maximè procedit in præiudicium Principis, & in his, quæ in priuilegio exprimuntur. Gram.d.deci.59.nu. 46.DD.de Rot.deci.3. de offic.lega.in nouis. Abb.consi.104.part.2.cap.cum 18.ex.de verbo.signific.Hippol.sing.483. Et quando esset priuilegium concessum motu proprio; secùs si ad partis postulationem; quia tunc fit stricta interpretatio.Gram.d.decis.59.nume.55. Ioan. Mohed. decisio. 197. vide Iaff. Lanf. Balb.decisio.121.

Princeps nunquam dicitur motu proprio concedere, nisi exprimat in conceſsione clausulam, motu proprio.Gram.d.decis.59.num.56. & conceſsio simpliciter facta intelligitur ad postulationem, non motu proprio. vide Ant. Corset.in suis singularibus litera C. sing.conceſsio. Barto.in authen. quas actiones. C.de Sacrosanct.Eccle.

Clausula, Absque præiudicio iuris alieni, vel iuribus alienis semper saluis, non operatur in cõceſsis, & expreſsis, sed quo ad alia.Gram. decisio.66.num.5.

Quando Princeps aliena iura reseruat, solùm quod ipse habet, videt̃ cõcedere.Gram.ibid.

Clausula, Non obstãtibus, plus operatur, quàm clausula, Ex certa scientia. Gram.d.decisio. 66. num.39. de ipsa clausula, vide plenè ibid. nume. 37.

Principi aliquid facienti ex certa scientia, si quis se opposuerit, debet repelli, & nihil opponi potest eo casu, quod annullet gratiam. Gramma.ibidem nume.41.

Omnia mandata Principis, debent intelligi sine alterius damno. Menoch.consi.119.num. 14. libr. 2.

Princeps si aliquid dat, vel confirmet, semper intelligitur in dubio facere, saluo iure alterius. Gram.decis.103.num.236. & nume.240. Rot.Genu.decis.104.nu.16. Fran.Marc.quęst. 623.num.10.& 11.Nam verba priuilegij, debent potius impropriari, quàm per illa inferatur pręiudicium tertio.Gramma.d.decisio. 103.nume.237.

Quando Princeps habet notitiã de iuribus cõpetentibus tertio, etiam si apponeret clausulam, Ex certa scientia, nihil operaretur talis clausula, in præiudicium illius tertij. Gram. ibid. num.242.

Falsum præsumitur priuilegium, per quod tollitur ius tertij, cùm Princeps non soleat huiusmodi priuilegia concedere. Cabal. milleloq. 761.

Princeps tamen potest concedere priuileg um iuris alteri quæsiti, si per illud res reuertatur ad ius cõmune, seu ad eius naturam. Gram. decis.106.num.3.Idem, quando in priuilegio facit mentionem de tertio, cui ius aufertur. Abb.consi.70. part.2. Sed an per priuilegium Princeps posſit tollere ius tertio, vide Aegi. Bellam.conclusio.723.Bar.in l.11.C.de agric. & censi.libr.11.

Priuilegium Principis motu proprio cõceſſum, latè est interpretandum, etiam in præiudiciũ tertij:& Princeps dicitur vti plenitudine potestatis, quando est adiecta clausula, Ex certa scientia.Natt.consi.340.nu.6.& 7.

Beneficium Principis, strictè intelligitur contra abutentes.Bar.in l.3.C.de aquæduct.lib.11.

Obtinens priuilegium multum strictè, nõ potest eo vti magis largè.Bart.in l.4.eod.

Priuilegij verba ita interpretanda sunt, vt priuilegio ipsi non noceant. Mohed. decisio. 163.nume.fin.

Immunitas strictam recipit interpretationem: ideò in dubio non comprehendit immunitatem soluendi laudimium, ex multis rationibus scriptis per Menoch.consi.297.libr.3.

Priuilegium strictè interpretandum in dubio, Cęterum quando constat ex tenore priuilegij de illius diſpositione, tunc lata fit interpretatio, quatenus verborum proprietas requirit.Dec.consi.113.

Priuilegium Principis, quod per supplicationẽ impetratur, nõ debet esse damnosum Fisco, nec iuri, vel vtilitati Publicæ contrarium:sed quando Princeps aliquid concedit contra ius, conferendo dominium, an debeat dicere, nõ obstante tali lege, vel sufficiat dicere,

non

non obstante quacunque lege contrariũ faciente, vide Cassan. in consuetud. Burg. in proœm.in verbo supplicatio.

Licèt priuilegij verba generaliter loquantur, non tamen sunt interpretanda in præiudicium aliorum.cap.6.& ibid.glos.ex.de cõstit.

Priuilegia sic sunt accipienda, & intelligenda, vt intellexit auctor ipsorum, & non sunt amplianda,quia odiosa.cap.dilecti 8. ex.de decim.& primi.

Priuilegium non debet ad aliud extendi,quàm ad ea,quæ continentur in illo.cap.10.ex.eo.

Priuilegium datum pupillo intelligitur, vt non auferat ius alterius. Barto.in l.7.ff.qui potiores in pigno.habe.

Beneficium quomodo dicatur intelligi,ne cõtineat iniquitatem, vide Barto.in l.ex facto.ff. de vulgari.

Priuilegij restrictio censetur benigna, & pia, cùm per restrictionem illud reducitur ad ius commune. Fel.consi.44.

Priuilegium fauorabile est ampliandum, & ꝙ sit fauorabile,colligitur ex mente concedentis,qui rem principaliter non causa odij,sed fauoris concessit.Fel.consi.3.nu.3.

Priuilegium cùm sit stricti iuris, an ex identitate rationis,possit extendi, vide Fel.consi.12.

Concessiones priuilegiorum licèt recipiãt interpretationem restrictiuam, & limitatiuã, non tamen recipiunt interpretationem destructiuam.Aegid.Bellam.conclusio.738.

Priuilegia sunt contra ius commune; ideò restringenda,& non amplianda,quare licèt beneficia,& munificentia Principis latè sint interpretanda, tamen priuilegia stricto modo,& in fauorem concedentis,sunt intelligẽda.Gom.Leo.decis.31.in decisio.diuerso.vide Alex. Raud.tract.de Analog.cap.29.nu.4. & 13.Natt.consi.163.& Abb.consi.98.part.1.

Priuilegium cõcessum, si habeat clausulam derogantem priuilegijs, non facientibus specialem mentionem de præcedenti concessione,sufficit ad derogandum,dicere;nõ obstantibus priuilegijs quibuscũque, etiam essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, licèt aliter non specificetur.Gram.decis.20.vide & decis.65.ibid. Ioan.Mohed.decis.20.Craue.consi.126.Dec. consil.160. Tamen in priuilegio debet fieri expressa mentio de viduis, & pupillis, aliàs eorum priuilegio non dicitur derogatum. Gram.d.decis.20.nu.fin.& decis.65.num.23.

Nulla obstantia officit priuilegio Papæ modo prædicto concesso.Gram.d.deci.20.

Priuilegium speciale generali derogat. Franc. Marc.q.267.cap.1.ex.de rescript. Tamen priuilegio non censetur derogatum per dispositionem contrariam, nulla ipsius priuilegij facta mentione.Natt.consi.274.

Priuilegium secundum nunquam tollit primũ, nisi priuilegia sint inter se contraria. Vera. decisio. 309. part.1.& decis.377. part.2. Sed quando secundum tollat primum, vide Vincen.de Fran.decis.125.& Dec.consi.247.

Priuilegium in corpore iuris clausum, an censeatur esse sublatum, per amplissimam derogationem,vide Crescen.deci.16.tit. de priuileg.vbi de materia.

Ciuitas rebellis amittit priuilegia propter rebellionem.Gram.decis.46.nu.10.

Priuilegij confirmatio secũdum formam priuilegiorum antecessorum,non valet, nisi priuigium confirmatum,ostendatur.Gram, decis. 59.nume.21.

In dispositionibus,de quarum natura est disponere de nouo,vt in contractibus,priuilegiis, & similibus, si de illo præterito, ad quod dictiones,prout,&c.referuntur,non constat,nõ ex hoc redditur dispositio cõditionalis, nec gratia vitiatur.Gram.ibid.nu.22.

Concedens videtur concessisse illud,de quo si fuisset interrogatus,vtiq; concessisset.Gram. decis.106.num.8.

Priuilegium probatur ex transumpto in actis producto.Thom.Minad.decis.43.

Firmarij non debent gaudere priuilegio Fisci, in exigẽdis eorum debitis. Guid. Pap.q.208.

Priuilegium concessum ab alio, quàm Imperatore, vel Principe, valet respectu suæ iurisdictionis,vel suorum subditorum.Guid.Pap. quæst.354.

Respub.Ecclesia,Fiscus,& pupillus æquiparantur,& eadem habent priuilegia.Guid.q.631. num.3.Marc.q.612.Pupillus tamen est magis priuilegiatus, quàm mulier, & Fiscus. l. 6. & ibid.glo.C.de seru.pig. dat.manumit. Fiscus etiam, & mulier pari passu ambulant. Ias. de actio.in §. fuerat,nu.70.

Priuilegium datum verbo, vel scripto,æquiparatur,sed quare,vide Boer. decis.1.nume.21.

Castro concessa priuilegia, an debeantur alteri,in quod habitantes se cõferunt,vide Boe. decis.212.num.15.

Priuilegium in dubio videtur concessum personæ,& non loco.Boer.decis.227.nu.fin. Bar. consi.189.vol.1. Sed an censeatur reale, vel personale,vide eundem Bart.in l.pater.ff.de seruit.legat.

Priuilegium personale non egreditur personã eius, vel eorum cui, vel quibus conceditur. DD.de Rot.decis.4.aliàs 876.tit.de priuileg. in antiq.vide Natt.consi.163.& seqq.Bart.in l.1.ff.de constitut.Princip.Port.in §. sed quod Principi,Institut.de iure Natur.gent.& Ciuil.

(vbi

(vbi scribit limitationes) & l. cum patronus 28.de legat.2.

Priuilegium concessum pro se,& liberis, an extendatur vltra pronepotes, vide Raud.tract. de Analog.cap.15.nu.247. Et cõcessum filiis, non cõprehendit nepotes.l.6.§. fin.C.ad Senatu sconsul.Trebel.

Priuilegium mutatur,mutatione personæ. Rol. consi.61.vol.4. Bart. in l.per Procuratorē 89. ff.de acquir.hæred.

Si concedatur priuilegium alicui pro se, & suis descendentibus masculis,& fęminis, & descē dentibus per lineam fęmineam, ita demum habet locum priuilegiũ in mulieribus, si sint viduæ, secùs si nuptæ. Cassad.in consuetud. Burg.tit.*Des droicts*, Rub.4.§.1.gl.3. nu.4.vide tamen Raud.de Annalog. cap.13.nu.28. Pet. de Raue.sing.483.Anto.Corset.in suis singularibus,littera P.sing.priuilegiũ 1. & Bar.in l. 3.C.de priuileg.schol. lib.12.

Vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibid.deficiente ea, beneficium quoque deficit.Cassan.eod.tit.§.17.glo.fin.

Quando priuilegia comprehēdant omnes descendentes in infinitum, vide Natt. consil. 64.Tom.1.

Priuilegiatus in præscriptione succedens non priuilegiato, quando vtatur suo priuilegio, vide Bart.in authen. quas actiones. C.de Sacrosanct.Eccle.nu.14.& 15.

Priuilegium personale trahitur ad hæredes pro tempore præterito, pro quo est facta executio.Barto.in l.hæredes 20. C.ad Senatusconsul.Velleia.

Priuilegium respiciens litis ordinationem con cessum vni,transit ad aduersarium.vide Bar. in l.5.C.de fruct.& lit.expen.

Priuilegium concessum sub nomine liberorum, non extenditur vltra nepotes.Barto.in l.10. ff.de Senato.

Priuilegium concessum personæ, quod respicit actum conueniendi, non habet locum,cùm per alium quis cõuenitur.idem,in l.10.§.sem per ff.de in ius vocan.

Priuilegium, quod habet pupillus in actione tutelæ,non transit ad hæredem,etiam descendentem.Bart.in l.non solùm 67.§.si puellæ.ff. de ritu nupt.

Concesso priuilegio domui alicuius,tunc tota eius familia vtitur eo priuilegio,etiam post mortem domini, nisi solùm esset concessum contemplatione ipsius. Doctores in l. lecta. ff.si cert.peta.

Priuilegium vni concessum,non extenditur ad alium.Fel.consi.3.nume.2.Nam priuilegium personale cum persona extinguitur. l. quia 34.ff.solut.matrimo.

Priuilegium si causetur ex persona,non transit ad hæredem; si autem ob lęsionem, vel aliquam æquitatem,transit.Capic. decisio.109. nume.fin.

Quando priuilegia transeant ad hæredes,& cõ trà,vide Gom.Leo.decis.89.in decisio. diuerso.Barto.in l.1.ff.de constitut. Princip. & in l. 14.ff.solut.matrimo.

In omnibus causis id obseruatur, vt, vbi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea,beneficiũ quoque deficiat.l. in omnib.69.ff.de reg.iur.

Priuilegia quædam causæ, & quædam personæ conceduntur, & per consequens quædam ad hæredes transmittuntur,veluti quæ causæ cõ petunt,sed quæ personę,non transmittuntur. reg.priuilegia 157.eod.tit.

Posteris relictum priuilegium, non extenditur de iure ad natos ex fęminis; secùs de stylo Romanæ Curiæ.Cassad.decis.1.tit.de iure patro. vide Vincent. de Franc. decis.207. Dec. consi. 223. & Barto.in l.1.§.personis.ff.de iure immun.

Priuilegium personale non transit in successorem.l.sordidorum.C.de excusa.mune. lib.10.

Priuilegium concessionis licèt cantet pro se,& hæredibus, non tamen comprehendit omnes hæredes,sed intelligitur de primo hęrede.Gram.decis.59.nu.13.& 14.

Benęficia personalia ad defensores transeunt. l.13.§.si alieno.ff.de dam. infect. & ibid.gloss.

Priuilegio de alio faciens mentionem, probat contra concedentem,etiam si de illo enunciato non constet, secùs in præiudicium tertij.Boer.decis.247.

Priuilegia licèt de sui natura sint cõtraria iuri, sunt tamen secundũ ius interpretanda.Aegi. Bellam.conclusio.723.nu.11.

Rescriptum Principis gratiosum super re principali,non extenditur ad expensas,& differt à rescripto Iustitiæ. Borg. Caual. decisio. 14. de iudic.

Priuilegium, vel rescriptum emanatum contrà legem valet,cum clausula generali, Non obstante aliqua lege in contrarium, nisi forma legis induceret non valere, nisi faciat mentionem de illa. Guliel.Cassad. decis.38.num. fin. titu.1.

Beneficia temporalia de iure communi perpetua,& non temporalia præsumuntur.Cassad. decis.4.tit.de præben.

Milites nostri temporis si vacant armis,gaudēt priuilegio antiquorum militum;sed quomodo probetur quis miles, vide Capel.Thol.q. 141.Secùs si non vacant armis. Ioan.Mohed. decis.188.& l.penu.l.C.de testamen.milit.

Rusticus quando gaudeat priuilegio rusticitatis, vide

tis, vide Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 34. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 378.

Faber, qui conduxit hospitium iuxta scholas, vel domum Doctoris, expelli potest. Capel. Thol. q. 159. in additio.

Scholaris studens in propria Ciuitate, non gaudet priuilegiis Scholariũ. Capel. Thol. q. 169. in additio. vide tamẽ Gasp. Cabal. mille. 255.

De priuilegiis Scholarium vide per Papon. lib. 5. titu. 14. & Bar. in authen. habita. C. ne filius pro patre.

De priuilegiis Doctorum, Scholarium, & filiorum ipsorum Doctorum vide per Barto. in l. 1. C. de dignitatib. libr. 12. l. 11. C. de Aduoc. diuerso. iudiciorum, & l. 3. C. de Aduoc. diuer. Iudicum.

Scholaris vtitur priuilegio fori, dum est in Ciuitate ratione studij; extra non. Barto. in l. 4. C. de agent. in reb. lib. 12.

Priuilegiatus (vt absens in studio) fructus præbendæ recipit: verùm existens in villa, vel in Castello, vbi nullum est, vel minus competens studium, priuilegio non vtitur. cap. tuæ 12. ex. de Cleri. non residen.

Aduocatis nullum munus personale debet iniungi, nisi necessitas consulendi, arbitrandi, & iudicandi. l. 6. C. de Aduoc. diuerso. iudiciorum.

In priuilegiis, & fauorabilibus, non tantùm verba sunt attendenda, quàm mens consideranda. Ioan. Mohed. decis. 163.

Clericatus, vel alia dignitas superueniens post delictum, non excusat. Franc. Marc. quæstio. 164. nume. 6.

Virtute priuilegij, Ciuitas potest habere Vniuersitatem, & studium; sed in qua Ciuitate iura legi debeant, vide Marc. q. 349. & Natt. consil. 657.

Priuilegium concessum Ciuitati, an se extẽdat ad commitatenses, & contrà: & an suburbia comprehẽdat, vide Marc. q. 365. Ias. de actio. §. rursus, nu. 40. & Menoch. de Arbitra. q. 99. Et concessum castro, an extẽdat ad villam adiacentem, vide Barto. in l. si finita. §. ex hoc. ff. de dam. infect.

Priuilegium si ex alicuius persona competat, ea inuita, quis illo vti non potest; secùs si cõtra tertium. Marc. q. 146. part. 2.

Vt noiatus à milite gaudeat priuilegiis, oportet, vt miles tempore vacationis non desierit esse miles. Iac. Put. decis. 47. lib. 2.

In priuilegiis licèt requiratur priuilegiati notitia, tamen operatur priuilegium ante ipsius priuilegiati notitiam, contra eos, in quorum præiudicium conceditur. idem Put. decisio. 145. libr. 2.

Scriptor Apostolicus absens à Curia gaudet priuilegiis, in eius Bulla contentis. Put. decisio. 104. libr. 4.

Priuilegij cõcessio, quam talis habet, quid operetur, vide Vera. decis. 378. part. 2.

Priuilegia antiqua, non indigent aliqua verificatione, ibid. num. 2.

Priuilegia concessa Monasterio, & in eo pro tempore degentibus, sunt perpetua, & tunc præsentes non possunt præiudicare successoribus. idem Vera. d. decis. 378.

Verbis narratiuis priuilegij, absque alia probatione non statur, quãdo illa narratiua fuit facta ad partis instantiam. idem, decis. 337. par. 3. Fallit in antiquis, quod intellige, quãdo cõstat de pluribus instrumentis, vel plures testes adducuntur. ibid. d. decis. 337.

Priuilegium integrum exhibendum est, sed intellige, pro vt declarat Vincent. de Franc. decisio. 207.

Priuilegium generale, generaliter est intelligẽdum. ibid. num. 10.

Actio de dote cessa alteri, amittit sua priuilegia. Mysing. obser. 3. cent. 3. Quo loci scribuntur viginti duo priuilegia dotis, vide etiam Spec. tit. de donat. int. vir. & vxo. §. penul. Bar. & Castr. in l. 1. ff. solut. matrim.

Dos promissa, & destinata gaudet dotis priuilegio: & dotis fauore sufficit pro ratione dicere, speciale est in dote. Mago. decisio. 86. Rot. Floren.

Mulier sterilis an gaudeat priuilegiis dotis, vide Bar. in l. si quis 9. ff. de liber. & posthum.

Lex, seu dispositio generalis, an comprehendat casum dotis, vide Vincent. de Franc. decis. 289. part. 2.

Priuilegia, quæ competunt mulieri, an competant eius hæredi, vel cessionario, vide Cassan. in consuetud. Burg. titul. *Des droicts*, §. 17. gloss. 5.

Mulier priuilegiis dotalibus vti potest aduersus omnes creditores viri, etiam si eorum pecunia res sit empta, vel refecta, & hoc verum, si mulier esset tempore anterior, aliàs secus. §. his consequens, Authen. de æqualita. dotis, & ibid. gloss.

Quod dicatur priuilegiũ in corpore iuris clausum, vide Cabal. milleloq. 560.

Gratia simpliciter data, non extinguitur morte concedentis. vide Andr. Gail. obser. 60. num. 15. lib. 2.

Ecclesia, Ciuitate, castro, vel Collegio auctoritate Superioris, vel aliter destructis, quando amittant illa priuilegia, vide eundem, obser. 61. libr. 2.

Ciuis ex priuilegio, gaudet priuilegiis, vti originarius. Hierony. Magon. decisio. 60. nume. 4. Rot. Floren.

K Regis

Regis vita functi mandata perinde valere, atque si nihil ei accidisset, obseruatur apud Gallos, vt habetur in libris placit. Curiæ.titul. de Principe.libr.3.titul.1.cap. 2. in decis. diuerso.fol.85.

Paupertas,quę habeat priuilegia,vide Pe.Roy. decil.4.Litua.nu.283.& seqq.in decisio.diuerso.Tom.2.fol.437.

Bona pauperum gaudent iisdem priuilegiis, quibus gaudet Ecclesia.Crau.consi.323.

De priuilegiis cōcesis miserabilibus personis, & quæ miserabiles dicantur, vide Rebuff. in constitu.Reg.tract. de senten. prouisio.art. 3. glo.vlt.fol.179.Tom.1.

Priuilegium respiciens causas alicuius beneficij,non extenditur ad alias causas. Papon. li. 4.tit.9. arrest.10.

Consiliarius renuncians, seu relinquens suum officium,adhuc retinet priuilegium eiusdem officij.Papon.lib.5.tit.12. arrest.2.

Contra priuilegium Vniuersitatis cū decreto, an præscribatur minori spatio quadraginta annorum, vide Crescen.decis.4.aliàs 79.titu. de priuileg.

Auditor tèmpòre vacationis,qui nō erat Auditor tempore datę,an gaudeat priuilegiis Auditorum,vide eundem,decisio. 10. aliàs 170. de priuileg.

Litteræ priuilegij Principis,debent esse subscriptę,manu ipsius Principis.Craue. consil. 277. vide Natt.consi.505.nume. 4.vbi testatur de contraria consuetudine.

Nulla Ciuitas,præter Ciuitatem Roma. habet hodie illa priuilegia,quę habet Fiscus.Ias.de actio.in §.fuerat,vide tamen ibid.

Clausula, Nō obstantibus quibuscunque in cōtrarium disponentibus,quid operetur, vide Dec.consi.10.Et quomodo intelligatur,vide Hippol.sing. 558.

Constitutio loquens de priuilegiis,intelligitur loqui de priuilegiis in finibus meri priuilegij consistentibus; non de remuneratoriis,quę transeunt in contractum. Natt. consilio 169. nume.6.

In confirmatione priuilegiorum, aliquibus exceptis, cætera censentur confirmata. Natt. consil.674.& Rol.consi.61.vol.3.

Tunc demum rescriptum recipit interpretationem à precibus,quando est simplex,secùs si est determinatum, nam tunc non est spectandum quæsitum, sed responsum.Menoch.cōsi. 180.lib.2.num.11.

Vicerector debet gaudere pręminentiis, & priuilegiis Rectoris.Roma.sing.367.

Priuilegium mihi cōcessum motu proprio Principis in causa agitanda, non extenditur ad aduersarium, si illud concernit decisoria iudicij;secùs si ordinatoria. idē Rom.sing.374.

Abutens suo priuilegio, debet illud perdere. Guid.Pap.sing.326.c.8.ex.de constitu. c. licèt 18.ex.de Regula.& transeuntibus.

Priuilegium concessum super litis expensis,porrigitur ad aduersarium, propter æqualitatem seruandam in iudiciis.Petr. de Rauen. singul.217.

Priuilegium dicitur esse quoddam ius extraordinarium.Pet.de Raue.sing.506.

Si alicui est concessum priuilegiū ciuilitatis in suum fauorem, talis priuilegiatus tenetur ad collectas, & alia onera. Petr.de Rauen. singul. 522.

Priuilegium concessum venditori à Principe, etiam competit emptori.Dec.cons.48.

Priuilegium eius, qui tractat de damno vitando,pręfertur priuilegio; in quo tractatur de lucro captando.Dec.consi.410.

Ratione Nobilitatis multum defertur Nobili, vide Cassan.in consuetu.Burg. tit. *Des droicts*. Rub.4.§.17.glo.fin.

Si Superior concedat priuilegium, quòd studiū Pisanum gaudeat priuilegiis studij Padu.priuilegia concessa Paduæ post istam æquiparationem, non competunt studio Pisano, nisi adesset dictio, per omnia. Pet.de Raue.singul.545.

Priuilegium Principis simpliciter concessum,intelligitur concessum pleno iure,& perpetuò. Antonius Corsetus in suis singularibus,litera B.

Priuilegium Principis motu proprio cōcessum valet, sed si aliquis est obligatus Cohorti ex priuilegio Principis concesso motu proprio, ad aliam dignitatem non aspirabit, aliàs carebit effectu priuilegij:& cōmodum Cohortalis militiæ,non habebit.Anto.Corset. ibid. litera P.singu. priuilegium 2.

Priuilegium dignitatis durat, finita dignitate. Hippol.sing.107.vide Bartol.in l.13.C.de excusat. muner.

Propter communionem,vel societatem,inhabiles gaudent priuilegio habilium. idem Hippol.sing.180.

Verba priuilegij debēt intelligi in eum casum, in quo ius aliter disponit.Bar.in l.1. C.de Sacrosan.Eccle.num.6.

Circa priuilegium, quando idem fit in extraneo,quod est in Fisco, vide Bart.in l.1. C. de petitio.hæred.

Existens in quasi possessione priuilegij, adhuc debet priuilegium probare. Bartol.in l. 7. C. de fid.instrum.

Fiscus plura habet priuilegia, quæ alteri non conceduntur. Barto.in Rub. C. de iure Fisc. lib.10.num.11.

Priuatus

Priuatus etiam debitor Fisci, non potest impetrare, vt sui debitores summatim exigantur. Bart. in l.4.C. de conuenien. Fisc. debito.

Priuilegium impetratum contra legem, vt valeat, debet dicere, non obstante tali lege. Barto. in l.3.C. de cano. frumen. lib. 11. & in l. 6. de aqueduc. eod.

Priuilegium quo ad præstationem sportularum vni concessum, extenditur ad alium. Bar. in l. 12.C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. nu. 8.

Propter meritum personæ, conceditur priuilegium. c. penul. ex. de præsump.

Qui valetudine corporis officium implere nō potuit, vtitur priuilegio illius officij, ac si officium impleuisset. Barto. in l.4. C. de Princip. agent. in Rub. lib. 12.

Innouatio priuilegij, nouum ius nō tribuit, nec antiquum confirmat, sed illud, quod competebat, conseruat. cap. cum 4. ext. de confirma. vtil. vel inutil.

Priuilegia, & instrumenta, quando sunt vetustate quasi consumpta, debent renouari. ibid. d. capitu. 4.

Papa confirmans priuilegia, vel statuta alicui Ciuitati, intelligitur confirmare iusta. Bar. in l.1.ff. de his, qui sunt sui, vel alieni. iur.

Priuilegium trahitur ad res futuras, & consequuturas. c. ex parte 27. ex. de decimis.

Collegio, seu rei, quæ nondum est, nō datur priuilegium. c. pen. ex. de Eccles. ædific.

Clausula, Non obstante priuilegio, non intelligitur de incluso in corpore iuris. Bar. in l.2. §. legatis. ff. de iudic.

Verba priuilegiorum debēt intelligi, vt aliquid afferant, & nō remaneat ambiguitas: & ideò verbum, secundum, & iuxta, videtur appositum causatiuè, & non conditionaliter. c. Abbate 25. ex. de verbo. signific.

An si in priuilegio aliquo fiat mentio consuetudinis, vel priuilegij, sit necesse illud priuilegium enunciatum exhiberi, vide glo. ibid.

Interpretatio priuilegij, si dubitetur de illo, debet fieri ab eo, qui dedit priuilegiū: quia eius est interpretari, cuius est cōcedere. c. ex parte 23. ex. de verbo. signif.

Priuilegium concessum ab Imperatore, nō obstante aliqua constitutione, vel statuto, tollit etiam statuta futura. Bart. in l. si mihi, 11. §. in legatis, de legat. 1.

Priuilegium alteri concessum ratione causæ, videtur eidem concessum, siue suo, siue defensorio nomine conueniatur. Bartol. quæst. 2. nume. 12.

Res non priuilegiata, si peruenerit ad priuilegiatos, assumit eorum priuilegium. Abb. consil. 9. part. 1.

Debent priuilegia 30. ann. possessa, inuiolabiliter obseruari. c. placuit. 16. q. 3.

Verbum, concedimus alio non apparente, licèt importet donationem, tamen in priuilegiis, & inuestituris, non traditionem dominij; sed actum solius exercitij, importat. Fel. consil. 27.

Priuilegiare aliquem contra se, Princeps non præsumitur. Fel. consi. 27. nu. 18.

Priuilegium immunitatum non potest concedi, nisi à solo Principe non habente Superiorem: quia procedit ex plenitudine potestatis. Fel. consi. 31. nu. 5.

Clausula, Vtens plenitudine potestatis, ostendit Principem super ius disponere velle, & vti plenitudine potestatis. Fel. consi. 31. nu. 15.

Priuilegia concessa Ecclesiis, vt confugientes ad eas sint securi, firma permanent. l. si quis 22. C. de Epis. & Cler.

Priuilegium intelligitur, vt quid alienum à iure communi contineat. l. 3. ibiq; DD. ff. de bon. liber. vide l. 1. §. qui ex duobus. ff. ad municipales, & de incol.

Priuilegia non faciunt ius generale; sed in suis terminis sunt seruanda. l. 2. C. de legib.

Priuilegia quibuscunque concessa, possunt ad alios per Principem, siue Superiorem, generalibus verbis trāsferri. l. 5. & 7. C. de Aduoc. diuers. iudic.

Quando in officio, cui vnus consueuit præesse, plures eliguntur, quilibet eorum illis priuilegiis vtitur, quibus ille solus vtebatur. l. 10. C. eodem.

Vir in dignitate positus præfertur fęminæ in dignitate, priuilegio sexus, & prodest hæc prælatio, cùm tractatur de bonis debitoris vendendis, vel parte debita remittenda. l. 1. ff. de Senat. & ibid. gloss.

Macula patris non nocet filio, quominus ipse filius vti possit priuilegio, & dignitate ex persona aui, §. si quis. l. 7. ff. eod.

Filio quando noceat casus patris, ne vti possit aui priuilegio, vel patris, vide Barto. in d. l. 7. §. si quis.

Vxores coruscant radiis maritorum, & eorum dignitate, & priuilegio gaudent, etiam post mortem ipsorum, donec nubant alteri inferioris gradus, quo casu dignitatem amittunt. l. 8. eodem.

Per priuilegium potest Princeps facere, vt Cōsularis fęmina nupta plebeo, Consulatem retineat dignitatem. l. fin. eod.

Consumpta cum defuncto, non reuocantur hæredis priuilegio. l. ea quæ 7. C. de restit. milit.

Si sunt duo priuilegiati pari priuilegio, præfertur ille, qui tractat de damno vitando: sed si vterque eorum certat de illo, est potior causa rei; verùm si sunt priuilegiati dispari

priuilegio, priuilegium potentioris præponitur.l.verum.12.§.item quęsitum.ff.de mino. 25.ann.

Duo specialia circa idem, non possunt concurrere.l.1.C.de dot.promissio.

Qui accipit, vel gerit officium contra ius Officialium, priuilegio non gaudet. l. si cui 38. ff.ex quib.caus.maiores.

Notarij, & apparitores militum, non gaudent priuilegio militum, licèt in matricula illorũ descripti sint.l.scriniarios 16.C.de testa.milit.

Mutuãs in rei refectionem, habet priuilegium. l.creditor 25.ff.si cert.peta.

Creditores defuncti, habent priuilegium separationis contra creditores hæredis, vt facta separatione bonorum.præferantur in bonis defuncti creditoribus hæredis, nisi spreta legis prouidentia, fidem hæredis sequuti sint.l.2.C.de bon.auct.Iud.possid.

Creditores habentęs personales actiones in tributoria.vocantur in tributum, habentes reales suum integrum consequuntur. l.Procuratoris 5. §.planè.ff.de tribut.act.

In actione, quæ datur contra filiumfa. deducitur quod debetur creditorib. priuilegiatis, vel postea contrahentibus; non alijs. l. 3. ff. quod cum eo.

Causa depositi præfertur cæteris etiam priuilegiatis, nisi deponẽs vsuras receperit: & inter eos depositarios, nõ est locus plationi tpis; sed oẽs concurrunt.l.7. §.quoties ff.depositi.

Operæ promissæ duobus, illi prius sunt præstandæ, cui prius sunt promissę. l. in operis 29.ff. locati.

Priuilegium concessum militibus circa testamẽta, intelligitur concessum circa eorum bona, nec vltra se extendit.l.impuberi 41.ff.de administ.tuto.vel cura.

In actu, quem quis facit contra legem, non habet beneficium legis.l.filio 48.§.si ignominiosam.ff.de rit.nupt.

Priuilegiũ tutelæ pupillo competens, non perimitur nouatione necessaria cõtingente per sententiam condemnatoriam latam in tutoris præiuditium.l.defensor 22.ff.de tutel.& ratio.distrah.

Non solùm pupillus habet priuilegium in bonis tutoris sui, vt præferatur aliis creditorib. sed etiam in bonis eius, qui se gessit tãquam tutor, & in bonis eius, qui aliquid debet ex curatione pupilli, & furiosi.l.fin.eod.

Furiosus, & prodigus habent priuilegium in bonis curatorum.l.& mulieri.ff.de curato. furio.

Solutio facta vni creditori, altero negligente, non reuocatur; secùs vtroque instante. l. 6.§.si pupillus.ff.de bon.auctorit.Iud.possid.

Consuetudo, & priuilegium æquiparantur. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quotidian. & æstiu.

In actione personali inter eos, quibus eadem causa debetur, occupantis melior est conditio. l.inter 19. ff. de re iudic. l. si quis 14. ff.de noxal. actio. Licèt in ipsa actione præferatur creditor maioris summæ. l. 1.in fin.ff. de priuileg.cred.

In pari causa potior est conditio possidentis.l. si seruum 91.§.sequitur.ff.de verb. oblig.

In stipulatione nouante, intelliguntur repetita priuilegia, quæ fauore agentis, vel causæ erant in prima, nisi aliud actum sit. l. aliam 29. ff.de nouatio. & delega.

Quando duo habent æquale ius, & est locus præoccupationi, si vnus est impeditus, impeditur socius. l. si maritus 15. ff. ad leg. Iul. de adult.

Si posteriori creditori Fiscus succedat, eo iure vtitur, quo is vsurus erat, cui successit, & sic variatio hæredis, non variat ius. l. 3. §. si posteriori, & ibidem gloss. ff. de iure Fisci.& l. quod 37. eod.

Priuilegia, quæ competunt Fisco, & Patrimonio Cæsaris competunt, ac Augustæ vxori Principis.l. Fiscus 6.§.fin.eod.

Si debitor Fiscalis creditori suo soluat, Fiscus potest hanc pecuniam à tali creditore repetere.l.deferre 18.§.fi.ff.de iur. Fisci. Et etiam alius priuilegiatus reuocat. glo.ibid.

Soluens Fisco pro alio, habet priuilegium Fisci in prosequendis bonis eius, pro quo soluit. l.in fraudem 45.§.qui pro alio.ff. de iur.Fis.

Cùm de lucro duorum quæritur, deterior est conditio petentis. l.168.ff.de regul.iur.l.171. & 197.eod.

Inuito beneficium non datur.l.70. eodem, vide tamen gloss. in §. 1. Institut. quib. mod. tol. obligat.

Quoties vtriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcessit.l.99.eod.de reg.iur.

Priuilegium minoris, ne currat ei præscriptio, prodest etiam maiori habenti rem communem cum ipso. Azo in Summa tit.si in communi, eademque cau.

Specialia quinque concurrunt in debitore Ciuitatis, vide gloss. in l.fin.C.de debito.Ciuit.

Debitores Fisci exiguntur summariè, sed ipsi non ex hoc possunt impetrare, vt eodẽ modo debitores eorum exigantur: nam ipsorum exactio in ordinario iudicio reseruari debet. l. penult. C. de conuenien. Fis. debito. libr.10.

Filij Officialium vocantur in eorum parentum militiam.l.vni.C.de fil. Officia.lib.12.

Agnatus præfertur extraneo in emptione rerũ alte-

alterius agnati. §. sed & res, & ibid. gloss. titu. per quos fiat inuestitu. in vsib. feud.

De aliis priuilegiis creditorum circa ius prælationis vide infra lib. 2. tit. qui potiores.

Beneficio mihi competeñ. ex iure alterius, possum vti contra alium. l. 9. §. si qui. ff. de bono. posse. cont. tabul.

Beneficio mihi competente ex persona tua, nō vtor te inuito. l. si Iudex 42. ff. de mino. 25. an.

De consuetudine.

Consuetudo est ius quoddam, moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cùm deficit lex. cap. cōsuetudo, distinct. 1.

Mos est longa consuetudo de moribus tantummodo tract. cap. mos. d. distinct. 1.

Consuetudo est alterum ius, & cōsistit in facto: ideò non præsumitur, nisi probetur. Andr. Gail. obser. 36. & Craue. consi. 238.

Consuetudo est origo, forma, & principium omnium iurisdictionum, & æquiparatur veritati. Crauet. d. consi. 238.

Ad consuetudinem inducendã, actus eo animo fieri debent, vt inducatur consuetudo. Ozas. decis. 99. nu. 9. & Rot. Genu. decis. 17. nu. 9.

Ad inducendam consuetudinem quatuor principaliter requiruntur: primò, requiritur legitima præscriptio: secundò, frequētia actuum: tertiò, tacitus Populi consensus: quartò, consuetudinis æquitas, vt rationi sit cōsentanea, de quibus omnibus vide per Andr. Gail. obser. 31. nu. 10. Crauet. consi. 96. Rebuff. in constitutio. Reg. in proœmio, glo. 5. nu. 13. & in tit. de consuetudi. pariter in proœm. Tom. 3. Bar. in §. ex non scripto, Institu. de iure Natu. gen. & Ciuil. Frãc. Marc. q. 255. & DD. de Rot. ti. de consuetud. in nouis.

Ad hoc, vt inducatur consuetudo, quæ requirantur, vide etiam Guid. Pap. q. 631. Cra. cōs. 118.

Ad Iustitiam consuetudinis, sufficit rudis æquitas. Vincen. de Fran. decis. 91. nu. 29.

Vbi de probanda frequentia actuum agitur, ex quibus inducatur consuetudo, testes singulares de diuersis actibus deponētes probãt. Ozas. decis. 99. nu. 24. & 26. vide tamen ibid. nu. 8. & Crauet. consi. 1. pro genero, nu. 485. Et tunc censetur probata consuetudo. Ozas. ibi. nu. 45. & Craue. ibid. d. nu. 485.

Testes deponentes super consuetudine, debēt excedere quinquagesimū annum. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 106. nume. 20. Sed quomodo probetur consuetudo, vide ibid. num. 18. Rot. Genu. decis. 6. nume. 18. & plenius, decis. 17. eiusdem Rotæ, Andr. Gail. obse. 31. lib. 2. Dec. cōs. 215. & Rebuf. d. tract. de cōsuet. gl. 3. To. 3.

Articulus formatus super consuetudine debet cōcernere actus, & eorum frequentiam, & q. actus illi fuerunt facti scientibus, & consentientibus omnibus. Aegid. Bellam. cōclus. 65. vide Craue. consi. 325.

Probatio consuetudinis dicitur multum difficilis: ideò est opus magna diligentia in formãdis capitulis, nec super ipsa probatione defertur iuramētū suppletiuū. Cra. d. consi. 325.

Ex actibus Populi difformibus non probari cōsuetudinem, scribunt Mysing. obser. 42. cent. 6. & Craue. consi. 313. nu. 4.

Quando dicatur probata quasi possessio cōsuetudinis, vide Dec. consi. 215.

In iuribus concernentibus singulos, vt tales, & non vt vniuersos, factum vnius alteri nō nocet: ideò non inducit consuetudinem. Aegid. Bellam. conclusio. 626.

Actus duo à maiore parte Populi introducti, pbant consuetudinem. Marc. q. 255. vide DD. de Rot. decis. 6. tit. de consuetud. in nouis.

Licèt trinus actus inducat consuetudinem, tamen debet etiam concurrere tempus legitimum. Aegid. d. conclusio. 626. nu. fin. Sed an inducatur consuetudo ex vnico actu, licèt super eo non fuerit iudicatum, vide Ioseph. Ludo. decis. 29. nu. 33. Luc.

Quot actibus cōsuetudo inducta censeatur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 81.

Consuetudo valet, & si non fuerit obtenta in contradictorio iudicio, & ligat minores, & furiosos, vide & de materia per Ioseph. Ludo. decis. 62. Perus. Mysing. obser. 41. nu. 15. Crau. consi. 55. Abb. consi. 73. lib. 2. Boer. decis. 63. nu. 12. Contrarium tamen tenet Gome. Leo. decis. 77. & decis. 91. in decisio. diuerso.

Consuetudo non inducitur per biennium, & nō potest habere vim consuetudinis, nisi in maiori parte casuum similium fuerit obseruata. Aegid. d. conclusio. 626.

Doctoribus (etiam mortuis) attestantibus de consuetudine, & aliis, quæ sunt facti, non est credendum. Ozas. decis. 141. nu. 16. Ioan. Mohed. decis. 209. Mysing. obser. 68. cent. 6. Licèt ex hoc inducatur præsumptio, quæ transfert onus probandi in aduersarium. Pet. Benintē. decis. 95. Rot. Genu. decis. 4. nu. 16. & decisio. 103. nu. 9. Craue. cons. 325. Contrarium tamē, quòd imò Doctori attestanti esse talem consuetudinem, credatur, scribūt idem Mysing. obser. 69. cent. 5. Et Dec. cons. 559.

Consuetudinibus duabus probatis, standum est illi, quæ est conformis iuri communi. Afflict. deci. 280. nu. fin. Maran. in suo Spec. de ordin. iudic. part. 3. nu. 130. tit. iudicium vnde orig. produc. Nam consuetudo à iure cōmuni interpretatur. Cabal. milleloq. 558.

de Mant.sing.131.vide glos.in cap.mos 1. distinct. & Bar. in l.14. §. sed si ff.de aliment.& ciba.legat.

Princeps, & Iudex possunt ignorare ius consuetudinarium,& sic ius non scriptum debet allegari,& probari;secùs in iure scripto.Barto. in l.2.num.11.C.si contra ius,vel vti.Pub.

Lex generalis tollit consuetudines speciales. Bart.in l.31.C.de testam.

An consuetudo iuri deroget,vide cap.2.ext.de probatio.& gloss.in c.consuetudo 1. distinct.

Consuetudo regionum in festis celebrandis attenditur: & consuetudo Romanæ Ecclesiæ, non est semper in omnibus seruanda. c.2.ex. de feri. Aliàs regulariter cõsuetudo Romanæ Ecclesiæ debet obseruari. c.4.ex.eod.

Retractatur sententia prætextu iniquæ cõsuetudinis lata contrà Ecclesiam. capitu.8. ext. de senten.& re iudic.Et hoc verũ in consuetudine mala;secùs in bona.glo.ibid.

Statutum licèt tollat iurisdictionem,quæ habetur à lege, non tamen tollit eam, quæ habetur ex consuetudine,quę dat iurisdictionem ordinariam. Barto.in l.8. C.de diuers.offic.& appar.lib.12.

Consuetudo dat iurisdictionem voluntariam, quæ extenditur ad forenses. l.1. C. de emancip. liber.

Consuetudine casus dubius si fuerit interpretatus,ita debet iudicari. Bar.in l.9.ff.de legib.

Consuetudo potest auferre de iure alterius ex cã.Bart.in l.1.ff.de iis,qui sunt sui,vel alie.iur.

Vsus attenditur in promissionibus, & renunciationibus,quæ consueuerunt apponi in instrumentis.Barto.in l.si pignore 22.§.si creditor. ff.de pigno.actio.

Quando consuetudo est contraria in Ciuitate, reditur ad ius commune. Bar.in l.2. ff. solut. matrimo.nu.22.

Veritati & rationi consuetudo frustra opponitur.c.veritate, & cap.frustra.8. distinct. Nam rationem consuetudo impedire non potest. cap.consuetudo.ibid.

Communis vsus loquendi debet probari, quando quis in eo se fundat.Bart.in l.15.§. illud.ff. de trit.vin.& ole.legat.

De communi vsu loquendi,vtendi, & intelligẽdi vide per Bar. in l.Labeo 7.ff.de suppel.lega.Et quantum tempus requiratur, & qualiter testes debeant deponere,vide ibid.

Vetustas, & consuetudo habent vim legis.Bar. in l.1.§.denique.ff.de aqu.plu.arcen.l. diuturna.ff.de legib.cum seq.§.ex non scripto,Instit.de iure Natur.gen.& Ciui.

Mala consuetudo longo tempore non firmatur; sed an longissimo, vide Bart.in Authen. vt nulli Iudic.

Consuetudo est,vbi ex tacito consensu Populi, & cursu tẽporis inducitur aliquod ius, quod Populus expressè facere poterat, sed de differentia inter præscriptionem,& consuetudinem vide per Bart.consi.136.vol.1.

Consuetudo subsequens iuri Ciuili scripto præiudicat; sed iuri Canonico ita demum,si sit rationabilis, & legitimè præscripta. Barto.in suo tract.de differ.int.ius Ciuil.& Cano.num. 179.vide glo.in l.3.ff.de sepul.viol.

Consuetudo contra honestatẽ,non valet.Abb. consi.21.part.1.

Vsus mulierum non inducit consuetudinem. Abb.consi.53.part.2.

In aquæductu,antiqua consuetudo seruãda est. l.si manifestè 7.C.de seruitu.& aqu.

Potius debet inspici cõsuetudo , quàm Natura. ipsa.l.1.§. bestias.ff.de postul.

Id,quod nostrum est,absque facto nostro à nobis auferri non potest, nisi in contrarium sit consuetudo.l.venditor 14.§.si constat.ff.commun. prædi.

Valet consuetudo , cui lex non aduersatur. l.9. ff.ad leg.Rhod.de iact.

Consuetudini renunciari potest, & derogari, per pactum, nisi ipsa consuetudo esset prohibitiua. Bald.in l.71.ff. de contrahen. emptio.& venditio.

Consuetudo,quæ respicit rem, sicut ligat maiores , ita & minores.l. si sine 33.§. Lucius.ff.de administ.tuto.vel cura.

Præscriptione acquiri possunt, quæcunque pacto , vel priuilegio possunt. Ozas.decisio.29. nume.7.

Consuetudo ad vsum restringitur, & proprios terminos facti,non excedit.Ozas.d.decis.29. nume.16. Neque ad alias personas extenditur.Craue.consi.2.pro genero. nu.105. Et vires suas non porrigit extra terminum,in quo viget.idẽ Ozas.decis.100.nu.fin.& Aegid.Bellam.conclusio.625.

Consuetudo est stricti iuris , ideò non extenditur ad similia,maximè dum est odiosa,& iuri contraria.Gram.decis.92.

Consuetudo exorbitãs à iure communi debet intelligi,vt minus lędat ius commune,quàm possit, cùm ab ea declarationem recipiat. Gram. ibid.nume.8. Craue. consi.118.nume. 6. Ideò casus omissus à consuetudine,remanere debet in dispositione iuris communis. ibid.Gram.num.10.

Consuetudo non arctat illos, qui nunquam vsi sunt consuetudine.Gram.decis.100.num.22.

Consuetudo Ecclesiæ Parochialis,si sit præiudicialis, non est ad aliũ locum (præter ius) extendenda.Put.decis.176.lib.3.nu.3.

Consuetudo non operatur extra territorium, ideò

ideò disponens super bonis, restringitur ad bona existentia in territorio, & sic bona regulantur secundum consuetudines locorũ, vbi sunt sita. Craue. consi. 30.

Consuetudo cùm sit stricti iuris, in ea nihil suppleri debet vltra solitam obseruãtiam: & vbi consuetudo de aliquo non disponit, neque nos disponere debemus. Craue. d. consi. 30. & Rol. consi. 69. vol. 3.

Restringi nõ debet cõsuetudo introducta vniuersaliter, & pro communi quiete. Craue. cõs. 118. nume. 17.

Cõsuetudo ex solutione vario modo facta, introducta esse non censetur, præsertim in actibus voluntariis. Ozas. deci. 99. nu. 7. limita, vti ibid. num. 43.

Diuturna sola præstatio absque aliqua causa sine obligatione introducta, non obligat soluentem: tamen ex diuturna præstatione in dubio præsumitur animus se obligandi, & fauore Ecclesiæ ipsa diuturna præstatio, inducit obligationem efficacem. Ozas. d. deci. 99. num. 15. 19. & 44.

Consuetudo loci contractus attenditur in his, quæ respiciunt ordinem actus, siue eius solẽnitatem, aut litis decisionem. Ozas. decisio. 114. num. fin. Rot. Genu. decis. 38. l. 5. §. legem. ff. de iure immuni. & ibid. glo. Bart. in l. 1. ff. de vsuris, vide Afflict. decisio. 226. & l. 3. §. testes. ff. de testibus.

Consuetudo loci inspicitur in confectione alicuius actus. l. 1. §. quod autem. ff. de ventr. inspici. vide Barto. in l. vxorem 39. §. legauerat, de legat. 3.

Officia videntur concedi secundum consuetudinem, sicut contractus simpliciter confecti, præsumuntur facti secundum consuetudinẽ. Bart. in l. Magistratus 15. ff. ad municip. & de incol. l. 17. §. placuit. ff. de aqu. plu. arcen.

Consuetudo ligat ac si expressè in cõtractu res deducta esset. Afflict. decis. 91. nu. 10.

Consuetudo super vsuris non valet. Afflict. ibi. nume. 8.

Consuetudo est optima legum interpres, maximè in dubio. Afflic. deci. 166. & 173.

Clausula apponi consueta, si non exprimatur, videtur expressa. Afflic. decis. 265. nu. 83.

Consuetudo licèt sit praua, iniusta, & temeraria, tamen excusat à pœna temporali. Gram. decis. 50. Dec. consi. 170. & Ias. cõnsi. 20. vol. 3.

An consuetudine fiat licitum aliàs illicitum, vide §. quia verò, & ibid. gl. Authen. de defenso. Ciuit.

Consuetudo patriæ de non obseruando iuramento, licèt sit praua, & irrationabilis, tamẽ excusat à pœna temporali. Gram. d. decisio. 50. nume. 4.

Statutum, & consuetudo æquiparantur. Gram. decisio. 92.

Antiquæ consuetudines seruari, & attendi debent, maximè in commoditatibus montium, aquarum, & molendinorum. Boer. decis. 125. Hinc dicit lex, ne quid contra longam consuetudinem fiat. glo. in verbo, sicut, cap. 2. de pac. constant. in vsib. feud.

Consuetudo loci, vbi res est sita, de qua agitur, semper est inspicienda. Aegid. Bellam. conclusio. 2.

Iudex consuetudinem interpretatur: & consuetudo quantum habet de actu, tantum habet de potentia, & non plus: quia est præter legẽ, & ex hoc restringitur per actus, ex quibus inducitur, & sic regularis consuetudo non est extendenda, de qua cum limitationibus vide per Rebuff. in suis comment. Tom. 3. tracta. de consuetud. art. 2. glo. 1.

Si diuersæ sunt cõsuetudines, illæ seruãdæ sunt illius loci, in quo litigatur. Rebuff. ibid. gl. 23.

In creatione actoris, tutoris, curatoris, vel Sindici, debet attendi consuetudo. Guid. Pap. sing. 387.

In contractibus feudalibus, & emphyteuticis, cõsuetudo maximè dominat. Guid. sing. 594.

Consuetudo priuilegiat aliquẽ, sicut Principis priuilegiũ. l. 3. §. ductus. ff. de aq. quoti. & æstiu.

Quæ recepta sunt de consuetudine regionum, veniunt in contractus, & est cautela, vt probetur consuetudo. Bar. in l. impensæ. ff. de impensis in reb. dota. fac.

Persona, quæ aliàs esset ineligibilis, per consuetudinem efficitur eligibilis. l. 11. & ibid. in additio. ff. de Decurion.

Vna Ciuitas potest sola cõsuetudine regi. §. ex nõ scripto, Institut. de iure Natu. gen. & Ciui.

Consuetudo facit legem, & legis vim habet. §. ex hoc iure, Institut. de Artil. tuto.

Iudex potius debet iudicare secũdum consuetudinem, quàm secundum leges. gloss. in §. 1. Institut. de offic. Iudic.

De stylo, solito, & consueto.

STylus respiciens litis decisionẽ, plenè probari debet: & contra stylum derogatorium iuri communi, Iudices iudicare non possunt. Ozas. decis. 22. Nam stylus iudiciorum obseruari debet, & sententia contra stylum lata, est nulla. Ozas. ibid. nu. 7. Guid. Pap. q. 292.

Mos in iudiciis toleratur, dummodo substantia iudicij seruetur. DD. de Rot. deci. 4. de appellatio. in nouis, aliàs 20.

Stylus potest tollere solemnitatem citationis, ita quòd dictum testis examinati parte non citata,

citatá,valeat.Ozaſ.d.deciſ.22.num.15.

Stylus Curiæ Romanæ poteſt in aliis cauſis allegari,in quibus non extat huiuſmodi ſtylus, ſi fuerit à Pontifice per modum declarationis, ſeu conſtitutionis, confirmatus.Ozaſ.d.deci.22.nu.16.vide Capel.Thol.q.115.

Pro ſtylo,& conſuetudine præſumendum in dubio.Ozaſ.deciſ.66.num.8.

Longeuus vſus,ſeu ſtylus cauſarum,poteſt allegari pro iure, ſiue tendat ad litem ordinandam, ſiue ad decidendam. Afflict. deciſ.253. Guid.Pap.q.198.& Rot.Genu.deciſ.206.

Stylus ſuper audienda ſentẽtia ſine citatione, attenditur.Afflic.d.deciſ.283.nu.6.

Solitum dicitur,quod per duas vices fit.Afflict. deciſ.305. nume.11. Borg.Caual.deciſ.28.de contract.part.2.nu.64. vide Creſcen. deciſ.1. aliàs 10.tit.de præben.& Bart. in l. Mella 14. §.ſed ſi alimenta.ff.de alimen. & cibar. lega.

Notarius ſimpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clauſulis conſuetis: ideò ſi eas non apponat,habentur pro appoſitis, ſcribuntur multa exempla per Capic. deciſ.159. nu.39. & ſeqq.vide Gram.deci.62.n.20.& Rot.Gen. deciſ.16.num.14.

Solitum,& conſuetũ fieri,an referatur ad proximos annos præcedẽtes, vel ad longiorem conſuetudinem,vide Capic.deci.163.nu.fin.

Conſuetudo delinquendi inducitur per tres vices,vel per duas,imò conſuetus delinquere dicitur quis ex vnico actu. Gram.deciſ.16.

Antiqua obſeruantia attendi debet. Thom.Minad.deciſ.11.& Capel.Thol.q.115.

Stylus eſt legitimus interpres ſtatutorum, ſeu decretorum.Guid.Pap.q.30.

An ſtylus loci cõtractus,vel iudicij, in cuius territorio bona ſunt ſita, debeat attendi, vide Guid.Pap.q.262.

Hypotheca omnium bonorum ſolita poni, cenſetur appoſita,ſi fuerit omiſſa.Boe.deci.282. nu.54.Idem in clauſula conſtituti.Pet.Beninten.deciſ.32. Nam ea,quæ ſunt ex vſu quotidiano,habentur pro expreſsis. Boer.deciſio. 217.nu.6. Et conſueta intelligũtur expreſſa, licèt de illis nihil ſit dictum.Rot.Genu.deciſ. 16.nume.14.

De ſtylo Curiarum vide plenè per Ioſeph.Lud. deciſ.Luc.36.& Peru. 96.Qui ſtylus Curię pro lege cuſtodiendus eſt, & Iudex maximè illũ ſeruare debet.Gaſp.Cabal.milleloq.828.

Stylus Iudicis delegantis,attẽdendus eſt.Fran. Marc.q.666.part.2.

Stylus vbi in cauſis ordinariis non apparet cõtrarius ab illo, qui in ſummariis eſt receptus, extenditur de ſummariis ad cauſas ordinarias.Iac.Put.deciſ.130.lib.3.nu.4.

Diſpoſitio hominis, ſeu legis intelligenda eſt, prout conſuetũ eſt fieri.idem,deci.355.lib.3.

Quod ſolitum eſt fieri, non ſolùm malam fidẽ, dolum,vel delictum excludit, ſed etiam omnem culpam. Cabal.milleloq.476.vide Hippol.ſing.642.

Omiſsio ſtyli reddit actum nullum. Cabal.milleloq. 492.

Solitum,& conſuetum attendi debet. ibid. milleloq.545.Idem in ſtylo.Hippol.ſing.118.

Ordo procedendi Curiarum ſecularium, ſeruari debet inter Clericos. Cabal.milleloq.614.

Non requiritur in ſtylo curſus temporis, prout in conſuetudine,quod intellige,quando ſtylus non eſt contrarius.idem,milleloq.827.

Quando dubitatur de ſtylo alicuius Curiæ,põt Iudex ſe informare (nemine citato) ab antiquis illius Curiæ,niſi ſtylus allegaretur ad litis deciſionẽ,quia tunc plenè probari debet. Cabal.milleloq.829.vide Hiero.Mago.deciſ. Luc.87.nu.19.& 20.Rot.Genu.deciſ.206.

Obſeruantia, & ſtylus non inducitur à Populo, qui nõ poteſt abſolutè cõdere ſtatuta.Borg. deciſ.13.de iudic.

Conuentus ratione bonorum, an teneatur ſtare ſtylo iudicij, in cuius territorio bona ſunt ſita, licèt ipſe ſit alienę iuriſdictionis, vide Craue.conſi.1.part.2.nu.10.

Stylus contra ius commune valet, quando eſt præſcriptus.Cra.ibid.nu.19.Et ſeruari debet.

Stylus,vt valeat non requiritur, quòd ſit obtentus in contradictorio iudicio. Crauet. ibid. nume.22.

Quot modis ſummatur ſtylus, & auctor ex ſtylo cognoſcitur.Rebuff.in conſtitut.Reg.Tom.3. tract.de conſuetud.art.2.glo.13.

Quid ſit ſtylus, vide ibid.nu.9. Quomodo differat a conſuetudine, num.12. Quam interpretationem recipiat,nu.20.Quam vim,ſiuę effectum habeat.ibid.nu.18.

Stylus pro lege ſeruandus.Rebuff.ibid.num.22. Et facit ius. num.23. Nec poteſt pro parte acceptari.num.26.

Litteræ obtentæ contra ſtylum Curiæ, præſumũtur ſubreptitiæ,vel falſæ & vt erroneæ nõ valent:ideò illis nõn eſt credendum,& ſi omittitur ſtylus,reddũtur ſuſpectæ,de quibus omnibus vide per eundem Rebuff.ibid.num.32.

Quando agitur de ſtylo, & conſuetudine fori, conſuetudo notoria non indiget probatione.Dec.conſi.483.nu.20.

Commiſſarius alicuius Curiæ debet ſequi ſtylũ illius Curiæ, à qua electus eſt, non illius, in quo audit teſtes. Rebuff. in conſtitutio. Reg. tract.de inquiſitio.art.8.Tom.3.fol.844.

Stylus,& practica Palacij ſeruanda eſt, & ab ea minimè recedendum,& tollit virtutem legis gñalis;nõ autẽ ſpecialis.Mar.de Mãt.ſing 291

Con-

Consuetudo, vsus, mores, stylus, & præscriptio, quomodo differãt: & stylus inducitur ab vno, & respicit ordinem loquendi, præscribendi, vel procedendi. Barto. in l. de quibus 2. lect. nu. 10. ff. de legib.

Stylus iudiciarius causarum debet allegari, & Iudex tunc debet interrogare Practicos de ipso stylo, & secundum responsiones ipsorũ iudicare; sed si non fuerit allegatus, neque probatus, illius ratio haberi non debet. Boe. decisio. 8.

Stylus potest probari, & allegari ad declarandum ius; non autem ad corrigendum: quia Magistratus non possunt ius ex stylo corrigere, sed solummodo declarare. Boer. decis. 8. num. 18. vbi scribitur exemplum.

De statutis in genere.

Statutum Ciuitatis, vel oppidi, dicitur habere vim sententiæ diffinitiuę. Craue. consi. 273. col. 2.

Statutum, vt verè cõditum dicatur, quæ requirantur, & quando pro publicato habeatur, & de plurib. circa materiã condendi statuta, vide Perillustr. D. P. Tessau. decisio. 249.

In statutis cõdendis requiritur confirmatio Superioris. Franc. Marc. quæst. 165. Ex certa sciẽtia. Cassa. in consuetu. Burg. tit. *Des successions*, Rub. 7. §. 12. glo. 6. & Hippol. sing. 37.

Vniuersitas in pertinentibus ad administrationem rei suæ, liberè statuere potest. Ozas. dec. 17. Franc. Marc. q. 802. vide Vincent. de Fran. decis. 2. nu. 30. Rol. consi. 99. vol. 2. nu. 15. Crau. consi. 238. & Natt. consi. 12.

Collegiũ carens iurisdictione, condens statutũ super his, quę ad eius administrationẽ pertinent, non potest imponere pęnam statuto, nisi de consensu statuentium procedat: nam tunc possunt se adinuicem obligare sub pęna ad obseruantiam. Capel. Thol. q. 406.

Vniuersitas alicuius oppidi, potest statuere aliquid contra ius Publicum in pręiudicium ipsius oppidi. Abb. consi. 104. part. 2.

Statutum vt valeat, satis est, vt habeat rationẽ, seu occasionem motiuam. Ozas. decis. 17. nu. 7. Et sufficit rudis æquitas. Vincen. de Franc. decis. 91. num. 29.

Statutum contra ius valet, quando tali iuri potest derogari pacto, vel renunciatione, aut per consuetudinem. Ozas. decisio. 100. nume. 32. & seqq.

Statutum laicorum aliquid honestum continẽs pro bono communi, an valeat contra Clericos, & bona Ecclesiæ, vide Gram. decis. 100. & Andr. Gail. obser. 32. lib. 1.

Statutum, siue constitutio tunc ligat, quãdo est in vsu, & onus probandi fuisse in obseruãtia, incumbit fundanti se in statuto. Ioseph. Lud. decis. Perus. 98. vide Vera. decis. 203. part. 3. Dec. consi. 649. num. 8. & 9. Menoc. consi. 317. nu. 14. lib. 4. & D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ, glo. 4. nu. 46. in proęm.

Statutum vsu receptum non dicitur, licèt probetur illud fuisse ratificatum à maiori parte Populi. idem Vera. deci. 192. part. 3.

Statutum ad hoc vt liget, publicari debet, & in vsu recipi: nam statuta semper habent tacitam conditionem, modò vsu recipiantur. idẽ decis. 203. part. 3. Natt. consi. 254. vide Bart. in Authen. vt factæ nouæ constitutio. num. 8. Et executioni demãdetur. D. Sol. in dd. suis comment. glo. 4. nu. 32. in proęmio.

Statuta inferiorum Iudicum à die publicationis ligant; Principis verò nõ, nisi duobus mẽsibus effluxis. Fran. Marc. q. 62.

An Vniuersitas possit aliquid statuere, quod cedat in præiudicium hominum particularium ipsius loci, vide Ozas. decis. 17. Borg. Caual. decis. 12. de iudi. & Natt. consi. 366.

Magistri alicuius artis statuta condere possunt, quæ per Superiorẽ confirmari debent. Marc. quæst. 627. part. 2.

Iudices in cõcernentibus eorum officia, & pro tẽpore officij, statuta condere possunt. Marc. quæstio. 794. part. 2. & Bar. in l. 1. ff. quod quisque iuris.

A statuto cõtra certam personam facto appellari potest, etiam si fiat verbis generalibus, dummodo probabiliter appareat fuisse factũ in odium certæ personæ. Cabal. milleloq. 195.

Statuentes, vel facientes actum postea confirmatũ à Sede Apostolica, an possint sine alio Superioris consensu recedere ab eo, vide Crescen. decis. 1. aliàs 186. tit. de pact.

Statutum inferiorum non possunt ligare Superiores ex defectu potestatis, quod procedit etiam in Superiore, qui esset Ciuis Ciuitatis statuentiũ: intellige in odiosis; secùs in fauorabilibus. Natt. consi. 44. Tom. 1. vide Menoc. consi. 351. lib. 4.

Inferior à Principe non potest statuere contra à iure communi disposita. Natt. consil. 227. Tom. 1. num. 3.

Lex, omnes Populi. ff. de Iustit. & iur. quæ dat licentiam subditis statuendi, debet intelligi, dummodo quid non statuant contra ius, & præeminentiam Superioris. Roland. consi. 29. volum. 1. num. 7.

Statutum factum per Regem non recognoscẽtem Superiorẽ, quod vnus testis sufficiat ad probandum, non valet, quia esset contra ius Diuinum. vide Roma. sing. 361. Tamen Communitas

munitas non recognoſcens Superiorem poteſt ſtatuere, vt teſtimonio Epiſcopi, vel Marchionis ſolius, cauſa decidi poſsit. Roma. ibi.

Statutum, quòd credatur teſtibus deponentibus de credulitate, non valet. idem, ſing. 363. Tamen factum, quòd ſtetur probationi imperfectæ ex aliqua legitima cauſa, valet. Mathe. Matheſ. ſing. 51.

Statutum an à laicis fieri poſsit, per quod denegetur Clericis illud, quod illis per longiſsimum tempus acquiſitum fuit, vide eundem Roma. ſing. 438.

Additio ſi ſtatuto fiat, in ea idem iuris eſt, quod in ſtatuto quo ad pęnam, & reliqua. Ant. Corſet. in ſuis ſingularib. litera A. ſing. additio.

Feudatarius inueſtitus de mero, & mixto Imperio, & Rectores perpetui, ſtatuta condere poſſunt. Natt. conſi. 550. & Bar. in l. 1. ff. quod quiſque iuris.

Statuto non poteſt ius alteri quæſitum tolli; licèt totus Populus hoc facere poſsit. Barto. in l. ambitioſa, nu. 12. ff. de decre. ab Ordi. faciē.

Superior ſi confirmat ſtatutum, non poteſt amplius inferior de illo ſe intromittere. Hippo. ſingul. 567.

Populus Romanus an hodie poſsit facere legē generalem adſcriptam, & expreſſam, vide Bart. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud.

Statuto non poteſt concedi venia ætati, nec ſpurius poteſt per ſtatutum legitimari. Bart. in l. 8. ff. de legib.

De libro ſtatutorum, & quam fidem faciat, an ſtatutum ſcripturam requirat, de publicatione ipſius, de validitate ante ipſam publicationem, de ſtatuto extrauaganti, quod non eſt inſertum libro ſtatutorum, & de multis aliis ſpectantibus ad materiam ſtatutorum vide per D. Sol. in conſtitut. antiq. Sabaudiæ, gloſſ. 4. in proęm.

Statutum non ligat in locis, vbi non obſeruatum extitit: & ſuper ſtatuto non recepto, nullum fieri poteſt firmum fundamētum. idem, ibidem, num. 35.

Poteſtas generalis ſtatuendi debet intelligi, quòd ius alteri quæſitum non auferatur. Bar. conſi. 172. volum. 1.

Ciuitas non poteſt ſtatuere ſuper eo, quod Imperator prohibet, vel leges ipſius Imperatoris prohibent. Bart. conſi. 105. vol. 2.

Actio ſtatutaria an ſit annalis, vel perpetua, & de validitate ſtatutorū, tam à Dominis Officialibus, quàm à Populis factorum, vide D. Sol. in dictis ſuis comment. in proęmio, gl. 3.

Statuta contra libertatem Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticarum perſonarum, ipſo iure ſunt nulla, & debent abradi de volumine ſtatutorum. authen. caſſa. C. de Sacroſanct. Eccleſ.

Quod Ciuitas facit ſecundum ſua ſtatuta, non reuocatur per Præſulem, aut Præſidem. l. fin. C. de iure Reipub. lib. 11.

Quando, & quomodo Populi poſsint ſibi condere ſtatuta, quæ dicuntur ius Ciuile, vide l. omnes Populi. ff. de Iuſtit. & iure. §. ius autem Ciuile, Inſtitut. de iure Natur. gen. & Ciuil. & ibid. DD.

Statutum generale limitatur per aliud ſpeciale. Ozaſ. deciſ. 6. num. 11. & deciſ. 167. num. 15. vide Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 12. num. 10. Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera S. ſing. ſtatutum, Tamen aliquando vtrunque ſeruatur. ibid. vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 97.

Statuta odioſa iuri contraria ſtrictè, & propriè, vt iacent, ſunt intelligenda, & interpretāda. Ozaſ. deciſ. 4. nu. 9. & deci. 21. & 22. Rot. Genu. deciſ. 20. Andr. Gail. obſer. 33. lib. 2. Pet. Roy. deciſ. 2. Litua. nu. 62. in deciſio. diuerſo. & Bar. in l. 4. C. de iure Fiſci. lib. 10.

Statutum, per quod ius tertij lęditur, ſtrictè, pręcisè, & propriè eſt intelligendum, ac reſtringendum, vt quantominus fieri poſsit, lędat ius commune. Ozaſ. deciſio. 21. num. 12. deciſio. 57. nume. 3. & deciſio. 59. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 52. num. 27.

Statutum de vna perſona ad aliam non debet extendi. Ozaſ. deciſ. 22. Rot. Genu. deciſ. 20. nu. 10. Bart. in l. 7. ff. de legib. Nec de ſimili ad ſimile, minus de ſimplici ad mixtū. ead. Rot. d. deciſ. 20. num. 10. vide Ozaſ. deciſ. 167. Bart. in l. 16. C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi verò 65. §. de viro. ff. ſolut. matrim. & Iaſ. de actio. in §. omnium, nume. 29. Neque de caſu ad caſum non comprehenſum. idem Ozaſ. deciſ. 67. Ioſeph. Ludo. deciſ. 39. Luc. Sed quòd ſtatutum extendatur ad alium caſum, quando eſt eadem ratio, ſcribunt Iaſ. de actio. in §. omniū, nu. 40. & in §. ſequens, nu. 7. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *Des ſucceſsions*, Rub. 7. §. 12. gl. 11. nu. 8. Verùm reg. declaratur, & limitatur per Concluſiones 32. ibid. per Caſſan. d. §. 12.

Statutum non extenditur ad caſum fictum. Afflict. deciſio. 21. num. 10. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. geſto.

Statutum extenditur, vt euitetur abſurdum. Cabal. milleloq. 608. Idem, quando aliàs redderetur eluſorium. ibid. milleloq. 609.

Statutum, per quod peruenitur ad ius commune, dicitur fauorabile, & admittit extenſionem, etiam in correctoriis. Mohed. deci. 159.

Statutum loquens de fratre, non habet locum in patruo: quia non excludit ſtatutū, niſi perſonas expreſſas. Dec. conſi. 684. & 688.

Statuta quamuis ſint ſtricti iuris, tamen recipiunt interpretationem extenſiuam, quādo aliàs non poſsint ſortiri effectum. arg. §. itē is,

qui

qui ædium, Inſtitut. de vſu, & habita.

Statuti verba diligenter ſunt obſeruāda, & his tenaciter eſt inhærendum. Ozaſ. deciſ. 59. nu. 4. Licèt duris. Iaſ. in l. filio patre, de legat. 1. Bartol. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam, nume. 5. in fine.

In ſtatutis verba propriè sūt intelligēda. Gram. deciſ. 92. nu. 3. Iaſ. in l. cum filiofam. ff. de lega. 1. num. 97. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. & Crauet. conſi. 271.

Actio deſcendens ex ſtatuto eſt ſtricti iuris, ergo ſtatuta eſſe ſtricti iuris, valet conſequentia. Barto. in l. conſtitutionib. 24. ff. ad municipal. & de incol.

Statutum nihil aliud diſponit, quàm id, quod loquitur. Paul. Aemil. Vera. deciſ. 213. part. 3.

Ad ſtatuti rationem cognoſcendam inſpiciendum eſt, quod veriſimiliter ſtatuentes diſpoſuiſſent, ſi de eo, de quo dubitatur, fuiſſent interrogati. Ozaſ. deciſ. 59. num. 9.

Arg. à pacto ad ſtatutū in iure admittitur. Ozaſ. deciſio. 20. Ideò quod fieri poteſt per pactum, fieri etiam poteſt per ſtatutum. Barto. conſi. 37. volum. 1.

Statuti iteratio declaratur, & demōſtratur per verba Rubricæ. Ozaſ. deciſ. 20. nu. 4.

Ex præfatione ſtatuti, mens ſtatuentium colligitur, & finalis cauſa declaratur, & ſequens diſpoſitio reſtringitur. Ozaſ. deciſ. 59. nu. 5. & Gram. deciſ. 65. num. 48.

Statuētiū mēs ſemper eſt cōſiddcrāda, & quanam ratione ad ita ſtatuēdum, moti fuerint. ibid. Ozaſ. d. deciſ. 59. nu. 7. Et ipſa mens magis inſpicitur. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 39. nume. 15. & 13.

Statuta generalia ita interpretanda ſunt, ne cō prehendant caſum abſurdum, vel ne indebitè quis dānū patiatur. Ozaſ. d. deciſ. 59. nu. 8. vide eūdē, deci. 142. nu. 6. Bar. in ſuis quæſtio. q. 2. & in l. 5. C. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non ſit neceſſa. nu. 16. & l. 2. C. de noxal. actio.

Si Superior iurat ſeruare ſtatuta Ciuitatis, per tale iuramentum ſimilia ſtatuta dicuntur ab eo confirmata. Hippol. ſing. 71.

Maſculinum quando fęmininum concipiat in ſtatutis, ita vt filiorum appellatione, veniant filiæ, vide Perilluſt. D. P. Teſſa. deciſio. 269. Et quid, ſi ſtatutum dicat, quòd verba illius ad literam intelligantur, vide ibid.

Statutum, quando duo poſſet operari contra ius commune, ſufficit effectum ſortiri in vno. Ozaſ. deciſ. 59. nu. 13. & deciſ. 167. nu. 22. & Ioſeph. Ludo. deciſ. 39. Luc. num. 17.

Statutū loquens in faciente, an locum habeat in conſulente, vide Ozaſ. deciſ. 67. nu. 3.

Statuto loci ligatur, qui in eo loco forum ſortitur. Crauet. conſi. 1. part. 2. nu. 24.

Statuta in materia quantumuis ſtricta, comprehendunt caſum, ad quem lata verborum ſignificatione, extendi poſſunt. Ozaſ. d. deciſ. 67. vide Rot. Genu. deciſio. 21. nu. 16. & deciſ. 93. nu. 4. Cabal. milleloq. 606.

Statuti vna pars, per aliam intelligitur, & declaratur. ibid. Ozaſ. nu. 13.

Statuta, & conſtitutiones recipiunt interpretationem paſsiuam à iure communi. Ozaſ. deciſio. 142.

Statutum, ſiue decretum loquens de debitis, intelligitur de neceſſariis. Ozaſ. deciſio. 167. nume. 23.

Cauſa finali ſtatuti ceſſante, ceſſat ſtatutum. Gram. deciſio. 65. nume. 49. vide Dec. conſi. 334. nume. 4.

Si ſtatutum non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, & ſi nullum caſum excipit, neque Iudex excipere debet. Iaſ. in l. non dubium. C. de legib.

Mulier nupta in alieno territorio, retinet priuilegia ſtatutorum originis. Crauet. conſil. 271. nume. 3.

Statutum debet ita intelligi, vt aliquid operetur vltra ius commune. Iaſ. in l. huiuſmodi 86. §. ſi ita, de legat. 1. nume. 9. vide Natt. conſil. 154. nume. 4. Crauet. conſi. 209. nume. 13. & conſi. 259.

Licèt ſtatutum aliquid debeat operari vltra ius commune, hoc tamen non procedit, quando ex hoc aliquis indebitè damnum pateretur, quia tunc potius debet fruſtatorium reddi. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 52.

Statutum eſt attendendum, quod ſe conformat cum diſpoſitione iuris communis. Vera. deciſio. 193. part. 3.

Statutum ſuper certo fauore fundatū, remoto fauore, remanet ſub diſpoſitione iuris communis. Marc. de Mant. ſing. 678.

Statutum continens id, quod ius cōmune, non valet. Bar. in l. vnica. C. de Theſſaur. libr. 10.

Per ſtatutū poteſt diſponi contra diſpoſitionē iuris ſuper iuramento. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *Des droicts*. §. 7. glo. 15.

Lucrum, quod alicui per ſtatutum defertur, per vltimā voluntatē, vel aliam diſpoſitionē, an auferri poſsit, & an valeat tale ſtatutū, vide Perilluſtr. D. P. Teſſa. deciſ. 34.

Statutum generale, vel indefinitum reſtringitur, & limitatur ſecundum ius commune. Bar. in ſuis quæſtio. q. 2. nu. 9. Abb. cōſ. 1. par. 1. nu. 6. & conſi. 19. & 30. vide l. 2. C. de noxal. actio.

Statuti verba neceſſariò trahuntur ad illum caſum, cui verba ipſa conueniunt. Ioſeph. Lud. deciſio. Luc. 12. num. 10.

Statutum faciens mentionem de perſona, non cōprehendit Ciuitatem, caſtrum, vel aliam

Vniuersitatem, quę est persona ficta. idē Ludo. decis. 39. Luc. nu. 35.

Scientia requisita à statuto, debet esse vera, & non ficta, cùm statutum non intelligatur in casu ficto; sed vero. idem, decisio. Luc. 52. nume. 25. 32. & 33.

Statuta strictè interpretanda: ideò disputatur, an debitorum appellatione, veniant fideiussores, vide Marc. q. 340.

Statutum loquens per dictionem taxatiuam, similes exceptiones excludere non videtur. Marc. q. 208. part. 2.

Statutum magis trahitur ad aliud ius municipale, quàm ad ius commune. in additio. ad Bar. in l. 2. C. de noxal. actio.

Statutum interpretatur secundum propriā interpretationem; non secundum mentē. Bart. in suis quæstio. q. 2. nu. 5.

Ciuis nouellus præsumitur ignorare statuta: ideò non punitur, si contra ea fecerit. Ozas. decisio. 71. nume. 42. vide Ludouic. Roma. singul. 74.

Statutum, quo cauetur illos de domo teneri pro consorte, dicitur esse contra ius Diuinum, & humanum. Ozas. decisio. 88. intellige, vt ibid. nume. 26.

Qualitas in statuto, seu decreto requisita, probāda est, vt verificetur illius dispositio. Ozas. d. decisio. 88. num. 6. Gram. decisio. 65. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 17. nume. 32. & seqq. & decisio. 52. & 57. Rot. Genu. decisio. 83. & 210. Hiero. Mago. decisio. Luc. 27. Natt. consi. 254. Crauet. consi. 1. pro genero, nume. 31. Dec. consi. 18. lib. 1. & consi. 524. lib. 2.

Non sufficit allegare statuta alterius loci, nisi etiam producantur. Ozas. decisio. 141. nume. 13. Barto. in l. 2. C. si contra ius, vel vtilit. Public. nume. 13. Aliàs Iudex tenetur ad obseruantiam statuti, licèt illud nō sit in cā per aliquam ex partibus productum. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 389. vide Borg. decis. 6. de iudi. & Crauet. consi. 137. num. 5.

An statutum debeat edi cum die, & Consule, & an requirat scripturam, vide Alex. in Rub. ff. de noui oper. nunciat.

Statutum cùm producitur, debet totum produci. Bart. in l. 23. ff. de legib. vide eundem Bart. in Rub. ff. de nou. oper. nunciat.

Statutum, quando aliquid inducit cum certis modificationibus, quicquid ibidem exprimitur, censetur pro forma. Ozas. deci. 165. nume. 11.

Forma data à statuto, semper intelligitur esse præcisa, adeò vt ea nō seruata, nullitas actus inducatur. Ozas. d. decisio. 165. nume. 16. Dec. consi. 532. Ipso iure. Rot. Genuen. decisio. 3. nume. 19. Roland. consi. 72. volum. 3. num. 15.

Tamen forma à statuto requisita, & introducta, satis dicitur obseruata, quando naturaliter, & effectualiter fuit exequutum requisitum à statuto, licèt superficialiter non appareat seruatum. ead. Rot. decis. 210.

Casus omissus à statuto, remanet in dispositione iuris communis. Afflic. decis. 21. nu. 13.

An Clerici posśint vti statutis fauorabilibus laicorum, non approbatis per Papam, vide Math. Mathes. singul. 110. Hippol. sing. 453. & Dec. consi. 276.

Statutum potest tollere præscriptionem. Guid. Pap. quæst. 319.

Dictio, &, repetit præcedentia: ideò si in vno statuto ponitur pęna, & postea sequitur aliud statutum sic, & statuimus etiam, &c. nulla pęna adiecta, pęna in primo statuto apposita, in sequenti censetur repetita. idem Guid. quæstio. 527.

Statuentes statuto edito nihil addere possunt; sed bene declarare. Boer. decis. 172. nu. 24.

Vbi verba statuti sunt clara, cessat illius interpretatio. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 25. & 48.

Statutum disponens aliquid in vno ex correlatiuis, censetur etiam dispositum in alio. idē Ludouic. d. decisio. 25. nume. 32. vide Cabal. milleloq. 610.

Tempus statuti est continuum: ideò currit ignoranti, sed an concedenda sit restitutio, vide Crauet. consi. 271. nu. 5.

Forenses verbis statuti non ligantur, si illud in personam dirigatur; secùs si indefinitè. Fran. Marc. q. 155. & Rol. consi. 25. nu. 17. vol. 3.

An, & in quibus casibus forenses vti posśint statutis Ciuitatis, in qua agunt, vide Rot. Genu. decisio. 100.

Statutum habilitans personam, comprehendit etiam forenses. vide Put. decisio. 29. libr. 2.

Forensi succurritur ignoranti statutum loci. Vera. decis. 207. part. 3.

Statutum non comprehendit, nec ligat forenses, minus casum mixtum in odiosis. Borg. decis. 13. de contract.

Statutum de personis, vel rebus disponens, extra territorium statuentium non extenditur. Andr. Gail. obse. 124. lib. 2. Statutum enim obligat tantùm subditos. ibid. num. 5. vide tamē Crauet. consi. 271.

Forenses Ciuitatis statuto non ligari, nec etiam eius beneficio adiuuari, tradit Hippo. singul. 253.

Regulariter statutum disponens extra territorium, & in personis non subditis, non valet. arg. l. fin. ff. de iurisdict. omn. Iudi.

Statutū circa ea, quæ sunt iurisdictionis volūtariæ, cōprehēdit forēses. Bar. in l. 1. C. de Sum. Trinit.

Trinit.nume.25. Quod intellige circa solemnitates actus; non autem circa personas l.1. ff.de tuto.& curat.dat.ab his,& Barto.in d.l.1. de Sum. Trinit.

Statutum,vbi agitur de succedendo, & de bonis sitis in territorio statuentium,an comprehendat forenses,vide Perillustr. D.P. Tessau. decisio.106.num.5.

An statutum forenses excludens,ad dotem extendatur,vide eundem, decis.123.

Statutum quando forenses includat,& eis prosit,vel obsit,vide Natt.consi.148.149.581. & consi.388.Tom.1.Craue.consi.271.

Statutum an habeat vim extra territorium statuentium,inter ipsos statuētes, vide Rot.Genuen.decis.93.

Statuta Principis inferiores illis non vtendo, non possunt tollere,imò nō elidūtur ex contrariis actibus, sine expresso consensu ipsius Principis.Vera.decis.204.part.3.

Statutum licèt non tollatur per simplicem non vsum, tamen tollitur per contrarium vsum. Natt.consi.254.nume.6.Imò quòd etiam per non vsum censeatur sublatum, scribit Felin. consi.18. num.fin.

Superior ex iusta causa potest reuocare statutum,quod transiuit in quasi contractum cum subdito.Ant.Corset.in suis singularibus, litera Q sing.quasi contractus.

Statuta si duo contraria reperiantur in eodem volumine, secundum derogat primo, licèt sint eodem tempore confirmata. Barto. in l. si verò 19.§. quid ff. de milit.testamen.

Statutum, seu constitutio publicata, per non vsum non tollitur. vide D.Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ, in proœmio, gloss.4.nume. 31.Sed quando tollatur,vide ibidem,nume. 37.Verùm statutum moribus non receptum, à principio fingitur non obligasse, idem, ibi. nume.32.

An statutum, seu beneficium statuti Mediolani,aut alterius loci, videatur competere alibi natis, vel habentibus domicilium in alio loco,vide Dec.consi.284.nu.7.& seqq.

Statuto nūquam priori derogatum videtur ab alio posteriori,nisi quatenus expressum reperitur.Dec.consi.3.nu.7.

An in nouo statuto derogatorio sit necessaria clausula,Non obstante,vide glo.in verbo,nō obstantibus,tit.quomo.in lęsę Maiest.crimin. proced.in vsib.feud.

Statutum iuratum non tollitur per clausulam derogatoriam ad statutum simpliciter positam: quia requiritur, quòd dicatur, non obstante statuto iurato. DD.de Rota, decis.18. de rescrip.in antiq.

Statutum quādo dicatur fauorabile,vide Vera. decisio: 15. part. 2. & decisio. 215. part.3. Et tunc illud seruandum est in vtroque foro. Vera.d. decisio. 15. part. 2.

Indefinita in statutis æquipollet vniuersali.idē, decis.205.part.3. Bart.in l.qui ædium 21.ff.de seruit.vrba.prædio.& q.8.nu.12.

Statutum,vt locum habeat, omnia eius verba verificari debent. Gasp.Gabal,milleloq.90.

In statuto, pluralitas verificari potest in vno. idem,milleloq.504.

Statutorum contrarietas est euitanda, quando aliqua distinctione illa iuuari pōt;sed de conciliatione statutorum cōtrariorum vide per Borg.Caual.decis.6.de indi.

Statutum quandoque trahitur ad præterita veluti,quando post statutum labitur tempus ab eo præfixum.Rot.Auenio.deci.86.in decisio. diuersis.Tom.3.

Statutum nouiter conditum,non extenditur ad lites præteritas,vel pendētes indecisas, etiā si hoc expressè in statuto dictum sit. Barto. consi.87. volum.1.

Quomodo, & quando vnum statutum declaret aliud,& deroget alteri,vide Mago.deci.105. la 2.Rot.Floren.

Statutum loquens in matre, locum habet etiā in auia,siue odiosum,siue fauorabile sit Dec. consi.656.vide tamen consi.679.ibid.

Verbum, propinquos, positum in statuto, tam masculos,quàm fœminas comprehendit.Dec. consil.658.

Quando sumus in materia indifferenti,quæ ita conuenit fœminis, sicut masculis, tali casu,si masculinum proferatur à lege, vel à statuto, masculinum concipit fœmininum. Dec.d. consil.658.num.fin.& 339.volum.2.vide cōsi. 563.ibidem.

Statutum requirens fieri fidem, intelligitur per plenam probationem. Natt. consil. 29. Tomo. 1.

Condictio ex statuto competit his, in quorum fauorem fuit compositum, licèt verba ad eos non sint directa. Natt.consi.147. Tom.1.

Quando statutum vtitur dictione vniuersali, omnis, comprehendit omnes casus: quia dictio, omnis, nihil excludit, & est tantæ potentiæ, vt tollat id,quod alioquin erat à iure dispositum.Natt.consi.154.

Statutum Ferrariæ non ligat filias Serenissimorum Ducum.Menoch.consi.250.lib.3.

Statutum Mantuæ, nō ligat familiam Principis ipsius Ciuitatis, minus alium, qui fuerit decoratus priuilegiis ipsius familiæ. Menoch. consi.351.volum.4.

Statutum disponēs in materia iuris,& excipiēs casus aliàs à iure expressos,non vr includere alios casus prorsus similes à iure exceptos.

L 2 Ant.

Anto.Corset. in suis singularibus, litera S.singul.statutum 4.

Statutum loquens in numero plurali, habet ẽt locum in singulari. idem, ibidem singul. statutum 17.& Bar.in consi.10.vol.1.

De Materia statutorum vide per Bar. in l. 1.C. de summa Trinit.& in l. omnes Populi.ff. de Iustit.& iure.

Ad cognoscendum, an requisita à statuto in ali quo actu dicantur esse de forma, & actus vitietur, si omnia non fuerint seruata, vide August.Bero. q. 24.

Statutum correctum allegatur ad decisionem causarum, quæ agitantur super facto prætерito.Bar.in l.7.C.de legib.

Statutum faciens mentionem de gradibus, intelligitur secundum ius Ciuile; & non Canonicũ.Bar.in l.2.C.de successo.edict.vide eundem, consi.13.vol.2.

Si est factum statutum de casu deciso per consuetudinem, quo iure agendum erit pro illo casu, an remedio statuti, vel consuetudinis, vide Bartol.in l.2.C. quæ sit long. consuetu. nume.7.

Statutum Ciuitatis, quando vendicet sibi locũ in castris illi subiectis, vide Bar.ib.nu. 41.

Statutum positum in volumine statutorum, est maioris efficacię, quàm statutum extrauagãs. Bar.in l.2.C.de peti.bon.subla.lib. 10.

Quãdo statutum habet Rubricam generalem, & postea sequitur statutum speciale, quid iuris, vide Doct.in Rub. si cert. pet.

Statutum, quod viget in Ciuitate, intelligitur vigere in villis, & castris. Bar.in l.1.§.cùm vrbẽ. ff. de offic. Præfect. vrb.num. 8. vide Ias. de actio.in §.rursus, num.42.

Verba in statuto, intelliguntur per cõem vsum loquendi impropriè, & largè.Bart.in Rubr.ff. de nou.oper.nunc.nu.6.

Statutum si processu tpis contineat iniquitatẽ propter variationem rerum, ab eo reclamari potest ad Superiorem: & sic statutũ, quod à principio est licitum, si ex varietate temporis efficiatur iniquum, rescindi potest. Dec. consi.335.vol. 2.

An appellatione filiorum veniant nepotes in statuto, vbi illud filios patruorũ vocat cõtra ius commune, vide Dec.cons.372.vol.2.

De contrario sensu in statuto, & de casu omisso vide per eundẽ Dec.cõs.507.& 508. vol.2.

In statuto, si de filio mentio fiat, de naturali, & legitimo intelligitur. Dec.consl.471.nu.6.

Statutum auferens liberam testandi facultatẽ, an valeat, vide Perillust.D.P.Tessau.deci.34.

Statutum generale, non derogat statuto specia liter loquenti.Bar.cons.100.nu.5.vol.1.

Statuta intelliguntur secundum cõmunem vsũ loquendi.Bar.in cons.141.vol.1.

Statutum nõ recipit interpretationem actiuã, vt trahatur ad casus in eo non comprehensos, tamen recipit interpretationem passiuam, vt ius commune, & eius regulæ extendantur ad alia statuta. Bartol.in consil. 159. volum. 1.

Statutum indefinitè loquens, an referatur ad id, quod specialiter est prohibitũ, vide Bart. consi.35.vol.2.

Ignorantia statuti neminem excusat. Fel. cons. 7.num.6.vide tamen Menoch. de Arbitra. li. 2.cas.186.nu.11.

Statuto renunciari potest expresse: nam in tacitis semper consuetudo, & statutum videntur inesse.l.circa 19.C. de loca.& conduc.

Debet seruari statutum loci, vbi res est, quũ de aliquo iure ex ea descendente, quæstio infertur.l. venditor.§. si constat.ff.commu.prędio.& Bar.in l.1.C.de summa Trinita. nu.27. Tamen dispositio statuti, an sit in rem: vel in personam, diligenter est intuenda: quia si in rem, tunc iudicandum est secundum locum, in quo res est, siue à Ciue, siue ab aduena possideatur; si in personam, secùs.l.rescripto in fine. ff.de muneribus, & honorib. Arg. legis fina. §.fina.ff.de contrahenda emptione.

Statutũ aliquid disponens in filiisfamil. an locum habeat in filiis emancipatis, qui non dicuntur filiifam. vide Dec.consil. 13. Bald. in l.fin. C.de emanci. liber.& Paul. de Castr. in authent. successio. C. de suis, & legit.hęred.

Actum aliquem faciens, præsumitur se subiicere statuto, de illo actu loquenti. Boer. cõsi. 10.num. pen.

Statutum non valet, per quod materia datur delinquendi.Crau.cons.137.nu.2.

Interpretatio statuti dubij sumitur ex obseruantia postea subsequuta, nec tunc requiritur, quòd obseruantia sit præscripta. Crauet. consi.1.num.11.par.2.

De statutis circa contractus, & dispositiones inter viuos.

Stante statuto, quòd contra instrumentum opponi non posśit aliqua exceptio, poterunt nihilominus opponi exceptiones competentes ex aliquo capitulo statutorum. Ozasc.decis.1. nume.22. & Hipp. singul. 93. Poterit etiam implorari officium Iudicis. Bartol.in l.planè 41.ff.de petit.hæred.

Exceptiones omnes reiectæ à statuto, per illud nõ intelliguñt reiectæ illę, q̃ incõtinẽti pro-

probari possunt.Ioseph.Lud.deci.Luc.24.n.3.
Statuto nulla exceptione admittente,nō tollitur exceptio solutionis.Rot.Genu.decis.104.
Si contra instrumentum statutum non permittat opponi certas exceptiones, hoc non habet locum quo ad tertium, cum quo non est confectum instrumentum.Gram.vot.16.
Statutum admittens aliquas exceptiones tantùm, censetur alias reiicere. Crauet.consi.1. part.2.nume.39. Quod limitatur in similibus exceptionibus.ibid.Crauet.nu.40.
Mulier de dote sua disponere non potest, vbicunque illius pars ex statuti dispositione,ad alium peruenire debet.Ozas.decis.20.
Statutum loquens de dote data, locum etiam habet in dote confessa.Ozas.d.decis.20.nu.8. Idē in dote promissa.Ozas. deci.21.nu.5.& 9.
Statutum loquens de dote lucranda, ad hoc vt sibi locum vendicet, oportet, vt sit verus casus in statuto cōprehensus. Ozas.ibi.nu.11.
Statutum loquens de contractu dotis, quamuis generaliter loquatur, non propterea extenditur ad contractum factum extra territoriū loci statuti. Gram.decis.103.nu.180.
Statutum de creditoribus negligentibus petere debitum per annos 18. exceptis dotalibus, habet etiam locum in fructibus debitis ex causa non solutæ dotis.Iacob.Put.decisio. 93. libr. 1.
Statutum de lucranda parte dotis loquens in Ciuibus, habet etiam locum, quando vxor non esset Ciuis: quia hæc qualitas solùm requiritur in viro.Put.decis.139.lib.2.Sed an statutum loquens de lucro dotis,comprehendat personas, & bona extra territorium statuentium,vide Mago.decis.107.Rot.Flor. Et de materia lucrandæ dotis vide infra, lib.2, tit.de donatio. propt.nupt.
In lucro dotis statutū mariti attēditur,sed quādo statutum videatur derogare legi, hac edictali, vide Dec.consi.19.& consi.284.& Rol, consil.72.
Circa lucrum dotis attendendum est statutum antiquum existens tempore matrimonij; nō autem nouum.Menoch.consi.240.lib.3.
Statutum de donationibus, & pactis non validis sine certa forma, & solemnitate,non cōprehendit obligationem dotis, & donationis propter nuptias sine solēnitate istius statuti factam, quādo dos reperitur aliquo modo priuilegiata.Iacob.Put.decisio.160. lib.3. Nam statutum generaliter loquens, non cōprehēdit causam dotis;secùs si loquatur verbis vniuersalibus.Craue.consi.294.Natt.cōsi. 52.Tom.1.vide tamē Dec.consi.5. & cōs.302.
Statutum, ꝙ soluto matrimonio secundus maritus lucretur dotem mulieris,repulsis filiis primi matrimonij,nō requirit, quòd mulier expresse declaret velle filios priuari, sed sufficit simplex dotis constitutio. Natt. consil. 106.num.12. Tom.1.
Si statutum dicat,mulierem habentem liberos non posse relinquere vltra tertiam partē dotis,tale statutum debet intelligi, ꝙ nō possit dare per vltimam voluntatem;secùs inter viuos.Pet.de Rauen.sing.625.
Statutum faciens mētionem de Ciue simpliciter, comprehendit etiam habitātem in Ciuitate, ideò hoc casu statutū loquēs de dote, comprehendit etiam dotem mulieris habitantis in loco statuti loquentis solùm de mulieribus originariis.Rol.à Val.consi.72.vol.1.
Legatum factum per vxorem viro, computatur in lucro dotis debito ipsi viro ex forma statuti,vxore præmoriente.Bart.in auth.præterea.C.vnde vir,& vxor.
Statutum de dote lucranda,vxore præmoriente,habet locum, quando matrimonium fuit contractum per verba de præsenti. Bart.in l. nihil.ff.de actio.rer.amot.
Statutū, quo cauetur illos de domo teneri pro consorte,dicitur esse cōtra ius Diuinū,& humanum.Ozas.deci.88.intellige, vt num.26.
Statutum, siue decretum loquens de debitis, intelligitur de necessariis. Ozas.decisio.167. nume.23.
An valeat contractus celebratus contra prohibitionem statuti, si interuenerit iuramētum, vide Gram. decisio. 12. nume.12. Iacob.Put. decisio.116.part.1.& decisio.512.part.2.Ant. Corset. in suis singularibus, litera S. sing.statutum 24.
Statutum laicorum prohibitorium,ad iuratos contractus non extenditur.Fran.Marc.quæst. 84. part. 2.
Statutum, quòd instrumenta post aliquot annos fidem non faciāt, habet etiam locum in instrumento iurato.Put.decis.116.lib.1.
Iuramentum an firmet donationem à statuto prohibitam,vide eundem Put.deci.377.lib.1.
Statutum potest tollere vires instrumenti iurati,non seruata forma d.statuti.Mago.decisio. 22.Rot.Floren.vide tamen Roland.consi.99. volum.3. & Rot. Auenio. decisio.78. in decisio.diuerso.
Contrahentes in aliqua iurisdictione,an ligentur statuto loci,vide Rot. Genu.decisio.184. nu.23.& Craue.consi.30.
Statutum concedens executionē cōtractui, nō extenditur ad pacta incontinenti apposita: quum statutum non se extendat ad casum fictum.Gram.decis.103.nu.195.& 196.
Statutum, quòd datiarij habeant arbitrium super vēditionibus factis, si aliquis promiserit

vendere, istud non pertinet ad eorum arbitrium: quia non est venditio; sed promissio de vendendo. Gram.ibid.nu.200.

Statuti materia prohibentis alienationes in forenses adscribitur per Ioseph. Ludo.decisio. Peruſ. 85.

Forensis contrahendo, statuta Ciuitatis, in qua contrahit, seruare tenetur. Rot. Auenio. deci. 78. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Si statuto caueatur, quòd nullus forensis possit emere in territorio statuentium, si emat forensis, non ob id perdit pretium. Fran. Cremen. sing. 96. Et hoc statutum prohibens alienationes in forenses, valet. Bart. in l. 19. nu. 20. C. de Sacrosanct. Eccles. Tamen hoc casu forensis poterit pignus accipere. Barto. in l. in quorum 24. ff. de pignorib.

Non valet statutum prohibens alienationes in Clericos. Bart. in l. 14. C. de contrahen. empt.

Donatio facta (etiam cum iuraméto) nõ seruata forma statuti probatoria, non valet, potest tamen aliter probari, quàm per instrumentũ. Rol. consi. 43. vol. 3.

Statutum requirens insinuationem in instrumẽtis donationum, procedit in mercatore forensi donãte in vrbe, qui mercator, quamuis statutis subiectus non sit, tenetur nihilominus donationem insinuare. Vera. decisio. 206. part. 3.

Licèt forensis contrahendo in certo loco ligetur statutis, & consuetudinibus loci, si tamen lędatur, poterit petere restitutionem in integrum propter ignorantiam. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 376.

Statutum, quòd Ciuis nõ possit fideiubere pro extraneo, non habet locum in eo, qui accessit vt fideiussor, tamen tanquam correus se obligauit; minus quãdo fideiussit pro dote, Natt. consi. 52. Tom. 1.

Statutum, quòd nullus popularis cedat actionẽ Nobili, comprehẽdit cessionem factam per popularem forensi, qui postea cessit Nobili. Bar. in l. 9. C. de hæret.

Statutum, quòd quis teneatur ad custodiã, non ligat forẽses, nisi hoc quoque exprimat. arg. l. non solùm 12. §. & qui in testamento. ff. de excusatio. tuto.

Non licet forensibus ignorare statutum consuetudinis loci de gabellis soluẽdis. l. fin. §. licèt. ff. de publica. & vectig.

Statutum municipale disponens, quòd omnia instrumenta debeant registrari in archiuo Communitatis, an extendatur ad forenses contrahentes in loco statuti, vide Abb. cons. 52. part. 2.

Statutum requirens cõsensum duorum propinquorum in contractibus minorum, vel mulierum, an habeat locum, etiam quando mulier simul cum viro rem pro dote sibi obligatam vendit, vide Crescen. decisio. 3. aliàs 309. de constitutio.

Statutum prohibens mulierem cõtrahere sine consensu propinquorum, qualiter intelligendum sit, vide Iaſ. de actio. in §. omnium, num. 41. & seqq. Bar. in l. 23. §. eo autem. ff. solut. matrimo. & in l. 3. §. si pupillus. ff. quib. ex causis in possesſ. eat. Quòd tali statuto sit satisfactũ, si consanguinei sine causa recusent consentire, docet Menoch. de Arbitra. caſ. 182. num. 12. Quid sit obseruandum hoc casu, vide eundem Menoch. ibid. caſ. 211. nu. 6. Si non extẽt consanguinei, quid iuris, vide caſ. 212.

Statutum, quòd minor non possit se obligare sine certa solemnitate, locum non habet in filio retinente hæreditatem patris, quominus teneatur creditoribus hęreditarijs. Dec. consi. 331.

Quando statutum exigit consensum duorũ consanguineorum ex parte patris, vbi extãt ex parte matris, si ille prohibitus contrahere habeat tantùm vnum ex parte patris, & aliũ ex parte matris, valebit contractus factus cũ consensu istorum. Bar. sing. statutum 21.

Statuto cauente, ꝙ mulier, & minor se obligare sine Iudicis auctoritate non possint, non sat erit Iudicem auctoritatem interponere, nisi contineatur in instrumento ipso, causæ cognitionem fuisse adhibitam, & repertum esse contractum in mulieris, vel minoris vtilitatẽ cedere. Hippol. sing. 399.

Mulier si ex forma statuti contrahere nequeat, nisi de duorum propinquorum cõsensu, eaq; bona non nulla sua viri propinquis vendat, cum alterius propinqui consensu, valebit cõtractus. Hippol. sing. 447.

Statuto stante, ꝙ mulieres, vel minores nõ possint cõtrahere sine cõsensu duorum propinquorũ consanguineorũ, affines ex parte vxoris, vel viri, non cõputantur. Bar. in l. vnica. C. vnde vir, & vxo. vide tamen eundem Bar. in l. 5. C. de verbo. & rer signif.

Consensus requisitus à statuto in contractu mulierum, non potest præstari per eum, cui directò acquiritur. Bart. in l. 1. ff. de author. & consen. tuto. num. 6.

Statuto stante, quòd mulier non possit contrahere, an poterit hæreditatẽ adire, vide Bart. in l. more 8. ff. de acquir. hæred.

Statutum requirens præsentiam cõsanguineorum, si est minor consanguineus, quid iuris, vide Bart. in consi. 94. vol. 2.

Statutum, ꝙ minor non possit contrahere sine consensu aliquorum, non comprehendit casum, quo minor facit cõditionem suam meliorem.

liorem.Fel.conſ.16.num.11.

Quando ſtatuto cauetur, quòd mulier, vel minor non poſsit contrahere, niſi interuenerit præſentia, vel voluntas propinquorum, an ſufficiat præſentia abſque alia voluntate, vel conſenſu, vide Franc.Marc.q.328.

Statutum parentum præſentiam requirens, de quibus intelligatur, vide eundem, dict.quæſtio. 328.

Statutum requirens certam ſolemnitatē in contractu mulieris, non procedit, quando contrahit cum Eccleſia. Vera.deciſ.194. par.3.

Minor iurando ſe maiorem, excluditur à remedio reſtitutionis; non autem nullitatis reſultantis ex forma non ſeruatæ ſolemnitatis ſtatuti. Rot.Auenio. deciſ.78.in deciſ.diuerſo.Tom.3.vide Bart.in authen.ſacramenta. C.ſi aduerſus vendit.

Contractus factus per mulierem nuptam, quæ communi opinione credebatur vidua, valet, non obſtante ſtatuto, quo requiritur ad validitatem contractus duorum conſanguineorum præſentia. Rot. Auenio.deciſ.139. in deciſ. diuerſo.

Statutum, quòd in contractibus minorum, vel mulierum interueniat conſenſus duorum propinquorum, quorum non interſit, an intelligatur de proximioribus ratione ſpei ſuccedendi, vide Creſcen. deciſ.2.aliàs 308.de conſtitutio. Et an comprehendat etiam cognatos, vide ibid.deciſ.4 aliàs 297.

Statuta ſtrictè interpretanda: ideò an debitorum appellatione, veniant fideiuſſores, vide Franc.Marc.q.340.

Quando ſtatutum tollit actionem poſt annum, non tamen tollit exceptionem, niſi loquatur per verbum, dicere.Put.deci.174.lib.2.

Statutum prohibens donationem, non prohibet remuneratoriam. idem Put. deciſ. 426. libro 1.

Statutum, quòd mulieres dotatæ non faciant partem, quomodo intelligatur, vide Dec. conſil.346.

Statutum de vxore loquens, non habet locum in ſponſa etiam de præſenti. Dec. conſi.540.

Contractus geſtus contra formam ſtatuti, de iure communi præſumitur doloſus. Vera. deciſ.200.part.3.

Statutum contra negligentes petere credita intra certum tempus, non vindicat ſibi locū. quando creditor, & debitor ſunt forenſes. idem, deciſ.207.part.3.

Statutum excludens debitorem tacentem per decennium valet, ſed an procedat etiam in debito iurato, vide Hier.Mago.deci.Luc.60.

Statutum an poſsit inducere præſcriptionem cum mala fide, vide Rot.Auenio. deciſ. 86.in deciſio.diuerſo. Sed quid de ſtatuto de non exigendis debitis poſt trienniū, vide ibid.d. deciſ. 86.

Si ſtatuto caueatur, ꝙ qui non petierit debitum ex contractu intra decem annos, cadat à iure ſuo, tale ſtatutum non habet locum in creditore ex mutuo: quia talis contractus mutui non eſt propriè contractus, cùm ſolùm recipiens obligetur; non autem mutuans. gl.in §. fin.Inſtitu.de obliga.in additio.

Statutum loquens de poſſeſsione, habet etiam locum in quaſi poſſeſsione rerū incorporalium.Vera.deciſ.211.part. 3.

Statutum, quod loquitur de venditione, nō habet locum in datione in ſolutum.Dec.conſil. 18. Qui tamē contrarium ſcripſit in cōſ. 586.

Statutum, quòd vxor pro marito obligetur, valet; & quòd mercatorum filij poſsint obligari ad debita patris, Myſing.obſer. 29. cent. 1. Et per conſequens valet ſtatutum, vt vnus pro alio teneatur.Cabal.milleloq.532.Andr. Gail.obſer.36.lib.1.plenè Iaſ. de actio.in §.actiones autē, & in addi. ad Barto. in Rub. C. ne vxor pro marito.

Statutum laicorum prohibens alienationē rerum immobilium in Eccleſiam, an dicatur cōtra libertatem Eccleſiaſticam, vide Cabal. milleloq. 166.& Bar.in l. filiusfa. 117. §. diui. lo 2.num.12. de legat.1.

Verbum venditionis tripliciter accipitur, tamē in ſtatutis ſtrictè accipitur pro vera venditione. idem, milleloq.200.

Statutum loquens de venditione, nō habet locum in faciente pactum de vendendo. Ant. Corſet.in ſuis ſingularib. litera S. ſingulare, ſtatutum, vide tamen Cabal.milleloq.201.

Statutum ſimpliciter loquens de priuilegio, & immunitate aliqua, in dubio intelligitur de perſonali, & non reali, niſi ſit conceſsum loco, rei, dignitati, cauſæ, actioni, aut huiuſmodi.Borg.Caual.deciſ.5.de iud.

Scriptura priuata, quæ habet executionem virtute ſtatuti, ſi producatur in alio loco iudicij, meretur executionem, quia reſpicit deciſoria, quo caſu attenditur locus contractus. Borgn.Caual.deciſ.27.num. 27. de Contract. part.2.

Statutum, ꝙ res maneat tributaria, etiam ſi ad Clericū peruenerit, valet. Andr. Gail. obſer. 32.lib.2.num.9.

Si ſtatutum mandet pro relaxatione ſequeſtri eſſe cauendum ante ſententiam, talis cautio debet præſtari in prima inſtantia, nec ſufficit eam præſtare in cauſa appellationis ante ſententiam.Mago.deciſ.98.Rot.Floren.

Statutum de præferendo venditore in re vendita habet locum, etiam rei forma mutata, &

& sic statutum loquens de materia, habet locum in materiato. Rot. Auenio. decisio. 96. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Statutum factum per Vniuersitatem cum Regio decreto, ꝙ nemo accedat ad molẽdum in aliis molendinis, quàm ipsius Vniuersitatis, an valeat, etiam in præiudicium Ecclesię, vide Vincent. de Franc. decisio. 380. part. 2. & Natt. consi. 106. Tom. 1.

Minori competit restitutio aduersus statutum, quando illud non loquitur specificè de minore; sed generaliter de quacũque persona. Raud. tractat. de Analog. cap. 33. nu. 130.

Quando per statutum prohibetur, ꝙ mater testando, vel codicillando, non possit præiudicare filiis in sua successione, non ob id prohibetur disponere inter viuos, & sic appellatione testamenti hoc casu, non venit cõtractus. Crauet. consi. 307. nu. 5. vide tamen Menoch. consi. 344. lib. 4.

Quando per statutũ præmium pollicetur reuelanti delictum, tunc non comprehendit participem criminis reuelantem illud. Iul. Clar. in sua Pract. crim. §. fin. q. 27. vers. in multis.

Statutum prohibens matrimonium contrahere cum aliqua persona, an valeat, vide ibid. q. 82. statutum 3.

Ingrediens possessionem alterius ex decreto Iudicis inualido, an incidat in pęnam statuti de turbata possessione, vide ibid. d. quæst. 82. statutum 4.

Valet statutum, quòd volens vendere, consorti, aut vicino vendere teneatur. Dec. consi. 88.

Valet etiam statutum, quòd quis impunè possit ingredientem possessionem suam offendere. Dec. consi. 199.

Statutum tribuens beneficium agnatis recuperandi rem patrimonialem, non comprehendit agnatos legitimatos. Dec. consi. 276.

Statutũ ꝙ mulier non possit se obligare in prę-iudicium dotis, operatur, vt non possit donare causa mortis. Dec. consi. 280.

Iudicari non debet de iuribus, tanquam de bonis immobilibus, sed tanquam de tertia specie. idem Dec. consi. 461. nu. 4.

Statutum prohibens venditionem, donationẽ, & alienationẽ bonorũ immobiliũ, habet ẽt locum in vltima voluntate. Dec. consi. 660.

Fructus non imputantur in portionem delatã ex dispositione statuti. Menoch. cõs. 88. vol. 1.

Statuto cauente, possessorẽ rei per decennium non posse inquietari, sufficit possessio, absq; titulo, & bona fide. Pet. de Raue. sing. 55.

Officialium numerus, si statuto ad minorem numerum reducatur, non fit præiudicium Officialibus iam electis; sed solùm eligẽdis. Ant. Corset. in suis singularibus, litera S. sing. statutum 15. & Barto. in l. 13. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.

Quando statutum requirit fideiussorem ad aliquid obtinendum, an intelligatur illum requirere ipso iure, vel solùm, parte requirente, vide August. Bero. q. 79.

Statutum disponens, quòd omnes soluant, aliquo nõ obstante, an tollat priuilegium, vide Bart. l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. nume. 61. 2. lect.

Populus Ciuitatis potest statuere, ꝙ res vendãtur certo pretio; sed non potest statuere legem certis personis. Bart. in l. 7. C. de Iudęis.

Statutum si dicat, ꝙ de quolibet contractu soluantur decem pro gabella, si gabella ipsa nõ soluatur, an contractus sit nullus ipso iure, vide Bar. in l. vniuersa. C. de precib. Impera. offeren. nu. 6. Quod statutum intelligitur loqui, de contractu valido. Gram. decis. 74.

Statutum, quòd de quolibet debito (de quo apparet per instrumentum) soluatur gabella, comprehendit debitum chyrographarium. Bart. in l. 1. C. de iuramen. propt. calum. dand. Et etiam contractus factos inter ascendẽtes. Bar. in l. 1. C. de impo. lucr. dispos. lib. 10. Quod limita, vt ibid. per eundem Bart.

Valet statutum, ꝙ quis pro debito possit incarcerari, licèt hoc fieri non possit per pactum. Bart. in authen. imò C. de actio. & obligatio. antiq. lect.

Campsores, & alij negotiatores, possunt facere statuta, & illa inter eos seruantur in Curia aliorũ. Bar. in l. 2. C. de cõstit. pecu. antiq. lect.

Valet statutum, quòd socius non possit vendere partem suam, vel rem cõmunem, irrequisito socio. Barto. in l. 14. C. de contrahen. emptio. in additio.

Statutum, quòd habens debitorem suspectum possit eum capere, intelligitur, si suspicio superuenerit post debitum contractum. Barto. in l. 5. C. de sponsal.

Statutum potest prohibere cõtractum emptionis, & venditionis. Bart. in l. 2. C. de præd. & omn. reb. nauicul. lib. 10.

Statutum, quòd inter homines diuersarũ Ciuitatum non contrahatur matrimonium, an valeat, vide Barto. in l. edicimus 7. C. de murileg. libr. 11.

Statutum excludens præscriptionem, an valeat, vide Barto. in l. cum satis 22. C. de agricol. & censit. libr. 11.

Prohibitus ad aliquod officium ex forma statuti, nõ potest illud assumere alio nomine. Bar. in l. 1. C. de priuileg. Schola. lib. 12.

Potest fieri statutum, ꝙ præbenda annonæ tantum valeat, dummodo pretium non sit ville. Bart. in l. animalia 18. C. de curs. pub. lib. 12.

Statu-

Statutum cauens, habētem vnū officiū non debere aliud acceptare, si aliud acceptet quis, debet carere ipso officio, & illius priuari salario. Bart. in l. 14. C. de cohortal.

Statutum, quòd instrumentum factum per manum publici Notarij de contractu rogati, faciat plenam fidem, & executioni mandetur, verificatur in instrumento exemplato Iudicis auctoritate. Bart. in l. 9. C. de diuerso. offi. & appella. Iud. lib. 12.

Stante statuto, quòd mulier non possit obligari sine certa solemnitate, non poterit etiam liberare aliquem. Bar. in l. 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact. nu. 13.

An statutum pacto partiū possit tolli, vide Bar. in l. ius Publicum 39. ff. de pact.

In statuto locus contractus inspicitur. Barto. in Authen. vt omnes obediant. nu. 7.

Statutū loquens de habitatore, cōprehēdit stātem pro famulo cum alio. Bar. consi. 42. vol. 1.

Statutum loquēs de locatione, habet locum in contractu innominato. Bar. in cōs. 159. vol. 1.

Statutum laicorum an valeat, quòd bona mobilia non possint alienari in non subditos iurisdictioni statuentiū. vide Abb. cōs. 26. par. 1.

Statutum præsumens dolum, & simulationem in certis contractibus, valet, sed quid iuris, si super illis contractibus fuerit iuratum, vide eundem ibid. consi. 71. Et an statutum possit tollere iuramentum, ibid.

Statutum disponens in contractu, non habet locum in quasi contractu, nec contrà. idem, d. consi. 71.

Statuto stante, quòd gesta per alios Notarios, quàm certos expressos, non valeant; an aliter facta sint valida, vel sint ipso iure nulla, aut debeant annullari, vide Fel. consi. 7.

Statutum in contractibus si est magis fauorabile, quàm statutum in vltimis voluntatibus, debet porrigi ad vltimam volūtatem. l. vnica. C. de leg. tus. cano. tolle.

Statutum, quo cauetur non licere alienare bona extraneo non subiecto, valet. Bart. in l. filiusfa. 117. §. diui lo 2. de leg. 1. nu. 11.

Statutum Taurini, quo cauetur, vt Ciues non fideiubeant pro forense, an sit seruādum, vide Perillustr. D. P. Tesau. decis. 166.

De statutis excludentibus fęminas à successione.

Statutū excludens fęminas propter masculos, valet, & est rationabile tanquam factum causa agnationis conseruandæ. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 21. nu. 45. & Dec. consi. 331.

Masculus si excludat fęminam vigore statuti cū onere dotandi, tale statutum procedit etiam in consanguineo tantùm. Tho. Minad. decis. 36. nu. 9. vide Mago. decis. 82. Rot. Flor. Ideò statutum præferens fratrem sorori, habet locum etiam in fratre non vtrinque coniūcto. idem Mago. decis. 148. Rot. Floren. Nam fratris appellatione in his statutis, venit, cōsanguineus tantùm. Mago. d. decis. 148. nu. 17.

Stante statuto excludente matrem propter agnatos, si supersunt sorores, vel fratres, potest mater admitti, cessante statuto. Tho. Minad. decis. 38. nu. 6. De statuto excludente matrem vide per Dec. consi. 332. 333. & 339.

Statutum excludens ab hæreditate matris, non comprehendit hæreditatem auię. Mago. decis. 147. Rot. Floren. Ratio, quia statutum exclusiuum non extenditur ad casus in statuto non comprehensos. idem Mago. d. decis. 147. num. 9. Tamen ꝙ statutum loquens in matre, habeat locum etiam in auia, scribit Dec. cōs. 656. sed vide eundem, cons. 679.

Statutum excludens matrem, non comprehendit sororem: sed matre, patruo, & sorore defuncti extātibus, an patruus excludat sororē (cuius nulla facta est mentio in statuto excludente matrem) à filij successione, vide Dec. consi. 71.

Valet statutum, per quod, extantibus agnatis, mater excluditur. Dec. consi. 466.

Stante statuto, quòd mater ad successionem filiorum ab intestato decedentium nō admittatur, nisi in legitima, tale statutum non habet locum in successione filiorum in pupillari ætate decedentium. Dec. consi. 466. vide tamen consi. 563. & 617. ibid.

Statutum excludens matrem à successione filij intestati in fauorem agnatorum, non vendicat sibi locum in infante, qui testari non potest. Abb. consi. 75. part. 1. vide DD. in l. generaliter. ff. de inoffi. testamen. Secùs erit in statuto disponente, si sine liberis ab intestato decesserit. vide Vera. decis. 212. part. 3. Bart. consi. 138. & 141. lib. 1.

Statutum si dictauerit, quòd extantibus masculis, fęmina, seu mater non succedat, dispositionem inducit: ideò non solùm habet virtutem exclusiuam matris; sed etiā virtute inductiuā, vt agnati succedāt. Dec. cōs. 545. & 546.

Statutum si excludat matrem propter agnatos, amita (licèt agnata sit) matrem non excludit. Dec. consi. 563. nu. 5. vide consi. 617. ibid. Et excludens matrem exstante patruo magno, sicut loquens in nouerca, non habet locum in nouerca magna. Dec. consi. 679.

Per statutum mater potest excludi à legitima filij, quod statutum sibi locum vendicat etiā insti-

instituto extraneo hærede. Menoch. consil. 206. libr. 3.

Si statuto caueatur, quòd mater non possit succedere ab intestato filio, vel filiæ, extantibus fratribus, vel sororibus, aut attinentibus ex linea masculina defuncti, vel defunctæ, virtute huiusmodi statuti, auia excluditur ab amita defunctæ personæ. Menoch. consil. 234. libr. 3.

Si ex dispositione statuti mater excludatur à successione filij pupilli, excepta quarta parte bonorum, etiam ab hac quarta potest excludi per substitutionem pupillarem, & talis quarta intelligitur de bonis pupilli; & non patris. idem Menoch. consi. 362. lib. 4.

Statuto stante, quòd filia, vel mater non succedat patri, vel filio, extantibus aliis filiis, vel fratrib. si illi extant, & iudicio testoris succedere non possint, an excludatur mater, vel soror, vide Bart. in l. 1. §. si pater. ff. de coniung. cum emancip. liber.

Statuto excludēte matrem à successione filiorum (extantibus agnatis vsque ad tertiū gradum) extante, auus maternus etiam excluditur. Barto. in l. 2. §. videndum. ff. ad Senatusconsul. Tertul.

Statutum in fauorem agnatorum, vsq; ad quartum gradum excludit matrem à successione totali sibi iure communi debita. Abb. consi. 75. part. 1. nu. 5.

Si statuto caueatur, vt extantibus liberis masculis, filiæ non succedant, tunc liberi masculi cēsentur inuitati ad hæreditatem paternā ex ipso statuto. Guid. Pap. q. 184.

Statutum exclusiuum fœminarum dotatarum, & sic propter dotes habitas, an locum habeat in dote data, siue promissa, aut aliter constituta, vel designata in testamento, aut inter viuos, vide plenè per Ioseph. Ludo. decis. Perus. 21. Fran. Manti. de coniect. vltima. volunt. lib. 11. titu. 21. Dec. consi. 589. & 596. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *Des successions*, Rub. 7. §. 12. glo. 3. Bart. in l. 14. §. si sanè, num. 7. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. nō est 66. ff. de rit. nup.

Soror vt excludatur à successione per statutū, an debeat esse dotata à patre, vel à fratre, vide Vincen. de Fran. decis. 412. par. 2. Quando dotata intelligatur. vide Bar. in l. qui pupillā 7. ff. ad leg. Iul. de adulter. Quòd filia exclusa à statuto propter masculum debeat dotari, docet Crauet. consi. 189.

Statutum excludens fœminas, extantibus masculis, nō intelligitur excludere eas à bonis existentibus extra territorium statuentium. Ioseph. Ludo. deci. Perus. 76. Put. decis. 351. lib. 1. Andr. Gail. obser. 124. nu. 16. lib. 2. Dec. consil. 277. & 415. Rol. consi. 80. vol. 4. DD. in l. Is, qui pro emptore. ff. de vsucapio. & Bartol. in l. 1. C. de Summa Trinit. nu. 33.

Dotata, seu maritata, quæ à statuto excluditur, an succedat cum non nupta, & indotata fratri dotanti de bonis paternis & mortuo post aditam ab ipso hæreditatem, vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 63.

Statutum excludens fœminam dotatam, intelligitur eam excludere solùm à bonis dotātis, nisi vlterius statutum procedat. Put. decisio. 284. lib. 1. Dec. consi. 484. 589. & 634. vol. 2. vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 62.

Statutum vrbis excludens sororem propter fratrem, habet etiam locum, vbi frater, & soror sunt forenses. idem Put. decis. 29. lib. 2.

Filiæ exclusæ per statutum, quandiu masculus vixerit, & per testamentum patris prohibitæ, ne plus, quàm decem illis relicta peterēt, moriente masculo sine liberis, nihilominus per testamentum censentur exclusæ: ideò nō sunt reintegrandæ ad pristinam hæreditatē; secùs si pater decessisset ab intestato. Put. decis. 122. lib. 2.

Filia exclusa à statuto semel, perpetuò exclusa censetur. Dec. consi. 87. 310. & 331. vide Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des successions*, Rub. 7. gloss. 12.

Limitatur conclusio primò, quando statutum loquitur per dictionem, donec. Cassan. ibid. vel quandiu. Abb. consi. 92. part. 2.

Secundò, quando filius nō fuisset hæres. Cassan. d. gloss. 12.

Quando statutum excludit filiam dotatam, masculo extante, non verificatur, nisi filia sit dotata, & masculus existat. Dec. consi. 261. Nam quando filia, & descendentes ex ea excludūtur per statutum, quandiu masculi supersunt, mortua prius filia, & postea masculus, descēdentes ex fœmina poterunt reintegrari. idē Put. decis. 143. lib. 2. Craue. consi. 127. nu. 11.

Statutū loquens ab intestato, & excludens fœminas temporaliter, an locum habeat in testamento valido per patrem facto, in quo filiā in dote instituit, vide eundem Put. decisio. 197. libr. 2.

Statutum excludēs fœminas propter masculos, quando non operetur contra sororem, cuius frater, nullis relictis liberis, obijt, vide eundē, decis. 3. lib. 3.

Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos in linea descendenti, & à successione patris, & matris, excludit quoque sororem à successione fratris, per lineam trāsuersalem. Put. decis. 127. lib. 3.

Dictum statutum intelligitur, stantibus masculis, qui patri succedant, aliàs fœminæ non excluduntur: fallit, si hæreditas iā fuerit delata, licèt.

licèt non adita, quia tunc neptis ex masculo excluderet amitam. Vincent. de Franc. decisio.32.

Statutum excludés filiam dotatam, & nuptam à successione patris, illam nõ habentem vnde se alat, non excludit ab alimentis super bonis paternis. Iaff. Lanf. Balb. decis. 210. & Crauet. consil. 189.

Descendentes ex fœmina, excluduntur ab illo gradu, & iure, à quo femina excludebatur. Gasp. Cabal. milleloq. 102. Cassan. in consuetud. Burgun. tit. *Des succesfions*. §. 12. gloss. 11. Bar. in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. & consil. 68. vol. 2. Ideò statutum excludens fœminas ab hæreditate patris, & matris, stantibus masculis, comprehendit etiam neptem ex filia. Nat. consil. 201. Tom. 1. vide eundem consil. 581. & Abb. consi. 75. num. 6. part. 1.

Statutum causa agnationis conseruandæ, fauorabile est. Cabal. milleloq. 106.

De validitate statuti excludentis filiam dotatam, & de rationibus vide per Cassan. in consuetu. Burg. tit. *Des successions*. §. 12.

Ius competẽs, seu debitum ex dispositione statuti, ad hęredes trãsmittitur, pro vt est ius excludendi fœminas, stante masculo. Crauet. consil. 185.

Taurini extat duplex statutũ, vnum disponens, quòd filię non succedant in domibus, existentibus agnatis, & nullo facto ordinamento per patrem: alterum, quòd fœmina dotata, vel maritata nõ succedat ab intestato, existentibus filiis masculis, de quorum interpretatione vide per eundem Crauet. consi. 236. & de primo statuto vide etiam Perillust. D. P. Tessau. decis. 263.

Quid, quando pater fecit testamentum excludendo filias dotatas, si dos non fuerit congrua, quia non ascendat ad legitimam, & filia agat ad supplementum congruæ dotis, an in computatione, ratio haberi dẽat domorũ, in casu pręmisso, vide Craue. d. consi. 236.

De statuto Bugellæ, & de eius interpretatione (disponente circa successiones, & exclusionem filiarum) vide per eundem Crauet. consil. 243.

Si testator substituerit proximiorem de sua agnatione, & proximior sit fœmina, & extiterit statutum excludens fœminas propter masculos, quid iuris, vide Craue. consi. 250.

Statutum excludens fœminas per masculos, intelligitur loqui de masculis, de quibus vide per Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 276. nu. 10. Dec. consi. 569. & 589. Quia hoc statutum restringitur, vide Dec. consi. 334.

Statutum vocans agnatos, non excludit filios sororis, qui habent iura agnatorum. Deci. consi. 13. vide tamen Perillustr. D. P. Tessau. decis. 37. num. 7.

Stante statuto, quòd filij masculi excludant fœminas, an vindicet sibi locum tale statutum in nepotibus filiis fratris, vide Dec. consil. 383. num. 3. vol. 2.

Filia primi matrimonij, licèt excludatur per statutum à successione, admittitur tamen ad bona, quæ deferuntur filijs primi matrimonij in pœnam patris, vel matris transeuntis ad secunda vota. Dec. consi. 396. vol. 2.

In statuto exclusiuo fœminarum, non fit extensio ratione agnationis: ideò loquens de fratre, non extenditur ad aliam personá. Dec. cons. 461. vol. 2.

Statutnm de masculis etiam habet locum in viro. Dec. consi. 484. vol. 2.

Statutũ, quòd fratres excludant sorores, nõ excludit filios fratrum, qui concurrunt cum patruis. Dec. d. consi. 484.

Filia exclusa per statutum, extante masculo, non excluditur à nepte ex filio pręmortuo; sed ambæ ęqualiter succedunt, collata dote. Grã. decis. 63. vide Franc. Marc. q. 544. & 545.

Statutum, quòd filia sit dote contenta pro Falcidia debita in bonis patris, intelligitur pro legitima. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Falcid.

Statutum licèt excludat à successione, non tamen excludit à supplemento legitimæ. Grã. decis. 101. num. 46. Ioan. de Arnono, sing. 35. vide Ioseph. Ludou. decis. Perus. 21. Sed quid, si statutum contineat expressè, quòd filia sit dote cõtenta, etiam si esset minor legitima, vide Gram. d. decis. 101. num. 47.

Quando statutum excludit filiam à successione, & mandat eam debere esse contentã dote, tunc dos dicitur congrua, etiam si sit minor legitima. Crau. consi. 11. nu. 15. Tamen ꝙ tunc adhuc possit peti supplementum congruæ dotis, scribit Gram. d. deci. 101. num. 42. vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 192.

Quæ dos dicatur congrua, quando filia dotata excluditur à successione, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 149. Cassan. in consuetudi. Burg. tit. *Des successions*. Rub. 7. §. 12. glos. 10. Dec. cõsi. 26. 180. 277. & cõsi. 505. Pet. de Raue. sing. 656. & Menoch. consi. 251. lib. 3.

Statutum excludens filias à successione, habet locum, etiam si dos non ascenderet ad legitimam, secundum magis communem. Craue. consi. 219. & Menoch. consi. 293. nu. 6. lib. 3.

Quæ conclusio primò limitatur, quando statutum vlterius non procedit, mandando filiã esse contentam dote data, vel promissa: tunc enim debetur supplementum congruæ dotis vsq; ad legitimã. Crau. d. cõsi. 219. nu. 4. & consi. 236. num. 3.

Secundò

Secundò limitat, quãdo fuisset dotata ab alio, quàm à patre. Craue. d. consi. 236. nu. 4.

Tertiò, non procedit conclusio, si filia dotetur, mortuo patre. Natt. consi. 266.

Quando statutũ excludit filias dotatas, & quæstio est, an filiæ sint competẽter dotatæ, vtrũ debeant considerari bona, quæ extabant tẽpore dotationis, vel mortis patris, vbi sint aucta, vide Dec. consi. 277. Quò loci concludit attẽdi facultates extantes tempore mortis, vide tamen infra lib. 2. titu. de legitima liberorum.

Legitima potest tolli, nedum minui per statutũ fauore agnationis, & familiæ, secundum aliquos, vide Gram. d. decis. 101. nu. 61. Sed an legitima possit tolli, vel saltem minui per statutum, vide infra, lib. 2. tit. de legitim. libero.

In filia exclusa per statutum, non potest considerari læsio ad rescisionem renunciationis factæ, cùm in ea non habeatur ratio successionis, aut legitimæ, sed ad congruentiam dotis de paragio. Gram. d. decis. 101. nu. 74.

Statutum, quòd nulla mulier dotata possit petere supplementum legitimæ, sed suo sit contenta legato, intelligitur etiam habere locũ ab intestato. Iac. Put. decis. 38. lib. 3.

Legatum factum filiæ, in dubio dicitur factum causa dotis, vt filia comprehendatur à statuto repellente à successione filiam dotatam. Franc. Cremen. sing. 3. vide l. quod autem 24. ff. de iur. dot. & ibid. Bart.

Licèt regulariter lex multum confidat de patre, tamen vbi de maxima læsione filiorũ cõstat, ipsa lex plurimum abhorret, quum de dolo re ipsa apparet. Mago. decis. 18. Rot. Flor. Ideò nõ semper est verum, quod dicitur, dos est constituta à patre, ergo est congrua: nam sępe potest pater decipere filiam. Menoch. consi. 247. nu. 61. lib. 3.

Mulier nupta si per statutum succedere prohibeatur in vno termino, si ante nuptias succedat, & postea nubat, iam agnitam successionem retinere non prohibetur. Fran. Cremen. singul. 128.

Statutum, quòd mulieres dotatæ non faciant partem, quomodo intelligatur, vide Dec. consil. 346.

Quando filia dotata excluditur à statuto à bonis patris, ad hoc, vt sit locus statuto, debet esse dotata de bonis ipsius patris. Fran. Cremen. sing. 168. Et nõ sufficit filiam esse dotatam à patre de bonis alterius. Ant. Corset. in suis singul. litera S. sing. statutum 20.

Si statuto caueatur, quòd filia à patre dotata, ad patris bona regressum non habeat, si pater dotauerit filiam de bonis matris, quid iuris, & quid in fratre, vide Dec. cõsi. 589. vol. 2.

Statutum excludens filiã ab hæreditate patris, nõ habet locum in hæreditate fratris, qui hæreditatem patris adiuerat. Dec. consil. 688. nu. 6. & Natt. consi. 687.

Portio filiæ exclusæ per statutum, applicatur filio, cuius contemplatione fuit exclusa, licèt filius ratione præteritionis habeat cohæredem aliam sororẽ. Cassan. in consuetu. Burg. tit. *Des successions*, Rub. 7. §. 12. glo. 10. nu. 33.

Si per statutum masculus excludat sororem dotatam, etiam nepos ex masculo eam excludit, sed an neptis ex filio excludat amitam, & an frater excludat filiam fratris, vide ibidem Cassan.

Statutum excludens filias dotatas, aut nuptas à successione parentum, procedit, quando tẽpore delatæ hæreditatis filia iam erat dotata, aut nupta; aliàs secùs. Natt. consi. 74. Tom. 1. Rol. consi. 96. vol. 4. Bart. consi. 31. vol. 1. vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 101.

Statutùm, quòd exstantibus filiis masculis, filia dotata nõ succedat, quomodo intelligatur, vide Barto. in l. liberorum 220. ff. de verbo. & rer. signif. & Marc. q. 545.

Quando statuto cauetur, quòd filia dotata à patre, vel à matre, extantibus fratribus, nõ possit succedere patri, vel mr̃i, illa nõ excluditur propter existentiam eius patrui fratris defuncti: quia tale statutum debet intelligi de fratribus ipsius filiæ. Rol. consi. 55. vol. 1.

Statutum excludens dotatam ab auo, patre, vel patruo, eam excludit ab hæreditate omnium, si ab vno ipsorum fuerit dotata. Menoch. consi. 3. volum. 1. Et ita intelligi debet Rol. consi. 25. vol. 3.

Statutum excludens sororem, existente fratre, excludit etiam neptem, seu filiam fratris prædefuncti, quæ hoc casu nõ ingreditur locum patris, qui si viueret, concurreret ad successionem cum alio fratre superstite. Menoch. consi. 235. lib. 3.

Masculinum fęmininum non concipit, si statutũ extat Ciuitatis, quòd fęminæ à masculis excludantur à successione. Menoch. consi. 309. num. 26. & consi. 36. lib. 3. vide Perillustr. D. P. Tessau. decisio. 37. Et hoc casu appellatione descendentium, non continentur fęminę. idẽ Menoch. ibid. num. 37.

In dubio filia non censetur exclusa à successione patris per statutum, sed quando agnatus prætendit virtute statuti excludere ipsam filiã ab ipsa successione, an, & quo casu sit audiendus, vide Menoch. consi. 317. lib. 4.

Filia non dicitur cognata, sed agnata, respectu bonorum patris. Menoch. d. consi. 317. nu. 9.

Statutùm, quòd extantibus masculis, fęminæ nõ succedãt, licèt nigrum de matris tantùm successione

cessione exprimat, trahi tamen debet etiam ad successionem patris, de quo nulla fit mentio. Petr. Gerar. sing. 7.

Filia nupta, si vi statuti ad successionē venire non debeat, tale statutum non potest habere locum, nisi post cōsumatum matrimoniū, vel quando vxor esset ducta ad domum viri. Hippol. sing. 106.

Statuto cauente, quòd extantibus filijs masculis, fœminæ nō succedant, si nepotes ex filio extent, etiam locus erit statuto. idē Hippol. sing. 303. Bar. in l. filiā 56. §. cùm ita. ff. ad Trebell. & Rot. Auen. decis. 84. in decis. diuerso.

Statutum in vniuersum loquēs, ac generaliter, vt maiores, ita minores comprehendit: fallit in statuto cauente, ꝙ filia dotata non succedat, nam tunc non comprehendit filiam infantem à patre relictā. idē Hipp. sing. 481.

Si filia reseruet sibi ius succedendi, & statutum contrà disponat, quid iuris, vide Bar. in l. fin. C. de pact. num. 4.

Filia, cui pater reliquit centum pro dote, stante statuto, ꝙ filia dotata non succedat, nec possit contra testamentum patris aliquid dicere, poterit statim petere legatum: & filia, cui dos est constituta, dicitur dotata. Bar. in l. Titio 70. §. Titio genero. ff. de cōditio. & demō.

Statuto stante, quòd filia, existētibus fratribus, non succedat, si extat frater incapax, an impediat ipsam filiam, vide Bar. in l. 1. §. qui habet. ff. de bono. possess. cont. tab. Franc. Marc. q. 545. num. 11. & eundem Bar. in l. 2. §. sed si. ff. ad Senatusconsult. Trebel. quo loci scribit non impedire. Sed quid, si frater sit ex Ordine Fratrum minorum, vel sit tātùm frater ex altero latere, aut sit exclusus pacto, vel nollet succedere, vide eundem Bartol. in d. l. 1. §. qui habet. ff. de bono. possess. cont. tabul. & Franc. Marc. d. q. 545. num. 11.

Statutum si excludat filiam dotatam ab hæreditate, viuēte fratre, illa potest dicere testamentum nullum, mortuo ipso fratre. Bartol. consil. 11. volum. 1. Sed stante statuto, quòd filia dotata quousque masculi supersint non admittatur, si fuit præterita in testamento, mortuo masculo, non potest dicere testamētum nullum, nec succedit fratri contra eius testamentum. Bartol. consi. 20. vol. 1. vide tamen consi. 44. eiusdem Bar.

Si statutum caueat, sororem non posse succedere fratri, non censetur exclusus frater à successione sororis. Doct. ad Rub. ff. de acq. pos.

Si statuto caueatur, patre decedente relictis liberis masculis, filias non succedere, quid iuris, si pater decesserit, relicto filio spurio legitimato, vide Ias. in l. cùm acutissimi. C. de fideicommiss. num. 4. Iacob. Puteus decis. 303. lib. 3. & Mysing. obser. 26. cent. 3. vbi concludit contra legitimatum.

Si statutum sororem à fratre dotatam ab illius successione excludat, si frater de portione ipsius sororis eam dotauerit, adhuc fratri succedet: quia verbum, dotare, effectum iuris; non nudi ministerij facit Bald. in l. 1. C. de legit. hęred. & ibid. Castren. & in consi. 109. Pet. de Ancha. consil. 79. in 2. dubio, & Rom. consilio 485.

Si pater dederit dotem pro filia, quam stipulatus fuerit sibi reddi, si relictis ipsa filia, & filio (qui solus ab intestato ex forma statuti succedebat) pr decesserit, filiæ repetitio cōpetit, & illi restitutio est faciēda. Dec. cōs. 106.

Media iuris prudentia excludebat fęminas, & hinc sumitur ratio statutorum excludētium fęminas, extantibus masculis, quæ statuta ex parte masculorum sunt fauorabilia, & ex parte fęminarum odiosa. glos. in verbo, plerunque, in §. cęterum, Institut. de legit. agnat. successio. in additio.

Statutum excludens cognatos, extātibus agnatis, an excludat fęminas agnatas, & an illis hoc casu præferantur masculi agnati, etiam in remotiori gradu existētibus, vide Perillu. D. P. Tessau. decis. 37.

De statutis circa vltimas voluntates, & successiones.

Verbum, succedat, in statuto positū, dēt intelligi ex testamēto, si qs instituatur, vel ab intestato, si testamentum non fecerit. Ozas. decisio. Pede. 20. num. 3.

Statutum prohibens, ne vni ex filiis plusquam alteri relinquatur, valet: quia statutum licèt contra æquitatem esse putetur, si tamen aliqua ex ratione fundetur, validum erit. Iaco. Put. decis. 398. lib. 1.

Statutū de hæreditate ab intestato aliter dispo nens, quàm ius cōe, ad bona extra territoriū sita, non extenditur. Mysing. obser. 19. cent. 5. Natt. cōs. 514. nu. 11. & cons. 184. To. 1. Vbi tenet hoc ꝓcedere, ēt in mobilibus, & mercib.

Testamentum secundum statutum loci factum, vbiq; valet, qđ ampliatur procedere etiā in forensi. Andr. Gail. obser. 123. lib. 2.

Stante statuto, quòd moriente aliquo sine ascēdētibus, & descēdentibus ab intestato, proximiores agnati succedant vsque in tertium gradum computandum secundum ius Canonicum, tunc vtrinque coniuncti non excludunt consanguineos tantùm. Hiero. Magon. decis. 82. vide Menoch. consi. 187. lib. 2.

Quãdo succeditur ex forma statuti cõputatio graduũ, an fiat secũdũ ius Canonicũ, vel Ciuile, vide Mago. decis. 105. la 2. ibid.

Statutum excludens ab hæreditate matris, non comprehendit hæreditatem auiæ. idem Mago. decis. Flo. 147. Quia statutum exclusiuum, non extẽditur ad casus in statuto nõ expressos. ibid. num. 9. Tamen statutum loquens in matre, locum habet etiam in auia, secũdum Dec. consi. 656. vide eundem Dec. consi. 679.

Bona quo ad successionem regulari, & iudicari debent secundum statuta, & consuetudines loci originis, & non vbi sunt sita, vel quis moritur. Boer. cons. 9. nume. fin. Tamen contrariũ videtur tenere Craue. cons. 30. vide Natt. consi. 148. & 149. Tom. 1.

Testatoris mẽs in dubio talis esse pręsumit, qualis est dispositio statuti, vel cõsuetudinis Patriæ. Boe. consi. 10. nu. 9. & seqq. Cra. consi. 250.

Pariter testari in dubio qs pręsumit, secũdũ statuta, vel cõsuetudinẽ. Boer. d. decis. 10. nu. 13.

Verbum, si ab intestato decesserit, prolatum à statuto, quomodo intelligatur, vide eundem Boer. consi. 34.

Agnatorum appellatione in statutis, & vltimis voluntatibus, non veniunt fęminæ agnatæ. Craue. consi. 186.

Statutũ vocans agnatos, non excludit filios sororis, qui habent iura agnatorũ. Dec. consi. 13.

Quando per statutum prohibetur, ꝙ mater testando, vel codicillando, non possit pręiudicare filiis in sua successione, non ob id prohibetur disponere inter viuos. Craue. cõsi. 307. nu. 5. Et sic appellatione testamenti in statutis, non venit contractus. ibid. Crauet.

Statutum, quòd mulier non possit se obligare in præiudicium dotis, operatur, vt non possit donare causa mortis. Dec. consi. 280.

Verba statuti loquentis de filiis, in nepotibus non verificantur. Dec. consi. 354. vol. 4. Sed an appellatione filiorum, veniant nepotes in statuto, quando illud vocat filios patruorum contra ius commune, vide eundẽ Dec. consi. 372. volum. 2.

Si in statuto de filio mentio fiat, de naturali, & legitimo intelligitur. Dec. consi. 471. nu. 6.

Statutum, ꝙ fratres excludant sorores, non excludit filios fratrum, qui concurrunt cum patruis. Dec. consi. 484. vol. 2.

Statutum de agnatis, de masculis intelligitur, nisi aliter velit statutum. Dec. cõsi. 563. vol. 2.

Statutum prohibens venditionem, donationẽ, & alienationem bonorum immobilium, habet locum etiam in vltima voluntate. Dec. consi. 660. volum. 2.

Statutum disponens, ꝙ vxore decedente in secundo matrimonio, maritus succedere debeat in vsufructu dotis toto tempore vitæ suę absque contraditione filiorum primi matrimonij, valet. Rol. consi. 72. vol. 2.

Dictum statutum loquens de muliere transeunte ad secũda vota, habet etiam locum in ea, quæ transiuit ad tertia vota, ad hoc, vt tertius maritus lucretur vsumfructũ dotis. Rol. d. consi. 71. nu. 58.

Statutum disponens maritum debere succedere in dote vxoris cum ipsius liberis primi matrimonij, debet fieri diuisio iuxta statutum, nulla detracta legitima per ipsos filios. Rol. consi. 62. vol. 2.

Statutũ prohibens legatũ inter coniuges, comprehendit etiam donationẽ causa mortis factã inter ipsos cõiuges. Menoc. cons. 11. vol. 1.

Statuto disponẽte, ꝙ cũ maritus mortuus fuerit ante vxorem, & deinde vxor, superstite filia, dos debeatur ipsi filiæ, illi debetur, & eadẽ ex dispositione statuti censetur vocata. Menoch. consi. 76. vol. 1.

Fructus non imputantur in portionem delatã ex dispositione statuti. idẽ Meno. cõs. 88. li. 1.

De interpretatione statuti ita disponentis, ꝙ si contingat testatorem decedere non instituẽdo illum, vel illos, qui tali testatori successissent ab intestato, si fuerit quatuor, vel infra, succedant dicto testatori pro quarta parte omnium bonorum suorum, vide per Menoc. consi. 196. lib. 2. Et si fuerunt instituti virtutę dicti statuti, an in portione ipsa possint granari, vide ibid. d. consi. 196.

Si per statutum mulier transiens ad secundas nuptias priuet successione filiorũ, perpetuò remanet exclusa, licèt denuo efficiat vidua per mortẽ secundi viri. Menoc. cõs. 278. lib. 3.

Quando per statutum mulier prohibetur relinquere ex testamento, vel ab intestato donare causa mortis, aut aliquo modo bona sua, non poterit etiam donare donatione inter viuos, cuius effectus esset colatus post mortem. idem, consi. 344. lib. 4.

Forensi si per statutum prohibeatur aliquid relinqui, si illi relictus sit fundus, vt illum vendat, & pretium habeat, statuto locus nõ erit. Ludo. Roma. sing. 294.

Si statutum dicat, mulierem habentem liberos non posse relinquere vltra tertiam partẽ dotis, tale statutum debet intelligi, ꝙ non possit dare per vltimam voluntatem; secus inter viuos. Pet. de Rauen. sing. 625.

Si extat statutum, ꝙ mulier maritata decedens sine liberis, teneatur relinquere medietatem dotis, seu aliam partem fratribus suis, ex tali statuto censentur etiam vocatæ sorores, nõ existentibus fratribus. Hippol. sing. 39.

Testamentum ex forma statuti insinuandum, si non

ſi non inſinuetur, an ſit nullum, vide Bar. in l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offere. nu. 6.

Statutum, quòd ingrediens Monaſterium non ſuccedat, valet; ſecùs ſi dicat, ſi quis ingreſſus fuerit. Bart. in l. fin. C. de pact. nu. 6.

Statuta recipiunt extenſiuam interpretationẽ paſsiuè ex identitate rationis: & ſtatutum ſi induceret nouam formam teſtandi, in eo habẽt locum lex Falcidia, Trebellianica, materia de acquirenda hæreditate, & ſimilia. Bar. in l. ſi quis 20. C. de furtis, nu. 4.

Legatum factum per vxorem viro, computatur in lucro dotis debito ex forma ſtatuti, vxore præmoriente. Barto. in authen. præterea. C. vnde vi. & vxor.

Statutum, vel conſuetudo, ꝙ teſtamentum fiat coram minore numero ſeptem teſtium, non valet. Bart. in l. & ab 31. C. de teſtamen.

Statutum in caſu authen. ex cauſa. C. de liberis præteritis, comprehenditur à ſtatuto diſponente, quòd teſtamenta exequãtur, ſicut ſententia. Bart. in d. authen. ex cauſa, nu. 21.

An valeat ſtatutum, quo cauetur mulierem nõ poſſe teſtari ſine conſenſu propinquorum, vide Doct. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbor. obligatio.

Filia, cui aſsignatur dos in teſtamento, videtur dotata. Bart. in l. cùm plures 13. §. cùm tutor. ff. de adminiſt. & peric. tuto.

Statutum an poſsit fieri, quòd non capax poſſit inſtitui, & ſpurius ſuccedere, vide Bar. in l. teſtamenti 3. num. 7. ff. de teſtamen.

Stante ſtatuto, ꝙ legatum factum forenſi non valeat, ſi legatarius tempore teſtamenti erat forenſis, & poſtea efficiatur Ciuis, valebit legatum. Bar. in l. 5. ff. de regu. Catonia.

Si filia dotata excludatur à ſtatuto, nepos ex ea etiam cenſetur excluſus. Bart. in conſi. 68. vol. 2. & q. 21. vide ſupra tit. prox.

Statutum in contractibus, ſi eſt magis fauorabile, quàm ſtatutum in vltimis voluntatibus, debet porrigi ad vltimam voluntatem. arg. l. 1. C. de leg. fuſ. Canin. tollen.

Statutum, vbi agitur de ſuccedendo, & de bonis ſitis in territorio ſtatuentium, an comprehendat forenſes, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 106.

De ſtatutis circa iudicialia.

STante ſtatuto, ꝙ nulla poſsit opponi exceptio contra ſententiam, tamen illa poteſt opponi, quòd nõ ſit ſententia. Ozaſ. deciſ. 142. num. 4.

Statutum prohibens poſt certum tẽpus dicere de nullitate, non includit nullitatem euidentem, & quæ ex actorum lectura apparet. ibid. nume. 33.

Statuto cauente, nullam exceptionẽ poſſe opponi contra inſtrumentum, illo non obſtante ſtatuto, quæ exceptiones poſsint opponi, vide ſupra tit. de ſtatut. circa contractus.

Statutum puniens excipientem, & non probantem, vel declinãtem iuriſdictionem Iudicis, non comprehendit producentem, vel declinãtem per Procuratorem. Bar. in l. 3. §. ſi Procurator. ff. quod quiſque iuris.

Statutum diſponẽs nõ poſſe opponi contra inſtrumentum aliquam exceptionẽ; non prohibet officium Iudicis, & ad hoc, vt illud includat, debet dicere, quòd aliqua non poſsit opponi exceptio, nec defenſio. Bart. in l. planẽ 41. ff. de petit. hæred. vide eundem in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam.

Statuto diſponente, ꝙ Datiarij habeant arbitrium ſuper venditionibus factis, ſi aliquis promiſerit vendere, iſtud non pertinet ad eorum arbitrium. Gram. deciſ. 103. nu. 200.

Statutum de cauſis compromittẽdis, dicitur fauorabile, cauſa litium finiendarum. Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc. 26. vbi plene de materia huius articuli, ſed an, & quando valeat tale ſtatutum, vide eundum, deci 47. Peruſ. & Bar. in conſtitutione de nouo C. confici.

Statutum reſpiciens ordinatoria iudicij; nõ autem deciſoria, comprehendit perſonas Eccleſiaſticas. idem Ioſeph. deciſ. 39. Luc.

Iudices in concernentibus eorum officium, & pro tempore officij, ſtatuta condere poſſunt. Franc. Marc. q. 794. part. 2.

An, & in quibus forẽſes vti poſsint ſtatutis Ciuitatis, in qua agunt, vide Rot. Genu. deci. 100.

Statutum probationẽ ad certum modũ reſtringens valet, tamen ſi per ſtatutũ caueatur ꝙ probatio non poſsit fieri, niſi per inſtra, admittitur nihilominus probatio per quinq; teſtes. Myſin. obſe. 5. cent. 1. & Ant. Trig. ſing. 84.

Statutum, ꝙ quis non debeat audiri contra ſententiã, niſi ſolutis libris decẽ, & refectis expẽſis, nõ cõprehẽdit ſentẽtiã latã cõtra formã ipſius ſtatuti. Borg. Caual. deci. 11. de iudic.

Statutũ prohibẽs appellationẽ, & nullitatẽ, nõ intelligitur cõprehẽdere appellationẽ à ſententia notoriè, & euidẽter iniqua, & iniuſta, aut nulla. idem Borg. deciſ. 12. de iudi.

Appellatione remota per ſtatutũ fauore vnius partis, cẽſet̃ pariter illa remota in odiũ dictę partis, vt nõ poſsit vti ipſa appellatione, ſi cõtra eã feratur ſententia. Hiero. Mago. deciſio. Luc. 58.

Pars nõ põt dici grauata ab interlocutoria Iudicis, ꝑ quã dictũ fuit ſtatutũ eſſe exequendũ, nec ab ipſa poteſt appellare, quia ſi prętẽdebat ſe grauati ex illo ordimento, ſeu ſtatuto,

ab eo debuerat appellare, vel querelam proponere, aut doli exceptionem opponere. Crauet.consi.273.

Statutum conditum à Ciuitate nõ habente primam, & secundam appellationem, non potest prohibere ipsam appellationem. Rolan. consi.29. vol.1.

Statutum, ꝙ non liceat appellare, non valet. Hartma. c.35.tit.de appellatio.

Statutum loci contractus respiciens decisionẽ causæ, attenditur vbique locorũ; aliàs secùs. Borg.decis.21.de iudi.

Statutum, quo cauetur, opposita exceptione ꝑ reum, deberi super ea pronuntiari de consilio Sapientis, vel fieri compromissum, nõ habet locum in causa exequutiua liquida. Borg. decis.18.de contract.part.2.

Si statutum mandet pro relaxatione sequestri esse cauendum ante sententiam, talis cautio debet præstari in prima instantia, nec sufficit eam pręstare in causa appellationis ante sententiam. Mago.decis.98.Rot.Floren.

Forensis cõuentus in aliquo loco ex eo solùm, quod ibid.possideat bona, an ligetur statuto ipsius loci, vide Craue.consi.1.nu.10.part.2.

Statutum disponens ꝙ quælibet probatio sufficiat, intelligitur tamen de solemni, & legitima. Ias.de actio.§.in personam.nu.27.

Quando statutum requirit fideiussionem ad aliquid obtinẽdum, an intelligatur illum requirere ipso iure, vel solùm parte requirente, vide August. Bero.q.79.

Statutum potest fieri, ꝙ reus sequatur forũ actoris, respectu tamen subditorum statuentium. Bar.in l.2.C.de iurisd.omn.Iudic.

Campsores possunt facere statuta, & alij negotiatores, & ipsa statuta inter eos sunt seruanda in Curia aliorũ. Bar.in l.2.C.de cõsti.pecu.

Prohibitus ad aliquod officium ex forma statuti, nõ potest illud assumere sub alio nomine. Bart.in l.1.C.de priuileg.Schol.lib.12.

Statutum disponens habentem vnum officiũ, non debere aliud acceptare, si acceptauerit, debet carere ipso officio, & salario primi officij. Bar.in l.14.C.de cohortalib.lib.12.

Statutum licèt tollat iurisdictionem, quę habetur à lege, non tamen tollit illam, quam quis habet ex cõsuetudine. Bar.in l.8. C.de diuer. offic.& appellatio.Iud.lib.12.

Statuta disponentia aliquid nõ posse fieri sine Iudicis auctoritate, intelligitur causa cognita, & nõ aliter. Bar.in l. sed si hac 10.§.Prætor. ff. de in ius vocan.

Statutum nouiter conditum, nõ extenditur ad lites præteritas, vel pendentes indecisas, licèt hoc in statuto expresśè dictum non fuerit. Bart.consi.87.vol.1.

Statutum loquens de sententia, porrigitur ad interlocutoriam. Doc. in rub.ff.de re iudic.

Licèt arbitrium Iudicis datum sit, tamen si iurauerit seruare statuta, ab illis non potest recedere. Dec.in rub.C.qui admitti. vide tamẽ Guid.Pap.quæst.206.& Ioseph.Ludo.decisio. Luc.15.nume.57.

In respicientibus formã, aut solemnitatẽ actus, inspicitur locus, vbi actus fit, non locus statuti originis, aut domicilij. Craue.consi.271.

De statutis pęnalibus.

STatutum, quo cauetur alterum pro alterius debito obligari, restringi debet, vt intelligatur, quando aliqua culpa, vel negligentia potest imputari ei, qui pro altero obligatur. Ozas.decis.88. nu.5. vide tamen ibid. nu. 18. Quòd tale statutum valeat, & possit fieri ex causa, scribunt Mago.decisio.Luc.27.Ias. de actio. in §. actiones autem, & Clar.in sua Pract.§.fin.quæst.86.

Tale statutum nõ habet locũ, qñ nõ ignoratur à quo fuerit damnum illatum, & quis sit soluẽdo: nam tunc alter alterius odio prægrauari non debet. Ozas.decis.88.nu.31.

Si pater ex forma statuti teneatur soluere cõdemnationem pro filio delinquente, ipse pater ad causam citari debet, & cũ eius consensu filius debet esse in iudicio; aliàs non nocet processus. Iaff. Lauf. Balb. decisio. 196. vide tamen ibid.

Quando statuto cauetur patrem teneri pro pęna filij secum commorantis, pater semper tenetur, nisi probet filiũ seorsum habitare. Hiero.Mago.decis.Luc.27.

Si statuto caueatur, quòd propter delictum patris, filius quoque puniatur, ipse filius comparendo (etiam in capitali iudicio) pro suo interesse, & dando capitula defensionalia, debet admitti, non obstante cõtumacia patris delinquentis. idem Mago.decis.94.Luc.

De statuto mandante castra, vel Vniuersitates teneri ad emendationem damnorum datorum in territorio, & qualis probatio tunc requiratur ad hoc, vt Vniuersitas ad damni emendationẽ teneatur, vide ꝑ Mago.decis. 123.Rot.Floren.

De statuto, quòd villa teneatur pro dãno dato in eius territorio, vide ꝑ Clar. in sua Pract. §. fin.qu.82.& Bar.in l.si quando 9. C. vnde vi.

Statutum disponens, quòd vno delinquente, cæteri de agnatione teneantur, valet. Anton. Corset. in suis singularibus, litera S. singul. statutum 10. & Bartol. in l. 5. C. de fabricen. libr. 11.

Statuta

Statuta, seu decreta pœnalia contra regulas iuris communis, ita debent intelligi, vt, quanto minus fieri potest, corrigāt ius ipsum, & satis est, quod in aliquo operētur. Ozas. decis. 88. nume. 10.

Statutum pœnale non extenditur ad alium casum. Affl. decis. 21. num. 5. Quando est diuersa ratio. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 15. nn. 38. Aliās licèt statutum sit stricti iuris, & strictè intelligendum, & ad casum improprium non dēat extendi, tamen vbicunque tendit ad puniendum delicta, tunc debet extendi etiam ad casum improprium. Cassan. in consuet. Burg. tit. *Des Iustices*. Rub. 1. §. 5. glo. 1.

Quod dicitur in statutis esse faciēdam propriā, & strictam interpretationem, quomodo intelligatur, vide eundem Cassan. ibid. tit. *Des mains mortes*. Rub. 9. §. 17. glo. 1 num. 9.

Statutum minuens pœnam ordinariam, extenditur etiam ad Dominos subditorum statuētium. Natt. consi. 44. Tom. 1.

Statutum, quo disponitur super aliquo crimine, extenditur ad maius crimen, & sic in delictis fit extensio de casu ad casum, vbi est maior ratio, & maius est delictum. Bald. in l. si quis non dicam. C. de Epis. & Cler. vide Bar. in l. 2. §. exercitum. ff. ex quib. caus. infa. irrog.

Pęna statuti (quæ est stricti iuris) contra non probantes actionem, habet etiam locum in denunciante. Gram. decis. 39. num. 5.

Pœna, vel liberatio imposita à statuto, potest ex iusta causa augeri, vel minui per Iudicē, qui etiam iurauit seruare statuta. Guid. Pap. quæst. 206. & Ioseph. Ludoui. decisio. Luc. 15. nume. 57.

Statutaria pęna tollit pęnam iuris cōmunis. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 12. nume. 15. Vide tamen Fran. Marc. q. 907. Vbi quid iuris, quādo pœna iuris communis esset maior, vide etiā Ias. de actio. in §. actiones autem.

Si pęna statutaria est maior legali, reducitur ad dispositionē iuris cōmunis in hac Patria Pedemon. vt cauetur in decreto criminali, tit. *delle essecutioni*, cap. 3.

An per statutum pęnale sit sublata pœna iuris communis, & imposita pœna statuti, imponi possit pęna iuris communis, vide Bart. in l. 1. ff. de vi bono. rapt.

Sumitur argumentum à cōtrario sensu ad correctionem iuris communis, quando aliàs in sensu directo statutum nihil operaretur, etiā in materia pęnali, & trahi debet quasi ad extraneum intellectum, vt aliquid operet. Crauet. consi. 1. part. 2. nume. 13. vide eundem consil. 259.

Quando statutum præmium promittit reuelanti delictum, tunc non comprehendit participem criminis reuelantem illud. Iul. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 27. vers. in multis.

De statuto, quòd bannitus possit impunè offendi, vide per eundem q. 82. statutum 2.

Ingrediens possessionem alterius ex decreto Iudicis inualido, an incidat in pœnam statuti de turbata possessione, vide ibid. d. q. 82.

De statuto prohibente alienationem aliquarū rerum vide ibid. d. q. 82. statutum 5. Et quid, si statutum prohibeat arma deferri, vel haberi, ibid. d. q. 82. statutum 6.

Statutum prohibens exportari blada extra territorium, an valeat, & de ipso statuto, vide per Clar. ibid. q. 82. Et de multis aliis, & diuersis pœnis statutarijs vide per tot. d. q. 82.

Pęna non indicitur contemnenti reformationē statuti, si statutum reformatum solùm pęnā indicit. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 276.

Valet statutum, seu ordinatio, quòd quilibet ingrediens cum aliqua bestia in possessionem alterius, soluat libras tres. Dec. consi. 199.

Pariter valet, quòd quis impunè possit ingredientem possessionem suam offendere. idem d. consil. 199.

Statutum, quòd de maleficio vltra sex menses cognosci non possit, intelligitur, quando maleficium est manifestum; secùs si occultum: quia tēpus instantię præfixum, nō currit ignoranti. Natt. consi. 225. Tom. 1.

Statutum regulariter non pōt cōdi cōtra certū genus personarum, tamen valet imponens maiorem pęnam forensibus dantibus damnum, quàm Ciuibus. Natt. cons. 366.

Statutum puniens actum, non comprehendit personam non subditam, in loco exēpto delinquentem, veluti si delinquat in Monasterio: quia non ligat forēnsem in loco exempto aliquid facientem. Natt. consi. 643.

Forensis delinquens in Ciuitate, punitur secundum formam statutorum Ciuitatis. Bar. in l. 1. C. vbi Senatores.

Statuti pœna non ligat ignorantes, nisi ignorātia sit grassa. Bart. in l. 6. ff. de decret. ab Ord. faciend.

Forenses ignorantes statutum pœnale, ratione ignorantiæ excusantur, saltem medio iuramento. Franc. Marc. q. 135. Tamen contrarium tenent Cabal. milleloq. 139. Felyn. consil. 7. num. 6. facit lex fin. §. licèt. ff. de publica. & vectig. Sed pro conciliatione harum opinionum, vide Hieron. Mago. decis. Luc. 49. num. 9. & de materia per Bartol. in l. 1. C. de summa Trinita.

Ignorantia statutorum excusat forensem, aut nouicium Ciuem à pœna statuti, si aliquid fortè contra statutum faciat: secùs est in antiquo Ciue, qui ignorantiam statuti alle-

gare non poteſt, quia eſſet ignorantia iuris. Andr.Gail.obſer.48.nu.29.lib.2.

Statuta inferiorum Iudicum à die publicationis ligant;Principis verò nõ,niſi duobus mẽſibus effluxis: ſed quando quis excuſetur à pęna ſtatuti reſpectu ignorantiæ, vide Fran. Marc.quæſt.63.

Statutum quando punit aliquid,quod eſt punibile de iure communi,minor non includitur d. ſtatuto. Roma. ſingul. 817. Aliàs comprehenditur.Roma.ibid.

Statutum de illo, qui ſcienter falſos teſtes produxit,procedit in eo,qui illos ꝓduxit ꝑ Procuratorem, & ſic mandans incidit in pęnam ſtatuti, licèt ſtatutum loquatur in propria perſona. Vera.deciſ. 196. & 197. part. 3.Sed contrarium videtur tenere Gramma.vot.15. nume.6. vide Barto.in l.3. §. ſi Procurator.ff. quod quiſque iuris.

Stãte ſtatuto, ꝙ ſi quis produxerit falſos teſtes, puniatur, habet locum tale ſtatutum in producente vnum. Barto. in l. Prætor.§. ſed & ſi. ff.vi bono.rapto.

Statutũ pęnale qualiter interpretetur, vide Bar. in l.ſanctio 41. ff.de pęnis cum duabus ſeqq.

Statutum loquens per verba iuris,recipit interpretationem à iure communi: ideò imponẽs pęnam producẽti falſum inſtrumentum, debet intelligi, ſi falſitas eſſet nociua, vel apta nocere.Vera.deciſ.214.part.3.

Statutum, quòd bannitus in criminalibus habeatur pro confeſſo, non comprehendit delinquentem extra territorium Iudicis bannientis.Iaff.Lanf.Balb.deciſ.200.

Statutum ſuperueniẽs ſuper exportatione bladorum,non comprehendit eum, qui iam inceperat extrahere. Hiero. Magon. deciſio. 88.Luc.nume.23.

In materia ſtatutaria,mixtum nõ cadit ſub ſimplici:ideò ſi ſtatutum prohibeat appellationem in criminalibus,non comprehendit cauſam furti,in qua pęna applicatur Fiſco,& parti rei reſtitutio.idem Mago. deciſ.91. Luc.

Quando ex forma ſtatuti ſtandum eſt iuramento alicuius ſuper damno dato, quid iuris,vide Crauet.conſi.196.& Dec.conſi.83.

Statuto Senẽſi dictante, quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,ſi Florentinus Senis conueniatur ratione delicti, non poteſt iuramentum deferri ad fundandã intentionem actoris Senenſis. Roma. ſing.259.

Statuto ſtante,quòd de damno dato, damnum paſſi iuramento ſtetur, tale ſtatutum debet intelligi, quòd ſtetur ſacramento damnum paſſi,quo ad æſtimationem damni; non autẽ quo ad probationẽ ipſius dãni, qđ aliter dẽt probari. Hippo.ſing.338. Itẽ debet intelligi, niſi contrarium probetur.idem,ſing.357.

Si ex ſtatuti forma ſtandum ſit dicto iuramẽto, debet damnum paſſus omni exceptione eſſe maior.Hippol.ſing.539.

Statutum, ꝙ ſtetur iuramẽto accuſatoris,valet. Bart.conſi.89.vol.2.

Statutum diſponens, ꝙ Prætor ſingulis annis proclamare faciat, ꝙ nulla perſona audeat exportare meſſes,vinũ,& alia victualia ibidẽ nata ſub pęna, niſi præſtita fideiuſsione de ſoluẽdis collectis,valet. Natt.conſ.389.To.1.

Populus carens iuriſdictione, ſtatuta condere poteſt,etiam pęnalia, vbi conſuetus eſſet ita facere.Rol.conſi.99.nu.20.vol.2.

Priuatio,vel pena quando conſtituitur à ſtatuto,ſi aliquid factum non fuerit, pęna nunquã committitur, minus erit locus priuationi cõmodi,niſi præcedat monitio. Menoch. conſi. 132.libr. 2.

Statutum imponens pęnam pecuniariam pro adulterio, vel homicidio (pro quibus eſt pęna mortis de iure communi) non valet. Roma. ſing.714.

Statutũ ſi dicat, ꝙ ꝓ qualibet vice blaſphemãs puniatur aliqua pęna,debet intelligi,ſi ex interuallo blãſphemauerit. Pet. de Rau. ſin.59.

Additio ſi ſtatuto fiat,idem in ea iuris eſt,quod in ſtatuto,quo ad pęnã,& ad alia. Ant.Corſe. in ſuis ſingulatibus,litera A.ſing.additio.

Statutum de emendatione damni, quæ damna comprehendat,vide Auguſt. Bero.q 131.

Statutum, ſi quis dederit damnũ in re alterius, verificatur etiam ratione poſſeſsionis, ex cõmuni vſu loquendi. Bart.in Rubr. C.de nouo Codic.confic.num.5.

Regula, quæ habet ratihabitionem æquiparari mandato, limitatur,vt non habeat locum in ſtatutis:nam ſtatutum puniens mandantem, non habet locum in ratum habente. Bart.in l.7.C.ad Senatuſconſul.Macedo.in additio.

Statutum puniens vendentem frumentum extra plateam, etiam comprehẽdit ementem. Bart.in l.3.de indict.viduit.tolle.

Statutum,quòd ſi quis alienauerit rẽ, & gabellam non ſoluerit,eam perdat,quando locum habeat,vide Bart.in l.3.§. ſinautem. C. commun.de legat.

Stante ſtatuto, quòd inuentus cum armis puniatur,nõ dicitur quis inuẽtus,niſi ſit captus. Bar.in l.13.C.de fideiuſ.& mandato.

Statutum quãdo poſsit famam reſtituere, vide Bart.in l.13.C.de ſenten.paſſ.& reſtitu.nu.12.

Statutum publicãs propter delictum bona alicuius,non impedit ſucceſsionem,vel nouam acquiſitionem, ſi eius ſtatus non immutetur. Bar. in l. certa 4.C.de iure Fiſci lib.10.

Statutum,quòd non liceat alicui ſe defendere, non

non valet.Bart.in l.defenſionis 7.C.eod.
Statutum puniens facientem, comprehendit fieri facientem. idem in l.7.C.de agric.& cenſit.num.4.lib.11.
Statutum,quòd Iudex prouideat,ne damna dẽtur,vel ꝙ debeat tueri tales iniuriam patientes,quando pariat actionem,& quando officium Iudicis, vide Bartol. in l. cùm ſatis 22. nume.10.eod.titu.
Statutum puniens Officialem non inquirentẽ, & nõ punientẽ maleficium factum ſuo tempore,intelligitur ſi Officialis ſciuerit.Barto.in l. vnica.C.de ſtratorib.lib.12.
Statutum dans annum Officiali, infra quẽ poſſit cognoſcere de maleficio, intelligitur de his,quæ clara ſunt. Bart. ibid.
Statutum ꝙ nullus vadat de nocte, comprehẽdit mulierem.Bart.in l.7.ff.de legibus.
Statutum puniens aggredientem aliquem in domo, comprehẽdit aggredientem corã oſtio, vel porticu, aut apotheca. Bar.in l.meminiſſe 10.ff.de offic.Proconſul.
Quid iuris, quando aliquid debetur capientibus bannitos,vide Bar.in l.3.§. vtrum.ff.ad Senatuſconſul. Syla.
Statutum indefinitè loquens, an referatur ad id,quod ſpecialiter eſt prohibitum,vide Bar. conſi.35.volum.2.
Vbi conceditur poteſtas ſtatuendi,cẽſetur etiã conceſſa poteſtas apponendi pęnam. Felin. conſi.16.num.4.
Quando ſtatutum prohibet aliquid,non adijciendo pęnam in contrauentorem, tunc cõtraueniens poteſt puniri arbitrio Iudicis. vide glo.in l.2.C.de Sacroſanct.Eccle.
Si ſtatuto caueatur, ne quis poſt concordiam actione iniuriarum agat, & pater remiſerit actionẽ iniuriæ filio factæ, ipſe filius amplius non poteſt experiri. Barto. in l.in perſonam. ff. de pact.

De confirmatione in genere.

Confirmatio operatur ſupplementũ defectus exiſtentis in confirmato, quod procedit, dum diſponens intenderet aliquid ſupplere, & de nouo diſponere vltra confirmatũ. Gram.deciſ.103. nu.161.
Conceſsio,ſeu diſpoſitio prima,ſi eſt nulla,confirmatio nihil operaĩ.Gaſp.Cabal.milleq.29.
Principe confirmante aliquam diſpoſitionem ex certa ſcientia, non poteſt amplius allegari nullitas illius diſpoſitionis. Thom. Minad. deciſio.43.num.9.
Confirmatio nihil noui dat. Boer.deciſ.172.nu. 25. Tamen confirmatio Superioris validat conceſsionem nulliter obtentam,& per eam tuetur poſſeſsionem.Capel.Thol.q.432.
Confirmatio in forma communi,nihil non iuris confert,nec inualidum validat,tamen confirmatio ex certa ſcientia cõfirmantis (ad quẽ ſpectat diſponere) ſcientis nullitatem, & vitium, cõfirmat nullum,& inualidum validat. Cabal. milleloq.66. Andr.Gail. obſer.1.lib.2. vide Creſcen. deciſ.1. aliàs 31.titu.de confir. vtil.vel inutil. Et hæc locum habent in Summo Pontifice.Gail.ibid.
Confirmatio nihil noui tribuit, vt dictum eſt, quod limitatur tribus in caſibus, de quibus vide per eundem Gail.d.obſer.1.lib.2.
Quòd confirmatio ex certa ſcientia actum nullum conualidet (niſi agatur de præiudicio tertij) ſcribunt D.Sol.in conſtitutio. antiq.Sabaudiæ ſuper decreto, Carolus, tit.de feud. fol.67. Dec. conſi.341.& conſi.649.vide Rol. conſi.100.volum.4.
Confirmatio facta ſine cauſæ cognitione in fórma communi,nõ roborat actum, nec tribuit aliquod ius,cùm in ea intelligatur tacita conditio,ſi ſit ita;ſecùs verò ſi cum cauſę cognitione.Henric.Boer.in ſuis ſingularibus,tit.ratihabitio,& confirmatio.
Confirmatio Superioris ſupplet defectum formæ, perſonæ, ſolemnitatis,& alios defectus, quòd tamen intellige,omnem defectum,ſcilicet iuris Ciuilis; nõ autem iuris Naturalis: fallit,ſi in re confirmabili eſt vitium non purgabile,etiam à Principe, vtpotè defectus citationis.Hippol.ſing.79.
Confirmatio Superioris validat inualidum, tamen ſi in confirmatione facta per Principẽ, concurrant actus validi, & inualidi, tunc in dubio talis confirmatio refertur tantùm ad actus validos. idem Hippol. ſingul.196. vide Marc.de Mant.ſing.86.
Confirmatio Principis facta cum clauſula, Ex certa ſcientia,nunquam operatur, niſi quando ipſe Princeps fuit certificatus de iniuria, quæ fiebat alteri ex tali confirmatione. idẽ, ſingul.440.
Confirmatione,actus maioris auctoritatis redditur.Fran.Marc.q.330.nu fin.
Priuilegium ſi innouetur, partis citatione non eſt opus, ſi innouatio fiat per eum, qui de nouo illud concedere poteſt: & in renouatione,ius tantùm antiquum confirmatur.idẽ Marc.q.456.nu.4.& fin.
Citari debet pars altera ad vidẽdum actus inter partes confirmari,ſecundum Gail. obſer. 1.nu.11. lib.2. Tamen contrariũ ſcribit Guid. Pap.ſing.427.
Papa cõfirmãdo,nõ pręſumiĩ voluiſſe cõfirmare ſimoniacã ꝑmutationẽ.Vera.deci.203.par.1.

Con-

Confirmatio Papæ, an extendatur ad illicita, vide eundem, deci.204.part.1. Et confirmantis mens attenditur.ibid.nu.6.

Confirmationis cõcordiæ tps attenditur; nõ aũt ipsius concordiæ, & tunc cõsideratã cõfirmatio, vt noua cõcesſio. idẽ Vera. deciſio. 205. part.1. Quòd confirmationis tempus ſit attẽdendum, habetur ibid.deciſ.309.part.2.

Confirmatio ſecundæ concordiæ eſt ita indiuidua, vt non poſsit acceptari in parte confirmata, quin etiam acceptetur in parte primæ concordiæ.idem Vera.deciſ.206. part.1.

A Iudice ordinario contractus confirmatio peti poteſt, & erit vtilis. vide Andr. Gail. obſeruatio.1.lib.2.

In loco confirmationis contractus, forum quis non ſortitur.Gail.ibid.

Confirmatio priuilegiorum ſine præiudicio tertij intelligitur, licèt hoc non ſit dictum in cõfirmatione, ſed an talis cõfirmatio probet antiqua priuilegia, vide eundem ibid.nu.14.

Pacta tendentia ad cultum Diuinum confirmata à Papa, an debeãt obſeruari ab altera parte, etiam alia contradicente, vide Creſcen. deciſ.1.aliàs 186. tit.de pact.

Statuẽtes, vel facientes actum poſtea confirmatum à Sede Apoſtolica, poſſunt ſine alio Superioris conſenſu, recedere ab eo. vide eundem Creſcen. ibid.

Confirmatum habens priuilegium, nõ includitur in derogatione generali. Raud.tracta.de Analog.cap.22. nu.37.

De confirmatione ſtatutorũ facta per Principẽ vide per Rol.conſi.29.nu.31.volum.1.

Confirmatio circa inualida, & tacita omni veritate, eſt nulla, & non prodeſt.Felin.conſil. 27. nume. 16.

Confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, prorogatur in tempus ſucceſſoris.Afflict.deciſ.128.nu.7.

Papa confirmans priuilegia, vel ſtatuta alicui, Ciuitati, intelligitur confirmare iuſta. Bar.in l.1.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.

Confirmatio dat robur, & nõ extendit actum confirmatum: & confirmatio eſt Superioris, & approbatio partis.D.Sol.in conſtitu.antiq. Sabaudiæ, tit.de feudis, gloſſ. ſuper decreto, Carolus, fol.67.

Confirmatio Principis nequit per eius Senatũ reuocari, niſi facta eſſet in forma communi. idem ibid.num.4.

Actus ſemel à Principe confirmatus, non eget alia confirmatione à ſucceſſore. ibid. num.5. Ideò affranchimenta ſubditis conceſſa, ſemel per Principẽ confirmata, non egent confirmari per ſucceſſorem. ibid.nu.8.

Actus à quo ſit denominandus, vel à confirmato, aut à cõfirmãte, vide Marc.de Mãt.ſin.86.

Quando petitur confirmatio, debet probari cõfirmabile. Hartm.cap.4.titu. miſcellaneo. ex iure Ciuili, lib.2.

In cõfirmatione priuilegiorum, aliquibus exceptis, cætera cenſentur confirmata. Natt.cõſi. 674.& Rol.conſi.61.vol.3.

Confirmatio futurorum, inducit confirmationẽ præteritorum, quorum effectus producitur in futurum, quod procedit etiam in ſtatutis. Ludo.Roma.ſing.804.

De interpretatione.

Qui eſt reſcripti conditor, idem eſſe debet interpres. Pet.Roy.deciſio.1. Litua. nume. 4. in deciſio. diuerſo. Tom.2.fol.363.

Dum tractatur de interpretatione reſcripti, pars debet citari.Gram.deciſio.65. nume.20. & 21.

Inferior à Principe poteſt interpretari eius reſcriptũ, Principe abſente, & naturali æquitate exigẽte.Rip.in l.ex facto.n.6.ff.de vulgari.

A quibus ambigua voluntas teſtatoris poſsit, & debeat interpretari, vide Franc. Mantic. de coniect.vltima.volunt.lib.3.tit.1.& 2.

Interpretatio canonis, vel ſtatuti, de cuius mẽte dubitatur, pertinet ad conditorem.l.omni 6.C.de Sacroſanct.Eccleſ.

Interpretatio ſtatuti ita fieri debet, ne inducatur contrarietas in eodem ſtatuto, & ne ſtatuentes cenſeantur incontinenti velle ſeipſos corrigere.Craue.conſi.307.nu.3.

Quando duo ſtatuta ſunt contraria, quomodo interpretentur, vide Rebuff.in conſtitu.Reg. in proœmio, glo.5.nu.128.

Iudex quando poſsit interpretari ſuam ſententiam, vel Superioris, aut Delegati, qualiter, & quando hoc facere poſsit, vide plenè per Bart.in l.ab executore 4. num.5. & ſeqq.ff.de appellatio. & Hartm. cap. 24. titul. de ſenten.lib.1.

Succeſſor in officio poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex cõiecturis, & aliis, quæ poteſt percipere ex actis factis coram ipſo prædeceſſore.Iaff.Lanf.Balb.deciſ.132.

Corrigere qui poteſt, & interpretari poterit. Bart.in §.rectè autem, Authen.quib. mod.natur.effic.legit.nu.16.

Hæres debet interpretari obſcuritatem, ſi qua ſit in rationibus factis per poſitiones, vel etiã in libello eius, cuius eſt hæres.Bart.in §.ſi generaliter, Inſtitut.de legat.

De declarationibus vide infra, lib.2.tit.de declarat. Et etiam de interpretatione rerũ dubiarũ.tit.de reb. dub. in gñe cũ trib.ſeqq.ibi.

De iuris,

De iuris, & facti ignorantia, & contrà.

Ciuis nouellus præſumitur ignorare ſtatuta: ideò non punitur, ſi contra ea fecerit. Ozaſ. deciſ. 71. nume. 42. Andr. Gail. obſer. 48. nume. 29. vide tamen Cabal. milleloq. 139. & Feli. conſil. 7.

Ignorantia multum operatur ad delicti excuſationem. Afflict. deciſio. 290. num. 4. Ideò ipſa ignorantia forenſem excuſat à pęna ſtatuti, propterea illi (ignoranti ſtatuta alterius loci) ſuccurritur. Vera. deci. 207. part. 3. Menoc. conſi. 74. vol. 1. Andr. Gail. obſer. 48. lib. 2. nu. 26. & 27. & Craue. conſi. 115. nu. 4. Sed contrarium tenet Pet. de Raue. ſing. 46. vide Cabal. milleloq. 139. & l. fin. §. licèt. ff. de publ. & vect.

Forenſis etiam prohibitus acquirere, præſumitur ignoraſſe publicationem banni, & pęnã non incurrit. D. Sol. in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ, glo. 4. in proęmio, nu. 27. & 28. Præſumitur tamen ſcire ſtatuta loci, in quo diu cõuerſatus eſt, vel in quo contrahit ex longa conuerſatione. Craue. conſ. 249. num. 5. Idem in conſuetudine. Craue. conſi. 271. nu. 8. vide Bar. in Auth. vt factæ nouæ cõſtitutiones, n. 5.

Memoria hominis non eſt adeò tenax, vt omnium recordetur. Afflic. deciſ. 345.

Præſumitur quiſque ſcire id, de quo eſt publica vox, & fama, vel publicè factum eſt. Capic. deciſ. 69. nu. 18. Gram. deci. 36. nu. 18. Mohed. deciſ. 11. & 196. Craue. conſi. 271. num. 8. Bart. in l. 27. nu. 6. ff. de vſucapio. Nec de eo prætẽdi poteſt ignorantia. Rot. Genu. deciſ. 14. nu. 5. Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 186. nu. 8. Scire enim præſumitur quis id, de quo in notorio facti tranſeuntis. Craue. conſi. 204. num. 6.

Quando ignorãtia iuris ſit admiſsibilis, & quãdo non, vide Aegid. Bellam. concluſio. 692. & 693. Gram. deci. 79. nu. 7. & l. ſi adulteriũ 38. §. inceſtum, & ibid. glo. ff. ad leg. Iul. de adult.

Regulariter ignorantia iuris neminem excuſat, Franc. Marc. q. 686. Andr. Gail. obſer. 48. lib. 2. & Menoc. de Arbitra. lib. 2. caſ. 193. nu. 23. Tamen ignorantia iuris intricati, æquiparatur ignorantiæ facti. Capic. deciſ. 69. nu. 24.

Præterea error iuris non nocet maioribus, quãdo agitur de damno vitando. Crauet. conſil. 225. num. 11. Menoch. de Arbitra. caſ. 192. nu. 23. Natt. conſi. 77. Tom. 1. vide Bar. in l. 2. C. de his, quæ vi metus, & in l. 25. ff. de probatio.

Mulier, minor, & ruſticus præſumuntur ius ignorare. Capic. deciſ. 159. nume. 22. & 30. Crauet. conſi. 1. pro generó, nu. 228. vide Bart. in l. 13. C. de iuris, & fact. igno. in l. 2. §. completa. ff. de iure Fiſci, & in conſi. 154. volum. 1. Nam ſimplicitas præſumitur in ruſtico, muliere, & minore. Capic. d. deciſ. 159. nu. 23. Tamen ignorantia iuris nõ excuſat etiam mulierẽ, quando eſt in loco, in quo conſulere potuit Peritiores. Mohed. deciſio. 196. Et mulieri, vel ruſtico non ſubuenitur aduerſus iuris ignorãtiam, ſi de lucro tractetur. Franc. Marc. q. 291 C. qui admitti. Sed vnum ſcias, quòd iuris ignorantia nunquam excuſat poſt litem cõteſtatam. Bart. in l. 2. nu. 11. ff. de confeſsis.

Error iuris non inducit malam fidem. l. 28. §. ſcire. ff. de petit. hæredi.

Ruſtici quando ob ſimplicitatem, vel ruſticitatem excuſentur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 194.

Palàm geſta excuſant à iuris ignorantia; tamen non excuſant ab ignorantia facti. Menoch. de Arbitra. caſ. 244. nu. 13.

Errans in iure Diuino, & Naturali, à pęna non excuſatur, etiã ſi mulier ſit, vel ruſticus. Natt. conſi. 598. Nam ignorãtia iuris Naturalis nõ excuſat. Bart. in l. 2. C. de in ius vocan.

Iuris ignorantia qui excuſantur, ſi actum clam faciant, non excuſantur. Ludo. Rom. ſing. 722.

Ignorare leges eſt lata culpa, & lata culpa eſt ignorare illud, quod omnes ſcire debẽt. Bar. in l. 9. C. de legib. & in l. 32. nu. 7. ff. depoſiti.

Error iuris licèt non proſit erranti, alteri tamẽ prodeſt, & excuſat à furto. vide Bart. in l. 36. ff. de vſucapio.

Errans in iure non reuocat confeſsionem. Bar. in l. 2. num. 6. ff. de confeſsis.

Reſtitutio in integrum non datur aduerſus errorem iuris. idem Bar. in l. 7. ff. eod.

Ignorantia eſt duplex, nempe facti, & iuris, & iuris etiam duplex eſt, ſed quando toleretur ipſa ignorantia iuris, vel facti, vide gl. in cap. turbatur 1. quæſt. 4.

Ignorantia in mulieribus ruſticis præſumitur. Ozaſ. deciſ. 54. nu. 15. Mulier tamen non excuſatur in his, quæ inducta ſunt ad rigorem iuris, & iudiciorum conſeruandum. idẽ Ozaſ. deciſ. 58. num. fin. Marc. q. 291. Verùm ratione paupertatis, vel ignorãtiæ, ſubuenitur per beneficium in integrum reſtitutionis. Marc. d. quæſt. 291.

Ignorantia eorum, quæ publicè fiunt in exiſtente in loco, non præſumitur: imò ignorantia dicitur graſſa neſcire ea, quæ in Ciuitate publicè promulgantur. idem Ozaſ. deciſ. 71. Bar. in l. 5. C. de peric. tuto. vel cura. & Abb. conſi. 35. part. 1. Ideò ignorantia eorum, quæ publicè fiunt, iuramento non probatur, quum iuris præſumptio ſit contra ipſum iurãtem. Ozaſ. ibid. vide tamen nu. 28 ibid.

Fallit in homine probo, qui probat ignorantiã cum iuramento, etiam contra præſumptionẽ iuris.

iuris, præcipuè concurrentibus aliquibus cõiecturis. idem Ozaſ.d.deciſ.71.nume.26.vide Alexand. Raud. tractat. de Analog. cap. 22. num.100.& ſeqq.

Ignorans contemnere non dicitur:& ignorãtia cùm in animo conſiſtat, probatur per iuramẽtum illam aſſerentis. vide Ozaſ.d.deciſio.71. num.24. & 46.& deciſ.101.nume.24. Ioſeph. Ludo.deciſ.Luc.16.num.2.Andr. Gail. obſer. 48.lib.2.Craue.conſi.1. part.2.num.32. Iaſ.de actio.in §.ſed iſtę,num.89. Menoc.de Arbitr. lib.2. caſ.186. & Bart.in l.7.§. iiſdem.ff.de accuſa.& inſcriptio.

Ignorantiæ præſumptio potentior eſt, præſumptione ſcientiæ: quia ſcire aliquid fuiſſe factum, eſt per accidens, cùm facta non præſumantur. Ozaſ.d.deciſ.71.nu.35.

Scientia eſt de ſubſtantia delicti in omittẽdo, ideò eſt probanda. ibid.nu.36.

Publicatio bãni, & proclamata in notitiã deueniſſe præſumuntur, quãdo in ipſis proclamatibus datæ eſſent congruæ dilationes: ſecùs ſi adeò ſint anguſta tempora, vt veriſimiliter non potuerint deuenire in notitiam omniũ, quia tũc nõ præſumitur eorũ ſcientia. Ozaſ. d.deciſ.71.nu.40.vide Gram.deciſ.36. nu.17. & 24.Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.67.nu.6.Fran. Marc.q.63.& 155.part.1.& q.238.& 523. part. 2.& Cabal.milleloq.510.

Vicinus facta vicini,& coniunctus facta coniuncti, ſcire pręſumuntur, vbi factum eſt ſucceſſiuum; ſecùs ſi momentaneum. Ozaſ.d.deciſ. 71.nu.43. Ióſeph. Ludo.deciſ.Peruſ.19.nu.24. Craue.conſi.237.vide eundem Ioſeph. deci. 103. & Borg. Caual. deciſ. 19. nu.21.de contract. part. 2.

Ignorantia ſemper in dubio præſumitur in acquirente. Ozaſ.deciſ.73.nu.5. Maximè in his, quæ occultè fiunt. idem, deciſ.101.nu.22.

Proclama factum in Ciuitate, non ligat abſentes. Borg.deciſ.17.nu.37.de iudi.

Hæres quando præſumatur ignorare fideicommiſſum,& contenta in teſtamẽto, vide Ozaſ. deciſ.73.nu.6.& deciſ.112.nu.7.& 12. Ioſeph. Ludo.deciſ.Peruſ.19. Natt.conſi.230. num.5. Rol.conſi.66.vol.4. Bart.in l.eius 41.ff.ſi cert. pet. Abb. conſi.19.part.2.Quid in filio hærede, vide Craue.conſi.193. Rol.conſi.36.vol.2. & conſi.66.vol.4.Natt.conſi.230.num.5.Bart. in d.l.41.ff.ſi cert.pet.num.29. & in l. cùm hęres 25. ff. de liberat. legat. & Abb. d. conſil. 19. part. 2.

Scientia præſumitur in hærede de facto defuncti arduo. Craue.conſi.168.nu.5.

Hæres habet iuſtam cauſam ignorantiæ, niſi in his, quæ ſunt iuris, in quibus ignorantia non præſumitur. Marc.de Mant.ſing.293.

Hæres extraneus præſumitur ignorare contenta in codicillis. Barto. in d. l. 41. nume.30.ff. ſi cert. pet.

Erroris iuſtam cãm mihi tribuit dictũ alterius, veluti Procuratoris, vel eius, cui ſucceſsi. Bar.in l.5.ff.pro ſuo.

Vbi quis tenetur factum alienum indagare ratione facti proprij, præſumitur illud ſcire, quod verificatur in hærede, qui præſumitur ſcire factum defuncti, & hoc in dubio, regulariter contrà. Abb. conſi.73.part.2. nume.7. circa finem.

Publicatio conſtitutionis in vna Prouincia facta, non ligat exiſtẽtes in alia Prouincia, vbi non eſt facta publicatio, dato quòd fuerit facta etiam in Curia Regis, vel Imperatoris. Ozaſ.deciſio.141.

Scientia cum omnibus ſuis qualitatibus requiritur, ad hoc, vt aliquid perfectè intelligatur. Ozaſ.deciſ.176.num.4.

Bannum non ligat ignorantes, & illud præſumuntur ignorare illi, qui non fuerunt in Regno tempore banni. Afflic.deciſ.290.

Scientia facti alieni non præſumitur: & fundans ſe in ſcientia, debet eã probare. Gram. deciſio.81.num.11.

Ignorãtia facti notabilis, & notorij nõ pręſumitur, etiã in facto alieno. Capic.deci.69.nu.15.

Sciẽtia certa refertur ad ſola excogitata. Aegi. Bellam.concluſ.158.

Proclamationes non afficiunt perſonas certas, & certos poſſeſſores, nã illi debent expreſsè citari. Borg.deciſ.17. de iudi.

Scientia, quæ arguitur ex eo, quòd aliquid publicè notum eſt in loco, non ſufficit ad imponendam pęnã corporalẽ. Cra.conſi.193.nu.8.

Error iuris, vel facti in non appellando, nocet etiam ei, qui certat de damno vitando. gl.in verbo, ei nocebit §.ſi quis.l.1.ff.de appella.

Ignorantia regulariter in facto proprio nõ cadit. Caſſad. deciſ.5.tit.de conſtitut.nume.14. & Marc.q.904.part.2.

Ignorantia præſumitur etiam in facto proprio, quando illud eſt de longinquo, niſi factũ eſſet graue. Gram.deciſ.103.nu.34. vide Marc. q.686. Craue.conſi.6. nu.26. & conſi.148.Iaſ. de actio.in §.ſi quis agens, nu.9.

Scientia alicuius rei non dicitur haberi, niſi habeatur valor ipſius: & ſcientia requiſita à ſtatuto, debet eſſe vera; & non ficta. Ioſeph.Ludo.deciſ.Luc.52.nu.21.& 25.

Scientiæ probatio, quando agitur de iure quęſito amittendo, debet eſſe plena, & non ſufficiunt cõiecturę, & fama de ipſa ſcientia. Mohed. deciſ. 160. Nec notitia ſola ſufficit (ad incurrendam pęnam) contra eum, qui ad aliquid faciendum eſt obligatus; ſed neceſſariò

illi

illi est intimatio facienda. idē Mohe. deci.196.

Vbi agitur de censuris, & priuatione, requiritur intimatio, & scientia vera. idem, decis.353.

Ignorantia quando est probabilis, quis excusatur à pœna statuti; secùs si esset supina, & crassa: & dicitur huiusmodi, quando esset factum proclama generale per Ciuitatē, vel Patriā: verùm ratione talis ignorantiæ quis debet mitius puniri. Franc. Marc. q.237. part.2. nu.4.

Ignorātia, vel scientia Ordinarij de vacatione beneficij, an, & quando præsumatur, vide Gram. decis.103. nu.35.

Scire quis præsumitur illud, quod tenetur inquirere: & si ignorātiam alleget, aut probet, illa non prodest, nisi probet se diligentiam adhibuisse, vt sciret apud eos, à quib. certificari potuisset. Gram. d. decis.103. nu.37. vide Craue. cons.168. & consi.225. Nam imputandum est ignoranti (cùm de commodo agitur) id, quod per se, vel per alium scire potuit. ibid. Gram. d. decis.103. nu.37.

Contrahentes cum aliquo debent esse certi cōditionis illius, cum quo contrahunt. Ioseph. Ludo. decis.21. Luc. nu.10.

Decretum Papæ irritans, ligat etiam ignorātes; secùs est in Legato de latere. Guliel. Cassad. decis.3. tit. de decret. in reseruat. vide Paul. Aemil. Vera. decis.249. nu. fin. part.1.

Ligare ignorantes est contra ius. Cassad. ibid. nu.4. Et statuere, q tempus currat ignorantibus, solùm Princeps potest. nu.10. ibid.

Scire illud dicitur, quod ab aliis audiuimus, & quod per præsumptiones, coniecturasq; scimus, sciētia quoque inducitur ex publica voce, & fama. Ioseph. Ludo. decis. Perus.103.

Ignorantia verisimilis non est in habente apud se instrumenta, de quibus agitur, & notitiā eorum, quæ sua sunt, quilibet habere præsumitur. Benint. decis.69. Craue. consi.73. num.39. & cōsi.1. nu.31. part.2. Guid. Pap. sing.950. Sed quod dictum fuit de scientia instrumentorum, quando procedat, vide Hiero. Mago. decis.77. Luc. nu.16. & seqq.

Lex. qui in alterius. ff. de reg. iur. non habet locū in hærede actore. Marc. q.273. part.2.

Indicia, & coniecturæ sufficiunt ad probandam scientiam. vide Rot. Genu. decis.172. nu.10.

Sciens reputatur, qui non vult scire; quia scire, & debere scire, paria sunt. Vera. decisio.107. part.3. & Craue. consi.225. nu.5.

Item scire, & facile scire posse, paria sunt. ibid. Vera. Et tunc non conceditur restitutio. Cra. d. consi.225.

Mortis scientia nō præsumitur habuisse absens à loco mortui; secùs in pręsente existente in loco. idem Vera. deci.109. par.3.

Præsens præsumitur certioratus de omnibus à suo Procuratore gestis. idem Vera. decisio.110. part.3.

Scriptura reperta apud agentem, videtur ab eo approbata. Vinc. de Fran. decis.113. nu.12.

Scientia præsumpta qualiter inducatur ex publica voce, & fama, post cursum temporis limitati à statuto, vide Borg. decis.19. num.25. de contract. part.2.

Quando in aliquo actu alicuius scientia requiritur, sufficit illi actum fuisse notificatum, licèt non consenserit. Mysing. obser.46. cent.1.

Scientia vera, & plena cum suis qualitatibus esse debet, vbi notificatio pro forma sit faciēda: secùs vbi notificatio non sit necessaria, & pro forma facienda: quia tūc sufficit scientia, vndecunque veniat. Mago. decis.40. Rot. Florent.

Scire præsumitur contenta in aliqua scriptura, qui in ea quid scripsit. Craue. consi.73. nu.39.

Scientia partis, arguit scientiam totius: ideò q habet notitiam de parte instrumenti, præsumitur de toto scire, idem, consi.74.

Scientia quoque præsumitur ex vicinitate temporis, & loci. ibi. Craue. vide eundē, cons.148. nu.5. & consi.271.

Statuta pœnalia in his, quę non sunt de iure cōmuni prohibita, non ligāt ignorātes: & ignorantia in dubio præsumitur, vbi scientia nō probatur. Hiero. Mago. decis. Luc.49. num.10. vide Bar. in l.6. ff. de decre. ab Ordin. facien.

Ignorantia quando commodum, vel incommodum contineat, scribitur per Andr. Gail. obser. 48. libr.2.

Regulariter ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia, quod procedit, si sit allegata ipsa ignorantia in iudicio, aliàs secùs. idē Gail. d. obseru.48. lib.2. Aegid. Bellam. concl.562. & Ioseph. Ludo. decis. Perus.19. num.22. vide Bar. in l. adulteriū 38. ff. ad leg. Iul. de adultę. & Maran. ad legem, is potest. ff. de acquir. hęred. in lib. sui Spec. fol.670. nu.282.

Limita, si ignorantia sit nimis crassa, & supina, quia talis ignorantia pro scientia habetur, ibid. Gail. d. obseru.48. vide Rol. cons.66. vol.4. & Bar. in l.6. ff. de decret. ab Ord. facien.

Secundò, si sit affectata, quia illa quoque scientiæ comparatur. Gail. d. obser.48.

Tertiò, limita in facto proprio, in quo regulariter præsumitur scientia, tamen si de damno vitando certetur, pręsumitur quoque ignorantia: idem, si factum sit antiquum, vel valde intricatum. Gail. d. obser.48. Dec. cōsi.402. num.7. Bar. in l. cùm is 32. ff. de conditio. indebit. & in l.60. de legat.1. facit l. sed & 22. ff. eo. de condict. indeb.

Scire præsumitur quilibet de Prouincia factum in vna parte Prouinciæ, quando illud conti-

nec

net totam Prouinciam. Craue.consi.121.nu.3.

Scientia præsumitur in his, qui simul habitant, & communiter viuunt:& quis etiam præsumitur de bonis possessis communiter, quomodo,& qualiter obuenerint. Craue.consi.123. 168.& 271.nu.8.vers.octauo ipsi,&c.

Scientia præsumitur ex qualitate facti, quando est tale factũ, quod verisimiliter solet in notitiam deuenire.Craue.consi.123.& 168. nu. 5.Arguitur etiam ex his,quę communiter fieri solent. Craue.d.consi.123.nu.5.

Scire præsumitur instrumentum, qui illud produxit, idest quòd antea notitiam de illo haberet. Craue.ibid.nu.6.

Quis præsumitur scire ea,quæ fiunt in loco,quẽ quis solitus est frequẽtare. Cra.cõs.168.nu.6.

Scientia instrumenti an probetur ex eo, quòd facit quis mentionem de illo,vide Cra.cons. 193.nu.8.consi.1.part.2.nu.31.& consi.245.

Ignorans defectum alicuius actus, non potest dici illum approbare. Craue. consi.226.nu.7.

Ignorantia excludit consensum, & iuramentũ tunc nihil operatur.Craue.consi.257.

Tempus statuti est continuum,ideò currit ignoranti,sed an cõcedatur restitutio, vide Cra. consi.271.nu.5. Tamen ꝙ tale tempus nõ currat ignoranti,scribit Natt.consi.225.Tom.1.

Quis non potest allegare ignorantiam alienationis factæ in loco publico, & præcedentibus proclamationibus,& subhastationibus. Crauet.consi.271.nume.8.versic.quinto præsumitur, &c.

Dubitans,& ignorans æquiparantur.idem,cõsi. 319.nume.9.

Quod dicitur in facto alieno esse tolerabilem ignorantiam,recipit multas limitationes,de quibus per Ias.de actio.in §.si quis agens.

Prima erit, quando de illo facto fuisset sępe discussum,& tractatum per illum,qui vult ignorantiam allegare.Ias.ibid.nu.7.

Secunda, quando esset tale factum, quod esset publicum in loco, in quo quis moram trahebat.ibid.num.8.

Tertia,in facto notabili,& graui,ibid.nu.9. Sed aliter,quando conclusio procedat cum limitationibus,vide Maran.in l.is potest.ff.de acquiren. hæredit.in libro sui Spec. num.283.& seqq.fol.670.

Ex longinquitate temporis(etiam in facto proprio)præsumitur ignorantia ,quod procedit, quando tractatur de damno vitando;secùs si de lucro captando.Ias.in d.§.si quis,nu.9.

Ignorãtia, & obliuio facti proprij excusat,propter tẽporis diuturnitatem decem annorũ, maximè quãdo de pęna,& de damno vitãdo agitur.August.Bero.q.73.nu.4.

Statuti, seu banni publicatio in Ciuitate facta, non afficit Ciues ruri degentes, nisi reuersi in Ciuitate conuersentur, vbi publicè statuti notitia habetur.D.Sol.in constitut.antiq. Sabaudiæ,in proęmio,glo.4.nu.14.& 15.

Statutum in Populi Concilio conditum,pro notorio habetur.ibid.num.22.

Statutorũ in libris nõ contentorũ iusta est ignorantia,saltem ad euadẽdam pęnã. ibi. nu.25.

Agens contra aliquem,ꝙ prohibitioni cõtrauenerit, probare debet contrauẽtorem sciuisse prohibitionem.idem D.Sol.ibid.nu.26.

Obliuio quanto tempore inducatur, vide Menoch.de Arbitr.lib.2.cas 26.

Ignorantia publicationis legis, quomodo probetur,& iuramento allegantis illam probari, tradit idem Menoch.ibid. cas.186.

Ignorantiam iuramento non probari, cùm statutum illius allegationem reiicit, scribit idẽ Menoch.ibid.nu.10.

Ignorãtia probabilis à statuto reiecta non cẽsetur, & probata dicitur ex probatione absentiæ.ibid.Menoch.nu.11 & 16.

Præsentia arguit,& probat scientiam,& intelligentiam eorum,quæ in præsentia gesta sunt. Dec.consi.630.

Duplex est scientia, quædam est vera, & quædam est præsumpta, vide de vtraq; per Cassan.in consuetud.Burg.titu.*Des retraicts*, Rub. 10.§.5.num.8.

Scientiæ veræ terminus oppositus est ignorantia, inter quæ extrema,scilicet scientiam,& ignorantiam,sunt gradus intermedij: & primus est dubietas: secũdus suspicio: & tertius est opinio,de quibus vide p Cassa. ibi. nu.10.

Scientia alicuius facti,probatur per probabiles coniecturas,cùm aliter de facili probari non possit. Natt. consil.231. Quæ sufficiunt. Abb. consi.81.part.1.

Ignorantia non probabilis, vel quæ habet præsumptionem contra se,non probatur iuramẽto.Natt.consi.130.nu.6.

Ignorans ante notificationem obligari non potest: & ignorans probatur iuris præsumptione,& eius absentia,& ignorantia facti,probãtur etiam iuramento.Menoc.consi.120.lib.2.

Scientia,vt præiudicet,requiritur,vt inferat cõsensum præiudicialem: & consentire non dicitur qui scit, & tacet,quando contradicẽdo impedire non potest.Menoc.consi.120.lib.2.

In eo,quod factum est publicè,præsumitur sciẽtia.Henric.Boer.in suis singularibus, tit. præsumptio,& fictio.nu.11.

Quis non debet audiri,si dicat se ignorare,quæ tractauit.Guid.Pap.sing.709.

Si Sindicus vult se excusare,ꝙ ignorauerit maleficium esse commissum, nunquam erit excusatus, nisi constet de diligenti inquisitione.

tione.Pet.de Raue.singula.274.
Vxor præsumitur scire, quod maritus scit. Guliel.de Ludo,singu.119.
Princeps, & Iudex possunt ignorare ius consuetudinarium:ideò ius non scriptum debet allegari,& probari;secùs est in iure scripto.Bartol.in l.2.C. si contra ius, vel vtilitatem Public.num. 11.
Ignorantia facti præsumitur in pupillo, & minore.Bar.in l.3.ff.ad Senatusconsul. Macedo.
Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum.c.10.ex.de reg.iur.
Certus quis esse debet de facto suo. Bar.in l.cũ falsum 46.ff. de acquir. hæred.
Memor præsumitur homo eorum, quæ iam sciuit. Bar.in l.filio 31.ff.de adimen.lega.
Error iuris qualis,& quis iustissimus, & quis iniustus, & error in facto proprio, quando dicatur iniustus,vide Bartol. in l.Celsus 27. ff. de vsucapio.num.4.& 7.
Quis non debet tradere obliuioni,quod scit:& obliuio non est iusta causa ignorantiæ. Bart. in l.qui fundum 7. §. seruus. ff. pro emptore. Tamen obliuio toleratur,vbi quis tractat de damno vitando; secùs si de lucro captando. Bartol.ibid.
Errans in facto proprio non reuocat cõfessionem; tamen errans in facto proprio tali errore, qui cadat in leuem culpam,excusatur. Bartol.in l. 2.num.6. ff.de confessis.
Ignorantia excusat aliquem à pęna;sed an conseruet ius alteri,vide Bart. in l.si adulterium 38.ff.ad leg.Iul.de adulte.
Ignorantiam legis nouę post statutum tempus publicationis, quis allegare non potest; sed mãdatum Iudicis, quando liget ignorantes, vide Bartol.in Authen.vt factæ nouæ constitutiones,num.5. & seqq.
Nemo pręsumitur ignorare rem suam. Bart. in §.post, Institut. de singul. reb. per fideicom. relict.
Ignorantia facti excusat; non autem iuris, nisi eos,quibus permissum est ius ignorare. c. innocens 22.q.4.& ibid.glo.
Impedimentum stans à principio, imputatur scienti; non autem ignoranti. l. si legibus 16. C.de Episco. audie.
Minor restituitur contra solutionem debiti naturalis,quam fecit lapsus errore iuris.l. fin.C. si aduersus solutionem.
Error facti nõ impedit quartam Falcidiam repeti; sed certa scientia, vel iuris ignorantia sic.l.error 9.C.ad leg. Falsi.
Error facti improbabilis, ęquiparatur errori iuris.glo.in l.1.ff.de condict.indebit.

De notorio, & manifesto.

Notoriè factum, quando aliquid dicatur,vide Menoch.de Arbitra. li. 2. cas. 166. Et quomodo fiat, scribuntur exempla per Capic. decis. 69. num. 16.
Ex multis notorium inducitur, primò, ex confessione in iudicio facta. Gram.decis. 31. nu. fin.& decis.36.nu.38.Iaff.Lanf.Balb. decis.51. & Craue. consil.1.pro genero, nu.224.
Secundò, acta iudicialia inducunt notorium. Capel.Tholo.q.199.in additio.Rot.Genu.decis.146.nu.fi.Craue.consi.248.num.6.& Vera. decis.325.part.1.num.7.
Tertiò, notorium dicitur quicquid in iudicio probatum,& dictum est. Gram.decis. 36. nu. 27.Abb.consi.12.part.2.Quod procedit inter partes.D.Sol.in antiq. constitutio. Sabaudiæ, glo.super decreto,præsenti. tit.de restitutio. spoliato.num.13.fol. 190.
Quartò,res iudicata inducit notorium. Craue. consi.248.num. 6.
Quintò,notorium per Bullam Apostolicam,seu publicum instrumentum probatur.Iaff. Lanf. Balb. decis. 51.& Crau. consi.1. pro genero, nume.221.
Sextò, facta multis, vel maiori parti loci, (in quo allegantur contingisse) nota,& manifesta,pro notoriis sunt habenda,& de his iudicari potest,deducta,& allegata saltem notorietate, hinc succedit communis theorica, nempe facta subiecta notorio non indigere probatione,satisq; esse, si ea in iudicio allegentur.Mysing.obser.3.cent.6.
Septimò,notorium dicitur,quod publicè fit, & quod fit coram decem testibus.Crauet.consil. 120.
Octauò,notorium id dicitur, quod clarum, & euidens est,omnibus patens, cuius testis est Populus, & pluribus aliis modis dicitur, de quibus vide per D.Sol. in dd.suis comment. glo.super d. decreto,præsenti, tit. de restitu. spolia.fol. 190.
Nonò,& vltimò, examinatio in alio iudicio facta, facit notorium Iudici.Bar.ĩ l.5.C.de nau frag.lib.10.
Notoriũ inductũ per sñiam non hẽt effectũ notorij,nisi qñ inducitur ad eum finẽ, ad quem fuit sententiatum.Bar.in l.ex quacunque.ff.si quis in ius vocatus no.ier.in repet.nu. 22. Et tale notorium resultãs ex sñia, est notorium præsumptionis.Abb.consi.89.part. 1.
Factum sufficit esse notorium, licèt Iudici ex processu non sit notoriũ, & sat est notoriũ allegare.Capic.deci.54.nu.fi.vide Ioseph.Lud.

decis.Perus.67.num.19.Tamen de necessitate notorium debet proponi,& allegari. DD. de Rot.deci.2.aliàs 7.de appellatio.in nouis, vide Capic.decis.69.num.16.Guid.Pap.q.221 num.4.Iaff.Lanf.Balb.decis. 238. Natt.consil. 275. Quod procedit,si ille, qui debet allegare notorium est præsens;aliàs secùs.Lanf.ibi. sed vide Abb.cons.72.par.2. Quò loci scribit notorium de necessitate non esse deducendum in iudicium.

Notorium aliud est facti permanentis,aliud facti transeuntis,quod indiget probatione.vide Capic.decis.124.num.7.& Mysing. obseru. 3.cent.6. nu. 6. Secùs est in notorio facti permanentis,quod non indiget probatione. Ioseph.Ludo.decis.Peru.67.num.16.Mysing.obser.3.cent.6.nu.6.c.3.ext.de testib.cogen.& c. tua nos 8.ex.de cohabita. Cleric.

Quid sit notorium, & qualiter probetur distingue,vt per eundem Ioseph.Ludo.d.deci. Perus.67.num. 18.

Notoria multa finguntur, quæ tamen notoria non sunt, & ideò inoleuit cautela, vt Iudex pronunciet factum,de quo agitur, esse notorium. Gram. decis.64.num.12.& Capic.decis. 124.num. 7.

Quando aliquid est notorium, potest Iudex sumere informationes,parte etiam non citata. Iaff.Lanf.Balb.decis.238.

Notoria,quia non egent probatione, & vim habent sententiæ,in illis Iudex nõ procedit sententiando,sed exequendo. Natt. consil.275. D.Sol.in dd.suis comment.glo.super decreto præsenti,tit.de restitutio. spolia.nu.14. f.290. vide Ant.Corset.in suis singular.litera N.singu. 1. Tamẽ si de notorio dubitat̃.illud probare oportet,quare vt aliquid notorium sit, sententia declaratoria requiritur. idem Sol. ibid.nu.16.Hinc sequitur Iudices solitos non esse fundamentum facere super his,quæ allegãtur notoria, nisi sumptis saltem summarijs informationibus iudicialiter, vocata parte, aut ipsa præsente,prius illi pnunciauerint rẽ pro notoria,quam altera pars pro notoria allegauit. Idem D.Sol.ibid.num.17.

De materia notorij,& manifesti vide per Henric.Boer.in suis singularibus,tit.notorium, & manifestum.

In notorijs possunt recipi testes ante litis contestationem.Guid. Pap.sing. 228.

Differentia est inter notorium, & manifestum: quia notorium nõ probatur; manifestum sic. idem Guid.singul.413.vide Bartol.in authen. qui semel,num.16.C.quomodo,& quando Iudex,& in l. Ciues 11.C.de appellatio.

Notoria plura sunt, & in duobus ex illis non est necessaria sententia, vt in notorio, quod cõmittitur actu permanente,& in illo, quod sit, Iudice pro tribunali sedente. Gramma. decis.105.nume. 16. vide tamen Hieron.Mago. decis.47. Rot. Floren.

Limita,quando sententia requiritur à lege,tũc enim notorium non operatur sententiam. Gram.ibid.nu.17.

Manifestum dicitur, quod pluribus innotescit. Guid. Pap.q.473.

Notorium facti non permanentis requirit sententiam declaratoriam.Ioseph. Ludo. decis. Perus.67.num. 22. Et dicitur probari, quando factũ sui natura tale est, vt illud oẽs sciãt, vel verisimiliter scire possunt.idem Ioseph. ibidem,num.23.

Sententia Iudicis valet, vbi factum erat notorium, licèt Iudici notorium non sit, quia de illo ipsi non constet. DD. de Rot. decis. fin. aliàs 57.titul. de fide instrument. in antiq. & Rot. Genuen. decisio. 55. nume. fina. circa finem.

In notoriis,& manifestis,non est ordo iudiciarius seruandus. Guid. Pap. singul. 195. Hippol.singul.511.cap.quoniam 10. & ibid.gloss. ext.de filiis Presbyt.

Quid sit notorium,& manifestum, vide Bartol. in l.hæres palàm 21.ff. de testament.Vbi tradit notorium dici, quod habet causam permanentem;manifestum momentaneam.

Manifestum, & sententia æquiparantur.Barto. in l.6.nu.2.ff.de verbor.obligatio.& in l.12. ff. de actio.empt.

Ea, quæ nunquam habuerunt actum permanentem, non possunt transire in notorium, vt puta vox præconis: ea verò, quæ habuerunt actum permanentem, vt edicta in albo proposita, transeunt in notorium. Bar.in l.Ciues 11. C.de appellat.

Manifestum, vel notorium dicitur id, quod cõmuniter pro certo habetur à Populo. Barto. in l.de minore 10.§.plurimum. ff. de quæstio. nume. 9.

Notorium dicitur, quod est omnibus notum, manifestum, quod multis, non omnibus est notorium.Barto.in l.si verò 5.§.qui pro.ff.qui satisda.cogan.

Quid sit notorium, in quo differat à manifesto, an in notorio sit opus citatione, an libellus detur,an egeat probatione, an sententia in scriptis, an, & quando à sententia lata super illo possit appellari,& quid in executione,& de materia,vide per eundem Bart. in l. 4. ff. de Religio. & sumpt. fune. & Menoch. de Arbitra. cas.166.

Manifestum, & notorium dicuntur triplici modo,vide gloss.in cap.manifesta 2. quæst. 1. Et quæ sit differentia inter notoriũ, manifestũ, famam,

famam,& communem opinionem,vide DD. de Rot.decis.6.aliàs 327. de exceptio.

Ignorantia facti notabilis,& notorij,non præsumitur et in facto alieno.Capic.dec.69.nu.15.

De publica voce, et fama factorum.

QVid sit fama, à quibus originē trahere debeat, vide Capel.Thol.q.380. Testes deponentes de fama tenentur reddere causam scientiæ,& vnde ortum habuerit, aliàs non probant.Ozas.decis.79.nu.52. vide tamen Vera. decis.7.seu 2.part.2.& decis.289. seu 26.part. 3. Rol.consi.3.nu.48. vol.1.

Fama, & publica vox, quomodo probanda sit, vide eundem Ozas. decis.101.nu.17. Cassad. decis. 3. titu.de probatio. Capel.Thol.quæst. 380.Rot.Genu.decisio.3.num.12.Craue.cōsi. 260.& Natt.consi.62.

Ad probationem famæ requiritur primò,quòd testis afferat se à pluribus audiuisse, nominetq; singulariter aliquas personas:secundò, quòd deponat se audiuisse à maiori parte Populi eius loci,in quo erat fama: tertiò, ꝙ ipsi testes exprimant causam, propter quam fama sit orta. Mysing. obser. 46. cent.5.vide Ludo.à Pegue.in suis quęstionib.crim.cap.17.

Fama, vt concludat,debet probari ante litem motā. Vera.decis.9.seu 4. part.2. Idest debet percutere tempus præcedens litem. idē,decis.413.seu vni.part.2..

Fama vbi plenè probat ex forma statuti, testes super ea deponentes debent esse graues, & qualitas ista probari debet. Hiero.Mago.decisio.Luc.93.num.8.

Fama vt probetur,debet originē habere à personis honestis,& fide dignis:& non probatur per testes simpliciter deponentes, quem esse diffamatum de tali crimine,nisi deponant esse diffamatum apud maiorem partem Populi.Craue.consi.41.

Famæ probatio non debet esse leuis,sed legitima:& verba inquisitionis,præcedente publica fama,nullam fidē faciunt,si illa nō probetur.D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ,glo.1. super decreto, iuxta constitutiones, titu.de accusatio.fol.160.

Testes ad famā probādā necesse est,vt famę auctores,à quibus audierint, nominent: fallit, quando adsunt plures testes deponentes alicuius rei esse famam.Hippol.sing.477.

Testis deponens super publica voce, & fama,si dicat se scire,quia sic dicitur,nō probat. Bar. in l.2.C.ad Senatusconsul.Macedo.

Testis, qui iurat dicere puram, & meram veritatem,deponendo de fama,non probat.Nel. de Sanct.Giorg.in suo tractat.de testibus inter tracta.Bart.nu.63.

Dictum vnius testis cum fama, facit plenā probationem. Barto. in l.1. §. iidem Cornelio.ff. de quæstio.num.4.

Fama quid sit,quotuplex,vnde proueniat,quid requirat,qualiter probetur, & quomodo testis debeat deponere,& reddere causam sciētiæ,& de materia, vide per Bar.in l.de minore 10.§.plurimum.ff.de quæstio.

Fama in antiquis factis multum operatur, sed factum antiquum de quo tempore dicatur, vide Afflict. decis.83. nume.7.& decisio.277. Franc.Marc.quæst.608.& Capel. Thol. quæst. 380.num.18.in additio.

Per solam famam plenè,& concludenter probatur dominium in antiquis, maximè quando agitur de tempore excedente memoriam hominum. Gasp. Cabal. milleloq. 480. vide Bald.sing.207.

Fama, an, & quādo inducat plenam probationem, maximè in antiquis, vide Dec. consil. 428. volum. 2. Math. Mathes. sing. 2. & Hippol.sing.505.

Fama sępe à veritate discordat, & magis præsumitur pro titulo,quàm pro ipsa.Afflic.deci. 178.num.16.

Opinio generalis in factis antiquis, quando habeatur pro veritate,vt non sit necessaria alia probatio,vide Afflic.decis.277.Et quid in fama, vide Aegid. Bellam.conclusio.64.& 70. Cassad.decis.2.tit.de probatio.

Fama in his,quæ metam humanę memoriæ excedunt, satis probat. Cassad. d.decisio.2. de probatio.num.5.

Fama sola, iunctis aliquibus adminiculis, vbi vertitur difficultas probationis, inducit plenam probationem sufficientem ad condemnandum. Gram.decis.42. num.12. Imò quòd sola fama probet in rebus difficilis probationis, scribit Vera.decisio.49. seu 1. part.3. Quod procedit,quando probatio à communiter accidentibus solet esse difficilis.Pet.de Rauen.sing.950.

Vox publica, & rumor in Patria excusant à dolo,& à calūnia.Guid.Pap.quæst.446.& Franc. Marc.quæst.773.

Probatio famæ,& communis reputatio releuāt ab onere probādæ negatiuæ illum, qui aliàs eam probare tenebatur. Guliel.Cassad.deci. 5.num.8.titu.1.

Fama regulariter nō facit plenam probationē; sed semiplenam.Cassad.deci.1.tit.de probatio.tamen vide ibi.decis.2. Mysing.obser.46. cent.5.Math.Mathes.sing.2.Pet.de Raue. singul.950.& Bar.in l.admonendi 31.num. 46.ff. de iureiurand.

Fama, rumor, communis reputatio, notorium, & manifestum, quando inducantur, & in quibus differãt, vide Cassad.d.decis.3.ti.de ꝑba.

Fama facit plenam probationem in casib. modici præiudicij: idem in Factis antiquis. Cape. Tholos.q.380.nu.14.& in addi.nu.17. Mohed. deci.178.nu.4. & Vera.deci.337.seu 3.part.3.

Impedimenti fama, quæ extabat tempore contractus matrimonij, attenditur, vt proles dicatur legittima. Put.decis.77.lib.2.

Fama probata, quando transferat onus probandi in aduersarium, vide eundem Put.decisio. 138.libro 2.

Fama publica de obitu, quando constituat Ordinarium in negligentia, & deuoluat collationem ad Superiorem, vide Put. decis. 132. 133.& 143.lib.3.

Fama probat Doctoratũ, Nobilitatem, & alias similes qualitates. Vera.deci.6.par.2.seu 1.

Fama publica cum vno teste de veritate, non probat in criminalibus, etiam si de crimine ciuiliter agatur. Vera decis.8. seu 3. part.2. & decis.296.seu 33.part.3. Nisi adsint alia adminicula.ibid.vide Dec.consi.19.num.13.

Vox, vel fama à statuto requisita, quomodo ꝓbetur, vide Borg.Caual.decis.19.de contract. part. 2.

Fama non sufficit ad torturam; sed solùm ad inquisitionem, aut ad carcerem. Crauet.consil. 41.nu.6. & Nat.consi.362. Nisi esset frequens, & vehemens Menoch.de Arbitra.lib.2. casu 261 Sed quę dicatur frequens, & vehemens, arbitrio Iudicis relinquitur. ibi. Menoch. vide infra tit.de indi.

Fama per se sola, quando faciat indicium, vide Bar.consi.191.vol.1.

Fama sæpe fallax, & mendax est; & ideò etiam vbi probatur legitimè. nõ facit plenam probationem, sed de probatione filiationis, quæ fit per famam, vide ꝑ Natt.consi.373.nu.15.

Faciliùs fit inquisitio cõtra Vniuersitatem, quã contra singulares: qa delictũ magnæ Vniuersitatis nõ potest esse nisi notorium, & famosum.gl.in verbo, ab Vniuersitate, in c.4.§.Vasalli. de pac.constan.in vsib. feud.

Quando communis opinio faciat famam, & de intellectu huius dicti, vide per Bart.in l. cùm quidam 30.§.quod.ff.de acquir. hæred.

Fama non probat dominium, sed probationem coadiuuat. Bar.in l.4. C.de probat. vide eundem in l.3.§.eiusdem.ff.de testib.glos. in verbo, famam, in c.testes. §.item 4.q.2. & 4.

Fama inducit iustam causam credendi. Bartol. in d.l.30.§.quod, num.3.

Qualitercunque aliquid sit diuulgatum per famam, seu quasi notorium, nõ sufficit ad probationem, nisi concurrentibus aliis adminiculis.gl.2. in c. ex litteris 32. ex. de iureiur.

Titulum verum non valens probare, potest illũ probare per publicam famam. Bar. in l.atqui 20.§.si cum.ff.de nego.gest.

Contra famã probatio admittitur.c. cùm in tua 27.ext.de sponsal. & matrimo. Et fama nihil operatur, quando veritas probatur in cõtrarium. Bar.in consi.111.vol.1.

Fama sequens tollit famam præcedentem. Bar. in l. sed & si 27. §. de eo aũt. ff. de pet.hære.

Si fama excusat à præsumptione doli, ita & à pœna. Bart.in l.cùm quidam 30.§.quod.ff. de acquir.hæred.

Infirmus, vel absens à Ciuitate qui est, non prę sumiť scire illud, de quo est publica fama in ipsa Ciuitate. Bar.in l.is potest 18.ff. de acqu. hæred.num.17.

Quomodo, & quando mors alicuius probeť ꝑ famam, vide Bar.in l. 2. §. si dubitetur.ff.quẽadmodmodum testamen. aperia. & in suo tracta.testimonio.num.38.

Famam non extare qualiter probeť, vide Bart. in l.2.§.item Labeo.ff.de aqu.plu.arcen.

Præsumitur quis scire id, de quo est fama. Bart. in l. Celsus 27. num. 6.ff.de vsucapio.

Fama excusat à dolo, sed tunc duo requirũtur, de quibus vide in l. 11.§.mulier.ff. ad leg.Iul. de adult.& ibid.Bar.

Fama sola de iure Ciuili non probat, sed de iure Canonico facit, vt vitetur excommunicatus. Bartol.in suo tracta.de differen.int. ius Cano.& Ciuil.num. 30.

De voce, & fama hominis bona, vel mala.

INdicium tollitur ex eo, quòd quis fuerit pronunciatus in actis bonæ vocis, conditionis, & famæ. Ozas. decis. 72. nume.fin. Licèt tale indicium aliàs esset sufficiens ad torturam. Grammat.decis.60.num.12.

In homine multum operãtur bona vita, conditio, & fama. Hippol.sing.608.

Fama bona rei inquisiti, aut accusati, tollit suspitiones contra eum existentes. Craue. cõs. 99.num.fin.& consi.145.in fine. Cassan.in con suetud. Burgund. tit. *Des Iustices, & droicts* §. 2.glos.9.num.16. Nam conditio, vel bona fama multum facit ad excludendam delicti præsumptionem. Craue.consi.244.nu.6.

Dignus ex fama quis præsumitur, & innocens. Bar. in l. 3. in repe. ff. de offic.Præto.nu.22.

Fama bona operatur nouem effectus, de quibus vide per Guid.Pap.q.301.

Fama bona diciť cõtinuata ex origine, & habitui-

tuitudine naturæ, sed mala est accidentalis. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 13. nu. 4. Ideò famæ bonæ magis standum est, quàm malę: & fama posterior primam videtur tollere. Iaco. Put. decis. 2. lib. 3.

Mala fama non probatur, nisi testes dicant se ita audiuisse à maiore parte Populi. Rot. Auenio. deci. 20. nu. 14. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Licèt probetur bona fama in genere, tamen probatio delicti in specie, debet vincere. ibid. d. num. 14.

Fama, ân, & quando faciat indicium ad torturam, vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 17. & infra, tit. de indi.

Qualiter capitulando deducatur aliquem esse bonæ conditionis, & famæ, & contrà non esse, vide Bart. in l. testes 1. nu. 8. C. de testamẽ.

Fama sequens tollit effectum famæ præcedentis. Bart. in l. 27. §. de eo. ff. de petit. hæred.

Manifestum dicitur, quando probantur manifesta indicia ad dolum. Bart. in l. patronus 6. ff. de probatio. & præsumpt.

Fama quid sit, quotuplex, vnde proueniat, & de materia famæ vide p Bart. in l. de minore 10. §. plurimum. ff. de quæstio.

De Officialibus, & officijs in genere.

Officium suum damnosum cuique esse non debet. Ozas. decis. 46. nu. 8. & fin. glo. in l. 26. C. de administ. tut. vel curat. l. constitutionem 63. ff. de furt. Sed quando dictum procedat, vide Menoch. consi. 58. nume. 61. vol. 1. Quo loci distinguit quatuor casus.

Officiali de commissione referenti creditur, vbi Princeps in eodem loco reperitur. Ozas. decisio. 71. nume. 4. Aliàs an Officiali sit credendum, vide Gram. decis. 36. nu. 26. & 28.

Consul, Procurator Fiscalis, Officialis, & Magistratus Curiarum, non habent necesse probare se tales, si negentur tales esse. Guid. Pap. quæst. 259. Nàm Officiali ordinario creditur, licèt non constet de litteris ipsius. Guid. Pap. quæst. 322.

Officialis quādo prohibeatur cōtrahere, & negotiari in sua Prouincia, & quis hac prohibitione contineatur, vide Ozas. decis. 144. nu. 13. Quòd temporalis non possit, perpetuus sic, scribit Rolan. consi. 83. volum. 2. Sed limita, vt ibid. num. 9. & 11. vide Bar. in l. non verò 6. ff. de offic. Proconsul.

Officiales perpetui possunt acquirere bona in loco, vbi officia gerunt. Guid. Pap. quæst. 195. Sed temporales non. Guid. ibid. Contrarium tamen seruatur de consuetudine. Boer. decisio. 317. nume. 13. vide infra, libr. 2. titu. de contract. in genere.

Litteræ Officialis debent interinari intra annũ. Franc. Marc. q. 41.

Officiales vtrum debeant esse annales, vel biẽnales, aut perpetui, vide Capic. decisio. 121. num. 5. Boer. decisio. 149. nume. 4. Ioan. Gal. quæst. 173. in decisio. diuerso. & Vincent. de Franc. decisio. 409. part. 2.

Electus non potest eligi ad idem officium per quinquennium, & ad aliud per triẽnium; sed quando dictum procedat, vide Vincent. de Franc. decis. 264. part. 2. l. 1. C. de Castrentia. lib. 12. tit. C. de munerib. & hono. non continuan. lib. 10. & l. libertus 17. §. pręscriptio. ff. ad municipa. & de incol.

Stante statuto, quòd Officialis debeat mutari de quadriennio in quadriennium, & nõ possit vlterius remanere in officio, poterit ex interuallo ille, qui semel fuit electus, postea adhuc eligi, finito officio alterius post ipsum electi. Craue. consi. 259.

Qui officium aliquod semel impleuit, ad idem admitti potest, nisi in illo malè versatus fuerit. Crauet. consi. 259. num. 3.

Officialis non potest constitui in perpetuum, sed per biennium tantùm, nisi sit de voluntate Populi. Natt. consi. 58. Tom. 1.

Condemnatus in sindicatu, nõ potest amplius ad simile officium aspirare. Math. Mathes. sing. 83. in additio.

Officij continuatione prohibita per statutum, filius non poterit immediatè eligi post mortem patris ad officium paternum. Bartol. in l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. nume. 26. in repetitio.

Conseruatores monetæ, si reperiantur fraudem commisisse, non admittuntur ad aliud officium. Bart. in l. 2. de Palat. Sacra. larg. libr. 12.

Prohibitus ad aliquod officium ex forma statuti, non potest illud assumere sub alio nomine. Barto. in l. 1. C. de priuileg. Schol. lib. 12.

Gratia vtrum expiret per mortem concedentis, antequam vacauerit officium, vide Capic. decis. 121. num. 7.

Officialis delinquẽs in officio, eo priuatur, nec amplius ad illud admittitur, vide ibid. num. 17. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 73. Sed an remotus ab officio, possit habere aliud officium, vide Bart. in l. 2. ff. de Senato.

Officialis committens furta, & baratarias, potest dignitate priuari, & degradari. Capic. d. decis. 121. num. 18.

Officialis delinquentis bona, vel salarium, datur illi officio, in quo fraudem commisit. Capic. ibid. num. 19.

Officialis perpetuus deponi nõ debet, nisi depositionẽ culpa inducat, vt qa deliquerit in officio.ibid.num.20.

Officij priuatio, an inducatur ipso iure, vel per sententiam, vide ibid.nu.21.& 23.

Officialis delinquẽs si aufugiat, habet̃ pro cõfesso; sed qualiter intelligatur conuictus de delicto, vt posit priuari dignitate, vide ibid. Capic.nume.22.

An Princeps, vel inferior de plenitudine potestatis, posit priuare Officialem suum eius officio, quod ab ipso habebat, vide Boer. deci. 149. Quid in Papa, & Imperatore, vide Borg. decis.25.de contract.par.2.

Pecuniam pro officio dans, est de malo lucro, & mala cõscientia suspectus. Boer.d.decis.149. num.3.vide Borg.d.decis.25.num.10. & Bart. in l.2.C.de murileg. lib.11.

Approbatus in vno officio, quãdo posit in eodem, vel simili reprobari, vide Boer.d.decis. 149.nũm.16.17.& 18.

Idem officium possunt duo exercere.ibi. nu.21.

Officium alteri resignatum impetrãs per mortẽ possessoris, an debeat posidere, vel quasi, vide eundem Boer.decis.150.nu.2.3.& 4.

Officialis, qui talis reputatur, licẽt gesta valeãt, tamen nõ ob id priuatur verus possessor suo officio.ibid.num.5.

Ex quo quis deliqꝫt in officio, & fuit condemnatus, non potest redire ad idem officium, ẽt per rescriptum Principis, nisi expresse, & specialiter derogaretur iuribus prohibitoriis; & licẽt quis delinquat extra officium, tamen si per hoc irrogatur infamia, prohibetur exercere officia dignitatem importantia. Franc. Marc.q.390.vide & q.646.

Officia temporalia aliquando sunt perpetua, & nullus officio suo est priuandus. idem Marc. quæst.623.

Officialis in officio delinquens, interdum dum pendet lis, debet ab officio suspendi, & illi administratio interdici. Marc.q.652. Idẽ pendente appellatione. Capel.Thol.q.371.

Officia pecunia quærere vetitum est, sed quid, si tertius pecuniã dederit, vide eundem Marc. q.747. Tamẽ officia omnia hodie in pluribus locis sunt venalia, vt habet̃ ibid.nu. 14. vide Gasp.Cabal.milleloq.982.

Officiales Reales non possunt priuari, vel suspẽdi sine causa; secùs in aliis, nisi habuissent officium ex causa onerosa, vel ex causa recompensationis. vide Papon.libr.quarto, titul.12. arrest.3.

Si statutum prohibeat habentem vnum officiũ aliud acceptare, acceptãs carebit officio acceptato, & priuabĩt beneficiis, & salario primi. Ludo.Roma.sing.393.

Ambitiosus, qui per obreptionem officium impetrat, est deponendus. l.vnic. C. ad legem Iul. de ambi.

Vniuersitas creans Officialem in ciuilibus, & criminalib. debet desolari, & homines angarij in perpetuum haberi. Capic.decis.130. num.23.& 31.

Magistratuum creatio est de Regalibus ad Principem spectantibus. Capic.ibid.num. 26.

Confiscare omnia bona, quib. Iudicibus liceat, vide ibid.num.40.& 41.

Princeps concedendo potestatem generalem, vel specialem Officiali, quam potestatem dicatur concessisse, vide ibid.num.44.

Conatus solus, seu tractatus de occidendo Potestatem, vel alium Officialem, punitur crimine læsæ Maiestatis.ibi.nu.47.

Officialis inuasus debet protegi à præsentibus, aliàs præsentes puniuntur. idem Capic.d.decis 130.num.66.& 69.

Officium finitur, finito Rectoratu concedentis officium. Capic.decis.136.nu.4.& 6.

Electus inhabilis ad officium, vel Magistratum, si illum exerceat, incidit in læsam Maiestatem; sed dictum limitatur per eundem Capic.decis.178.

Magistratus officium propriã auctoritate sibi falsò assumens, & exercens, qua pœna puniatur, vide Gdid.Pap.q.427. Cape.Thol.q. 402. & Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.320. Et quid in Notario, vide ibidem. Et exercens officiũ in alieno territorio, qua pœna puniatur, vide Marc.q.427.& seq.

In officio obtinendo, requiruntur designatio, acceptatio, & exercitium, & Officiales iurare debent, sed qualiter, vide per Boer.decis. 149.nu.6.9.& 10. De ipso iuramento, & quòd ante illud præstitum nõ posint officium exercere, scribit Franc.Marc. q. 264. vide infra tit. de iuramẽto, quod præsta.ab his, qui adminis.suscip.

Substitutus in absentis locum perseuerat, illo mortuo. Boer.d.decis.149.nu.13.

Officium nemo litigantium super ipso exercere debet, lite pendente. Boer.decis.150.

Officium obtinet secundò impetrans, qui prius habuit litteras, & possessionem. Boer. d.decis.150.num.6.

Receptio ad officium est duplex, nempe facti, & iuris, sed quando quis dicatur adeptus nomen officij, vide ibid.num.8. Quid in possessione, seu quasi, num.9.

Posidens officium sine titulo Superioris, non potest habere bonam fidem; sed qualiter vacationis modus exprimendus sit in impetratione, vide ibid.num.10.

Salarij perceptio, nõ facit quẽ Officialẽ: & falsi

accu-

comprehendit offendentes ex causa præcedentis officij eos, qui finito officio, sunt in sindicatu, vel componunt sarcinulas. idem de Fran.decis.403.part.2.

Appellatione Officialiũ, an veniãt etiã Actuarij actorum, & seruiẽtes Curiarum, vide eundem, decis.407.

Officialis creatus per annum, nõ potest (etiam de cõsensu Baronis) infra annum recedere. idem, decis.409.

Electus si non exercuerit officium per integrũ annum facto tertij, tempus nõ suppletur de anno sequenti; sed ad interesse contra tertiũ impedientem datur actio. Vincen.de Franc. decis.419.part.2.

Probatio, quòd Officialis Regis post acceptum officium diues effectus sit, non concludit acquisitiones fuisse factas ex pecunia Regis, seu ex donis litigantium. Alex.Raud.tract.de Analog.cap.30.nu.292.

Inferior non potest se intromittere ad id, de quo iam cępit tractare Superior; esset enim absurdum, quòd inferior posset rescindere factum Superioris. Craue.consi.137.nu.8. vide eundem, consi.148.

Interdicũtur vni Castellano duo officia, & etiã vnum in loco sui patrimonij, seu originis, de qua prohibitione in hac Patria Pedemon. habemus decretum antiquum, tit. de Castella. lib.2. vide D.Sol. in suis comment. super ipso decreto, glo.2.fol.2.

Demãdato officio Castellaniæ, intelligitur mãdatum exercitium iurisdictionis cum salario, & honoribus consuetis. idem D. Sol. ibid. gloss.1.fol.1.

Prohibentur qui officium iurisdictionis exercent, esse conductores emolumẽtorum eiusdem officij. ibid. num.7.

Iuramẽtum in ingressu officij, in cuius manibus præstandum sit, maximè in terris infeudatis, vide ibid. num.10.

In eodem loco duo Iusdicentes constitui non debẽt, si subditi sunt inter Dominos indiuisi; sed ipsis dissentiẽtibus, quomodo succurratur, vide eundem, ibid. d. glo.2.

Domini per se officium Iusdicentis in suis locis, vbi iurisdictione potiuntur, non prohibẽtur exercere. ibid. num.3. Etiam vbi sunt plures cõsortes, vide Perillu. D.P.Tess. decis.268.

De pęna exercentis iurisdictionem in loco suæ originis, vel domicilij, aut contrahentes cũ subditis, seu personis, vbi quis iurisdictionẽ habet, vide p D.Sol. in constit. antiq. Sabaudiæ, glo.3. tit. de Castella. fol.3.

Castellani officium, non obstante cõsuetudine contraria (etiã in terris Vasallorũ) Princeps terminare potest ad biennium. idem, gl.3. ibi.

De potestate, & auctoritate omnium Iudicum maiorum, & inferiorum. vide p eundẽ, ibi. gl. vlti. super decreto, ad maiorem, tit. de fals.

De diuersis officiis in Patria hac Pedemõtana vide in antiq. cõstit. Sabaudiæ, li.2. & in nouo decreto criminali, scripsi in meo repertorio consiliorũ fol.5. & in repertorio Bart. eo. fol.

Magistratus vendi non debent, ne emptores Iustitiam deinde vendant. Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.488 nu.4.

De rationibus, quare officia ante vacationẽ peti non debeant, vide per Rebuff. in constitutio. Reg. Tom.2. tract. vt beneficia ante vacationem, in principio, & tracta. de sala. taxa. nume.11. Tom.3.

Vni personæ duo non committuntur officia. c. 2. distinct.89.

Quod dicitur quẽ prohiberi duo officia habere, intelligitur, quãdo illa in exercitio cõcurrunt eodem tempore. Dec. cõnsi.40. Et vbi sunt incompatibilia. idem, consi.641. Vel si ambo haberent publicum salarium. Bart. in l. placet in repet. num.20. C. de Sacrosanct Eccles. Aliàs duo officia haberi possunt ab eodem. Natt. consi.51. nu.7.

Quis ad duo officia penitus diuersa, deputari nõ potest. Bar. in l.13. C. de proxi. Sacr. scri. vide eundem in l.10. C. de præpo. labo. & in l.1. C. de præpos. agent. lib.11. Minus ad duo repugnantia. Bart. in suis quæstio. q.14. Secùs si nõ sunt repugnãtia. l.3. ff. de adopt. & emãci.

Quis ex necessitate potest accipere duo officia simul & semel; sed non tria. Bart. in l.6. C. de executo. & exact. lib.12.

Secũdum officium excludit primum, qñ officia se non cõpatiuntur. Abb. cõsi.62. par.2. nu.16.

Constitutus specialiter ad certum actum an sit constitutus priuatiuè ad Officialem generalem, vide Dec. consi.664. Vbi concludit pro affirmatiua.

Semel approbatus, reprobari non potest. Dec. consi.665.

Dominus loci non tenetur confirmare electũ per homines dicti loci habentes facultatem eligendi Potestatem, quãdo electus propter eius imperitiam notoriè non sit idoneus iuri reddendo. Natt. consi.244.

Minor Magistratus, si non potest suum officium exercere, poterit maiorem Magistratum inuocare. Barth. de Capu. sing.12.

Quis nõ potest renunciare officio sibi cõcesso, nisi in manibus Superioris concedentis. Ludo. Roma. sing.352.

Industria viri, si sit electa, quis non potest seruire per substitutum: fallit aliquibus in casibus, de quibus vide per Ludo. Roma. sing.670.

Magistratus etiã minimus est maior in suo territorio

ritorio quocunq; alio. Pet. de Raue. sing. 298.

Licèt aliquis habeatur, & reputetur pro publico Officiali, & re vera non sit, quia non fuit legitimè ordinatus, tñ oĩa acta, & agitata p eum erunt nullius momenti. Anto. Corset. in suis singularib. litera E. sing. error cõmunis.

Officium, seu potestas collata alicui in certo loco ex priuilegio, exerceri in alio loco non potest. idem, litera O. sing. officium 2.

Subrogatus loco Iudicis absfuturi ad tempus, si ipse ex forma statuti nõ posset esse Iudex, gesta per eum non valerent. Hippol. sing. 553.

Officiali Principis venienti cum litteris, est obediendum. Bart. in l. 5. C. de iure Fisci. lib. 10.

Qui valetudine corporis officium implere nõ potuit, vtitur priuilegio illius officij, ac si officium impleuisset. Bart. in l. 4. C. de Princip. agent. lib. 12.

In creatione Officialis, mos antiquus seruari debet. Bart. in l. 7. C. de numera. lib. 12.

Officialibus mutatis, nõ mutatur officium. Bart. in l. 10. ff. offic. Proconsul.

Plures Officiales simpliciter constituti, quando videantur insolidum constituti, vide Bart. in l. 1. §. si plures. ff. de exercito. act.

Princeps eligendo scienter indignum, videtur cum eo dispensare. Bart. in l. quidam 57. ff. de re iudi. Et electus ab eo, præsumitur dignus. l. 2. C. de crimin. sacril.

Vide etiam de materia, & de officiis Iudic. ordinariorum infra titu. de offic. & potestat. Iusdicent. ordina.

De Senatoribus, & eorum officio.

Senatores pars corporis Principis sunt; nam Princeps inter Senatores connumeratur. Ozas. in proœmio suarum. decis.

Senatorum munus esse debet, pauperis personam non considerare, nec potentis vultum honorare, iustè, ac omni tempore proximo suo Ciui, seu peregrino iudicare, paruum æquè, ac magnũ audire, & nullã penitus personarum acceptionem habere. Ozas. ibid. num. 4.

Senatores quare constituantur, vide ibid. nu. 7.

Senatores in conuentu Senatus publico, siue priuato à fabulis, vocibus tumultuarijs, ac obstinatis discrepationibus, abstinere debent. ibid. num. 8.

Senatores quo ordine vota proferre, quiuè incipere debeant, ibid. num. 11.

An Senatus secundum conscientiam non resultantem ex actis, iudicare possit, vide Ozas. decis. 1. num. 43.

Electus Senator, qui tempore electionis erat in alio officio, & deinde post multos menses iurauit, non debet præcedere alium, qui medio tempore ingressus est dictum Ordinem. Natt. consi. 351.

Quis dicatur Præfectus Prætorio, vide Guid. Pap. quæst. 50. num. fin.

Collaterales Principis, parificãtur Principi quo ad pęnã offendẽtiũ eos, nisi fiat occisio causa inimicitiæ. Capic. decis. 130. nu. 11. & 15.

Præfecti Pętorio quam potestatem habeant in Prouinciis sibi deputatis, vide ibid. nu. 45.

Pręfecti Prætorio (vt sunt Senatores) habentes immediatè potestatem à Principe, supra ius constituti sunt. Capel. Thol. q. 480.

Pater, & filius in vno Senatu Senatores esse possunt. Fran. Marc. q. 629. Sed de facultate pręsidẽdi in aliquo Cõsistorio vide eũdẽ q. 809.

In iudicando maior pars trahit ad se minorem; sed quid obseruetur apud Gallos, vide in lib. placit. Curiæ, lib. 11. de iudi. titu. 4. cap. 20. in decisio. diuersor.

De officio, & qualitate Cãcellarij, Consiliariorum, & Collateralium, vide in antiq. constitu. Sabaudiæ lib. 2. & de aliis officiis ibid.

Collateralibus interdicitur aduocatio, & iudicatura per decretum antiq. vt ibid.

Receptio pensionum, & munerũ omnibus Consiliariis interdicitur, vide ibid.

De officio, & potestate Iusdicentis ordinarij.

Iudices post delicta perpetrata, non debent partes concordare; sed punire. Ozas. decis. 15. nu. fin.

Officium Iudicis detinentibus tantum (veluti conductoribus, & similibus) competit ad recuperandam tenutam rei detentæ. idem, decis. 40. nu. 4.

Ipsum officium etiam competit non habẽtibus ius in re, nec possidentibus tanquam destitutis omni actione de iure cõi. ibid. nu. 7.

Destituto exceptione, debet subueniri officio Iudicis, si æquum visum fuerit. Guid. Pap. q. 292. Idem vbicunque deficit actio, & ęquitas inde resultat. Guid. q. 362.

In quatuor casibus destituto actione, subuenitur per officium Iudicis. vide Pet. de Rauen. singul. 762.

Iudicis officium potest implorari pro aliqua re, quam quis prætendit ad se pertinere, vt sibi restituatur; & non est necesse probare rem petitam ad actorem pertinere iure dominij, vel quasi, sed sufficit, ꝙ probet se talem rem ante occupationem de eadem factã, posse-disse: ideò exoleuit praxis, ꝙ in fine libellorũ poni

poni consueuit illa clausula, aliàs debitam Iustitiam, &c. Guid. ibid.

Iudicis officium non impartitur, nisi parte petente. Aegid. Bellam. conclusio. 714. num. fin. Sed quando dictum limitetur, vide Hartma. cap. 1. tit. de iudi.

De officio Iudicis vide fusè per Ias. de actio. in §. superest, nu. 64. & seqq. & in §. præterea.

Renunciatio in his, quę Iudex ex officio facere potest, est inualida. Afflict. decis. 121. nu. fin.

Iudex gratificandi potestatem in quibus habeat, vide eundem, decis. 244.

Officialis si cōmittat alteri causas criminales, punitur omnibus bonis, & officio in Regno Neapolitano. Capic. decis. 130. nu. 22. & 29.

Iudex potest ex iusta causa pęnam statutorū augere, vel minuere, non obstante iuramēto super statutis præstito. Guid. Pap. q. 216. vide tamen Mysing. obser. 54. cent. 2. & D. Sol. in suis comment. glo. vlti. super decreto, ad maiorem; tit. de fals. fol. 176. Natt. cons. 32. Tom. 1. Vbi quid, quando Iudex iurauit seruare leges, vide etiam Ioan. de Arno. sing. 8. & Dec. in Rub. C. qui admitt.

An Iudex, vt Notarius possit scribere acta, quæ fiunt coram se, vt ipse sit Iudex, & Notarius, vide eundum Guid. q. 564. Iaff. Lanf. Balb. decis. 215. D. Sol. in constitu. antiq. Sabaudię, tit. de Castellan. fol. 1. & Bart. in l. 14. §. si sanè. C. de Sacrosanct. Eccles. nu. 13.

Iudex, qui retinet processum loco pignoris, tenetur parti ad interesse, si processum amiserit. Boer. decis. 15.

Ordinarius in omnibus causis tam ordinariis, quàm delegatis, tam in cognoscendo, quàm in exequēdo, cogitur habere Notarium, seu Secretarium Curiæ à Superiore deputatum, nec potest alium sibi adhibere. Boer. decis. 258. vide tamē Fran. Marc. q. 623. & Papo. lib. 6. tit. 6. arrest. 2. & 3.

Iudex non debet participare lucrum cum Notario. Boer. d. decis. 258. nu. 12.

Iudex nullus potest procedere in causa, nisi primò receptis litteris suæ potestatis. Aegi. Bellam. conclusio. 110. nu. 13.

Simulare, terere, & reum allicere eruendæ veritatis causa Iudici licet: ideò Iudex, qui delicti veniam delinquenti, si veritatem fatetetur, promisit, ex tali confessione delinquētem condemnare potest de iure; secùs in foro conscientiæ. Franc. Marc. q. 516. part. 1. & quæst. 68. part. 2.

Iudex, qui subdito securitatem dedit, vt iudicio sisteret, si homicidij, vel alio crimine reus inueniatur, an, & quando Iudex in eum animaduertere possit, vide Marc. d. q. 516. nu. 6.

Aetas q̄ requiratur in Iudice, vide Marc. q. 628.

Potestas terrarum maioris est iurisdictionis, quàm eius Assessor: & Potestas ad instar Præsidis dicitur. Marc. q. 640.

Potestas Concilium conuocare potest, & illo cōgregato, quid agēdum proponere. Marc. ibi.

Potestas illitteratus esse potest, dummodo habeat Assessorem: & sibi tribunal eligere potest. Marc. d. q. 640. vide Menoch. de Arbitra. Iudic. q. 23. Bart. in l. 6. C. de Decurion. lib. 11. Sed tunc qualiter debeat formare suam sententiam, vide eundem Bart. in §. 1. Authen. de Iudicib.

Potestas functus officio per dies quinquaginta (vt sindicetur) in loco sui finiti officij, stare tenetur. idem Marc. q. 641.

Iudicis, & Aduocati qui officio functus est, præuaricator, & calumniator est: quia hæc duo officia sunt incompatibilia. Marc. quæst. 696. part. 1. vide q. 915. par. 2. l. fin. C. de Assessorib. & l. 6. C. de postul.

Electus in Potestatem alicuius Ciuitatis, censetur etiam in territorij Potestatem electus. idem q. 809. part. 1.

Iudex quilibet in suo territorio secundum casus exigentiam, ne blada extra territorium portētur, statuere, & prohibere potest. Marc. quæst. 236. part. 2.

Iudices in concernentibus eorum officium, & pro tempore officij, statuta cōdere possunt. Marc. q. 794. part. 2.

Iudices deputati ad ius reddendum, non possunt derogare legi, vel condere statuta contra ius commune. Boer. consi. 8. nu. fin.

Solent Officiales in principio officij facere bāna, & generales inquisitiones complectēdo varia, & diuersa crimina, sed an hęc banna valeant, dum alteratur ius commune, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. & peruenitur aliquando, &c. num. 31. fol. 272. Quid de statutis per ipsos factis, vide Barto. in l. 1. ff. Quod quisque iuris.

Iudex, cui potētia deest, vt malefactores in vincula detrudat, Populū cum armis coadunare potest. Marc. q. 576. part. 2.

Iudex potest sępius deliberare, & ex variis opinionibus, alteram præeligere. DD. de Rota, decis. 55. aliàs 774. tit. de rescript. in antiq.

Iudex firmiter animum ad Iustitiam faciēdam habere debet, non obstantibus Magnatum precibus. DD. de Rot. ibid. deci. 56. aliàs 820.

An Iudici deponenti in præiudicium alterius partis de gestis à se, vel coram se, sit credendum, vide Put. decisio. 185. lib. 1. & Crauet. consi. 265. num. 3.

Iudices non debent capere munera, quia dona excęcant oculos, nisi forsan exculentum, & poculentum mera liberalitate oblatum,

quod

quod paucis diebus consumi possit. Gasp. Cabal. milleloq. 981. vide Papon. lib. 6. titu. 2. arrest. 12. & Bart. in l. 7. ff. ad leg. Iul. repet.

Iudici non licet capere pecunias, nisi quando aliunde non habet stipendia, tunc enim accipere licet aliquid pro labore. idem Cabal. milleloq. 982.

Receptio pensionum, & munerum omnibus Iudicibus interdicitur in Patria hac Pedemon. vt habetur in constitutio. antiq. Sabaudię lib. 2. tit. receptio pensionum, &c.

Iudices non debent capere munera: & vendere Iustitiam grauius est, quàm vendere beneficia, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de salar. taxa. glo. 1. nu. 4. Tom. 3.

Iudicibus debetur reuerentia propter bonũ Publicum. Papon. lib. 6. tit. 2. arrest. 1.

Iudex non potest esse firmarius redituum loci, vbi iudicat. idem Papo. arrest. 20. d. lib. 6. tit. 2.

Iudex non potest partes litigantes ad concordiam compellere, nec ad faciendam pacem, nisi lis, vel inimicitia eorum esset scandalosa. Hartma. cap. 4. tit. de Iudi. lib. 2.

Iudex propter peccata nescit causam dubiam soluere. Crauet. consi. 15.

Iudex ex officio potest examinare testes, publicatis attestationib. Craue. consi. 134.

Iudex votum animi sui declarare nõ debet ante sententiam, imò ex hoc vti suspectus recusari potest. Craue. consi. 134.

Iudex licèt multa facere possit, tamen ad illa cõpelli nequit. Ias. de actio. in §. pterea, nu. 9.

Baiului, & Castellani in hac Patria ex causa locumtenentes sibi substituere possunt, vt habetur in decreto antiq. Sabaudiæ, Blanchæ, lib. 2. Quod illis permittitur etiam de iure cõmuni, vide Bart. in l. 4. ff. de offic. Proconsul.

Aduocati, & Procuratores calumniosi possunt per Iudicem inquiri, & interdici, ne postulẽt. Maran. in suo Spec. part. 6. tit. & peruenitur aliquando, &c. nu. 182. fol. 297.

Iudex etiam in arbitrariis causis, sententiã ferre cogitur. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 41.

Iudex arbitrium habens non potest sine causa aliquem suo loco amouere, & officio. idem, ibid. quæst. 55.

Iudici asserenti ex arbitrio sibi dato fecisse aliquid, an credendum sit, vide eundem. q. 76.

Iudex pęnam remittere, mutare, vel minuere, an, & quando possit, vide Menoch. de Arbitra. quæst. 96.

Qui iuridicundo præsunt duo sales habere debent, scientiæ vnum, ne insipidi sint, consciẽtiæ alterum, ne sint diabolici, & hoc ad culpam Iudici tribuitur, qui munus suis viribus impar aggredi minimè debuit: est enim scriptum in Sacris scripturis, noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 339.

Magistratus solùm potest mulctare cõtumacęs, & inobedientes, eos etiam personaliter capiendo. Ludo. Roma. sing. 56.

Potestas debet (ẽt vltra tẽpus sui officij) exercere iurisdictionem, quousque successor in officio veniat, & pro hoc reliquo tẽpore debet habere consuetum salarium. idem Roma. sing. 395.

Omnis accessio etiam in contractu bonæfidei videtur venire officio Iudicis ex mora, & nõ iure actionis: sed est differentia inter officiũ Iudicis, quod ex contractu bonæfidei datur, & id, quod cõpetit in stricti iuris arbitrariis: quia primo casu, implorato officio Iudicis, omnino habet necesse Iudex illud impartiri: secundo, cùm procedat ex mero officio suo, posset & illud denegare. Math. Mathes. sin. 90. in additio.

De officio Iudicis vide per Henric. Boer. in suis singularibus, tit. Iudicis officium.

Si pars sit adeò pauper, vt non habeat vnde se possit defendere, Iudex debet illi prouiderẽ de Aduocato, & Procuratore gratis. Guid. Pap. sing. 573.

Licèt statuto caueatur, ꝙ Potestas non possit confirmari in officio, tamen eius familia poterit reformari. Fran. Cremen. sing. 63.

Iudex potest capere animal priuati ad portandum condemnatum ad furcas. Bart. in l. 10. C. de Sacrosanct. Eccles.

Officialis quando non est potens, debet auxilium Potentioris implorare. Barto. in l. si quis 10. C. de Episco. & Cleri.

Iudex in his, quæ committuntur eius arbitrio, debet æquitatem seruare; sed in his, quæ scripta sunt, legis decisionem. idem Barto. in l. 1. C. de legib.

Interpretationem legis necessariam (non tamẽ generalem licèt in scriptis redigatur) facit quilibet Iudex procedendo de similibus ad similia. Bart. ibid. nu. 7.

Officiũ Iudicis quotuplex sit, & ꝙ illud nõ prę supponat obligationem, vide per Bart. in l. 4. C. depositi.

Iudex successor potest expedire, non expedita per antecessorem. Bart. in l. consentaneum 8. C. quomodo, & quando Iudex, nu. 4.

Iudicem aliquẽ esse multa impediunt, de quibus vide per gloss. in cap. cùm vigesimum 41. ex. de offic. & potesta. Iudi. deleg.

Processus qñ fit sine scriptis, credit̃ simplici Iudicis informationi. Bart. in authen. nisi breuiores, C. de sentent. ex breuiloq. recitan.

Iudex debet iudicare secundũ allegata,& probata, non secundum conscientiam. gloss. in cap.1.ex.de offic.Iudic. ordina. & l.6.§.veritas.ff.de offic.Præsid.

Iudex ratione amicitiæ potest remittere pęnã. c.3.& ibid.glo.ex.de offic.Lega.

Iudex non potest pronunciare de eo, quod nõ est petitum.Barto.in l.cùm Papinianus 14.C. de senten. & interlo.omn.Iudi.

Cùm imploratur officiũ nobile,fit litis cõtestatio;secùs in mercenario.c.si.ex. de offi.Iudic.

Quę ante litem contestatã contingunt,nõ spectant ad officium Iudicis, nisi expressè in libello petantur.glo.ibid.

Iudici super processu causæ non creditur, nisi quatenus per legitima documenta constiterit.c.quoniam 11.ex.de probatio.

Iudex ob nimiam seueritatem, potest ab officio remoueri.Bar.in l.1.ff.de his,qui sunt sui, vel alieni iur.nu.4.

Iudici ordinario subditus nihil potest opponere,ex quo est in pacifica quasi possessione iurisdictionis Superioris auctoritate. Bart.in l. Barbarius.ff.de offic.Pręto.in repe.nu.7.vide Inno.in c.cùm super, ex.de offic.Deleg.

Iudex exercet officium suum, licèt non petatur. Bart.in l.9. §. obseruare.ff.de offic. Proconsul.Sed quando,vide eundem in l.1.ff.de iurisdict. omn.Iudic. & in suis quæstio.quæst. 14.nume.12.

Potestate defuncto ante finẽ anni, totum salarium debetur illius hæredibus: & salarium illius tẽporis, quo seruiuit Iudex remotus ab officio sua culpa,ad ipsum spectat. Bart. in l. 4.ff.de offic.Assesso.

Iurisdictio,& officium Iudicis,quando æquiparentur,quid in actione, & de differentiis,vide per eundem Bart. in l.1. num.9.ff.de iurisdictio.omn.Iudic.

Officium Iudicis triplex est, nobile, mercenarium,& aduersarium.Bart.ibid.nu.12.

Iudicis consensus vbi requiritur, in dubio intelligitur,causa cognita. Barto.in l.10.§. Prætor. ff.de in ius vocan.

Quando habet locum actio,cessat officium Iudicis.Bart.in l.quædam 9.ff.de eden.

Iudex non potest cogere partem ad transigendum, neque compromittendum, minus ad pacem faciendam, nisi pro quiete Publica. idem, in l. furti 6. §. qui iussu. ff. de his, qui notan. infam.

Imperator facit æquitatem nõ scriptam; Iudex inferior scriptã tãtùm.Bart.in l.vbicũque 22. in repet.nu.10.ff.de interrog.actio.

Iudicis officium in actionibus bonæ fidei protenditur vltra personam actoris, & rei.idem in l.bona fides 31.ff.depositi.

Eligẽs aliquem ad officium, præsumitur illũ habere notum.Bart.in l.4.ff.de confirm.tuto.

Potestas quando possit impediri per Rectores Ciuitatis de eo, quod facit,vel reseruari debeat tempore sindicatus, vide eundem Bar.in l.si tutor 17.ff.de aucto. & cõsen.tuto.

Iudex non debet habere consilium cum Aduocatis,vt illis credat;sed collationem sic. Bar. in l.3.ff.de his,quæ in testamen.debent.

Pecuniam qui dat,vt habeat officium, vel beneficium, dicitur habere officium titulo lucratiuo: quia malè dat. Bart. in l. licet 2. ff. si quis omissa causa.

Fideiussor an possit esse Iudex in causa Reipublic.vide Bar.in l.si cui 51.§.Titio,de leg.1.

Iudex punitur,si officium non exercuerit petẽti illud, sed quando teneatur impartiri officium suum non petenti, vide Barto.in l.dies cautionis.§.hoc autem.ff.de dam.infec.

Factum à Iudice ex suo officio,parte non petente, quando valeat, & an hoc casu Iudex possit exercere officium mercenarium,vide Bart.ibid.num.3.

Potestas,qui habet facultatem absolutam,& liberum arbitrium,nullamq; iuris solemnitatẽ seruare tenetur,qualiter debeat procedere, & iudicare,vide Bar.ĩ l.filiusfa.7.ff.de donat.

Iudex quando possit minuere,vel augere dilationem,vide Bart.in l.qui pro 2. ff.de re iudi. Etiam in dilatione data à lege, ibi.

Iudex quando possit inquirere de delicto ex officio,vide eundem, in l.2.§.si publico.ff.ad leg.Iul.de adult.

Iudicare quis cogitur, & Notarius recipere instrumẽta.idẽ Bar.in l.18.ff.de muner.& hono.

Qui cępit audire causam,eã cogitur finire. Bar. in l.13.§.fin.ff.de vacatio.& excusat.muner.

Iudex à quo, si successerit in locum Iudicis ad quem,non cognoscet in causa, super qua iudicauerat.Bar.in §.1. Authen.vt Clerici apud proprios Episco.nu.6.

Habens officiũ, si gerat aliquid super re ad officium spectante, videtur illud contemplatione sui officij facere. Bar.q.5.nu.6.

Officium Iudicis in contingentibus post litem contestatam multum operatur,& Iudex omnibus modis laborare debet pro veritate inquirenda.Bar.q.14.nu.13.& fin.

Iudex potest esse æquus,& non æquus, & sic datur medium inter iniquum, & æquum. idem Barto.quæst.19.

Dispositio quando concipitur nomine dignitatis, semper successor cognoscit. Abb. consil. 93. part. 1.

Corrigendum est,quod illicitè admittitur, aut à prædecessoribus admissum inuenitur. cap. quod quis 39. quæst.9.

Iudex

Iudex non debet recedere à iure scripto, propter æquitatem non scriptam, nisi auctoritate Principis, ad quē hoc ptinet. l. 1. C. de legib.
Punitur Iudex, qui audiuit allegationes contra rescripta Principis. l. 2. C. de legib.
Iudex ex officio suo allegare potest in iure; non in facto. l. vnic. C. vt quæ desunt Aduo. part. iud. suppl.
Propter valetudinem, negligentiam, & furtum, Iudices possunt remoueri ab officio. l. 3. C. de offic. Præfec. Præto. Orien.
Officium Iudicis est genus generalissimum cōtinens omnia, quæ potest experiri ipse Iudex. l. 1. ff. de iurisdic. omn. Iudi.
Iudex debet iudicare non solùm secundum leges, sed etiam secundum consuetudinem Patriæ, & contrà iudicando facit litem suam. authen. iubemus. C. de iudi.
Hæredes coguntur exequi voluntatem defuncti officio Iudicis; non iure actionis, quando nō extat, cui ea cōpetat. l. militis 5. C. de Religio. & sump. fune.
Qui corrumpit Iudicem, vel Aduocatum, litem perdere debet. l. 1. §. sed ff. de calumnia.
Cęcus iudicandi officio fungi potest. l. cęcus 6. ff. de iudic.
Quando est contentio inter duos de possessione, Iudex potest prohibere vtrique parti ingressum, ne veniāt ad arma, vel rixas. l. ęquissimum 17. ff. de vsufructu.
Quando expedit Iudex debet personaliter accedere ad locū, & credit Iudici in eo, quod videt. l. 8. §. ad officium. ff. fin. regu.
Iudex disponere nō potest vltra id, quod in iudicium deductū est: quia vltrà eius potestas non extenditur. l. vt fundus 18. C. cōmu. diui.
Ratione cōtumacię alicuius, potest Iudex deuenire ad deuastationem ædium contumacis. arg. l. si is cum 20. ff. eod.
Iudex potest terminum prȩfigere ad agendum. l. diffamari 5. C. de ingen. manu.
Quicquid Iudicis potestati committitur, necessitati non subiicitur. l. 1. C. quomodo, & quando Iudex.
Iudex omnes cauilationes debet amouere, & venire ad rem, de qua agitur: ideò nō debet pati, quòd per cauilationes causa protrahatur. l. tua nobis 28. C. ad leg. Iul. de adult.
Post iudicium acceptatum, tota causa ad Iudicis officium pertinet, etiam pro fructibus, & interesse: Iudici enim statim atque Iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur; ea autem, quę ante iudicium contingunt, non valdè ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta. l. 25. §. item sciendum. ff. de edil. edict.
Omnis (etiam qui fungitur officio suo, vt est Iudex) cognoscens in causa falsi testamenti, priuatur omni commodo sibi relicto in eo: tamē Aduocatus fisci (propter officij necessitatem) impugnans testamētum, excusatur. l. 5. §. quidā ff. de in his, quib. vt indig. leg. aufe.
Hodie licet illi, qui extra ordinem de crimine cognoscit, quam vult sententiam ferre, vel grauiorem, aut leuiorem, ita tamē, vt in vtroque modo rationem non excedat. l. hodie 13. ff. de pęni.
Triplex est officium Iudicis: primum, quod obtinet actionis vicem, & per illud petuntur salarium Aduocatorum, & restitutiones maiorum, & minorum: secundum, quod bonę fidei actionibus inhæret, & iure actionis venit: tertium, quod inhęret actionibus arbitrariis stricti iuris, & hoc ex solo motu Iudicis descēdit, vt quasi liberum sit ei hoc pręstare, sed in actionibus bonę fidei astringitur illud impartiri. gl. fin. in §. prętærea, Institu. de actio.
Deputatus ad vnum officium, non debet tractare ea, quæ ad sui Collegæ officium pertinēt. l. 2. C. de executor. & exacto.
Iudicandi munus necessarium est: fallit in peritis in arte, qui non possunt compelli. Hippol. sing. 127.
Iudex non debet esse clementior lege, licèt ex causa possit minuere, vel augere pęnā. Hippol. sing. 182.

De officio Locumtenentis.

Locumtenēs potest expedire ea, quę sunt merij Imperij de iure Canonico (quod seruatur de cōsuetudine) secùs de iure Ciuili. Gui. Pap. q. 624.
Delegatus à Principe, vel ad vniuersitatem causarum, si sententiam nullam tulerit, an denuo iudicet, vide Boer. decis. 6.
Locumtenens particularis, qn̄ exerceat actus Officiali cōmissos, vide Boer. decis. 151. nu. 4.
Locumtenens creatus à Iudice loci, nō pręfert creato à Dn̄o, sed bene cōtrà. idē, decis. 152.
Locumtenēns nō potest facere alium Locumtenentem; tamen maior Iudex potest creare Iudicem pedaneum. Boer. ibid.
Vicarius Potestatis, vel alterius Officialis principalis, potest oīa, quę potest ipse principalis Officialis, præter mortis illationē, seu pęnam sanguinis: nam talis pęna nō intelligitur ipsi Vicario demandata. Iaff. Lanf. Balb. decis. 59. & Bart. in §. ad hæc, Authen. de collato.
Vicarius, seu Locūtenēs an dicatur Ordinarius, vel Delegatus, qn̄ possit constitui, & à quibus, vide Maran. de ordine iudi. par. 4. distin. 5. titu. an sit iudic. ciuil. vel crimin. nume. 5. Et quam potestatem habeat, ibid. num. 20.

De officio Assessoris.

Magistratus eligit Assessorẽ, & cuius peritiæ esse debeat, relinquitur arbitrio Iudicis; sed quãdo Prętor excusetur ex Assessoris persona, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 253.

Assessores iuris Doctores esse debẽt. Meno. ibi.

Assessori Iudicis arbitrio salarium esse præstandum, scribit idem Menoch. ibid. cas. 254.

Quando Assessor Potestatis teneatur de consilio, vide Dec. consi. 8.

In officio Assessoriæ, si quid malè factũ, vel neglectum reperitur, istud imperitia Assessoris esse præsumitur; & non facto Potestatis, nisi contrarium probetur. Ludo. Roma. sing. 289.

Qualiter Assessor debeat pronũciare, & quæ sit eius potestas, quando illi committitur causa, vide per Bart. in l. 1. C. de relation.

Auditores Principis, & Sũmi Pontificis, dicũtur habere iurisdictionẽ ordinariã: idẽ de Assessore Potestatis, & Capitanei secundũ statuta terrarum, licèt de iure cõmuni aliud sit. Bart. in l. præcipimus 32. §. quod si. C. de appellat.

Assessor qñ cõsulit Iudici, duo præcipuè debet facere: primò, scribere responsum, aut illi saltẽ subscribere manu propria: secundò, debet illud remittere Iudici clausum, & sigillatũ. vide DD. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig.

Assessor remotus ab officio in medio officij sua culpa, debet habere salarium pro tempore, quo seruiuit, & culpam non commisit. Bart. in l. Męuia 13. ff. de annu. lega.

Quando causa committitur consulenda, & in similibus, cuius expensis committatur, vide Barto. in l. si postulauerit 27. ff. ad leg. Iul. de adult.

Consultor assumptus, vt consultet de iure, non potest nouas probationes, seu instrumenta recipere. Bart. in l. 1. §. quæsitum. ff. de appellatio. & relatio.

De Assessoribus, & pertinentibus ad illos vide in libris Bar. inter eius tractatus, tract. de cõsiliis habendis, cum alio ibid. seq.

Imperitia Assessoris excusat Magistratũ; nõ autem ipsum Assessorẽ. l. 2. ff. quod quisq; iuris.

De officio Assessorum habemus titul. in corpore iuris.

De officio Legati.

Officium Legati nõ expirat per mortem Papæ: & substitutus in absentis locũ perseuerat, illo mortuo. Boer. decis. 149. nu. 13. & 15.

Legatus an ante Prouinciæ ingressum Locumtenentem, & Locumtenẽs alium Locumtenentem ex causa absentiæ, creare possint, vide Fran. Marc. q. 317.

Legatus de latere plures Prouincias habens, an possit iurisdictionem contentiosam alterius Prouinciæ, in altera Prouincia exercere, vide eundem, quæst. 341.

Legatus de latere per viã querelæ, omisso medio, adiri potest pro omni quęstione ad statũ Ecclesiasticum pertinente. idem. q. 342.

Legatus de temporali iurisdictione ad Episcopũ pertinente, cognoscere nõ potest. ibi. n. 3.

Posse appellari ad Legatũ, omisso medio, cõiter receptum est. ibid. Marc. d. q. 342. nu. 5.

Episcopi iurisdictio, Legato præsente, cessare non debet. ibid. d. q. 342. nu. 9.

Lagatus de latere non potest se intromittere in causis laicorum. idem Marc. q. 350.

Qualiter Legatus de latere concurrat cum Ordinario, vide ibid. q. 351.

Legatus de latere habet potestatẽ conferẽdi beneficia in sua Prouincia. idem Marc. quæst. 86. part. 2.

Legatus de latere de sententiis Ordinariorum cognoscere non potest. Marc. q. 812. part. 2.

Idem Legatus nihil potest cõtra formam iuris communis. Crauet. consi. 103.

Legatus ipse in beneficialib. & iurisdictionalibus cõcurrit cum Ordinario, & inter eos hẽt locum præuentio. Vera. decis. 287. part. 1.

An dispensatio facta à Legato de latere de persona sibi subiecta ratione originis, extendat effectum suum ad beneficia sita extra Prouinciam decretam ipsi Legato, & sic extra territorium dispensantis, quæstio est disputabilis, tamen pars negatiua videtur verior, vide Cassan. in consuetud. Burg. titu. *Des mains mortes*, Rub. 9. §. 16. glo. 2. nu. 3.

Dispensatus à dicto Legato ad duo compatibilia, potest virtute talis dispensationis beneficium situm extra Prouinciam Legationis sibi sponte collatum acceptare, & de iure tenere, & possidere. Dec. consi. 207. part. 2.

De Potestate Legati de latere circa beneficia vide supra tit. de beneficia. in genere.

De officio, & potestate Iudicis delegati.

Personaliter vbi aliquid alicui exequendum committitur, non potest (partibus absentibus) illud alteri delegari. Ozas. decis. 113. nu. 3.

Verba importantia personalitatem important, vt actus per alium expediri non possit. ibid. num. 4.

Causam

Causam si Princeps Senatui commiserit, an illa delegata censeatur, vt à sententia in eadem causa lata, supplicari, vel appellari posit, vide Fran. Marc. q. 73. part. 1. & q. 535. part. 2.

Ordinarius quando per commissionem censeatur factus Delegatus, vide Boer. deci. 151. nu. 5. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 49. Cabal. milleloq. 242. Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 5. titu. an sit iudic. ciuil. vel crimin. num. fin. & Math. Mathes. sing. 89.

Delegata, & ordinaria potestas, quando cōcurrant. vide Boer. d. decis. 151. nu. 8.

Quando quoquo modo committitur causa, & delegatur Ordinario, acta ipsius causę debet recipere Secretarius Curiæ à Superiore deputatus: nec potest tunc Ordinarius aliū Notarium sibi assumere in ipsa causa delegata; secùs quando delegatur alteri non Ordinario, vel aliàs non habēti iurisdictionem. Boe. decisio. 258. num. 15.

Iurisdictio delegata nō est porrigibilis ad personas non expressas in rescripto: fallit in auctore, qui potest euocari ad suscipiendum onus litis, & inde cōdemnari, licèt de illo nō sit facta mentio in rescripto delegatorio: ratio, quia annexa veniunt in delegata iurisdictione, & ius exorbitans ratione connexitatis, extenditur. Afflic. decis. 227.

Iudex delegatus in cā feudi quaterni, nō potest cōstituere Procuratorē Fiscalē. Affl. dec. 366.

Rescripta delegatoria sunt stricti iuris: ideò omissum videt, quod in illis omittitur. ibi. n. 3.

Potestates non possunt sibi Vicarios eligere de iure, nisi fortè ex aliqua consuetudine, vel ratione impedimenti. Capic. decis. 151.

Vicarius licèt non posit sibi constituere alium Vicarium, tamē absentaturus ex magna causa potest. Capi. d. decis. 151. nu. 4.

Delegatus Principis potest subdelegare, quando fit delegatio his verbis, præcipimus, vel iubemus. Ant. Trig. sing. 95.

Citatus à Delegato, an debeat cōparere, vide Guid. Pap. q. 450.

Delegatus à Principe licèt subdelegare posit causam etiam meri, & mixti Imperij, tamen quādo ex aliquibus verbis apparet fuisse electam personæ industriam, non potest subdelegare. Capic. d. deci. 151. nu. 6. vide Iaff. Lanf. Balb. decis. 59. & Hiero. Mago. decis. 9. Luc.

Delegatus Principis potest causam criminalē subdelegare. Guid. Pap. q. 624. Boer. decis. 6. Iaff. Lanf. Balb. decis. 342. vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 54. & Bar. in l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione.

Delegatus Principis potest puniri (vt criminosus) ab Ordinario loci, vbi fuit p ipsū crimē commissum. Capel. Thol. q. 424.

Delegatus regulariter subdelegare nō potest: fallit in Delegato Principis, sed quando etiā talis Delegatus nō posit delegare, vide Maran. in suo Spec. part. 4. distinc. 5. iudi. tit. an sit iudicium ciuil. vel crimin. nu. 25. & seqq. 54. & seqq. 63. 68. 69. & 72.

Arbiter à partibus datus nō potest delegare. l. nō distinguemus 37. §. quæsitum. ff. de recep. arb. Nisi hoc sibi à partib. fuerit cōmissum. ibi.

A Delegato appellatur ad Delegantē. gl. in verbo, Imperiū. §. si quis autē, Auth. de Sāct. Epis.

A Delegato Principis, an appelletur ad Supremū Iudicē sustinentē vices Principis, vel sit appellādū immediatè ad ipsum Principem, vide Franc. Marc. quæst. 419. & l. 1. C. qui pro sua iurisdictione.

Appellari an posit à subdelegato ad Principē Delegantem, omisso Subdelegāte: & qn Delegatus nō posit absoluere ab obseruatione iudicij ante litē contestatā, nec facere pręceptū diffinitiuum, & demum de potestate ipsius, & in quibus cōsistat suū officiū, vide per Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 5. iudi. tit. an sit iudi. ciuil. vel crimin. nu. 28. & seqq.

Quādo causa delegatur, appellatione remota, quando, & quomodo à sententia Delegati appelletur, & ab ipso Delegato ad quem appelletur, vide gloss. in cap. vt debitus 59. ex. de appellatio.

Tempora apposita in prima delegatione, vidētur repetita in persona eius, qui in locum primi est Delegatus. l. si Iudex 32. ff. de iudi.

Qui delegat Iudicem, intelligitur in loco solito delegare. l. si locus 59. ff. de iudi.

Sententia nulla Iudicis Delegati iurisdictionē extinguit: & causa poterit alteri delegari. l. 4. C. quomodo, & quando Iudex. vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 67. & 74.

Delegatus ad certā rē de alia non pronunciat, quæ illi non accedat, & pronunciando nihil agit. l. 1. C. si à non competen. Iudice.

Sententia Delegati ab incompetenti Delegāte, non valet. l. 2. C. eod.

Delegatio in petitorio, non extenditur ad possessorium. l. penu. eod.

Princeps pluribus intētus, appellationes ad eū deuolutas committit vni, & quandoque pluribus. l. præcipimus 32. C. de appellat.

Cùm plures sunt Delegati in vna causa, sententia lata ab vno, vel ab aliquibus ex eis, nō interuenientibus aliis, est ipso iure nulla, ideò necessaria non est appellatio. l. 4. C. quando prouocar. non est neces.

Si sententia à duobus Delegatis lata, fuerit sub diuerso modo promulgata, vtraque sentētia pendet, quousque per Delegantē altera fuerit approbata. l. duo Iudices 28. ff. de re. iudi.

Sententia lata ab vno ex pluribus valet, quando in rescripto adest clausula, Et quòd si non omnes.&c.Vera.decis.116.par t.3.

Processus est nullus, quādo plures sunt Delegati,& vnus sine alio procedit, nisi in rescripto apposita sit clausula,Si non omnes, &c. Fallit in Delegato ad vniuersitatem causarum.Marant.in suo Spec.de ordin. iud.par.4. distinct. 5.iudi.tit.an sit iudic. ciuil.vel crim.nu. 31.

Iurisdictio Delegati prorogari non potest, nec potest Delegatus cognoscere, nisi in persona contenta in rescripro delegatorio. ibi.nu.34.

Delegati plures cum clausula, Vt omnes, vel vnus procedere possit, si vnus incipiat procedere, ille debet finire, aliàs nulliter omnes procederent.Marant.ibid.distin.16.nu.6.

Delegatis duobus datis, non potest vnus sine alio interloqui,& ideò mulctare:idem, quando sunt dati insolidum, si ambo procedant: quia etiam tunc non potest deinde vnus solus pronunciare, nisi alter ex iusta causa impeditus fuisset. Natt.consi.39. Tom.1.

Causa si committatur tribus Iudicibus cū clausula, Quòd si duo ex eis noluerint, vel nō potuerint iudicare, quòd tertius iudicet, iste tertius sol⁹ nō poterit iudicare, nisi primò sciat alios nolle, vel nō posse. Lud. Rom.sing.13.

Error in persona Iudicis Delegati, vitiat sentētiam.idem,sing.14.

Rescriptum, quo committitur pluribus cū clausula, Quòd si omnes adesse non possint, &c. intelligitur tam de impotentia facti, quàm iuris: tamen Iudex non potest procedere, sine Coniudice suo, si se non excusat.c. sciscitatas,ext.de rescript.vide c. causam 16.ext. de offic.& potesta. Iud.delega.

Delegatus si interesse non vult cum aliis, illi procedere possunt.c.21.§.adiicimus, ext. de offic.& potesta.Iudic.delega.

Si Delegati discordent in pronunciando, delegāns est adendus.c.fin.ex.de sen.& re iudi.

Plures Delegati simpliciter dati, quādo videātur insolidum constituti, vide Barto.in l. 1. §. si plures.ff.de exercit.actio.

Iudices Delegati plures debent omnes simul iudicare, nisi aliquis eorum iurasset sibi de causa non liquere:& Delegati ad vniuersitatem causarum plures, censentur insolidum constituti, & quilibet ab initio potest per se incipere.Bart.in l. si vni 36.ff.de re iudi.

Quando plures debent iudicare, qualiter debeant se gerere in iudicando, vide eundem, ibid.& in l.38.& 39.eod.tit.

Sententia Delegati lata extra tempus suæ delegationis, non valet.l.6.C. quando prouocare non est necesse.

Tutoris datio non potest delegari non habenti iurisdictionē.l.nec 8.ff.de tuto.datis ab his.

Imperator pōt delegare causam, appellatione remota; non alius.l.1.§.interdum.ff.à quib. appella.non lice.vide tamen glo.ibid.

Iudex ordinarius, occupationibus publicis impeditus, causam Cōsiliariis potest delegare, sententia sibi reseruata: dummodo causam audiat, & proferat, & appellationem interpositam suscipiat: Iudex autem appellationis, vel Delegatus, delegare non potest.§.illud etiam, Authen.vt defunct. seu fune. eod. & §. Iudices, Authen.de Iudic.

Rescripti forma à Iudicibus Delegatis in iudicando non debet transgredi.glo.in §.audiēt, Authen.de Iudici.

Negata potestate Delegantis, sufficit probare possessionem, vel quasi, in qua erat tempore delegationis.Bar.consi.82.vol.1.

Delegatus à Principe mandat sententiam suā executioni; sed Delegatus ab Ordinario nō. Guid.Pap.q 60.vide Franc.Marc.q.72.& Meno. h.de Arbitra.q.74.

Delegatus Principis in causa sibi commissa, nō solùm quocunque Ordinario maior est; sed etiam Legato de latere: ideò potest exequi suam sententiam, & familiam Ordinarij capere pro ipsa executione.Marc.q.534.par.2. vide Maran.in suo Spec.disp.1.

Iudex Delegatus nō potest sibi reseruare taxationem expensarum, nec suam sniam interpretari, nisi esset talis Delegatus, qui posset suam exequi sentētiā.Iass.Lāf.Balb.deci. 131.

An Ordinarius loci ad mādatū Delegati à Principe, teneat exequi sniā ipsius Delegati euidēter iniustā; & an possit sibi de facto resistere, vide Marā.in suo Spec.disputa.1.fol. 543.

Delegatus post sententiam non potest augere, nec coarctare, cùm executio ad ipsum non pertineat.Bar.in l.2.ff.de re iudi.

Delegatus an habeat iurisdictionem ante præsentationem suę commissionis,& an delegatio superueniens confirmet processum iam factum, vide Guid.Pap.q.286.

Iurisdictio Delegati perpetuatur per citationē nondū executam.Capel.Thol.q.341.

Citatio decreta per Delegatum in vita Delegantis (licèt executa post eius mortem) iurisdictionem perpetuat.Vera.decis.115. par. 1.& Andr.Gail.obser.74.num.19.lib.1.

Deuoluitur causa per solā scientiā citati, quæ arguitur ex constitutione Procuratoris ad prosequendā causam delegatā, licèt citatio non esset legitima.idē Vera.decis.252.par.1.

Iudex Delegatus p litis cōtestationē nō efficit dñs litis.Bar. in l.si reus 73.ff. de Procurato.

Delegatus est maior Ordinario in causa sibi cōmissa.Guid.Pap.q.286.nu.3.

Iudi-

Iudici Delegato non creditur, nisi constet de eius mandato; secùs in Ordinario. idē q.322.

Substitutus in locum alterius Delegati, eius iure vtitur. Aegid. Bellam. conclusio.39.

Iurisdictio delegata non acquiritur, nisi scieti, & cōsentienti: sed an Delegatus possit probare potestatem suę delegationis per testes, vide eundem, conclusio.110.nu.12.& 15.

Collegæ Delegati, an teneātur admittere subdelegatum à collega, vide ibid. conclus.133.

Per delationem appellationis factam per Iudicem subdelegatum, censetur ablata tota iurisdictio à Delegato, & processus inde factus erit nullus. Mohed. decis.321.

Delegati quando plures sunt, vno mortuo, omnium iurisdictio expirat. Maran. in suo Spec. part.4. distinct.5. tit. an sit iud. ciui. vel crimi. vide Menoch. consi.340. lib.4.

Si causa vni commissa, hoc expresso, alteri committatur, eo ipso à primo auocata cēset. DD. de Rota, deci.6. aliàs 67. tit. de rescr. in nouis.

Delegati iurisdictio non expirat per Delegantis præsentiā, nisi fuisset facta delegatio propter ipsius Delegantis absentiam futuram. Iaff. Lanf. Balb. decis 488.

Subdelegatus mortuo Delegante, re non integra, remanet Delegatus; secùs re ītegra. Vincen. de Fran. decis.255. par.2. facit l.5. ff. de iurisdic. omn. iudic. Sed quando dicatur res integra, vide Maran. in suo Spec. de ordine iudic. part.4. distinct.5. iudi. tit. an sit iudi. ciuil. vel crimin. num.61.

Mortuo Delegante antequam Delegatus partes citauerit, expirat Delegati iurisdictio, & tūc partes cōsentire nō possūt, vt Delegatus procedat. Crauc. consi.274. Et causa iuris videtur Deleganti reseruata. ibid. Craue.

Papa si causam deleget vni sub nomine proprio, qui inde moriatur, tunc loci Ordinarius de illa causa cognoscere, aut se intromittere nequit; sed solus Papa de illa cognoscet, aut disponet. Hippol. sing.301.

Mortuo Delegato Papæ, qui excommunicauit reum, vel actorem in possessionem induxit, si eius successor in delegatione succedit, absoluere, & restituere possessionem poterit, aliàs solus Papa restituet, & absoluet. c.11. §. præterea, ex. de offic. Iudi. ordi.

Iurisdictio delegati Iudicis reuocatur, etiā post litem contestatam, sed iudicium an soluatur, si Delegatus fuerit effectus socius Delegātis in iurisdictione, aut habuerit parē iurisdictionem, vide Bar. in l. iudicium 48. ff. de iudi.

Sententia Iudicis Delegati lata post mortem Delegantis valet. Bart. in l. eius 41. nume.10. ff. si cert. pet.

Quando causa censeatur commissa tam in proprietate, quàm in possessione, vide Cassad. decis.6. tit. de rescript.

Audire testes, sacramētum recipere, & similia, an Iudex delegatus possit committere alteri personę, quā nominatę, vide Capel. Tho. q.12.

An subdelegatus possit alteri committere examen testium, vide ibid. d. q.12.

Delegatus ad vniuersitatē causarum, an possit committere articulū iurisdictionalem, vide ibid. num.3.

Delegatus ad vniuersitatem causarum æquiparatur Ordinario. Capel. Tho. q.38. in additio.

Delegatus an mulctare possit, vide ibid. q.275.

Ordinarius potest resistere Delegato, quando vellet procedere in casu non incluso, in sua commissione. Capel. Thol. q.424.

Iudex datus ad se informandum, quid facere possit, vide Pet. Benint. decis.5.

Iudex delegatus potest cognoscere de petitorio, & possessorio. Franc. Marc. q.67.

Causa si habēti iurisdictionē delegēt, licèt partes de sua iurisdictione nō sint, si delegatio nō valeat, valebit tamen processus ratione iurisdictionis prorogatæ. Franc. Marc. q.74. Imo ꝓcessus factus corā Delegato, cuius defectus iurisdictionis, aut aliàs Delegatio facta sit inutilis, scientibus partibus, & litigantibus non tenet, nec prorogatio iurisdictionis valebit. Franc. Marc. q.586. part.2.

Delegatus an possit tacito cōsensu partiū procedere, extra locū sibi delegatum, vide DD. de Ro. dec.15. aliàs 380. ti. de offi. Dele. ī nou.

Cōmissio super causis motis, & mouendis obtēta, extenditur ad causas tunc dumtaxat exortas, licèt mādatū extendatur ad futuras lites. DD. de Rot. dec.18. aliàs 148. de rescr. in nou.

Executio mandati Episcopo sub nomine dignitatis directi, eo mortuo, transit ad successorem. DD. de Rot. decisio.17. aliàs 434. de officio Deleg. in nouis.

Probato stilo procedēdi coram Ordinario, nō probatur stilus procedendi coram Delegato: quia Delegatus tenetur procedere secūdum stilum Delegantis. Put. decis.127. lib.1.

Tertius potest pro interesse suo coram Delegato venire, & sentētia pro se recipere, quāuis causa non sit contra eum commissa. Put. decis.385. lib.1. & decis.166. lib.3.

Commissio concessa sub certa forma, ea non seruata, acta inde facta non tenent. Vera. dacis.150. part.1.

Commissio causæ super spolio, vnà cum toto negotio principali, cōtinet etiam petitoriū. idem vera. decis.152. par.1.

Cōmissio in causa infantis nō tenet, si nō fuerit narratū infantem non habere tutorem, cùm ita in veritate esset. idem, decis.158. ibid.

tit.an sit iudicium ciuile.nu.28. Tamē Iudex ordinarius ex magna causa, Delegato inhibitionem facere potest.Fel.consi.35.

Aliquo constituto specialiter ad certum actū, an constitutio sit priuatiua ad Officialem generalem, vide Dec. consi.664. vbi concludit pro affirmatiua, vide tamen Marc. de Mant. singul.99.

Quando mandatur procedi in causa tam super possessorio, quā petitorio, iuris ordine seruato, vtrunque iudicium, nempe petitorium, & possessorium, censetur mandatum, & tunc vtrunque simul debet determinari. Menoch. consil.18. lib.2.

Causa si delegetur in Ordinarium, & ille simpliciter pronunciet, non vt Delegatus, an sententia sit nulla, vide Ludo.Roma.sing.15.

De materia vide per Henr. Boer. in suis singularibus, tit.delegatio, & delegare.

Ordinarius potest præuenire, antequam litteræ delegatoriæ Iudici delegato sint præsentatæ. Hippol.sing.296.

Causæ per summum Pontificem non committuntur, nisi habentibus dignitatem: & commissio si fiat á Papa Episcopo extra propriā Diœcesim commoranti, talis Episcopus poterit extra suam Diœcesim iudicare. Ioā. de Arno. sing. 47.

Executione mandata, videtur etiam commissa cognitio; & Princeps potest delegare ipsam executionem. Bart.in l.4.C.si contra ius, vel vtilitatem public.

Vicegerens cōstituitur á Superiore, & habet iurisdictionem ordinariam; & non mandatam. vide Bar.in tit.de officio eius, qui vic.alt.ger.

Iurisdictio Delegati potius consideratur secundum precum veritatem, quàm secundum formam scripturæ, & consequenter rescriptum magis interpretandum est valere secundum ordinem veritatis, quàm scripturę.c.2.ex parte.ext.de rescript.

Iudex delegatus, quando possit super in integ. restitutione cognoscere, vide Bar.in l.3. C. si aduersus rem iudi.& in l.3. C. si maior factus.

Quando cognoscatur, an aliquis sit Iudex ordinarius, vel Delegatus, vide Bar.in l.3.nu.10. C.vbi, & apud quem.

Delegatus ad vnam causam, an possit vnum articulum illius causæ delegare, vide Bar.in auth.ad hæc. C.de iudi.

Quæ requirantur ad hoc, vt snīa Delegati valeat, & qn̄ ipso iure non teneat, vide eundē, in l.vnica. C.qui pro sua iurisdictione.

Iurisdictio Delegati extenditur ad omnes, qui eius iurisdictionem impediunt, licèt de his in litteris non fiat mentio.c.1. ext.de offic. & potest.Iudic.delega.

Iudex delegatus de cōsensu partium datus, recusari non potest, nisi fortè ex noua causa: & cùm Delegatus aliquid sibi de iurisdictione reseruat, ad illum est appellandum; sed quando totum committit, ad Papam appellatur. c.super 27.§.fin.eod.

Delegatus non potest realiter citare capiendo personam.Bar.in l.consenta.8.nu.12. C. quomodo, & quando Iudex.

Si in litteris delegationis remoueatur solùm appellatio, non intelligitur postremò remota recusatio.Bar.in l.cùm solùm 15.C.de sent. & interloc.om.Iud.facit cap.36. ex.de appella.

Delegatus super proprietate, nō potest cognoscere sup possessione, nisi aliter de proprietate pronunciare non posset.Bar.in l.2.C.si á non competenti Iudice.

Delegatus Papæ est maior Ordinario. c. pastoralis 11.§.præterea, ext.de offic.Iud.ord.

Reconuentio etiam potest fieri coram Delegato, & per consequens iurisdictio delegata extenditur ad res, de quibus in rescripto non fit mentio.c. 1.ext.de mutu.petit.

Quando causa simpliciter, & determinatè cōmittitur, iudicium possessorium, & petitoriū commissum intelligitur: quia causæ continētia non debet diuidi.cap. 1. extra, de sequest. fruct. & possess.

Iurisdictio delegata potest tripliciter considerari.Barto.in l.3.Barbarius.ff. de offic. Præto. in secunda lectura.

Sententia sola an possit delegari, & clausula in delegatione apppostita, Sententiam proferas, nisi reuocauero, an importet, quòd sententetiæ prolatio videatur delegata: & clausula, Si senseris te grauatum cōpareas, quid importet, vide de omnib.per Bar.in l.9.§.vbi ff.de offic.Proconsul.

Delegatus ab inferiore á Principe, etiam in casu impedimenti non subdelegat.Bar.in l. 13. nu.7.ff. eod.

Substitutus in locum Iudicis absentis, vel mortui, dicit̄ ordinarius.Bar.in l.1.ff.de offi. eius.

Ordinarius, qui propter absentiam delegauit, reuersus, statim iurisdictio delegati expirat, & ad ipsum Ordin. reuertitur.ibid.num.14.

Missio in possessionem non potest demandari: & delegare Iudicem est iurisdictionis. Bart. in l.1.ff.de iurisdict.omn Iudic.nu.5.& 8.

Qui habet iurisdictionem suo iure delegat; qui alieno iure non, sed qualiter quis dicatur habere suo iure, vide Bar.in l.5.ff.cod. & ipsam legem incipientem, morę.

Delegatus, qui fuit in causa Aduocatus, dicitur suspectus, & suspicionis causa, quæ poterat opponi Deleganti, nō opponitur Delegato. Bar.in l.Prætor 17.ff.eod.de iurisf.om.Iud.

Iuris-

Iurisdictio Iudicis delegati, quando possit prorogari de persona ad personam, vide Bart. in l.1.ff.de iudi. Et an de re ad rem, & de tempore ad tempus, vide ibid.nu.11.

Ordinarius potest delegare causam coram se cęptam. Bart.in l.vbi cęptum 30.ff.de iudi.

Ignorans, & absens potest Iudex delegari. Bar. in l.cùm furiosus 39.ff.de iudi.

Princeps Prælatis Ecclesiarum causas criminales delegare potest, vbi pęna sanguinis non sequitur. capitu. in Archiepiscopatu 4. ext. de rapto.

Sententia lata à Iudice delegato, qui ignorabat se Delegatum, non valet. Barto.in l.3.ff. de eo, qui pro tutore.

Delegatus committens alicui incapaci vices suas, non ob id amittit iurisdictionem. Bart. in l.planè 34.de leg.1.

Delegatus subdelegans nihil iurisdictionis sibi retinet, nisi aliquid expressè sibi reseruauerit. Bar.in l.1.ff.de dam.infec.

Princeps si committat causam non habenti peritiam iuris, non valet delegatio, nisi ex certa scientia hoc faciat. Bart. in proęmio, Institutio.num.22.

Prætor, vel totam iurisdictionem, aut partem mandare potest, & Delegatus non habet ordinariam iurisdictionem; sed delegatam. l. solet cum seq.ff.de iurisdict. omn.Iudic. vide authen.hæc C.de iudi.

Delegatus ab alio, quàm à Principe, subdelegare non potest.l.5.C.de iudi.

Iudices delegati possunt ex causa suspicionis recusari, sed partes coguntur ad eligendos Arbitros, qui vice Delegati funguntur.l.apertissimi 14.C.de iudi.

Iudices delegati possunt in causa sibi commissa eligere nuncios.l.fin.C.de sportu.

Causas medias Præsides debent audire per se, vel delegare, reseruata sententia, si propter occupationes publicas, vel causarum multitudinem impediantur: causas verò meri Imperij, & mixti, & causas iurisdictionis magnas, Iudicēt p seipsos; sed causas minimas delegent indistinctè.l.2.C.de pedan.Iudi.

Non potest delegari causa, quę ad iurisdictionem Delegantis nō pertineat, & ille, cui delegatur, debet esse de iurisdictione Delegantis.l.vni.C.qui pro sua iurisdictione.

Reus non cogitur sub Iudice delegato respondere, nisi prius actor satisdet de lite exercenda, & de expensis reficiendis, si succumbat in causa: & actore non veniente, reus absoluitur ab obseruatione iudicij. authen. quod fieri.C.de dilatio.

De arbitrio Iudicis.

Arbitrium Iudicis debet esse regulatum à iure, & secundum subiectam materiam. Ozas.decis.71.nume.53. Ideò Iudex debet regulare suū arbitrium secundum ius commune. Ioseph.Ludo.deci.Luc.3.nu.29.34 & decisio. 24.nu.8.Pet.de Beninten.decis.31.

Iudex in his, quæ eius arbitrio relicta sunt, debet seruare ęquitatem, & ita arbitrari, vt semper in mitiorem partem inclinet.idem Ozas. decis.79.num.57.Sed in his.quæ scripta sunt, seruat legis decisionem. Barto. in l. 1. C. de legibus, nume.5.

Quam normam in arbitrio libero, & in regulato Iudex obseruare debeat, & dolus malus in omnibus abesse debet, vide Menoch.de Arbitra.lib.1.q.13.

Iudicē in pęnalibus arbitrariis procedere debere de similib.ad similia, & quid tunc obseruare debeat, scribit idem Menoch.ibid.q.14.

Iudex pro modo subiectæ materiæ arbitrium suum moderare debet: idem pro qualitate personarum.ibid.Menoch.nu.8.& 10.

Iudex, qui procedendi arbitrium habet, quæ immutare possit: & arbitrium super causa datū, debet intelligi secundum statum præsentē. idem, ibid.quæst.15.

Probationes necessarias reiicere non potest Iudex.in causa arbitrio suo terminanda cōmissa; tamen leuiores probationes sufficiūt.idē, q.24. Sed quando probationes minus concludentes iste Iudex admittere possit, vide ibid. quæst.25.

Iudex, cui datum est arbitrium, potest ex causa probata, licèt non deducta, sentētiam ferre. Menoch.de Arbitra.q.31.

Arbitrium Iudicis in criminalibus, intelligitur de regulato, & viri boni: sed Iudicem arbitrium habentem non posse in criminalibus auferre defensionem reo accusato, scribit Menoch.ibid.q.77.

Pęnam ex duobus, quam eligere debeat Iudex, arbitrium in causis capitalibus habens, vide ibid.q.85. Sed an reo electionem concedere debeat, vide ibid.q.87.& 94.

Iudex grauiorem pęnam, quàm lex facit, eligere non debet.idem q.86.

Arbitrium quod fit super illis verbis, pęnam indicat Iudex centum aureorum, & plus, & minus, vide eundem Menoch.q.95.

Iudex in arbitrariis reprehendi non potest.idē Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.176. Ioseph Ludo.decis. Luc.1.num.31. & decis.3.nu.12. vide Hier.Mago.decis. Luc.43.num.30. & DD. de

Roc.

Rot.decif.47.tit.de appellatio. in nouis.

Iudex si ex forma statuti, vel rescripti habeat plenam potestatē procedendi in causis, vel terminandi, pro vt sibi placuerit, quomodo procedere, aut iudicare possit, vide Math. Mathes.sing.14.& sing.15.

Sententia sine probationibus non valet, nisi Iudici iudicandi potestas, etiam de facto, & sola facti veritate inspecta, data esset, pro vt ipsi melius visum fuerit. Hippol. sing.486.

In arbitrariis Iudex ratione amicitiæ, potest remittere pęnā.c.nisi 5.& ibi.glo.ex.de of.Leg.

Arbitrium datum Officiali, an duret, eo in officio confirmato, vide Bart. in l.meminisse 10. ff.de offic.Proconsul.

Arbitratu Iudicis, quando aliquid fieri debet, intelligitur causa cognita, & in cognitione causæ debet de tribus quæri. Bart.in l.cùm ij 8.§.vult igitur.ff.de transact.

Arbitrium habentes super aliquo, possunt omnia facere, quæ principaliter spectant ad id, super quo habent arbitrium, & non vltra, sed quid de antecedentibus, & subsequentibus, vide Bart.in l.ambitiosa, nu.17.ff. decret. ab Ordin.facien.

Quando aliquid debet probari statim, vel de proximo, hoc remittit arbitrio Iudicis, Guid. Pap.quæst.132.

Quando aliquid dicatur fieri incontinenti, relinquitur arbitrio Iudicis. Ioseph. Ludo.decisio.Luc.24.

Clausula in rescripto, Procedat eius arbitrio, an aliquid operetur, vide Pet.Beninten.deci.31.

Arbitrium concessum intelligitur in ventilādo; non in decidendo.ibi.nu.6.

Iudicis arbitrio remittitur, an quis dicatur relapsus.Rot.Auen.decis.1. in decisio. diuerso.

Iudicis arbitrium esse, an quis sit fideiussoribus relaxādus in criminalib. habetur ibi.decis.5.

Arbitrium est Iudici denegare audientiam cōtumaci.Vinc.de Fran.decis.271.part.2.

An fideiussio sit præstanda in causa reconuentionis, arbitrio Iudicis relinquitur. Vincent. de Fran.deci.311. part.2.

Iudex, cuius arbitrio pęna est à iure commissa, an possit arbitrari pęnam mortis, & quid, si statutum imponat pęnam centum, vel aliam maiorem, aut mitiorem arbitrio Iudicis, vide Clar.in sua Pract.§.fin.q.83.

An, & quando Iudex in pęnis arbitrariis pro criminibus possit imponere pęnam mortis naturalis, vide Maran.in suo Spec.part.4. tit.an sit iudi.ciui.vel crimin.distinc.1. nu.59.60.& seqq. Menoch.de Arbitra.lib.1. q.86. Pro negatiua scribit Cassan.in consuetud. Burg. tit. *Des iustices*, Rub.1.§.5.glo.10.

In arbitrariis, quando Iudex debeat mitiorem pęnam eligere, vide Maran.ibid.nu.69.

Hodie omnis pęna (etiam à iure determinata) est arbitraria Iudici: ideò potest eam ex causa minuere, vel augere. Maran.ibid.nu.82.

Iudicis arbitrio pauca sunt relinquenda: & ipsi arbitrio sunt commissa ea, quæ sub certa regula claudi non possunt. Menoch. de Arbitr. in proęmio. vide Rebuff.in constitutio. Reg. tracta.de litte. obliga.art.4.gloss.4.facit cap. vna quæ.§.fin.13.q.2.

De iudicij, & arbitrij differentia vide per Menoch.ibid.q.2. Et arbitrorum duo sunt genera.ibid.nume. 18. Et arbitraria actio, quæ sit, ibid.quæst.3.

Actiones stricti iuris ob accidēs arbitrariæ efficiuntur: sed arbitrium in bonę fidei actionibus ex earum natura inest, & officium Iudicis in illis multum potest. Menoch.d.q.3.

Actiones arbitrariæ sunt 16.de quibus vide per eundem Menoch.ibid.q 5.

Arbitrij duæ sunt species, primum arbitrium plenum, & liberum appellatur: secundum, quod iure, & ratione, ac æquitate regulatum dicitur, sed de vtroque, & quomodo differant vide ibid.q.6.

Arbitrium liberum quibus verbis Iudicis collatum dicatur, & qualiter Iudex circa illud se habere debeat, vide per eundem Meno.q.7.

Ex quibus verbis, & clausulis arbitrium regulatum, ac viri boni, conferatur, vide eundē q.8.

Arbitrium liberum, vel regulatum in dubio collatum, quod censeatur, vide ibid.q.9.

Arbitrium Iudicis circa multa versari, & circa omnia decem prædicamenta, scribit idem Meno.de Arb.lib.1.q.11.de quibus vide ibid.

Arbitrium per modum iurisdictionis ordinarię, vel delegatæ, quomodo tributum cēseatur, vide ibid.quæst.12.

Arbitrarium non dicitur, quod consuetudine stabilitum est, & lege decisum, etiam in pęnalibus.ibid.q.14.

Libellus necessariò porrigendus an sit coram Iudice, qui arbitrium procedendi in causa habet.vide Menoch. de Arbitra.q.18.

An causæ cognitio necessaria sit in Iudice, qui arbitrium, vel liberum, aut regulatum habet, vide ibid.quæst.19.

Testibus non iuratis in causis arbitrariis, nō est credendum.ibi.quæst.26. Sed testes infames, quando Iudex in arbitrariis recipiat, vide q. 27. Quid de testibus inimicis.q.28.

Arbitrandi facultas, an in successorem Iudicis ordinarij, vel Delegati, aut Arbitri extraiudicialiter electi, transeat, vide eundem Meno. de Arbitra.lib.1.q.68.

Arbitrium Iudicis, quando finiatur, vide ibid.q. 69. Et arbitrium fauore publico datum, concedentis

cedentis

cedentis morte non extinguitur.ibid.d.q.69.
Arbitrium ad suum effectum deductum morte non tolli,scribitur ibid.nu.11.
Iudici, vel Delegato ex arbitrio sibi concesso aliquid fecisse, an credendum sit, vide eundem Menoch.de Arbitra.lib.1.q.76.
Arbitrium habens in causa criminali,nō habet in ciuili.Menoch.de Arbitra.lib.1.q.82.
Membri mutilationem imponere potest Iudex, qui arbitriū in pęnalibus habet.ib i. q.86.n.9.
Pęnā remittere, mutare, vel minuere,an Iudex possit.vide Menoch.ibid.q.96.
Arbitrium quando finiatur, cùm controuersia est commissa Iudicis arbitrio, vide eundem Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.44.
Pauper quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis.ibid.cas.65.Et quis diues,quis inops.ibid. Sed quæ sit miserabilis persona,vide cas. 66.
Quis Nobilis,& quis Illustris dicatur, pariter relinquitur Iudicis arbitrio.idem Menoc.ibid. cas. 67.& 68.
Personæ graues q̄,cas.69.Et quæ honestæ, ibid. Quæ egregię,cas.70.Et quæ vulgares, etiā relinquitur Iudicis arbitrio. ibid.cas.71.
Quæ sit magna causa,parua, vel leuis,relinquitur dicto arbitrio.ibid.cas.72.Quæ ardua dicatur,vide Perillustr.D.P.Tessau.deci.61.
Iudicis arbitrio relinquitur,quando Ecclesia dicatur enormiter lęsa.Meno.de Arbit. cas.74.
Quando probationes in arbitrio Iudicis positæ sint,vide eundem,cas.90.
Iudicis arbitrio positas esse probationes ex libris Mercatorum, & campsorū prouenietes, scribit idem Menoch.ibid.cas.91.
Iudicis arbitrio relinquitur,qui rustici sagaces, & versuti dicantur. ibid.cas.194.
Iudicem fauorabilē habere in arbitrariis optimum esse,scribit idem,cas.224.
Arbitrio Iudicis relinquitur, quibus coniecturis simulatio contractus probetur. Menoch. de Arbitra.cas.247. Et quando cesio præsumatur simulata ex coniecturis.vide ibid.
Quando quis dicatur ex vulnere mortuus, relinquitur arbitrio Iudicis.ibid.cas.270.
Quādo quis Iudicis arbitriō puniatur, vide infra,tit.de pęn.
Iudicis arbitrio relinquitur, quando delictum dicatur per modicum tempus secutum, post bonorum distractionem. Menoch. ibid. cas. 361.num.48.
Iudicis arbitrio alia pęna quis punitur, in quē pęna ordinaria non cadit.idem,cas.449.
In quibus casibus stetur arbitrio Iudicis, vide Cassan.in cōsuetud.Burg.tit.*Des Iustices*, Rub. 1.§.5.glo.6. num.15.
Quando quis debet puniri pęna corporali arbitrio Iudicis,an ipse Iudex possit illā cōmutare in pecuniariam, vide ibi.gl.10.nu.22.
Aquām auriendi ius,si pluribus simul concedatur, iste haustus debet diuidi inter eos pro modo,& arbitrio Iudicis. Ant. Corset. in suis singularibus,litera A.sing.aqua.
Arbitrium Iudicis datum in criminalibus, tunc solùm videtur ei datum in illis,in quibus pęna non est expressa.Hippol.sing.397.
Amicus pro amico an possit testificari, statur arbitrio Iudicis.Bar.in l.eos 4.C.de testib.
Est in arbitrio Iudicis, an iubeat capere principalem personaliter.Bart.in l.seruum 33.§.publicè.ff.de Procurato.
De arbitrio Iudicis.& de arbitrariis actionibus vide per Bar.in l.2.ff.de eo,quod certo loco.
Potestas licèt habeat arbitrium in puniēdo maleficio, tamen non potest terminum prorogare.Bar. in l.si in lege 27.ff.locati.
Tempus, vbi non datur certum, est arbitrariū. idem in l.1.§. ait Prætor.ff.de iure deliberan.
Tempus modicū quod dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis.Bar.in l.24.nu.12.de leg.2.
Tempus semper intelligitur arbitrio Iudicis, quando lex de illo nihil statuit. Bar.in l.in vēditione.§.si quis.ff.de bon.auct.Iudi.possid.
Tempus, quod indulgetur miserationis causa, si non taxatur à lege, est arbitrarium. Bart.in l.ita stipulatus 115.nu.35.ff.de verb.oblig.
Facultas datur Iudici temperandi à principio pęnam legis.Abb.consi.91.nu.8.par.1.num.8.
De arbitrio boni viri vide infra, tit.seq.

De arbitrio boni viri,& de his,quæ reducuntur ad illud.

SI alimenta simpliciter relinquātur, debentur arbitrio boni viri, inspectis conditionibus, de quibus in l. cùm alimenta 22. ff. de aliment. & cibar.legat.
Generaliter probandum est, vbicunque in bonæ fidei Iudiciis confertur in arbitrium domini,vel eius Procuratoris conditio,pro boni viri arbitrio hoc habendum est. l. 23. ff. de reg. iur.
Verba ad meam voluntatem,seu ad meum beneplacitum, redunt dispositionem cōditionalem.Ozas.decis.111.
Voluntati,aut beneplacito alicuius,quando aliquid relinquit, ille potest facere,quod vult, etiam si illud inquum sit, si modò dolus absit.ibid.num.3.
Verborum importantium arbitrium boni viri, eadem habetur ratio in contractibus, quæ de verbis importantibus liberam voluntatē. ibid.num.5.

Ob-

Reductio ad arbitrium boni viri, habet etiam locum in contractibus stricti iuris, Arbitratore malè arbitrante. Barto.in l.si quis 43.ff.de verbo.obligatio.

Reductio ad arbitrium boni viri nō datur, quādo aliquid est commissum ad liberam voluntatem, nisi dolus interuenerit. Bar.in l.in huiusmodi 11.ff.de Prætor.stipula.

Libera voluntas, & arbitriū boni viri differunt, sed verbum, volo, importat liberam voluntatem. Bar.super constitutio.ad reprimendū, in verbo, videbitur fol.102.

Reductionem ex iniquitate petens, ipsam iniquitatem probare debet. Abb. consi.2.par.1.

Quando fuit petita reductio coram Iudice ad arbitrium boni viri, à sententia lata per Iudicem reducentem, non potest appellari. Abb. consi.38.part.1.

Iudex reductionis, secundum bonam æquitatē arbitrari debet. Abb.ibid.

Qui committit se in arbitrium stipulatoris, videtur se committere tanquam in arbitrium boni viri. l.3. C. de dotis promissione, vide l. hæc vēditio 7.ff.de contrahen.empt.& vēdit. & l. si in lege 27.ff.locati.

Si mandauero tibi, quòd emas rem, quam habebas communem cum alio, certo pretio, aliorum partibus emptis, tuā pro residuo pretio dare teneris: sed si pretium determinatum non fuerit, tuā pars boni viri arbitrio æstimabitur.l. si fundum 35.ff.mandati.

Potestas alicui concessa, in dubio significat arbitrium boni viri.l.si societatē 6. ff.pro socio.

Verbum, videtur, denotat arbitrium boni viri, glo.in verbo, videbitur, tit.quomodo in læsæ Maiestatis crimin.proced.in vsib.feud.

Si quis promittat dotem arbitrio boni viri, intelligitur quantitas illa promissa, quam bonus Arbiter arbitrabitur, etiam si nunquam arbitratus fuisset.arg.l.quæro 61.ff.de iur.dot.

Qui tenetur cum alio morari, non tenetur eum simpliciter sequi, sed hoc declarabitur boni viri arbitrio. l. Mæuia 13.§. vxore. ff. de annu. legat.

Vt quæ desunt Aduocatis partium, Iudex suppleat.

IVdex in his, quæ sibi constant vt Iudici, pōt supplere ꝑ parte ēt in his, quæ sunt facti. Ozas.decis.1. nu. 47. Quod tamen intellige, vt ibid.

Iudex ex officio, quando cōstat sibi liquidè de exceptione non opposita, debet habere de ea rationem. Afflic.decis.16.

Iudex specialis potest pronūciare vltra petita sine reconuentione: ideò ex officio condemnat ad restitutionē pignoris, soluto debito, licèt hoc non fuerit petitum. Afflic.decis.32. Et per consequens potest Iudex sententiam dicere super successiuo eius, quod petitur principaliter. Afflict.ibid.

Quando fuit actum ad vnum, & postea discussum est inter partes de alia materia non petita, potest super illa pronunciari. Afflict.decisio.95.num.fin.

Coram Principe sufficit petere Iustitiam ministrari. Afflict.ibid.

Iudex supplet de facto in causa pia, & causa dotis dicitur pia. Afflict.decis.371.

Iudex in notoriis supplere potest. Afflict.decis. 371.num.fin.

Iudex potest condemnare in alio, quàm sit petitum, quando habet potestatem iudicandi, sola facti veritate inspecta. Gram. decis. 15. vide de materia infra tit.seq.

Iudex, cui committitur causa, vt sola facti veritate inspecta iudicet, potest condemnare, vt dixi, etiam reiecto iure Ciuili, & inspecto iure gentium. Gram.ibi. vide eundem, deci.19.

Clausula, Sola facti veritate inspecta, est tantæ importātiæ, vt Iudex possit manu Regia, inspecto iure gentium (etiam iure Ciuili remoto) in causa procedere.ibid.d.decis.19.

Domini Consiliarij de Sacro Consilio sunt Iudices Superiores, & vices Præfecti Prætorio obtinent: ideò possunt iudicare secundū conscientiam.ibid.num.13.

In multis casibus Iudex nō potest supplere defectum partis, quæ non opposuit exceptiones sibi competentes, sed eam debet condēnare, vide Guid.Pap. q.221. Tamen in exceptionibus habentibus tempus limitatum, potest supplere partis defectum. Rot.Genu.decisio.78.num.5.

Iudex potest cōdēnare partē in fructibus, interesse, & expēsis, licèt illa à parte non petantur, & hoc saltem ex clausula, Iustitiam ministrari, &c.Gui.Pap.q.405.& Bar.in l.dies cautionis.§.hoc autem.ff.de dam.infec.nu.9.

In exceptione implementi non sequuti, Iudex potest ex officio supplere, licèt regulariter requirat oppositio partis in aliis exceptionibus. Ioseph.Ludo. decis.Luc.2.nu.5.

Iudex non iudicat super non petitis.idem, decis. Luc.9. nu.24. Vel super non productis in actis: qa debet iudicare ex deductis in actis, & consequenter secundum conscientiam publicam; & non priuatam. Cassad. decisio.12. num.8.titu.1.

Quando Iudex non suppleat defectum partis, & contrà, vide Hiero. Mago.decisio.Luc.99. nu.fin.& Bart.in l.Offidius 95.de leg.3.

In exceptione præscriptionis non opposita, Iudex supplere non potest. Cassan. in consuetu. Burg. titu. *Des forests*, Rub. 13. §. 8. glo. fin.

Iudex motu proprio, parte non opponente, an possit minorem in integrum restituere, vide Roma. sing. 462.

Quoties ex productione facta per actorem ex eius lectura apparet nata exceptio reo, licèt per illum nihil opponatur, tamen Iudex ex suo officio debet actorem repellere, & sufficit, q in allegationibus hoc reducatur ad memoriam Iudicis. Guid. Pap. sing. 632. facit lex, eum qui, & ibid. Barto. ff. vt quæ desunt Aduocatis.

Causa Ecclesiæ dicitur pia: ideò Iudex in illius causa, sicut in alia pia, potest supplere in facto. idem Guid. sing. 647.

Quando Iudex possit pro parte absente supplere de facto, vide Bart. in l. ampliorem 37. C. de appellat. glo. in cap. iudicantem 30. q. 5. & c. pastoralis 14. ex. de iudi.

Quando vnus solus litigat, Iudex potest supplere de facto pro parte. Barto. in l. 2. C. de tempo. appellatio.

Iudex non debet supplere defectum probationis in vim agendi, nec in vim excipiēdi. Bar. in l. 2. C. quæ sit long. consuet. nu. 33.

Iudex licèt debeat supplere de iure, de facto tamen supplere regulariter non debet. glos. in cap. examinata 15. ex. de iudi. vide glos. in d. c. iudicantem 30. quæst. 5. Bart. in l. si vnus 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact. nu. 21. & in l. 21. ff. de interrog. act.

Pactum de non petendo non repellit agētem, nisi allegetur per reum, etiam si de eo constet in iudicio ex confessione actoris: idem in exceptione doli, & metus. Bart. in d. l. vnus 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact. nu. 18.

Iudex supplet (etiā parte non opponente) in illis, in quibus iudicio, vel iurisdictioni paratur præiudicium. Bart. in l. si quis 7. ff. de petitio. hæred. num. 4.

Iudex, vbi publica vtilitas versatur, supplet de facto. Bart. in l. Prætor 20. §. hoc autem. ff. de oper. nou. nunciat. & consi. 107. vol. 1.

Item ex suo officio supplet de facto in inquirēda veritate instrumenti in iudicio producti, & in inquirenda conditione testium productorum; sed an in criminalibus possit inducere probationem, vide Bar. in l. dies cautionis. §. hoc autem. ff. de dam. infect. nu. 7.

Qui excludit se ipsum proponendo, non est necesse, vt excludatur excipiendo: quia ex suo officio Iudex debet eum excludere. l. 5. C. de condict. ob turp. cau.

Iudex, quando aliquid sibi cōstat ex inspectione instrumenti, supplet de facto. Barto. in l. age cum 3. C. de transactio.

Quandocunque Iudex potest peruenire ad diffinitiuam contra absentem, potest supplere de facto, & perquirere veritatem inducendo testes. Barto. in authen. qui semel. C. quomodo, & quando Iudex, & in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de publi. iudi.

De clausula, Vt procedatur, sola facti veritate inspecta.

Probationes leuiores sufficiūt, quādo proceditur, sola facti veritate inspecta. Crau. consi. 73. nu. 23.

Præscriptionis an haberi ratio debeat, vbi proceditur, sola facti veritate inspecta, vide, eundē, cōs. 1. par. 2. n. 37.

Hæc clausula, Sola facti veritate, &c. plus operatur, quàm omnes illæ clausulę, Summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, adeò quòd per eam censeantur sublatę omnes solemnitates iuris positiui, quando tractatur de veritate, cui ius patrocinatur, aliàs secùs: nam vigore istius clausulæ non posset Iudex oriri facere actionem ex nudo pacto, licèt re vera initum fuerit nudum pactum. Mysing. obser. 44. cent. 2.

Quid operetur hæc clausula apposita in rescripto, vide Lud. Roma. sing. 792. & Ozas. deci. 1.

Clausula, Vt sola facti veritate inspecta procedatur, facit, vt possit Iudex abbreuiare terminos de stilo seruari consuetos. DD. de Rot. decisio. 25. aliàs 451. de rescrip. in antiquit. Et condemnare in alio, quàm sit petitum, reiecto iure Ciuili, & inspecto iure gentiū. Gram. decis. 15. & 19. Rot. Genu. decis. 109.

De clausula, Ius, & Iustitiam ministrari, &c. vide infra in tit. de clau. Ius, & Iustitiam, &c.

De pęna Iudicis, qui malè iudicauit, vel aliter in officio deliquit.

Iudex dicitur satis excedere, dando licentiam, quam impartiri non poterat, iure prohibente. Gram. decis. 40. nume. 8.

Officialis licèt, durante officio, conueniri non possit, sed expectari tempus Sindicatus debeat, tamen ex mandato Superioris ita iubentis, conueniri poterit. Gram. d. decis. 40. num. 9. & 10. vide Marc. quęst. 916. part. 2. Bart. in §. si quis autem, Authen. vt Iudex sine quoquo suffragio. Ideò Officialis remoueri potest, durante officio. Gram. d. decisio. 40. num. 11.

Officiales perpetui possunt quãdocũq; cõueniri, durante officio. Natt.cons.58.nu.3. Tom.1.

Officialis, qui indebitè processit ad capturam, & carcerationem, tenetur actione iniuriarũ. Hippol.sing. 93. Necnon ad damna, expensas, & interesse.ibi.n.12.& 18. Et ad similitudinem supplicij.ibid. nume. 13. Ex iniustaq; detentione, obligatur ad interesse. Iaff.Lanf. Balb.decis.386.

Iudex non debet compellere quẽpiam ad comparendum per capturam personalem, nisi ex causa. Gram.d.decis.40.num.14.

Contemptor mandati Superioris, qua pęna puniatur, vide ibid.num.18.& sequen. Quòd priuetur officio, quod habebat, scribitur ibidẽ, nume.23.

Iudex iniustè aliquem condemnans ad mortẽ per imprudentiam, tenetur pęna arbitrio Iudicis imponenda; si verò dolo condemnauerit, tenetur pęna legis Corneliæ de sica. Grã. decis.99. vide Boer.decis.153.nu.13.

Iudex, qui non detulit appellationi, tenetur: & illam non admittens in causa capitali, punitur eadem pęna. Papon.lib.19.tit. 1.arrest.16. Et introducta appellatione, debet expectare sententiam Iudicis, ad quem. Boer.decis. 153.num.4.

Iudex, qui innocentem occidit, an debeat capite plecti, & quid, si ex iracundia occidat, vide Boer.d.decis.153.num.8.& Bald.sing.82.

Negligentia Iudicis si quis moriatur, qualiter sit ipse Iudex puniendus, vide ibi.num. 20.

Condemnans ad mortem antequam bene cõstaret de delicto, & exequendo, non excusatur, licèt postea de illo constiterit: ideò tunc Iudex pariter cõdemnatur ad mortem. Boe. decis.259. fallit in casibus, de quibus vide ib. Sed an ex sola confessione rei, possit illũ condemnare, vt excusetur, vide ibid.

Stante statuto, quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, si Iudex reum condemnauerit, & puniuerit ad mortem, poterit in sindicatu decapitari. Iaff.Lanf.Balb. decis. 366. vide tamen ibid.

In capitalibus, etiam post executionem sententiæ, Iudex auditur ad iustificandam, & sustinendam suã sententiam, in qua iustificatione deficiens, constito de innocentia rei defuncti, debet condemnari ad mortem. Papo. lib.4.tit.13.arrest.5. Tamen aliàs talis Iudex non fuit punitus pęna mortis, vide ibidem, arrest. 6.

Iudex ponens aliquem indebitè ad torturam, est capite puniendus. Clar.in sua Practi. §.fina. q. 64. in principio. Et tenetur in sindicatu, si modum excessit in ipsa tortura. Clar.ib. vers. Iudex, sed vt non teneatur, vide cautelam, de qua ibid.vers. & in hoc.

Qua pœna puniendus sit Iudex, qui vel omnino indebitè reum quæstionibus subiecit, vel in torquendo modum excessit, vide Menoc. de Arbitra.libr.2.cas.340.& Pet. de Raue.singu. 839. Quid, si reus excessu modo torturæ moriatur, vide Pet. de Rauen. singu. 838. Barto.in suo tract.de quæstio.& in l.quæstionis 7.ff.de quæstio.

Multi sunt, qui de iure nõ debẽt torqueri, ideò si Iudex torquet tales, capitaliter puniendus est. Pet.de Raue.sing.403.

Iudex si ob munus sentẽtiam ferat, punitur, sed qualiter, vide Boer.decis.153.

Iudici quando liceat dare pecuniam, vel datã ab eo repetere, vide ibi.nu.23.& seqq.

In mente Iudicis debet esse duplex sal, nempe sal sapientiæ, & scientiæ, ne sit insipidus, & aliud sal conscientiæ, ne si diabolicus. Boer. d.decis.153.num.31.

Iudex, qui recepit pecuniam, siue fecerit, siue non, tenetur.ibid.num. 33. si verò non receperit, sed sit paratus recipere, an teneatur, vide ibid.num.34.

Iudex accipiens aliquid, vt sententiam iustam ferrat, an incidat in falsum, vide Marc.q.141.

Iudex corruptus in ciuilibus soluit triplum Fisco, & cingulo dignitatis priuatur: in criminalibus verò punitur pęna exilij, & publicationis omnium bonorum, teneturq; crimine falsi. Gram.vot.25.nu.6.

Probans Iudicem post sententiam recepisse pecuniam, non probat barateriæ, seu repetundarum crimen. Alexand.Raud.tracta.de Analog. cap. 31. num.35.

Iudex non debet recipere munera, aliàs nõ poterit habere pacem cum legibus. vide ibid. num.37.& Rebuff.in constitutio.Reg.Tom.3. tit.de salar.taxa.

Iudicem fuisse pecunia corruptum difficile est probare, & tamen in hoc casu probationes plenę requiruntur, quando criminaliter agitur. Menoch. de Arbitra.lib. 2. cas. 116.num. 23.& 24.

Iudex per sordes iudicans accerimè punitur, sed quando dicatur per sordes iudicare, vt dicatur corruptus, vide ibid.cas.342.

Iudex corruptus etiam dicitur, si quid acceperit, vt sententiam iustam ferat. Idem Menoc. d.cas.342.num.19.

Iudex barateriam committit, dum per sordes iudicat.ibid.num.20.

Iudex omnino restituit acceptum, etiam si datum sit sine corruptionis animo.ibid.nu.22.

Iudex malè accipit quod recipit, vt celeriter Iustitiam faceret. Menoch.d.cas. 342.nu. 26.& Boer.decis.153.

Iudici

Iudici omnino prohibitũ eſt aliquid accipere, alias ille punitur; tamen Iudices poſſunt eſculenta modici valoris accipere. Menoc.d.caſ. 342.num.36.Bart.in l.7.ff.ad leg. Iul.repet. & Raud.de Analog.cap.31.num.34.Quando Iudici liceat dono aliquid accipere, vide Myſing.obſer.75.cent.2.

Pars iudici pecuniam dans, vt pro ea iudicet, perdit cauſam: & orans Iudicem in camera, vt pro ipſo iudicet, punitur pęna centum aureorum in cauſa criminali. Ludo,Roma.ſing. 331.Et incidit in pęnam falſi. Pet. de Rauen. ſing.205.Sed quid, ſi ſolũ promiſerit aliquid, vide ibid.d.ſing.205.

Iudex accipiens pecuniam, vt committat aliquam iniuſtitiã, & ſi poſtea eum pęniteat, pęnam non euitat.idem de Rauen. ſing.408. & Boer.deciſ.153. num.20.

In diebus feriatis in honorem Dei, non poteſt Iudex procedere ad torturã, neque ad exequutionem pęnæ ſanguinis. Boer. deciſio. 259. nume. 8.

An iudex in ſindicatu poſsit ſe iuuare ex nouis allegationibus, ex quibus oſtendat partẽ nõ eſſe lęſam, vide ibid.Boer.nu.9.

Iudex quando citetur in reuocatione ſuæ ſententiæ, vide Boer.nu.13. d.deciſ.259. & Myſing.obſer.82.cent.3.

Officiales circa idem delinquentes, tenentur inſolidum.Boer.deciſ.310. Pet.de Raue.ſing. 490.vide tamen Bart. in l.qui in 18.C.de iure Fiſci,lib.10.& Marc.q.687.

Iudices non poſſunt reprehendi in arbitrariis: & Officialis excuſatur, qñ nihil deperit Fiſco. Ioſeph.Ludo.deciſ.1.Luc.nu.31. & ſeqq.vide Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.176.

Iudicis arbitrium regulatur ſecundum ius cõe: & Iudex non tenetur in ſindicatu, quãdo habet arbitrium faciendi, prout ſibi videbitur. Ioſeph.Ludo.deciſ.3.Luc.nu.34.& 35.

Officiales aliquando ſtudioſè non procedunt contra delinquentes, vt facilius illos capiãt. idem Ludo.d.deciſ.1.Luc. nu.34.

Officiales de generali conſuetudine non ſindicantur, niſi de dolo, & barateria, & in dubio præſumuntur diligentes.Ioſeph. d.deciſio.1. num.51.& 52.plenius, deciſio.3.nume.39. Et non tenentur de imperitia.Fran.Marc.quęſt. 645. In dubio quoque malè iudicando, per imperitiam iudicaſſe præſumuntur. idem q. 685.Tamen quòd tunc teneantur ad intereſſe parti, ſcribũt Thom.Fauſt.deciſ.14. Cano. & Clar.in ſua Pract.crimin.q.83.§.fin.

Quando Iudex imperitè iudicans puniatur, & qua pęna, vide Meno.de Arbitr.lib.2.caſ.339.

Officiales, qui adminiſtrarunt pecuniam publicam, tenentur reddere rationem adminiſtrationis: & abſoluti ĩ ſindicatu; nõ cenſentur abſoluti à redditione reliquorum; nec à debitis contractis in officio per eos, & eorum familiam.Ioſeph.Ludo.deciſ.1.nu.54. & 55.

Iudices non ſindicantur pro ſentẽtiis, à quibus datur appellatio.Ioſeph. d.deciſ.3. nume.46. Tamen quòd renuncias appellationi poſsit adhuc agere contra Iudicẽ in ſindicatu, ſcribit Rebuff.in conſtitutio.Reg.tract.de appellatio.art.15.gloſſ.4. nu.8. Tom.3. vide Bart.in l.6.§.competit.ff.ſi mens.falſ.mod.dixer.

Iudex, qui condemnat aliquem in plus, quàm ſit iuſtum, tenetur parti ad intereſſe, etiam in criminalibus. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 4. nume. 8.

Iudex, cuius ſentẽtia ex nouis actis reuocatur, non tenetur parti ad intereſſe, & excuſatur in perplexis.ibid.nu.10.

Iudex ad hoc, vt dicatur negligens, debet liquidè conſtare, quòd fuerit requiſitus, vt procederet in cauſa, & coram eodem debet fieri inſtantia.ibid.nu.49. Et in cauſa iniuriarũ requiritur, vt ter interpelletur.ibid.nu.51. Ideò Iudex non incidit in pęnam, ſi cauſa intra tẽpus ſtatutum nõ expediat, niſi à parte fuerit requiſitus.ibid.nu.51.

Iudex non tenetur in ſindicatu, quando idem poſset obtineri à Iudice ſucceſſore.ib.nu.53.

Officiales nõ poſſunt moleſtari pro eorum ſententiis in ſindicatu, licèt etiam altera pars ſit ſuſtentabilis, dummodo non ſententiauerint contra communem opinionem. idem Ludou.deciſ.7.Luc.

Iudex in conflictu opinionum poteſt ſentẽtiare pro qua parte velit.ibid.vide eũdem, deciſ.8.num.fin.

Iudex, qui iudicauit ſecundum vnam opinionem, quam plures Doctores tenent, punitur in ſindicatu, ſi contraria opinio erat approbata communiter.Iaſ.Lanf.Balb.deciſ.15. Tamen iuſtis rationibus adductis, à communi opinione recedere poteſt.Andr. Gail.obſer. 152. libr.1.

Iudex, qui elegit opinionem nõ bonam, quam multi tenuerunt, mitius punitur.Bar.in l.cum prolatis 32.ff.de re iudi.

Iudices, qui mandant executioni ſententias, quæ tranſitum fecerunt in iudicatum, nõ poſſunt moleſtari in ſindicatu.Ioſeph.Ludou.deciſ.Luc.7.num.5.

Iudex non poteſt ſindicari ſuper ſententia iniuſta, niſi etiam dicta ſententia fuerit exequuta.idem Ludo.deciſ.9.Luc.num.27. & 28.

Si Officialis delinquat prætextu officij, & ad cõmodũ officij, ſucceſſor in officio tenetur de crimine.Capel.Thol.q.70.

Iudex, qui non cõdemnat partem in expenſis,

P 2 ad

ad illas tenetur, nec ipsas repetit à parte. Frã.Marc.q.58.& seq.par.1. vide eũdẽ q.518. & 519.part.2.Quod procedit, quando protestatum fuit in libello de expensis ipsis. Marã. in suo Spec.part.6.tit.de libel.oblat.num. 18. fol.334.Anto.Corset.in suis singularib. litera I. singu.Iudex,glo.in l.fin. C. quando prouocare non est neces.

Iudex Assessoris cõsilium nõ tenetur sequi,nisi iustum.idem Marc.q.291.par.2.

Quãdo Potestas teneatur pro imperitia Assessoris,vide Dec,consi.8.

Iudex de Locumtenentis imperitia,non tenẽt. idem Marc.q.578.part.2.tamen vide ibid.

In officio Assessoriæ, si quid malefactũ, vel neglectum reperiaẽ, id ex imperitia Assessoris esse præsumitur;& non facto Potestatis, nisi contrarium probetur. Ludo.Roma.sing. 289.

Non licet Officiario manus violentas in aliquem subditum propter contumaciam, vel inobedientiam verbalem,inferre.Marc. quęstio.550.part.2.

De tempore instantiæ, quando agitur contra Iudicem in sindicatu,vide per eũdem Marc. q.917.part. 2.

Finito officio,tempore sindicatus Iudex debet stare in loco officij spatio quinquaginta dierum,& non vltrà, tamen in loco sui domicilij poterit cõueniri perpetuò pro delictis, & excessibus commissis in officio. Marc. dicta quæst.917. vide, & quæst. 641. part.1.Petr.de Rau.sing. 461.

Quando Officialis committit barateriam in officio, priuatur ipso iure officio, & dignitatis priuilegio,& amplius ad tale officiũ redire non debet, etiam prętextu rescripti. Marc.d.q.917.part.2.vide eundẽ q. 646.683. & q.684.part.1.

De modo probandi aliquem deliquisse in officio, & an barateria posit probari per iuramentum,vide eundem d.q.683. part. 1. & q. 919. part. 2.

Iudex propter negligentiam ab officio remoueri debet.ibid.d.q.919.Tamẽ quòd Officiales hodie non sindicentur propter negligentiam,scribit Clar.in sua Pract.crimin. §. fin.q. 73.vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.341.

Iudex,qui perperam, seu pretio,aut gratia iudicauit,priuatur dignitate, tenetur ad interesse,& patitur alias pœnas, de quibus vide per Marc.d.q.919.par.2.nu.4.& q.684.& seq. par, 1.Papon.lib.6.tit.2.arrest.13.

Contra Iudicem, qui tulit sententiam iniquam dolosè,statur iuramento damnum passi de suis damnis, & interesse passis. Iaff. Lanfran, Balb.decis. 284.

Si Iudicis negligentia absorbet ius partis, ille tenetur ad totale interesse, si partim; ad particulare. Pet.de Rauen.sing. 412.

Iudex dolosè negligens facere Iustitiam, tenetur ad totalem æstimationem;sicut Iudex, qui malè iudicauit.idem,sing.416.

Iudex, qui malè iudicauit, appellatione pendente ab eius sententia, poterit in sindicatu conueniri ad expensas, seu ad interesse expensarum. Bart.in l.3.§.ex quibus. ff. de aliena.mut.iudi.ca.fac.& in l. 1.ff.de administr.& & peric. tut.

Iudex, qui malè iudicauit,tenetur parti, licèt illa appellare posset, sed si mihi denegat id, quod ab alio commodè postulare possum, mihi non tenetur. Bart.in l. dies cautionis. §. si tam vicinum.ff.de dam. infect.

Pars, quæ appellat à sententia,potest etiam habere regressum contra Iudicem malè iudicantem.Bar.in l.1.ff.de appellat.nu.6.

Iudex faciens iniustitiam, vel denegans Iustitiam,obligatur parti ad interesse, Bartol. in tract.represal.q.4.nu.13.fol.124.

Si Iudex per imperitiam malè iudicauerit,condemnabitur inquantum religioni Iusdicentis videbiẽ, dũmodo quantitatẽ peculij non excedat (si est filiusfam.) sed si dolo malo iudicauerit, condemnabitur in totum, quę actio de iure Ciuili contra hęredem nõ trãsit.l.si filiusfamil.15.ff.de iudic. Secùs de iure Canonico, quia eo iure tenetur hæres exonerare conscientiam defuncti. gloss. in l. 16. Iulianus,ibid.vide Roma.sing.162.

Iudex in casu suprascripto obligatur parti ex quasi maleficio. l. ex maleficiis. §. si Iudex.ff. de actio. & obligat. §. 1. Institut. de obligat. quæ ex quasi malef.nas.& ibid.glos.

Quæ iure potestatis à Magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent, licèt per iniuriam sententiam dixerit: ideò Magistratus hoc casu non tenetur actione iniuriarum.l.iniuriarum 13.§.idem Labeo in fine,cum §.seq. ff.de iniur. Tenetur tamẽ actione in factum. gloss.ibidem.

Iudex litem suam facit,quum cõtrà æquitatem iudicat,& tunc obligatur ex quasi maleficio, & actione in factum tenetur, inquantum ęquum Iudici videbitur.l. fin.ff. de var.& extraord.cognit.

Barateria, seu corruptio Iudicis,per mediatorem potest probari, Marc. quæst. 919. num. 6. part.2.

Iudex, qui per gratiam iudicat, aut constitutiones negligit, incidit in pœnam falsi. ibid. nume. 8.

Officiales in officio delinquentes, dum pendet lis, debent ab officio suspendi. Marc. q. 652. part.1.

Iudex

Iudex absoluens ab instantia iudicij cōtra ius, litem suam facit, licèt actio, vel ius non perimatur. DD. de Rot. deci. 3. aliàs 69. tit. de dol. & contuma. in nouis. Sed quando aliàs Iudex faciat litem suā, vide Papo. lib. 9. titu. 1. arrest. 24. & Bart. in l. 10. ff. si mensor fals. mod. dixe.

Iudex litem suam facit, si iniquum consilium Sapientis sequatur. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 23. nu. 5. Sed an tunc teneatur in sindicatu, vide Fel. consi. 24. nu. 14.

Quando quis accusatur de crimine commisso extra officium, pēdente accusatione, retinet officium, & administrationem: quandò verò accusatur de crimine commisso in officio, retinet officium, sed pendente accusatione, interdicitur administratio ipsius officij. Vinc. de Franc. decis. 8.

De pęna priuationis officij, & quibus casibus de iure Canonico incurratur, vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 73.

Licèt sententia iniusta transierit in iudicatum, potest tamen Iudex in sindicatu conueniri. Iaff. Lanf. Balb. decis. 379. Quia quo ad illum nunquam transit in iudicatum, quominus teneatur parti lęsæ ad dāna, & interesse. Andr. Gail. obser. 153. lib. 1.

Familiares Officialis pro eo testificantur in sindicatu, si causa illos non tangat, & sint probatæ vitæ. Iaff. Lanf. Balb. decis. 387.

Iudex tenet̄ ad obseruātiā statuti, licèt illud nō sit in causa per aliquam ex partibus productum. idem, decisio. 389. vide supra titu. de statut. in genere.

Iudex per inquisitionem indebitè procedens, si de hoc constet ex processu, tenebitur parti ad interesse, damna, & expensas. idem Lanf. decisio. 400.

Iudex denegans Iustitiam amittit iurisdictionem, sed an sępius Iudex pro Iustitia administranda requirendus sit, vide Andr. Gail. obser. 28. lib. 1.

Solicitator corruptor Iudicis, debet puniri. Papon. lib. 6. tit. 2. arrest. 12. Vide de pęna corrūpentis Iudicem, per Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 343. Et quòd tentans corrumpere Iudicem puniatur, habetur ibid. nu. 16.

Iudex, qui vult rectè iudicare, quomodo se habere debeat in audiendis partibus, vide Papon. d. lib. 6. tit. 2. arrest. 14.

Amisso processu, quomodo Iudex, vel Secretarius teneatur, vide Papo. lib. 19. tit. 1. arre. 22.

Iudex recipiens cessionem bonorum, non obstante appellatione, tenetur ad solutionem debiti. ibid. arrest. 23.

Iudex tenetur restituere illud, quod acceperat per compositionem. idem, libr. 23. titu. 11. arrest. 1.

Iudex inferior intromittēs se de eo, quod pertinet ad solum Principem, reus videtur lęsæ Maiestatis crimine. Craue. consi. 18.

Contra Iudicem in iure vulgato, & noto errantem, dolus præsumitur. ibid. nu. 14.

Iudex si nolet impēdere id, quod debet ex mero officio, quomodo parti succurratur, vide Ias. de actio. in §. præterea, nu. 8.

Iudex negligens facere Iustitiam, facit litē suā, sicut malè iudicando. Ias. ibid. num. 11. 12. 16. Et tunc tenetur parti. Gram. decisio. 40. num. 19. & Barto. in l. si quando 15. nume. 14. C. de testib. Sed quid, si fuerit negligens circa condemnationem expensarum, vide ibid. Ias. num. 13.

Iudex negligens criminaliter punitur, & toto salario priuari potest. Ias. ibid. nume. 14. Sed qualiter teneatur nolens probationes recipere, vel dare sentētiam (cùm posset) vel aliter neglexerit administrare Iustitiam, vide Bart. in l. 6. ff. de var. & extrao. cogn.

Potestas videns aliquos rixantes, si non mittat familiam suam, est priuandus officio. idē Ias. in §. si minus, num. 20.

Si Potestas habeat filium rixosum, & non prouideat, licitè potest expelli ab officio suo. Ias. ibid. nume. 21.

Castellanus, finito officio, rationē reddere tenetur, neque ad illud amplius debet assumi, nisi ratione reddita. D. Sol. in constitu. antiq. Sabaudiæ, titu. de Castel. gloss. 3. num. 4. super decreto, quia pluribus. fol. 3.

Causa instrumentaria infra sex menses terminari debet, aliàs Iudex mulctatur pęna quinquaginta solidorum Fisco applicandorum, ità cauetur in hac Patria Pedem. in dd. constitu. antiq. Sabaudiæ, titu. de ordin. process. decre. ad causarum lib. 2. Sed hæc pęna Iudici causam non determinanti non infligitur, nisi parte petente determinationem. idem D. Sol. super d. decreto, ad causarum, glos. 4. fol. 131.

Sindicatores inquirunt contra Officiales stātes ad sindicatum, de commissis, & omissis in officio. Maran. in suo Spec. par. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam inquis. nu. 201.

Iudex in sindicatu non tenetur in causis paruis, si statuta loci non obseruauerit; sed quæ dicat̄ causa parua, Iudicis arbitrio relinquitur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 72.

Indicia quatuor modis eludi, atque corrumpi, scribit idem Menoch. ibid. cas. 343. num. 10.

Cùm Iudex cupiditate corrumpitur, plus ipse delinquit, quàm pars corrumpens. Menoch. ibid. num. 13.

Pęna quæ fit in eos, qui litis euentum promittunt, & victoriam causæ, & de prohibitione

emptionis dicti euentus, vide eundem Menoch.caſ.344.

Magiſtratus reſiſtere debet ſuis ſeruis, & familiæ, ſi quid iniquè agere tentant. ibi. caſ. 345. num.7.

Magiſtratus gerens, nec p ſe, nec p pſonã inter poſitã, emere poteſt bona Ciuium. Menoch. ibid.caſ.459.num.12. Minus poteſt pecuniam mutuo à ſuis ſubditis accipere. ibidem, num. 13. Neque donationes. ibid.nu.14. Aliâs Iudicis arbitrio punitur. ibid. nu.15. & 16.

Pęnã imponitur Iudici non admittenti defenſionem veræ innocẽtiæ. Pet. de Raue. ſin.515.

Officiales non punientes maleficia, & non imponentes pœnas legibus ſtatutas, quomodo puniantur, vide Ant. Corſet. in ſuis ſingularibus, litera P. ſing. pœna 6.

Officiales ſucceſſores debent ſatagere, ne prædeceſſores non ſindicati recedãt, alioqui pro illis manent reſponſuri, & eiſd. pœnis puniendi, quibus ipſis prædeceſſores, ſi culpabiles appareant. Hippol. ſing.652.

Iudex occupans alienam iuriſdictionem, capitaliter eſt puniendus. Guliel. de Ludo, ſing.5.

Iudici regulariter nõ licet leges transgredi, niſi ex cauſa. vide Marc. de Mant. ſing.149.

De materia ſpectanti ad hunc tit. vide per Bar. in l. vnica. C. vt oẽs Iudices tam ciuiles, quàm crimi. & in ſuis quæſt. & tit. C. ad leg. Iul. repe.

Officialis, qui inculpatur de aliquo, ſi aufugiat, habetur pro confeſſo. Bar. in l.3. C. de Aſſeſſ.

Iudex, qui abſoluit ab inſtantia iudicij contrà ius, facit litem ſuam: & pronunciando ſe incompetentem, cùm eſſet competens, ad totale intereſſe tenetur. Bar. in l. ſi quis 29. C. de pact. num.7.

Officialis, qui præſtat patrocinium, vel fauorem alicui priuato in aliqua cauſa, alio Officiali punitur: & in iſto delicto Iudex minor poteſt punire maiorem. Barto. in l.1. C. ne liceat potentioribus, nu.2.

Officialis, qui ignorabat delictum, excuſatur in ſindicatu. Bar. in l. mancipia 5. C. de ſeru. fug.

Officiales diſſimulantes punire malefactores, qua pęna puniantur, vide Bar. in l.5. C. de deſertoribus, lib. 12.

Poteſtas quando poſſit impediri per Rectores Ciuitatis de eo, quod facit, vel reſeruari debeat tempore ſindicatus, vide Bar. in l. ſi tutor 17. ff. de aucto. & conſen. tuto. vel curato.

Cùm per appellationem ſententia reſcinditur, talis reſciſio non debet obeſſe ei, qui non inique animo iudicauit. c. hoc etiam 2. q. 6.

Poteſtas ſi procurat cũ ſuo Iudice, vt ferat ſententiam iniuſtam, tenetur lege Cornelia de fica. Idem, ſi Priores facerent, vt Poteſtas ferret. Bar. in l.1. ff. ad leg. Cornel. de fica.

In cauſa ſindicatus ſũmariè, & ſine libello proceditur. Bar. in §. neceſſitatem, Authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio.

Iudex, qui omiſit qđ facere debebat, punitur. l. non quicquid 40. §.1. ff. de iudi.

Iudex, qui iudicauit contra legem, non proptereà tenetur crimine læſæ Maieſtatis. l.1. C. ad leg. Iul. Maieſtat.

Punitur Iudex, qui vim illatam differt vindicare, vel remittit, aut imponit mitiorem pœnã, quã debebat imponere. l. 8. C. ad leg. Iul. de vi public.

Iudex in officio furta, vel ſcelera comittens, punitur, & ad dignitatem poſtea non admittitur. l.12. C. de dignitat. lib.12.

Si Iudex conſtitutiones Principum in iudicando neglexerit, punitur, quia ſecundum leges debet iudicare: fallit in Iudice, qui eſt ſupra leges, vt eſt Papa, vel Imperator, qui iudicat ſecundum conſcientiam. l.1. §.2. & ibid. gloſſ. ff. ad leg. Corne. de falſ.

Iudices ſi corrupti dicantur, & hoc probetur, grauiter puniunt̃. l. ſi qs 38. §. Iudices. ff. đ pęn.

Iudex ſi non iure pronunciat, facit iniuriam: & iniquitas, & iniuſtitia diuerſa ſunt. §.1. Inſtitu. de iniur.

Delinquens in officio ſuo, efficitur infamis ipſo iure, & non requiritur ſententia. Barthol. de Capu. ſingul.6.

Mulctam (quæ Fiſco applicari debet) an Magiſtratus remittere poſſit, & qualiter puniatur, ſi remittat pœnam ordinariam, vide eundẽ de Cap. ſing.14.

Iudicis amotio licèt eius manus non liget, niſi ſciat, tamen ſecùs erit, ſi propter delictum amoueatur, quia tunc etiam ignorantem afficit. Ludo. Roma. ſing.49.

Iudex ſine cauſa augens, vel minuens pęnas, incurrit infamiam, & punitur eadem pęna, qua reus. idem Roma. ſing.78.

De Magiſtratibus conueniendis.

Contra Magiſtratum, qui non exegit idoneã cautionem, datur actio, de qua per Ioan. Criſp. in ſuo tract. termino. actio. poſt volumen. Iaſ. de actio. num.173.

Notarius quando teneatur, ſi non acceperit fideiuſſores idoneos pro rebus pupillorum, vide Ioſeph. Ludo. deciſ. Luc.33.

Satiſdatio pupilli, rem ſaluã fore, capitur à Magiſtratibus eorum periculo, ſi nõ ſit idonea. §. ſed hoc iure, Inſtit. de Atil. tuto. Quia non ſatiſdantibus tutoribus, vel minus idoneè, tenentur Magiſtratus. §. pen. eod. tit.

Ad Magiſtratus, qui tutores confirmant ſine inquiſi-

quiſitione,& fideiuſſores non recipiunt,pertinet periculum adminiſtrationis. l. tutores. 5.ff.de confirma.tuto.

Magiſtratus ad placitũ poſiti (vt perpetui Magiſtratus) ſemper cõueniri poſſunt. Pet.Roy. decif. 4.Litua.nume. 413. in deciſio.diuerſo. Tom.2.fol.445.

Pupillo promptius ſubuenitur contra tutorem dolo verſantem, quàm contra Magiſtratum. Barto.ſing.64.

Tutor non habet actionem contra Magiſtratũ, qui dedit contutorem inſufficientem, licèt ipſe tutor pro contutore ſuo puillo ſatisfaciat.Bart.ſing.65.

Tutor datus à Iudice,ſi malè adminiſtrauerit, & non ſit ſoluendo , poterit prius conueniri Iudex , qui illum creauerat , quàm contutor teſtamentarius.Roma.ſing.300.

Si tutor teſtamentarius,& datiuus gerant diuiſim , pro datiuo prius peruenitur ad Magiſtratum,quàm ad cõtutorem ; ſecùs ſi omnes eſſent datiui.l.Lucius 47.§.cum teſtamẽto.ff. de adminiſt.& peric.tuto.vel curat.

Collega quando cõueniatur pro alio Collega, vbi tempore depoſiti officij non eſſet ſoluẽdo:& ſi agitur contra vnum ex pluribus Officialibus , quando prius agatur contra nominatorem,quàm contra Collegam,vide Bart. in l.3.C.de conuenien.Fiſc.debit.

Diuiſio facta inter plures tutores à ſe ipſis non facit,quin vnus pro alio teneatur,antequam perueniatur ad Magiſtratum;ſecùs in diuiſione facta à pluribus Reipub. Adminiſtratorib. l. Lucius 47. §. Sempronij. ff. de adminiſtr.& peric.tuto.vel cura.

Ad contutorem, & Magiſtratum pertinet periculum tutoris,qui ſatis non dedit, ſi tempore finitæ tutelæ reperiatur non ſoluẽdo;aliàs ſecùs.l. Aemilius 54.ff.eod.

Sunt quidam Magiſtratus,qui habent ius exigẽdi ſatiſdationem tantùm , quidam dandi tutorem ſolummodo,& nonnulli vtranque habent poteſtatem: ſed qui habent dandi tantùm, non conueniuntur ; alij verò conueniri poſſunt vtili actione tutelæ , vel in factum. vide gloſ.ibidem.

Quando Magiſtratus conueniantur ante contutorẽ,qui nõ geſſerat , vide l.1.§. vſq; adeò. ff.de tutel.& ratio.diſtrah.

In l.Imperator 11.ff.ad municip.& de incol.ſcribitur , quo ordine ſint cõueniendi Magiſtratus,qui malè ſe geſſerunt,aut is,qui eos nominauit,vel fideiuſſores.

Si Magiſtratus, finito officio,fuerit Idoneus,nominator nõ teneť. l. ordine 15.§.in eum.ff.ad municipal. & de incol.Idem ſi tempore nominationis erat idoneus.l.2.§.ſi eo tempore. ff.de adminiſtr.rer.ad Ciuit.pertin.

Magiſtratus quum conuenitur ad quid reddendum , & condemnatur,non debet condemnari ad vſuras rei,ſeu pecuniæ debitę.l. conſtitutionibus 24. ff.ad municipales , & de incol. vide tamen l. fin. ff. de adminiſtrat. rer. ad Ciuita.pertinen.

Si ſequentes Officiales approbant nomen contractus habiti ab Officialibus præcedẽtibus, illi à periculo liberantur;ſecùs ſi non approbauerint.l.Titio 36.§.Titius.eod.tit.

Ad officiũ Magiſtratus ſpectat exigere ea, quæ ſunt legata Ciuitatibus , & ſi non exegerint, tenentur ipſi , & eorum hæredes. l. fin. ff. ad municip.& de incol.

Ius Reipub. pacto inito inter Magiſtratus mutari non poteſt,quominus Magiſtratus (Collegæ quoque nomine) conueniatur.l. 2.§.ius Reipub.ff.de adminiſtr.rer. ad Ciuit. pertin.

Magiſtratus Reipublicæ non ſolùm pro dolo , ſed etiam pro lata negligentia ,tenentur, & diligentiam præſtare debent.l.7.eo.tit.

Pater tenetur pro filio ad Magiſtratum electo, ipſo patre conſentiente. l. 8. ff.de adminiſtr. rer.ad Ciuit.pertin.

Magiſtratus pro ſuis Officialibus tenetur:quia in eligendo fuit in culpa , cùm debuerat eliſgere ſufficientes. Rebuff.in conſtitutio. Reg. tract.de ſentent.executor.art.7.glo.15.

De Officialibus, Conſiliariis,& Adminiſtratoribus Ciuitatum, aliorumq; locorum.

Adminiſtratores publici , ſi legitimè rationes non reddiderint , & contingat probari aliqua bona(ad Cameram ſpectantia) ad ipſos perueniſſe,qua pęna puniátur, vide Ozaſ. deciſio.70.num.9.

Domino competit cogere Sindicos ad rationẽ reddendam,de adminiſtratis in rebus Communitatis.Guid.Pap.q.631.

Redditio rationis Officiali loci fieri nõ debet; ſed Sindicis.Crauer.conſi.218.Nam adminiſtratores Reipub.ſeu Communitatis rationẽ reddunt Sindicis, ſeu aliis conſtitutis à Communitate ad eum effectũ,& Prior Priori ſucceſſori ſuo in officio.D.Sol.in conſtitu.antiq. Sabaudiæ,glo.5. ſuper 1.part. decreti, quitationem, tit.de minor.fol.102. Et quitatio facta Adminiſtratoribus Cõmunitatis per cõſtitutos ad recipiẽdum computa , valida eſt, niſi probetur error,vel dolus.ibi.n.36.fol.104

Particulares loci poſſunt redditioni rõnum adminiſtratorũ Ciuitatis adeſſe. D.Sol.ibi.n.37.

Actio

Fran.

Fran.deci.172.n.3.vide Mar.de Mãt.sing.601.

Administrator culpa caret, si se gessit in administratione secundum morem, & consuetudinem loci. Borg. Caual. decis. 8. nume. 19. de contract.

Administrator Communis, quando habet liberam administrationem, nō tenetur de leuissima culpa. ibid. num. 22.

Decuriones facultatibus lapsi, ex publico sustētandi sunt. Andr. Gail. obser. 56. nu. 8. lib. 2.

Consules non debent mouere lites, inconsultis hominibus loci. Papon. lib. 6. tit. 1. arrest. 2. vide lib. 7. tit. 2. arrest. 4.

Administratio interdicitur, lite pendente super validitate electionis. Vincen. de Franc. deci. 419. part. 2.

Electus si nō exercuerit officium per integrum annum facto tertij, tempus non suppletur de anno sequenti, sed agit ad interesse contra impedientem. ibid. d. deci. 419.

In Conciliis, & reformationibus ordo seruari debet: & vocē primam habere debet in Cōcilio ille, qui habet maiorem dignitatem, & est dignior. Maran. in suo Spec. de ordine iudi. in proęmio, num. 7.

Decuriones, quibus super bona statu Ciuitatis datum est arbitrium, antiquos ordines immutare non possunt: idem in eo, qui habet amplissimum arbitrium. Menoch. de Arbitr. libr. 1. quæst. 15.

Consiliarius, qui minus fideli consilio, falsisque suis suasionibus persuasit Vniuersitati, vt querelas aduersus aliquem proponeret, & inde, porrecta querela, pręuaricatus fuerit, colluseritq; cum accusato, & secreta Vniuersitatis (cuius ipse erat Consiliarius) dicto accusato detexerit, debet puniri, & priuari Consiliarij officio. Menoch. consi. 175. lib. 2.

Administrator Reipub. fidem bonā debet agnoscere, & si temerè litiget, condemnari debet in expensis nomine proprio, tamen metu futurarum expensarum, non debet administrator ius Vniuersitatis indefensum relinquere. Craue. consi. 132. nu. 2. & 14.

Administrator non debet aggredi negotia insolita, aliàs tenetur. Craue. d. consi. 132. nu. 2.

Sindicus dicitur munus personale accipere, ad quod inuitus quis tenetur. ibid. num. 3.

Administrator, seu Sindicus, si non procurauerit relaxationem alterius Consindici, vel aliter malè versatus fuerit in officio, vti suspectus debet remoueri. Craue. consi. 132.

Administrator Reipub. dici potest suspectus p quemlibet de Populo; sicut dicitur de tutore. Craue. d. consi. 132. nu. 9.

Officiales, & Administratores cum pecuniis publicis lucrari possunt, & pro tali lucro non tenentur. Dec. consil. 6.

Officiales non tenentur pro pecuniis, quæ sibi furto subtractæ fuerunt. Dec. consi. 472.

Administrator publicus cōtrahens cum aliquo nomine officij, non obligat se ipsum nomine proprio. Natt. consi. 641. Qui tradit exemplū in Sindicis Ciuitatis, qui vti Sindici, & nomine Ciuitatis susceperant custodiam cuiusdā damnati ad mortem, sub pęna aureorū 300. qui postea aufugit.

Administrator non obligatur nomine proprio, sed tantùm obligat dominum, si constet illū solùm obligare voluisse. Dec. consi. 510.

Sindici Ciuitatum, & villarum dicuntur habere mandatum generale cum libera, & omnia illa possunt expedire, in quibus aliàs requiritur speciale mandatum: ideò etiam transigere possunt. Natt. cōsi. 45. To. 1. Rom. sing. 658. Hoc verū in re dubia; non enim possunt debitū liquidū remittere. l. Pręses 12. C. de trāsa.

Administratores legitimi quamuis habeant liberam administrationem cum generali potestate, tamen non possunt donare, nec dilapidare, minus Vniuersitatē obligare ad id, ad quod ipsa non tenebat. Natt. cōs. 641. nu. 5.

Administratores qualiter intelligantur habere administrationem circa bona Ciuitatis, & quādo debitum remittere possint, vide Bar. in d. l. 12. C. de transact.

Confessio Sindici non nocet Vniuersitati præsertim, quando est facta per modum voluntariæ iurisdictionis. Ozas. decis. 39. nu. 6. vide tamen ibid. num. 36.

Scriptor electus ad scribendum introitus Communis, si deficiat scribere aliquem particularem introitum, punitur pęna manus, sed si scribat diminutiuè, punitur pęna dupli eius, quod tacuit. Roma. sing. 379.

Consules Ciuitatum habēt iurisdictionem, sed qualem, vide Guid. Pap. sing. 422.

Vtrum quilibet Prælatus, vel Baro possit constituere Consulatum in terra sua, vide ibid.

Sindicus nomine Vniuersitatis, potest aliquem accusare. Guid. Pap. sing. 507.

Consules non habēt potestatem obligandi bona singulorum. idem Guid. sing. 695. Tamen Ciuitati permittitur obligare bona singulorum pro negotiis publicis. Rot. Auenio. decis. 13. in decisio. diuerso.

Rectores Ciuitatum possunt ordinare super frumento vendendo. Ant. Corset. in suis singularibus, litera F. sing. frumentum.

In Italia Decuriones vēdūt res suas liberè. Bar. in l. 1. C. de prędi. Decurio. sine decret. lib. 10.

Ad officium Ordinis Decurionum spectat facere ea, quæ scribuntur in l. 2. vers. gestum. ff. ad municipales.

De decu-

De Decurionibus,& eorum potestate vide per Bar.in l.ambitiosa.ff.de decre.ab Ordi.faciē.

Administrator Ciuitatis,quando possit prȩiudicare Ciuitati: & Cōcilium Ciuitatis habet illam potestatem,quam habet totus Populus, & æquiparatur Ordini Decurionum. Bart. in l.5. C. de vsur. Sed quando Ciuitas teneatur ex obligatione Administratoris,vide eūdem Bart.in l.Ciuitas 27.ff.si cert.pet.

Ciuitas non obligatur ex mutuo, nisi probetur pecuniam versam in vtilitatem ipsius Ciuitatis; solus enim qui cōtraxit obligatur. Abb. consi.7.part.2.

Potestas, vel Capitaneus Ciuitatis,quā potestatem habeat,vide Bart.in d.l.5.C.de vsur.

Rectores Ciuitatum,necessitate publica imminente, ex iusta causa possunt cōstituere præmium capienti, & præsentanti malefactorē. Bar.in l.4.C.de nauicul.lib.10.

Priores habentes arbitrium super abundantia, possunt ordinare in Ciuitate,quantum frumentum possit vendi,qualibet die,& quolibet mense. vide Barto. in l. 1.C. de frumen. vrb. libr. 11.

Procurator absentis,si fuerit negligens in exequendo mandata Communis,punitur,& etiā dominus,si est cōscius. Bar.in l.2.C.de exact. & translat.milit.arm.

Gesta ab Officiali, qui communiter reputabatur Officialis (quum non esset quia non fuisset legitimè electus) non tenent. Bart.in l.7. C.de numera.& actua.lib.12.

Rectores Ciuitatū, & Magistratus statuere aliquid possunt pro tempore eorum officij;non autem quòd perpetuò valeat. Barto.in l.1.ff. quod quisque iuris.

Quando aliquibus conceditur arbitrium à Cōmuni, illi non possunt facere contra statutū: nisi ex noua causa. Barto.in l.si hominem 30. ff.mandati.

Rectores ꝑ ampliāda Ciuitate numero hominū,possunt expēdere de bonis Cōmunis.Bar. in l.cū ratio 7. §. si plures.ff.de bonis dānato.

Sindicus an accuset nomine sindicario, vide Barto.in l.Polla 2.C.de his, quibus vt indig. hȩred .aufer.

Sindicus constitutus ad certum tempus, finito tempore,& lite contestata,an possit cogi ad causam prosequendam,vide Bart.in l. ita autem 5.§.post.ff.de administr.tuto.

Defensor Ciuitatis potest deferre iuramētum, si est ei mandatum.l.iusiurandum 34.§.defensor.ff.de iureiuran.

Actor Vniuersitatis ad singulas, & omnes causas constitutus, an etiam pro futuris causis constitutus censeatur, vide Perillustr.D.P. Tessa.decisio.59.

Nouitates Ciuitatibus non sunt inducēdæ, etiā ob vtilitatem Communem, nisi consulatur Superior.Capic.decis.148.

Consules, vel Sindici quomodo creantur, vide Guid.Pap.q.452. Marc. q.779. & 780. & infra lib.2.tit.quod cuiusque Vniuersitatis,&c.

Habitantes extra Ciuitatem in suburbis,an Cōsules esse possint,vide Boer.decis.272.& Papon.lib.6.tit.1.arrest.1.

Electio Sindici, & electorum est facienda per Vniuersitatem congregatam: & non potest fieri per eosdem Sindicos,& electos, vel per Concilium repræsentans Ciuitatem.Vincen. de Fran.decis.210.

Ciues, qui nomine Ciuitatis mutuo pecunias acceperunt,tenentur de his rationem reddere.Rot.Auenio.decis.13.in decisio.diuerso.

Accusatus de crimine, non potest habere honores.Bar.sing.54.

Officiū (ad qđ qs fuit electus) acceptare recusans,qua pȩna puniatur,vide Rom. sing.188.

Ciuitas statuendo potest lȩdere iura singulorū, ex causa respiciente Publicam vtilitatem. Natt.consi.12. Tom.1.

Absentes extra Ciuitatem, in actibus Vniuersitatis vocandi nō sunt (etiam in arduis) tribus casibus exceptis.Natt.consi.67.

Pecunia quando soluitur minus rectè administratori Ciuitatis, nō prȩsumitur versa in vtilitatem illius:idem in tutore,& curatore.Pet. de Rauen.sing.514.

Officiales quando creantur, debet mos antiquus seruari, aliàs electio esset nulla. Anto. Corset.in suis sing.litera C.sing.cōsuetudo 2.

Respub.pōt cōpellere ad operādū validos,qui nihil faciunt, & viuunt, aliàs illos à Ciuitate expellere pōt.Amanel.de Clarisaq. sing.105.

Priores Ciuitatis soli nō possunt Legatū mittere, quia hoc facit Magnum Concilium: & quando vocatur Concilium, absentes extra Ciuitatem non sunt expectandi.vide Barto. in l.6.C.de legatio.lib.10.

Ciuitas habet Officiales triplicis generis. Bart. in l.instar 2.C.de iur.Fisc.lib.10.nu.9.

Administratores Ciuitatū possūt vēdicare res per illos alienatas.Bar.in l.si minori 3. C.e.ti.

Ciuitates non recognoscentes Superiorem habent Fiscum,& possunt capere bona vacantia,etiā ex delicto, habentq; ius confiscandi. Bar.in l.1.C.de bon.vacan.lib.10.

Rectores Ciuitatis possunt conuocare Conciliū, sed qua auctoritate hoc facere possint, & quando valeat conuocatio, vide Bart.in l. obseruare 2.C.de Decurio.

Propositio in Cōcilio debet fieri per Superiorem,& Magistratum; sed quamuis illi proponant,tamen non reformant.Bart.ibid.

Pactum

Pactum factum à Regentibus municipium, prodest singulis de Vniuersitate. Bart. in l. testatrix 20. §. plures. ff. si seruit. vendi.

Minor non habet locum in Concilio, neque in constitutione Sindici. Bart. in l. de pupillo 5. ff. de nou. oper. nuncia.

Denūciatio facta Sindico, vel Procuratori Reipub. illi nocet. Bar. in l. 5. §. etsi fortè. ff. quod vi, aut clam.

Potestas generalis statuendi debet intelligi, dummodo alteri ius quęsitū nō auferat. Bar. cons. 172. vol. 1.

De regimine Ciuitatis vide p Bar. in suo tract. de regim. Ciuita.

In creatione Sindici Vniuersitatis, debet interueniri auctoritas Superioris. Bart. in l. 1. C. de seru. Reipub. manu.

Licèt pater velit filium suum infantem esse Decurionem, non propterea astringitur ad aliqua munera. l. Lucius 21. §. pro ff. ad municip. & de incol.

Decuriones quidam dictos aiunt èx eo, quòd ab initio, quum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui ducebantur Concilij publici gratia conscribi solita esset, vide l. pupillus 239. §. Decuriones. ff. de verb. & rer. signif.

Vide de materia, per tot. tit. C. de Decurio. & eor. fil. lib. 10.

De successione Decurionum vide ibi. tit. quomodo, & quando quarta pars.

Ciuitatum defensores non possunt eligi, nisi Christiani, & super hoc debent iurare electi. l. 17. C. de Episco. audien.

Qui debeant eligi Ciuitatum defensores, quales, per quos, de pęna imposita electo declinanti, & de eius officio, & iurisdictione, vide in authen. Præsides. C. eod. titu.

Quod relinquitur Administratoribus Vniuersitatis, videtur relictū ipsi Vniuersitati. l. Ciuibus 2. ff. de reb. dub.

Municipes possunt iurare per eos, qui regunt municipium. l. municipibus 96. ff. de conditio. & demonstratio.

Appellare debent electi ad munera publica, & suam appellationem iustam ostendere; aliàs videntur consentire. Bartol. in l. hi qui 7. C. de appellatio.

Vide de pertinentibus ad hunc tit. etiam in tit. quod cuiusque Vniuersitatis, &c. infra lib. 2.

De Collegijs.

IN vno ius vniuersitatis, seu Collegij actu, vel habitu esse pōt. Franc. Marc. quæst. 367. & Dec. consi. 151. nume. 18.

Licèt Ciuis non originarius virtute statuti non possit admitti ad Collegium, nisi sit natus in Ciuitate, tamen natus alibi fortuitò potest esse de Collegio, non obstante d. statuto. Gram. decis. 103. nu. 112.

Statuta Collegiorum de recipiendis, & cooptādis Iuriscōsultis, sunt benignè, largeq; interpretanda. Menoch. consi. 227. lib. 3. Ideò non obstante statuto, per quod cauebatur nullū esse admittendum, nisi natum, & procreatū ex legitimo matrimonio, poterit admitti legitimatus per subsequens matrimonium. Menoch. ibidem.

Collegia approbata possunt dare suis rationibus iurisdictionem, & possunt facere statuta de his, quæ pertinent ad eorum iurisdictionem. Bart. in l. 7. C. de iurisdic. omn. Iudic. & in l. omnes Populi. ff. de Iustit. & iure.

Vniuersitas Scholarium est approbata, & potest habere Rectorem. Bar. ibid.

Collegij noui erectio vt teneat, quæ requirantur, vide Boer. decis. 115.

Collegio cuicunque licito competit facultas imponēdi collectas pro suis necessitatibus, quas imponere potest Collegium, inconsulto Principe: tenetur tamen collectas æqualiter imponere, ne vnus plus altero grauetur. Ioseph. Ludo. decis. 43. Perus.

Magistri artis approbatæ Collegium habere videntur, & possunt condere statuta, & Sindicū creare: tamen non possunt se cōgregare sine Principis auctoritate. idem Marc. q. 165.

Opiniones in iudicando in communi, & collegialiter præstandæ sunt: & regulariter maior pars præualet. Marc. q. 690.

Consensus in actu Collegij collegialiter, & nō particulariter præstandus est. Marc. q. 1028.

Maior pars Collegiatorum potest recipere aliquem in Collegio, licèt minor pars contradicat, & statutum Collegij contrarium disponat. Vincent. de Fran. decis. 2.

Mandatum factum per certos de Collegio, absentibus duobus, an valeat, licèt non appareat illos absentes fuisse vocatos, vide Crescen. decis. 6. aliàs 117. tit. de Procurato.

Clerici admissi in Collegium Iuriscōsultorum, possunt in disputationibus causarum secularium (quæ Collegio delegantur) disputare, & se in eis ingerere. Raud. trac. de Anal. c. 39.

Collegium non obligatur, nisi simul cōgregati homines Collegij consentiant. Dec. cōs. 437.

Collegium non potest constituere Procuratorē sine consensu Prioris, sed an possit ipse Prior propria auctoritate illum constituere, vide Roma. sing. 281.

Collegium quis rixando, vel quouis alio modo conturbando, si de eodem Collegio sit, punitur deiectione Collegij. Roma. singul. 680.

Pater

Pater poteſt in Collegio dare fabam pro filio, & contrà. idem,ſing.813.

Actus geſtus Collegialiter ab habilibus, & inhabilibus, ſuſtinetur propter habiles: fallit in tribus caſibus, de quibus vide per Ant. Corſet. in ſuis ſing.litera V.ſing.Vniuerſitas.

Illud, quod facit maior pars Collegiatorũ, ſeu confœderatorum,minori parte contradicente,ratum quo ad omnes habetur. gloſ.in c.in Chriſti nomine,de pac.conſtan.in vſib.feud. vide gloſſ.in cap.cùm omnes,ex.de conſtitu.

Quando Collegium facit aliquid,ſufficit,quòd maior pars ſit præſens,debent tamen omnes de Collegio vocari.Bart.in l.3.ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nom.

Quando Collegium non habet Rectorem, poteſt conuocari per antiquiorem de ipſo Collegio.Bart.in l.1.ff.de alb.inſcrib.

Nomina illorũ,qui ſunt de Collegio in Sindicatu,vel in venditione,ſcribi debẽt: in aliis verò actibus non;niſi quando Collegium eſſet paruum.Bar.ibid.

In corporibus volentibus aliquid ſtatuere,ſunt omnes citandi, quo facto,ſtatutum factum à maiori parte,erit validum.DD.in l.alio.ff.de aliment.cibar.lega.

Collegiis approbatis ſocietatem coire,commu nem burſam habere,Sindicum, & receptorẽ creare,permiſſum eſt.Marc.q.799.

Collegia licita poſſunt habere bona, & agere, vel conueniri per ſuos Sindicos, vel Procuratores.l.1.§.quibus, & ibid.Bar.ff.quod cuiuſq; Vniuerſitatis nomine.

Collegium omne reprobatum, & illicitum regulariter dicitur: fallit, ſi iure approbetur, vel Principis auctoritate. Marc. q. 799. vide Bart.in l.5.ff.de Iuſtit.& iure, & in l.1.ff.quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine.

Collegium non approbatum, non poteſt inſtitui.l.Collegium 8.C.de hæred.inſtituen.

Collegia Rectores poſſunt eligere. Marc.nu.7. d.quæſt.799.

Collegium approbatum authenticum ſigillũ habere poteſt.ibid.Marc.nu.9.

Collegia Ciuitatis realia, neceſſaria, & naturalia ſunt.ibid.nu.12.

Præſcriptio dicitur,& non conſuetudo,quando Collegium aliquid acquirit cõtra aliud Collegium.Iac.Put.deciſ.387.lib.2.

Perſonarum appellatione non venit Collegiũ. Paul.Aemil.Vera.deciſ.42.part.3.Ideò prohibitio facta hominibus particularibus,non cõprehendit Collegium.Dec.conſi.486.

Duobus ſuper loco Collegiali cõtendentibus, præfert̃ q eſt de loco eligibili,licèt fuerit poſtea de fornicatione damnatus. Rot.Auenio. deciſ.9.in deciſio.diuerſo.Tom.3.

Doctor reſtitutus nõ recuperat locum ab aliis interim occupatum. ead. Rot.deciſ.12.nu.3. Menoch.conſi.186.lib.2.nu.3. Fel.conſi.1.nu. fin. Sed habetur tanquam de nouo veniens. Bart.in l.2.ff.de Decurio.

Maior ordine, & dignitate, licèt poſterior in Collegio receptus,debet antea receptis præferri.Roma.ſing.698.

Aduocatus,qui fuit abſens à Ciuitate per biennium,perdit priuilegium ſui Collegij;in aliis verò Collegiatis requiritur quinquennium. Bar.in l.penu.C.de Aduoc.diuerſo.iudi.

Priuilegium conceſſum Collegiatis, non competit ſupranumerariis Doctoribus eiuſdem Collegij. Vinc.de Fran.deciſ.234. Nec illi habent beneficium Collegij. Ant.Corſe.litera. S. ſing.ſupranumerarius.

Exiſtens in Collegio alicuius artis, ſi artem nõ exerceat,nõ gaudet priuilegio Collegij:etſi aliquis de vno Collegio remoueat̃, & alius illius loco ſubrogetur, hoc debet fieri de voluntate eorũ,qui præſunt Collegio; ſed quando quis poſsit eſſe de diuerſis Collegiis, vide Bart.in l.vnic.C.de Collegiat.lib.11.

Scholaris priuatus de Collegio, quia tranſiuerat ad aliud,non poteſt ex conceſsione Vniuerſitatis habere vocem in creatione Rectoris.Roma.ſing.73.

Qui nouiter ingrediuntur Collegium,non tenẽtur contribuere ad ſolutionem debitorum antiquorum Collegij. Roma. ſing.490. Anto. Corſet.in ſuis ſingula. litera C. ſing. collecta; & Bar.in l.prouidendum 23. C.de Decurio.

Ille,qui eſt de vno Collegio, nõ poteſt intrare aliud Collegium, ſine licentia eius, ſub quo eſt.Petr.de Rauen.ſingul.111. & Bar.in l.qui ſub 9.C.de Sacroſanct.Eccleſ.

Collegio Clericorum poteſt relinqui,& relictũ Collegio non vitiatur. Bar. in l.1.C.eod.titu.

Collegio illicito non poteſt relinqui; ſed bene cuilibet de Collegio.Bar.ibid.in repetit.

Non valet cõſtitutio Collegij, ſeu Capituli in damnum aliorum, & in commodum aliquorũ,ceſſante rationabili cauſa. c. cùm omnes, ex.de conſtitut.

Ad eſſe Collegij non requiritur, quòd habeat caput, quia quando Collegium illud non habet,Poteſtas eſt caput Collegij, ſicut Epiſcopus eſt caput Clericorum. Bart.in l.3.ff.quod cuiuſque Vniuerſitatis nomine.

Doctores, & Præſidentes alicui Collegio, licèt habeant iuriſdictionem, tamen non habent certum locum maiorum. Bartol. in l. 1. ff. de iudic.num.8.

Ex mutuo facto Adminiſtratori Collegij,cõuenitur Collegium, ſi illud in eius vtilitatẽ eſt cõuerſum.Bar.in l.27.nu.11.ff.ſi cert.pet.

Priuati

Priuati homines regulariter nequeunt constituere Collegium, & habere signa Collegij: nisi aliter eis concedatur. cap. dilecta 14. ext. de excessib. Prælat.

Collegium, quod fit ad Pium actum, dicitur à lege approbatum. Bart. in l. cùm Senatus 21. ff. de reb. dub.

Collegia possunt facere contractus per decretum Collegij, sine Superiore, nec est necessarius Sindicus, quum Collegium præsens contrahit: & cum vno Collegiato, Collegium potest contrahere. Barto. in l. 1. §. si autem. ff. ad Trebellia.

Bona Collegij diuiduntur, quando Collegium dissoluitur, & pars Collegij recedit. Barto. in §. si quis autem, Authen. de Sanctiss. Episco.

Collegium potest grauari, vt restituat hæreditatē vni de Collegio. l. 1. §. si autem. ff. ad Treb.

Collegium Medicorū debet ordinari per Episcopum. l. parabolani. C. de Episc. & Cleric.

Nullus in Aduocatorum Collegio assumatur, nisi prius probatum fuerit eum non esse cohortali cōditione astrictū, & q Doctorū iuramēto fuerit approbatus. l. nemine 11. C. de Aduoc. diuerso. iudi.

Nomina eorū, qui sunt de Collegio, debēt scribi in matricula: & tēpus scribi debet in ipsa, quæ probat eos esse de Collegio. l. petitionū 13. C. eod. titu.

Qui sunt in aliquo Collegio ratione professionis, vel negotiationis iurisdictionē eius, qui præest Collegio, recusare non possunt, tamē non minus sunt sub Præside, vel alio Superiore. l. fin. C. de iurisdict. omn. Iudic.

Collegium succedit Collegiato decedenti ab intestato, & sine hærede legitimo. tot. titu. C. de hæredib. Decurio.

Libellus potest dari contra Collegium, sicut cōtra cætera corpora. l. 7. §. item municipes. ff. ad exhiben.

Collegio licito legari potest; illicito non, licèt singulari de tali Collegio licitè relinquatur. l. cùm Senatus 21. ff. de reb. dub.

Quibusdā Collegiis, vel corporibus, quibus artificij sui causa ius coeūdi lege permissum est, immunitas tribuit, quæ autem sint illa Collegia, vide l. pen. §. quibusdam. ff. de iure immu.

Tres faciūt Collegiū. l. Neracius. ff. de verbo. & rer. signif. vide Bart. in l. 4. ff. vi bono. rapt.

De Arbitris, Arbitratoribus, & laudo.

Arbitrorū potestas ex cōpromisso pēdet, quæ ex longitudine tēporis nō præsumitur, nisi probetur. Ozas. decis. 39. nu. 5. vide Hartma. cap. 2. lib. 2. tit. de Arbitr.

De dispositione statuti ad compromittendum inter consanguineos vide per Affl. deci. 46. & 84. Ioseph. Ludo. deci. Luc. 27. & 47. Perus. Iaff. Lanf. Balb. decis. 127. Mago. decisio. Luc. 99. Hippol. sing. 469. Rol. consi. 57. vol. 2. & Bart. in consi. 39. vol. 2.

Quando virtute statuti partes tenentur compromittere, tale statutum non extenditur ad causam appellationis. Put. decis. 28. lib. 2.

Si tutor compromittat causam pupilli in Arbitrum, à cuius sententia non appellatur, pupillus restituitur in integrum, nisi compromisisset ex necessitate statuti, vel Iudicis iussu: qa tunc non videtur læsus, quum detur appellatio. Iaff. Lanf. Balb. decis. 382.

Statuto stante, vt inter affines causa compromittatur, & decidatur per Arbitros, causa semel cōmissa, & non decisa intra tempus statutum, debet iterum compromitti. Hippol. sing. 172.

Reductio ad arbitriū boni viri habet se ad instar appellationis: ideò à sententia Arbitri iuris appellatur ad Superiorem. Afflic. deci. 51. sed vide Franc. Marc. q. 151. part. 2.

Iudex, ad quem recurritur, vt ad bonum virū, si pronunciauerit bene, vel malè Arbitratum, an à sua sententia possit appellari, vide Pet. Beninten. decisio. 15. Boer. decisio. 284. Cabal. milleloq. 880. Andr. Gail. obseruatio. 149. lib. 1. & Papon. lib. 6. tit. 3. arrest. 2. 3. & 4.

Licèt renunciatum fuerit arbitrio boni viri, & reuisioni ipsius cum iuramento, & pęna, nihilominus potest recurri absque metu pęnæ, si grauis lęsio prætendatur. Guid. Pap. quæst. 519. vide Boer. decisio. 284. nume. 18. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 168. Hiero. Mago. decisio. Luc. 98. Ioan. Papon. libr. 6. titu. 3. arrest. 1. & Barto. in l. quæro 56. §. inter. ff. locati. Nec iuramentum firmat huiusmodi renunciationē, per rationem, quam scribunt idem. Guid. d. quæst. 519. Ioseph. Ludo. deci. Luc. 27. & Bart. in l. si libertus 30. ff. de oper. libert. vide Cassad. decisio. 1. titu. de emptio. & venditio. Capel. Thol. quæst. 268. Ioseph. Ludo. d. decisio. Luc. 27. num. 19. Franc. Marc. quæst. 149. nume. pen. par. 2. DD. de Rot. decisio. 2. aliàs 211. de Arbit. in antiq. & Cabal. milleloq. 873. Obtenta tamen absolutione. Borg. Caual. decisio. 9. de iudi. vide Abb. consi. 77. par. 2. Minus quauis alia cautela. Guid. d. q. 519. Ioseph. Lud. d. decis. Luc. 27. & decis. 48. Menoc. de Arbit. lib. 2. cas. 73. vide Roma. sing. 51. Nam sicut promissio de stando ordinationi Arbitrorū simpliciter facta, habet in se tacitā conditionē, si æquè fuerit arbitratū, ita pariter habet ipsa renunciatio tacitam conditionem, nisi renūcians grauiter lędatur, idem Guid. d. q. 519.

Petens laudum rescindi reductione ad arbitriũ boni viri, non censetur contrarius. Aegi. Bellam. conclusio. 299.

Laudum Arbitratoris si iniquitatem, vel læsionem contineat, & si appellari non possit, ad arbitrium tamen boni viri recurri potest. Frã cisc. Marc. q. 151. part. 2.

In laudo dicitur grauis læsio, quando quis est læsus in sexta parte debiti. Guid. Pap. q. 519. num. 3. vide tamen Ioseph. Ludo. decis. Luc. 27. Quòd consideretur talis læsio Iudicis arbitrio, scribit Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 73. vide Ludo. Roma. sing. 51.

Pro laudo præsumitur. Dec. consi. 375. Quare opponens de eius iniquitate, de læsione ostendere dēt. Put. decis. 113. lib. 3. Sed quando, vide Cabal. mileloq. 884. Abb. consi. 2. par. 1. & consi. 64. ibid.

Compromittens, si sit læsus vltra dimidiam iusti pretij, potest intentare remedium l. 2. C. de rescin. vend. Mysing. obser. 33. cent. 1. vide Dec. consil. 11. 39. nume. 7. consi. 60. 533. & 582. Etiam post laudum approbatum. Dec. consi. 60. num. 4.

Læsus ex sententia Iudicis Arbitrarij, quibus probationibus vti possit ad læsionem suam probandam, vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 72. Rebuff. in constit. Reg. tract. de Arbitra. art. 1. glo. 12. num. 15. Bar. in l. 2. C. de rescind. vend. nu. 8. & in l. 78. §. hæres. ff. ad Senatuscõsul. Trebellia. & in l. 36. ff. de verb. oblig. Abb. consi. 77. part. 2.

Reductio ad arbitrium boni viri semel tantùm potest peti ex iusta causa, & propter læsionẽ. Borg. Caual. decis. 14. de iudi. num. 49.

Laudo quis non dicitur contrauenire, vbi illius iniquitatem detegit, & laudum nullum, non potest dici laudum. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 27. num. 9.

Laudum antequam rescindatur, an debeat agi contra Arbitros de dolo, vide Ioseph. Ludo. decis. 30. Luc.

An, & quando appellationes ab Arbitris sint recipiendæ, vide Mysing. obser. 68. cent. 4.

Reductio ad arbitriũ boni viri corã Iudice rei debet peti. Mysing. obser. 61. cent. 3. Rol. cõs. 24. vol. 4. vide eundẽ Rol. cõs. 76. vol. 1. & Per illust. D. P. Tessau. decis. 14. Et sic adiri debet partis Iudex, qui causę eius, cuius petit reductio (semoto cõpromisso) ordinarius Iudex est. Andr. Gail. obser. 149. lib. 1. Maran. in suo Spec. par. 6. tit. & quandoq; appellatur, nu. 126 vide Bar. in l. 2. C. vbi, & apud quem cog.

Reductio similis est appellationi, & à sententia nulla datur etiam reductio. Hiero. Mago. decis. Luc. 98. Tamen reductio ad arbitrium boni viri, nõ dicitur propriè appellatio, sed potius quædam attestatio, licèt habeat quandã similitudinem cum appellatione: quia sicut appellatio impedit executionem, ita etiam reductio, verùm hoc vltimum sine difficultate non procedit. vide Marã. in suo Spec. part. 6. cap. quandoque appellatur, nu. 122.

A sententia Arbitri regulariter nõ appellatur, quia ex illa non nascitur actio, vel exceptio rei iudicatæ, sed metu pœnæ parendum est sententiæ, siue æqua, siue iniqua sit: fallit, si laudum contineat enormissimam læsionem, vel iniquitatem manifestam, nam tunc admittitur appellatio, etiam si iuratum sit compromissum. Andr. Gail. obser. 150. num. 8. lib. 1. vide Maran. in suo Spec. par. 6. titu. & quãdoque appellatur, nu. 262. & seqq. (Quæ autem dicatur enormis iniquitas, vide ib. Gail. nu. 11.) Quod procedit in compromisso pęnali, vel stipulatione firmato, quia tunc prouisio hominis adiicientis pęnam, vel stipulationẽ compromisso, facit cessare legis prouisionẽ, locumq; habet emologatio tacita, puta per lapsum decendij, vel expressa, si partes laudo acquiescant, quo casu sententia Arbitri transit in iudicatum, & ex ea oritur actio in factum, tanquam ex re iudicata. Gail. d. obser. 150. num. 12. vide Maran. ibid. Quid, si fuerit apposita clausula, Rato manente pacto, vide Gail. ibid. nu. 14. & Maran. ibid. Et an iuramentum habeat vim huius clausulæ, vide etiam Maran. loco supra citato.

Sententia Arbitri mãdatur executioni, vbi non est pęna apposita, aliàs solũmodo agitur ad pęnam. Guid. Pap. q. 60. vide Marc. q. 149. par. 2. & q. 151. ibid.

Pœna adiecta compromisso, de iure communi non recurritur ad arbitrium boni viri, de cõsuetudine tamen aliter seruatur. Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de Arbitr. articu. primo, gloss. 3. Tom. 3. Nec de iure communi sententia Arbitri mandatur executioni, vbi est pęna: quia tunc agit ad pœnã, aliàs sic. Guid. Pap. sing. 279.

Pęna appellantis, aut reducentis ad arbitrium boni viri, quando ex compromisso petatur, vide Boer. decis. 284. num. 20.

Stante appellatione à laudo, non potest agi ad pęnam appositam compromisso in euẽtum, in quem à laudo foret appellatum. Put. deci. 394. lib. 2.

Licèt ex partium stipulatione facta in compromisso de pœna Fisco applicanda, non acquiratur Fisco ius ad pœnam, altera parte contrauenienté, tamen secùs est, Notario de cõsensu partium ita stipulante. Iass. Lanf. Balb. decis. 165. vide Boer. decis. 284. num. 28.

Arbitri sententia quando pariat actionem, etiã non

non apposita pęna; sed apposita, cui debeatur, si non stetur sententiæ, vide Boer. decis. 284. num. 26. & 27.

Iudex datus ad cognoscendũ de compromisso emologato, potest partem contrauenientem condemnare ad pęnam compromissi, præsupposita clausula, Rato manente pacto. DD. de Rot. dec. 1. aliàs 14. ti. de Arb. in antiq.

Veniens cõtra arbitrium nullum incidit in pęnam, nisi arbitrium nullum declaretur. Cabal. milleloq. 872. vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de Arbitr. art. 1. glo. 5. num. 11. Tom. 3. & Bart. in l. 3. §. si seruus. ff. de pecul.

Pęna quando etiam in foro Poli exigi possit, vide eundem Cabal. milleloq. 874. & Rebuff. ibid. num. 23.

Iusta ignorantia excusat à pęna compromissi: idem, quando arbitrium pro parte infirmatur. Cabal. milleloq. 886.

Arbiter non iudicat de pęna in compromisso adiecta, minus de aliis rebus non expressis in illo. idem Cabal. milleloq. 889. & Rebuff. in dd. suis comment. ibid. art. 1. glo. 12.

A sententia Arbitri confirmata nõ appellatur, nisi soluta pęna. Rebuff. in dd. constitut. Reg. tract. de Arbitr. art. 1. glos. 6. num. 8. vide ibid. glos. 9. & 11. Tamen iusta causa excusat à pęna compromissi, licèt sentẽtia Arbitri fuerit confirmata; sed quæ nam sit iusta causa, vide Rebuff. ibid. glo. 13. num. 8. Et infirmata, pęna non soluitur. ibid. gloss. 14.

Quando pęna est soluenda, cui solui debeat, vide eundem Rebuff. ibid. glos. 11. nu. 10.

Si vnus ex compromittentibus promittat mille nomine pęnę, alter solùm centum, non vitiatur stipulatio propter inęqualitatem, sed reducitur ad æqualitatem minoris pęnæ. Rom. sing. 141.

Pendente termino compromissi, partes, aut altera ipsarum, potest redire ad Iudicem, tamẽ redeundo, pęna committitur. Guid. sing. 693. Sed non erit locus pęnæ commissioni, vtraq; parte petente causã definiri corã Iudice. ibi.

Stante statuto, quòd pęna adiecta dationi non petatur, si promiserit quis parere laudo continenti dationem sub pęna, an tunc pęna peti possit, vide Barto. in l. cùm proponas 4. C. de dol. mal.

Si Iudex in causa reductionis pronũciauerit arbitriũ esse æquum, pęna peti poterit, licèt sententia sit erronea. Bar. in l. ex diuerso 35. §. vbi autem. nu. 6. ff. de rei vendic. Aliàs secùs. Abb. cons. 77. part. 2. vers. venio ad quintum, &c.

Compromisso si est apposita clausula, Quòd laudum non possit reduci ad arbitrium boni viri, si aduersarius fuit absolutus, & pęna petatur, an ille, contra quem pęna petitur, possit probare laudum iniquum, vide Bart. in l. Iulianus 60. num. 7. ff. de condictio. indebit. Et per consequens, an pęna habeat tacitam cõditionem, si æquè fuerit iudicatum, vide eundem ibid. & in l. quidam 132. nu. 4. ff. de verb. oblig. vbi scribit pro affirmatiua.

Condemnatus in quinquaginta per Arbitrum, & per Iudicem reducentem ad arbitriũ boni viri in centum, licèt non soluerit centum, non tenetur ad pęnam, sufficit enim, quod soluat illa quinquagina, in quibus per Arbitrum fuerat condemnatus. Bart. in l. mulcta 6. ff. de cõditio. & demonstratio.

Promittens sententiã habere ratam, si petat illam reduci ad arbitrium boni viri, non incidit in pęnam, nisi expressè addatur in cõpromisso, quod non possit peti hæc reductio. Bar. in l. cùm minor 3. nu. fin. ff. rem. rat. haber.

Cõpromissum factũ cum iuramẽto, & pęna valet, & ipsa pęna contra non parentem exigi potest; non autẽ res. Bar. in §. quia verò, Auth. de Iudi. Quod procedit de iure Canonico. Bar. in tract. de differen. int. ius Cano. & Ciuile.

Clausula, Rato manẽte pacto, apposita in compromisso, operatur, quod ex laudo oriatur actio, & pęna peti possit. Bart. in d. §. quia verò.

Si Arbiter mandasset fundum mihi locari certo modo, facta locatione, licèt postea vendatur fundus, & emptor nolet stare locationi, non ob id cõmitteretur pęna. Bart. in cõsi. 181. vol. 1. Nam condemnatus ad locandum ex cõpromisso pęnali, si locauerit, ab illa locatione pęnali intelligitur liberatus, licèt postea contradixerit. idem Bart. in l. 5. si hæres ff. de actio. empt.

An notificatio facta parti sufficiat, si fiat per Notarium tantùm, nõ data copia, & quãdo vtraque pars venit contra laudum, an debeatur pęna, vide Bart. consi. 239. vol. 1.

In compromisso, si ob aduersam valetudinem pęna committatur, illam petens repellitur exceptione doli. l. 4. §. si in Arbitrũ. ff. de dol. mal. except.

Si per sententiam Arbitri imprudẽtia illius nõ fiat iusta condemnatio, lęsus veniens contra sententiam non tenetur ad pęnam, & aduersarius illã petẽs, repellitur exceptione doli. d. l. 4. §. item quæritur.

Si per vnum ex hæredibus fiat contra sententiã Arbitri, pęna committitur insolidum contra omnes. l. 5. §. si sortem. ff. de verbo. obligat.

Reductio ad arbitrium boni viri peti non potest, exstante statuto, quòd aduersus laudum nulla exceptio opponi possit. Hippol. sing. 62. Non tamen tunc est vetita Iudicis officij imploratio, vel ad Superiorem reclamatio. idem, sing. 88.

Licèt à sententia Arbitri compromissatij non posit appellari, tamen secùs est in sententia lata ab Arbitro iuris. Ias. de actio. in §. omniũ, num. 10 Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 70. vide Rebuff. in constitut. Reg. tract. de Arbi. Tom. 3. artic. 1. glos. 9.

Quæ deceptio requiratur in arbitrio, vt ab eo posit appellari, vide Rebuff. ibi. glo. 8. nu. 17.

Laudum continens enormem læsionem, & euidentissimam iniustitiam, non est confirmandum; sed annullandum. Rol. cons. 76. nu. 27.

Conclusio illa habens, à sententia Arbitri non appellari, locum non habet, quando compromittitur de quodam articulo causæ incidenti, vel emergenti. Pet. de Rauen. sing. 561. vide Bar. in l. Arbitro 9. ff. qui satisdare cogã. Abb. consi. 77. nu. 6. par. 2. & glo. in d. l. 9. ff. qui satisd. cogant.

Laudi emologatio, seu approbatio id efficit, vt contra laudum quis venire non posit, Ecclesia tamen enormiter lęsa restituitur in integrum Hippol. sing. 161.

Compromissum si fiat in duos Arbitros, quorũ alter sit Clericus, si petatur postea laudum latum reduci ad arbitrium boni viri, debet recurri ad Iudicem Ecclesiasticum pro hac reductione. Ioan. de Arnono, sing 87.

Laudo parere promittens, volensq; vt ex eo actio nascatur, & quòd ex tunc sit emologatum, an posit petere d. reductionẽ, vide Barto. in l. qd de bonis 15. §. frater. ff ad leg. Falci.

Appellatur ab arbitramento lato per Arbitratorem ex iusta causa, & attentata interim reuocantur, tunc etiam tempora appellationis obseruantur. Bar. in l. si res 7. nu. 6. ff. de appellatio. recipie. Sed in reductione ad arbitrium boni viri, nõ seruãtur dd. tẽpora appellationis. Bar. ibi.

A sententia Arbitri electi loco Delegati suspecti appellatur, licèt aliàs à sententia Arbitri non appelletur. l. fi. C. de iudi. & ibid. glo.

Sententię Arbitri omnino est parendum; sententia verò Arbitratoris reducitur ad arbitrium boni viri: ideò in vero Arbitro assumpto ad lites decidendas, non habet locum recursus ad arbitrium boni viri, & duo sunt genera Arbitrorum. vide l. 74. 75. 76. & 77. §. fin. cum seq. ff. pro socio.

Pronunciato laudo, non currit tempus ignoranti ad illud non recipiendum. vide DD. in l. 2. C. qui admitti.

Laudum post diem compromissi latum (etiam per momentum) non valet. Affl. decis. 73. n. 8.

Promissio ex laudo nullo emologato tenet: & dicitur nullum, quando est latum vltra compromissum. Affl. decis. 117. Et tunc oritur obligatio ex promissione, licèt laudum nullum non posit emologari. Affli. ibi. vide in additio. ad Bar. in l. 2. C. communia vtriusq; iudi.

Laudum si feratur super rebus deductis in compromisso valet: secùs si feratur super reb. extra compromissum, licèt laudum fuerit emologatum, nisi causa pacis ineundæ fiat. Anto. Corse. in suis singularib. litera A. sing. Arbiter.

Nullitas laudi arguitur ex pluribus, nempe si partes tempore pronunciationis non fuerint citatæ (licèt data fuerit ptãs pronunciandi illis nõ citatis) et si fuerit cõpromissum super rebus, de quibus non posset fieri alienatio, vt in rebus minorum. Dec. consi. 39. & Ludo. Roma. sing. 273.

Laudum habet pro se præsumptionem: fallit, quando esset nullum, veluti vbi esset fundatum super alia conuentione reprobata. Dec. consi. 475. num. 13. Vel quando esset simulatum, aut latum ex abrupto. idẽ Dec. cõs. 587.

Ex quibus causis laudum pręsumatur simulatũ, licèt esset iuratum, vide Dec. consi. 587.

Quando compromissum est nullum, laudum inde sequutum redditur simile: quia si non valet principale, minimè debet valere accessoriũ. Rol. cõs. 76. & Ioseph. Ludo. deci. 2. Perus.

Laudum latum eodem die, quo compromissum factum est, pariter redditur nullum. Rol. ibid.

Arbitratores, & amicabiles compositores pronunciando, & cognoscendo, non habent necesse adhibere causæ cognitionẽ solemnem, atque ita citare partes. Menoch. consil. 208. lib. 3. num. 5. Sed quando in huiusmodi sentẽtia Arbitratorũ pręsumatur interuenisse causæ cognitio, vide ibid. nu. 28.

An propter non adhibitam causę cognitionem, laudum posit nullũ allegari, vide ibi. nu. 27.

Laudum latum de his, quę in compromisso non sunt expressa, dicitur nullum, quod procedit in laudo lato ab Arbitris; secùs si ab Arbitratoribus, qui vltra comprehensa in compromisso, psit pnunciare. Menoc. cons. 381. lib. 4.

Laudum latum, partibus pręsentib. & approbantibus, sustineri in vim taciti compromissi (licèt aliàs nullum esset) scribit idem Menoc. ibid. num. 13. & 18.

Arbitrorum sententiæ licèt essent mille conformes, consuetudinem non confirmant; secùs in sententiis Iudicum. Rom. sing. 4.

Arbiter debet laudare in loco, vbi compromissum factum est, aliàs laudum nõ valet. idem, sing. 140. Nisi ĩ loco vicino habitet, vel inter partes cõuentũ esset de loco, aut aliter ex cõiecturis appareret. Roma. ibi. in additio.

Sententia Arbitri corrupti valet, licèt obstet exceptio doli; secùs si contineat expressum errorem, quia tunc esset nulla; sicut sententia Iudicis. Math. Mathes. sing. 182.

Si fiat

Si fiat compromissum, vt Arbiter pronúciet de consensu,& consilio alicuius Sapientis,nō valet tale compromissum:quia non habet liberam facultatem sententiam ferendi; secùs si diceretur, vt pronunciet arbitratu alicuius Sapientis. Guid.Pap.sing.385.vide tamē Bar. in l.1.§.si plures.ff.de exercito.actio.nu.15.& in l.illa institutio.ff.de hæred.institu.

Arbitri sententia contra ius litigatoris non valet.Ioan.de Arnono,sing.83.

Laudi executio,quando peti possit,licèt de cō promisso nō ostendat, vide Affl.deci.117.n.5.

Executio non fit,laudo nullo extante, licèt in compromisso nullitatibus renunciatum fuerit.Tho.Minad.decis.19.

Arbitri sententia an habeat executionem paratam;vide Boer.decis.284,nu.15.Franc.Marc. d.quæst.149. part.2. Maran.in suo Spec.part. 6.titu. & quandoque appellatur, num.122.& Menoch.de Arbitra.q.70.

Differtur executio laudi, si appareat de notoria nullitate illius, non obstante statuto tollente omnes nullitates.Rot.Auenio.decisio. 142.in decisio.diuerso.Tom.3.

Laudi executio suspēditur per recursum ad Arbitrium boni viri.idem Boer.d.decis.284.nu. 20.vide Ioseph.Lud.decis.Luc.20.nu.14.Iaff. Lanf.Balb. decis.461.Hiero.Mago.decis.Luc. 98.nu.33.& Cabal.milleloq.887.

Executio laudi nulli peti nō pōt. Dec. cōs.475. nu.36.Et dicitur nullum, quando sine causæ cognitione latum est. Dec.ibid.

Pendente reductione, an possint partes condēnari ad obseruantiam arbitrij, vide distinctionem,quam scribunt Gasp.Cabal.millelo. 878.& Rebuff. in constitut.Reg. Tom.3.tract. de Arbitr.art.1.glo.8.nu.30.

Laudum non est exequendum pro parte,sed in totum exequi debet,& acceptari:quia æquiparatur transactioni,quæ dicitur contractus pro vtraque parte obligatorius.Mohe.decis. 313.& Vincent.de Fran.decis.173.

Arbitri sentētia,facta emologatione,habet executionem paratam.Rebuff.in constitut. Reg. tract.de litter.oblig.art.6.gloss.3.nu.30.Tom. 1. Et transit in rem iudicatam. Bart. in l. 1. ff. de re iudicat.num.5.

Reductione ad arbitrium boni viri pendente, ad requisitionem condemnati in maiori summa, an fiat executio contra condemnatum in minori, vide ibidem.

Arbitrium boni viri intra tempus 30.ann.potest peti,postea laudum trāsit in iudicatum. Affli. decisio.132.Cabal.milleloq. 876. Andr.Gail. obser.150.lib.1.vide Barto.in §.1. Authen. vt differentes Iudices.

Reductio potest peti vsque ad 30. annos, & sic non emologatur sententia hoc in casu taciturnitate decem dierum, iuxta l.cum antea. C.de Arbitr. quæ loquitur in sententia Arbitri, & non Arbitratoris. Maran.in suo Specu. part.6. titu. & quandoque appellatur, nume. 124.& 271.

An compromissum valeat super re feudali sine Regio assensu,vide Afflic.decisio.138.& Rol. consi.22.volum.4.

Compromissum nouum dicitur propter detractionem vnius Arbitri factam inter partes: idem, si nouus Arbiter per partes addatur. Afflict. decis.148.

Cōfessio Procuratoris corā Arbitro facta,perēpto compromisso,non perit: ideò hoc in casu Arbiter potest se fundare in confessione Procuratoris,in primo cōpromisso facta.Affl. decis.148.num.pen.

Iudex compellere partes ad compromittendū regulariter non potest, sed reg.limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per Afflict. decis.149.num.6.

Tribunalia maiora qualiter compellant partes ad compromittendum in causis dubiis, vide ibid.& Gram.decis.9.

Cōpromissum dicitur necessariū, quum Iudex cogit partes ad cōpromittēdū; sed qn̄ hoc facere possit,vide Vera.decis.166. part.1.

Publicatione testium facta coram Arbitrio,expiratoq; compromisso,& causa introducta coram Iudice, vtrum altera ex partibus possit (alia inuita) examinare alios testes, vide Capic.decisio.47.

Testes examinatos corā Arbitro pōt qs repeti facere coram Iudice,si pars,contra quā producuntur,nolet eis stare:nā ipsa volēte stare, non admittitur repetitio. Capic. ibid. facit l. fin.C.de testib.

Attestationes factę corā Arbitris,faciūt fidē corā Iudice: & testes examinati corā Arbitro, & nō publicati,possunt per Ordinariū publicari.Bart.in l.fin.C.de testib.nu.12.& 13.

Compromissum facere non potest,qui de re liberè disponere nō potest.Capic.deci.93.n.3.

Cōpromissum Vniuersitatis, & alterius Corporis,requirit eandem solemnitatē,quæ requiritur in alienatione rerum minorum,Vniuersitatis,vel Ecclesiæ.Capic.d.decis.93.

Cōpromissū licèt fieri non possit in Ordinariū, pōt tn̄ cōpromitti in eū tanquā Arbitratorē, & amicabilē cōpositorē. Gram. decis.9.vide Guid. Pap.q.69. Franc.Marc.q.464.Iaff.Lanf. Balb.decis.411.Amanel.de Clarisaq.sing.144. & Bart.in authen.si vero.C.de iudi.

Compromissi actus non possunt plus operari, quàm fuerit intentio compromittentiū.Tho. Minad.decisio.25.

Q 3 Com-

Compromisso facto de iure tantùm, in sententiando habetur ratio eorum, quæ sunt iuris. Minad. ibid. num. 3.

Laudum ferendum est secundum dispositionẽ iuris, sicut sententia: & eo modo laudum recipit modificationem à iure admissam. ibi. n. 5.

Compromissum factum à partibus intra decem dies datos ad appellandum, nõ impedit cursum illorum: ideò appellatio deseritur, nisi intra dictos decem dies appelletur; secùs est in fatalibus concęssis ad prosequendam appellationem. Guid. Pap. q. 115. Bar. in authen. si tñ. C. de tẽp. appella. & in Authẽ. de appel.

Prorogatio compromissi facta per Procuratorem, quando valeat, quid, vbi fit compromissum à falso Procuratore, & dominus postea tacitè approbauit prorogationem, vel cõpromissum comparendo coram Arbitris, vide Boer. decis. 283.

Compromissum factum sine termino quantum duret, & quandiu potestas Arbitratoris, vide Boer. d. decis. 283. nu. 4. & seqq.

Prorogatio si fiat super certo, & postea litigetur super aliis, valebit super his latum laudũ. Boer. ibid. num. 13.

Prorogatio post terminum facta per partes simul, an valeat, & an possit tacitè fieri, vide ibid. num. 19. & 20.

Minor quando compromittat, & quòd Arbiter non possit sententiam ferre de prorogando, vel in aliũ compromittendo, scribit Boer. d. decis. 283. nùm. 21. & seq.

Prorogare non potest Arbiter, non consentientibus partibus, etiam si de prorogãdo antea illæ conuenerint. ibid. nu. 26. & 27.

Prorogare quãdo poterit Arbiter, si illi sit data potestas pluries ꝓrogandi: & prorogatio partibus absentibus facta, debet illis intimari, sed quare. vide Boer. ibid. num. 29. & seqq. Iaff. Lanf. Balb. decis. 419. & Dec. cõsi. 39. Aliàs Arbiter frustra laudat. Capic. deci. 93. num. 5.

Prorogatione facta, an censeatur idem cõpromissum, & eadem pęna, vide Boer. decis. 284.

Si in compromisso dicatur, ꝙ Arbiter, vel Arbitrator possit procedere, & terminum, de quo in compromisso, prorogare, præsentibus, & absentibus partibus, & ipse Arbiter, absentibus partibus, terminũ prorogasset, & postea iudicasset, parte non citata, valebit prorogatio, & sententia. Iaff. Lanf. Balb. deci. 33. Facta tamẽ intimatione, aliàs laudum redderetur nullum. Dec. consi. 632.

Prorogatur compromissum de consensu partium. Cabal. milleloq. 892. De hac prorogatione vide infra in tit. de prorogatio.

Prorogatio compromissi non potest fieri maioris temporis, quàm fuerit primum tempus compromissi. Hippol. sing. 52.

Arbiter quando possit prorogare terminũ statutum parti ad aliquid faciendum, postquã certũ est in termino expediri nõ posse quod erat faciendũ, vt illa pęnã euadat, vide Bar. in l. cùm stipulatus 113. ff. de verbor. obliga. nume. 7.

Compromissi dies statim incipit currere cùm factum est, præsentibus Arbitris, & etiam id acceptantibus, qđ requirit, aliàs illi non cogerentur pronunciare. Boer. deci. 283. & melius quando tempus compromissi curat, vide Vincent. de Fran. decis. 354.

Tempus definiendi lites tributum Arbitris nõ currit, nisi à die acceptationis compromissi. Menoch. consil. 239. nu. 5. lib. 3. & Hippol. sing. 423. Et antè, compromissum nullum effectũ habere potest. idem Hipp. ibid. & sing. 679.

Compromissum vbi fit non est opus petitione, aut libello. Boer. decis. 283. nu. 15.

Appellatione Arbitri generaliter sumpti, venit etiam Arbitrator; sed quis dicatur Arbiter, & quis Arbitrator, vide Hartma. cap. 1. titul. de Arbitris, lib. 2.

In laudo ferendo an sint partes citandę, & citatio quando requiratur in arbitramentis: & tacitus partium consensus facit sententiam Arbitri valere; sed non Delegati. Boer. decisio. 283. num. 34. & 40.

Arbiter non potest ferre sententiam, parte absente, nisi sit actum. Hartma. cap. 8. titul. de Arbitris, lib. 1.

Arbiter, qui secundum ius iudicare debet, an proferre sententiã possit secundum ius cõsuetudinis, vel statuti, vide Boe. decisio. 284. num. 6. & 7.

Compromissum expirat morte alterius Arbitri, vel vnius ex compromittentibus. Ioseph. Ludou. deci. Luc. 37. c. vno Delegatorum 42. ex. de offi. & potesta. Iudi. delega. & ibid. gloss. & Bart. in l. 39 ff. de re iudic. Sed quando transeat ad hæredes, vide Hippol. sing. 54.

Confessio facta coram Arbitro recepto, cẽsetur facta iudicialiter. Aegi. Bellam. cõcl. 693.

Mandatum, vel compromissum præsumitur pręcessisse in laudo valde antiquo. Gul. Cassad. decis. 3. tit. de Procura. Sed quãdo præsumat pro potestate Arbitri, vide Frã. Marc. q. 439.

Compromissum factum per minorem agẽtem in iudicio, cui datus fuit curator, cum quo lis fuerat contestata, non valet, quia videtur minor læsus, cùm priuetur beneficio appellãdi. Capel. Thol. q. 118.

Curator, vel tutor non põt compromittere, nisi adhibitis debitis solemnitatib. nec põt adiicere verba illa, de iure, & de facto. Ios. Ludo. deci Perus. 2. vide Menoc. de Arbit. li. 2. cẽt. 2, cas.

caſ.171.nu.44.Rol.conſi.76.vol.1.nu.4.& Bar. in conſi.47.vol.1.

Miſsio in poſſeſsionem licèt non poſsit(cùm ſit mixti Imperij)fieri per Arbitros,poteſt tamẽ per ipſos pronunciari de mittendo. Ioſeph. Ludo.decíſ.Peruſ.47.

Compromiſſo nõ eſt locus in articulo iuris certo,& claro:& Arbitratores licèt poſsint procedere de facto,non tamen ſequitur, ꝙ poſſint exercere iuriſdictionẽ,quæ eſt mixti Imperij,quamuis procedere de facto,non ſeruatá forma iuris,poſsint dando vni,& alteri auferendo.Ioſeph.ibid.nu.14.

Compromiſſum factum in tertium(ſi aliud non appareat)præſumitur factum tanquam in Arbitratorem.Ioſeph.d.deciſ.Peruſ.47.nume.5.

An valeat compromiſſum factum in duos Arbitros,ita vt ipſis diſcordantibus, eligatur tertius, vide Franc. Marc. quæſt.462.Rebuff. in conſtitutio. Reg. Tom.3.tractat. de Arbitra. art.1. gloſſ.2. nume. 7. Et an hoc procedat in Arbitratoribus,vide Roma.ſing.160.

Arbiter tertius ſi eligatur, nõ conſtito de duorum diſcordia,non valet electio. Dec.conſil. 475.nu.39. Et iſte tertius poſtea electus non dicitur Arbiter;ſed conſultator.Marc.q.462.

An Arbitratores,quãdo ſunt diſcordes,poſsint cogi ad eligẽdum tertium,vide eundẽ Marc. d.q.462.& 463.

Vnus ex pluribus Arbitris nõ poteſt deferre iuramentum teſtibus examinandis in cauſa cõpromiſſa,niſi expreſsè hoc dictum ſit in compromiſſo.Papon.lib.6.tit.3.arreſt.fin.

Arbitri quando plures ſunt, non poteſt vnus ſine alio procedere.Maran.in ſuo Spec.part.4. diſtinct.5.iudic.tit.an ſit iudic.ciuile, vel crimin.num.32.

Quando compromiſſum fuit in tres, & omnes cognoſcere incipiant, an poſtea duo poſsint pronunciare, vide DD. de Rot. deciſ.3.aliàs 851.ti.de Arbit.in antiq.

Laudum non valet, vbi vnus ex Arbitris condẽnat in plus,ꝙ alter, nec valet in minori ſumma.DD.de Rot.dec.1.ti.de Arbi.in antiquio.

Si plures Arbitri in pronunciando diſcordant, neutra ſententia tenet.c.fin.ex.de ſentent.& re iudic.& Abb. cõſi.77.par.2.

Forma compromiſsi ſeruãda eſt,vnde ſi in plures ſit cõpromiſſum,tertio abſente, vel mortuo,cæteri poſſunt procedere, ſi hoc fuit dictum in cõpromiſſo,aliàs ſecùs.c.Raynaldus, ex.de teſtamen.& Abb.conſi.77. nu.3. par.2.

Pluribus Arbitris datis,altero abſente,quomodo procedatur, vide Bart. in l.duo ex tribus 39.ff.de re iudic.

Tres Arbitri in iudicãdo poſsũt omninò diſcordare,& præualet ſententia illius,qui abſoluit ab inſtantia iudicij. Bart. in l.inter partes 38. eod.titu.Sed an valeat pronunciatio duorũ, tertio irrequiſito, vide Abb. conſi.64. part.1.

Tertius ſi eligatur ab Arbitris,non dicitur nouũ compromiſſum, ſecùs ſi eligatur à partibus, quia tunc dicitur Arbiter,& eſt nouum compromiſſum. Bartol. in l. ſi dominum 48. ff. de furt. num. fin.

Compromitti de re iudicata poteſt, modò in compromiſſo ſcribatur,non obſtante ſententia,aliàs ſecus.Franc.Marc.quæſt.465.Vel rei iudicatæ fuerit renunciatum. Dec.conſi.375. volum. 2.

Procuratorium factum ad emologandam arbitramentalem ſententiam, antequam proferatur,nullum eſt: nec emologatio inde facta per Procuratorẽ nocebit.Marc.q.150.part.2.

Laudum Arbitratoris cùm neque expreſsè,neque tacitè emologari poſsit,vt ex eo oriatur actio, & executionem mereatur, ex ſtipulatione agendum eſt. idem Marc. quæſt. 151. num.fin.part.2.

Clauſula appoſita in compromiſſo, de ſententiando partibus præſentibus, vel abſentibus, quid operetur, & quid de clauſula, De iure, vel de facto,vide Rot.Genu.deciſ.21.num.8. & 9.Iaſ.de actio.in §.bonę fidei,nu.27. & Pet. Gerar.ſing.1.& 2.Et de clauſula, Cum poteſtate procedendi in ſcriptis, & ſine ſcriptis, vide per Roma.ſing.52.

Mandatum ad compromittendum ſemel datũ, extenditur vſque ad litem finitã, nec finitur in primo cõpromiſſo.Iac.Put.deciſ.105.lib.1.

Licèt Arbitri retulerint ſe ad ꝓbationes factas in Curia, & extra per remiſſoriam, & ex illis probationibus laudum non iuſtificetur,tamẽ poteſt iuſtificari ex aliis probationibus non redactis in ſcriptis.Iac.Put.deciſ.113.lib.3.

Compromiſſum factum per beneficiatos abſq; conſenſu Epiſcopi, & Papæ, & laudum illius vigore ſubſequutum, nõn præiudicãt Epiſcopo,& beneficiatis ſucceſſorib. Vera.deci.165.

Qui laudũ Arbitratoris emologauit (quia promiſerat in compromiſſo emologare cum iuramento, & ſub pęna) ſi poſtea probabiliter laudo contrauenerit, excuſatur à pęna l. ſi quis maior.C.de transact.quaſi non liberè,& ſpõtè emologauerit (vt requirit d. lex) ſed metu iuramẽti,& pęnæ. Iaſ.Laſ.Balb.dec.414.

Arbiter,per quem ſteterit, quominus infra tẽpus compromiſsi cauſa fuerit deciſa, cõpelli poteſt, vt iterum in ſe compromiſſum recipiat. Iaſſ. Lanſ.Balb.deciſ.434.

Quando arbiter acceptauit compromiſſum,poteſt cogi ad pronunciandum intra tempus à Iudice ſtatuendum.Cabal.milleloq.895. Sed intra quod tẽpus poſsit cogi Arbiter ad proferendum

ferendum suum arbitrium, vide Rebuff. in constitutio.Reg.Tom.3.tracta.de Arbitr. art. 1. gloss.14.num.18.

Arbiter post acceptatum compromissum, non potest se excusare.Papon.lib.6.tit.3. arrest.3. Et multo magis, si cępit causam audire, quia tunc cogitur eam finire. Bart. in l.Prætor 13. ff.de vacatio.& excusatio.muner.

Arbiter si vrgeatur à Prætore ad sententiãdum, potest iurare sibi nõ liquere de causa. Marc. de Mant.sing.48.

Arbitri, seu Arbitratores partium consensu electi,& semel approbati, possunt vt suspecti recusari; sed quæ sit ratio, vide eundẽ de Mant. sing.517.& cap.in causis 30.& ibi.glos.ext.de elect.& elec.potest.

Obiectiones, quæ possunt fieri contra arbitriũ, vide per Cabal.milleloq.882. & Rebuff.in cõstitutio. Reg. tractat. de Arbitr.art.1. gloss.9. num.18.Tom.3.

Error Arbitrorũ à partibus approbatũ, amplius corrigi non potest.Hiero.Mago.decisio.Luc. 59.num.19.Maximè quando emologatio fuit repetita,num.20.

Quæ sint differentiæ inter Arbitrum,& Arbitratorem,& quando cognoscatur, quòd quis sit Arbiter, vel Arbitrator, vide Andr.Gail.obser.150.lib.1.Ias.de actio.in §.omnium,nume. 12.& Rebuff.in constitut. Reg.tract.de Arbit. art.1.glo.3.Tom.3.

Quamuis licitum sit à vexationibus se redimere,& aliquid ob id dare, tamen illud nõ procedit, vbi de calumnia appareret: ideò tunc latum laudum erit nullum, & solutũ eius virtute repetitur.Mago.decis.85.Rot.Floren.

Quando causa est compromissa in terminis, in quibus reperitur, Arbiter nõ potest dare terminum partibus, sed debet pronunciare in iisdem terminis. Vincent. de Franc. decisio. 354. part. 2.

Compromissis omnibus differentiis, omnes simul sunt definiendæ.d.decis.354.

Sententia Arbitri, qui habet interesse in causa, an valeat, & dici possit de nullitate sẽtẽtiæ confirmatæ: quæ Arbitri sententia an sit nulla, si simpliciter detur Notario, vide Crescen. decis.1.tit.de Arbitr.

Compromissum, & Arbitrium sunt stricti iuris, & per consequens strictè intelligenda.Raud. tract. de Analog.cap.29.

Verba enunciatiua laudi pręiudicant partibus, quæ non contradixerunt: & assertioni Arbitrorum creditur, quando est verisimilis. Cra. consi.54.num.12.

Quãdo quis accipit bona sibi per laudum adiudicata, censetur ipsum laudũ ratificare. Cra. consi.237.

Arbitri iuris dicuntur, qui eliguntur, quando Iudex allegatur suspectus, qui debẽt cognoscere de suspicione. Ias.de actio. §. omniũ,nu.9.

Arbiter pro bono pacis de iure vnius partis alteri dare potest, dummodo illud ius cõsistat in modico, aliàs secùs.idem Ias.in §.quædam, num.11.Quid, si detur arbitrium, vt procedatur secundum æquitatem, non obseruato iuris rigore; vide eundem in §. in bonæ fidei, nume.40. Quid de illis verbis, vt procedatur de bono,& æquo, ibid.nu.41. vide etiam Menoch.consi.202.vol.3.

Compromissum an fieri possit de causis Spiritualibus, vide Maran.in suo Spec. part.4.distinct.13.iudicio.nu.fi.& distinct.14. & c.7.ex. de his, quæ fiunt à Prælatis.

Iudicium vnum est iurisdictionale, aliud Arbitrarium, de quo vide, & de materia per Maran.ibid.distinct.14.

Laudum ab Arbitratoribus die feriato ferri potest.Menoch.de Arbitra.q.30.nu.fin.

Modicum tempus datum condemnato ex laudo ad illi parendum, quod sit, vide eundem ibid.cas.8.lib.2.

Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorũ, licèt in aliquibus differant, vide Menoch.ibid.

Compromittere quid, qui posint, & in quos, vi de Rebuff.in constitut.Reg.tract.de Arbitra. art.1.gloss.2.Tom.3.

Postquam factum est cõpromissum,& acceptatum, non licet adire Iudicem.ibid.nu.8.

Arbiter pronunciare debet de iure,& de facto, nec habet necesse iuris ordinem seruare. gloss.3. ibid.

Non ex eo soluitur compromissum, quòd Arbitri nolint cognoscere.Rebuff.ibi. glos.5.nu.7. sed quando aliter soluatur, vide ibid.

Arbitri si perperam Arbitrati fuerint, faciunt litem suam.Rebuf.ibid.glo.7. Et possunt puniri per Iudicem ordinarium.ibid.

Acta facta coram Arbitro, probant coram Iudicibus.Rebuff.ibid.glo.8.nu.24.

Non emologatur arbitrium vltra contenta in cõpromisso, nisi de cõnexis. Rebuff.ibi.gl.14.

Arbitrio potest vni res adiudicari, & alteri æstimatio.ibid.num.10.

Quanto tempore duret arbitrium, vide ibid. nume. 15.& 18. Et qui sint effectus compromissi,num.22.

Omnia remedia, quæ sunt aduersus transactionem, locum habent contra laudum approbatum.Dec.consi.60.nu.4.

Laudum prolatum ex falsa causa dicitur nullũ, nec tunc valebit approbatio laudi in vim pacti.Dec.consi.475.nu.13.& consi.632. nu.15.

Compromissum non extenditur ad lites ex testamẽto prouenientes, verbis testamenti nõ visis,

visis,nec cognitis.Dec.ibid.num.39.

In Fratrem minorem non potest fieri compromissum. Dec. consi.494. Nec valet approbatio partium.idem Dec.consi.499.

Laudum ratificatum debet obseruari etiam latum,testamento non viso, si pars fuit pręsens eius publicationi: quia talis præsentia includit testamenti intelligentiam.Dec.consi.630.

Monachus, vel alius Religiosus de licentia Superioris potest esse Arbiter,& laudum latum ab eo,valet: fallit in Fratre minore.Natt.cõs. 85. Tom. 1.

Arbiter potest consequi sportulas à partibus, quod procedit etiã in Arbitratore,sed quid, si pronunciet de consilio Iurisperiti, vide Natt.consi.89.Tom.1.

Arbitratoribus nõ arbitrantibus,potest agi prima actione competente: quia non intelligitur ab ea recessum,nisi dictum sit.Natt.consi. 390. Imò renunciãs in compromisso iuri sibi competenti, non præiudicat sibi, nisi laudũ sequatur.Natt.ibid.

Obligatio contenta in compromisso,an sit diuidua, vel indiuidua causa, ob quam factũ est compromissum, considerandã est: & in diuiduis si duo ex vna parte fecerint compromissum,vnus non tenetur pro facto alterius, & sufficit ꝙ pro parte sua sit promptus obseruare sententiam arbitramẽtalem.Menoc. consi.123.lib.2.vide tamen Bart. in l.stipulationum 5.§.si sortem.ff.de verb.oblig.

Laudum ab Arbitratoribus latum deinde à partibus approbatum, vim transactionis obtinet: ideò sicut transactione dominium transfertur (quando continet dationem) ita pariter ex laudo.Menoc.cons.381.lib.4.

An,& quando quis amittat ius suum, quod consequutus fuit ex laudo,si ex parte sui non obseruauerit leges, & conditiones appositas laudo,vide eundem d.consi.381.nu.23.

Ex sententia Arbitri pacto nudo, & sine pęna assumpti,emologata tacitè,vel expressè oritur actio, & fit interruptio præscriptionis. Barto.sing.145.

Arbitratoris laudum nunquid possit rescindi prætextu instrumentorum de nouo repertorum,vide Roma.sing.189.

Arbiter facit litem suam malè iudicando, sicut Iudex; secùs si iudicare neglexerit. idẽ, sing. 707.Amanel.de Clarisaq.sing.143.Bart.in l.si quis 29.C.de pact.in l.1. C.de discussorib.lib. 10.& in §.quia verò,Auth.de Iudicib.l.penul. C.de pact.vide & l.fi.cum glos.ibid.ff.de var. & extraord. cogn. & etiam gloss. in §. 1. Institu. de oblig.

De materia spectanti ad hunc titul. vide per Henric. Boer.in suis singul.titu. compromiss.

Compromissum acceptare nemo cogitur, nisi sit coniuncta persona vtrique litiganti. Fran. Cremen.sing.59.

Quando Arbitri pronunciant vltima die termini,non requiritur citatio partium. Io. de Arnono, sing. 84.

Facto compromisso specialiter super vna lite, & generaliter super omnibus litibus, quãdo possit cognosci per Arbitros super petitorio,prętermisso possessorio, vide Augu.Bero. quæst. 23.

Compromissum quando comprehendat incognita,vide Barto.in l.sub prætextu 29.nume. 6.C.de transactio.

Laudum quando dominus cogatur habere ratum,& Procurator quando compromittit, ꝙ debeat cauere dominum ratum habiturum, scribit Bart. in l.1.C.de Procurato.

Compromitti potest in aliquem,vt pronunciet quem restiturum,vel non. Bar.in l.3.C.vbi, & apud quem. Et quid, quando in compromisso præstatur iuramentum, vide eundem in authen.decernimus C.de recep.Arbit.

Compromissum potest fieri, vt Arbitri possint sine libello, & litis contestatione pronunciare in scriptis.& sine scriptis.Barto.in authen. offeratur.C.de lit.contestat.

Per compromissum, quod fit in Arbitratorem, non fit mutatio iurisdictionis. Barto.in l.1.C. vbi in rem actio.

Filiusfa.potest compromittere sine patris consensu.Bart.in l.cùm non solum 8.§.necessitate,nu.6.C.de bon.quæ liberis.

Coram Arbitris non est locus reconuentioni. Bart.in authen.consequenter.C.de senten.& interloc.omn.Iudi.nu.20.Abb.consi.77.part. 2.& cap.cùm dilectus,ex.de Arbitr.

Arbiter debet habere salarium à partibus.Bart. in l.8.C.de Princip.agen.in reb.lib.12.

Mulier potest esse arbitrix pro patre, & coniũctis personis.Bart.in l.9.ff.de stat.homi.

Aliquis potest vti delegata, & arbitraria potestate.c.nisi essent 21.ex. de præben.& dignit.

Arbitrator non potest cogere partẽ ad dandã rem,vel pecuniam pro re. Bart.in l.aquiliana 4.ff.de transact.

Procurator generalis non põt de causa cõpromittere.Bar.in l.mãdato 60.ff.de Procurator.

Furiosus habens dilucida interualla nõ potest esse Arbiter.Bar.in l.cũ furiosus 39.ff.de iudi.

In iudicio (etiam coram Arbitro) videtur omne id comprehendi,quod sub petitione proponitur, nisi forma compromissi repugnet. Bart.in l.solemus 61.eod.tit.

Cõpromisso quis obligatur in Arbitratorẽ,licèt non obligetur in iudicio;secùs in Arbitro: & laudum latum per Arbitratorem quædam transa-

transactio est.Bart.in l.si seruus. ff.de pecu.

De Arbitro, Arbitratore,& de eorum sentẽtia, de reductione ad arbitriũ boni viri,& de multis aliis vide per Barto. in l.societatem 77.ff. pro socio, & in l.si quis arbitratu 43.ff.de verbor. obligatio.

Compromissum factum in aliquem sub nomine dignitatis,non transit ad successorem. Bar.in l.8.§.hæc verba,nu.5.ff.de vulgari.

Pactum , quòd liceat appellare à sententia Arbitri,an valeat,etiam in illis casibus , in quibus non oritur actio , vide Barto. in l. nemo potest 58.num.13.de legat.1.

Casus , in quibus de iure communi à sententia Arbitri oritur actio , vide per Bart. in d.l.nemo potest 58. nume. 14. & in l. 6. §. iudicati. ff. de re iudic.

Verbum,liberum,vel plenum arbitrium,importat liberam volũtatem,& ille, cui aliquid est commissum in liberam voluntatem , potest iniustè arbitrari, dummodo absit dolus.Bart. in l.si sit legatum 78.de legat.1.

In laudo,si vna pars alteri condemnetur in mille , & altera in quingentis in diem sub pęna, condemnatus in maiori summa,potest compellere condemnatum in minori,vt compenset,vel liberet vsque ad concurrentem quãtitatem. Bart.in l.Iulianus 44.ff.de conditio. & demonstratio.

Compromittere nõ est lata culpa. Bar.in l.cùm hæreditas 36.ff.ad Trebellia.

Arbiter cõpromissarius dicitur habere notionem:& sententia Arbitri electi cum pęna,an posśit emologari, vt ex ea oriatur actio , & quid operetur clausula , Rato manente pacto,in compromisso apposita, vide Bart.in l. ait Prætor 5.ff.de re iudic.

Sententia Arbitri lata ex partium conuentione,hodie idem operatur , quod Iudicis sententia.Bar.in l.si conuenerit 26.eod.tit.

Titulus de Arbitris,qui loquitur de pęna inserẽda in compromisso , aliàs Arbiter non cogatur sententiare , habet locum,quando compromiserunt partes nudo pacto.Bart.in l.ita stipulatus 115. nu.25.ff.de verb.obliga.

Arbitrorum duo sunt genera , & si in quolibet genere malè fuerit iudicatum, qualiter procedatur,vide glo.in c.à Iudicibus 2.q.6.

A sententia lata secundum consilium Sapiẽtis assumpti de partium consensu,potest appellari.Bar.in l.ex cõsensu 23.ff.de appella.nu.3.

Laudum refertur ad tempus compromisśi.Bar. in consi.87.vol.1.

A quo tempore currat tempus laudi,quo mandatur , ꝙ infra quindecim dies debeat pars aliquid facere,vide Bar.in consi.230.vol.1.& consi.12.vol.2.

Arbitratores non tenẽtur scripturas facere,sed satis est extraiudicialiter se informare. Abb. consi.64.part.1.

Clerici possunt compromittere in laicos de rebus temporalibus. Abb.consi.33.part.2.

Compromissum si factũ fuerit de aliqua re,non potest Arbiter illam rem vni adiudicare , & alteram partem condemnare , vt det aliquã rem in compromisso non deductam. Abb. consi.62.part.2.

Arbiter licèt non posśit sententiare circa omnino aliena ab expresśis , potest tamen decernere, & sententiare de cohętentibus expresśis, sine quibus nequeunt expressa commodè terminari. Abb. consi.62.part.2.nu.5.

An Arbiter pronũciando teneatur sequi ius cõmune,vel statuta loci,vide Abb.cõs.77.par.2

Compromissum non extenditur vltra,quàm sit deductum in eo,vnde nõ potest laudari, nec valet laudatum de alia re, vltra deductum,licèt in laudo dicatur,quòd absoluit ab omnibus quæstionibus,& toto eo, &c.Fel.consi.51.

Argumentum de transactione ad compromissum procedit.Fel.ibid.nu.6.

Arbitrator vtrum posśit laudare , etiam super non petitis,vide ibid.nu.fin.

In Episcopum possunt non subiecti compromittere tanquam in Arbitrum , & eius sententia sit lata , partibus præsentibus , seruanda est, secùs si altera absente.l.8. C.de Epis.audien.

Declaratum ab Arbitro (cuius declaratio iuri consonat) est exequendum,siue sequendum à Iudice.l.6.C.de reb.credi.

Ex compromisso Arbiter infamiam non facit, quia non per omnia sententia est.l. 13. §. ex compromisso.ff.de his,qui nota.infa.

Eo ipso,quòd minor compromittit, videtur lęsus;ideò aduersus cõpromissum restituitur. l. si minor 35.§.1.ff.de minor.25.ann.

Qui habet arbitrium super facto, non intelligitur habere super termino facti , & arbitrium dolosè latum , nullius est momenti.l.si in lege 27.ff.locati.

In arbitrio dato intelligitur, ne eligatur persona prohibita , licèt concedens arbitrium eã eligere potuisset.l.quãquã 62.ff.de ritu nupt.

Si Arbiter fuerit assumptus super cõtractu perficiendo, nisi sequetur arbitramentum contractus non perficitur,nec à persona eius Arbitratoris receditur.l.42.ff.de verb.oblig.

Nunquid per sententiam Arbitri posśit fieri inhibitio de non alienando,vide Bar.in l.filiusfa.§.diui loci.& ibid. Doctores,de leg.1.

Ita proponendæ sunt actiones coram Arbitris, sicut coram Iudicib.§. omniũ, Instit.de actio.

Non debet eligi Arbiter cum sacramenti Religione,ne anceps periurum cõmittatur, neq; partes

partes iurare debet, sed tantùm pœnam promittere. §. quia verò, Authen. de iudicib.

Quando altera ex partibus non stat sententiæ Arbitri, quid iuris. vide glo. ibi. Et quid, si partes iurarunt, & pœnam promiserunt, vide etiam ibidem.

Laudum dubium est per Iudicem ordinarium declarandum, & quando per Arbitros declarari possit, & quid, si reseruata facultate declarandi per Arbitros, ipsi in declaratione dissentiant, an tūc laudum nullum reddatur, vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 253.

De causa restitutionis in integrum non potest fieri compromissum: nec de ea Arbiter cognoscere potest. Hartma. c. 4. tit. de Arbit. li. 1.

De postulando, de Aduocatis, Scholaribus, & eorum priuilegiis.

ADuocato non licet facere pactū de quota litis parte, & si hoc faciat pactum non valet, & ipse Aduocatus priuatur officio aduocationis. Guid. Pap. quæst. 102. Borg. Caual. decisio. 12. de contract. Et aliter punitur, prout tradit Fran. Marc. quæst. 19. Et in hac Patria Pedemon. extat decretum antiq. Sabaudiæ, titu. Aduocati durante, &c. lib. 2. De pœna imposita hoc casu à iure vide per Rolan. consi. 36. vol. 2.

Licèt Aduocatus non possit pacisci de quota litis, tamen potest de pecunia in genere, vel alia re, quàm de ea, quæ est in lite: nam Aduocatus potest vendere suum consilium, dummodo promissio non excedat centum coronatos. vide Guid. Pap. quæst. 102. & quæst. 190. Marc. q. 636. nume. fin. Quia tunc cessat ratio prohibitionis. Guid. d. q. 102.

Aduocatus pariter potest facere pactū de prosequenda causa sui clientis ipsius Aduocati sumptibus, & valet pactum, & cōtrà, si cliēs pro lite prosequenda vsque ad finem aliquid dederit, vel promiserit Aduocato, valebit promissio: & Aduocatus rem promissam debet habere, siue causa finem habuerit per sententiam, siue per concordium. Guid. Pap. q. 102. vide tamen Vincent. de Fran. decisio. 265. part. 2.

Aduocatus, qui, accepta pecunia, vidit instrumētum vnius partis, deinde cū alia fecit pactum de quota litis parte, animo, & corpore illi assistendo, an teneatur crimine falsi, vel præuaricationis, vide Bart. in l. 1. ff. de præuar.

Iudex an possit esse Aduocatus in causa appellationis, vide Capel. Thol. q. 278.

Lucrum Aduocatorum dicitur quasi castrense, & de illo filiusfam. potest testari. Capel. Thol. q. 10. & Fran. Marc. q. 636. num. 3. Quod procedit, quando Aduocati sunt descripti in matricula. Marc. d. q. 636. nu. 3.

Doctor quando carceris priuilegio gaudeat: & pœna quandoque in viro docto mitigatur. Franc. Marc. q. 81.

Iudex ex officio debet prouidere pauperi de Aduocato, & Procuratore, qui gratis debēt præstare patrocinium, aliàs debent repelli ab aduocatione Curiæ. Guid. Pap. q. 561. vide Capel. Thol. q. 482. Mysing. obser. 43. lib. 1. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 369. Et in foro consciētiæ peccant, si aliquid accipiāt à paupere. Pet. Gerar. sing. 73.

Aduocatus non potest retinere processum loco pignoris. Boer. decis. 15.

Aduocatus, qui propriam causam conduxit, & vicit, an debeat habere salarium, vide Boer. decis. 210. Mysing. obser. 2. cent. 1. & Bart. in l. cùm quidam 5. C. de fructi. & lit. expen. & in l. 46. ff. de fideiussor. & mandato.

Aduocatus, qui in communi causa alium Aduocatum gratis sibi seruientem habuit, an à socio salarium petat, vide Boer. deci. 210. nu. 5.

De dignitatibus, & prærogatiuis Aduocatorū vide per Guid. Pap. q. 88. & q. 388.

Doctores actu legentes, siue Aduocati, non possunt carcerari pro debitis ciuilib. Ioseph. Ludo. decis. 6. Luc. & Franc. Marc. q. 659. nu. 3.

Doctores non actu legentes, seu non postulantes, tantummodo nomine dicuntur Doctores. Ioseph. Ludo. d. decis. 6.

Aduocatus, seu Doctor debet esse ad minus ætatis ann. 18. Sed quid in Iudice, vide Marc. quæstio. 628.

Doctores, & Scholares quando habeant priuilegium, vt possint iure expellere fabros malleatores, ne audiant malleare ante eorū domus, vide eundem Marc. q. 634. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 237. Marc. de Mant. sing. 22. Bart. in l. 1. ff. solut. matrimo. nume. 30. & in l. vnica. C. de stud. liberalib.

Doctores, & Scholares, si domum locationis titulo inuenire nō possint, dominū possunt cogere ad illis locandum. Marc. d. q. 634. nu. 6.

Doctores sunt immunes à collectis, vel muneribus mixtis, aut ordinariis; non ab aliis. idē q. 636. Quod priuilegium conceditur ratione officij, studij, vel lecturæ; ideò his cessantibus, illud cessat. Marc. ibid.

Aduocatus gaudet priuilegio militari, quando actu, & exercitio est Doctor, & Aduocatus; secùs si solo nomine. ibid. d. q. 636.

Priuilegium, quod Doctori legēti tribuitur, idē Aduocato postulanti conceditur. Marc. d. q. 636. part. 1. & q. 182. part. 2.

Aduo-

Aduocatus ad nullum munus personale prestādum, neque ad recipiendum hospites cogi potest. Marc.d.q.636.nu.5.

Pauci sunt, qui Doctoratus apicem attingerūt. ibid.num.7.

Doctores Principis Consistorium ingredi possunt, & debent sedere cum Præsidibus, quando vadunt extra Ecclesiam, Marc. d. quæst. 636.nume.10.

Licentiatus nullam dignitatē habet; sed solùm testimonium meriti, & per consequens non habetur pro Doctore. Vinc.de Fran.deci.111.

Filij Doctorum, & Aduocatorum, an patrum priuilegio gaudeant, vide Marc.q.637.

De Aduocatorum vestibus, & quòd Aduocati Sacerdotes dicantur, & vehiculo vti possint, scribit Franc. Marc. q.649.

Principis ianua Aduocatis aperta esse debet, qui, Aduocati à dextera Iudicis parte sedēt: tamē postulando stare debent. idem q.650.

Insignia Doctoratus sunt quinque, videlicet cathedra, biretum, liber, anulus, & osculum, & ipsis insigniis qui vtitur antequam doctoretur, falsi pœnā incurrit. Marc.quæst.688. vide Guid.Pap.q.388.in additio.

Citra formam examinationis ad gradum Doctoratus aspirare Scholaris non potest, licèt notoriè eruditus sit: quia ipsa examinatio requiritur pro forma. Crauet.consi.1.pro gene. nume. 172.

Doctores promouētes Scholares ad lauream, non debent iurare illos esse eruditos, & laurea dignos, sed quid, si iurauerint pro illis, nō laurea dignis, vide Menoch. de Arbitra.lib. 2. cas. 192.

Doctores presentantes Scholares doctorādos, qui ex consuetudine iurant etiam pro indoctis, excusanē à pœna periurij in foro fori; non autem in foro Poli. Marc.de Mant.sing.13.

Nullus potest assumi ad officium Aduocationis, nisi per statutum quinque annorum tempus studuerit. Bart.in l.5. C.de Aduoc.diuerso.iudic. & in l. 1. §. Aduocatos. ff. de var. & extraord.cogn.

Doctores debent præcedere alios moribus, & scientia: qui Doctores in præsentatione debent esse approbati; sed quæ sint requisita in ipsa approbatione facta cū doctorādi, vide Bar.in l.7.C.de Profes.& Medi.lib.10.

Septem Doctores requiruntur in approbatione futuri Doctoris. idem Bartol.in l.10.eod.titu.

Scholaris magni ingenij, licèt non studuerit per quinquennium, doctorari potest: & debet esse maior 17. anno. debetq; examinari à septem Doctoribus. Barto.in l.1.nume.17.C.de dignitatibus.lib.12.

Approbatus per Cœtum Doctorum debet iudicari dignus. Bart.in l.vnica. C.de Professoribus.qui in vrbe, &c.

Priuilegij Doctoratus originale (nisi deperditum sit) Doctor ostendere debet. Franc. Marc.quæst.689.

Studentibus tria necessaria, nēpe Natura, exercitium, & disciplina; sed de aliis vide per eundem Marc.q.811.

Doctores scholaribus antecedere moribus, & scientia debent, & ipsa scientia moribus ornatur. Marc.ibid.

Promouendi ad Doctoratum modus qualis sit, & quòd quis ante Doctoratū debeat ter interrogari, vide eundem.q.812.

Illegitimè nati ad Doctoratū non possunt promoueri, quia honor sit. Marc.ibid.

Doctor, qui per sententiam Doctoratus priuatus fuit, iterum doctorari non potest. Marc. q.303.part.2.& Marc.de Mant.sing.616.

Doctor legens in publico Gymnasio per viginti annos fit Comes; sed quam dignitatē propter hoc consequatur, vide Vincen.de Fran. decisio.115. & Barto.in l.1. C.de nouo Codi. facien.num.10.

Doctoratus est dignitas, & hēt vndecim priuilegia, de quibus vide per Cabal.milleloq.540.

Doctor exercens officiū Procurationis, & Notariatus in Ciuitate predominante, non efficitur infamis, & potest etiam de iure respondere. Borg.decis.12.de contract.

Aduocatus non exercens officiū Aduocati, non gaudet priuilegiis concessis Aduocatis. Papon.lib.7.titu.7.arrest.15. & Menoch. de Arbitr.lib.2.cas.379.num.12.

Filius Doctoris, patre superstite, gaudet priuilegio, ne torqueatur. Alex.Raud.tract.de Analog.cap.22.nu.88.

Doctores de iure nō possunt torqueri; sed quid de consuetudine, vide Math. Mathes. sing. 59.in additio.

Doctor potest ob delictū priuari Doctoratus. idem Raud.tract.de Analog.cap.37.nu.2.

Legum Professores, & Aduocati, eorum vxores, & fratres sunt immunes à muneribus. Menoc. de Arbitr.lib.2.cas.379.In licentiato, & alio, qui medio tēpore lauream consequutus fuit, quis horū præferatur in Collegio, vel dignitatibus, vide Menoch.ibid.

Doctor, & miles simul, quibus vestibus vti debeat, distingue, aut exercet actus Doctorales, & tunc debet vti vestibus Doctoralibus, aut Militares, & tunc Militaribus vti debet. Roma.sing.366.

Doctores legū, & medicinæ nō possunt pro debito ex cōtractu, vel quasi personaliter capi, nec eorum filij, & vxores. Math.Mathes.sing. 59.Secùs in criminalibus.ibid.in additio.

Docto-

Doctores non habent necesse semper vti insignijs Doctoratus, sed possunt, si voluerint, etiam vbi est Princeps. Ant. Corset. in suis singularibus, litera D. sing. Doctor 2. & Bart. in l. vnica. C. de honora. vehicu. lib. 11.

Sicut militi non auferuntur arma; ita Scholaribus non auferuntur libri. Bald. sing. 130.

Aduocati in feudo debēt inuestiri soluēdo simplicia laudimia, sicut alij Nobiles. Guid. q. 88.

Quis non vtitur priuilegio concesso fauore studij, nisi existat in loco, vbi adest sufficiēs Studium. cap. tuæ fraternitatis 12. ext. de Cleri. non resid.

Aduocati causarum habent priuilegium, ne cōueniantur, nisi inquantum facere possunt. l. 6. ibid. glo. & Bart. ff. de re iudic. Et donatio facta ab ipsis concubinæ, non valet. Bar. in d. l. 6. ff. de re iudic.

Aduocatus clientulum in medio litis deserere non potest. Fran. Marc. q. 644. nu. 3.

Aduocatus dans malum cōsilium tenetur, & facit litem suam; sicut in quolibet alio artifice. Marc. q. 647. Non tenetur tamen, nisi de dolo. Bart. in l. 2. ff. mandati.

Aduocatus propter insufficientiam reprobari potest: & Doctores antequam ad agendas causas admittantur, approbandi sunt. Marc. q. 648. vide tamen ibid.

Aduocati instrumenta vsuraria dictantes, quia illicitè faciunt, debent puniri. idem Marc. q. 902. part. 2.

Consultor, qui se ingerit in officio iudicandi super eo, in quo cōsuluit, præuaricator cēsetur: & dicitur calumniator, quando pro vtraque parte consuluit. idem. q. 912. part. 2. & q. 915. Sed qua pęna tunc puniatur, vide ibid.

Aduocatus quando fuit consultus in aliqua causa, seu scit secreta causæ, propter hoc non repellitur ab officio iudicandi, quod est verū, si non propalauerit intentionem suam circa decisionem illius causæ, seu dederit eius responsum. Marc. ibid. d. q. 915.

Aduocati suos clientes prodentes præuaricatores sūt, sed tūc qua pęna puniant, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 323. & l. 1. & 3. ff. de præuarica. Sed quando reuelauit Aduocatus iura sui cliētis parti aduersæ, quid iuris, vide Rol. consi. 36. vol. 3. nu. 23.

Si Aduocatus vnius partis nō sit satisfactus de salario suo, potest dimittere suum principalem, & esse cum aduersario suo. Guliel. de Ludo, sing. 253. vide tamen Marc. de Mant. sing. 286.

Aduocatus si fuerit corruptus qualiter succurratur ei, cuius est Aduocatus, vide Bar. in l. 1. C. de pęna Iudi. qui mal. iudic.

Licèt Aduocatus non recipiatur in testem pro ea parte, pro qua est Aduocatus, tamen recipitur pro parte, contra quam est Aduocatus, sed super qua materia teneatur tunc deponere, vide Vincent. de Franc. decisio. 222. in principio, & fine.

Aduocatus cogitur partibus inseruire: quia officium Aduocati est publicum, & necessariū, honorabile, & laudabile, admittuntur tamē legitimæ excusationes. Gail. obser. 43. libr. 1. Papon. lib. 6. titu. 4. arrest. 4. DD. de Rot. decis. 18. aliàs 817. tit. de iudi. in antiq. Nam consulere inuitus quis compellitur. Amanel. de clarisaq. sing. 169. & glo. in l. 3. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.

Aduocati possunt postulare contra illos, quorū sunt Vasalli. Io. Gal. quæst. 23. in decisio. diuerso. Duobus casibus exceptis, de quibus per Papon. lib. 6. tit. 4. arrest. 5. vide tamen Gram. decisio. 80.

Aduocati veritatem non insequentes, & malè partes suas consulentes, qualiter puniantur, vide Ioan. Gal. q. 345. Et teneantur, vide Ias. de actio. in §. omnes autem.

Conferte an teneatur frater Doctor expensam in studio factā, vel in Doctoratu, aut in libris, patre viuente, vide Craue. consi. 125. Rolan. consi. 11. nu. 6. & Pet. Gerar. sing. 54.

Pater an teneatur ad expensas studij, vide Crauet. ibid.

Quamuis pater expensas, quas fecit pro filio studente, videatur in dubio facere de suo, tamen hoc debet intelligi, vbi filius non habet peculium, vel alia bona. Ias. de actio. §. fuerat, num. 111.

Frater non potest petere, vt communibus expensis fiat expensa Doctoratus post mortem patris, licèt pater viuens pro alio fratre fecerit similes expensas. Castren. sing. 7.

Aduocati Iudicis sententia nō redditur nulla, nisi fuerit recusatus tanquam suspectus. Cra. consi. 199. nu. fin. Tamen in ea causa videtur arctari à munere iudicādi. Menoc. de Arbitr. quæst. 73. num. 4.

Aduocatus, & Procurator non possunt pro hæreticis interuenire. Clar. in sua Pract. crimi. §. hęresis, vers. vlterius.

In hac Patria Pedemon. in iudicijs non admittuntur dictamina Aduocatorū varia, superflua, & ad merita causarum non facientia, neque positiones, & articuli similes, sub pęna periurij, & priuationis omnis Aduocationis vnius anni, cum nota infamiæ. vide Decret. antiq. Sabaudię, tit. quod in iudiciis, &c. lib. 2.

Aduocatus actoris prius proponere, & allegare dēt, & postea Aduocatus rei. Maran. in suo Spec. de ordine iudic. in proęm. nu. 11. part. 1.

Aduocati calūniosi possunt per Iudicē inquiri, & in-

& interdici, ne postulent. Ma ant. ibid. titu. & peruenitur aliquando pe. iam inquisitio. num. 182. part. 6.

Aduocatus opponens exceptionem dilatoriã post litem contestatem, quam ante opponere debuerat, ad vnam librã auri punitur. Marant. ibid. par. 6. titul. de exceptio. num. 11.

Donatio à patre facta, si studuerit, intelligitur, & ad Doctoratum peruenerit. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 237. num. 31.

Pęna, quæ fit in eos, qui litis euentum promittunt, & victoriam causæ, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 344.

Quando Aduocatus Ecclesiæ teneatur eã defendere, vide Menoch. de Arbitrar. ibidem, cas. 494.

Aduocatus rei sub pœna maledictionis ęternę, tenetur dicere debitori, vt soluat, si sciuerit se debere. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de mercato. minut. venden. gl. vlti. nu. 5. Tom. 2.

Aduocatus, qui præstat patrocinium pro bannito, dicitur præstare auxilium, & incidit in pęnam. Guid. Pap. sing. 640.

Si Doctor damnetur ad mortem, nõ debet decapitari, antequam degradetur. Pet. de Raue. singul. 317.

Studens in domo, qui nunquam audiuit in iure legentem, priuatè, nec publicè, licèt ostẽdat se Iurisperitum disputando, non debet effici Doctor. Pet. de Raue. singu. 915.

An licitum sit Doctoribus facere consilia dieb. festiuis in casu necessitatis, & an tũc debeãt Doctores pecuniam, quam habuerunt pro consilio, dare pauperibus, vide Petr. Gerar. sing. fin. num. 8.

Quis compellitur esse Aduocatus Reipub. sine salario. Guliel. de Ludo; sing. 169.

Executio in Scolarium libris nõ debet fieri, nisi pro expensis factis in infirmitate, aut funere. Marc. de Mant. singul. 96.

Iudęi, apostatæ, & infames, non possunt doctorari. Bar. in l. 1. C. de nouo Codic. faciẽ. nu. 12.

De nobilitate acquisita ex scientia vide per Bar. in l. penul. C. de postuland. & Guid. Pap. quæstio. 88.

Interpretatio probabilis, non est necessaria, & potest fieri à quolibet Doctore. Bartol. in l. 1. num. 9. C. de legib.

Aduocatus prohibitus aduocare, quando dicatur perpetuò prohibitus: & Aduocatus condemnatus ex aliqua causa, an tacitè videatũ ꝓhibitus aduocare, vide Bar. ĩ l. 1. C. d' postul.

Aduocatus nõ debet contrahere cum clientibus, & non potest esse Iudex in eadem causa, etiam diuerso tempore: sed Iudex, data sententia, bene potest esse Aduocatus in eadem causa, & in alio iudicio. Bar. ĩ l. 6. C. de postul.

Melius tamen faceret, si abstineret. Hartma. cap. 8. tit. de Iudicib.

Salarium à Repub. habens, contra illam Aduocatus esse non potest. Bar. in l. 2. C. de Aduoc. diuers. iudic.

Error Aduocati non nocet parti. Bart. in l. ornamentorum 39. ff. de aur. & argen. lega. Confessio tamen Aduocati præiudicat principali suo, nisi eodem die fuerit reuocata. c. cùm causam 62. ext. de appellat.

Aduocatus an debeat instruere partem circa responsiones, vide Bar. in l. 2. C. de iureiu. pro calumn. dan. nume. 5.

Aduocati prolixitas damnatur. Bart. in authen. principales. §. fi. C. de iureiu. post calum. dan.

Pater tenetur emere libros filio studenti. Paul. de Castr. consi. 184. & Bar. in l. fin. C. de silentia. libr. 12.

Tacitè quis renunciat iuri suo præstando aduocationem in causa, in qua ius habet. c. ex litteris 6. ext. de transactio.

Clericus in Sacris, vel in minoribus beneficiatus, Canonicus regularis, & Sacerdos, non possunt postulare in foro seculari, exceptis certis casib. vide tot. tit. ex. de postul. & l. 17. C. de Epis. & Cler.

Instrumenta confecta ab Aduocato tenent, licèt is tabellionatus officiũ exercere nõ deberet. Bar. ĩ l. vniuersos 15. C. de Decur. li. 10.

Principalis persona pro se, nõ per Aduocatum, debet factũ proponere in iudicio, nisi sit indiscreta. cap. pastoralis 14. extra de iudi.

Doctores si exerceant officium Procuratoris, & Notariatus, an sint infames, vide Gui. Pap. sing. 80. & 90.

Vniuersitas studij non potest aliquid immutatare in præiudicium concessionum factarũ à Communi Doctoribus. Bart. in l. 1. C. de anno. ciuilibus.

Doctor cum eius familia, nõ potest scrutari de armis. Bar. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. nu. 22.

Aduocati, qui præstant patrocinium hæreticis, sunt infames, priuantur officio, & debẽt excommunicari. c. 11. ext. de hęret.

Allegans falsas leges punitur, sed quid in allegante postillas, vide Bar. in l. si quis 35. ff. ad leg. Cornel. de falsis.

Allegare leges correctas quando liceat, vide ibid. Bar. num. 3. Pro negatiua, scribit Petr. de Raue. singu. 204. post Bald.

Pro donis, quę fiunt Doctoribus, agi potest. Bar. in l. 1. §. an &. ff. de varijs, & extraordi. cognit.

Aduocatus in causa principali, non est Aduocatus in causa appellationis. Bar. in l. 1. §. Aduocatos. ff. eod.

Prohibitus aduocare, non prohibetur in camera consulere. Bart. ibid. nu. 4.

Qui non possint postulare, & esse Aduocati, vide c. infames 3. q. 7.

Non potest esse Aduocatus, qui non est verus Christianus: & Iudex scienter hoc patiens punitur, & ipse Aduocatus ab officio Aduocationis depositus, deportatur. l. iubemus 15. C. de Episco. audien.

Non potest quis simul esse Assessor, & Aduocatus; sicut neque Iudex, & Aduocatus. l. 5. & fi. C. de Assessorib.

Quemadmodum legum Doctores debeat procedere legendo publicè, vide l. vnic. in proœmio. ff.orum.

Aduocati, siue patroni causarum, debent de calumnia iurare. l. 2. C. de iureiurand. prop. calumn. dan.

Si facto, & negligẽtia Aduocati causa intra triennium non terminetur, talis Aduocatus punitur. vide l. properandum. §. illo. C. de iudi.

Aduocati debent corporaliter iurare, quòd cũ omni eorum veritate, & studio patrocinium præstabunt clientulis suis circa id, quod verum, & iustum putauerint, & si causa eis mala fuerit visa, illam non prosequentur, qua deserta, non licet clienti recipere alios Aduocatos: & ex conscientia possunt quidam remanere, & quidam deserere, & quis melius fecerit apparebit ex sententia. l. rem non nouam. C. de iudi. de forma huius iuramenti habemus in hac patria Pedemon. decretum, vt in antiquit. constitutio. Sabaudiç, titu. de Aduocat. lib. 2.

Aduocatus an teneatur patrocinium præstare, si causa mutetur, vide gloss. in l. sed & hæ 35. §. non solùm. ff. de Procurat.

Qui est Aduocatus pro hærede, videtur approbare testamentum, quare ille, & Procurator prohibentur agere querela inofficiosi. l. fin. C. de inoffic. testamen.

Snia lata cõtra clientulum in iudicio reali, non facit præiudicium cõtra Aduocatum, ad quẽ res in veritate pertinebat. l. inter officiũ 54. ff. de rei vendic.

Aduocatus, qui præstat patrocinium in causa falsi testamenti, priuatur commodo sibi relicto ex tali testamento. l. 5. §. his verò. ff. de his, quib. vt indign.

Moris est aduocationibus quoque Præsides interdicere, nonnunquam in perpetuum, & interdum ad tempus. l. moris 9. ff. de pęnis.

De Doctorũ priuilegiis vide plenè per Hartm. cap. 5. titu. miscellaneorum ex iure Ciuili lib. 2. & de materia spectanti ad hunc titu. vide glo. in l. 1. ff. de var. & extra. cogn. & in titu. C. de Professo. & Medic. lib. 10.

De salario Aduocatorum vide infra tit. seq.

De salariis, & stipendiis, & quibus illa debeantur, & contra.

Salaria promissa Doctoribus, & Aduocatis hodie à suis clientibus peti possunt. Ias. de actio. in §. omnes, vers. tripli, nu. 7. 8. 50. & 51. Tamen Aduocati nõ debent recipere promissionem à clientulo, lite pendente. Bar. in l. archiatri 9. C. de Professo. & Medi. lib 10.

Qualiter petatur salarium Aduocati, & quãdo promissum debeatur, vide Azo. in summa tit. C. de suffrag.

Iudex quomodo se habere debeat in salariis Aduocatorum, quando ad illũ recurrunt pro taxatione, vide Guid. Pap. q. 190.

Salarium etiam in foro conscientiæ per Doctorem consulentem sine euolutione cartarum peti, & capi potest: quia consideratur labor præteritus. Ias. de actio. §. sed istæ, nu. 113.

Aduocati salariũ à pauperibus recipere nõ debent. idem, in §. omnes, vers. tripli, num. 54.

Aduocatus non tenetur præstare patrocinium, si illi non soluatur salarium. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 494. nu. 8.

Aduocatus salariatus non tenetur defendere causam iniustã. Menoc. ibid. nu. 13. Et tũc nõ incidit in periurium, si recuset, sed quid, quãdo dubitat, vide ibid.

Doctores salariati, si à statuto prohibeantur, ne vadant ad allegandum, seu aduocandum, si contrà faciant, debẽt deponi à matricula, & priuari salario illius anni. Roma. sing. 264.

Salarium simpliciter constitutum, intelligitur cõstitutum, vt soluatur medio tempore. Bar. in l. pen. de Aduoc. diuerso. Iudi. An in principio, aut in medio, vel in fine causæ debeatur, vide Mago. decis. 12. nu. 5. Rot. Floren. Ias. de actio. in §. omnes, vers. tripli, nu. 59.

Salariũ qñ peti possit, vide Cabal. millelo. 694.

Salarium defuncti, an debeatur successori pro toto anno, vide Bart. in l. 4. C. de domestic. & & in l. 1. C. de præposit. labor. lib. 11.

Quãdo salaria debita trãsmittãtur ad hęredes, vide Bar. in l. 1. C. de anno. ciuil. Et quãdo debeantur pro toto anno, vel pro rata anni, vide eundem, in l. 4. ff. de offic. Assesso.

Aduocato debẽt salariũ ex publico constitutũ, licèt moriatur intra annum; secus in salario promisso à parte. Capel. Thol. q. 269. in addit.

Salarium Aduocati transmittitur ad hęredes. Mysing. obser. 8. cent. 3.

Salarium Aduocati, & Procuratoris, debetur pro toto anno, si fuerit præstitum in principio, vel in medio, aut fine anni, si per Aduocatum non steterit, vel mortuus fuerit.

idem Gail.obser.44.lib.1.num.12. Petr.Roy. deci.Litua.4.nu.384.in decisio.diuerso.Tom. 2.& Natt.consi.452.

Doctor, qui debet habere salarium annuum, si abest causa Reipub. nihilominus salarium integrum habere debet. Bar.in l.Iulianus 17.§. cum quoque.ff.quib.ex caus.maio.

De salario, quod debetur Aduocato, vide per eudẽ Bar.in l.1.§.diuus.ff.de var.& extr. cogn.

Ex nudo pacto debetur salarium Aduocato: & vbi salarium cõsistit in quantitate, vel re mobili, nõ est necessaria certa scriptura promissionis, vel traditionis; secus si in re immobili. l.vnic.C.de suffrag.

Aduocato quando sit salarium præstandum, & an debeat ipse Aduocatus pro vno salario præstare patrocinium in causa appellationis, vide gl.in l.qui proprio 46.§.itẽ.ff.de Procur.

Aduocati salarium quatuor modis petitur. l.salarium 7.& ibid.gl.ff.mandati.

Aduocatus debet habere mercedem, vel salarium, licèt causam non egerit, quotiescunque per eum non steterit.l.qui operas 41.ff.de loca.& cõduct.& l.fin.C.de cõdict.ob caus. dat.

Iudex, Aduocatus, & Procurator non possunt retinere processum loco pignoris, tamen scriptor potest retinere quinternum pro salario.Boer.decis.15.

An Aduocato debeatur salarium in causa propria, vel communi, & quid, si habuerit alium Aduocatum gratis, vide Boer.decis. 219.

Aduocatus, & Procurator possunt petere salarium pro mercede.Borg.Caual.decis. 12. de contract. Et illis debetur officio Iudicis, licet non sit promissum.Natt.consi. 376.

Regulariter Aduocatus, & Procurator de quota litis parte pacisci non possunt, tamen ratione palmarij id est victoriæ, pactum valet, & ex eo competit actio, vel officium Iudicis. Andr Gail.obser.44.lib.1.vide sup. tit. prox.

In exigẽdo salario, quod in solutum datum est, computari debet cum eo, quod debetur, ibidem Gail.num.4.

Duplici officio fungens, duplex salarium habere debet.Gail. ibid.num.8.

Salarium Aduocatorum eximij laboris esse dicitur, & extimationem vix recipit, tamen vbi nõ fuerit conuentũ, Iudicis arbitrio taxatur. Mago.decis.12. Rot.Floren.vide Papon, libr. 6.tit.12.arrest.7.

Doctori pestis metu discedẽti integra merces debetur, & hoc casu suspicio pestilentiæ, pro pestilentia habetur.Pet.Roy.deci.4.Litua.nu. 384.& seqq.in decisio.diuerso. Sed an debeatur salarium pro tempore infirmitatis, vide Capel.Thol.q.269.& q.360.

Aduocatus, qui pactus est in casu victoriæ, an debeat habere promissum salarium, si cliens transegerit, vide Vincen.de Fran.decis.265.

Quando Notarius conficit instrũm de aliquo actu, vel contractu pauperis, salarium accipere non debet; idem in Doctore consulente. Ias.de actio.in §.omnes, vers.tripli.

Doctoribus debetur salariũ ꝓ anno, in quo illi non legerũt, quando per ipsos non stetit, sed vide Dec.consi.70.

Doctor, seu stipendiarius tempore peregrinationis, salarium habere debet, si de licentia domini iter susceperit.Rom.sing.453.

Doctor reconductus ad legendum, censet̃ pro eodẽ salario recõductus, qđ prius hẽbat, nisi mutata sit cõditio personę.Ant.Corse.in suis singularibus, litera S.sing salarium 4.

Tutores, Curatores, Sindici, Consules, negotiorũ gestores, Procuratores ad negotia, & testes salarium consequi non possunt, exceptis expensis; nisi aliter de consuetudine seruetur, vel Iudex constituerit, aut fuisset conuentum.Papon.lib.6.tit.12.arrest.5. Guid. Pap.q. 68.fallit in teste laboratore, qui salarium cõsequi potest.Guid.d.q.68. nu. 6. Sed quando testes vltra expensas cibarias debeãt habere salarium, vide Papon.lib.6.tit. 12. arrest.6.

An, & quando tutori debeatur salarium, vide Papon.lib.15.tit.5.arrest. 12.

Tutoribus, & executoribus nõ debetur salariũ, possunt tamen (si administratio sit laboriosa, & hoc exigat) adire Iudicem, vt illis constituat salarium, ad quod faciendum Iudex tenetur, sed quale, & quantum esse debeat, & qualiter dandum, relinquitur arbitrio ipsius Iudicis.Menoch.cons.228.lib.3.

Arbiter potest salarium habere. Guid.Pap. d.q. 68.in fine. Et illud consequi à partibus. Petr. de Raue.sing.35.

Vbi cadit munus personale tantùm absque erogatione patrimonij, nullũ salariũ peti põt, sed tantùm sumptus moderati, nisi essent ꝑsonæ, q̃b.ex officio dare. Gui.d.q.68.in addi.

Si ꝓmiserim dare operariis meis, quãtũ dabãt Ciues aliis opariis, & repiat̃, q salariũ fuerit diuersimodè solutum, minus salarium solutũ, cẽset̃ promissum.Guid.q.252.Papon.lib.6.tit. 12.arrest.9.& Natt.consi.239.

Salariũ debet̃ famulo à toto tpe, quo nõ seruiuit, si steterit ꝑ dñm (qui illũ expulit) quominus seruiuerit.Capel.Thol.q.269.

Famulo etiã pro tpe infirmitatis, debet̃ salariũ. Papon.li.6.tit.12.arrest.12.vide Capel. Thol. q.269.in additio. & q.360.

Seruis, & operariis salarium statim est soluendum: & pro ipso conceditur executio.Rebuf. in constitutio.Reg.tract. de senten. prouisio, art.3.glo.7.& 8.Tom.1.

An

An famulo debeatur salarium in initio, aut in fine anni, vide ibid.d.glo.7.nu.3.
Famulus si de salario nihil conuenerit, quale salarium habere debeat, vide eundē Rebuff. tit.de famul.sal.glo.3.& 4.Tom.2.
Seruus inobediens expelli potest ante tempus, & perdit salarium.Rebuff.ibid.glo.2.
Quando famulo non soluitur salarium, an ille possit furari rem æquiualentem, vide Rebuf. ibid.glo.10.nu.pen.
Episcopus non cogitur soluere salarium Vicario prædecessoris sui.Mohed.decis.356.
Stipendia alicuius officij debent augmentari, quādo labor exercitij officij est maior, quàm stipendia.Franc.Marc.q.449 par.2.
Seruiens pro factore, seu iuuene alicui mercatori solito salarium dare, debet salarium habere, licèt de eo conuentum non fuerit. Rot.Genu.decis.115.
Electus ad officium, videtur electus cum salario solito, sed in illo constituendo, quæ sint consideranda, vide eandem Rot. d.deci.115. Vbi habetur esse considerandam qualitatē personarum, & consuetudinem.ibid.nu.4.
Solitus operas locare censetur seruiuisse cum mercede.ibid.nu.fin.
Concesso officio secundum salaria consueta, consideranda sunt stipendia vltima. Cabal. milleloq.830.vide Rebuf.in constitutio. Reg. tract.de salar.taxa.nu.10.Tom.3.
Officialis conductus, nulla expressa facta salarij conuentione, debet habere salarium, quod habebat prædecessor suus vltimus in illo officio.Andr.de Capu.sing.2.
Potestas debet etiam vltra tempus sui officij exercere iurisdictionem, quousque successor in officio veniat, & pro hoc reliquo tempore debet habere salarium consuetum.Roma. sing.395.
Officiali defuncto ante finitum officium, integrum salarium debetur hęredi, quid in domestico, & protectore, aut in locatore operarū, vel Officiali decedente in itinere, antequam officium consequatur, vide Anto. Corset.in suis singularibus, litera S.sing.salarium 3.
Salarium voluntarium non conuentum, nō debetur.Put.decis.43.lib.2.vide decis.44.ibid.
Salarium non conuentum non debetur, etiam si prædecessores essent id soluere soliti. Put. decis.1.lib.3.
Salarium si sit ratione personæ constitutū, personam non egreditur.Put.ibid.
Salarium prohibitum comprehēdit etiam vltrò obligatum, sed in quibus casibus hoc nō procedat, vide Mys.sing.obser.75.cent.2.
Salariū promissum Medico, vel chirurgico est fauorabile, & debetur iuxta conuentionem: & vbi non est pacto conuentum, Iudicis arbitrio declaratur: & Medicus cōtinuans in cura vltra tempus conuentum, dicitur tacitè relocare operas suas, ideò illi debetur salariū ad ratam temporis iuxta præcedentem conuentionem. Hiero. Mago.decis.11.Rot.Flor. vide eundem, decis.12.ibid.
De salario, quod debetur Medicis, & quando debeatur, vide Guid. Pap.q.394.
Salarium diminuitur, diminuto labore. Magon. dd.deci.11.& 12.nu.10. & cōtrà vide Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.223.
Medicus, & Doctor non debent recipere salariū pro diebus festiuis, in quibus scripsit Doctor, & infirmum curauit Medicus.Mago.decisio.11.num.8.
Medicus stipendiatus de publico, nō potest aliquid ab infirmo recipere: nec tunc promissio mercedis tenet. Mago.d.decis.11.nu.10.
Aduocati, vel Medici nonnunquā apud cliētes, vel infirmos, habēt tres facies, vide ibi.nu.fi.
Salariū Medici ab infirmis recipere nō debent, nisi post cōualescentiā ipsorum. Ias.de actio. in §.omnes, vers.triplici, nu.60.
Salarium debetur exactori, ita de exactis per executiones factas in bonis; sicut de exactis in pecuniis numeratis.idem Magon.deci.66. Rot.Floren.
Bailus debet habere salarium, quod non habet locum in patre bailo.Vincen. de Fran.decis. 349.part.2.
Procuratores debent eorum salarium, & patrocinia petere intra biennium. Papon. libr.6. tit.12.arrest.8.
Salariū intra 25. libras habet executionē paratā, nō obstāte appellatione.Papo.ibi.arre.11.
Salaria nunciorum hodie sunt taxata secundū consuetudinem Curiarum.Ias.de actio.§.omnes, vers.quadrupli, nu 5.
Salarium solutum vno anno, debetur aliis.Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de famulo.sala. glos.4.Tom.2.
Operarius à pluuia impeditus non debet habere salariū totius diei integrū, sed tantùm pro rata temporis, quo operatus est. Natt. consi. 229.Tom.1.& Andr.de Capu.sing.5.
Procurator ad negotia, si illi salarium sit constitutum, potest agere ad illud consequendum, sed si nullum sit cōstitutum, & promissum, non potest ei constitui salarium officio Iudicis, nisi consueuisset locare operas suas. Natt.consi.376.
Medico in Ciuitate existenti, si dietim decem promittantur, vt ad ægrotū in Comitatū veniat, decem debentur etiam diebus, quibus erit in itinere.Ludo.Roma.sing.390.
Doctori salariato (vt publicè legat) si pmittat

domus à Communi, ea non debet tradi in loco remoto. Roma. sing. 824.

Circa solutionem salarij debiti ex forma statuti, inspicitur quod petitur, non quod exigi potest propter inopiam debitoris. Math. Mathes. singul. 142.

Ambasciator, qui dicitur Legatus, si decedat, & essent duo, eius salarium non accrescit alteri implenti officium. Pet. de Raue. sing. 34. & Ant. Corset. in suis singu. litera S. singul. salarium 2.

Ambasciator, qui vadit per viam transuersam, vt diutius stet in ambasciaria, & maius salarium consequatur, dêt solùm illud habere, quod haberet, si fecisset viam rectam. idem Corset. ibid. litera A. sing. Ambasciator.

Miles fuit cōductus à Principe (qui indixit bellum) certo in mense constituto stipēdio, qui Miles captus stetit certo tempore detētus, & tādē reuersus est, quærebatur, an deberet habere pro illo tempore stipendium, fuit responsum negatiuè, per Pet. de Rauc. sing. 67.

Stipendiarij non possunt constituere Procuratorem ad stipendium recipiendum, quia manu propria illud recipere debent. idem de Rauen. singul. 659.

Frater, qui omnia bona administrauit, an in diuisione bonorum posset petere illud salariū, quod pater negotiorū gestori dedisset, vide Petr. Gerar. sing. 84.

Iudici delinquenti non debetur salarium. Ant. Corset. in suis singu. litera S. sing. salarium.

De Procuratoribus ad iudicia.

FActum Procuratoris non nocet domino ignoranti; aliàs secùs. l. 5. C. de heret.

Procuratoris contumacia, quando domino noceat, vide Ozasc. decis. 9. Cabal. milleloq. 845. Aegid. Bellam. conclu. 545. c. 1. ext. vt lite non contestata. c. sæpe cōtingit 44. ext. de appellatio. Barto. in l. eum, qui 3. C. de Procurato. in l. vnica. §. si Procurator. ff. si quis iusdicenti. & in l. cōtumacia 53. ff. de re iudi. Et qn̄ culpa, vide eundem Bellam. conclusio. 109.

Procuratoris cōtumacia nocet domino in his, quæ ad processum, & mandatum pertinent; Princeps tamen potest restituere aduersus talem contumaciam. Cabal. milleloq. 845. Quod dictum exemplificatur, quando Procurator non respondit positionibus, etiam si esset Procurator alicuius mulieris. Ioseph. Ludo. decis. 5. Luc. nu. 33.

Factū Procuratoris nocet dn̄o. Ozas. decis. 142. n. fi. Sed quid in negligentia, & an ex illa possit dn̄s excusari, vide Benint. decis. 26. Franc. Marc. q. 480. nu. 7. & And. Gail. obser. 45. lib. 1.

Procuratoris scientia non constituit dominum præscribentem in mala fide. Capic. decisio. 86. nume. 8.

Procurator non appellans non præiudicat dn̄o pauperi: idem, si colluserit cum aduersario, propterea his in casibus dn̄s poterit appellare post decem dies. Guid. Pap. q. 436. num. 88. Iaff. Lanf. Balb. decis. 397. vide Bart. in l. fi. nu. 12. ff. de in integ. restit. Aliàs sn̄ia lata contra Procuratorem citatum, & contumacem (qui non appellauit) mandatur executioni contra dominum, si fuit lis cum ipso Procuratore contestata. idem Iaff. Lanf. decis. 179. Sed tūc agi pôt ad interesse contra Procuratorem. Cassad. decis. 5. titu. de appellatio. vide Petr. Beninten. decis. 26. nu. 6. Quia Procurator tenetur appellare. Rom. sing. 474. Quo non existente soluendo, conceditur restitutio ad appellandum. Capel. Thol. q. 101.

Procurator non dicitur habere mandatum vt faciat incidere dominum in pęnam. Ioseph. Ludou. decis. 50. Luc. nume. 13. Fran. Marc. q. 480. nu. 6. Hiero. Mago. decis. Luc. 51. & Natt. consil. 445.

Principalis malè gestum per Procuratorem statim post notitiam reuocare debet. Paul. Aemil. Vera. decis. 53. num. fin. par. 1.

Pacto Procuratoris non potest remitti ius dn̄i. l. pactum la 3. C. de pact.

Procurator ad agendū, non præiudicat transigendo. l. transactionis 7. C. de transact. vide Afflict. decis. 4. nu. 3.

Notarius an possit scribere instrumētum procurationis in causa propria, vide Gui. Pap. q. 318. Bar. in l. pupillus 5. § ité. ff. de aucto. & cō sen. tuto. & in l. 2. ff. de stipu. seruo.

Procurator p̄ litteras cōstitui pôt, & ad causā admittit qualitercūq; cōstet. q̄ hēat voluntatē eius, p̄ quo ad causam venit. Vera. decis. 183. 185. 186. & deci. 394. par. 2. Papo. lib. 6. ti. 6. arrest. 2. vide Bar. in l. 65. ff. de Procur. Abb. in sua Pract. c. 34. hr̄ in libris placit. Curiæ. libr. 11. de fide instrum. tit. 9. in decis. diuerso.

Procurator in causa criminali qn̄ admittat ad cōparēdū p̄ reo, vide Vinc. de Frā. deci. 314. par. 2. Clar. in sua Prac. crim. §. fi. q. 32. Menoc. de Arbitra. q. 8. & lib. 2. cas. 264. Cassan. in cōsuetu. Burg. *Des droicts*, Rub. 4. §. 5. gl. 3. nu. 23. & seq. Maran. in suo Spec. de ord. iud. tit. an sit iudicium ciuile, vel crimin. distict. 1. nu. 51. Et semper admittit, vbi reus est detētus. Bart. in l. nō tm̄ 6. ff. de appel. Quid, qn̄ cōtra absētes procedi pôt, vide Ozas. decis. 105. nu. fi. Aegi. Bellam. concl. 716. Et quādo pęna est corporalis, vide Capic. deci. 143. nu. 6. Et an tūc quatenus

tenus admittaṫ (allegando causas absentię) posſit impedire cursũ ꝓcessus mulctę, vide Franc.Marc.quæst.164. Guid.Pap. quæst.338. Quando autem in criminalibus non admittaṫ Procurator, vide Vinc.de Fran.decis.327. Bart.in l.9.C.de iniur. & in l.accusatore §. ad crimen.ff.de public.iudi.

Procurator in causa criminali, vbicunque potest interuenire, debet de rato cauere, si de mandato dubitetur. Capic.decis.5.nu.3.

An coniuncta persona admittatur in criminalibus, vide ibid.nu.6.

Datis responsionibus per inquisitum, inde ad media causæ criminalis Procurator admittitur. Guid.Pap.q.338.vide Menoc.de Arbitra. quæst.79.& 80.

Procurator generalis ad causas non potest cõparere in causa criminali, sine speciali mandato.Guid.Pap.q.338.

In publicis iudiciis etiam potentiores viri debent personaliter adesse, licèt in ciuili causa posſint mittere Procuratorem. L. tunc 15. C. de accusatio.

Confesſio facta per Procuratorem in alio iudicio,& ad alium effectum, non præiudicat. Afflict.decisio.14.num.10.

Confesſio Procuratoris coram Arbitro facta, perempto compromiſſo,non pręiudicat. Afflict.decisio.148.

Confesſio Procuratoris nomine procuratorio, an nociua sibi sit, si aliter de veritate cõstet, vide Afflict.decisio.148.nu.fin. & Ioseph.Ludo.decis.Luc.5.nu.29.

Procuratoris expreſſa confesſio nocet domino, dummodo illa non sit voluntaria, quia tunc saperet donationem. idem Ioseph. d. decisio.5.num.30.& 31. vide cap. suborta 21. ex.de senten.& re iudic.

Confesſio Procuratoris (etiam reuocati) nocet domino,si reuocatio ad aduersariũ, vel Iudicem non peruenerit. Aegid.Bellam.conclusio.164.Rolan.consi.70.vol.1.Sed quando aliàs cõfesſio Procuratoris noceat domino, vide eundẽ Bellam. cõcl.694. Fran.Marc.q.56.Capel.Thol.q.392.Iaco.Put.decis.396.lib.2.Hippol.sing.290.l.6. §. sed an. ff. de confes. & ibid.Bart.

Confesſio Procuratoris non nocet domino in alio iudicio.Iac.Put.Put.decis.343.nu.8.lib.2. vide decis.396.ibid.

Confesſio facta per Procuratorem de consensu dñi, nõ nocet, neque præiudicat ipsi Procuratori.Aegid.conclusio.702.

Confesſio Procuratoris facta in articulis potest reuocari,etiã non docto de errore,quia præsumitur ab eo facta, tanquam de causa malè informatus. Vera. decisio. 198. part. 1. & decisio.330. part. 2.

Procurator constitutus simpliciter, intelligitur omni tempore.Rot.Genu.deci.198.

Procurator partis cogi potest ad deponendum procuratorio nomine, vt principalis cogeretur.Afflic.decis.92.

Dominus respondẽdo articulis tacitè facit mãdatum: quia non interest,si facto, vel verbis præstet consensum:& potest hoc casu dominus temerè litigans in expensis cõdemnari. Rot.Auen.deci.79.in decisio.diuerso.Tom.3.

Procuratorem approbat, qui illi pro se iudiciũ tractanti non contradicit,etiam si de mandato non appareat.Afflic.decis.308.nume.6.& 8.vide Guliel.Cassad.decis.3.num.5.tit. de Procurato.Ideò dominus comparens in iudicio cum aliquo, quem asserit suum esse Procuratorẽ, an videaṫ illũ Procuratorem cõstituiſſe in tota causa,vide Gui.Pap.q.40.Boer. deci.281.Iose.Lud.deci.Peru.110.Fran.Marc. q.242.DD. de Rot. decis.39. aliàs 455. tit.de Procurato. in noui. Natt. consi. 126. Tom.1. Guid.Pap.sing.114.& Abb.consi.7.par.2.

Licèt ex sola scientia principalis scientis causam agitari non inducatur mandatum,tamẽ quando vltra scientiam concurrit productio iurium domini, tunc præsumitur mandatum ad totam causam.Put.decis.358.lib.1.

Ex scientia,& patientia in actu positiuo, inducitur mandatum.Put.decis.214. lib.2.

Præsumptio mandati sine scientia, & patientia domini,non cadit. Afflic.deci.308.nu.9.

Non potest opponi quem non esse legitimum Procuratorem, vt impediaṫ sententiæ prolatio.Rot.Genu.decis.179.nu.19.

Scientia,& mãdatũ, vtrũ pręsumantur in causa, quæ fit cum impensa litis, vide Capic. decis. 86.num.6.& 11.Et mandatum quando pręsũmatur,vide ibid.nu.15.

Quando dominus comparet in causa absque Procuratore, censetur reuocaſſe ipsum Procuratorem; secùs si cõpareat cum illo. Guid. Pap. quæst. 40. circa medium, vide DD. de Rot.decisio.22.aliàs 298.&31. aliàs 395. titu. de Procurato.in antiq.

Procuratoris mandatum quibus modis probetur:& vbi originaliter non producitur, sed in alio instrumento transcriptum,an probet, vide Boer.decis.281.

Mandatum ex longinquitate temporis præsumitur legitimum.Boer.decis.281.nu.17.

Si cum sententia esset productus processus, in quo deficeret mandatum,præsumitur in antiquis ratihabitio,aut sciẽtia,vel patientia domini.Cassad.decis.3.tit.de Procurato.

Ratificatio inducitur, si dominus vtitur gestis per assertum Procuratorem: & mandatum cen-

censetur datum, si iura reperiantur penes solitum Procuratorem, vel si quis soluat nomine alterius. DD. de Rot. deci. 39. aliàs 455. tit. de Procurato. in nouis.

Iura ad causam facientia habẽs, admittitur tãquam Procurator, dummodo non sit persona domestica. Vera. decis. 185. num. 6. part. 2. Saltem cum cautione de rato. Crauet. consi. 80. num. 5. vide Guid. Pap. sing. 100. Maran. in repet. ad l. si actor. ff. de Procurat. in Spec. fol. 679. Rol. cõs. 46. vol. 2. Castrẽ. sing. 23. Et cũ distinctione, de qua per Roma. sing. 643. Barto. in l. 3. §. causę. ff. de Carbonia. edic. Ratio, quia ex instrumentorum traditione mandatũ colligitur, quando talia instrumenta faciunt ad causam. Gail. obser. 133. lib. 2. vide Boer. deci. 154. nu. fin. & Ioseph. Ludo. decis. Perus. 110.

Mandatum, quòd præsumatur in tempore antiquo, intelligitur in indicialibus, & quando solemnitas extrinseca est enunciata in instrumento, pro vt scribit Vera. decis. 194. part. 2.

Interdum pręsumitur pro Procuratore, licèt de mandato ipsius non constet. Mysing. obser. 80. cent. 5.

Mandatum non præsumitur etiam per mille annos: fallit in casu, de quo vide per Natt. cons. 526. Quò loci scribit valere sententiam, etiã si non constet de mandato.

Procurator habens mãdatum, si illud excedat, sciẽte domino, & nõ cõtradicente, illi pręiudicat. Rol. consi. 70. nu. 31. vol. 1.

Procuratorẽ suum si quis in supplicatione Principi oblata aliquem constituisse narret, per talia verba enunciatiua probat, nominatum esse suum Procuratorem. Roma. sing. 359.

Onus probandi incumbit mandatum asserenti: & tacendo, permittendoq; agere Procuratorem, videtur quis mandato consentire. Abb. consi. 7. part. 2.

Impedimentum non attenditur, vbi potest cõparere quis per Procuratorem. Capic. decis. 76. nume. fin.

Procurator in re feudali factus dominus litis per contestationem, potest prosequi litem, etiã post mortẽ Principalis. Capic. decis. 186.

Procurator effectus dominus litis, mortuo principali, nullo apparente hærede, potest in causa procedere regulariter; sed limita, vt per Thom. Minad. decisio. 35. Tutius tamen est obtinere mandatum ab hæredibus. Cabal. milleloq. 94.

An in personam Procuratoris possit ferri sentẽtia, & vbi ille decesserit post assignationẽ factam dietim, an possit ferri in personam domini, vide Guid. Pap. q. 86.

An sententia in personam domini, vel Procuratoris ferenda sit, vide Boer. decisio. 285. infra, tit. quando prouo. non est neces. & Bar. in l. 1. C. de senten. & interloc. omn. Iudi.

Iure Ciuili si Procurator litem contestatus sit, sententia, non in principalẽ, sed in Procuratorem ferrur, aliter tamen seruatur in Camera Imperiali, vt testatur Mysing. obserua. 11. cent. 6.

Domino mortuo, expirat mandatum Procuratoris de iure Canonico; de iure verò Ciuili non: quia Procurator effectus dñs litis põt semper procedere in causa vsque ad diffinitiuam, quod ius Ciuile seruatur. Guid. Pap. quæst. 119. vide Hartma. cap. 2. titu. de Procurato. lib. 2.

Regulariter moriente principali ante litẽ contestatã, extinguitur mandatum: fallit, si dominus satisdederit de iudicato soluendo, procuratore cõsentiente. Mysing. obser. 84. cent. 2. Vel de iuditio sisti. Vera. decis. 188. & 189. par. 2. Secùs si post litem contestatam. Mago. decis. 48. Rot. Flor.

Minor litigans per Procuratorem constitutum cum iuramento, nõ indiget curatore ad hoc, vt processus valeat: quia iuramẽtum supplet ætatem. Guid. Pap. q. 35. & q. 494. Boer. decis. 92. vide Capel. Thol. q. 45. Quod procedit in maiore ann. 14. qui caret curatore. Capel. Thol. quæst. 106.

Procurator non potest prorogare iurisdictionẽ sine speciali mandato. Guid. Pap. quæst. 462. & sing 270. Aut sine generali cum libera. Ias. Lant. Bato. decisio. 60.

Procurator litteras, seu instrumentum afferẽs, non tenetur probare se illum esse, qui ibid. nominatur, quia hoc præsumitur. Boer. decis. 154. & Franc. Marc. q. 69. nu. 5. par. 2.

Procuratorem se probare volẽs per testes sine instrumento, non auditur. Boer. decisio. 154. num. 8. Contrarium tamen tenet Ioseph. Ludo. decis. Perus. 110.

Procuratorem me non esse si quis opponat, cui incumbat onus probandi, & Procurator actoris, vel rei vter primus ostẽdat de mandato, vide Boer. decis. 281. nu. 11. & 12.

Procurator post litem contestatam non potest inuitus reuocari: & si post litem contestatam à domino, aliquando compareat, an ipse, vel dominus ad alia acta sit citandus, vide Boer. decis. 285. & Fran. Marc. q. 67. part. 2.

Quod dicitur Procuratorem post litem contestatam non posse reuocari, quomodo intelligatur, vide Benint. decisio. 80. Capel. Thol. q. 277. Mohe. deci. 84. & Mysing. obser. 44. cẽt. 5.

Procurator etiã in causis summariis (in quibus lis non contestatur) efficitur dñs litis; sed an Procurator remaneat in cã appellationis, & euocationis, vide Boer. d. deci. 285. nu. 9. & 10.

Procu-

Procuratorem eundem secundò constituens, videtur à prima procuratione recedere. Boer. decisio.347. num.3.

Procurator primus, quando censeatur reuocatus per constitutionem secundi, vide Boer. ibid.nu.4.Aegid.Bellam. conclusio.529. DD. de Rot.decisio.14. aliàs 175. de Procurat. in antiq.Lud.Rom.sing.254.Fran. Cremen.sing. 114.Amanel.de Clarisaq.sing.261.& l.2.in gl. C.de testament. turel.

Quando per comparitionem principalis in iudicio, censeatur Prpcurator reuocatus, vide Rot.Genu.decis.177.nu.2.& 11.

Procurator potest reuocari ad nutum, & voluntatem domini, & in multis casibus censetur reuocatus à iure. Ioseph. Ludo. decisio.Luc. 44.num.29.

Procurator factus dominus litis in prima instantia, licèt non possit reuocari, tamen secùs est in secunda.Aegid.Bellam.conclusio.530.

Reuocatio Procuratoris tacitè intelligitur facta, vbi dominus liti, & causæ cessit. Cassad. deci.2.tit.de appellatio.sed de Procuratoribus, & eorū reuocatione vide p.DD.de Rot. tit.de rescript.in antiquio.

Procurator primus reuocatur per minoris in integrum restitutionem.Capel.Thol.q 99.

Procurator in extraiudicialibus reuocari non potest, quando aduersarij interest: idem, quādo res non est integra. Benintend. decisio. 49. num. 7.

Processus agitatus à Procuratore reuocato, cuius reuocatio non deuenerat ad notitiā, valet.DD.de Rot.dec.3.de rescrip. in antiquio.

Procurator in negotio principali, nō potest per dominum in negotio restitutorio reuocari, nisi parte consentiente.Put.decis.51.lib.2.

Processus factus cum Procuratore reuocato, an teneat, vide eundem Put.decis.109. lib.2.

Quando reuocatio est apud acta, non requiritur intimatio.Put.ibid.decis.110.

Procurator inuitus, vel ignorans, post litem cōtestatam non potest reuocari, valet tamē reuocatio in præiudicium reuocantis. Put. decisio.303.lib.2.

Reuocatio Procuratoris per mortem domini, nō intimatur aduersario, secùs in reuocatione per resignationem.idem, decis.467.libr.2.

Procurator specialis non reuocatur, per constitutionem Procuratoris generalis. Put. decis. 167.libr.3.

Mandatum necessarium non reuocatur morte mandantis.Iaff.Lanf.Balb.decis.57.

Si pupillus cum auctoritate tutoris constituerit Procuratorem, solus tutor illum reuocare poterit.idem, decis.109.

Licèt constituens Procuratorem in mandato promiserit, & iurauerit non reuocare, tamen illum Procuratorem reuocare poterit. idem Iaff.decisio.499.& Cabal.milleloq.247.

Procurator, an, & quando de proprio teneatur, & an cōstitui possit irreuocabiliter: & de reuocatione, & legitimis causis ipsius, vide per Hiero.Mago.decis.Luc.25.

Dominus ante litem contestatam potest Procuratorem reuocare; non autem post, sine legitima causa, & tunc debet Procurator citari. Andr.Gail.obser.56.nu.8.lib.1.vide Bart. in L vnica, nu.15.C.de satisda.

Mandatum reuocatur morte mandantis, vel Procuratoris; sed quid, si dominus dubitet de morte Procuratoris, vide Roma.sing.218.

Si reuocatio Procuratoris peruenerit ad notitiam Iudicis, vel partis, gesta postea cum eo erūt nulla: nisi talis notitia superuenerit post conclusionem in causa; nam tunc valebit sententia.idem Roma.sing.306. facit c.auditis 8. ex.de Procurat.

Procurator post litem cōtestatam reuocari nō potest, nisi superueniente amicitia, vel consanguinitate cum aduersario, aut nuper exorta sit inimicitia cum domino constituentis, quia tunc potest reuocari sine solemnitate iudiciaria. Roma. singul. 371.& Abb. in sua Pract.cap.35.

Reuocatio Procuratoris, quæ non peruenit ad notitiam Iudicis, vel actoris, non nocet.c.ex parte 33.ex.de rescript.glo. in l.1.C.de satisda. Sed quomodo debeat fieri, vt noceat, vide Barto. in l. vnica. C.eod. de satisda.nu. 2.8.& 9.

Procurator, qui scripserat litteras procuratorio nomine, licèt postea aliquas litteras scripserit simpliciter, censet scripsisse Procuratorio nomine. Ioseph. Ludo. decis.Luc.5.nu. 27.& decis.44.num.15.Quod procedit in omnibus actibus.ibi.nu.16.& Bar.in l.si ita stipulatus 126.§.Chrysogonus.ff.de verb. obligat.

Procurator non obligatur, sed dominus, quādo sumus in actu respiciente tam personā domini, quàm Procuratoris. Ioseph.Ludo.decisio, Luc.5.num.28.

Procurator an possit declarare voluntatem domini tā in præiudicialibus, quàm in vtilibus, vide Ioseph.Ludo.deci.Luc.43. Et potest declarare libellum obscurum.ibid.nu.8.

Procuratoris facta præsumuntur gesta de mandato, & scientia principalis: & Procurator generalis potest facere sine mandato speciali ea, quę est solitus facere dominus, quod procedit quo ad vtilia; non autem quo ad præiudicialia.idem d.decis.43.

Procurator tenetur de suo post peractum mandatum, quando fidem suam astrinxit, & tenet

tanquam

tanquam fideiussor.idem Ludo.d.decisio.44. Luc.vide Iaff.Lanf.Balb.deci.437.Et vbi quis ex facto Procuratoris fuerat damnificatus. Ioseph.ibid.Etiam Procurator debet cōdem nari in expensis, quando sine speciali mandato egit calumniosam litem. Bar.in l.vnica §.si Procurator. ff.si quis Iusdicēti non obtēp. Aliàs nō tenetur,peracta procura,vbi de eius culpa non apparet.Ioseph.d.decis.44. nu.14. Cabal. milleloq. 235. Nec in dubio intelligit obligari nomine proprio.idē Ludo. decis.44. Luc.nu.17. Imò censetur facere actus procuratorio nomine.ibid.nu.16.

Generale procuratorium ad causas includit beneficia:& ad causas factum, omnes comprehendit.Aegid.Bellam.conclus.5.

Mādatum generale simpliciter productum, an referatur ad omnes causas, & cōmissiones, vide Crescen.decis.2.aliàs 85.titu. de Procur.

Procurator generaliter constitutus ad lites, & causas,regulariter intelligitur constitutus ad lites præsentes tantùm. Guid. Pap.sing.749. Quòd limita,vt per Ioseph.Ludo.deci.Perus. 37. Imò Procurator habens generale mandatum in omnibus causis, admittitur etiam ad causas nondum ortas tempore constitutionis.Vera.decis.393 par.2.vide Bart.in l.damni 8.§.si is,qui.ff.de dam.infec.

Clausula,Cum libera,limitatur ad expressa, vel similia: ideò Procurator tunc non potest casus maiores expresis tractare: & hodie omne Procuratorium censetur, cum libera,propter illa verba, vt omnia facere posit, quæ facere posset dominus: talis enim clausula habetur loco specialis mandati. Fran. Marc. q.694.part.2.

Mandatum ad futuras lites valet,& extenditur ad illas.DD.de Rota, decis.18.de rescript.in nouis,aliàs 148.

Vbi mandatum exigitur speciale, regulariter sufficit generale, cum libera, quod speciali æquiparatur.Iaff.Lanf.Balb.decis.52.

Procurator generalis quando præiudicet circa caducitatem,recipiendo canonem, vide Cabal.milleloq.101.

Procuratoris generalis præoccupatio,an operetur, quòd alius etiam generaliter antea constitutus, desinat esse Procurator, vide Crescen.decis.16.aliàs 312.

Quando Procurator videatur constitutus cum libera,vide Dec.consi.493.& consi.600.n.12.

Procuratori licèt concedatur generalis administratio, tamen semper videtur exceptus dolus.Natt.consi.342.

Habens generale mandatum,gerens actum requirentem speciale, dicitur falsus Procurator.Cassan.in consuetud. Burg.tit. *Des droicts*; Rub.4.§.5.gloss.2. num.3.

Habens mandatum generale potest illa facere,quæ dominus solitus erat facere,etiam in præiudicialibus.Ludo.Roma.sing.10.

Constitutio Procuratoris in causa,quam habeo contra Sempronium, & generaliter in omni alia, an comprehendat causas, quas habeo cum aliis personis,quàm cum Sempronio, vide Roma.sing.156.

Procurator generaliter constitutus ad agendū, vel defendendum,non potest compromittere,vel transigere sine speciali mandato.cap. per tuas 9. ex.de Arbitr.

Si dicatur in Procuratorio,q Procurator posit facere quicquid ipse dominus facere posset, idem est,ac si concederetur mandatum cum libera,ideò hoc casū Procurator poterit etiā alienare;non autem donare.Bart.in l.Procurator cui 58.ff.de Procurato.idem,si promiserit dominus se ratū habiturum quicquid per Procuratorem factum erit.ibid.Bart.

In mandato quantumcūque generali,cum plenā,& libera administratione,non comprehēditur remisio appellationis, & iuris dicendi de nullitate.August.Bero.q.33. Vbi plenè de potestate Procuratoris generali cū libera.

Si Procuratorem constituam ad agendum,defendendum,de calumnia iurandum,& ad beneficij restitutionem petendam, & non dicam in qua causa, nec cōtra quem,an valeat constitutio, & quando censeatur factum generale mandatum, & quando speciale,vide per Bar.in l.25.§.sed vtrum.ff.de acquir.hęre.

Procurator non petit restitutionem in integrū, nisi habeat speciale mandatum, vel incidenter petatur restitutio.Bar.in l.damni 8.§.si is, qui.ff.de dam.infec.

In generali mandato non conceditur iuramentum.l.qui ex pluribus 21.§.fi.ff.de noxa. actio.

Agi an posit cum Procuratore substituto,mortuo substituente,vide Aegid. Bellam.conclusio.6. Pro affirmatiua, scribunt Papon.lib.6. tit.4.arrest.15.& Ioan. Gal.q.63. vide Capel. Thol.quæst.370.

Ratihabitionis verba in fine Procuratorij, an concedant substituendi potestatem: & post litem contestatam Procurator potest substituere. idem Aegid. conclu. 8. & Mysing. obser.43.cent.1.

Nulliter substitutus,si agat vt talis, licèt habeat bonū mādatū,nihil agit:idē,si substitutus substituerit vigore mandati nulli,cùm validū haberet.Mohed.decisio.101.vide Hiero.Mago. decis.Luc.51.nu.16.

Ratificata non censentur ante gesta per substitutum,nisi expressè dicatur, licèt secùs esset, vbi ille, qui gesit acta constitueretur à principali,

cipali, seu domino litis.DD. de Rota, decis. 38.aliâs 454.tit.de Procurato.in nouis.

Procurator nullam habens in mandato facultatem substituẽdi, per clausulam, Omnibus melioribus,&c. potest substituere, si sit effectus dominus litis.Put.decis.230.lib.2.

Procurator substitutus in causa, nõ tenet̃ subrogato respondere; sed nouum requiritur mãdatũ, & principalis domini citatio.Iaco.Put. decis.107.lib.2.

Procurator cum potestate substituendi, quando substituit virtute potestatis sibi datæ ab homine, non tenetur de facto substituti, nisi ipse post substitutionem se intromiserit. Vincen.de Ftan.decisio.212.

Procurator habens potestatem substituẽdi, nõ potest substituere ante litem cõtestatam, nisi hoc expresse in mandato dicatur.Maran.in suo Spec.part.4.distinct.16.iudi.nu.28. & Ludo.Roma.sing.214.

Quod dicitur Procuratorem non posse constituere alium Procuratorem, nisi post litem cõtestatam, procedit in Procuratore ad lites: nam Procurator ad negotia semper potest. gloss.in cap.ex parte 33.in verbo, mãdatum, ex.de rescript.

Procurator (etiã sine speciali mandato) potest substituere Procuratorem ad appellandum. Roma.sing.508.

Procurator inhabilis cõstitutus, nõ potest aliũ habilem constituere. Guid.Pap.sing.572.

Si Procurator aliquem substituat, periculo sui, & non domini, dicit̃ substituisse.idẽ,sing.595.

Procurator specialis ad vnum actum tantùm, potest alium Procuratorem substituere ad illum actum.Barto.in l.5.§. hæc verba. ff.quod vi,aut clàm.

An,& quando Procurator possit substituere, vide Bar.in l.15.§.accessio.ff.de diuers.& tempo. præscript.

Procurator substituens alium, non potest amplius gerere, nisi in mandato scribantur hæc verba, quòd possit substituere, & etiam remanere Procurator. Bar.in l.14.§. quid ergo. ff.de solutio.& libera.

Procurator à Capitulo constitutus, an possit præiudicare singularibus de Capitulo, vide Aegid.conclusio.10.

Minor 25.ann.& maior. 16.in negotijs (ad quæ Procurator est deputatus) non potest esse Procurator in iudicio. idem,conclusio. 143. (vide tamen ibid. in additio.) Etiam parte cõsentiente.DD.de Rota decis.37.aliâs 802. tit.de Procurato.in antiq.& Bart.in §.1.Institut. quib. ex cau.manu. non liceat. Et tunc si contrà fiat, processus erit nullus. Put.decisio. 155.part.1.& DD.de Rot.d.decis.37.

Valet procuratorium ad excusandum, licèt nõ habeat causas excusationis expressas. Aegi. conclusio.211.

Procurator constiutus contra duos expressos, non dicitur constitutus contra tertium non expressum. idẽ,conclus.314.

Speciale mandatum requiritur ad petendam restitutionem in integrum principaliter, tamen sufficit speciale comprehensum sub generalitate verborũ. Cassad.deci.1.tit.de Procurat.& Aegid.Bellam. conclu.32.

Procurator per litis cõtestationem efficitur dominus litis ad domini, non sui, commodum. Cassad.decisio.2.nu.5.tit.de appellatio. vide Beniten.decis.80.

Procurator cõstitutus ad causam, censetur etiã constitutus ad emergẽtia. Mohed.decis.100.

Acta,& facta per secũdum Procuratorem, licèt is non sit dñs litis, valent.Capel.Thol.q.102.

Sacerdos cõstitutus Procurator ab aliqua Vniuersitate, potest agere in iudicio seculari.Capel.Thol.q.131.

Procurator constitutus ad lites, si appellauerit à grauamine, vel ab interlocutoria, tenetur prosequi appellationẽ; secùs si à diffinitiua. Capel.Thol.q.155. & Bart. in l.cùm Procurator 13.ff.de oper.noui nunciat.

Appellatio quando non recipitur, appellanti Procuratorẽ ad impetrandũ, & cõtradicẽdũ cõstituere sufficit, licèt Procurator ad prosequendum nõ constituatur.Marc.q.69.part.2.

Procurator generalis ad lites præsentes,& futuras, nedum appellare potest, sed etiã appellationem ipsam prosequi.Marc.ibid. Iaco.Put. decis.272.lib.1.vide Rebuff.in constitut.Reg. tract.de domicil.elect.art.1.gl.1.nu.27. Tom. 3.Sed quid,in substituto à Procuratore, vide Put.decis.345. lib.1.

Procurator ad certam causam constitutus, potest appellare; sed non appellationem prosequi.idem Put.decisio.272.lib.1.

Procurator non potest expresse renunciare appellationi à se interpositæ, licèt sit dominus litis, sed tacitè sic, non prosequendo appellationem.Iass.Lanf.Balb. decis. 135. vide Ioan. Gal.q.278.in decisio.diuerso. & Papo. lib.19. tit.5.arrest.8.& tit.41. arrest.1.

Procurator constitutus ad agendum, & defendendum, ac appellandum, censetur constitutus etiam ad secundam appellationem. idẽ. Lanf.decis.483.

Procurator constitutus ad appellandum, non præiudicat domino, si excesserit fines mandati.c.significante 69.ex.de appellatio.

An compaternitas possit contrahi per Procuratorem, vide Capel.Thol.q.157.

Procurator in vna causa constitutus, eo ipso, q

est lata sententia, desinit esse Procurator. Mohed. decisio. 126.

Consensus præstitus post quatuor annos à morte domini, per Procuratorem ad hoc constitutum valet; nisi appareret de mutata voluntate constituentis. idem Mohed. decis. 219.

Procurator ad lites, & causas potest petere cõpromitti vigore statuti: quia in generali mãdato Procuratoris, venit omne id, ad quod dominus de iure, vel consuetudine posset compelli. Pet. Beninten. decis. 21.

Per interuentum Procuratoris, non debet fieri deterior conditio aduersarij. ibid. nu. 3.

Procurator ad lites, videtur habere limitatam potestatem ad illas prosequendas. ibid. nu. 6. Quia mãdatũ diligẽter debet obseruari. ibi.

Procurator ad lites tenetur de suo expensas iudicij subire. Pet. Beninten. decis. 26. nu. 4. & 7.

Tutor, vel curator post litem contestatam, potest Procuratorem dare; sed ante non. idem, decisio. 80.

Procuratorium licèt per dictionem taxatiuam limitatum sit, nihilominus ad defendendum ad causæ connexa admittitur. Franc. Marc. quæst. 69. part. 2.

Pars per Procuratorem specialem positionibus respondere potest, & articulos asseuerare. Marc. q. 441. part. 2.

Prælato sufficit iurare de veritate, & credulitate per Procuratorem. idem. q. 442.

Procuratori de quota litis cum clientulo pacisci prohibitum est, & est pœna priuationis patrocinij, tamẽ pro salario pacisci permissum est. Marc. q. 470. part. 2. vide Andr. Gail. obser. 44. lib. 1. & Papo. li. 6. tit. 4. arrest. 19. Imò Procurator amittit officium, & efficit infamis, quãdo facit pactum de quota litis parte. Borg. Caual. decis. 12. de contract.

Solicitator causæ etiam non potest pacisci cum domino ipsius causæ de quota litis parte. Papon. lib. 6. tit. 4. arrest. 3.

Iuramentũ siue calumniæ, siue veritatis, an per Procuratorem præstari posit, vide Marc. q. 687. part. 2. Et an requiratur speciale mandatum, vide ibid.

Testis per Procuratorem iurare non potest. Marc. q. 689. part. 2.

Iuramentum fidelitatis, an per Procuratorem præstari posit, vide ibid. q. 692. & 693.

Procurator tenetur accipere mandatum, & nõ sufficit illud datum fuisse in actis per alium. DD. de Rota, decisio. 7. de Procurato. in nouis, aliàs 145.

Mandatum etiam generaliter datũ, in alia causa (inter easdem inter personas vertente) non suffragatur. ibid. d. decis. 7.

An ratificatio partis sufficiat superuenire in causa, si processum sit in meritis, antequam contra non legitimè comparentem facta fuerit oppositio, & an etiam tacita ratificatio sufficiat, vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 7.

Gesta per Procuratorem, per dominum ratificari possunt ante conclusionem causæ; secùs post, in præiudicium partis. DD. de Rot. deci. 1. & 10. tit. de Procurat. in antiq. vide per tot. tit. ibid. Tamen mandatum semper ante sententiam produci potest, si ante conclusionẽ causæ verbo, fuerit exhibitum. Rol. consi. 71. nu. 28. Et sat est mandatum producere, quando pars opponit. Crauet. consi. 108.

Apprehensio possessionis per Procuratorem à domino comprobata per vsum, & retentionem commodi, an censeatur ratificata cum omnibus suis qualitatibus, vide Put. decisio. 397. libr. 2.

Procuratoris falsi gesta, an, & quando ratificari possint, vide Mysing. obser. 44. cent. 1.

Mandatum non productum in prima instantia, produci potest in causa appellationis, & talis productio conualidat retrò gesta in prima instantia, quod intellige, quando mandatum erat factum ante sententiã; secùs si post. Crauet. consi. 108.

Mandans, lite pendente, videtur ratificare incoata: & ratificatio supplet defectum mãdati, etiam si oppositum fuerit de defectu ipsius. Natt. consi. 126.

Mandata Procuratoris sunt stricti iuris; ideò nõ extenduntur, nisi ad personas, vel causas in illis expressas. DD. de Rota, tot. tit. de Procurato. in nouis.

Procurator potest (etiam post sententiam) venire nomine proprio cõtra illud, quod fecit, vt Procurator. DD. de Rot. decis. 34. aliàs 415. titu. de Procurato. in nouis, vide tamen l. fin. ff. de inoffi. testamen.

Procurator cum potestate iurãdi de calumnia, & substituendi, potest transigere, & componere; sicut potest Procurator cõstitutus cum libera. DD. de Rot. deci. 4. de Procu. in antiq.

Exhibitio mandati in fine iudicij, non conualidat acta præcedentia. Rot. Genu. decis. 54.

Procuratores plures dati, censentur insolidum constituti, etiã si non sit dictum. DD. de Rot. decis. 3. de Procurato. in nouis, aliàs 107.

Procuratores, vbi sunt plures constituti etiam sine clausula, Insolidũ, cum clausula tñ, Promittens habere ratum quicquid ab altero eorum factũ fuerit, valebit quod ab vno eorum gestum erit. Put. decis. 98. lib. 3.

Quando pluribus committitur aliquid faciendum, non potest illud expediri per vnum, de voluntate aliorum. Barto. in l. singulos 30. ff. de testament.

Procu-

Procurator, vbi aliquem actum facit, licèt de eius mandato tunc non constet, non dicitur nulliter processisse, si postea de ipso mandato cōstiterit. DD. de Rota, decis. 19. alias 248. de Procurato. in antiq.

Coniuncta persona, licèt possit pro coniuncta comparere, non tamen potest Procuratorem constituere. DD. de Rot. ibid. decisio. 34. alias 677.

Dominus non potest venire cōtra factum Procuratoris. Rot. Genu. decis. 133.

Quis non dicitur mandatum acceptasse accipiendo litteras mādati, si aliud nō fecerit, & ante non competit actio mādati. Rot. Genu. decis. 23. nu. 19. & 20.

Contra Procuratorem constitutū vsque ad tertiam instātiam, possunt decerni executoriales. Put. decis. 62. lib. 1.

Habens mandatum in causa principali, an censeatur habere ad illius executionē, vide Put. decis. 376. lib. 1. & Cabal. milleloq. 720.

Minor, vel mulier quādo non potest actus sine certa solemnitate facere, non potest absque illa, Procuratorem constituere. Put. decisio. 161. part. 2.

Procurator agens ex mandato insufficienti, si postea producat mandatum sufficiens post sententiam, non ob id sententia nulliter lata, sustinetur. Put. decis. 383. lib. 2. Sed quid, si mandatum insufficiens non esset productū, vide Crescen. 4. alias 102. tit. de Procurato.

Acta omnia cū Procuratore post suam cessionem facta, sunt nulla. idem Put. decis. 467. li. 2.

Abbatissa sola Procuratorem constituere potest, ad agendum super hęreditate ex Monialis successione ad Monasterium deuoluta, idem, decis. 285. lib. 3.

Procurator quis non dicitur, nisi onus mandati acceptauerit. Vera. decis. 319. part. 1.

Procurator habens simplex mandatum ad capiendam possessionem, & non habeat ad attentandum, nō potest facere, vt dominus cadat in pęnam. idem Vera. decis. 184. part. 2.

Mandatum faciendum à Collegio, & Capitulo, vel Vniuersitate, quæ requirat, vide eundem Vera. decisio. 190. alias 12. part. 2. Mysing. obser. 76. cent. 2. & obser. 18. cent. 3.

Licèt mandatum sit stricti iuris, tamen extenditur contra illum, contra quem censetur facta commissio, & ad præcedentia, & sequentia, ad aliasq; personas in connexis. Vera. decis. 191. alias 13. part 2.

Si principalis in principio causæ comparuit per Procuratorem legitimè constitutum, qui litē incoauit, & postea citetur idem principalis ad aliquem actum in ipsa causa, non tenetur comparere, quia debet Procurator citari, nō dominus, alias sententia erit nulla: quod limita, qn̄ ille non defenderet principalem. Iaff. Lanf. Balb. deci. 43. Mysing. obser. 39. cent. 2. vide Boer. decis. 285.

Si lis fuit agitata per Procuratorem, & tempore sententiæ non fuit citatus Procurator, sed dominus, qui fuit contumax, sententia non valet. Bart. in l. 1. nu. 10. C. de senten. & interlo. omn. Iudi.

Vbi exigitur etiam mandatum speciale, & de mandato dubitatur, admittitur cautio de rato, quod fortè non procedit in eo, qui dicit se habere mandatum ad recipiendam, vel exequendā sententiā. Iaff. Lanf. Balb. deci. 54.

Iudicium agitatum cum falso Procuratore valet, in eius præiudicium, nam ex eo obligatur. idem, decis. 234.

Mandatum non valet, in quo constituens promittit habere ratum quicquid per suum Procuratorem legitimè gestum erit: quia constituens semper opponeret, non esse legitimè factum. idem Iaff. decis. 440. & Marc. quæst. 694. part. 2.

Procurator pro patrocinio in causa propria expensas nō recipit: fallit, si petat salarium per modū interesse, quia interim alia neglexisset. Mysing. obser. 2. cent. 1.

Procurator actoris siue caueat de rato, siue nō, si dominus ratum non habeat, tenetur ad interesse: & cōtra ipsum Procuratorem falsum non potest ferri sententia; secùs erit in falso Procuratore rei: qa illa valet in sui p̄iudiciū, & contra eum fit executio sententię. Mysing. obser. 75. cent. 1.

Marito agente pro vxore, quando speciali mādato opus sit, vide eundem, obser. 53. cent. 3.

Comparens vti Procurator, non potest postea comparere vti coniuncta persona, & contrà. Borg. Caual. deci. 24. de iudi. Cabal. milleloq. 240. Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 16. iudi. num. 29. & Cassan. in consuetu d. Burg. titu. *Des droicts*. Rub. 4. §. 5. glo. 2.

Quicquid nomine domini Procurator facit, si habeat sufficiens mandatum, videtur factum à domino verè, & propriè, quod procedit quantum ad validitatem actus, & effectum. Cabal. milleloq. 12.

In causis arduis nemo tenetur Procuratorem mittere. idem Cabal. milleloq. 474.

Officium Procuratoris vile, ideò de iure non cogitur partibus inseruire, tamen in Camera Imperiali officium Procuratoris est honorabile, & hac ratione cogitur inseruire pauperi gratis. Andr. Gail. obse. 43. lib. 1. & Papo. lib. 6. tit. 4. arrest. 4.

Procurator valens se excusare ab officio Procuratoris ob iustā causam superueniētē, ad hāc

S exo-

exonerationem debet dominus citari,& requiritur summaria causæ cognitio: quia Procurator postquam accepit mandatum, non potest ipsum pœnitere.Gail.obser.56.lib.1.

Falsus Procurator tribus modis dicitur: primò, qui nullum habet mandatum: secundò, qui habet,sed insufficiens: tertiò,qui sufficiens, sed ad causam pendentem impertinens habet.idem Gail.obser.47.lib.2.

Plures conuenti tenentur constituere vnum Procuratorem,& non plures.Vincen. de Frã. decis.309.part. 2.

Procurator non tenetur probare identitatem suæ personæ,quia talis identitas præsumitur, præsentato instrumento mandati. Papon. li. 6.tit.2.arrest.21.

Procurator generalis nihil potest in causis, in quibus requiritur speciale mandatum. idem Papon.lib.6.tit.4.arrest.18.

Procuratori alleganti se creditorem contra dominum petentem aliquam summam liquidã, datur retentio,donec fuerit cognitum super prætensionibus ipsius Procuratoris. ibidem. arrest.21.Tamen Procurator non potest processum loco pignoris pro salario retinere; secùs pro sumptibus circa illum factis. Boer. decis.15.num.3.

An præsumatur scientia gestorum à Procuratore,vt quis incidat in pœnam l. si quis maior. C.de transact.vide Crescẽ.decis. 5. aliàs 193. tit.de præsumpt.

Legitimatio personæ necessaria est,etiam in iudicio summario.Crau.consi.104. vide Pet.de Raue.singul.25.

Sententia lata contra indefensum est nulla: & quis dicitur indefensus, quando per personam minus legitimam, defensus est. Crauet. consil. 265.

Nulla maior nullitas,quàm ea,quę prouenit ex defectu legitimationis personarum. Crauet. d.consi.265.aut 268.

Probatio mandati specialis debet esse clara, certa, necessaria,& concludens. idem Crau. dicto consil. 265.

In causis interloqui,vel ordinari nulli petere licet,nisi in scriptis per Patronum causæ,nempe de consilio Aduocati,habemus in hac Patria decretum in constitutio. antiq. Sabaud. tit.in causis interloqui, &c.in statutis,seu decretis nouissimis Yolant.

Procurator, quando agitur de crimine iniuriarum,an admittatur, vide Maran. in suo Spec. titu.an sit iudi.ciuil.vel crimin.distinct.1.iud. num.51.& 53.

Pęna principalis attenditur, vbi potest Procurator interuenire.ibid.num.54.

Nullitas iudicij agitati cum falso Procuratore, potest vsque ad mille annos opponi;sed quõ opponatur,vide Marant. in suo Spec.part.4. distinct.16.iudi.nu.22.& seqq.

De Procuratoribus, & de materia vide per Hieron.Boer.in suis singul.tit. Procurator,&c.

Procuratores calumniosi possunt per Iudicem inquiri,& interdici, ne postulent. Marant.in suo Specul.part.6. tit. & peruenitur aliquando, nume. 182.

Quando condemnatio expensarum fit ob delictum Procuratoris, vel si faciat aliquid, ad quod non habeat mandatum, tunc fit executio ipsarum expensarum contra ipsum; aliàs fit contra dominum,& sic patet, quòd cõtra falsum Procuratorem fit executio. Maran. in suo Spec.par. 6.tit.& post omnia, &c.nume. 40. & 41.

Procurator an, & quando pro accusatore interuenire posit, vide Menoch.de Arbitrar. quæstio 79.

Procuratores suos clientulos prodentes præuaricatores sunt,sed qua pœna puniantur,vide Menoch.ibidem.lib.2.cas.323.

An,& quando excusator pro absente admittatur, vide Rebuff.in constitutio.Reg.tit.de excusatio.Tom. 3. De officio excusatoris vide ibid.num.10, An teneatur satisdare, ibi.num, 11. An iurare de calumnia,num. 12. Quis excusationem mittere posit,num. 11. Excusationis effectus, qualis sit, numer. 21. Et an Procuratorium habere debeat,vide ibidem, nume. 24.

Procurator ab impubere constitutus cum patris consensu, an per pubertatis superuenientiam reuocatus sit,vide Dec. consi.460. nume. 21.

Vbi requiritur,quòd principalis alicuius actus notitiam habeat, non sufficit Procuratorem illam habere.Dec.consi.460.nu.33.

Regulariter nemo absque mandato admittitur ad agendum pro alio: fallit in coniuncta persona,in marito, & in aliis casibus, de quibus vide per Cassan.in consuetud. Burg.tit. *Des droicts* Rub.4.§.5.glos.3.num.12.& tit.seq.

Quando in statuto habetur, quòd quis aliquid faciat in persona, nunquam verificatur statutum, si fiat per alium,etiam cum speciali mãdato. vide eundem Cassan.tit. *Des mains mortes*.Rub.9.§ 9.glo.4.

Mandatum,in quo per Decuriones datur potestas Procuratori conueniendi quoscunque prætendentes se immunes; non sufficit, vt Nobiles, qui in eo loco iurisdictionẽ habẽt, conueniri possint per Procuratorem: quia contra ipsos agi non potest, nisi venia petita.Natt.consi.445.

Patrocinium præstans. scienter petenti rẽ propriam

priam patrocinantis, sibi præiudicat. Menoc. consil. 322. nume. 34. libr. 4. Et tacitè censetur renunciare iuri suo. capitu. ex litteris 6. ext. de transactio.

Procurator actoris constitutus ad agendū, censetur etiam constitutus ad defendendum; secùs in Procuratore rei. Roma. sing. 116.

Casus eueniens in persona Procuratoris, excusat dominum. Barto. in l. 8. C. qui petant tuto. vel curato.

Si Procurator fuerit corruptus, qualiter succurratur domino, vide Bart. in l. 1. C. de pœn. Iudi. qui malè Iudi. num. 7.

Mandatum principaliter debet tria continere. glo. in cap. 1. ex. de Procurato.

Exceptio falsi Procuratoris ante, & post sententiam opponi potest. cap. in nostra 4. ext. de Procurato.

Excommunicatus non potest esse Procurator. c. post cessionem 7. ex. de probat.

Infamis an possit esse Procurator, & quando, vide Barto. in l. 2. C. de dignitat. lib. 12. & in l. 2. §. hoc edicto. ff. de postula. facit cap. 2. 3. quæst. 7.

Procurator debet esse legitimè cōstitutus, aliàs repellitur: & ante omnia super hoc cognosci debet. cap. significauit 48. ex. de appellat.

Legitimatio, adoptio, & emancipatio, an possint fieri per Procuratorem, vide Barto. in l. post mortem 25. §. neque. ff. de adoptio.

Mandatum habens ad causam integram iam sopitam, habet etiam mandatum ad illam reassumendam per in integrum restitutionē, Roma. sing. 644.

Procurator ad agendum constitutus, non intelligitur ad executionem sententiæ petendam creatus: nisi ipse Procurator sumptus in lite factos à principali creditore cōsequi nō posset. Roma. sing. 645. vide Bart. in l. hoc iure 86. ff. de solutio. & libera.

Procuratoris gesta nihil valent, si is nesciat se Procuratorem constitutum: nisi in procuratorio esset clausula, Rati, apposita per tempus præsens. Roma. sing. 661.

Mulier regulariter non potest Procurare, nec arbitrari: fallit primò, si sit in dignitate constituta: fallit secundò, in causis, in quibus de salute animarum tractatur, vt in repetitione vsurarum, & in causa decimarum. idem Roma. sing. 691. Fallit tertiò, in iudicio voluntariæ iurisdictionis. Pet. de Rauen. sing. 221. vide cap. 4. ext. de confirmatio. vtil. vel inutil. & ibid. gloss. Barto. in l. 9. ff. de statu. homi. & in suis quæstio. quæst. ventil. coram Domino, nume. 6.

Hæc exceptio, quòd mulier non possit esse procuratrix, est dilatoria, ideò non potest opponi post litem contestatam. Math. Mathes. sing. 98.

Quando fit actus, qui soli domino conuenit, & non Procuratori, tunc ex illo solus dominus tenetur, & contrà; sed quando sententia mādetur executioni cōtra Procuratorem, vide Hartma. cap. 1. tit. de Procurato. lib. 2.

Si Procurator faciat actum tanquam nuncius, non valet talis actus. Roma. sing. 697.

Procuratoris officium est vile: fallit; quando Principe, aut Superiore mandante, exercet, quia tunc dicitur dignitas. Roma. sing. 814.

Procuratori ad litem solui non potest: nec per illum transigi, aut pacisci: nisi habeat liberam administrationem illius causæ; sed quando dicatur talem administrationem habere, vide Math. Mathes. sing. 30. & Bart. in consil. 6. volum. 2.

Licèt tutor, vel curator non possit constituere Procuratorem ante litem contestatam, tamen secùs est in patre administratore bonorum filij, & in Prælato. idem Mathes. sing. 190. l. 1. & ibid. glo. C. de bonis maternis.

Procurator, qui instrumenta sui principalis ostendit parti aduersæ, tenetur criminaliter. Henri. Boer. in suis singularibus, tit. mixta de criminalibus, & culpa, nu. 5.

Solicitator nō potest venire contra illud, quod gessit. Fran. Cremen. sing. 97.

Procurator habens in eodem consistorio plures causas plurium agentium comparuit, & dixit, præsento me in omnibus, & inde recessit, valet comparitio, & intelligitur pro omnibus comparuisse. Pet. de Rauen. singul. 550. & Barto. in l. accipientis 15. ff. de aucto. & consen. tuto.

Faciens actum contra me tanquam Procurator, debet fidem facere per instrumentum, quòd sit Procurator, aliàs ego non cōstituor in mora: fallit, si in iudicio agatur, & de mandato non opposuerim. Ant. Corse. in suis singularibus, litera P. sing. Procurator.

Exercitium procurandi non competit Procuratori in absentia constituto, antequam recipiat mandatum, vel illud sit intimatum, aut notificatum per nuntium, vel epistolam domini: nec sufficit, si hoc fiat ab aliquo tertio: & vbi antè Procurator fecerit aliquem actum pro constituente, ille erit nullus; nisi in mandato adesset clausula, Rati. Hippol. sing. 637. vide Bart. in consi. 73. vol. 1.

Mandatum habens ad vnum, censetur etiam habere ad illius accessoria. Marc. de Maut. singul. 94.

Procurator cum legitimo mandato interuenisse, quando præsumatur, vide Hartma. cap. 4. tit. de Procura. lib. 2.

De materia huius tit.vide per Abb.in sua Prac. c.35.& Bar.in tit.de Procu.C.

Procurator quãdo posfit renunciare liti, & exceptionibus,vide Bar.in l.4.C.de pact.nu.10.

Procurator, vbi certum est ipsum non habere mandatum, non admittitur etiam cum clausula,Rati. Bart.in l.1.C.de Procurato.

Cautela est, quando quis afferit se Procuratorem alicuius,vt non negetur,neque fateatur ipsum Procuratorem, sed peti debet copia mandati,si illud habeat, quam facere debet Procurator suis expensis.Bar.in d.l.1. nu.14.

Procurator in anima domini iurare debet.c.tibi domino 63.distinct.& glo.in cap. metuentes 17.quæst.4.

Procuratot in rem suam,videtur proprium negotium gerere, sed quomodo tunc cognoscatur, an intentet vtilem, vel directam actionem,vide Bar.in l.9.C.de Procurato.

Exceptio contra Procuratorem debet opponi ante litis constitutionem. Bartol. in l.vnica, num.5. C.de satisdando.

Dominus debet comparere personaliter, & nõ per Procuratorem,Iudice ita iubente.Barto. in l.2.§.defendi.ff.quib.ex causis in posse.eat.

Procuratoris officiũ est vile:ideò Nobiles exercentes officium Procuratoris, gaudere non debent priuilegijs Nobilium.Hartm. cap.14. tit.de Procurat.lib.1.

Hæredes plures succedentes in iudicio cœpto cum defuncto,vnum defensorem dare tenētur.Bar.in l.5. §.si tamē.ff.iudicatum solui,nu. 3.facit l.si fa.49 ff.famil. erci.

Procuratores plures si constituantur ex parte rei cum clausula, Quòd non sit melior conditio occupantis, an vnus admittatur, vide Bartol.ibid.num.5.

Procurator, etiam vbi lis non contestatur, vel post litem contestatam interueniēs, statim, cùm incipit tractare de meritis causæ, efficitur dominus litis.Bart.in l. ab executore 4. §.si Procurator.ff. de appellatio.

Procurator quando posfit esse testis pro domino,vide Bar. in l.deferre 18.ff.de iure Fisci.

In generali mandato non venit, vt quis opponat exceptionem calumniosam.Bart. consil. 43.volum. 1.

Procurator constitutus ad omnes causas generali mandato, & deinde ad vnam solam per speciale mandatum, an posfit virtute generalis mandati in secunda instantia comparere,vide Perillu.D.P.Tessau.decis. 107.

Si Procurator petat cautionem de legato, vel fideicommisso præstando,adueniente conditione, non auditur, nisi legatarius,cuius nomine agit,viuat.l.1.§. Procurator.ff. vt legat. seu fideicom.caus.caue.

Clerici non possunt esse Procuratores.l.17. C. de Episcop.& Cler.

Liberum vnicuique est per se, vel per Procuratorem agere, aut respondere.l. fin.§.cùm autem,& ibidem gloss. C. de his, qui ad Eccles. confugi.

Recipiens patrocinium potentioris ad terrorē aduersarij, punitur causæ iactura, & etiam punitur patrocinium præstans.l.1.C.ne liceat potentioribus.

Restitutio in integrum etiam per Procuratorē peti potest.l.vnic. C. etiam per Procuratorē.

Ex impetratione Procuratoris habentis speciale mandatum, vel rathibitione secuta,arctatur dominus edicto, quod quisque iuris: secùs si habeat Procurator mãdatum generale tm̃, aut esset in rem suam constitutus; tunc enim coarctatur ipse Procurator. l. pen. §. si Procurator.ff.quod quisque iuris.

Procurator actoris factus apud acta,non tenetur satisdare de rato,sed de defendēdo ante litem contestatam;nón autem post:Procurator autem rei,tenetur indistinctè cauere de iudicato soluendo. l.vnic.C.de satisda.

Stipulatio Procuratoris super re domini, in dubio intelligitur facta Procuratorio nomine, & ad domini interesse refertur. l. penult. ff.si quis cautionibus.

Factũ Procuratoris ad vtilitatē dñi refert.gl.ib.

Pactum Procuratoris, pdest,& nocet dño,si habeat speciale mandatũ vel generale cũ libera; secùs si ad agēdũ tm̃ sit datus. l. rescriptũ 11. §.plerũq;.ff.de pact.vide l.sicut 8.§.si pcurator.ff.quib.mod.pign. vel hypothe.sol.

Procurator falsus tenetur condictione indebiti.l.creditoribus 8.C.de condict.indeb.

Pactũ factũ cũ Procuratore de reddendis sumptibus valet;secùs in pacto facto de quota litis parte.l.sumptibus.ff.de pact.

Procurator damnatus nomine dñi in causa famosa,non efficitur infamis.l.furti 6.§. si quis. ff.de his,qui not.infa.

Per Procuratorem acquiri possunt domino possesfio,& dominium,sed actio personalis, vel obligatio non,sine cesfione. l. 1. C. per quas perso.nob.acqui.vide tamen l.damni 19.§.fi. ff.de dam.infect.& l.3.ff.de Prætor.stipula.

Ex facto Procuratoris datur vtilis actio institoria cõtra dominũ.l.liberto 32.ff. de neg.gest.

Exceptio, quòd mandatum non sit sufficiens, aut non sit legitimum,potest opponi in quacunq; parte iudicij,sicut exceptio falsi Procuratoris.l.fin.C.de eo, qui pro tuto.nego.gest.

Tutor pro rebus pupilli petendis non constituit Procuratorem (quia non est dominus) sed actorem. l. vnica. C. de act. à tuto. seu curato. dand.

Si de

Si defensor (idest Procurator rei siue mādato) in iudicio interrogatus, an is, quem defendit hæres sit, falsò responderit, ipse quidem defensor aduersario tenebitur, illi autem, quē defendit, nullum facit præiudicium. l. si defensor 10. ff. de interrog. actio.

Iuramentum Procuratoris, vel defensoris prodest domino quo ad actionē, vel exceptionem. l. nam postea 9. §. iusiurandum. ff. de iureiuran. vide l. fin. §. fin. ibid.

Procurator dicitur cum mādato; defensor sine mandato. glo. in d. l. 9. §. iusiurandum.

Procurator potest iuramentū deferre, si habeat generale mandatum cum libera, aut speciale, vel sit in rem suam cōstitutus; aliàs secùs, etiam si cauerit de rato propter dubium de mandato. l. iusiurandū. 17. §. fi. ff. de iureiuran.

Solutum indebitè Procuratori non habenti mādatum ad hoc, repetitur ab eodem: & cōtrà. l. si Procurator. ff. de condict. indeb. & ibi. glo.

Ex parte rei fit etiam Procurator in rem suam. l. fin. §. Titius, & ibid. glo. ff. eod. tit.

Procurator sine mandato rem domini obligare non potest, tamen si pecunia est in rē domini versa, potest pignus pro debito retineri. l. 1. C. si alien. res pigno. dat. sit.

Si pupillus faciat Procuratorē cum auctoritate tutoris finita tutela, non finitur mandatum. Bart. in l. 17. §. si impubes. ff. de instito. actio.

Vt Procurator habeat liberā, oportet, q dominus expressè concedat liberam. l. quam 7. §. alia est, & ibid. glo. ff. de pecul.

Exceptio procuratoria in crimine non potest opponi post conclusionē in causa. l. quamuis 19. C. ad leg. Iul. de adult.

Subscriptio, quam Procurator facit alieno nomine, nō nocet illi, vt teneatur nomine proprio in eo, quod ignorabat. l. Titius 8. ff. de rescin. vendit.

Si adultus debitorem suum constituat Procuratorem, non videtur illum, vt debitorem idoneum ex causa præambula approbare. l. Lucius 47. ff. de administ. & peric. tuto.

Postquam quis cauit de rato, nō potest sibi obijci, quòd non sit Procurator. l. inter quos 39. §. alieno. ff. de dam. infec.

Actio iudicati non datur in Procuratorem, qui se liti non obtulit, nisi sit in rem suam. l. si se non obtulit 4. ff. de re iudic.

Exceptionem iure personali competētem domino opponit Procurator, vel defensor. l. si cum Procuratore 23. eod. tit.

Procurator confessionem factam in iudicio potest acceptare. l. certū 6. §. si qs. ff. de cōfessis.

Si quis me defendat sine mandato, & lata sit sententia in meū fauorem, vel contra me, possum ratificare illam sententiam. gloss. in §. hoc iure l. si mī. 11. ff. de exceptio. rei iudic.

Procuratoris dolus abijcitur domino. l. apud 4. §. quæsitum lo 2. ff. de dol. mal. except. Quod procedit, si post litem contestatam committatur (quia tunc Procurator efficitur dominus litis, & dominus reputatur eadem persona cum Procuratore) secùs si ante. l. si Procurator, eod. tit.

Procurator, qui præstitit patrocinium in causa falsi testamenti, priuatur omni cōmodo sibi ex eo relicto. l. post legatum 5. §. sunt qui putant, & ibi. gl. ff. de his, quib. vt indig. leg. aufe.

Pro defensore cum mādato satisdat dominus: sed defensor sine mandato inuenire debet sibi fideiussorem. l. si ad defendendum 10. ff. iudi. solu.

Quid iuris, vbi Procurator, vel defensor promisit de rato, & quando teneatur promittere, & ad quid committatur hæc stipulatio, vide in tot. tit. ff. rem rat. haber.

Defensor ex necessitate potest opponere exceptionem ex sua persona. l. Procurator 8. §. si Procurator. ff. rem rat. habe.

Qui populari actione conuenitur, ad defendendum Procuratorē dare potest; is autē, qui illam mouet, non potest. l. 5. ff. de popul. act.

Procurator meus, si instrumentum meum prodiderit aduersario, grauiter punitur. l. si quis aliquid 38. §. si quis. ff. de pœn.

Post litem contestatam Procurator habet potestatē substituendi, & potest substituere aliū ad appellandum, si vincatur. l. ab executore 4. §. fin. ff. de appellatio.

Quæ causæ possint exerceri per Procuratorē, vide tot. tit. ff. an per aliū cau. appel. red. pos.

Simplex Procurator victus appellare tenetur. glo. in l. fin. d. tit. an per alium.

Procurator an possit esse testis in causa, quam procurauit, vide l. deferre 18. §. item eos, & ibid. glo. 1. ff. de iure Fisci.

In quibus casibus requiratur speciale mādatū, vide gl. in §. fi. Instit. de his, per quos age. pos.

Procuratoris officium quibusdam est interdictum. glos. ibid.

Si dolo malo Procuratoris, reus sit absolutus, nisi sit paratus iudicium recipere, tenetur de dolo, si Procurator non est soluendo. l. & eleganter 7. §. si dolo. ff. de dol. mal.

Dominus tenetur ex dolo Procuratoris de eo, quod ad eū peruenit. l. sed si ex 16. §. itē. ff. eo.

In his, quæ minor facit vt Procurator, non restituitur ad commodum domini. l. cum 24. ff. de mino. 25. ann.

Si domini, qui inuicem stipulati sunt per Procuratores suos, apud Arbitrum agere velint, potest iubere Arbiter ipsos quoque adesse. l. nō distinguemus 37. §. si cū. ff. de recept. Arbitr.

Coniuncta persona, quando pro coniuncta admittatur in iudicio.

Filiusfa. potest agere, & omnia facere in iudicio nomine patris, sine mandato. Guid. Pap. q. 203. Tamen hoc casu confessio filij non nocet patri. Franc. Marc. q. 265.

Coniunctus regulariter admittitur pro coniuncto in iudicijs cũ cautione de rato, etiã pro minore. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 41. & decis. Perus. 49. Franc. Marc. quæstio 99. nume. fina. part. 2. c. coram 34. ext. de offic. & potesta. Iudic. delega. Bar. in l. patri 28. ff. de minorib. & in l. 35. ff. de Procurator. Quod procedit etiã in transuersalibus. Mago. decis. 6. Luc. nu. 14.

Reg. limitatur primò in fratre, qui pro fratre in beneficialibus (etiam cum cautione de rato) non admittitur. Aegi. Bellam. conclusio. 681. Cassad. decis. 40. tit. 1. & DD. de Rot. decis. 6. aliàs 142. tit. de Procurato. in nouis. vide tamen eosdem DD. ibid. decis. 35. aliàs 420. Idẽ in spiritualibus, Roma. sing. 619.

Secundò limitatur, quando coniunctus vellet experiri nomine coniuncti contra alium pariter coniunctum. Ioseph. Ludo. d. deci. Perus. 49. & Iaff. Lanf. Balb. decis. 92.

Tertiò limitatur in fœminis, quæ non admittuntur. idem Ludo. d. decis. Perus. 49. Etiam quod esset mater. Natt. consi. 143. Tom. 1. nu. 6.

Quartò, coniunctus nõ admittitur pro coniuncto in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum. DD. de Rot. d. decis. 6. tit. de Procurat. in nouis, num. pen. & Mago. decis. Luc. 6. num. 13. Nisi in illis, in quibus etiam prætẽderet proprium interesse. Bar. sing. 114.

Quintò, coniunctus pro coniuncto procuratorio nomine interueniens, & non coniunctorio, si non habet mandatum, non admittitur, licèt caueat de rato. Iaff. Lanf. Balb. deci. 415. Quia tunc neque vti coniuncta persona admitti potest. Borg. decis. 24. de iudi.

Sextò, coniunctus pro coniuncto non admittitur, vbi cõiunctus habet Procuratorem. Mago. d. decis. Luc. 6. num. 11. & Bar. in l. 40. §. in his. ff. de Procurato. Sed hanc limitationem sublimita, quando Procurator esset negligẽs; nam tunc adhuc admittitur coniunctus. Iac. Put. decis. 21. lib. 2.

Septimò, coniuncta persona solutionem recipere non potest. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des droicts*. Rub. 4. §. 5. glo. 1. num. 47. Guid. sing. 314. Amane. de Clarisaq. sing. 20. & Marc. de Mant. sing. 260. Sed solùm admittitur ad effectum, vt debitum deponatur. idem Marc. de Mant. d. sing. 260. Et ẽt ad solutionẽ recipiendam, quando coniuncta persona, cuius nomine petitur solutio fieri, esset minor, & prodiga. Ludo. Roma. sing. 227. Secùs si solùm esset minor, vel solùm prodiga. Petr. de Rauen. singul. 272.

Octauò limitatur reg. quãdo appareret de cõtraria voluntate illius coniunctæ personæ, pro qua coniunctus agere vellet, sed quid, si dubitetur, vide Hippol. sing. 228. Nisi tractaretur etiam de proprio interesse. Bart. in l. si constante 25. num. 65. ff. solut. matrim.

Nonò, coniunctus pro coniuncto in criminalibus non admittitur, sed vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 265. Et demum limita reg. in casibus, de quibus vide per Ioseph. Ludo. decis. Luc. 41. Cassa. in consuetud. Burgund. tit. *Des droicts*. Rubr. 4. §. 5. glo. 1. num. 47.

Decimò, declara regulam, quia licèt coniuncta persona in causa ciuili possit comparere pro coniuncta, tamen non potest cõstituere Procuratorem. Franc. Marc. q. 242. DD. de Rota decis. 35. aliàs 400. tit. de Procurat. in nouis.

Vltimò declara, ꝙ licèt coniunctus pro coniuncto agat in iudicio, requiritur tamen: vt ratificatio postea fiat per principalem. Mago. d. decis. Luc. 6. nume. 19. Quod procedit etiam in fratre cauente de rato. Rot. Auenio. decis. 24. in decisio. diuerso.

Coniuncta persona vsque ad quartum gradum dicitur, & vltrà arbitrio Iudicis, & vsque ad illum gradum agere potest sine mãdato. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 146. & Bart. in l. 2. ff. de accusatio.

Quæ dicantur coniunctæ personæ, vide Abb. in c. nonnulli. ex. de rescript.

In causa matrimoniali, etiam inuitis coniugib. fratres vxoris admittuntur pro eorum interesse. Put. decis. 224. lib. 3.

Pater tanquam coniuncta persona potest pro filio in causa matrimoniali (etiam si agatur de fędere matrimonij) interuenire, & consequenter à sententia lata contra filium in tali casu appellare. August. Bero. q. 132.

Alimenta petita à curatore nulliter deputato, qui vti coniunctus illa petere poterat, sunt nulliter petita, per reg. quod potui nolui, & quod volui adimplere nequiui. Vera. decis. 23. part. 1.

Processus factus per Procuratorem nulliter cõstitutum, est nullus, quamuis ille potuisset agere tanquam coniunctus. idem Vera. decis. 392. part. 2.

Maritus cauens de rato pro vxore agere, & appellare potest. Andr. Gail. obser. 133. lib. 1. vide Hippol. singul. 636. Sed contrà, vxor

pro

pro marito agere non potest, nisi pro ipso liberando à carceribus. Gail. d. obser. 133. nu. 8. vide Hippol. sing. 636.

Vnus ex pluribus hæredibus potest insolidum agere, nec potest debitor opponere, vt veniant alij hæredes, nisi in solutione facienda, quæ omnibus debet fieri. Papon. libr. 8. titu. 1. arrest. 4.

Amicus non potest sine mãdato agere pro amico, quomodo potest coniunctus pro coniuncto. Roma. sing. 656.

Frater admittitur ad defensionẽ rei fratris sine mandato, sed sententia lata contra eum non præiudicat fratri absenti, & non ratum habẽti: sed frater, qui litigauit, tenetur ex cautione de rato, si illam interposuerit. Bar. in l. 1. C. quib. res indic. non noce.

Frater pro fratre sine mandato admittitur ad impetrandum. cap. constitutus 8. ext. de in integr. restitutio.

Libelli forma, quando quis agit coniunctorio nomine, traditur per Bart. in l. vero Procuratori 12. ff. de solutio. & libra.

Coniuncta persona non est Procurator, ideò factum per eam non præiudicat domino, nisi ratihabitione sequuta. Barto. in l. 3. §. stipulationem. ff. iudicatum solu. Crauet. consi. 317. Ratio, quia cõiunctus potest prodesse; nõ autem obesse. DD. dd Rot. decis. 6. aliàs 142. tit. de Procurato. in nouis, num. fi. Vera. decisio. 344. part. 2. Craue. consi. 109. num. 4. & consi. 317. Math. Mathes. in l. 1. C. quib. res iudic. no. voc. post eius singularia.

Tertius extraneus quãdo admittatur in iudicio alterius

ADiungere se potest tertius liti motę tripliciter: primò, vt assistat, ne fiat collusio: secundò, vt causã adiuuet ad victoriã, & hoc casu poterit assistere, & alia facere, q̃ posset pars principalis: tertiò poterit assistere, assumendo in se litem, quæ ad eum spectat principaliter. Gasp. Cabal. milleloq. 983. vide Andr. Gail. obser. 70. num. 19. lib. 1. Pet. Beninten. decis. 75. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de arrestis, art. 1. Tom. 3. & Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des Rentes*, Rub. 5. §. 3. glo. 3.

Regulariter tertius pro suo interesse interuenire, & causæ vnà cum principali adsistere potest, reg. traditur cum sex ampliationibus, & tribus limitationibus, per Gail. obser. 70. lib. 1. vide Hartma. cap. 10. tit. de actore. lib. 2.

Tertius solet in causa cõparere duobus in casibus, vno ad defendendum iura alterius collitigantium; altero ad excludendum quem ex litigatoribus principalib. Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 26.

Lis an possit inter duos litigãtes expediri, antequam discutiantur iura tertij comparentis pro suo interesse, vide Ioseph. ibid. nu. 26. & DD. de Rot. decis. 4. de iudic. in antiquio.

Tertius in causa appellationis tribus modis interuenire potest: & victoria tertij regulariter prodest victo; sed sentẽtia, vbi tertius interuenit, quomodo proferenda, vide eundem Gail. obser. 122. lib. 1.

Articuli interuentionales admittuntur, quãdo sunt pertinentes: & tales dicuntur, si ius tertiæ personæ interuenientis idem sit cum iure, quod deductum est per principalem, aliàs secùs: quia tunc interuentio locum non habet; sed nouo opus est processu. Gail. obser. 69. libr. 1.

Tertius antequam admittatur, de suo interesse probare debet, saltem semiplenè, & summariè. ibid. Gail. Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 26. DD. de Rot. deci. 11. aliàs 53. de iudi. in antiq. & decis. 1. de rescript. in antiquio. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 18. Hippol. sing. 274. & c. veniens 38. ex. de testib. Aliàs non ostẽdẽs de suo interesse, nõ debet audiri. Rot. Genuen. decis. 143. & Ioseph. Ludo. d. decis. 26.

Quando tertius admittatur in iudicio ad probandum, licèt sua non intersit, vide Bart. in l. 35. nu. 8. ff. solut. matrimo.

De beneficio restitutionis in integrum petito per tertium post publicationem, & conclusionem in causa vide per Afflic. decis. 15.

Auctor laudatus debet audiri in terminis, in quibus reperitur cã; sed an ex sua persona testes denuo inducere possit, vide Affl. d. deci. 15. De auctore laudato vide infra tit. de denunciatio. molest. lib. 2.

Tertius ex sua persona potest Iudicem recusare. Afflic. d. decis. 15. & decis. 235. in fine.

Tertius veniẽs ad causam pro suo interesse potest dare capitulã, etiam contraria primis, & producere testes post didicita testificata, si ignorabat litem motam: si verò non ignorabat minimè potest prædicta facere, imò hoc casu tenetur prosequi litem in terminis, in quibus reperitur. Afflic. decis. 235. Papon. lib. 9. tit. 11. arrest. 6. vide DD. de Rot. deci. 2. aliàs 33. de rescrip. in nouis, nu. 45. & seqq. Mohed. decisio. 81. Pet. Beninten. decis. 75. Put. decis. 385. lib. 1. Cabal. milleloq. 983. Andr. Gail. obser. 71. lib. 1. & Menoc. de Arbitr. lib. 2. cas. 18

Tertius veniens ad causam pro suo interesse post terminum ad articulandum, an admittatur ad dandos obiectus, vide Cassad. decis. 1. & 2. tit. de exceptio. Sed an possit comparere

rere principaliter ex se, vt causa de nouo incoetur, & omnia de nouo fiant, vide Pet. Benintẽn. decis. 75.

Coniuncta persona, & non cõiuncta, masculus, vel fęmina (etiam sine mãdato) possunt, vt defensores comparere ad ostendendum de rei innocentia in omni causa ciuili, vel criminali, vbicunque absens potest condemnari. Capic. decis. 143. sed vide ibid. limitationes ad regulam, & Fran. Marc. q. 164.

Tertius, cuius interest, potest interuenire in causa criminali pro suis iuribus. Cra. cõs. 220.

Quando tertius fuit citatus, si sua putauerit interesse, quid iuris, vide Rot. Genuen. decisio. 143. num. 5.

Agens contra tertium ex delicto, vel iudicio alterius, non potest conueniri, nisi ille fuerit prosequutus iudicium vsque ad sententiam. Capel. Thol. q. 2. in additio.

Veniens pro suo interesse impedit executionẽ in spolio, etiam post tres sententias conformes, quando executio non potest fieri sine scandalo, idq; incontinenti ex eisdem actis appareat. Mohed. decis. 214. vide Ioseph. Ludo. decis. 39. Perus.

Quando tertius possit impedire executionem, vide Beninten. decis. 75. nu. 6.

Quando tertius non venit ad causam pro defensione primi possessoris, sed solùm pro se, non potest impedire iudicium inter primũ, & secundum intentatum: ideò in illo proceditur, & eo finito, fit executio semota forma legis, is à quo. ff. de rei vendica. de cuius intellectu vide per Vincent. de Franc. decisio. 261. part. 2.

Tertius inuitum, & volentem à lite recedere defendere potest, & cogere nolentem litigare in eo iudicio, vt litiget. Pet. Benintend. decisio. 75.

Lite pendente in causa beneficiali, an tertius pro suo interesse admittẽdus sit, vide Marc. q. 316. & 317. part. 2.

Qui veniunt ad necessariam defensionem, non possunt dilatorias exceptiones opponere ex eorum persona, præsertim hoc procedit in citatis, si sua putauerint interesse, quia principaliter cum eis negotium non agitur, sed veniunt ex trãsuerso. Rot. Genu. decis. 13. & decis. 143. Affli. deci. 15. Sed bene possunt opponere alias exceptiones peremptorias ex persona eorum competentes. Put. dec s. 365. lib. 2. vide Crauet. consi. 220. Pet. de Rauen. sing. 586. Bar. in l. 1. C. vbi in rem actio, & in l. 8. §. generaliter. ff. mandat. c. veniens 38. ext. de testib. Et quando alienatio est facta sine fraude, venditor nõ potest excludi, licèt persona actoris sit ligata. Put. d. decis. 365. lib. 2.

Quando est commissa causa cõtra aliquem, omnesq; alios, si tertius venerit vigore cõmissionis ad causam pro suo interesse, is dicitur reus, & non actor. Put. decis. 346. lib. 1. Et tunc potest sententiam pro se reportare, quamuis causa non sit cõtra ipsum commissa. Put. decisio. 385. lib. 1.

Tertius veniẽs in petitorio, potest restitutionẽ in possessorio impedire ante sñiam restitutoriam; secùs post. idem Put. decis. 326. lib. 2.

Tertius interueniens in possessorio recuperandæ, & petitorium intentans admittitur, illiq; respondendum est. Mysing. obser. 1. cent. 2.

Quinque casibus interueniens vtitur iure speciali, de quibus vide p Andr. Gail. obs. 72. li. 1.

Tertius petens se admitti pro suo interesse, si citauerit ad dicendum contra cõmisionẽ, & videndum se admitti, si non fuerit admissus, an faciat aliquam litem, vide Crescen. decis. 3. aliàs 68. tit. de rescript.

Tertius si ignorabat processum agitari in prima instantia, potest appellare intra tempora reo concessa, à die suæ scientiæ; secùs si sciuerit. Natt. consi. 457.

Si quis suscipiat causam nomine rei, ipse reus liberatur, si hoc fiat de voluntate creditoris; aliàs non. Guid. Pap. sing. 439. vide Barto. in l. non solùm 39. ff. de Procurato.

An possit quis in se iudicium suscipere animo nouandi, inuito actore, vide Bart. in §. si verò alter, Authen. vt omnes obediãt, de materia vide infra tit. de denũtiatione molestię, lib. 2.

Si quis sponte se obtulerit liti sine mandato, & pro alterius defensione, pôt contra illum sententia mãdari executioni. Guid. Pap. sing. 660.

Tertius qñ admittatur ad excipiendum pro aliquo, & probandum, vide Bar. in l. 2. C. de neg. gest. nu. 6. & in l. exigẽdi 12. C. de Procurato.

Nomine alterius agẽs, si obtinuerit, repetet expẽsas, aliàs secùs. Bar. in l. 40. ff. de excep. dol.

Opponi pôt de iure tertij, qñ est exclusiuum iuris agentis. Bart. in l. 28. C. de rei vendic. Sed quandò aliàs de iure tertij possit opponi, vide eundem Bart. in l. 6. C. de serui. fugit.

In causa momentaneæ possessionis admittitur quis sine mandato, & si amittat causam, non præiudicat domino. Bart. in l. 1. C. si per vim, vel alio modo.

Ad defendendum absentem, & probandũ eius absentiam, quilibet admittitur. l. seruũ 35. §. publicè. ff. de Procurato.

Tertius veniens ad impediendum, ne causa cępta per alium agatur, quando audiri debeat, vide Bart. in l. 34. §. sed & agere. ff. de appella.

Tertius veniẽs, vt causæ assistat, & aliũ adiuuet ad victoriam; talis potest testes producere, quos principalis non produxit. Bart. ibid.

De

De Procuratoribus ad negotia, & de mandato.

Mandatum morte mandantis finitur. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 39. nu. 20.

Mandatum licèt regulariter morte extinguatur, attamen hæredi, vel extraneo post mortem duraturum fieri potest. Ozas. decis. 150.

Mandatum testatoris, quo præcipit societatem post mortem durare, parit actionem aduersus hæredes mādantis. Ozas. d. decis. 150. nu. 4.

Procuratore mortuo, actiones (etiam directæ) intelligunt̄ cessæ domino absque aliqua cessione. Rot. Genu. decis. 215.

Procurator venditoris ad tradēdam possessionē rei venditæ, an dicatur reuocatus ob mortem ipsius venditoris, vide Capic. decis. 121.

Mandatum in testamento non expirat morte mādantis, imò tunc Procurator compellitur illud exequi. Boer. decis. 348. nu. 6. & 7.

Licèt sint multi casus, in quibus mandatum non reuocatur morte, tamē hæres potest illud reuocare. Pet. de Rauen. sing. 312.

Mandatum, re integra, finitur morte mādantis: quod limitatur primò, in pia causa: secundò, fauore pacis: tertiò, quando mandans de necessitate tenetur facere id, quod mandauerat. Hippol. sing. 44. vide l. fundi 33. §. item si amicus. ff. de acquir. vel amit. posses. & Bar. in l. more 5. ff. de iurisdic. omn. Iudi. in l. eius, qui 41. nume. 17. & 23. ff. si cert. pet. & in l. 2. §. sed ff. de donatio.

Mandatum vniuersale non finitur morte. idem Bar. in l. 5. §. si ab alio. ff. de instit. act.

Mandatū simplex, cuius effectus confertur post mortem, reuocatur morte, si mandatarius sciuerit; secùs si ignorauerit. l. cùm pater 79. §. Mæuio, de leg. 2.

Ius quæsitum non tollitur vnius partis reuocatione; secùs in mandato, quod potest reuocari, & finitur morte. l. antepen. & l. fin. ff. de solutio. & libera. Tamen cùm per promissionem factam (etiam virtute mandati) alteri est ius quæsitū, morte mandantis, vel expressa contraditione, promissio non finitur; secùs si tantùm interuenerit simplex mandatum. ibid. d. l. fin.

Satisdatio pro Procuratore præsente præstita facit, vt mandatum morte domini non finiatur; secùs si pro absente, & ignorante. l. à defunctus 15. ff. de Procurat.

Mandatum institoris non finitur morte mādantis. l. si quis 18. §. si impubes. ff. de instito. act. vide tamen Barto. in l. eius, qui 41. ff. si cert. pet. num. 6. 9. & 16.

Mortuo Procuratore facto in rem suam, re integra, non finitur mandatum, sed transit ius ad hæredes: & talis Procurator ante litem contestatam, facit alium Procuratorem. l. illam 33. C. de donatio.

Mandatum de soluendo ex causa donationis, morte mandantis finitur. l. si cum 2. §. sed si quis dnoaturus. ff. de donatio.

Mandatum morte finitur, sed propter ignorantiam eius effectus durat quo ad liberationē, & quo ad actionē. l. hoc iure 19. §. si quis dederit. ff. de donatio.

Mandatum, quod confertur post mortem, non finitur morte. l. mortis causa 18. §. Titia. ff. de donatio. cau. mort.

Mandatum ex diuturnitate temporis non præsumitur. Hippol. sing. 323. Ozas. decis. 175. nu. 3. Gram. decis. 103. nu. 83. Boer. decis. 281. nu. 17. Borg. Caual. decis. 16. de contract. Vera. decis. 194 part. 2. & Craue. consi. 266. nume. 9. Tamen præsumptio mandati quomodo desumatur, vide Put. decis. 277. lib. 1. Raud. tract. de Analog. cap. 32. nu. 4. & Crau. consi. 317. Et quibus modis probetur, vide Boer. deci. 281.

Mandatarius debet ostendere, & probare quātū, & cui soluit pro interesse, seu vsuris; alias non cōsequitur releuationem à domino. Afflic. decis. 22. vide tamen ibid. decis. 91.

Mandatum datum mandatario, vt recipiat ad vsuram, & numeret creditori, ligat mandantem ad pecuniam, & interesse refundendum mandatario pro eo, quod æquum, & iustum est, & illū indemnē releuare tenetur, etiā vbi nō iurauit. Affl. d. dec. 91. Rot. Genu. deci. 110.

Mandatarius, si soluerit creditori mādantis, nō tenetur probare solutionem verè, sed sufficit confessio creditoris recipientis. Affl. d. decis. 91. num. 3.

Procurator ad solutionem recipiendam, non potest terminum prorogare. Afflict. decisio. 129. num. 12.

Mandatum ad recipiendam solutionem, quando Procuratoribus datū censeatur, vide Put. decis. 409. lib. 3.

Procurator datus ad recipiēdum, & exigendū, confitendo se recepisse, non præiudicat principali, sic tamen vt Iudicis arbitrio potissimum relinquatur, an talis præiudicet confessio constituenti. vide Put. decis. 416. lib. 3.

Confessio Procuratoris extra iudicium facta, nō obligat dominum. l. fi. ff. de actio. & oblig.

Quando aliquis habet mandatum ad recipiendam pecuniam mutuo ad certam causam, ad obligandum dominum sufficit, quòd Procurator dicat se pro illa causa (expressa in mādato) recipere, licèt mentiatur. Dec. consi. 330. num. 2.

Man-

Mandatum habens ad solutionem recipiendã, vel mutuum, non potest obligare mandantẽ confitendo. Barto. in l.si debitorem 21.ff.de nouatio.& delegat.Abb.consi.18.part.2.Sine reali numeratione.Capic.decis.16.num.7.vide Marc. quæst.109. part.1. & quæst.571.part. 2.Hippol.sing.265 Fallit in Procuratore cum libera.Capi.d.deci.16.facit l.4.C.de nouatio.

Mandati verba, prout vobis placuerit, vel videbitur, nõ inducunt liberum arbitrium,sed ad arbitrium boni viri reducuntur. Affl.deci. 91.num.4.Tamen verbum, prout visum fuerit,importat voluntatẽ,non arbitriũ.ibi.nu.5.

Mandatarius non tenetur cedere, nisi facta solutione.ibid.num.7.

Mandati verba sunt diligenter consideranda. Affiict. d. decisio.91.num.9. Ideò non potest extendi mandatum vltra expressa. Ioseph. Ludo.decis.Perus.116.

Mandatum,quicquid facies sum contentus, valet:& mandati verba in præiudiciũ mandãtis latè sunt intelligenda. Afflic.decis.91.num.9.

Mandati fines Procurator excedens non præiudicat domino:nisi dominus factum Procuratoris in fauorem sui infra tempus, infra quod ipse potuisset impedire, id in præiudiciũ sui tacitè, vel expresè ratum habuerit. DD.de Rot.decis.13.alias 428.tit.de concessio præben. in nouis, vide Rot. Genu, decisio. 174. nume.6.& 7.

Dominus sciens Procuratorem fines mandati excedere, si non contradicat, an censeatur factum approbare,vide DD.de Rot.ibid.nu. 3 Rot.Genu.decis.33.num.5. Dec. consi.437. Menoch.consi.120.lib.2.nu.26.cap. cùm olim Abbas 32.ex.de offic. & potest. Iudi.deleg.& Fel.consi.39.nu.16.

Quando mandatum est directum in diem,ante aduentum diei, non liberat debitor mandãtis.Rot.Genu.decis.2.nu.23.Et factũ in termino,nec antè,nec post,pòt exequi.ibid.nu.35.

Non solùm mandatum,sed etiam mandati qualitates sunt seruandæ,etiam illæ, quæ in modo consistunt. Rot. Genu. decis.8. vide ibid. decis.9.num.13. Tamen aliquando adimplendæ sunt, prout fieri potest.ead.Rot.deci.174.

Tempus limitatum in mãdato est de forma mãdati: & non seruanti mandatum,vel ordini, est imputandum. Rot. Genuen. decisio. 8. num. 3.&4.

Mandatum est stricti iuris,ideò strictè interpretandum.Rot.Genu.d.decis.9.num.8.

Gestum per mandatarium vltra mandatũ,an,& quando totum acceptari, vel impugnari debeat,vide ibid.decis.64. nu.6.

In mandato habet etiam locum argumentum à contrario sensu, vt non egrediatur quis fines mandati. l. eum,qui 51. §. filiusfam. ff. de acquiren.hæredit.

Procurator ad transigendum cum creditore cõstituentis,non potest obligare dominum erga alium creditorem creditoris; tamẽ omissa nimia iuris subtilitate,contrarium fuit iudicatũ, per Rot. Auenio.vt habetur in decis. 34.eiusdem Rot.in decisi.diuerso.

Mandatum factum à creditore debitori, ꝙ creditori mandãtis soluat, an videatur adimpleri per promissionem factam à debitore dicto creditori, vt non possit reuocari, vide Crescen.decis.15.alias 283. tit.de Procurato. Sed quòd in mãdato de soluendo non sufficiat promissio, habetur in decisio. 1. nume. 21. Rot. Genuen.

Si mandatarius non custodiuerit fines mãdati, & res perierit,quãdo teneatur ad rem, & de casu ipsius,vide Craue.cõsi.247. Nam forma mandati diligenter est obseruanda.cap.cùm in veteri 52.ex.de electio.

In mandato non procedit argumentum à maioritatis ratione.Craue.ibid.d.consi.247.

De mandato Procuratoris,quòd debeat diligẽter obseruari, de materia, & quando dominus ex facto Procuratoris non teneatur, vide per Dec.consi.493.

Mandati fines quousque protẽdantur, & quod sit periculum mandatum prætergredientis, quæ defensio competat transgresso, & quomodo verba mandati sint accipienda, vide Dec. consi.632.

Mandatum habens speciale ad aliquid agendum,videtur habere etiam mãdatum ad ea, quæ veniunt necessariò ad mandatũ. Bart.in l.indebitam 47.ff.de condict.indebit.

Procurator quicquid facit vltra cõtenta in mãdato,non tenet.Abb.consi.55.nu.6.part.1.

Procurator constitutus ad contrahendum potest obligare bona domini pro obseruantia contractus,& apponere pęnam, licèt ad hoc non habuerit mandatum. Fel.consi.16. nu.6. & l.purè 5.§.actoris.ff.de dol. mal.except.

Mandans non obligatur ex forma statuti, vel omissa forma mandati: ideò si mandauero alicui, vt alteri mutuet,pignoribus receptis, si nõ receptis pignoribus mutuauerit,aduersus me nõ habebit actionẽ, qa excessit fines mandati.l. si creditor 7. C.de fideius.& mãd.

Mandatum inducens mandatarium ad delinquendum,an teneat,vidè Afflict. decisio.91. num.9.in fine.

Mandatarius fenerator habens mandatum ad recipiendum sub vsuris, nullo modo repetit à mandante, propter præsumptionem lucri interesse.Afflic.d.decis.91.nu.11.

Mandatum Procuratoris ad exigendum,certo

loco

loco, & tempore datum, non extenditur ad recipiendum extrà illum locum, & tempus, sed contrà fuit iudicatum, vide Gom. Leo. decis. 71. in decisio. diuerso.

Mandans potest probare cōtrarium eius, quod dixit mandatarius vigore conuentionis de stando dicto partis super interesse; non autē conuentionem reuocare. Affli. deci. 91. nu. 12.

Mandatum, re integra, an possit reuocari, vide Rot. Genu. decis. 123. Pro affirmatiua, scribit Roma. sing. 288. Sed mandatario datur actio ad interesse ratione damni passi respectu mandati. ibid. Roma.

Procurator ad resignādum, vel aliud Spirituale faciendum, an possit reuocari, & quid in aliis contractibus, vbi dominus iurauit, vide Beninten. decis. 49.

Habens Procuratores ad negotia, & iudicia simul, & postea cōstituēs alios ad iudicia cū reuocatione quorumcunque, non intelligitur reuocasse, nisi ad iudicia constitutos. DD. de Rot. decis. 18. aliàs 256. de Procurat. in nouis.

Suscipiens mandatum tenetur, vel illud perficere, aut re integra, renunciare, aliàs obligatur ad interesse. Rot. Genu. deci. 9. num. 5. 6. & 15. & decis. 68. num. 5.

Actus factus per Procuratorem reuocatum ante intimationem reuocationis, valet. Vera. decis. 396. seu 4. part. 2.

Mandatum potest reuocari, non obstante promissione de non reuocando etiam iurata, quod procedit respectu Procuratoris (nisi sit in rem suam) secùs respectu tertij. Cabal. milleloq. 247.

Furor superueniens non reuocat ea, quæ sunt perfecta vigore mandati; sed impedit perficienda. l. si quis alicui 48. ff. de acquir. hæredi.

Mandatum potest reuocari, sed non facultas soluendi adiecto. l. vero 12. §. sed si quis. ff. de solut. & liber.

Si ad reuocationem mandati sufficit vnum, illud ignorare oportet à debitore soluēnte, si duo requiruntur, sufficit vnum ignorare, vt liberatio cōpetat, licèt recipiēs scienter actione furti teneatur. l. si quis seruo 18. ff. eo.

Pactum de soluendo tertio ex interuallo appositum, idem operatur, quod simplex mandatum, ideò potest reuocari. l. si cum 82. eo. tit.

Reuocatio mādati intimari debet, etiam si publicè facta sit: & dominus, qui petit, vt Procurator rationes reddat, tacitè mādatum ratificat. Rot. Auen. decis. 13. in decisio. diuerso.

Notificatio reuocationis Procuratoris tunc est necessaria, quando ageretur de reuocando constitutum Procuratorem ad negotiationē aliquam certi determinati loci, & certa est persona, quæ lędi potest. Craue. cōsi. 76. nu. 3.

Mādatum ad delictum, re integra, reuocatum, non obligat mandantem ad pęnam. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 352. nu. 7.

Si quis alicui secundò mandauerit rei suæ procurationem, videtur primum mandatū prohibere, & reiicere; ideoq; primus mādatarius culpa caret, si res malè cedat. Dec. consi. 430.

Procurator cōstitutus in rem suam reuocari nō potest. Dec. consi. 521. nu. 9. sed vide nu. 15. & Bar. in l. si Procurator 14. ff. de codic. cau. dat.

Primum mandatum per secundum reuocatur. Dec. d. consi. 521. nu. 17.

Mandati reuocatio probatur per vnum testem cum iuramento. Ant. Corset. in suis sing. litera M. sing. mandatum 2. & cap. ex insinuatione 3. ex. de Procurato.

Mandatum de soluendo creditori meo, re integra, reuocari potest; secùs si ipsi creditori acceptāti de illo facta significatio fuerit. Hippol. sing. 58. vide tamen sing. 265.

Mandatum dicitur tacitè reuocatum, ex quo mandatarius incipit malè vti substantia sua, & tunc soluenti tali mandatario imputatur. Marc. de Mant. sing. 255. Vel si efficiatur malus vir. Bart. in l. falsus 19. ff. de furt. Aut aliter mutata sit eius conditio. idem Bar. in l. si cùm 82. ff. de solut. & liber. l. penu. ff. si cert. pet. & l. liberta 45. ff. de pecul.

Qui mittit nuncium vult obligari per se ipsum, non per alium, & ideò potest reuocare mandatum clàm: sed ille, qui Procuratorem mittit, vult obligari per alium, itaq; transfert cōsensum suum in Procuratorem, nec valet reuocatio, nisi in notitiam deuenerit. gl. in verbo, finito. c. 3. de pac. constan. in vsib. feud.

De reuocatione mandati, quando noceat, & qualiter debeat fieri ad hoc, vt noceat, vide per Bar. in l. vnica. C. de satisda. per totum.

Reuocatio Procuratoris dati ad lites peruenire debet ad notitiam Iudicis, & aduersarij: sed reuocatio dati ad negotia, dēt puenire ad notitiam ipsius Procuratoris solùm. c. ex parte, ex. de rescript. & ibid. glo.

Soluens habenti mandatum licèt modò reuocatum, liberatus est. Barto. in l. cùm fundus. §. seruum 31. ff. si cert. pet. sed vide eundem in l. eius 41. ff. eod.

Qualiter debeat fieri reuocatio Procuratoris gñalis, vide Bar. ī l. 11. §. de quo. ff. de insti. act.

Mandatarius quando ex reuocatione non lęditur, illa non debet ad ipsius notitiam peruenire. l. 4. ff. de manu. vindi.

Procuratorem qui facit ad solutionem recipiēdam, videtur debitoribus mandare, sed tunc qualiter notificari debeat reuocatio Procuratoris, vide Barto. in l. qui 34. §. si vtrum. ff. de solutio. & libera.

Morte

Morte tutoris reuocatur mădatum factum ab eo.l.si per epistolam 50.ff.de acquir.hæredit.
Procuratoris factum, quando noceat domino, vide Afflic.decis.129.nu.11.
Procurator cōstitutus ad negotia tenetur reddere rationem,& computum suæ administrationis.Franc.Marc.q.110.vide Ioseph. Ludo. decis.Luc.43. Marc.q.572. part.2.Rot.Genu. decis.53. Et restituere quicquid ratione mandati ad eum peruenit.Dec.consi.464.
Mădatarius, negotio suscepto, tenetur cedere domino actiones, instrumenta restituere, & rationes reddere: & mandatum susceptum est consumandum. Vera. decis.179. part.2. & decisio.180.ibid.
Procurator ad negotia, & eius hæredes tenentur reddere rationem non obstante, ꝙ post negotium susceptum dominus se obligauerit in aliqua summa pecuniarum, nulla facta mētione dicti negotij.Mago.dec.42.Ro.Flo.
Quando vxor cōstituit Procuratorem cum præsentia,& consensu viri ad recuperandum, & exigendum reditus spectātes ad ipsam vxorem,tunc mandatarius obligatur reddere rationem,& restituere ipsi vxori quicquid exegerit,& non liberatur, si hoc fecerit cum viro.Natt.consi.571.nu.11.
Dominus an ignorare videatur gesta per Procuratorem,vide Afflic. decis.129. nu.10.
Instrumentum venditionis narrās procurationem,non probat vēditorem Procuratorem, licèt dicatur in instrumento, ꝙ instrumētum procuræ fuit ostensum Iudici,Notario, & testibus. Afflic. decis.273.vide Boer.decis.281. & Dec.consi.522. Sed quid, si instrumentum mandati sit transcriptum in instrumento de verbo ad verbum,vide Boer.d.decis.281.
Procuratori libera administratio, quando concedi videatur, vide Afflic.decis.305.num.4. & Dec.consi.493.
Procurator generalis potest facere sine mandato ea, quæ est solitus facere dñs,quod procedit quo ad vtilia; non autē quo ad præiudicialia.Ioseph.Ludo. decis.43.nu.10. Imò etiā in præiudicialibus. Ludo.Roma. sing.23.vide Bar.in l.11.§. sed si Procurator.ff.de pign.act. Ideò Procurator potest recipere pecunias ad cambium,& vsuras, quando ita erat solitus dominus facere.idem Ludo.decis.44.
Mandatum cum libera non extenditur ad illicita,damnosa,& ad donationem,nec ad alia multa,de quibus vide per Borg.Caual.decis. 21.de iudic.
Procuratori nunquā videtur cōcessa libera administratio,nisi exprimatur: & licèt concedatur generalis administratio,tamē semper videtur exceptus dolus.Natt.consi.342.

In mandato generali Reipub. non venit rerum suarum alienatio, quod procedit, nisi lege municipali aliud caueatur.Bart.sing.21.& l.3. §.planè.ff.quod vi, aut clàm. Nam Procurator generalis non habet potestatem alienandi bona constituentis. Roma.sing.139.
Quid posśit Procurator generalis cum libera, vide August.Bero.q.33.
Procurator tunc quis reputatur cum bene,& fideliter gerit:& habens generalem,& liberā; an posśit conferre,vide Bar.in l.1.nu.4. & 10. in repet.ff.de offic.Procurat.Cæsa.
Mandans quando nō videatur propriè facere: & in mandato generali non venit etiam id, quod potest esse pęnale:& Procurator impetrans iniquum ius pro domino,potest contra dominum eòdem iure vti.Bart.in l.3.§.Procurator.ff.quod quisque iuris.
Procurator generalis ad negotia potest soluere domini creditoribus. l. quodlibet 87.ff.de solutio. Sed mandato generali non continetur illicitum: & quādo culpa Procuratori nō potest imputari,periculum spectat ad dominū.Bar.in l.si Procurator 6.ff.de cōdic.indeb.
Generale mandatum ad paciscendum,& renūciandum,debet intelligi; quòd donationem non contineat:ideò tunc Procurator nō potest renunciare laudo.Bar.in cōs.5.& 6.vol.2.
Procurator constitutus ad exigendum,non potest remittere non exacta: nisi habeat generale mandatum cum libera. l. non abstulit 4. C.de nouat. & delega.
Procurator quando posśit vēdere, & alienare, vide Afflic.decis.305.nu.5.
Mandatum ad vendendum,non est venditio,& reuocari potest.Boer.decis.48.nu.10.
Procurator constitutus ad vendendum, qui vigore mandati vendidit, non tenetur de euictione. Boer.decis.80.
Procuratoris pactum, quòd domino reuendatur,valet.Boer.decis.182.nu.27.
Procurator simpliciter constitutus ad vendendum,& alienandum bona, non potest vēdere bona futura.Ios.Ludo.decis.Perus.37.
Procurator generalis ad vendendum, non potest remittere ius redimendi. idem d. decis. 37. nume. 8.
An iuramentum Procuratoris appositum in vēditione, repellat ab agendo,quando Procurator experitur nomine proprio, vide Fran. Marc.q.166.part.1.& q.618.part.2.
Recipiens mādatum de vendendis mercibus, non adimplet permutando cum aliis mercibus,ideò tunc tenetur ad interesse quāti plurimi.Rot.Genu.decis.9.
Emens merces mandato alicuius tenetur,vel merces consignare,aut iura aduersus venditorem

torem cedere. Rot. Gennen. decis.49. Vel ad pretium. ibid. decis.52.

Ordinanti alicui, quòd mandet rem per tertiū emi, tertio emente, acquiritur dominium; & non mandanti. Rot. Genu. decis.67.

Mandatarius emens rem proprio nomine, tenetur actione mandati ad rem mandanti tradendam. ibid.

Mandatarij factum reputatur mandantis factū: & mādatarius emens rem pluris, quàm sit ordo, agit rem propriam. ibid. d. decis.67.

Mandās mercatori emi merces, tenetur ad pretium, & interesse. ibid. nu.9.

Mandatarius ad emēdum merces, illis emptis, habet actionem contra mandantem, etiam si sibi de pretio non prouideat per viam ordinaram. Rot. Genu. decis.125.

Recipiens pecuniam pro emendis mercibus, & non emens, nō tenetur ad interesse, nisi post interpellationem. ead. Rot. decis.151.

Procurator exigēs pecunias principalis, potest cōpensare pretium rerū emptarū de ordine dicti principalis cū illa. Rot. Genu. decis.191.

Procurator emens de pecunia propria nomine domini fundum, quem retinet, fructus perceptos cum interesse suę pecuniæ compensare potest. Cabal. milleloq.442.

Mandaui tibi, quòd emeres domum pro me, si tu dixisti da mihi pecuniam, & ego non dedero tam citò, & tu emisti pro te, & nomine tuo, quid iuris, vide Ias. de actio. in §. sequens, nu.35. & Bart. in l.4. §. vnde ff. de manumissio.

Si mandauero tibi, quòd emeres pro me certū fundum (qui erat pro parte tuus) certo pretio, emptis partibus aliorum, compelleris & tu inuitus tuam partem tuàm vendere. Ias. ibid. num.36. vide Barto. sing.120. & Pet. de Rauen. sing.25.

Procurator ad vendendum constitutus, si vendat, & ab emptore artham acceperit, & postea aufugerit, an dn̄s teneatur, distingue, aut mandatum simpliciter præcessit ad vendendam rem, & tunc dominus tenetur in subsidium, aut dixit, q̄ vēdat Procurator pręsenti pecunia, & tūc nō tenetur. Roma. sing.629.

Mandans expendi decem in emptione rei, si expendantur viginti, quia tanti res valebat, & simpliciter ipsa res emptori mandanti tradat, nō poterit cōueniri ad illud plus, quod fuit solutū. sed re non tradita, mādatarius poterit vti iure retentionis, donec mandans soluerit totum pretiū. Fran. Cremen. sing.73.

Procurator emens fundum nomine meo, & de suo proprio soluens, si illum possederit tāto tempore, q̄ fructus percepti pretium solutū æquiualeant, tenetur mihi tradere fundum sine aliquo pretio. Franc. Cremen. sing.169. & Pet. Gerar. sing.31.

Quando res traditur vēdenda Titio, certo pretio statuto, cū pacto, q̄ si plus venderet, illud plus sit suum, an valeat tale pactū, si plus res vendatur, vide Hippol. sing.664.

Mādatum de re propria emenda nō valet: sed si salma tua incidat in commissum, & vendatur à Fisco, an possis alteri mandare, vt illā emat, vide Barto. in l. vnic. C. si seruus extero.

Prócurator priuati an possit vendere, & habere fidem de pretio, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus.33. nu.7. Pro negatiua fuit iudicatū, vt habetur in decis.202. Rot. Genu.

Clausula, Promittens ratum, & firmū habere, an importet liberam administrationem, vide Bart. in l.1. ff. de offic. Procurat. Cęsa.

Procurator constitutus ad vēdendum, an possit facere alium Procuratorem, vide Bart. ibi.

Si post mandatum de re alienanda, dominum pęniteat ante factam vēditionem, licèt post ipsam alienationem notitia peruenerit ad Procuratorem, tamen non tenet alienatio; imo reuocatur. Bar. in d. l.1. ff. de offic. Procu. Cęsa. num.12. in repet.

Quando mandatur Procuratori de vendendo, quam potestatem habeat Procurator circa venditionem, & qualiter se gerere debeat, vide Barto. in l. à diuo Pio, §. sed si emptor. ff. de re iudic.

Contra mandatum vni factum veniens conueniri non potest, quia licet pęnitere, vt si quis mandasset alicui, vt emeret fundum pro virili, & deinceps inscio mandatario, mandans insolidum emerit, non ob id poterit conueniri à mādatario iudicio commu. diuid. nam talis fundus non reputatur communis. l. cum duobus 52. ff. pro socio.

Ex venditione Procuratoris dominus obligatur, & illi actio quæritur. l. Iulianus 14. §. si Procurator. ff. de actio. empt. & vend.

Si duo rem aliquam emerint, & vni eorum tanquam Procuratori alterius illa tradita sit, ambobus acquiritur. l. traditio 20. §. fin. ff. de acquir. rer. domin.

Res ex mandato meo empta nō prius mihi acquirit, quàm si ille tradiderit mihi, qui emit nomine meo. l. res mea 59. eod. tit.

Procuratoris scientia non constituit dominum præscribentē in mala fide. Capi. deci.86. nu.8.

Mandatores si plures sint, quilibet eorum tenetur insolidum, tamen habēt beneficium diuisionis, si omnes sint soluendo; sicut fideiussores. Capic. decis.180.

Procuratores constituti insolidum, qui acceptarunt mandatum, tenentur insolidum etiā de his, quæ separatim fecerūt. Rot. Gen. dec.140.

Procurator meus, si pecuniam mutuatus fuerit

impensurus in mea negotia,& illam perdiderit sine culpa, nihilominus teneor actione mandati.Capic.decis.180.nu. 6.
Procurator generalis soluendo debita domini ex sua pecunia,repetit à dño.Capic.ibi.nu.7.
Procurator ad negotia nihil à domino consequi potest præter expensas; nisi aliter esset conuentum:& si excederet fines mandati,non consequeretur ipsas expensas. Guid. Pap.q.68.Alias mandans tenetur ad illas, ad damna, & ad interesse.Rot.Genu.decis.178.
Obligationis instrumentum afferenti,an teneatur quis debitum soluere, vide Boer. decis. 154 nume.fin.& decis.281.
Instrumentorũ traditio inducit mandatum ad agendum.gl.in l.fi.C.de pactis conuentis.
Procurator,qui suo,& nomine domini se obligauit,an finito officio,possit(domino nõ excusso) conueniri,vide Boer.decis. 273.
Procuratoris gesta ante susceptum mandatum valent.Boer.decis.274.Sed Procurator falsus quis propriè dicatur,vide ibi.num.6.
Quitandi potestas in Procuratore,quomodo intelligatur,vide eundem Boer.decis.281.n.18.
Litteræ credentiæ quando obligent, maximè vbi mittũtur per famulũ,vide Boe. deci. 282.
Danti imputari dẽt,si quid mali acciderit, quãdo aliquid nomine alicuius dedit, non viso mandato:& epistolæ missiuæ,& litteræ cambij,quando probent,vide Boer. d.decis.282.
Domino est imputandum, qui fuit consilius de Procuratore faciendo illi mandatum generale.Ioseph.Ludo.decis.44.Luc.
Procurator cõtrahens ex re,vel circa rem, aut supra rem domini, illi acquirit actionem, & obligationem absque cessione.Capel.Thol. q.152.Et emens mandato alterius, ei acquirit dominium,& possessionẽ.Rot.Genu.deci. 13.num. 17.
Mandatum ad soluendum vnusquisq; regulariter censetur habere:fallit in casu, de quo vide per Ios.Ludo.decis.35.Perus.nu.5.
Remissio facta à Procuratore excedente fines mandati, non valet in præiudicium domini constituentis. idẽ Ludo.decis.37. Perus.nu.6.
An,& quando mandatum probetur in delictis, & an sufficiat illud probari ex coniecturis,vide Franc.Marc.q.423.
Vigore mandati cum libera,non potest quis dilapidare,& donare, aut delinquere.Francis. Marc.q.617.num.12.
Actus præsumitur factus iuxta formam mandati præcedentis.Rot.Genu.deci.6.nu.2.
Procurator non potest præstare iuramentum super contractu, quando tale iuramentum est confirmatoriũ contractus.Marc.q.690.par.2.
Procurator rupto(idest de cocto)& mutata ei⁹ conditione,cessat mandatum.Rot.Genu.decis.1.num. 28. Et censetur esse reuocatum.d. decis.2.num. 32.
Habens mandata alternatiua,potest pro parte possibili adimplere vnũ, & pro parte aliud. Rot.Genu.decis.8.
Mandatarius an, & quando possit interpretari mentẽ mãdãtis,vide Rot.Genu.decis.8.nu.5.
Seruans mandatum incoãdo actũ,põt illũ perficere,etiam superueniente ordine in cõtrarium.ibid.d.decis.8.nu.10.
Mandatum quando diuidi possit, vt pro parte adimpleatur,vide ibid.decis.ibi.19.nu.4.
Non dicitur quis mandatum acceptasse recipiendo litteras mandati, si aliud non fecit. ead.Rot.decis.23.num.19.
Mandati actio tunc competit,cum interesse cœperit eius,qui mandauit,& interesse mandãtis non incipit, nisi acceptato mandato per eum,cui dirigitur.Rot.Genu.d.decis.23.n.19.
Mandatũ probatur per litteras,& ex tali mãdato orit actio.Rot.Genu.deci.49.& deci. 119.
Soluens de ordine sibi dato per litteras ab aliquo,potest ab eo solutũ petere actione mandati,qđ per litteras probari põt.ibi.decis.51.
Exigens pecunias alicuius,& non remittens iuxta ordinem, tenetur ad interesse. ead. Rot. deci.68.num.9.
Acceptans mandatum exigendi, tenetur omnem diligentiam adhibere,etiam circa agẽtes per ipsum deputatos ꝓ exactione, aliás tenetur.Rot.Genu. decis.160.
Valens adimplere mandatum, & nõ adimplẽs est in mora, absq; interpellatione. ead. Rot. Genu.decis.68.num.8.
Mandatarius, cui nõ fuit in specie mandatum, sub cuius cura relinquere deberet merces, si eas consignauerit alicui mittendas domino, data notitia illi acceptanti, impleuit mandatum.ibid. decis.76.
Quis non tenetur procuratorio nomine, & suscipiens mandatum tenetur de culpa, sed de qua vide ibid.decis.76.
Vtens omni diligentia non tenetur de subtractis furto,aut vi.ibid.decis.77.
Ratificãs solutionẽ pro se factã per alium,tenetur illi actione mandati.ibid.decis.119.
Mandans tenetur ad interesse absq; interpellatiõe,qa semp est in mora.Rot.Genu.dec.125
Dominus nõ potest venire contra factum Procuratoris.Rot.Genu.decis.133.nu.6.
Acceptans negotium gestum per mandatariũ, non propterea censetur eum liberasse ab actione mandati pro interesse,ibid.deci.137.
Mandatario mittẽte merces alio modo, quàm sit ordinatum, mercium amissio ad illũ spectat, aliás mandatarius à mandante debet

præ-

præseruari indemnis. Rot. Genu. decis. 174.
Obseruans mandatum secundum formam consuetam adimplet: & non obseruans tenetur ad interesse. ibi. dec. 147. vide dec. 177. & 189.
Mandatum potest per æquipolens adimpleri, debet tamen adimpleri secundum verisimilem mentem mandantis. Rot. Genuen. d. decisio. 147. num. 3.
Gerens vtiliter negotium alicuius, habet actionem aduersus eum, etiam si gesserit de mandato alterius, qui pariter tenetur actione mandati. ibid. decis. 154.
Mandatarius scribẽs se aliquid facturũ, tenetur illud obseruare, licet mandatum liberum habeat. Rot. Genu. decis. 174. nu. 8.
Mandatum recipit interpretationem à solito. ibid. num. 14.
Impedimẽtũ quomodo probari debeat, quãdo qs non exequitur mandatũ, vide ibid. nu. 23.
Promittens soluere de ordine mandatarij pro mandante, habet actionem mandati contrariã aduersus suũ mãdãtẽ. Rot. Gen. decis. 178.
Verba deprecatiua, & exhortatiua posita in mandato, non inducunt formam præcisam. ibid. decis. 180.
Acceptans litteras, dicitur acceptasse mandatum. ibid. num. 2.
Mandatarius non tenetur plus facere, quàm in re sua fecisset. ibid. nu. 5.
Mandans solui, tenetur actione mandati ad restitutionem soluti. Rot. Genu. decis. 186.
Exigens procuratorio nomine, nõ põt refricare quæstionẽ super exactis. Rot. Genu. deci. 198.
Procurator constitutus simpliciter, intelligitur omni tempore. ibid.
Exigẽs post mandatũ (licet exigat simpliciter) censetur exigere in vim mandati. ibid. Nam præsumitur quid factum ob præcedens mandatum. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 470. nu. fin. Et factum post mãdatũ, censetur factũ in eius executionẽ. ead. Rot. Gen. dec. 147. nu. 9.
Procurator non potest remittere debitum sine speciali mandato. Rot. Genu. decis. 200. nu. 4.
Ratificatio operatur mandatum. Vera. decisio. 180. part. 2.
Procurator per litteras potest constitui. idem, decis. 183. 185. & 190. part. 2.
In mandato faciendo à Collegio, vel Vniuersitate, quæ requirantur, vide eundem, d. decis. 190. part. 2.
Procurator, qui nõ obligatur nomine proprio, non tenetur, finito officio. Cabal. milleloq. 235. vide Rot. Auen. deci. 76. in decis. diuerso.
Procurator ad exigendum licitè potest habere tertiam, vel quartam partem debitorum exigendorum propter debita inexigibilia, quæ communiter reperiuntur in libris mercatorum. Borg. Caual. decisio. 13. de contract. nu. 11. part. 2.
In mandante requiritur certitudo causæ. l. pater 92. ff. de acquir. vel omitt. hered.
Si quis mandauerit tibi, vt committeres homicidium, & tu mandaueris postea alteri istud homicidium, qui postea illud perpetrauit, tũc omnes tenẽtur. arg. l. si ego 6. ff. quod vi, aut clã, vide l. 1. §. incidit. ff. ad Senatusc. Turp.
Si Procurator meus, me mandante, vel ratũ habente, precariũ rogauerit, ego precario propriè hre dicor. l. 6. §. si Procurator. ff. de preca.
Dolus Procuratoris obiicit dño mãdãti. l. apud Celsus 4. §. quæsitũ lo 2. ff. de dol. mal. except.
Mandatum consensu contrahitur, ideò neque verba, neque scriptura in eo requirũtur, sed sufficit ipsos contrahentes cõsentire: & inter absentes contrahi potest, veluti per nuncium, vel epistolam: & alter alteri obligatur in eo, quod ex bono, & æquo præstari oportet. l. 2. ff. de actio. & oblig.
Si Procurator pecuniam domini soluat suo nomine, neuter liberatur, sed consumpta pecunia liberatur ipse, non dominus, l. Cassius. 17. de solutio. & libera.
Debitor soluens ei, cui erat ablata potestas recipiendi, liberatur, si ignorabat causam ablationis: & Procuratori exequenti mandatum reuocatum non imputatur, si reuocationem ignorabat. l. si seruus 32. ff. de solutio.
Ille, qui habet mandatum recipiendi solutionẽ ex certa causa, non potest ex alia causa recipere. l. si ex pluribus 89. §. Lucius. ff. de solutio.
Mandatum de soluendo ad causam efficacẽ videtur directum. l. si is, cui 94. §. Flauius. ff. eod.
Procurator alieno nomine cõtrahens, licet sibi acquirat directam actionem, non potest tamen agere, quod intellige procedere in contractibus, in quorum consequentiam non venit pretij exactio. Mago. decis. 34. Luc.
Procuratore falsò locante rem alterius, ipsa re à dño recuperata, an conductori detur actio ad interesse cõtra ipsum falsum Procuratorẽ, vide Gom. Leo. decis. 76. in decisio. diuerso.
Mandatarius, qui captus fuit ab hostibus, an repetat à mãdãte pretiũ suæ redẽptionis, si non fuit in culpa, pro affirmatiua fuit iudicatũ. vide Rot. Auenio. decis. 126. in decisio. diuerso. & Natt. cons. 168. & 169.
Adiectus tenetur actione mandati, vel negotio. gesto. restituere domino exactam pecuniam. ead. Rot. decis. 149. nu. 6.
Nominatus in mandato nõ tenet probare se illũ esse, de quo in instro ipsius mandati, quia hoc præsumitur. Iaff Lanf. Balb. deci. 403. Papon. lib. 6. titu. 2. arrest. 21. & titu. 5. arrest. 1. & Boe. decis. 154. Nõnulli tñ tenuerũt cõtrariũ,

si res sit magni ponderis, vide Boer. ibidem, nume. 6.

Mandatum ad exigendum, & quitandum scriptum, & subsignatum manu mandãtis valet, licèt non fuerit signatum per Notarium. Papon. lib. 6. tit. 5. arrest. 2. Et tūc Procuratori solui potest. Bar. in l. non solùm 3. nume. 10. ff. solut. matr. Quid, si mandatum fuerit scriptum per modū epistolæ, & q̃ obseruare tunc debeat debitor soluens, vide ibi. Papo. arrest. 3.

Procurator mandatarius obligans se, tam procuratorio nomine, quàm proprio, & in quolibet casu insolidum, potest directò cōueniri, nulla facta excussione bonorum mãdantis. idem Papon. arrest. 4. eod. tit.

Sufficit mandatum adimpleri, prout possibile est: & in mandatis magis attenditur mens, quàm verba. Craue. consi. 247.

Credens assertioni eius, qui dicit se esse Procuratorem, non constito de mandato, dicitur esse in mala fide. Crauet. consi. 260. nu. 3.

De actione mãdati, vel cōtrà, vide p Ioã. Crisp. in suo tract. termino. actio. post volumen Ias. de actio. num. 151.

Mandatarius nullum habet in delictis contra mandantem regressum pro indemnitate. D. Sol. in constit. antiq. Sabau. super decreto, ad maiorem, glo. 4. num. fin. tit. de falsis.

Mandans delictum committi punitur, sed quãdo, & qua pęna, vide Menoch. de Arbitra. li. 2. cas. 352. & 353.

Mandatarius occidēs aliquem (etiam ex interuallo) videtur occidisse nomine mandantis, nisi occisus fuisset etiam mandatarij inimicus. Natt. consi. 161. num. 8.

Mandans comprehenditur à statuto dicente, si quis commiserit homicidium. Anton. Corse. in suis singul. litera C. sing. commissio.

Titius ab aliquo offensus Caium fratrem rogauit, vt ipsius iniuriam vlscisceretur, Caius illum, qui fratrem offenderat, interfecit, quęsitum fuit, an Titius tanquam mandans de occiso teneretur, August. Bero. q. 10. concludit pro parte negatiua.

Mandatum rei turpis non producit actionem inter mandatarium, & mandantem. Bart. in l. non solùm 11. §. si mandato. ff. de iniur.

In delictis qualiter teneantur mandans, & mandatarius, vide per Bar. in d. §. si mandato.

Mandans, & mãdatarius eadem pęna puniūt, Hartm. cap. 5. tit. de contract. lib. 2.

Mandatum Principis, seu tyranni, Magistratus, Domini, & patris, an excuset delinquentes subditos, seruos, & filios, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 354.

Per instrumentum factum à Procuratore nomine, & mandato domini, acquiritur actio domino, & illi conceditur executio, ac si instrumentum esset factum cum ipso. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litter. oblig. arti. 2. glo. 1. num. 17. Tom. 1.

De mandato facto ad monacandum puellam, & ad vendendum pro illa monacanda vide per Dec. consil. 330.

Abbati constituto Procuratori ꝓ filia monacanda ad vendendum, & alienandum bona, debitor puellæ soluens, liberatur. Dec. dicto consil. 330.

Mandatum emendi, & transmittendi aliquos pannos, non constituit mandatarium in dolo, aut culpa, si facultas exequendi fuerit fortè denegata: & probandi onus incumbit mãdanti. Dec. consi. 430. vol. 2.

Mandatum allegans illud probare tenetur, cū in facto consistat. Dec. consi. 437. vol. 2.

Si quispiam contrahat cum Procuratore, vel alio administratore voluntario, si constat, ꝙ Procurator, vel administrator solùm dominum obligare voluerit, solus dominus obligatur. Dec. consi. 512. vol. 2.

Mandatarius de dolo, & leui culpa tenetur, tamen mandãs obiiciens culpam, eam probare debet, aliàs præsumitur pro mandatore, & debet absolui, licèt non probauerit diligentiam. Dec. consi. 632. vol. 2.

Mandans tenetur de casu fortuito contingente in personam mandatarij, quãdo potuit cogitare illum facilè euenire posse. Natt. consil. 137. Tom. 1.

Contrahens simpliciter super re ad dominum tantùm pertinente, videtur contrahere sub nomine officij, nō sub nomine proprio. Nat. consi. 161. Tom. 1. num. 7. vide Bart. in l. qui in aliena 6. §. si is, qui. ff. de acquir. hæred.

Administrans negotia alicuius scientis, & patientis, videtur mandatum habuisse. Natt. consi. 162. Tom. 1.

Mulier potest esse procuratrix ad negotia. Nat. ibid. num. 4.

Procuratoris falsi gesta licèt non valeāt, tamen respectu ipsius Procuratoris, qui ad interesse tenetur, valent. Natt. ibid. num 11.

Procurator contrahens non sui contemplatione, sed domini, dominū tātùm obligat: fallit, si Procurator fidem suam astrinxerit, & si illi aliquid fuerit quæsitum. Natt. consi. 641.

Mandatarius excusatur, quoties ei mãdatur id, quod est de genere permissorum, & dat operam rei licitæ. Rol. consi. 54. vol. 1. num. 7.

Procurator quasi alterius negotia gerens, consentiens actui, in quo aliàs de iure suo agitur, sibi præiudicium adfert. Menoch. consil. 322. nume. 33. lib. 2.

Procurator si quid faciat vt nuncius, non valet

quod

quod agit, nisi adessent illa verba, constituit Procuratorẽ, actorẽ, factorẽ, & nunciũ specia lẽ. Bar. sing. 164. & in l. 6. C. si qs alteri, vel sibi.

Mandatum generale habens ad locandum omnia prædia Ecclesiastica, an possit locare domos Ecclesię contiguas, vide Roma. sing. 40.

Cõpaternitas, seu filiatio spiritualis p Procuratorem contrahi nõ potest. idẽ Roma. sing. 54. Iudęus etiã dum baptizatur non potest constituere Procuratorem ad respondendũ pro eo; sicut fit in paruulis. ibid. sing. 55.

Procurator ad exigendum pensiones apothecarum domini constituẽtis, ad ipsas apothecas locandas constitutus non censetur. Roma. sing. 624.

Procurator ad exigendũ, licẽt mandatũ suũ per testes probet, tamen debitor non tenetur ei soluere, nisi instrumentum mãdati ostendat. Fran. Cremen. sing. 144. vide Bart. in l. 5. C. de iure Fisci lib. 10. num. 6.

Stipendiarij nõ possunt cõstituere Procuratorẽ ad suũ stipendiũ recipiendum, quia propria manu debẽt recipere. Per. de Raue. sing. 659. & Bar. in l. 16. C. de erogat. milit. ann. lib. 12.

Exactionem qui infra certum tempus facere tenetur, si non faciat, cogitur soluere de suo. Ant. Corset. in suis sing. litera E. sing. exactio.

Procurator ad negotia in sui præiudicium potest Procuratorem substituere; non in præiudicium domini, nisi in mandato haberet potestatem substituendi Procuratorem. Aluis. de Albert. sing. 88.

Mandãs accipere pecuniam incertam mutuo, ita obligatur, sicut mandaret de certa: & litteræ commendatoriæ quando obligent: & mandatum generale quando sufficiat ad actionem producendam, vide Bart. in l. fin. C. quod cum eo.

Possessio, vel dominium, quando quæratur per Procuratorem, vide Barto. in l. 1. C. per quas perso. nob. acquir. & in l. possessio 49. ff. de acquir. possess. l. per Procuratorẽ 8. C. de acquir. & retin. possess. l. 13. ff. de acquir. rer. domin. L. 1. 42. §. Procurator. & l. 49. §. fin. eod. tit. ff. de acqui. vel retin. possess.

Soluẽs falso Procuratori in quo sibi præiudicet: & contra ipsum Procuratorem falsum recipientem solutionem à debitore, qua actione agatur: & in dubio quis nõ videtur cõstituere Procuratorem animo transferendi dominiũ. Bart. in l. falsus 19. C. de furtis, vide eundem in l. si Procuratori 14. ff. de condict. cau. dat.

Falsus Procurator exigẽs potest cõueniri actione furti. l. 3. §. nã & is, ff. de don. int. vir. & vxo.

Mandatum principaliter debet tria continere, nempe nomen eius, qui Procuratorem constituit, causam, ad quam cõstituitur, & ꝙ ratũ habebit constituẽs illud, quod cum Procuratore gestum erit. gloss. in c. 1. ex. de Procurato.

Cùm duo mandantur principaliter, non sufficit alterum sine altero adimpleri. c. fin. ex. de restitut. spoliato. & glo. ibid.

Procurator absentis si fuerit negligens in exequendo mandata Communis punitur, & etiã dominus si fuerit conscius. vide Bar. in l. 2. C. de exact. & translat. milit. ann. lib. 12.

Mandans quando teneatur, etiam si mandatarius nõ sit in dolo, vide Bart. in l. si quis id, qd §. serui quoque, nu. 11. ff. de iurisd. omn. iudic.

Procurator, qui promisit per stipulationem, tenetur; & contrahens nomine alieno, vel ad vtilitatem alterius, & mandatum est factũ ad certam personam, quãdo ipse tantùm, vel dominus tantùm, aut vterq; teneatur, vide Bar. in l. si pupilli 6. §. item ff. de negot. gest.

Cautela in faciendo oppositiones, quando agitur contra aliquem ex contractu Procuratoris, quę fit: & vt oriatur actio inter dominum, & Procuratorem, non sit necesse Procuratorem exprimere se nomine domini facere, vide per Bart. in d. l. 9. §. item.

Procurator debet concipere stipulationem in sui personam hoc modo, promittis mihi vti Procuratori, & non promittis mihi, dare domino, quia tũc nulla acquiritur obligatio domino: & vbi fuerit stipulatus in persona propria, cessa actione, dominus agit. Bart. in l. 5. §. item si mihi. ff. de constitu. pecu.

Dominus non obligatur per Procuratorẽ, quando per ipsum Procuratorẽ nõ acquiritur dño. Bart. in l. solutũ 11. §. per liberã. ff. de pign. act.

Mãdati vnius respectu si contraxi tecum, quod credebã te habere, possum agere virtute alterius mandati, quod verè habebas. Bart. in l. habebat 13. ff. de instito. actio.

Mandatum etiam non gratuitum, dicitur mandatum respectu illius, qui egit, & eius, contra quem agitur. Barto. in l. naturalis 5. §. sed & si facio. ff. de pręscrip. verb.

Mandatum pluribus, quando per vnum solum expediri potest, illi solùm videtur mandatũ. Bart. in l. fideicõmissaria 23. ff. de fideic. liber.

Procurator constitutus ad fideiubendũ, an possit renunciare beneficio de duobus reis, & beneficio de fideiussoribus, vide Bart. in l. si fraudator 25. ff. quæ in fraud. credito.

Procurator ad negotia potest alium substituere: quia suscepto mandato, negotium spectat ad ipsum cura, & solicitudine. Bart. in l. mandasti 48. ff. de negot. gest.

Procurator specialis ad vnum actum tantùm, potest alium Procuratorem substituere ad illum actum. Barto. in l. 5. §. hęc verba. ff. quod vi, aut clàm.

An, & quando Procurator possit substituere, vide eundem in l. vsucapione 15. §. accessio. ff. de diuers. temp. præscrip.

Mandatum speciale qualiter intelligatur, vide Bar. in l. 1. §. inter filiū. ff. ad leg. Corne. de fals.

Procurator constitutus in absentia certificatus de mādato p dominū, vel p eius litteras, aut aliter, an possit administrare, vide Bar. consi. 73. volum. 1.

Ignorans mandatum, licet agat vt Procurator, tamen nihil agit. Bar. d. consi. 73. num. 3.

Dominus probat contrà tertium aliquem fuisse suum Procuratorem, ex confessione ipsius Procuratoris. Bar. ibid.

Si mandatur alicui, & in eum plenum ius transferatur, gestum per ipsum nomine proprio, valet in præiudiciū mādantis. Bar. q. 5. nu. 4.

Onus probandi incumbit mandatum asserenti: & qui tacet & consentit, videtur mandare. Abb cons. 7. part. 2.

Nō curatur qualis sit persona Procuratoris ad negotia. l. quámuis. §. fina. ff. ad Senatusconf. Trebellia.

Damnatus in actione mādati directa, efficitur infamis. l. 1. & l. furti 6. §. mandati. ff. de his, qui not. infa. & §. ex quibusdam, Institut. de pœ. temer. litig.

Ex contractu facto cum Procuratore speciali, datur contra dominum vtilis institoria. l. 5. C. de institо. & exercit. act.

Ille, qui sequitur voluntatem alterius, perinde est, ac si sequeretur mandatum. l. fin. eod. tit.

Subscriptio domini habet vim mandati. l. 3. C. quod cum eo, qui in alie.

Obligatio ex contractu mandati parit actionē mandati, nisi ex necessitate præcedentis cōtractus mandatum fuerit subsequutum, quia tunc datur actio ex primo contractu. l. 42. §. ea obligatio. ff. de Procurato.

Quæ requirantur in mandato Vniuersitatis, & quomodo in illo procedat, vide l. 3. ff. quod cuiusque Vniuersitatis.

Mandatum factū ab alio mei causa, mihi actionem negotiorum gestorum non tollit. l. si pupilli 6. §. si quis pecuniam. ff. de neg. gest.

Quod quis facit contemplatione mandati per errorem, non venit in actione mandati; sed in actione nego. gesto. l. fideiussor 34. ff. de nego. gest.

Mandatarius subiectus potestati mandantis, illi quærit actionem; non subiectus verò sibi quærit, sed debet experiri ad petitionem domini, vel Procuratorem ad experiendum cōstituere. l. 7. C. si quis alteri, vel sibi.

Casus fortuitus excusat à pœna illum, qui mandatum iniunctum nō potest adimplere propter casum. l. Præses 5. C. de appellat.

Expletis finibus mandati, cessat mandatum. l. si actor 10. C. de appellatio.

Qui habet mandatum, vt se obliget, videtur et ei mandatum quòd soluat: quia obligatio ordinatur ad solutionem tanquam ad suum finem. l. indebitum 47. ff. de condict. indeb. & ibid. in additio.

Actio mandati competit fideiussori pro reo soluenti, non hypothecaria competens creditori, nisi cedatur: quæ cessa potest intentari contra possessores bonorum. l. mandati 4. C. de fideicommiss.

Non potest teneri mandator, vltraquam principalis tenetur, nec etiā nisi de acceptis infra mandatum. l. si vltra 22. C. eod.

In actione mandati (sicut in actione de peculio) sufficit negotium esse vtiliter cœptum. l. seruus 17. ff. de in rem verso.

Cui datur res perferenda, is tenet mandati; cui datur custodienda, depositi tenetur. l. 1. §. si te rogauero. ff. depositi.

Mandatum collatum in certam personam, non potest in aliam exerceri. l. cum seruo 63. ff. de contrahen. empt. & vendi.

Ex contractu facto cum Procuratore colludente agi potest, vt voluntas domini dicernatur. l. Iulianus 14. §. si quis. ff. de actio. empt.

Qui habet mandatum ad denunciandum, censetur etiam habere ad remittendum, recepta satisdatione de demoliēdo. l. cū 13. ff. de oper. nou. nunciat.

Ex testamento nō pōt cōueniri, qui à defuncto grauatus non est; sed cōuenit ex mādato, qd recepisse probat, qn aliquis scribit hæres ad requisitionē alterius, vt illi restitueret hæreditatem. l. quidam 46. ff. de hæred. instituen.

Si vnus Procurator exegerit debitū, vel indebitū, & dñs ratū non habēs iterū agat, siue obtineat, & iterum exigat, siue succumbat, non committitur stipulatio de rato contra Procuratorem, & eius fideiussores: nisi ad sumptus factos in lite mota per dominum. l. si sine 22. §. cùm autem Procurator. ff. rem rat. habe.

Mandatarius non habet actionem furti, si dolū commiserit circa datam rem perferendam. l. eum, qui 14. §. idem Pomponius. ff. de furt.

Falsus Procurator accipiēdo pecuniā facit furtū, si accepit eā à debitore eo animo, vt portaret ad creditorē, & nō portauerit: si aūt eo aīo debitor soluerit, vt nūmi fiāt Procuratoris, credēs eū Procuratorē in rē suā, non facit furtum Procurator. l. falsus 44. §. falsus. & l. iussu 45. ff. de furtis, sed limita cōclusionē, vt in §. si Titius. l. si vendidero 82. eod. tit.

In actione mādati cōtraria venit leuissima culpa. l. si seruus 63. §. quod, & ibi Bar. ff. de furt.

Procurator constitutus ad negotia, pōt per cōsequen-

sequentiam rem deducere in iudicium.l. sed si vnius 18.§.Procuratorem.ff. de iniur.

Qui exercet actum alteri mandatum sub certo salario, petere potest salarium.l. Titio.36.ff. ad municip.& de incol.Et qui exercuit mãdatum,tenetur illi,cui mandatũ erat. gl.ibid.

Accedens ad creditorem rogando pro debitore, vt ei mutuaret pecuniam,ipso debitore laudato,etiam debitore effecto non soluendo,non tenetur, licèt receperit mercedem propter rogationem. l. 1. ff. de proxen. vide glo. in l.consilij 48.ff.de reg.iur.

In mandato præstantur dolus, & culpa. regul. contractus.

Qui non prohibet pro se interuenire,mandare credit: & vbi quis ratũ habuerit, quod gestũ est,astringitur mandati actione. reg.semper.

Actio mandati est bonæ fidei.§.actionum, Institutio. de actio.

Quando soluitur Procuratori creditoris, an sequatur liberatio,vide Azo.in summa titu. de condict.indeb.nu.23.& 24.

De negotiis gestis.

Negotiorum gestor tenetur de mala, & negligenti administratione.Rot. Genu.decis.80.

Quando negotium non est gestum mei contemplatione, & contra me datur actio,quia ad me pertinet res ipsa, nõ datur insolidum, sed quatenus factus sum locupletior.Capic.decis.180.nu.4.

Ad hoc, vt hæc actio detur insolidũ,gestor debet probare duo, nempe negotium gestum, & contemplatione domini gestum: sed si nõ probasset hoc vltimum, debet probare negotium gestum, & ipsum dominum locupletatum;aliàs hæc actio cessat.Capic.deci.180. vide Rot.Genu.decis.41.

Gestum sufficit semel vtiliter negotium, licèt effectum non habuerit,vel habuerit contrarium.Capic.d.decis.180.nu.5.

Gerens negotium vtiliter potest repetere solutum. Rot.Genu.decis.75.

Negotiorum gestor nihil præter expensas à domino petere potest.Guid.Pap.q.68. Et voluntarias non repetit.Bar.sing.73.

Gestor negotiorum habet potestatẽ à lege plures etiam simul substituendi,ante,& post litẽ cõtestatam.DD.de Rot.decis.9.aliàs 265.tit. de offic. Delegat.in nouis.

Expendens in rebus alienis nomine, & vtilitate domini,potest ab eo impensam petere: & promissum ordinem solutioni non dans,tenetur etiam ad interesse. Rot. Genu.decisio. 41.& 110.

Gerens vtiliter negotium alicuius habet actionem aduersus eum,etiam si gesserit de ordine alterius.Rot.Genu.decis.154.Et contrà tenetur illi,cui scit spectare,licèt ab alio sit præpositus.ead.Rot.decis.172.

An facienti expensas ex voluntate competat actio nego.gesto,vide d.decis.154. num.3.

Negotiorum gestor conueniendus est in loco gesti negotij,vt reddat rationem de administratis.Rot.Genu.decis.161.

Negotiorum gestor ad quæ teneatur in reddẽda ratione,vide Vera.decis.242.part.2.

Soluenti pro alio competit actio negotiorum gestorum, ad repetitionem rei solutæ. ead. Rot.decis.197.

Cessio facta per negotiorum gestorem,qñ dicatur legitimè facta,vide Vera.decis.104.par.1.

Adiectus tenetur actione mandati, vel negotiorum gestorum restituere domino exactã pecuniam, Rot.Auenio. decisio.149.in decisio.diuerso.Tom.3.

De hac actione nego. gesto. vide per Io.Crisp. de Mont.in suo tract.termino.actio. post volumen ipsius Ias.de actio.nu.27.

Possessionem si aliquis nomine meo tanquam negotiorum meorum gestor acceperit,& inde spoliatus fuerit, antequam ratum habuerim, illa ratificatio nihil operatur.Dec.consi. 460.nume.38.

Actio nego.gesto.non datur ei,qui putat se vtiliter negotium gerere, & patrifam.non expediebat.Natt.consi.431.

Si tu vendideris rem meam, ego nõ possum exigere pretium rei,nisi re perempta, vel vsucapta, quo casu ago in subsidiũ actione nego. gest.Bart.de Capu.sing.179.vide l.3.C.de rei vendic.& ibid.Bart.

Solutio fieri non potest nullum habenti mandatum, sed an vt negotiorum gestori solui possit,vide Roma.sing.166.

Negotiorũ gestor potest recedere à gestione, quando vult, si animo non gerendi omnia acceperit,tamen in recessu dominum minorem debet certiorare,aliàs tenetur ad interesse.Roma.sing.242.

Equum in stabulo sudatum si quis extraxerit, & ad palum ligauerit,inde equus se in capistrauerit, & perierit, talis tenetur ad emẽdationem equi domino, nec attenditur hoc casu, ꝙ ab initio negotiũ vtiliter gesserit,propter culpam subsequutam. Pet.Gerar.sin.9.

Mandato carens repetit expensas à domino, si vtiliter gesserit à principio, licèt gestum non sortiatur effectum.idem Gerar. sing.14.nu.4.

Libellus in actio. nego. gesto. quid continere debeat, vide Barto. in l. si mandatum. C.de nego.gesto.

Ex

Ex contractu alterius nomine celebrato, si ratū non habeat dominus, gerenti quæritur vtilis actio. Bart. in l. 4. C. si cert. pet.

Ex contractu gesto nomine meo per aliū, quādo tenear, vide Bar. in l. 7. C. quod cum eo.

In actione negotio. gesto: cōcluditur, quòd negotium pertinet ad dominum aliquo ex quatuor modis, de quibus vide per eūdem Bart. in l. 23. ff. si cert. pet. Quod necessariò requiritur. idem in l. 41. nu. 13. eo. titu.

Gestum nomine defuncti, eius hæres ratificare potest. Bar. in d. l. 41. nu. 14. ff. si cert. pet.

Soluens generaliter pro aliquo inuito pro omni eo, quod tangit personā, vel libertatem, aut vitam, vel Ciuitatem, potest ab ipso inuito repetere. Bar. in l. 16. ff. de pecul. lega. aliàs secùs. Ludo. Roma. sing. 124.

Soluens alicui de mandato creditoris pro cōputo debitoris, acquirit actionem nego. gest. aduersus debitorem, & illum à creditore liberat. Rot. Genu. decis. 123.

Alter pro altero soluere potest, sed tunc quando competat actio nego. gesto. vide Hartm. cap. 6. titu. de debito. lib. 2.

Gerens negotia alterius tenetur reddere librū rationum. Barto. in l. fin. §. inter cætera. ff. de liberatio. legat.

Actio nego. gesto. competit pro his, quæ fiunt ex voluntate; sed actio familiæ ercis. pro his, quæ fiunt ex necessitate. Bart. in l. 2. §. ex his igitur. ff. de verbo. oblig.

Si res communis distrahatur communi nomine, pretium venit in actione nego. gest. aliàs secus. l. in familiæ 20. C. famil. ercis.

Soluens ex contractu falsi gestoris, videtur contractum approbare. l. indebitum 9. C. de condictio. indebit.

Quando quis gerit negotium alienum, an obliget dñm, necne, vide l. 7. §. fin. C. quod cū eo.

Si minor aliena negotia gesserit absq; mādato, potest restitui. l. quod si 25. ff. de minor. 25. an.

Tutor minus legitimè datus, non cogitur administrare, spontè tamen administrans, tenetur actione negot. gest. non tutelæ. l. 1. C. de testamen. tutel.

Qui negotia hæreditatis absentis nomine gerit ab his, ad quos negotium in veritate pertinet, potest cōueniri actione nego. gest. l. fi. ff. si pars hæred. petat.

Fideiussori nego. gesto. est actio, si pro absente fideiussit. §. fin. l. ex mandato 20. ff. mandati.

Illi ad quem negotium spectat datur actio mādati, si mandatum intercesserit, vel actio nego. gesto. si eius cōtemplatione est gestum; aliàs habet actionem in factum. l. si mādauero 22. §. si curator. ff. mandati.

Prohibitio impedit actionem mādati, & nego. gesto. nec postea pro gestis datur actio, etiā si vtiliter esset gestum. l. si pro te 40. ff. mādat.

In rebus, quæ ad alium commodum geruntur, consilium est illius voluntatem exquirere, vt gestor à periculo gestionis se exoneret. l. seruus 59. ff. soluto matrimo.

Actio nego. gesto. nascitur ex quasi contractu. l. 4. §. si quis. ff. de actio. & oblig.

Qui alienis negotiis se obtulit, actionem furti non habet. l. 55. §. qui alienis. ff. de furtis.

Culpa est miscere se rei ad se non pertinenti. reg. culpa.

Actio nego. gest. est bonę fidei. §. actiones autē, Institu. de actio.

De materia huius actionis vide p gl. in §. igitur, Instit. de oblig. quæ ex quasi cōtract. nascun.

De omni culpa, & negligentia.

Lata culpa in criminalibus dolo non æquiparatur: fallit quo ad pęnā pecuniariam. Ozas. decis. 104. nu. 3. & 5. Guid. Pap. q. 446. Maran. in suo Spec. titu. an sit iudi. ciuil. vel crimi. distin. 1. nu. 76. & in l. 7. ff. ad leg. Corn. de sica.

Culpa præcedens casum punitur. Ozas. d. decis. 104. nume. 5.

Culpa arguit eum, qui non fecit quod sibi ipsi similes fecissent: & culpa nō præsumitur, nisi probetur. Afflic. decis. 13. num. 17. & 18. Craue. consi. 8. num. 20. Ideò debet probari ab eo, qui illam proponit. Capel. Tholo. quæst. 346. Craue, consi. 151. & consi. 318. num. 15. Bart. in l. 4. C. de pigno. actio.

Negligentiarum vna magna, alia dissoluta, altera manifesta, alia lata, & magna negligentia, est lata culpa, quæ, & magna negligentia æquiparatur dolo. Guid. Pap. q. 473. Et manifesta dr̄, quæ causat ex rei euidētia. ibi. Guid.

Negligentia alicui imputari non debet, vbi diligentia nihil proficeret. Capel. Thol. q. 257. vide Craue. consi. 83. nu. 5.

Negligentia præcisè non probatur, nisi quis teneatur ad factum certum, & limitatum tempore, & loco, & semper inspicitur, quòd quis possit facere illud, quod omittit. Vera. decisio. 266. part. 1.

Negligens non dicitur, qui iustam ignorantiæ causam habet. idem Vera. decis. 241. part. 2.

Culpa intelligitur in faciendo, & negligendo, & de illa quem teneri secundum naturam contractus, scribit Bartol. in l. si seruum 91. ff. de verbo. obligatio. Sed ex negligentia quando quis teneatur, vide Bar. ibid.

Negligens, ꝙ quis fuerit in curando infirmo, qualiter probetur, vide Bar. ibid. nu. 6.

Quando quis teneatur ratione negligentiæ in delictis,

delictis, vide gloss. in cap. 1. ext. de offic. & potestat. Iudic. delegat.

Custos, qui habuit mercedē, tenetur non solùm de lata, sed etiam de leuissima culpa; secùs si eam non receperit. Ios. Ludo. decis. 10. Luc.

Culpa nil aliud est, quàm deuiatio ab ea diligētia, quam adhibēt homines diligentes eiusdem conditionis, & professionis. idem Ludo. d. decis. 10. num. 10. Luc.

Electio mala est in culpa, & culpa non imputatur ei, qui fecit quod facere tenebatur. idem Ludo. decis. 44. Luc. nu. 22. & 25.

Acceptans mandatum exigendi, debet omnē diligentiam pro exactione adhibere, aliàs tenetur. Rot. Genu. decis. 160.

Culpa leuissima venit in actione mandati contraria: idem in actione depositi simili. Math. Mathes. sing. 173. Pet. de Rauen. sing. 211. vide Bar. in l. in commodato 17. §. contraria. ff. commod. l. 63. §. quod verò. ff. de furt. & ibid. Bart.

Mala electio est in culpa malè eligentis. l. qui tam 11. & ibid. gloss. ff. commod. l. 28. & ibid. gloss. ff pro socio.

Dolus, lata culpa, leuis, & leuissima, quando veniant, vide Fran. Marc. q. 61. nu. 6. & 7.

Damnum quòd sit commune, procedit, quando socius, vel pastor non est in culpa, si verò reperiatur in culpa, damnum in totum spectat ad pastorem, siue socium. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 10. nu. 11.

Pastor tenetur de custodia, & vbi negat dolo suo, vel negligentia animal periisse, probare debet de sua diligentia. Guid. Pap. sing. 171.

Famulus si lumē in stabulo tenuerit, & ob id domus locata combusta fuerit, dominus tenetur, quia illi culpa tribui potest. Ioseph. Ludo. decis. 10. Perus. nu. 15.

Quælibet causa excusat à culpa: & non potest considerari culpa præordinata, quando quis fecit in re aliena, vt in propria. Rot. Genuen. decis. 56. num. 6.

Quando quis excusetur, & non dicatur in culpa, vide Craue. consi. 8. & 319.

Consuetum faciens non dicitur in culpa. Rot. Genu. decis. 56. nu. 7.

Dolus, & culpa non præsumuntur: & administratores in dubio præsumuntur fuisse diligentes. ead. Rot. ibid.

Quis dicitur in culpa tribus modis: primò, si nō fecerit quod diligens fecisset: secundò, si contra pactionem fecerit: tertiò, si fuerit in mora. ead. Rot. decis. 205.

Diligentia creditoris ex quibus iudicetur, vide Vera. decis. 266. part. 1.

Culpa quælibet abesse præsumitur ab his, qui operam dant rei licitæ. Crauet. consi. 319. nu. 17. Sed quando culpa imputari non possit, vide Ias. de actio. §. sed istæ, num. 47.

Culpa in faciendo differt à culpa in omittēdo. Maran. in suo Spec. tit. an sit iudic. ciuil. vel crimin. distinct. 1. num. 87.

Quando simpliciter fit mētio culpæ, de leui intelligitur. Maran. ibid. nu. 88.

Creditor circa pignus apud se existens tenetur non solùm de leui, sed etiā de leuissima culpa; sed quando dicatur in culpa, & an debitor eam probare teneatur, vel creditor ipse suam diligentiam, vide Menoch. consi. 118. vol. 2. Sed quod dicit teneri de leuissima culpa, quomodo intelligatur, vide ibid.

Depositarius tenetur de dolo, & lata culpa, cōmodatarius etiā de leuissima: fallit, si deponerem rem custodiendam arbitrio tuo; tunc enim depositarius non tenetur de lata culpa, nec commodatarius de leuissima, si pariter illam custodiam in suis adhibebat. Lud. Roma. sing. 262.

Commodatarius tenetur de leuissima culpa, si eius gratia fiat commodatum, sed si vtriusq; gratia, tenetur solùm de dolo, & leui culpa, & quid sit leuissima culpa, vide l. in rebus. ff. commodati.

Commodatarius tenetur de omni culpa, sed ille, qui præcario possidet aliquid, tantùm tenetur de dolo, & lata culpa. l. quæsitum 8. §. cum quoque. ff. de precario.

Mutuatarius tenetur de casu, commodatarius de exactissima diligentia & etiam de casu, si culpa præcesserit, nec ei sufficit eandem diligentiam adhibere, quam in suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire potuerit. l. 1. ff. de actio. & obliga.

Adscribit culpæ tenere in domo (vbi fit ignis) ea, quæ condita teneri debēt in horreis. Pet. de Rauen. sing. 119.

Gestor nego. tenetur de leui culpa. l. 12. ff. de neg. gest. vide §. igitur, & ibid. glo. Institut. de obliga. quæ ex quasi contrac. nasc.

Qui allegat rem amisisse furtò, debet probare se non esse in culpa: quia casus in furto includit in se culpam regulariter: secùs in agressura latronum. Bart. in l. 4. C. de pigno. actio.

Faciens consueta fieri excusatur à culpa, & contrà, qui non facit fieri consueta, incurrit in illam. Aret. consi. 38. Alexan. consi. 109. vol. 1. & Bart. in l. 22. §. si creditor. ff. de pigno. actio. facit l. pignus. C. de pigno. act.

Imperitia refertur ad imperitiam cuiuslibet artis. Bar. in l. 15. ff. de iurisdic. omn. Iudic.

Principale propositum inspicitur ad cognoscēdū, cuius gratia cōtractus fuerit celebratus. Bart. in l. rogasti 11. nu. 4. ff. si cert. pet.

Cōtractus dr̄ celebratus gratia eius, q̄ rogauit. Bar. in l. 18. §. si margaritas. ff. de præscr. verb.

Do-

Dolus, & culpa in quibus contractibus veniat, in quibus leuis, in quibus leuissima, & lata, vide Barto. in l. sicut 5. §. nunc videndum. ff. commodati.

Culpa quando æstimetur, vide Bart. in l. in commodato 17. §. rem. ff. eod.

Culpa leuissima est nõ facere illud, qđ diligẽtissimus paterfa. faceret, Bar. in l. in reb. 18. ff. eo.

Probatur culpa leuis, quando quis omittit facere ea, quæ diligens paterfa. faceret, vel cõtrà, & culpa triplex est scilicet, lata, leui, & leuissima: & culpa in genere est deuiatio ab omni legis dispositione, siue cõsistat in præcipiendo, prohibẽdo, & puniendo, siue in permittendo, Bart. in l. si cum 13. §. venit. ff. de pignor. actio. Et melius quid sit lata culpa, leui, & leuissima cum suis exemplis, & de probatione earum vide per eundem Barto. ibid. & in l. quod Nerua. ff. depositi. & §. 1. Institut. de oblig. quæ ex quasi delict. nasc.

Culpa quando in dubio præsumatur, & quis illã probare debeat, vide Bart. in l. 10. §. Imperator. ff. locati. & in l. 68. nu. 7. ff. de fidei. nu. 7.

Lata culpa an sit dolus, qualiter probetur, & quomodo committi posit, vide eundẽ Bart. in suo tracta. testimonio. circa finem, & gloss. in l. 5. ff. de in lit. iutan.

Leuis culpa ad quẽ propriè pertineat, & quib. modis consideretur, vide Bar. ibid. nu. 115.

Leuis culpa qualiter diffiniatur, quot sint eius species, & quomodo debeat æstimari, vide Bar. ibid. nu. 120. Et quomodo leuior, & leuissima, qualiter diligentes, diligentiores, & diligentissimi cognoscantur, vide Bart. ibid. nu. fin. & Abb. consi. 82. part. 2.

An creditor, vel debitor probet pignoris amissionem, vel culpam, vide Abb. ibid.

Culpa in bonis propriis, quando committi possit, & quando faciat amittere priuilegium, vel beneficium, vide Bart. in l. etiam 19. §. licet. ff. soluto matrimonio.

Culpa in rebus propriis non punitur, & maritus in rebus dotalibus tenetur de leui culpa, Bar. in l. si constante 25. §. si maritus. ff. soluto matrimonio, facit l. fin. ibid.

Culpa in rebus cõmunibus æstimatur, si aliquis non faciat illud in communibus, quod facit in suis. Bart. in l. quoties 1. ff. de solutio. num. 4. vide l. hæredes 26. §. non tantùm dolum. ff. famil. ercis.

Culpa in rebus alienis æstimatur, si non fiat illud, quod in re propria quis faceret, etiam si minus negligenter. Bar. ibid.

Culpæ, & negligentiæ probatio, debet esse certa. Bar. consi. 193. vol. 1.

Qui gerit negotia deserta, solùm de dolo, & lata culpa tenetur. l. 3. §. interdum. ff. de nego. gest. Et curator de leui culpa tenetur. gl. ibid.

Procurator tenetur de culpabiliter gestis, & nõ gestis. l. Procuratorẽ 11. C. mãdati, vide l. 3. ib.

Factum legis excusat negligentiam hominis. l. fin. C. si mancip. ita fuer. alien.

Conductor locatori tenetur de leui culpa, & cõtrà. l. 1. & 4. C. locati.

Nautę, Caupones, & stabularij tenẽtur de leuissima culpa. glo. in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. naut. caupo. & stabula.

Hæredes tutoris non tenẽtur ex leui culpa defuncti, nisi in tribus casibus, de quibus in tit. de hæred. tuto. vel curat.

Nõ est in culpa ille, qui vtitur re ad eum vsum, ad quem est destinata. l. vtrique autem 16. §. fin. ff. de rei vendic.

Culpa potest committi tribus tẽporibus, nempe ante factum, quando non inspicitur quod euenire potest, in facto, & post factum, vt si quis nõ prosequatur factũ, quod debet prosequi, nec vtitur eo, vt debet. l. idem iuris 8. ff. ad leg. Aquil.

Ille, qui non prouidet quod prouidere debet, est in culpa. l. qui occiderit 30. §. in hac. ff. ad leg. Aquil.

In contractibus, qui celebrantur gratia dantis tantùm, venit dolus, & lata culpa: in his, qui gratia accipiẽtis, venit leuis, & leuissima culpa: in aliis, qui gratia vtriusque, venit lata, & leuis: de casu autem quis non tenetur, nisi conuentio, æstimatio, vel culpa præcesserint, vel aliud illum inducat. l. siue certo 5. §. nũc videamus. ff. commodati, & l. si gratuitũ 18. §. si margaritas. ff. de præscrip. verb.

Pro culpa commissa in faciẽdo competit actio ex eo contractu, & legis Aquiliæ. l. in reb. 18. §. siue autem. ff. commodati.

In actione pignoratitia venit dolus, lata culpa, & leuis; non casus fortuitus. l. si cum 13. §. venit. ff. de pigno. actio.

Depositum dicitur cùm nulla merces pro custodia datur, alias dicitur locatio: & in primo casu venit dolus, & lata culpa tantùm: in secundo verò & leuis. l. 1. §. si vestimẽta. ff. depositi.

Cõuentio, vel spontanea oblatio, facit depositarium teneri de leuissimima culpa. d. l. 1. §. sępe. ff. depositi.

Qui tenetur ratione culpę, non liberatur cedẽdo actionem. l. de illo sanè 23. ff. pro socio.

In societate culpa leuis est, non adhibere illam diligentiam, quam in suis adhibere solitus erat socius tempore societatis contractæ. l. socius 73. ff. pro socio.

In actione ex empto, & vendito venit dolus, & culpa circa ipsam rem, & accessoria. l. Iulianus 14. §. in iis autem. ff. de act. empt. & vẽdic.

Imperitia culpæ annumeratur. l. si quis fundum 10. §. Celsus

10.§.Celsus.ff.locati.&l.176.ff.de reg.iur.
Quia testamentum videtur factum principaliter causa hęredis,ille tenetur de culpa leuissima.l.cùm res 49 §.culpa,de legat.1.
In legatis,& fideicommissis,dolus, & culpa veniūt ad similitudinē cōtractuum bonæ fidei. l.si seruus 11.§.cùm quid, eod.tit.
Creditor possidens pignus conuentionale,tenetur de leui culpa; possidens verò pignus Prætorium, tenetur solùm de dolo. l. Prætor 9.§.est, & ibid.gl.ff.de bon.aucto.Iud.possid.
Culpa dolo proxima dolum repręsentat. l. 1. §. non autem.ff.si quis testamento liber.
Lata culpa est nimia negligentia, idest non intelligere id,quod omnes intelligunt.l. cedere.ff.de verbo.& rer.signif.& l.latę 223. eod.
Magna negligentia culpa est,magna culpa dolus est.l.magna 226. eod.tit.
Culpa est miscere se rei ad se non pertinenti.l. culpa 37.ff.de reg.iur.

De casu fortuito.

Superueniens factum cēsetur casus fortuitus:itē latronū vis, & exercitus est casus fortuitus. Affl.deci.54.
Actis amissis etiā casu fortuito, qd iuris, & qualiter succurratur parti cōtra eum,qui illa habet,vide Boer. deci.15.
Casus insolitus censetur exclusus,licèt fiat mētio belli.Mohed.decis.236. sed vide ibid.
Riscium,periculum, & fortunam suscipiēs in se, non dicitur fortuitum insolidum recipere casum. Put.decis.19.lib.3. Quia casus fortuitus, qui communi opinione nunquam fuit visus, non videtur fuisse in cogitatione, ideò à nemine præstatur.Vera.decis.96.part.1.
Casus fortuitos in se suscipiens, nō censetur cogitasse de casu insolito. And.Gail.obs.52.nu. 27.lib.2.Alex.Raud.tract.de Analog. cap.22. nu.123.vide Craue.consi.95.& 294 Dec.cōsi. 552.Rol.consi.45.vol.3.Menoc.consi.27. vol. 1. Mohed. decis.236. Natt. consi. 21. Tom.1. Fel.consi.42. num.7. & l.fistulas 78.§.fin.ff.de contrahen.emptio.
Casus fortuiti non comprehēduntur sub generali dispositione. Raud. de analog.c.22.n.35.
Quis potest se astringere pacto speciali ad casum fortuitum, sed sub pacto generali non comprehenditur casus fortuitus. Guid. Pap. sing.16.l. & Aristom 39.ff.mādati, & l. si quis 10. ff locati.
In actione pro socio quis non tenetur de casu fortuito, etiam si receperit rem æstimatam, nisi esset in culpa.l,cum duobus 52.§.damna. ff. pro socio.
Inter leuissimam culpam, & casum fortuitum, non datur medium; sed an quis possit promittere se non opponere de casu fortuito,vide eundem Bart.in l.1.C.depositi, & in l.2.§. quod diximus.ff.si quis cautionibus.
Renunciatio generàlis casuum fortuitorum,an sufficiat,vel requiratur specialis, vide Bar.in l.sed 4.§.quęsitum.ff.si quis cautionibus,Abb. consi.114.part.2. Bar.in l.25.ff.de liber.& posthum.& Fel.consi.42.
Tutores non tenentur de casibus fortuitis, qui præuideri non possunt.Ioseph.Ludo.decisio. Perus.67. nu. 27. vide tamen ibid. Nec quilibet alius tenet regulariter. Rot.Gen.dec.56.
Custos animalium mortuorum casum fortuitū probare tenetur, & illa sic mortua domino deferre.Franç.Marc.q.886.nu.9. vide ibid.q. 887.nu.11.& Ioan.de Arnono,sing.31.
Factum Principis dicitur casus fortuitus: ideò pro re capta à Principe,quis nō tenetur.Rot. Genu.decis.56.Craue.consi.95.& 233.
Adhibens omnem diligentiam non tenetur de subtractis furto,aut vi, & in his probādis admittuntur testes,qui aliàs à iure repelluntur. ead.Rot.decis.77.
Casus sinister potest probari in loco,etiā parte non citata.ibid.d.decis.77.nu.5. Ant. Corset. in suis singul.litera T.sing.testis 18.& Bart.in l.2.C.de naufrag.lib.10.Et aliàs qualiter probetur casus fortuitus,vide eundem Bart.in l. 1.C.depositi. Et an possit probari iuramēto, vide eundem Bart.in l.siue 15.§.sufficit.ff.de excūsatio.tuto.
Casus latronum,incursus hostium, insidiæ piratarum, naufragium, & incendium æquiparantur. Rot.Genuen. decisio.101. Dec.consi. 552.& glo.in l.1.C.depositi.
An furtum numeretur inter casus fortuitos, vide Ias.de actio.in §.sed istæ, nume.46. & in l. 1. C. depositi.
Casus fortuiti dicuntur, quibus prouideri non potest:ideò vbi diligentissimus paterfa.prouidisset, non dicitur casus fortuitus.Ias.in d. §.sed istę,num.49.vide tamen ibid.
Pro casu fortuito, vel improuiso, qualiter quis teneatur,vide Ias.ibid. nu.50. & seqq.
Casum qui allegat,illū probare debet, & quòd propter casum non potuit vti re. Dec. consi. 552.& Natt.consi.79. Tom.1. Vbi scribit exēplum in eo,qui tenebatur ad custodiam.
Exceptio facta de bello,& peste,extenditur ad casum caritatis, & famis, in quo eadē ratio videtur.Dec.consi.555.
Casus fortuitus imputatur illi, cuius culpa præcessit casum.Natt.consi.79.Tom.1.nu.5.
Fortuitum casum promittens non tenetur,si ille acciderit culpa aduersarij. Ludo. Roma. sing.135.

sing. 135. & sing. 441.

Appellatione periculi, non venit casus fortuitus; quod limita, vbi verbum periculi, non posset aliter opari, nisi cōprehenderet casū fortuitum.idem Roma.sing.442. vide Bart.in l.1.C.quę res pignori,& in l.39.ff.locati.

Monitus, seu condēnatus ad aliquid certo die faciendum, si id propter casum fortuitū sibi superuenientem non fecerit,excusatur à pęna,si in culpa,vel in mora non fuerit,nimis se arctando.vide Hippol.sing.263.

Bellū connumeratur inter casus fortuitos.Boc. decis.249. Nisi tempore contractus potuerit prçuideri;quia tunc culpæ adscribitur.glo.in verbo,non amittant in c.4.§.Vasalli, de pac. constan.in vsib.feudo.

Casus contingens circa personam,probatur iuramento. Barto. in l. si creditor 4. num. 7. C. de pigno. actio.

Casus fortuitus est ille, cui resisti non potest. Bartol.in l. 5. C. de pignor. actio. Sed quando quis teneatur de casu fortuito, vide ibid. in additio.

Casus superueniēs in persona Procuratoris,excusat dominum.Bar.in l.8.C.qui pet.tuto.

Casus emergēs in persona nuntij, pariter excusat dominum mittentem. Bart.in l. Præses.C. de appellatio.

Si creditor amiserit pignus,an debitor debeat probare culpam,vel ipse creditor casum fortuitum,vide Bart.in l.sicut 19.C.de pignor.

Casus superueniens intra tempus concessum ad moræ purgationē, debitori non prodest. Barto.in l. sancimus 25.C.de fideiussor. & mandat.

Quando quis tenetur de casu propter culpam præcedentem,qualiter intelligatur tunc culpa præcessisse, vide Bart.in l.qui furtum 16. ff.de condictio.furt. & in l.5.§. sed interdum. ff.commodati.

Positiones, & articuli quomodo formentur, vt quis teneatur de casu, vide Barto.in d.l.5.§. sed interdum.

Custodiam qui promisit, tenetur ad arctissimā diligentiam,& non de casu fortuito.idē Bar. in l.qui mercedem 43.ff.locati.

Casus fortuiti non debent cedere damno casum passi. Barto.in l. Cęsar 15. ff.de publica. & vectig.num.4.

Creditor in pignore non tenetur de casu fortuito, sine eius culpa contingenti.l.4.& 5.C. de pigno.actio.& l.13.§.venit.ff.eod.

Casus fortuiti,quibus non potest prouideri, nō veniunt in contractu bonæ fidei, vel stricti iuris. d.l.5.C.de pigno.act.

Oblatio debiti, consignatio, & depositio congruo loco, & tempore facta,à periculo casus fortuiti liberat debitorem.l. acceptam 9. C. de vsuris.

Gestor tenetur etiam de casu, si negotia insolita incoauerit. l. si negotia 12. ff. de nego. gest. Alias non tenetur, nisi præcedat culpa: & ille dicitur esse in culpa, qui retinet pecuniam debitam creditoribus, si illa erat solutioni parata.l.debitor 14.ff.eodem. vide l. 25. ibidem.

Procurator non tenetur de casu. l. ad Procuratorem 13.C.mandati.

Locator horrei nō tenetur de casu fortuito,vel violento.l.1.& 4.C.locati.

Si inter dominum,& emphyteotam nihil fuerit conuentum de casu fortuito, si res pereat tota liberatur emphyteota; secùs si pro parte.l. 1.C.de iure emphyt.

Obligationem iam perfectam sequentis casus occursio non resoluit; secùs in obligatione perficienda.l.3.C.de sponsal.

Adhibenti diligentiam, quam dabuerat adhibere,casus fortuitus non debet obesse.l.8.C. qui peta. tuto.,vel curat.

Tutor, vel curator non tenetur de casu fortuito, nisi culpa præcedat casum. l. 3.& 4.C.de peric.tuto.vel curat.

An bonæ fidei possessor teneatur de casu post acceptum iudicium,vide gl. in l.Iulianus 16. ff.de re.vendicatio.

Casus fortuitus excusat à pęna.l.5. C.de appellatio. vide l.fin.§. si ea condictione. ff.ad leg. Rhodi. de iact.

Venditor non tenetur de casu fortuito: tenetur tamen cedere actionem ratione rei competentem.l. si ea 32.ff.de actio. empt. & vēd.

Qui promisit innocentem ignem habere,si casu fortuito oriatur incendium,non tenetur.l. si quis 10.§.si colonis.ff.locati.

Is,cui res inspicienda conceditur, de casu fortuito non tenetur.l. si rem 19. §. si cum mihi. ff.de prçscript.verb.& l.22.§.fin.eod.

Mutuatarius tenetur de casu; commodatarius de exactissima diligentia, & etiam de casu, si culpa præcesserit casum. l. 1. ff. de actio. & oblig.

Fortuitus casus nullo hominum consilio prouideri potest.l.2.§. si eo tēpore.ff.de administr. rer.ad Ciuit.pertin.

Assignatio operis perfecti facta à creditore, illum liberat à casu fortuito postea superueniente.l.1.§.fin.ff.de pollicit.

Animalium casus, mortes,quæ sine culpa accidunt,rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, & impetus prædonum,à nullo præstantur.l.contractus 24.§. fin. de regul. iur. & §. item is, Institu. quib. mod. re contrah.oblig.

De

De Tabellionibus, & eorum officio.

Officium Tabellionis publicum est. Franc.Mantic. de coniectu.vltima. volunt.lib.2.tit.12.nu.15.

An stipulatione Notarij acquiratur absenti aliquod ius, vel actio vtilis, non facta cessione, vel ratificatione subsequuta, vide Ozas.decis.33. n. 1.

Notarius potest absenti stipulari. Afflic.decisio. 135.num.6.Sed qualiter debeat concipere stipulationem pro absente, vide Capic. decis. 73.& Bart.in l. 17. ff. de adoptio. Et an oĩbus sua stipulatione acquirere possit, vide eundem Bar.in l.3.C.de tabul. lib.10.& infra lib. 2.tit.de verbo.oblig.vbi de materia.

Tabellio est persona publica, ideò per eum nobis acquiritur.§.cùm autẽ, Institut.de adopt.

Notarius potest instrumenta describenda alteri demandare, & sic facere protocolum instrumentorum per ipsum receptorum aliena manu, & se subscribere. Ozas.decis.37.

Notarius an cogatur instrumentum exhibere tertio, de cuius interesse non tractatur, & à quo huiusmodi interesse petentis editionem fieri, probetur, vide Ozas.decis.57. De stilo Rotæ tenetur edere instrumenta aliena interesse habentibus. Vera.decisio.243. part.2. Sed qualiter Tabelliones compellantur exhibere instrumenta, vide Bart.in titu. de tabul. exhiben.

Notario attestanti de assertione partium; non autem de proprio visu, vel auditu, an credatur, vide Ozas.decis.173.num.11.Afflic.decis. 317.nu.4.& Iac.Put.decis.475.lib.2.

Notarius non potest facere instrumentum, nisi de his, quæ coram eo gesta sunt. Afflic.decis. 245.num.7.vide Put.decis.5.lib.3.Craue.cõs. 340. num.2. & Barto.in authen.si quis in aliquo.C.de eden.

Notario attestanti aliquid à se scriptum creditur. Menoch.de Arbitr.lib.2.cas.99.nu.3.

Notarius appellatur Iudex chartularius: & ordinarius, & potest facere præcepta in suis instrumentis. Alexan.in l.5.§.si Iudex, num.9.ff. de re iudic.

Instrumenti reassumptio qualiter facienda, quãdo Notarius rogatus de contractu, relicto in Vrbe protocolo, ab ea aufugit, & quæ prouisio tũc detur, vide Afflic.deci.6.& Hartma. cap.3.tit.de probatio.lib.1.

Viuente Notario, qui fecit instrumentũ, non potest à protocolo ipsius viuentis alter Notarius reassumere instrumẽtum publicum. Afflic. d. decis.6. vide tamen Vincen.de Franc. decis.300.part.2.glos.in l.5. C.de numera.lib. 12.& Barto.in l.vnica.ff.de offic. Proconsul.

Notarius, qui fuit rogatus, si est impeditus, potest committere alteri Notario, ꝙ de cõtractu à se recepto, reassumat instrumentum, & inde ipse Notarius, qui fuerat rogatus, se subscribere potest. Affl.ibi.vide Vinc. d.dec.300.

Instrumenti reassumptio octo habet requisita. Afflic.d.decis.6.nu.3.

Notarius rebellis omnia, quæ sunt iuris Ciuilis amittit, & Notariatum. Afflic.ibid.nu.fin.

Notarij Episcopales sunt reuocabiles post Episcopi decessum, maximè habentes officium Magistri actorum. Afflic.decis.101.

Notarius Ecclesiasticus nõ potest recipere instrumenta inter personas laicas. Papon.lib.4. tit.14.arrest.2.& seqq.6.& 7. Sed an talis Notarius possit scribere testamentum ad pias causas, vide ibid.Papon.arrest.3. & 4.

In instrõ antiquissimo nõ est necessaria probatio Notariatus. Affl.decis.245.& dec.251.n.fi. Franc.Marc.q.488.& Craue.consi.274.nu.fin.

Notariũ fuisse in quasi possessione Notariatus, an sufficiat probare pro instrumentorũ robore, vide Afflic.d.decis.245. nu.5. & decis.251. Capel.Thol.q.331.& Fran.Marc.q.488.

Notarius pro præsumptione sui Tabellionatus, quid sufficiat, vt probet, vide Affl.d.deci.251.

Notarius nõ præsumitur, nisi probetur: quia Notariatus cõsistit in facto. Boe.dec.36.Cra.cõs. 72.& 150. Hoc verũ, si fuerit oppositũ. vide Ioseph.Ludo.deci.Perus.115.Fran.Marc.q.51.& Cra.cõs.72.Tñ probat ex eo, ꝙ quatuor recepit instrã.Boe.ibi.n.fi. vide eosdẽ Lud.d.dec. 115.& Marc.q.511.pat.2.Bar.ĩ l.10.ff.de Decu.

Notariatus probatur ex confessione partis: & Notarius ex receptione pluriũ instrorum, cõstituitur in quasi possessione Notariatus, quę quasi possessio sufficit. Natt.consi.146. Tom.1.

Notarius si iuret se esse Notarium, & ostendat se plura instrumenta recepisse, illi credendũ est: & instrumentum ab eo confectum dicitur publicum. Pet.Gerar.sing.47.

Instrumenta per eum, qui se asserebat Tabellionem, & pro tali reputabatur, non valent, si re vera non erat Tabellio. Corse.in suis sing. liter. E.sing.error cõmunis, vide Bar.in l.3.ff. de offic.Prætor.

Qualitas Notariatus si noceat, perpetuò obstat, vt si Notarius fecisset se cancellari de matricula Notariorum. idem Corset. lite. S. sing.statutum 13.

Notarius acta iudicialia scribere non potest sine Iudicis mandato: nec deferre iuramentum in litem. Afflic.decis.245.nu. 8.

Notarij causarum ciuilium non debent scribere criminalia, nec contrà, nisi in casu, de quo vide per Boer.decis.258.nu.9.

Notarium deputatum in aliqua Curia à Superiore Iudex cogitur habere in omnibus causis coram eo vertentibus tam ordinarijs, quã extraordinarijs, & delegatis, & tam in cognoscendo, quàm exequendo: nec potest alium adhibere Notarium; nisi Notarius Curiæ non esset deputatus per Dominum iurisdictionis. Boer.decis.258.vide Papon.libr.6. tit.6. arrest. 2.

Notarius, qui ex priuilegio scribere debet omnes sententias Episcopi, etiam sententias Vicarij scribere debet. Boer.d.decis.258.

Principalis Notarius (veluti Secretarius) suspitione omni falsitatis cessante, potest signare instrumẽtum, de quo vnus substitutus in Curia rogatus fuerat, ac si ipsemet fuisset rogatus. Moheda.decisio. 347. vide Papon.libr.6. titul.6.arrest.1.

Notarius in iurisdictione voluntaria duplici officio fungi potest, scribæ scilicet, & interponentis auctoritatem. Marc.q.488.

Notarius actorum antequam admittatur, debet esse ætatis viginti quinque anno. Marc.q. 628.idem in Tabellione.ibid.Marc.

Iudex, & Notarius idem esse non potest: fallit in his, quæ fiunt à Iudice non in forma iudicij. Dec.in consil.41.nume.3.& 5.vide Guid. Pap.q.564.

Quando Iudex est Tabellio, in quibus casibus possit scribere acta, & sententiam suam, vide Math.Mathes.sing.1.

Notarius expedienda per Iudicem expedire non potest: Tabellio enim ea tantùm, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, potest expedire, & sibi committuntur. Barto.in l.2.C.de iure Fisci.

Notarijs actorũ potest dari certa forma in exactionibus faciendis pro editione actorum. Bar.in l.in sacris.C.de proxim.sac.scri.lib.12.

Notarius actorum, an in libro ipsorum apponere déat illas solénitates, quas apponere tenetur in instrũis: & an acta requirant testes, vide Bar.in Authẽ.vt propona.nome. Impera.

Notarius, qui incipit scribere acta, non potest mutari.l.in fraudem 45. §. quoties. ff. de iure Fisci.

Tabellio, qui dicta testium recipit, si est suspectus dari non debet.gloss. in §. & quid sæpe, Authen.de trient.& semis.

Notarius non requisitus per partem instrumentum sumere non potest. Afflict.decis.245.nume.8.& decis.317. Nam requiritur, quòd sit rogatus. Afflict.d.decis.317.Bar.in l. 30. num. 11. ff.de verbo.obliga. Tamen Notario asserenti se rogatum standum est. Afflict. d.deci. 245.nu.9.Mantic.de coniectu. vltim. volunt. lib.2. tit. 12. Imò licèt hoc non dixerit in instrumẽto, tamen præsumitur rogatus. Capel. Thol.q.183.vide Boer.deci.35.Tho.Faust.decis.2.Cano.Fran.Mant.de coniectu.vltim. volunt.lib.2.tit.12.Bar.in l.1.C.de vsur. nu. 12. & in l.6.§.si initium.ff.de eden.

Non creditur Notario attestanti sibi fuisse factam commissionem super receptione testium; sed talis commissio debet fieri per alium Notarium. Afflict.decis.317.Boer. decis. 258.nu.4.& Papon.lib.6.tit.6.arrest.6. Idem in quolibet actu commisso Notario per Iudicẽ, quod dictum limitatur; quando commissio esset signata à Iudice. Boer.decis. 258.nu.5.

Notarius sine Iudicis commissione non potest testes recipe. Affl.deci.317.& Boe. deci. 258.

Tabellio testibus duobus æquiparatur. Gram. decis.73.nu.33.vide glo.in c.quoniã 11.ex.de probatio. Sed an scripturæ Tabellionis semper sit credendum, vide d.glo.in d.c.11.

Testi dicẽti se aliter deposuisse, quàm scripserit Notarius, an sit credendum, vide Capic. decis.61.num.5.& deci.94.Marc. q.168.par.2. nu.18.Bar.in l.1.§.si quis. ff. quemad. testam. aperia.num.14.Abb.in c.veniens, ext.de præscriptio.& Nel. de Sancto Geminiano in suo tract.de testib.in libris Bar.

Notario, seu Magistro actorum creditur, & pro ipso præsumitur, quòd suum officium diligenter exercuerit ratione publici officij. Capic. d.decis.61.nu.7. Et statur dicto Notarij super scriptura, quæ fuit per ipsum recepta, quando sumus in dubio. Bar.in l. si quis Decur. 21. C.ad leg.Cornel.de fals. Quod procedit in ciuilibus, secùs in criminalibus. Capic. deci.94.

Testes si contradicant instrumento, quid iuris, vide infra tit.ad leg.Cornel. de fals.

Notarius debet apponere instrumento clausulas consuetas, non inconsuetas; aliàs est suspectus de falso, & potest puniri. Ant. Corset. in suis singul. litera C. sing. consuetudo, vide Bar.in l.8.C.de Epis. & Cler.

Notariorum ignorantia, qui ignorant vim clausularum, non debet esse testatoribus damnosa. Marc.de Mant.sing.220.

Notarius recipiens instrumẽtũ, quod sciebat se recipere non posse, tenetur parti ad interesse. Bar.in l.3.C.de Tabula.lib.10.

Pertinet ad Notarium, quòd testator in testamento nominet coram testibus nomen hæredis; aliàs ille punitur. l. iubemus 29. C. de testamentis.

Notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clausulis consuetis: ideò illas potest apponere sine consensu partium, & si non apponat, habentur pro appositis. Capic.decisio.159.nume.39.& seqq. Marc.quæstio.289 vide Crau.cõs.75.Menoc.cõs.37.vol.1.Hipp. sing.

sing.123.& Bar.in l.si prius 17.§.Plautius.ff.de aqu. plu. arcen.

Clausula, Vt cautelæ fieri possint ad consilium Sapientis, operatur, vt in contractu apponi possit constitutum. Gram.decis.103. nu.109.

Notarij quolibet anno debent facere librum suarum rogationum. Gramma. decisio. 106. nume. 36.

Hæres Notarij, an possit grossare notam sine mandato Iudicis: & quæ requirantur ad redigendum scripturas Notariorum mortuorum in formam publicam, vide Guid. Pap. q.2.& 118.Boer.decis.36.& 37.

Protocola debent remanere pęnes hæredem Notarij.Guid.Pap.q.19.nu.6.

Notarius recipiens instrumentum contractus iure reprobati punitur; sed qualiter, vide Guid.Pap.quæst.433.

Notarius licet de falso commisso extra officium condemnatus sit, Tabellionatus tamen officium exercere potest. Marc. quæst. 300. part. 2.

Notarius an, pendente quæstione falsi, instrumenta recipere possit, vide Marc.quæst.299. part. 2. & Barto. in l. 3. in repetitio. ff.de offic. Præto. num. 17.

Instrumenta recepta per Notarium toleratum in officio valent.Marc.q.301.part.2.

Iudex ex causa in sententia, Notario condemnato de falso, instrumenta recipiendi facultatem reseruare potest.idē Marc.q.301. part. 2. Pet. de Rauen. sing.437.& Bart. in l.13. C. de testamen.milit.

Notarius exulatus ob falsitatem, an instrumentorum confessionem retineat, vide eundem Marc.quæst.302.part.2.

Notario condemnato de falso instrumenta recipere, etiam alibi prohibetur. Marc.ibid.q. 302.vide Barto. consi.174.vol.1. Sed quid, si fuerit restitutus ad famam à Principe. vide Marc.q.313.part.2.

Tabellio simulatum instrumentum conficiens, pęna amputationis manus, & perpetuæ infamiæ plecti debet. Mysing. obser.65.cent.6.& Hippol.sing.563.

Notarius negligens seruare statutum, quod artem respicit, tenetur pęna quasi falsi, & priuatur suo officio. Rot. Auenio.decis.107.in decisio.diuerso.Tom.3.

Testamentum non solemne præsumitur falsum, quo ad pęnam Notarij, non quo ad alios. vide Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.2.tit.13.

Notarius recipiens instrumenta de rebus prohibitis debet priuari suo officio, & banniri in perpetuum. Papon. lib.4. titu.14.arrest.8.vide Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.381. num. 21.& l. iubemus 14. §. his Tabellionibus. C. de Sacrosanct. Eccles.

Notarius in contumacia condemnatus de falso, adhuc potest instrumenta recipere.Raud. tractat. de Analog. cap.32. nume.38. & Hippol. sing. 604.

Notarius condemnatus ex eo, quòd deliquerit in officio Tabellionatus, an censeatur priuatus officio, vide Clar.in sua Pract.§.fin. quæst. 73.versic.Notarius.

Valet instrumentum receptum per Notarium post sententiam contra eum de falso latam, etiam posito, quòd nō possit recipere.Guid. Pap.sing.300.& 780.

Notarius semel condemnatus de falso instrumento, non potest de cætero officium Notariatus exercere; sed quid, si de alia falsitate, vide Barto.in l.si aliquid 12. C. de suscepto. libr. 10.

Notarius recipiens instrumentum super alienatione rerum Ecclesiasticarum, perpetuo exilio damnatur; sed an delinquens in officio, prohibeatur illud perpetuò exercere, vide Barto.in §.1. Authen.de non alienan. aut permut.reb.Eccles.glo.in §.ad hoc, ibid.

Vide de materia Tabellionum per Bart.in titu. Authen.de Tabellio.

Notarius, qui recepit contractum alienationis feudi, est infamis, & priuatur eius officio. c. 1. titu. de prohib. feud. aliena. per Lhota. in vsib. feudo.

Notarius potest notam per eum receptam ex interuallo extendere, & ampliare, & plus scribere in protocolo, quàm in nota secundum sibi visum fuerit: nec præsumitur aliud scripsisse in protocolo, quàm illi dictum fuerit à contrahentibus: quia Tabellio non præsumitur scribere nisi ea, de quibus fuit rogatus in receptione.Guid.Pap.quæst.129.vide Papon. lib.4.titu. 14. arrest.10. Pet. Gerar. sing.41. & Bart.in l.Gallus.§. idem credendum.ff.de liberis, & posthumis.Intellige tamen præmissa, dummodo non mutetur substantia, & in his, quæ possunt contineri in dictione, &c. Guid. d. quæst. 129. Nam publicum officium præsumptionem bonę fidei inducit.Guid.ibi. nume.2.vide Pet.Roy.decisio.2. Litua. in decisio. diuerso. Tom. 2. fol. 378. Maximè cùm Notarij probati fuerint bene famati, & consueuisse eorum officium Notariatus probè, & legaliter exercere; talia enim in Notario sunt attendenda.Guid.d q.129.

Potest igitur Notarius, qui testamentum recepit, verba derogatoria extendere in grossa, iuxta voluntatem, quam sciuit à testatore. Guid.d.quæst.129.

Scriptura cæterata extēditur secundū stylum illius Notarij, & formularij.Borg.Caua.de c.16. nu.10.

num. 10. de contract. part. 2. vide Papon lib. 10. tit. 4. arrest. 26.

Notarius si in protocolo dixerit, talis vendidit certo pretio, præsentib. talibus, &c. alius Notarius illam imbreuiaturam poterit implere, & extendere iuxta consueta. Bar. in l. Argentarius 10. ff. de eden.

Quotiescunque in instrumento scribendo fuerit erratum, probato errore (etiam post productionem instrumenti in iudicio) iniungitur Notario de illo reparando. Guid. Pap. q. 130. vide tamen Ioseph. Ludo. deci. Luc. 13. Fran. Marc. q. 289. par. 1. & q. 163. part. 2. Vera. decis. 97. & 247. part. 2. Papon. lib. 17. tit. 1. arrest. 1. Quod etiam facere potest Notarius sine iniunctione, antequam expediatur instrumentum. idem Guid. q. 131. Natt. consil. 329. Tom. 1. gloss. in c. acta sunt, de pac. const. in vsib. feud. Bar. in l. Imperator 8. ff. de stat. homi. & in l. 5. nu. 6. ff. de tabu. exhib. Sed mortuo Notario, non potest error per alium corrigi. Natt. d. consi. 329.

Quando Notarius posit corrigere errorẽ suũ, vide Franc. Marc. q. 743. Bar. in l. 93. ff. de reg. iur. & in consi. 197. vol. 1.

Si Tabellio fecerit instrumentum, & in illo deficiat aliquid per errorem, & postea, puta de die, vel anno omisso, recordetur, poterit illũ addere: quia veritas scripturæ probatur per suum auctorem. Guid. q. 582.

Error præsumitur, & non falsitas, quando reperitur aliud scriptum à Notario, quàm fuerit à partibus dictum. Bar. in l. quoties 9. §. sed & si. ff. de hæred. instituc. & ibid. in addit. vide Ioseph. Ludo. decis. 13. Luc. nu. 7.

Iuratus Curiæ habet officium de publico, ac si esset Notarius. Guid. Pap. q. 317. Ideò potest alteri stipulari. ibidem.

Notarius an posit scribere instrumentum procurationis in causa propria, vide Guid. Pap. q. 318. Bar. in l. 28. ff. de testa. & supra titul. de Procurato. ad iudic.

Notarius potest facere instrumentum, in quo se obliget alteri. Guid. d. q. 358. & sing. 173.

Notarius debet se subscribere in instrumento, aliàs illud nõ valet. Aman. de Clarisaq. sing. 13. cum appositione sui signi. Craue. cons. 72.

Notarius celans instrumentum, qua pœna puniatur, vide Boer. decis. 292. Quòd tunc teneatur pœna falsi, scribunt Marc. quæst. 369. num. 5. Petr. de Raue. singu. 439. vide in additio. ad Bar. in l. 4. C. de eden.

Notarij signum est de substantia instrumenti. Boer. decis. 37. num. 10. Crauet. consil. 72. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ, gloss. 2. super decreto, quando, tit. de oppositio. cont. form. extrin. instrumen. fol. 126. & fol. 128. Fallit, quando reperitur minuta in archiuis, & ligata cum cęteris actis non registratis. Boer. dicta decisio. 37. nume. 10.

Notarius mutans suum signum punitur pęna falsi. Aman. l. de Clarisaq. sing. 13.

Notarius Apostolicus, aut Imperialis, an in Gallia posit instrumentum facere, & contrà, & per consequens extra territoriũ illius, à quo creatus fuit, vide Boe. deci. 242. vbi cõcludit pro negatiua, vide tñ Ioseph. Ludo. deci. Perus. 115. nume. 24. Papon. lib. 4. tit. 14. arrest. 2. Rebuff. in constitu. Reg. tract. de litter. oblig. art. 2. glo. 1. num. 44.

Notarios an creare posint Barones, & Domini Terrarum, vide Boer. d. decis. 242.

Comes Tabelliones non creat, nisi hoc haberet ex consuetudine. Aegid. Bellam. conclusio. 21.

Qui posint creare Tabelliones, & creatus à Papa, vbicunque instrumenta conficere, & recipere potest: sed quid in creato à Principe non recognoscente Superiorem; vide Marc. quæst. 488.

Notarius extra locum, & Prouinciam illius, cuius auctoritate creatus fuit, non recipit instrumentum etiam de partium cõsensu. Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de litter. obliga. art. 2. glo. vnica. num. 52. & Guid. Pap. singul. 34. Et etiam inter subditos illius, qui eũ creauit. vide Rol. consi. 91. vol. 3.

An Notarius posit ex vno instrumento plura capitula diuersa, & quamlibet partem particulariter respicientia continente, facere plura instrumẽta, & quodlibet deliberare in forma publica, vide Boer. decis. 253.

Notarius debet retinere penes se matricem, & illam non seruans, potest torqueri. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 13. num. 14. & 15. Et aliter puniri, sed quare hoc statutum sit, vide Marc. q. 369. Excusatur tamen Notarius si non retineat ex consuetudine, vide eundem Marc. q. 163. part. 2. num. 11. & 12. Quòd de iure teneatur illam seruare, scribit D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ fol. 111. 139. & fol. 143.

Notarius redditur suspectus asserens testatorẽ nominasse hæredem ore proprio, si testes aliquis contradicat, & si essemus in casu, in quo talia testamenta non subsisterent, Notarius puniretur. Ioseph. Ludou. d. decis. 13. Luc. num. 20.

Notarius habet contra se indicium, quando nõ seruat solitum modum in accommodando quinternos, & protocolum: & testamentum redditur suspectum, quando in protocolo non describuntur menses iuxta solitum, sed præposterantur. idem Ludo. dicta decisio. 13. nume. 22.

Vide

Vide 10.indicia falsitatis contra Notarios ibid.

Notarius propter delictum falsitatis priuatur autoritate scribendi. Ioseph.ibid.nu.47.

Notarius omittens adhibere debitas solemnitates, tenetur parti ad interesse. ibid. nu. 67. & 72.vide Bart. sing.179. & Notarij error illi nocet.idem Ludo.decis.Luc.33.nu.3.

Notarius quando teneatur, si nō acceperit idoneum fideiussorem, vide eundem d.deci.33.

Illud, quod lucratur filiusfa. Notarius, censetur peculium quasi castrense, & de illo testari potest.Capel.Thol.q.10.

Tabellio non debet monopolij instrumentum recipere. Ant.Colomb.sing.3.

Notarius recipiens instrumentum illicitum, & reprobatum est infamis: quia in creatione iurat de non conficiendis instrumentis à iure reprobatis. Mohed. decisio.168.vide Barto. in l. iubemus 14. §. si sanè. C. de Sacrosanct. Eccles.& in l.2.C.de pet. bono. sublat. lib.10. Idem, quando recipit instrumentum vsurarium.Borg.decisio.2.num.4.de contract.par. 2.& Menoch.consi.300. Et tunc efficitur periurus, nec potest amplius instrumenta conficere.Ludo.Roma.sing.385.

Notarius potest instrumentum recipere de nocte, & valebit absque falsitatis suspicione. Ioseph.Ludo.decis.Perus.116.

Notarius condemnatus de furto, an officio Notariatus priuatus sit, vel priuādus, vide Marc. q.116. part.2. Bart.in l.3.§.nunc videamus.ff. de suspect.tuto.

Notarius condemnatus de falso, officio priuatus censetur, tamen licèt condemnatus sit, instrumenta ante condemnationem recepta redigere in formam publicam potest.idē Marc.quæst.299.par.2.& Gome.Leo.deci.32.

Notarius notam originalem propria manu in mundum non vitiatam, nec cancellatam scribere debet.Marc.q.163.part.2.

Protocoli, seu actorum custodia ad Notarij pertinet officium, in tantum, quòd ad interesse possit agi contra Notarium non edentem: idem, si culpa Notarij amittantur scripturæ.Marc.q.193.part.2.

An Clerici possint esse Tabelliones, vide Bart. in l.3.C.de tabula.lib.10.

Notarius si ad Sacros ordines promoueatur, officio Notariatus priuatur, nisi Papæ, vel Episcopi Notarius esset.Marc.quæst.194.par. 2. Aut scriberet in causa hæresis. Bart. in l.3. §.si penes.ff.de tabul.exhib. Tamē Tabellionatus Clericis in minoribus constitutis non prohibetur.Marc.d.q.194.

Licèt Sacerdos Notarius esse non possit. cap. sicut 8.ext.ne Cler.secul.negot.Tamen si instrumenta recipiat valent, & si scribat legatum suæ Ecclesiæ, talis scriptura facit fidem. Roma.sing.351.vide Math.Mathes.sing.87.& Bart.consi.61.

Creditor instrumentum à Notario debet redimere; sed si vtrunque concernat, etiam debitor pro sua parte actuario satisfacere debet. Marc.q.233.part.2.

Quando duo Notarij rogantur recipere instrumenta, an censeantur rogati insolidum, vide Put.decisio.6.lib.1. Raud. tractat.de Analog. cap.32. & D. P. Tessau. decisio. 145. Et tunc an ab vno solo edi possit, vide Raud. ibid. nume.7.

Notarius non potest sibi adscribere legatum in testamento in scriptis; secùs in nuncupatiuo. Manti. de coniectur. vltim. volunt.libr. 1.titu.6. vide Menoch. de Arbitra. libr.2.cas. 459. nume. 19.

Clausulæ testamentorum, an intelligantur scriptæ de voluntate testatoris, vel ex stylo Tabellionum, vide eundem Mant. lib.3.tit.14.

Notarius non tenetur cognoscere contrahentes, ideò obligando vnum pro alio, non tenetur ad interesse, nisi adsit dolus. Vincent. de Fran.decis.262.part.2.

Notarius secularis non potest obligare personas Ecclesiasticas in Spiritualibus.Papon.lib. 4.titu.14.arrest.5.

Notarius qualem modum, & formam tenere debeat in receptione, & publicatione instrumentorum, vide eundem Papon. lib.4. titu. 14.arrest.11. & seqq.

Notarius quales socios habere possit in receptione instrumenti, nam prohibentur certæ personæ, de quibus vide ibid. arrest.14.

Notarius non potest compellere contrahentes ad accipiendum, & redimendum sua instrumenta.Papon.ibid.arrest.fi.Tamen aliter scribit D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ glos.2. super 3. part. decreti, malitiis, num.11.titu. de donatio.fol.111.

In Regno Frāciæ protocola, & registra Notarij mortui spectant ad Regem, & aliquando ad Vasallos.idem Papon.lib.5.tit.10.arrest.19.

Notario duplex merces debetur, vna pro rogitu, altera pro extensione.D.Sol.in dd.suis commēt.super d.decreto, malitiis, gloss.2.3.par. nu.fin.fol.111.vide Dec.consi.654.

Instrumentū ab alienis scripturis leuari nequit, nisi prius cōstet scripturas esse illius, qui præsupponitur instrumentum recepisse: & non possunt leuari instrumenta per alium Notarium (etiā filium) sine Iudicis potestate.idē D.Sol.ibi.fol.128.tit. de oppositio.cont.form. extrin.instrument.

Notarius leuans instrumentum à scriptura insolemni, incidit in pœnam falsi.ibid.gl.2.nu.fin.

Notarius persona publica dicitur, sed quot nominibus nuncupetur, vide eundem D.Sol.gl. 1.sup decreto, inter artes.ti. de Tabell.f.134.

Officium Notariatus est honorabile, quum super faciē scribæ honor imponi dicatur, propter quod officium magis Notario, quàm alteri creditur, ideò ipsum Officium non pōt dici vile, & priuilegia nobilitatis non amittitur per exercitium ipsius.D. Sol. ibi.num.2. 3.fo.135.vide Bart.in l.2.C.si seruus, vel libertus.libr. 10.Contrarium tamen scribit Guid. Pap.q.89.& 90.

Notarij tenentur primò imbreuiare instrumenta totam substantiam scribendo, deinde ad plenum, & iuxta veritatem substantiæ in suis protocolis registrare infra mensem à receptione computandū sub pęna, pro quolibet defectu 24.solidorum, ita disponente in hac Patria Decreto antiq. tit.de Notariis, & Tabellion.lib.3.

Multa pertinentia ad hunc tit. vide per eundē D.Sol.ibid.fol.137.

Notarius ad expeditionem instrumenti ab eo requiritur, cuius interest: & lapso quadriennio à die rogitus instrumenti, partes cogi nō possunt ad soluendam mercedem ipsius, & ita obseruat Senatus Pede.virtute priuilegij, quod antiquitus fuit concessum Patriæ in cōgregatione trium Statuum, vide eundem D. Sol.sup decreto, præsenti.tit.de Tabel.f.142.

Merces pro instrumento semel soluta ad valorem, postea soluitur pro releuatione ad laborem.idem D.Sol.gl.super decreto, quod Notarij, nu.7.d.tit.de Tabel.

Mercedem instrumenti debitor morosus creditori reficere tenetur.ibi.nu.10.

Tabellioni, cui tempore rogitus fuit satisfactū de mercede pro instrumento, iterum solui debet, quando pars copiam ipsius velit. Roma.singul.581.

Magnum, & mirabile Notarius priuilegium habet, quū iure Diuino disponatur, in ore duorum, vel trium testimonium consistere, & tamen ob Notariatus auctoritatem creditur cartæ vnius Notarij, & ipse Notarius est testis iuris, quem lex producit. idem D.Sol.sup decreto, ad maiorē gl. vlt.tit.de fals.fol. 176.

Notario non creditur de his, quę consistunt in animo contrahentium: ideò illa clausula apposita in instrumento, Sponte, nō probat concludenter. Maran.in suo Spec. disputatio. 6. nu.35. fol.577.

Vide de materia Tabellionū per Henric.Boer. in suis singul.tit.Notarius.

Tabellio semel priuatus officio Tabellionatus, amplius non potest eligi: & recusans recipere instrumenta, si est rogatus, debet priuari ipso officio.Cassan.in consuetud. Burg. titul. *Des Iustices*, Rub.1.§.6.gl.2.nu.45. Lud. Roma. sing.263. Et aliter punitur, prout scribit Menoch.de Arbitr.lib.2.cas.369. Tabellio enim recipere instrumentum recusare non potest, nisi esset legitimè impeditus.D.Sol. in dictis suis comment.super 3. par. decreti, malitiis glo.1.tit.de donatio.fol 111.

Notarius est seruus publicus, & ideò inuitus rogatur, nisi vnà cū officio Notariatus habeat officium annexum, & illud per quinquenniū exercuerit; tunc.n.non potest inuitus rogari. Roma.sing.354.vide Pet.de Rau.sing. 443.

Notarius, qui aliquo defectu laborat (veluti q̄a infamis) propter quē rogari non possit, si se rogari à partibus ignorātibus patiatur, illis tenetur ad interesse.idem, sing.355.

Notarius, qui ad mādatū Superioris nō vult recipere instrm̄, pōt priuari officio tabellionatus.Pet. de Raue.sing.440.

Notarius solùm de dolo, & lata culpa tenetur. idem.sing.442.

Quando Tabellio circa suum officiū possit delinquere, & qualiter puniri, vide Cassan.in cōsuetud.Burg. tit *Des confiscations*, Rub.2.§.1.gl. 1.nume.26.

Notario nō creditur sine testib. nisi in actis iuditij, ex quo habemus Notariū nō posse recipere instrm̄ sine testib.vide gl.ī l.31.C. de donatio.Et ad validitatē instri per Notariū recepti, duodecim obseruationes req̄runt̄, de quib.vide per eundē Cassan.titul. *Des droicts*. Rub.4.§.19.gl.6.d.glo.in l.31.C.de donatio.& Bar.in authen. vt propona. nome. Imperat.

Instrumētū quatuor continere dēt, nēpe solēnia, substātialia, naturalia, & accidentalia, & qualia sint, & qualem potestatē circa illa habeat Tabellio, vide Menoch.consil.37.vol.1.

Simplicitas Tabellionis nō nocet partib. Castr. sing.11.facit.l.fin.C.de fideiussor. & mādato.

Notarius ad petitionē testōris pōt leuare eius testamētū, si testator secundum cōfecerit, & iā primū reuocauerit.Roma.sing.274.vide tū Bar.ī l.2.§.si plura.ff.quēadmod.testa. aperia.

Tabellio non potest renunciare officio Tabellionatus: quia nemo potest renunciare officio sibi concesso, nisi in manibus Superioris concedentis Roma.sing.352.

Tabellio dr̄ fuisse rogatus de quodam instro, & ideò petitur ab eo copia illius, Tabellio allegat se nō recordari, probat̄, q̄ fuit rogatus, ex hoc duo oriuntur dubia, primum, an possit accusari de falso, secūdū, si nō reperiatur tale instrumentum in suis protocolis, an possit ex dictis illorū testiū scribere instrumentū, sicut posset ex suo originali conficere, pro resolutione, vide eundem Roma. sing. 376.

Scriptor

Scriptor positus ad scribendum introitus Communis, si deficiat scribere aliquem particularem introitum, pęna manus punitur, sed si scribat diminutiuè, punitur pęna dupli eius, quod tacuit. Roma. sing. 379.

Notarij de iure communi dicuntur Iudices cartularij, & iurisdictionẽ voluntariam habẽt; & cõtẽtiosam in causis breuibus, in quibus eorũ verbis, & scripturæ credit. Math. Mathes. sing. 1. ibid. in additio. nu. 14. Imò ex vi Tabellionatus nullam habent iurisdictionem, ideò non possunt auctoritatem interponere legitimis actibus. l. 4. C. de adoptio.

Notarij debent scire leges, ne facientes illicitos cõtractus pęnas subeãt. Gui. Pap. sin. 407.

Mercatores, qui tenent Notarios in eorum familia, possunt facere recipere sua instrumenta per illos, & illis fides adhibetur. idem Guid. sing. 674.

Si Notarius faciat aliquam additionem instrumento, debet attestari de dicta additione, ad hoc vt probet. Guid. sing. 696.

Si aliquis damnificetur ex eo, quod Notarius scriba omisit, datur actio contra ipsum. Pet. de Rauen. sing. 271. Bar. in l. 6. C. de Magistra. conuenien. & in l. 5. nu. 7. ff. de tabul. exhib.

Doctor, qui aliàs erat Tabellio, non debet recipere instrumenta, verùm si receperit, valẽt: potest tamen licitè perficere antiqua sua instrumenta. vide Pet. de Rauen. sing. 820.

Aduocatus non potest esse Tabellio. Aluis. de Alber. sing. 59. Tamen instrumentũ ab eo receptum tenet. Barto. in l. vniuersos 15. C. de Decurio. libr. 10. vide eundem in l. 3. C. de tabula. lib. 10.

Notarij auctoritatem vsurpans grauiter punitur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 320. nu. 9.

Ille, qui nunquam fuit Tabellio creatus, si fecerit instrumentum tanquam Tabellio, punitur pęna mortis; secùs est in illo, qui aliàs fuit creatus Tabellio, & posteà fuit priuatus officio Tabellionatus: quia si talis post priuationem fecerit instrumentũ tanquam Tabellio, non punitur hac pęna. Hippol. sing. 35.

Notarij nomine multi, re vera, & intelligentia pauci: ideò si Notarius in protocolo aliquid scripserit, & deinde illud cancellauerit, & ad marginem scripserit, hoc fuisse cancellatum de partium voluntate, nec testes apposuerit, tali Notario hac in re non creditur: quia etiam inde instrumentum publicum sumi potest. Hippol. sing. 466. Tamen cõtrarium scribit Marc. de Mant. sing. 282.

Notarius si protocolum perdiderit, parti expeditionem instrumenti requirenti, qualiter prouideatur, vide Hippol. sing. 596.

Notarius in instrumento, quando habeatur loco testis, vide Bart. in l. hac consultissima 8. C. qui testamen. facer. possu.

Practica est, quando instrumentum est interlineatum, vel rasum, vt Notarius instrumentũ scribens de hoc mentionem faciat, vide Bar. in l. si vnus 12. C. de testamen. nu. 3. & in l. 6. ff. de eden. Abb. consi. 34. part. 2.

Testes quando debeant cognoscere contrahentes, vide eundem Bart. in l. scimus §. cùm igitur. C. de iure deliberan.

Fiscus potest cogere Notarios ad exhibendum instrumenta pertinẽtia ad tertium, cuius bona illi sunt delata. Bart. in l. defensionis 7. C. de iure Fisci. lib. 10.

Notarius creatus ex forma statuti Ciuitatis, extra territorium illius non recipit instrumenta. Bart. in l. 17 nu. 7. ff. de adopt.

Notarius rogatus, si receperit instrumẽtũ pro eo, cui ipse postea successit, eo põt vti, illudq; leuare. Bar. in l. de eo 10. §. illud. ff. ad leg. Cornel. de fals. Et ideò potest instrumentum recipere de donatione facta illi, cui ipse postea successit. Roma. sing. 350.

Pater an possit recipere instrumentum de contractu filij, & contrà, Bart. in l. 11. ff. eo. ad leg. Corn. de fal. scribit pro parte negatiua, quãdo filius est in potestate, vide eundem Bart. in consi. 61. vol. 1. & in l. quod dicimus 7. §. si & pater. ff. de auct. & consen. tuto.

Si Notarius scripserit instrumentum pertinens ad seipsum, & ad aliũ, an sit illi standũ, vide Bart. in l. filius 14. §. sequens. ff. ad leg. Corne. de fals. Et quid, si Notarius scripserit se, & aliũ obligatos insolidum, vide Bar. ibid.

Notarius, qui occupatus commisit alteri scribẽdum instrumentum, in subscriptione dicere debet, quæ suprascripta instrumenta, sunt inter talem, & alterum, &c. Bart. in l. diuus 15. §. item Senatus. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Notarius quando in fine instrumenti facit vnã subscriptionem, dicendo, quod supra rasum est, vel cancellatum, &c. debet facere subscriptionem specialem. Bart. ibid.

Vir Tabellio potest pro vxore instrumentum recipere. Bart. in l. vxori 18. ff. ad leg. Corne. de fals.

Notarius potest scribere, & publicare suum testamentum. Bart. in l. seruus 28 ff. de testamẽ.

Notariatus non est dignitas, & infamis non potest exercere officium Notariatus habens in se dignitatem, puta Principis, vel banchi, nisi sit in possessione Notariatus, & bonæ famæ; tunc enim acta valent. Bart. consi. 77. vol. 1.

Infamis an possit esse Tabellio, vide Barto. in l. 3. §. miles. ff. de his, qui not. infa. Vt rogatus possit instrumentum recipere, vide eundem Bart. consi. 174. vol. 1.

Nota-

Notarius potest recipere instrumentum, quando est rogatus ab vna parte, si instrumentum est gratia vnius confectum: & Notarij duo possunt rogari de vno instrumento de consensu partium. Bart. consi. 114. vol. 2.

Notarius potest vendere, vel donare eius notulas, seu protocola. l. 9. §. nihil. ff. de edend.

Omnes, qui gerunt officium publicum, coguntur edere suas rationes. l. 10. ff. de edend.

Si Tabellio, qui inuentarium scripsit, minorem æstimationem rerum fecerit, & secundum illam fideiussorem receperit, tenetur minori actione in factum. l. fin. C. de Magist. conuen.

De pęna Tabellionis falsum committētis vide per glo. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugit. & infra tit. ad leg. Cornel. de fals.

Secretarius tenetur ad interesse, si reuelauerit secretum. l. si quis 42. §. sed & si quis. ff. ad leg. Aquil.

Qui scribit contractum obligationis, videtur obligationi consentire. l. fideiussor 26. §. pater. ff. de pignoribus.

Licet Notarius non possit sibi ascribere in testamēto alterius, nec esse rogatus ad sui vtilitatem, tamen potest sibi ascribere mercedem suam, & esse rogatus de hoc. DD. in l. si quis legatum. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Consiliarij Ciuitatis non debent exercere officiū Tabellionatus. l. 15. C. de Decurion. li. 10.

Notarius non potest assumere signum alterius, & si assumerit prohiberi potest. Bart. in tract. de insign. & arm. nu. 8.

Præsentia potest esse sine intelligētia: ideò Tabelliones, non solùm debent apponere in instrumentis, præsentibus talibus, verùm etiā & intelligentibus. Bart. in l. diem proferre 31. §. coram. ff. de recept. Arbit.

Quando Notarius facit instrumentum ad consilium Sapientis, quid, & quando possit addere de consilio ipsius Sapientis, vide Bar. in l. illa. ff. de hæred. instituen.

Notarius si cancellauerit instrumentum, & postea dixerit, quòd errore fecit, tale instrumētum adhuc probat. Bart. in l. in fraudem 16. §. sicut. ff. de milit. testamen.

Notarius non habet necesse scribere omnia verba, & actus contrahentium, sed sufficit, quod scribat effectum iuris. Bart. in l. mutuum 5. ff. de acquir. hæred.

Notarius tenetur publicare testamentum, viuo testatore, ad instantiam ipsius testatoris. Bar. in l. 2. §. si dubitatur. ff. quemadmod. testamen. aperia.

Notarius factus Monachus potest perficere instrumenta, de quibus ante Monachatum fuerat rogatus. Bart. in l. 3. §. si penes. ff. de tabul. exhiben.

De infamibus, & ex quibus causis infamia irrogatur.

INfamia saltē facti notatus dicitur, qui se delictum lęsæ Maiestatis, aut aliud graue delictum commisisse fassus est. Ozas. decis. 79. nu. 32. Ideò confessio in criminalibus facta coram Iudice, infamat confitentem infamia iuris. ibid. nu. 33. vide Guid. Pap. sing. 73. in fine. Bart. in l. si seruus 73. ff. de Procurato.

Infamia facti repellit testem à testimonio in criminalibus. Ozas. ibid. num. 35. vide Capel. Thol. quæst. 174.

Infamia iuris repellit quem à testimonio, & dicitur infamia iuris illa, quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur dumtaxat. Capel. Thol. d. q. 174. in additio. Nam infamis infamia iuris, vt quis dicatur, requiritur sententia cōdemnatoria de crimine famoso. Vera. decis. 90. seu 1. part. 2. vide Bart. in l. infamem 7. ff. de public. iudi.

Infamis non potest opponere contra testē, quod sit infamis, tamē Iudex ex officio repellit testem infamem, etiam quando pars non potest opponere. Barto. in l. in arenam 11. C. de inofficio. testamen.

Infamis quando possit esse testis, vide Bar. in l. 2. ff. de Senatorib.

Excipiens cōtra testem, quòd sit infamis, debet addere causam, quare sit infamis. Bart. in l. 1. C. de testamen.

Si testis propter vacillationē incarceratur, infamiam non incurrit. c. super 8. ex. de pęn.

Infamis non potest testificari, & repellitur ab omni officio, tamen potest esse tutor, vel curator, & etiam Arbiter. Barto. in l. 6. ff. ad leg. Iul. reper. & consi. 77. vol. 1. & l. 7. ff. de recept. Arbiter. Nisi infamis quis sit infamia notoria. Aluis. de Alber. sing. 4.

Omnes hæretici sunt infames, & nō possunt esse testes. l. 1. C. de Summa Trinit.

Indulgentia, seu venia non tollit infamiā resultantem ex delicto. Ozas. decis. 79. nu. 50.

Infamia facti per pęnitentiam non tollitur. ibi. num. 51. Sed quales habeat effectus, vide Capel. Thol. q. 174. in additio.

Infamia ob aliquod delictum notatum, inconueniens non est aliis etiam pęnis affici. Ozas. decis. 137. num. 15.

Mala fama de præterito non denigrat nūc existentē bonæ vocis, & famæ. Afft. deci. 36. nu. 5.

Infamis non est, qui ob contumaciam est condemnatus. Bart. in consi. 111. vol. 1. Boer. deci. 64. vide tamen Math. Mathes. sing. 62.

Iudex potest condemnato bonam famam ex causa

causa iusta reseruare. Boer. d.decis.64. nu.9. & 10.& Bart.d.consi.111.

Infamiam euitat, qui soluit ante sententiā. Boe. decis.206. vide Marc.q.800. part.2.& Bart.in l.iusiurandum 34.§. cùm res.ff.de iureiu.

Condemnati pęna extraordinaria, an sint infames, vide Boer.decis.254.num.23. Quæ requirantur, vt quis possit dici infamis per delictum, vide Gram.vot.3.nu.36.

Probato delicto infamāte per testes, non est ille, contra quem probatum est, infamis iuris infamia, nisi accedat confessio eius, vel sententia. Iaff.Lanf.Balb.decis.304.

Infamis vt quis sit in delictis, quæ requirantur, qui dicantur infames infamia iuris, qui infamia facti, quos effectus producat infamia, qua cautela possit euitari, & per quem concedatur restitutio contra infamiam, vide Mathes.sing.62.in additio.

Damnatus publico iudicio est infamis, secùs in priuato: nisi sit tale crimen, cuius ciuilis actio infamaret, vt furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarum.l.infamem 7.ff.de public.iudi.

Non potest Pręses Prouinciæ facere, vt furti dānatum non sequatur infamia: quia sententia sola infamiā irrogat.l. nō potest.65.ff.de furt.

Condemnatus ex lege Iulia de vi publica, efficitur infamis; si verò lege Iulia de vi priuata non: ideò condemnatus ex interdicto vnde vi, non efficitur infamis. l. si Pręses 32.& ibid. glo.ff.de pęn. vide tamen l.1.& fin.ff.ad leg. Iul.de vi publ.

Condemnatus, vel pactus ex criminibus, vel actionibus descriptis in §.ex quibusdā, Institut.de pęn.temer.litig.efficitur infamis.

Delinquens in officio suo efficitur infamis ipso iure, & non requiritur sentētia: sed aliter delinquens non efficitur infamis, nisi illa lata. Bart. de Capua, sing.6. Infamia an puniatur quis ipso iure, vel sententia requiratur, vide Roma.sing.510.

Iniuriam remittēs propter pecuniam, efficitur infamis.Capel.Thol.q.227.in additio.

Infames secundum leges, sunt etiam infames secūdū canones.Cape.Tho.q.174.in additio.

Impositio mulctæ infamiam non inducit.Gasp. Cabal.milleloq.726. Rebuf.in constitut.Reg. tract.de senten.executo.art.15.glo.1. nu.4.

Cessio bonorum non infamat.Papon.lib.22.tit. 12.arrest.fin.

Condemnatio emendæ pro delicto non famoso, non irrogat infamiam. Papon.lib.24. titu. 10. arrest. 12.

De pęna infamiæ, & quibus casibus ipsa pęna infamię de iure cōmuni incurratur, vide Clar. in sua Pract.§. fin.q.72.

Infamis an possit testari, vide ibid.in fine, quòd regulariter non possit, scribit Bart. in l.is, cui 18.§.si quis.ff.de testament.

Pęna quomodo, & quando realiter sit offerenda, vt hæres absoluatur, & infamiam euitet, vide Mathe.Mathes.sing.83.

Condemnatus ex inquisitione non est infamis. vide Guid. Pap.sing.330.Barto.in l.tutor 3.§. præterea.ff.de suspect.tuto.& consi.174.vol.1. glo.in l.1.C.de mod.mulct.quæ à Iudi.

Notarius condemnatus ex forma statuti excusatur ab infamia. Guid. d.sing.330.& Bart.in consi.174. volum.1.

Facientes ludos periculosos per plateas, sunt infames.idem Guid.sing.551.

Temere appellans efficit infamis.idē, sing.671.

An propter infamiam vnius de domo, vel progeniæ, omnes infamentur, vide eundem Guid.sing.1026.

Sentētia præsumitur lata ex leuiori causa, & minus infamante.Fran.Cremen.sing.38.

Infamis est qui venit puniendus pęna infamiæ, licèt Iudex eam pęnam alteret, & aliam imponat. Anton. Corset. in suis singul. litera P. sing.pęna.2.

Tutor non faciens inuentarium efficitur infamis, nisi sit consanguineus, vel affinis pupilli. Guliel.de Ludo, sing.99.

Hæres non seruans voluntatem defuncti, est infamis infamia facti.idem, sing.126.

Carceratio ad custodiam, & ad explorādū delictum, non irrogat infamiam ipso iure; secùs si ad pęnam fiat: verùm infamia facti irrogatur, si opinio carcerati grauetur apud graues viros.idem, sing.69.

Infamia quid sit, & quid fama, vide Barto.in l.1. C.ex quib.caus.infam.irrog.

Pęna diminuta, an dicatur in infamia dispensatum: & ex causa Iudex minuit infamiā, & infamiæ effectus est multiplex, vide Bartol. in l.3. C. eod.

Imperator quando cōcedit dignitatem, videtur dispensare super infamia. Barto. in l.23.§. præsenti.ff.de nupt.

Accusatus, & dānatus an sit infamis, & quid de inquisito, vide Bart. in l.1.C.de in lit.iuran.

Iudex ex officio infamem repellit, etiam si nihil opponatur.Bar.in l.1.ff.de offic. Asses.

Sentētia infamatoria alicuius, vbique infamat. Bart.in l.9.ff.de postulan.

Papa, Princeps, Collegium Cardinalium, & Senatus possunt ad famam restituere: idem in Populo, vbi per statutum ipsius infamia fuit irrogata; secùs si p ius cōe.Bar.in l.1.§.de qua re.ff.de postulan.vide l.7.ff.de public. iudi.

De infamia iuris, & facti, & de infamibus vide per eundem Bart. in l. 1. & tot.titu. ff.de his, qui nota.infam.

Infa-

Infamia notantur, qui consanguineas ducunt vxores.cap.coniunctiones 35.q.2.& 3.

Acta facta coram Iudice infame tenent.Barto. consi.174.nu.7.vol.1.

Episcopus in omni crimine,in quo potest dispēsare, potest infamiam tollere. Bart. in consi. 17. volum. 2.

Laicus in terris Ecclesiæ potest restitui ad famā,& ad pristinum statum per Summum Pontificem, vel per eius auctoritatem habentē. Bart.in d.consi.17.

Infamis non potest esse Iudex. c. infamis 3.q.7.

Quæ personæ dicantur infames, vide cap.infames 6.quæst.1.

Infamis in iudicio comparere non potest,&ille dicitur infamis infamia iuris, qui est eiectus propter inobedientiam.Fel.consi.37.

Infamis non potest promoueri ad beneficium: & licèt Religio tollat maculam peccati, tamen non tollit infamiam facti, vel iuris.Feli. consi.37.num.3.& fin.

Cōdemnatus in actione depositi directa, quia non restituebat,efficitur infamis.l. qui depositum 10.C.depositi.idē in condēnato actione mandati.l.in re mandata 21.C.mandati.

Binas habens, seu tenens vxores equidem est infamis.l.2.C.de incest.nupt.

Tutor, vel curator, qui pupillā suā sibi,vel filio collocat in matrimoniū, fit infamis ex dolo suo præsumpto.l.7.C.de interdic. matrimo.

Tutor,vel curator remotus ob dolum, est infamis; non ob culpam.l.fin.C.de suspect.tutor. vide l. 3. §. fin. ff. eod. & §.suspectis,Institut. de suspect. tuto.

Infamis ab accusatione repellitur,& qui calumniatur punitur.l.criminis 15. C. de his,qui accusar.non possu.

Palam dicitur facere illa, quæ sine distinctione personarum se prostituit: & non solùm infamia notatur ea,quæ præsentialiter facit quęstum,sed etiam illa,quæ iam fecit, licèt nunc facere desierit, & etiam prætextu paupertatis non excusatur.l.palam 43.ff.de rit. nupt.

Deprehensa in adulterio efficitur infamis,siue post deprehensionem sequatur sentētia,siue non, & etiam lata sentētia absolutoria: quia lex ipsum factū notat.d.l.43.§.quę.ff.rit.nupt. Ludo.Roma.sing.825 Secus in viro,in quo requiritur sententia.Roma.ibid.

Infamis non potest esse Procurator,vt habetur in cap.infames 3.quæst.7.Contrarium tamen scripsit Barto.in consi.77.vol.1. Sed Aluis. de Alber.sing.4.&47.distinguit, inter infamiam notoriam,& non notoriam, vt in primo casu non possit,in secundo sic.

Infamis potest esse Procurator, & potest Procuratorem constituere; sed ipse pro facto suo non pōt esse in iudicio.§.fin. Instit.de excep.

Si pro pecuniaria pęna imponatur corporalis, remittitur infamia: idem, vbi pro corporali minori,imponatur maior.l.10.§.fin.ff.de pęn. & ibid.gloss.

Si in duabus actionibus alibi summa maior,alibi infamia est, præponenda est causa existimationis; vbi autem æquiparantur famosa iudicia,& si disparem summam habeant,pro paribus tñ accipienda sunt.l.105. de reg. iur.

Infames remouentur à dignitatibus,non à muneribus realibus, vel personalibus.l.1. C. de infam. lib. 10.

Infamis est,qui sponsioni suæ contrauenit.glos. in l.fin.C.de dignitatib.lib.12.

Rem ratam haberi,& de ratihabitionibus.

Ratificatio fieri debet eo tempore, quo posset fieri actus, seu dispositio.Ozas.decis.119.nu.23.Guid.Pap. q.13.Ioseph. Ludo.decis. Luc.18.nu. 8.9. Iass.Lanf.Balb.decis.126. & Cabal. milleloq. 153. Quia ratificatio non operatur, quando res non est integra, & aliqua mutatio est facta. Ozas. d.decis.119.num.24. vide Afflic.decis.300. Menoch. consi.389.nu. 23.lib.4.Natt.consi.189. & 261.num.8. Et extrema non sunt habilia. Barto. in l.receptum 19.ff.communia prædiorum,in l.si is, qui pro emptorem.ff.de vsucapio.& in l. si vxor 13.§. si quis.ff.ad leg.Iul.de adult.

Ratificatio actum nō conualidat in tertij pręiudicium,cui medio tempore ius quæsitum est. Ozas.d.decis.119. num.25.Mago.decis.Luc.21. num.15.Dec.consi.226.num.8.consi.247.460. num. 37. & 38.Natt.consi.253.num.9. & cons. 261.num.8. Nam ratificationis tempus, non autem contractus inspici debet, ne in tertij præiudicium retrò trahatur. Ozas. ibid.num. 28.Gram.decis.103.num.119. Nec ratificatio domini superueniens agnatis præiudicat. Ozas.decis.116.nu.11.

Obligatio inualida cōfirmata per ratihabitionem,non operatur in præiudicium tertij, cui ius quæsitum erat ante ratihabitionē;& post obligationem.Afflic.decis.286.

Retrò translatio locum habere nō potest, cùm extrema non sunt habilia.Thom.Minad. decis.5.Nam ratificatio ad hoc vt retrò fingat, debet habere duo habilia extrema,nempe à quo, & ad quod. Barto.in l.nec vtilem 20.ff. quib. ex caus. maiores. Et tunc ratificatio æquiparatur mādato. Ioseph. Ludo. decisio. Luc.31,vide Rot.Genu.decis.5.

In do-

In donationibus ratificatio potest præstari, antequam sit alteri ius quæsitum irreuocabiliter. Mohed. decis. 188. in fine, Sed an hæres possit ratificare ipsam donationẽ, vide Natt. consi.253. num.9. Tom.1.

Dominus non potest ratam habere possessionem captam per alium nomine suo, in præiudicium illius, qui medio tempore cępit possessionem; tunc enim ratihabitio nihil operatur. Vera. decis.350. part.2.

Ratificatio, quæ fit ab homine, non retrotrahitur in hypotheca ad tempus contractus; secùs si fiat à lege. Borg. decis. 27. num. 22. de contract. part.2.

Ratificatio facta post tempus cõuentum, nihil operatur. Raud. tract. de Analog. c.21. nu.49.

Superueniens ius non operatur, nisi ex tẽpore, ex quo superuenit, nec trahitur retrò in prę iudicium tertij. Craue. consi.171. nu. fin.

Effectus ratificationis est, vt mandato æquiparetur, & trahatur retrò ad tempus actus celebrati, cæteris habilibus. Crauet. consi.304. vide Bart. in l.9. C. de nego. gest. in l. Iulianus 10. ff. qui satisda. cogan. in l.7. C. ad Senatusconsul. Maced. & in l. obseruare 4 ff. de offic. Proconsul. Dictum limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per eundem Bart. in additio. ad d. l.7. ad Macedonianum.

Ratihabitio potest fieri extra tempus, quando actus valet ex persona gerentis. Barto. in l.1. C. qui admitti. num.11.

Ratihabitio retrotrahitur, vt videatur pignus rei alienæ retrò valuisse in præiudicium domini ratum habentis; secùs in præiudicium tertij, cui medio tpe fuit res per dñm obligata. Bart. in l. aliena res 20. ff. de pigno. actio.

Conditio potestatiua non retrotrahitur; secùs in casuali. Bart. in l.5. §. si maritus. ff. de donatio. int. vir. & vxo.

Quando conditio tam in contractibus, quàm in vltimis volũtatibus retrotrahatur, vide Bar. in l. is, qui pro emptore. ff. de vsucapio.

Restitutus ad aliqua bona, quæ aliquo modo amiserat, non intelligitur restitutus in præiudicium eorum, quibus ius iam quæsitum erat. Fel. consi.1.

Acta, & gesta, pendente aliquo obstaculo, quod postea tollitur, non per hoc gesta, & acta valida reduntur. Fel. ibid.

Regulariter oĩs ratihabitio prorsus retrotrahitur, & confirmat ea, quæ ab initio facta sunt, & assimiliatur mandato. l. fin. & ibid. gloss. C. ad Senatuscon. Maced.

Ratihabitio in delictis locum habet, & mandato æquiparatur. Ozas. decis.138. nume.4. Iass. Lanf. Balb. decis.126. vide Bart. in l.1. §. sed & si. ff. de vi, & vi armat. Ideò ratihabitio delicti commissi ratum habẽtem ex maleficio obligat. Ozas. d. decis.138. nu.5. Et etiam Vniuersitas ob ratificationem commissi delicti subsequutam punitur, & obligatur. Ozas. ibidem d. decisio.138.

Ex ratificatione expressa, vel tacita nunquam cõualidatur actus dolosus. Ozas. decis.58. nu. 32. vide tamen eundem, decis.142. nu.8. Affli. decis.220. num.7. & Vera. decis.1. part.3.

Ratificari non potest contractus dolosus, non data sciẽtia doli. Cra. consi.160. Nec ratificatio generalis illicita cõprehendit. Craue. ibi.

Ratificatio, vt ratum habentem obliget, quę requirantur, vide Ozas. decis.138. num.17.

Gestũ, vt aliquid dicatur nomine alterius, quæ necessariò requirantur, vide ibid. nu.18.

Ratificatio subsequens tollit effectum nullitatis. Ozas. decis.142. nu.15. vide tamen eundẽ, decis.166. num.11. Afflic. decis.220. in fine, & Ioseph. Ludo. decis. Luc.18. num.14. Tamen sententia nulla, quia lata in die feriata, non potest per partes tacitè, vel expressè ratificari, nam talis nullitas procedit ex defectu solemnitatis substantialis, cuius cõfirmatio in voluntate ratificãtis non est. Balb. decis.253.

Consensus vbi requiritur ad solemnitatẽ actus, debet interuenire in ipso actu, & nõ sufficit, ꝙ postea interuenerit. Ozas. decis.166. nu.8. Idẽ, quando consensus requiritur ante actũ; quia tunc per ratificationem subsequutam actus non confirmatur, maximè vbi huiusmodi ratificatio tenderet in tertij præiudicium. Ozas. ibid. num.9.

Quando consensus non est pro forma sufficit, quãdocunq; interuenire ante, vel post actũ; secùs quando debet interuenire cum certa solemnitate à principio, tunc enim non sufficit, quòd postea interueniat. Mohed. decis. 85. vide Gail obser.47. lib.1. nu.5.

Quando consensus alicuius requiritur, nullo tẽpore limitato, ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato: & ista ratificatio est tantæ importantiæ, quòd procedat etiam in his, quæ requirunt speciale mandatum. Rot. Genu. decis.76. nu.3. & 4.

Ratificatio omnes solemnitates requirit, quæ in actus confirmatione interuenire debent. Ozas. decis.166. num.13. & Borg. decis.16. nu. 15. de contract.

Ratificans secundam venditionem, videtur primam ratificare ratione cõnexitatis, si in instrumento ratificationis de vtraque fiat mẽtio. Afflic. decis.285. nu.5.

Hæres tenetur factum defuncti ratificare. Afflic. ibid. num.11. Nec potest contra illud venire, etiam iure proprio. Boer. decisio. 13. nume. 13. Fallit in casibus, de quibus vide per

per Capic.decisio.93.nume.7.

Ratificatio inducit commutationem de persona ad personam. Afflic.decis.285.nu.14.

Alienare non dicitur qui ratificat, vel consentit. ibid.num.19.

Vir, qui promisit ratificaturam vxorem cum pœna, non tenetur, si fecerit quod potuit, etiã si iurasset. Afflic. decis.295. Gram. decis.101. nu.82.87.93.110.& 111.

Quid iuris, quando maritus promisit facere, & curare, q vxor renunciet hęreditati paternę, vide Gram.decis.101.nu.87.88.93.110.& 111.

Vbi maritus promisit (etiam cum iuramento) se facturum (casum etiam propriũ faciẽdo) quòd vxor sua faceret quitationem, & renũciationem patri de bonis paternis, & maternis in valida forma, & postea vxor fecerit quitationem nulliter tamen, quia facta matre absente, nihilominus dicitur satisfactum promissioni, & maritus amplius non tenetur. Rol. consi.81.vol.4.

Qui ex postfacto interuenit, non potest ratum habere. Afflic.decis.355.

Quando commoditas alicuius rei peruenit ad aliquem, præsumitur, q habuit ratum factum præcedens. Afflic.decis.376. nu.4.

Promittẽs factum alienum puta, q Vniuersitas ratificabit verè modis omnibus, & cum effectu faciet, curabitq; ita q non excusetur faciendo posse suum, liberatur, si ratificatio sequatur etiam sine decreto. Capic.decisio. 93. nume. 6.

Promittens alium ratum habiturum non tenetur, quando ille contrauenit ex capite restitutionis in integrum: quia enormissimè lęsus, vel ex falsa causa. Gramma.decisio. 101. num.55.& 107.

Promittens aliquem ratum habiturum, & non contrauenire, nec molestare, intelligitur tã de iure, quàm de facto. Gram.ibid. nu.81.

Promissor facti alieni (etiam cum iuramento) excusatur, si adhibuerit omnem diligẽtiam. Ioseph.Ludo.decis.Perus.27.nu.6. & Menoc. consi.239.vol.4. Sed an possit inueniri cautela, vt teneatur ad interesse, vide eundem Ludo. d.decis.27.

Patris promissio de procurando consensu filij, rebus sic stantibus integris, & durante potestate sua in filium, intelligitur, etiam si fuerit iurata, sed vide Put.decis.259.lib.3.

Promittens pro se, & pro aliis de rato, & cum effectu, aliàs de suo proprio sub pęna, nõ excusatur à pęna, licèt fecerit omnem diligentiam, & conatum, vt ratificatio sequeretur, & non sit sequuta; secùs si non promisisset cum effectu, aut de suo proprio. Borg.decis.25.nu. 27.de contract.part.2.

Si aliquis donauerit ob remuneratioñẽ rem alicui, in qua non habebat plenum ius, & promiserit procurare quantum in eo erit, vt ille, qui habebat plenum ius in re donata omnia ratificaret, & approbaret, si decesserit, nulla facta diligentia, & requisitione pro obtinenda ratificatione, hæres ipsius donantis tenebitur ad interesse. Craue.consi.64.

Quando quis promittit aliquem ratum habiturum sub pęna, & cum iuramento, si fecerit quod in se est, an excusetur, vide per Maran. in suo Spec. disputa.7.fol. 583. & Dec. consi. 314.326.& 330.

Vbi quis aliquid facit nomine alieno, & promittit nomine proprio, q ille, cuius nomine facit actum, habebit ratũ, aliàs ipse vult teneri, obligatur efficaciter. Dec.consi.688.

Promissio facta emptori per venditorem de curando, & faciendo cum effectu, ita q faciendo suum posse non excusetur, q aliquis ratificabit venditionem sub obligatione bonorum suorum, est valida, & efficax, promittentemq; effectualiter obligat ad interesse. Rol. consi.53.num.11.vol.1. Maximè interueniente iuramento.ibid.

Ratificatio actus per alium gesti nomine meo, operatur perinde, ac si ego ab initio contraxissem: quia ratificans, seu ratum habens, dicitur facti auctor. Gram.decis.103.nu.8. Et perinde obligatur.ibid.nu.48.& 108. Rot. Genu. decis.6. vide Ozas.decis.58.nu.11. Quia ratificatus actus fingitur à lege factus ab ipso ratificante. Ozas.d.decis.88.nu.11.

Contractum approbãs succedit in locum eius, qui contraxit, & ideò debet eodem modo, & iure vti. Gram.decis.103.nu.10.

Licèt id, quod non est gestum nomine meo, nõ possim habere ratum, tamen hoc procedit quo ad commodum mei ratificantis, sed quo ad præiudicium meum bene possum ratificare. Gram.d.decis.103.num.12. Ozas.decis.138. num.8. vide Rot.Genu.decis.92.num.8. Cassa. decis.40.tit.1. Cassan. in consuetud. Burg.titu. *Des rentes* Rub.5.§.3.glo.3.nu.6. Menoch.cõsi. 389.lib.4.nu.14. Barto.in l.1, C.si in communi eademq; causa. in l.mater tua 3. C.de rei vẽdic. in l.16.ff.de pigno. & in l.1.§.sed & si.ff.de vi, & vi armat. vide etiam eũdem Bart.in suo tract.de differen.int.ius Cano. & Ciuil. num. 76.& glo.in l.6.§.item quæritur, & in §.quod ergo.ff.de negot.gest.

Tacita ratificatio non habet locum in casu l.fi. C.si maior factus, quando dolus interuenit. Vera.decis.1.part.3.

Non possum habere ratã alienationem rei meę per alium factã, vt mihi detur actio contra venditorem ad pęnam, nisi re perempta, vel vsucapta.

vſucapta.Barth.de Capu.ſing.79.

Geſtum nomine meo, ignorante eo, cum quo geritur, poſſum habere ratum. Bar.in l.ei, qui 8.C.quod cum eo.

In negotio, quod eſt noſtrum ratihabitione, oritur actio negotiorum geſtorum, ratihabitione ſequuta.l.ſi pecuniam 9.C.de nego.geſt.

Si negotium geritur nomine eius, ad quem non ſpectat, ex eius ratihabitione negotium dicitur pertinere ad eum, & actione nego.geſt. tenetur, ſi aliquid ex ratihabitione quæritur; aliàs ſecùs. l. ſi pupilli 6. §. item quæritur. ff. de negot.geſt.

Poteſt quis ratum habere geſtum nomine ſuo, ſi eius ius non erat extinctum contra principalem, licèt eſſet extinctum contra fideiuſſorem. l. cùm decem 71.§. ſi fideiuſſor.ff.de ſolutio.& liberatio.

Licèt in inſtrumento ratificationis capitulorũ, ſit illorum tenor inſertus, tamen debent exhiberi ipſa capitula, dũ agitur ex ipſa ratificatione.Gram.d.deci.103.nu.177.

Ad hoc vt inſtrumẽtum dicatur ratificatum, totus tenor legi debet, quod procedit, vbi agitur de arguenda ratificatione inſtrumenti facti, abſente parte, nec aliter in iudicio exhibiti: ſecùs autẽ ſi in iudicio exhibeatur inſtrumentum; quia tunc illud in actis exhibitum, & productũ, efficitur de actis, & notoriũ. Rot. Genu.deciſ.15.nu.2.& 11.& deciſ.92.

Ex ſola taciturnitate non inducitur conſenſus, nec approbatio in præiudicialibus, attamen vbi vltra taciturnitatẽ deuentum eſt ad aliquem actum poſitiuum tendẽtem ad approbandum actum, inducitur ratificatio.Rot.Genuen.d.deciſ.15.nu.9.

Ratificatio non inducitur, niſi ex vera ſcientia contentorũ in inſtrumento ratificato.Mago. deciſ.9.nu.26.Rot.Floren. Sed de hac ſciẽtia vide per Rol.conſi.19.vol.1.nu.34.

Ratificatio vt arguatur, ex aliquo facto requiritur, quòd faciens ſciat illud, de cuius ratificatione agitur: & allegans talem ratificationem ex facto, tenetur probare ipſam ſcientiam. Craue.conſi.197. nu.fin. vide Menoch. conſi.389.nu.20.lib.4.Nam ignorans defectũ alicuius actus, non poteſt dici illum approbare.Craue.conſi.226.nu.7.

Geſta p falſum Procuratorẽ poſſunt ratificari, quãdocũq; ante ſñiam, ſed qd poſt ſñiam, vide diſtinctionẽ, quã ſcribit Guid.Pap.q.320. vide ẽt Aegi.Bellam.cõclu.29.30.& 650.Rot. Genu.deci.179.n.13.Caſſad.deci.40.tit.1. Capel.Tho.q.272.DD.de Rot.dec.1.aliàs 13.tit. de Procur.in antiq.& deciſ.10.aliàs 149.ibid. Iaff.Lanf.Balb.deci.255.Andr.Gail.obſer.47. lib.1.Menoc.de Arbitr.caſ.32.Guid.Pap.ſing. 667.Nat.cõſ.126.& 142.To.1.l.licèt 56.ff.de iudi.& gl.in l.11.§.hoc iure.ff.de excep.rei iudi.

Exhibitio mandati in fine iudicij, non conualidat acta pcedentia.Rot.Genu.deci.54.nu.fin.

Dominus conſtituendo Procuratorem, videtur ratificare geſta alterius, q prius agebat.Rot. Auenio.deciſ.24.in deciſio.diuerſo. Tom.3.

Ratificatio ſentẽtiæ facta videtur ab eo, qui dilationẽ petijt ad ſoluẽdũ.Natt.cõſi.142.n.23.

Geſta per falſum Procuratorẽ nõ poſſunt ratificari, quando Iudex interloquendo pronunciauit aſſertũ Procuratorem nõ habere ſufficiens mandatum.Guip.Pap.q.320. num.fin.

Mandatum præceſsiſſe ante ſententiam doceri poteſt, ſed non poteſt ratificari ſentẽtia per mandatum poſt illam ſequutum. Put. deciſ. 383.lib.2.& Myſing.obſer.44.cent.1.

Mandato generali ad omnes cauſas præſentes, & futuras, non cenſetur ratificari id, quod ignoratur.idem Put.deciſ.373.lib.3.

Ratificatio appellationis pro alio interpoſitæ, debet fieri intra decem dies, quod intellige procedere à die ſcientiæ, & in dubio intelligitur facta intra tẽpus dictorũ decem dierũ. Hier.Mago.dec.6. Luc.nu.23.& deciſ.49.nu. 28.Sed interpoſita per coniunctam perſonã, poteſt ratificari poſt ipſos decem dies. Mago.d.deciſ.49.nu.29.

Ratificare cenſetur quis appellationem ab alio interpoſitam, illum conſtituendo ad proſequẽdam ipſam appellationem. Cra.cõſ.159.

Ratificare videtur dominus geſta à falſo Procuratore, qñ appellauit à ſentẽtia lata in eo iudicio contra illum. Natt.conſi.242.nume.16.

Dñs, minor, & legitimus Prȩlatus, qñ poſsint hr̃e ratã ſñiam latã pro falſo Procuratore, tutore, & non legitimè ordinato, vide Bart.in l.4.C. in quib.cauſ.in integ.reſtitut.non eſt neceſſa.

Cautio rati ẽt pſtat̃ poſt litẽ cõteſtatã, & qñ qs poſt litis cõteſtationẽ patit̃ Procuratorẽ interuenire, & merita cauſȩ tractare, antequã petat cautionẽ rati, talẽ cautionẽ petere nõ poteſt.Bar.in l.2.C.de conſort.eiuſd.lit.

Partes non poſſunt habere ratum proceſſum factum coram incompetenti Iudice.Barto.in l. 4.ff.de offic. Proconſul. vide tamen eundem in l.mutari 24.ff.de Procurat.

Procurator, qui promiſit dominũ ratũ habiturũ, non poteſt dicere nolo teneri de rato, ſi apparebit me verũ Procuratorẽ: & ſi ſemel in iudicio cauit de rato, ſi iterũ opponat̃, nõ tenetur amplius cauere. Bart.in l.inter quos 39.§.alieno.ff.de dam.infec.

Procurator cum cautione de rato admittitur, ad petendam in integrum reſtitutionem. l. quod ſi 27.ff.de mino.25.ann.

Vbi Procurator promiſit dominũ ratum habiturum,

turum, qn̄ committatur hæc stipulatio, vide Azo. in summa tit.de Procura.nu.23.& in tit. C.de reb. cred.nu.9. & l.ratū 13.ff.de solutio.

Qualiter dicatur negotium meum ratihabitione, vide eundem Azo. in tit.de neg.gest.

Expressa protestatio requiritur ad impediendum, ne dominus ratum habeat. Rot. Genu. decis.179.num fin.

Gesta per falsum tutorem, vel curatorem non possunt ratificari per pupillū.Gui.Pap.q.320. num. 4. Tutor tamen potest ratificare gesta per falsum actorem. Guid.ibid.

Ratificans gesta nomine suo per alium, si ille se obligauerat in forma cameræ, censetur eod. modo ratificare, & poterit procedi executiuè; quia effectum, quem operatur mandatū à principio factum, operatur ratihabitio superueniens.Mohed.decis.288.

Ratificatio non minus facto, quàm verbis fieri potest.Ioseph.Ludo.decis.Perus.35. Rot.Genu.decis. 119. Ideò paria sunt ratificare verbis, vel facto re ipsa.ead.Rot.decis.6.nu.9.

Ratihabitio præsumitur ex actibus successiuis, & continuatis.Beninten.deci.70.nu.pen.

Ratificans solutioné pro se factam per aliqué, tenetur actione mādati.Rot.Genu.deci.119.

Ratificatio non valet post protestationem in præiudicium protestantis.ibid.decis.176.

An in dubio prouisio alicui facta, præsumatur per eum ratificata, vide Put.dec.27.lib.1.

Ratificans actum, an censeatur illum ratificare cum omnibus qualitatibus, quæ inhærent actui ratificato, vide Put.dec.397.lib.2.

Ratificatio solutionis extra tempus factæ per Procuratores creditoris, an valeat, vide Put. decis.403. lib.3.

Ratificatio non inducitur ex actu cōtrario. Vera.decis.2.part.3.

Ratificatio præsumitur, quando de eius validitate agitur, & sufficit tacita, quæ inducitur ex scientia etiam præsumpta.Borg. Caual.deci. 13.de contract.num.23.& 25.

Ratificatio præsumitur ex pensionū perceptione.Borg.decis.31.de contract. part.2.nu.541. Et ex diuturnitate temporis.ibi.num.565. Quod non procedit, quando agitur de graui prejudicio Ecclesiæ.ibid. Borgn.

Ratificatio sequi debet stipulationem Notarij, vel alterius, ad actus validitatem, seu ipsius stipulationis.Mago deci.Luc.55.num.9.Aliàs sine ratificatione, euanescit stipulatio. ibidē num.10.Crau.consi.261.Dec.cōs.58.226.464. 531.num.fin.& Natt.consi.253.

Constitutum factum absenti non operatur ante ratificationem contractus; sicut stipulatio Notarij non operatur ante ratificationem, vt ius absenti plenè q̄raт.Natt.cōs.189. Tom. 1. vide infra libr.2.titul.de clausu. constit.

Ex sola sciētia fit ratificatio, & acceptilatio donationis. Crau.consi.261.nu.5.

Ratificatio venditionis non potest operari rescissionem.Rot.Auenio.decis.100.in decisio. diuerso.Tom.3.

Ratificatio an inducatur per actum concernétem executionem prouisionis promissę per Sindicos, vel Procuratores, vide Crescen.decis.1.aliàs 54.tit.de Procurato.

Petens pretium, vel parté pretij rei suę vénditæ, censetur approbare, & ratificare alienationem ipsius rei.Craue.consi.159.num.5.

Factū, vt ex eo ratificatio inducatur, tale esse debet, vt citra ratificationem illud fieri nō potuerit.Crau.consi.197.nu.12.

Quando quis accipit bona sibi per laudum adiudicata, censetur ipsum laudum ratificare. Craue.consi. 237. nu. 2. Et petens terminum ad soluendum, censetur ratificare, & approbare contractum.Craue.ibid.

Vniuersitas soluens expensas occasione gestorum ab eo, qui se gesserat vt Sindicus, censetur ipsa gesta ratificare: & hoc casu actus nullus censetur tacitè ratificatus. Craue. consil. 276.num.6.Dec.consi.298.nu.3. & consi.449. nu.35.Natt.consi.278.

Quando, & ex quibus actibus ratificetur contractus, vide Craue.d.consi.276.& 278.

Vniuersitas congregata sciens Procuratorem suum excedere fines mandati, si non contradicat, consentire videtur, & obligatur. Rol. consi.70.nu.32.vol.1.

Per solutionem contentorum in transactione factam per Communitatem, censetur ratificata transactio ipsa per agenté Commuuitatis facta, licèt non appareat de mandato. Natt.consi.341.

Quando aliquid petitur virtute testamenti, cēsetur illud approbari.Craue.d.consi.278.

Quoties in actu fit mētio alterius, ad quem negotium pertinet, censetur actus celebratus nomine illius.Craue.consi.304.

Ratificatione personę, cuius noīe fuit res acquisita, acquirit dn̄ium ipsius rei acquisitę.Crau. cōs.304.Quod ꝑcedit, facta traditione illi, q acceptauit nomine ratificantis.Crauet.ibid.

Ratificatio firmat actum gestum; non auté ampliat, aut extendit, minus noui quicquam inducit.Craue.consi.3.pro genero, nu.13.

Ratificatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus actus gesti. Crauet. d.consi.3.nu.14.

De actione ex stipulatu, rem ratā haberi, vide per Ioan.Crisp.in suo tract.termino.actio.nu. 180.post volumen Ias.de actio.

Procuratori falso soluēs liberat, si dn̄s factus certior ratū habuerit.Meno.de Arbi.li.2.cas.32.

Ius

Ius quæsitum ex persona alterius non dicitur perfectè quæsitum, nisi sequuta ratihabitione: & qui percipit fructus ex rebus acquisitis, intelligitur ratificasse acquisitionẽ. Dec. consi.58.& 226.

Frater potest ratificare quitationem factã per sororem (ipso absente) de bonis fraternis; sed quando,& ex quibus iudicetur talis ratihabitio,vide Menoch.consi.371.lib.4.

Ratum,& firmum si promitto me habiturum, si postea contraueniã siue de iure, siue de facto,committitur stipulatio.Bar. in l.id, quod 24.C.de Epis.& Cleri.

Ex contractu meo nomine celebrato, si ratum non habuero, gerenti quæritur vtilis actio. Bar.in l.si absens 4.C. si cert.pet.

Gestum per nuncium, quando possit per dominum ratificari,vide Bar.in l.6.C.si quis alteri.

Quod ab initio non tenet, confirmatur ratihabitione sequenti.c.1.ex.de iis,quæ vi metus.

Quod non est,vel non tenet,ratum non potest haberi per cõsensum partiũ.c.7. ext.de cõfir. vtil.vel inutil.

Licet aliquid calore iracundiæ factũ sit ab initio,si postmodum per consensum ratificetur, illud valet.c.dudum 20.ex.de cõuers.coniug.

Multa de ratihabitione vide per Bart.in l.10.ff. de nego.gest.

Gestum nomine defuncti, eius hæres ratificare potest.l.si quis offerenti 58.§.si creditor.ff.de solutio.& liberat.Bar.in l.eius,qui 41.ff.si cer. pet.nu.14.Et in subsidium debiti exactionem possum habere ratam. Bart.in d.l.41.num.15. ff.si cert.pet.

Cohæres quando possit habere ratam stipulationem factam alteri cohæredi, vt illi acquiratur actio, vide Barto. in d.l.41. num.34.ff. si cert.pet.

Pupillus, vel minor quando possit ratificare gesta à tutore, vel curatore, & quid in facto à tertio non tutore, vide Barto.in l.6.num.11. ff.de condict.indebit.

Titulus inualidus quando confirmetur per præstationem postea secutam, & quantum tempus requiratur, vide Bart.in l.cùm de in rem verso.ff.de vsur.

Administrator necessarius quando cauet de rato,debet dicere se non velle teneri,si appareat ipsum esse verum administratorem. Bar. in l.inter quos 39.§.alieno.ff.de dam. infec.

Dominium non acquiritur per negotiorum gestorem,qui sit cõiuncta persona, nisi sequuta ratihabitione. Bar.in l.qui mihi 13.ff.de don.

Pace facta cum aliquo pro se, & suis complicibus, si vnus ex pluribus offendatur,antequã ratum haberet, ratificatio sequens non porrigitur ad illud delictum. Bart.in l.si vxor 13. §.si quis.ff.ad leg.Iul.de adult.nu.4.

Quoties is,cui bonorum possessio ab altero postulata fuit, furere cœperit, magis probatur ratum eum habuisse.l.quoties.ff. de bon.poss.

Si maior factus ratificat ea, quæ in minori ætate gesit, restitutionem perdit. l.1. C. si maior factus.

Ratihabitio patris Macedonianum excludit. l. fin.C.ad Macedonian.

Procurator actoris cauet de rato, si est dubium de mãdato.l.nõ solũ 39.§.q alieno.ff.de Proc.

Qui alium defendit in actione reali, etiam de rato dẽt cauere.l.Põponius 40. §. sed ff. eod.

Ab eo, qui protestatur nomine alieno, potest peti cautio de rato, si petentis intersit caueri.l. qui absentem 75.ff.de Procurato.

Inopia rei non excusat defensorem,qui satisdedit, ideò si nõ defendat,stipulatio committitur.l.Titius 76.ff.de Procurato.

Actor Vniuersitatis debet defendere, & de rato cauere, si dubitetur de mandato. l. 6. §. actor.ff.quod cuiusque Vniuersitatis.

Necesse est habere ratum,quod vtiliter est gestum.l.Pomponius la prima ff.de nego.gest.

An,quando negotium gestoris habui ratũ, tollatur actio nego.gesto. vide d.l. Pomponius.

Tutor agens pro pupillo, nõ tenetur cauere de rato.l.vulgo 24.ff.de administ. tuto.

Ratificatio nouam acquisitionem operatur.l.si quis 25.§ sed quid,versi.imò ff. de acquir. vel omitt.hæred.vide Bart. in l.3.ff.de acquiren. posse.& Dec.in Rub.C.qui admitti.

Qui agit ex contractu alterius, censetur illum ratificare.l.si seruus 67.ff.de fideius.& mãdat.

Potestas ratificandi nõ perditur facto alterius, quàm debentis ratum habere. l. si quis offerenti 58.§.& si duo rei.ff.de solutio. & libera.

Cùm semel quis ratum non habuerit, amplius ratum habere non potest: quia quod semel reprobaui, postea approbare non possum ad actionẽ cõsequendã. l. dispensatorẽ 62.ff.eo.

Si quis ratum habuerit,quod gestum est, astringitur mandati actione.l.61.ff.de reg.iur.

De satisdando, & qui satisdare cogantur,quomodo,& quando.

IMmobilia posidens non tenetur satisdare de iudicio sisti,virtute clausulæ, Summariè, simpliciter, & de plano,&c.Ozasc.decis.1.num.9 Capell. Thol. q. 138. in additio.Fallit in eo, qui posidet solùm vilem cęspitẽ terræ,vel vnam domunculam.Fel.consil. 42. nu. 16.Et in casu, de quo vide per Marc.de Mãt. singul.152.

cautio. idem Ioseph. d. decisio. 63. Perus. nume. 18. Vel vbi alio remedio potest esse consultum vtrique parti. ibid. nume. 23. & Rolan.consi.49.

Illæ, cui petitur, q̃ caueat de expensis reficiendis, sufficit iurare, q̃ non credidit posse reperiri fideiussorem, nec requiritur, q̃ iuret se nō posse dare, seu reperire. Guid. Pap. sing.751.

Cautio iuratoria non habet locum in contractibus, sed solùm in vltimis volūtatibus: fallit, si esset talis cōtractus, q̃ de sui natura nō transmitteretur ad hæredes. Pet.de Rau.sing.111.

Debitor quando non potest præstare fideiussorem, præstat iuratoriam cautionem. Bar.in §. quod autem, Auth.de fideiusso.num.8.

Si ille, qui obtinuit sententiam, à qua pars supplicauit, fecerit diligentiam de reperienda cautione, & nullam inuenerit, tunc admittitur iuratoria cautio, iuxta authen. generaliter.C.de Episco.& Cleric. Guid.Pap.q.50.nu. 3.& q.189.Franc.Marc.q.468. Capel. Thol.q. 138.in additio. Andr.Gail. obser.47.nu.9.lib. 2.vide Rol.consi.43.vol.2.Oldr.consi.68.Rip. in Rub.de dam.intec.nu.10.Bald.in auth.quæ supplicatio.C.de precib. Imper.offeren.glos. in c.qua fronte,ex.de appellatio. & in cap.1. de verbo.signific.

Actor dato fideiussore, cauere debet de expensis, & decima parte litis, & si non potest dare fideiussorem, præstabit iuratoriam cautionē. §.ad excludendas, Authen.de litig.

Debitor, qui dilationem à lege concessam habet, satisdare cogitur de soluendo, die aduenientē.Ozas.deci.170.nu.fi. vide Affl.dec.279.

Vsufructuarius tenetur satisdare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, nec sufficit iuratoria cautio.Ozas.decis.153. vide Guid.Pap. q.248.& seqq. facit l. si cuius 15. ff. de vsufructu.Fallit in donatore, & in eo, qui satisdare non potest, nam his duobus casibus sufficit iuratoria cautio. Ozas.ibid.

Arbitrio Iudicis relinquitur, an sit satisdādum. Ozas.d.decis.153.

Testator non potest remittere cautionem introductam in fauorem hæredis, hæres tñ potest.l.1.C.de vsufruct.& habit.& ibid.Barto.

Cautio de vtēdo, & fruendo arbitrio boni viri, non potest remitti à testatore. Barto.in l.nemo potest 58.de legat.1.

Satisdatio de legato soluendo potest à testatore remitti; non de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.l.7.C.vt in posses.legatorum.

Cautio de adimplendo, adueniente conditione, an peti possit, pendente cōditione apposita transactioni, vide Affiic.decis.108.

Fideiussorē dare nō tenetur, qui recepit, & promisit de non contraueniendo.Afflict.ibid.

Cautio fideiussoria habet locum etiã in actionibus stricti iuris, de qua cautione in casu suspitionis præstanda, vide per Affl.d.deci.108.

Satisdare iterum non tenetur, qui ex promissione semel satisdedit, & fideiussor factus est non soluendo: quia periculum inopiæ subsequutæ spectat ad eum, quia illum recepit. Afflic. decis. 172. & Barto. in l. Prætoriæ 4.ff.de Prætor. stipula.

Si semel est præstita cautio (etiam nō idonea) iterum non debet præstari, sed si noua causa allegetur, quæ euenit post satisdationem casu fortuito, iterum satisdatur. l.3. & 4.ff.vt in posses.legat.seu fideic.serua.cau.

Si ille, qui tenetur satisdare dat fideiussorem illum, qui non potest conueniri, tenetur de nouo satisdare; secùs si dedit fideiussorē non idoneum, à parte tamen acceptatum.l.qui 3. ff.de fideiusso.& mandat.

Appellãs satisdare iterum tenetur in causa appellationis, de iudicio sisti: nimirum quia prima satisdatio est finita, ex quo est finitum primum iudicium.glo.in §.1.in verbo, persona, Authen.de his, qui ingrediu.ad appellan.

Debitor, cui data sunt quinquennalia ad debita sua soluenda, cauere debet de illis soluēdis. Guid. Pap.quæst.109. vide Ioseph.Ludo. decis.63.Perus.

Verbum, cautio, à lege prolatum, intelligitur cũ fideiussoribus. Guid. Pap.q.249. Franc.Marc. quæst.874.vide Barto.in l.3. C. de omni agro deserto lib. 11. Sed quòd intelligatur de nuda promissione, scribit Rebuff.in constitutio. Reg.tract.de senten.executo.art.1.glos.16.facit l.3.C.de verbo.& rer.signif. Verùm quando ille qui tenẽt cauere liberetur nuda promissione, vel teneatur cauere cum fideiussoribus, vide ibid.Rebuff.vbi scribit reg. cum limitationibus, & Bar.in §.1.Institut.de adopt.

Cautio simpliciter facta, intelligitur de nuda, sed aliter quomodo intelligatur, vide Anto. Corset.in suis sing.litera C.sing.cautio.

Vocabulo, satisdationis, continetur aliquando tantùm repromissio, quæ fit sine fideiussore. l.satisdationis 61.ff.de verbo.& rer. signific.

Verbum, cautio, de sui natura importat nudam cautionem, sed quando additur verbũ, idonea, exigit fideiussores, vel pignora.§.1.& ibi. gloss.Institut.de eo, cui libert.confer. caus.

Plena cautio dicitur cum fideiussoribus; sed plenior cum pignoribus: simpliciter verò prolata ab homine, intelligitur sine fideiussoribus; secùs si à lege, vel à Prætore, nisi ille pro cederet vltra declarando nudã cautionem sufficere.glo.fin.in §.1.Institut. de fideiusso.

Satis acceptio est cum fideiussore. l. stipulationum 5.§.satis.ff.de verbo.oblig.

Quando requiritur cautio sufficiens, illi debet accedere fideiussores sufficientes, aut pignora, nec sufficit iuratoria cautio. Cabal. mileloq.703.& 704.

Si competens cautio danda sit, cum fideiussoribus præstari debet.glo.in l.si debitori. ff.de iud.Idem si idonea.l.vniuersa.C. de precibus Imper.offeren.& Oldr.consi.78.

Stante statuto, quòd sine cautione non appelletur,ipsa cautione non petita, tenet appellatio : & vsufructuarius non lucratur fructus sine cautione : fallit,si proprietarius negligat eam petere.Mysing.obser.6.cent.1.Natt.cōs. 685.vide Aug.Bero.q.79.

Particeps criminis an sit idoneus fideiussor, vide Papon.lib.10.tit.4.arrest.5.

Fideiussor non est idoneus, qui habet priuilegium fori,sed quomodo hoc intelligatur,vide ibid.arrest. 8. Nam vt quis sit idoneus fideiussor,debet esse eiusdē fori.Pet.de Rauc. singul.969.

Condemnatus ad præstandam fideiussionem, potest pręsentare fideiussorem alienæ iurisdictionis cum submissione. idem Papon. d. lib.10.tit.4.arrest.29.

Quot sint species satisdationum, & quando qs teneatur satisdare, vel cauere, vide Maran. in suo Spec.par.6.tit. de satisdatione, octauo membro iudic.

Quæ personæ nō dicantur idoneæ in fideiubēdo,vide Rebuff.in constitu.Reg. tract.de senten.executor.art.1.gl.16.nu.19.& seq.Tom.1.

Fideiussore non idoneo dato, & recepto,cēsetur satisfactum promissioni, nam qui admisit cum fideiussorem,idoneum esse comprobauit.Rebuff.ibi.num.25.

Cautio pro executione obtinenda,debet offerri ante executionem.ibid.num.40.

Tertius, qui vult impedire executionem ratione prioris hypothecæ, nō repellitur propter cautionem præstitam.Natt.consi.377.

Mulier, minor, & miles non sunt fideiussores idonei, quod intellige cùm in rem alterius fideiubent;secùs si in rem suam.Ludou.Rom. singul.122.

Clericus, & filiusfa. non sunt idonei fideiussores.Henric.Boer.in suis singularibus, tit.cautio,vide Fel.consi.9.

Debitor in diem, qui tempore obligationis cōtractæ iam erat suspectus de impotentia non soluendi, non cogitur præstare cautionem. Boer.ibid.num.3. Tenetur tamen cauere, si habeat dilationem ex dispositione testatoris,vel legis.idem Boer.ibid.num.4.

Si aliquis promittat facere alium securum, an teneatur dare fideiussorē, vel saltē pignus, vide Pet.de Rauen. singul.201.& Bartol. in l. 1.§.iudiciales.ff.de Prætor.stipul.num.fin.

Fideiussorem qui præstare tenetur,si alium pręter cognatum non inuenerit, eumq; minus idoneum,illum præstādo debet audiri.Marc. de Mant.sing.334.

Fideiussor abundans diuitiis, & facultate conueniendi, si recusetur,poterit agere contra recusantem actione iniuriarum. Marc. de Mant.singul.538.

Cautio mutiana non habet locum in contractibus inter viuos, neque vbi dispositio fit sub modo.Bar.in l. siue apud.C.de transact.num. 20.& 27.Sed cautio,quæ pręstatur de non implendo,an habeat locum in contractibus bonæ fidei, vide Bar.ibid.nu.11.

Cauere quis non cogitur in vltimis voluntatibus de implenda conditione coactione pręcisa,sed causatiua.Bar.ib.nu.11.

Procurator à minore constitutus debet cauere, quòd minor non petet restitutionem in integrum.Bar. in l.neque tutores 11.nume. 14.C. de Procurato.

Defensor idoneus est,quilibet maior cum satisdatione,sed qd satisdatio cōtinere debeat, vide Bar.in l.exigendi 12.C.eod.

Vide de satisdatione, & cautione præstanda p Procuratorem,& defensorem,per Bar.tit.de satisda.& supra tit.rem ratam haberi.

In Prætoriis stipulationibus fideiussor requiritur.Bart.in authen. offeratur. C,de lit.contesta.nume.8.

Si quis post litem contestatam patiatur Procuratorem interuenire, & merita causæ tractare,antequam petat cautionem rati,amplius illam petere non potest.Bar.in l.2.C.de consort.eiusd.lit.

Legitimi administratores agendo, vel defendēdo,in causa non satisdant.Bart.in l.sancimus 28.C.de administra.tuto.& curat.nu.5.

Procurator præstat tres cautiones, nempe de rato,de iudicato soluendo, & de defendendo.Bar.in l.si defunctus 15.§.qui.ff.de Procur.

Cautio debet præstari in omni debito, siue in diem,siue sub conditione.Bart.in l.quod 18. §.Iulianus.ff.de petit. hæred.

Vbi in forma legis aliquid est præstandum,non sufficit sola cautio,cùm præceptum legis debeat impleri in forma specifica.Ang.in l.1.ff. qui satisdare cogant.

Debitor vt tanquam suspectus capiatur, suspitio debet causari post contractum.Bar.in l.3. §.si semel.ff.vt in possessionem legato.

Satisdare qui tenetur, an possit dare pignora: & fideiussorem dans, qui non possideat bona immobilia,an liberetur,vide Bar.in l.Prætoriæ 7.ff.de Prætor. stipula.

Promittens idoneè cauere, non satisfacit promissioni,

miſsioni, obligando omnia bona ſua. Barto. ibid. num. 4.

Fideiuſſor quando venit ad defendendum, tenetur ſatiſdare. Bart. in l. iam tamen 5. §. nunc ff. iudic. ſolui.

Si dubitatur an ſit locus Falcidiæ propter legata conditionalia, vel aliter, ſoluuntur legata purè relicta, cautione tamen præſtita per legatarios de reſtituendo, quoties eſſet locus Falcidiæ. l. 1. ff. ſi cui plus, quàm per leg. Falci.

Sed an hæc cautio locum habeat in contractibus, vide glo. ibid.

Illi, qui non poteſt ſatiſdare, remittitur ſatiſdatio. l. cùm non facile. ff. eod.

Merus exequutor non tenetur hæredi cauere. l. diuus. eod.

Si legatum, vel fideicōmiſſum relinquatur ſub conditione, hæres tenetur præſtare ſatiſdationem de legato, vel fideicommiſſo ſoluendo, adueniente conditione, qua deficiente, quoque ſatiſdatio euaneſcit. tot. titu. ff. vt legat. ſeu fideicom. cau. caueat.

Variis cautionibus non eſt vtendum, nec debēt interponi cautiones, quæ non releuant. l. hæc ſtipulatio. §. fin. ff. eod.

Satiſdatio remiſſa non poteſt peti, licèt hæres dilapidet. l. fin. ff. eod.

Cautio, quæ non debet præſtari, præſtita ſcienter non condicitur; ſecùs ſi præſtita ſit per ignorantiam facti: ſed ſi per ignorantiam iuris condicitur quo ad liberationem fideiuſſorum, quibus etiam exceptio competit. l. 1. ff. vt in poſſeſsio. legat.

Legatarius vſusfructus pecuniæ tenetur ſatiſdare hæredi, etiam contra prohibitionem teſtatoris. l. ſi primæ. ff. eod.

Filius emancipatus, qui debet conferre ſuis, cogitur ſatiſdare de conferendo, quod ſi recuſet per cōtumaciā, illi denegantur actiones. l. 1. §. iubet. ff. de collatio. bono.

Pupillus, qui vult ſe tueri Carboniano edicto, debet ſatiſdare, ſed quid, ſi nō ſatiſdet, vide l. 5. §. quotieſcunque. ff. de Carbonia. edict.

Quando Clerici debeant ſatiſdare in iudicio, vide l. 25. C. de Epiſc. & Cler.

Arrogans pupillum debet ſatiſdare ſe reſtituturum bona, ipſa arrogatione finita per mortem impuberis, illis, ad quos bona peruenire debēt. l. nec ei. §. eorū. ff. de adopt. & emācip.

De ſatiſdationibus de iudicio ſiſti, vide per tot. tit. ff. ſi quis cautionibus.

Cautionum quædam remitti poſſunt, & quædā non. vide glo. in l. 1. C. de vſuf. & habita.

Cautiones, quæ præſtantur in delictis iudicialiter, mortuo reo ante litem conteſtatam, euaneſcunt, ſicut & delictum, & hoc regulariter. l. 10. §. fin. ff. ſi quis cautionibus.

Pro conſorte poſt litis conteſtationem poteſt quis agere, & defendere ſine mandato, præſtitis legitimis ſatiſdationibus. l. 2. C. de conſor. eiuſdem lit.

Dominus cogit̄ pręciſè iudiciū ſuſcipere eius, pro quo ſcienter ſatiſdedit, niſi ex cauſa legitima excuſetur. l. filiusfam. §. Procuratorem. ff. de Procurat.

Satiſdatio pro Procuratore præſente præſtita facit, vt mandatum morte domini non finiatur; ſecùs ſi pro abſente, vel ignorante. l. ſi defunctus 15. ff. de Procurato.

Procurator rei ſemper ſatiſdat; non autē Procurator actoris. glo. in l. 39. §. qui alieno. ff. eo.

Inopia rei non excuſat defenſorem, qui ſatiſdedit: ideò ſi non defendat, ſtipulatio committitur. l. pater 70. ff. de Procurato.

Mulier tranſiens ad ſecunda vota tenetur ſatiſdare pro rebus mobilibus prouenientibus à primo viro ad ſecundum. l. hac edictali 6. §. his illud. C. de ſecun. nupt.

Si tempore diuiſionis alter filiorum dotē vxoris, vel nurus retinuerit præcipuam, cautionē de defendendo præſtare tenetur cohæredibus. l. vnica. §. cautione. C. de rei vxor. act.

Qui tenentur ad diem, vel ſub conditione, poſſunt conueniri ad præſtandam cautionem. l. in omnibus 41. ff. de iudi.

Tutores, vel curatores non tenentur de iudicato ſoluendo ſatiſdare; ſed tantùm de iudicio ſiſti: & in eam cauſam bona minorū poſſunt ſine decreto obligare. l. ſi. §. defenſionē. C. de adminiſtrat. tuto. vel curat.

Illi, qui ſoluit litis æſtimationem, cùm poſſet reſtituere rem, petitor de euictione cauere nō tenetur. l. & ex diuerſo 36. §. ſi. ff. de rei vēdic.

De cautione, quæ præſtatur proprietario ſuper rebus, quæ vſu conſumuntur, vel minuuntur, vide tit. ff. de vſufruc. ear. rer. quæ vſu cōſum.

Cautio omiſſa condicitur per condictionē incerti. l. 5. §. ſi pecuniæ. ff. eod. tit.

In ſeruitute oneris ferendi præſtatur cautio. l. harum 7. ff. ſi ſeruit. vendic.

Liberi primi gradus non tenentur ſatiſdare de fideicommiſſo reſtituendo; niſi filius, vel filia grauati tranſeat ad ſecunda vota; vel niſi teſtator iuſſerit ſatiſdari. l. 6. §. in ſupradictis. C. ad Senatuſconſ. Trebellia. Secùs in cæteris hæredibus, & pater aliquando cauet filio. gl. ibid. Sed quando reſtitutio eſt facienda extraneo, eſt locus cautioni. gloſſ. in authen. contra. C. eod.

Si cautio debita in ſoluendo fuerit omiſſa, ſoluenti per condictionem conſulitur. l. ſi quis 39. ff. de condict. indeb.

Cautio futurorum ſpectat ad Iudicem, tam in generalibus iudiciis, quàm ſpecialibus, vbicunque

cunq; æquitas suadet.l.p socio 38.ff.p socio.
Simpliciter obligatus ad promittendum, non tenet ad satisdādū.l.si dictū 56. ff. de euictio.
Si domus mea minatur ruinam domui vicini, teneor ad satisdationem pręstandam de damno infecto, de qua cautione vide in titu. de damn. infect.
Qui promittit satisdare, tenetur ad interesse, quod est, quatenus reus facere non potest. l. si quis 13.ff.de re iudi.vide l.si quis stipulatus 112.§.si quis.ff.de verbo.oblig.
Hæres suspectus cogitur satisdare causa cognita.l.si creditores 15.ff.de priuileg.credi.
Minister electus ad distribuendū satisdare non debet; nisi pauper fieret, testatore ignorante. l.liberto 21.§.largius.ff.de annu.legat.
Cautio quando dicitur præstari, intelligitur petenti.l.pater 8.§.pecu.ff.de dot.prælega.
Quando ex facto legatarij potest damnificari hæres, illi cogitur legatarius cauere de non faciendo.l.3.§. si quis ita ff.de adimen. legat.
De materia huius tit.vide in tit.ff.de Prętor.stipul.tit.rem pupil.sal.for.tit.iudic.solu. & titu. rem ratam haberi.
Nemo alienę rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione.l. in eo 111.ff.de reg.iu. Quia qui rem alienam defendit, nunquā locuplex habetur.l.qui rem 127.eod.tit.

De damno infecto, & eius cautione.

Domus, quæ minatur ruinam, debet à domino refici; alias ille tenetur vicino de damno infecto: & officio Iudicis per viam cautionis succurritur ipsi vicino. Borg. Caual.decis. 26.de contract.part.2.nu.61.
Vnus ex dominis domus communis pro periculo remouendo, insolidum conueniri potest, & condemnari.Io.Gal.q.174.Papo.lib.6.titu. 11.arrest.1. Tamen in cautione damni infecti, quilibet admittitur ad defendendam partem suam; non autē in actione noxali.Marc. de Mant.sing.655.
Cautio damni infecti toties committitur, quoties interest. Barto. in l. 3. §. in hac. nume. 9. ff.commodati.
Nunciatio causa damni infecti facta, non remittitur ex satisdatione pręstita de opere demoliendo, nisi etiam satisdetur de damno infecto. Barto. in l. de pupillo 5. §. si is, cui.ff.de oper.nou.nunciat.
Libellus requiritur, quando petitur cautio damni infecti, & quid, si non fuerit factus, an processus sit nullus, & appellatio in hoc iudicio admittat̃, vide Bart.in l.dies cautionis.§.hoc autem.ff.de dam.infect.
Libellus qualiter formetur in actione damni infecti, & quomodo formetur sententia, vide Bar.in l.si tertius 6.§.officiū. ff.de aq.plu.arc.
Proprietarius an possit rem damnum minantē habere pro derelicta, vide Bar.ī l.si proprietarius 22.ff.dam.infec.
Formam stipulationis damni infecti vide per Bar.in l.fluminum 24.§.vitium.ff.eod.
Hæc stipulatio simpliciter interposita, propter quod damnum committatur, vide Bart. in d. l.24.§.præterea.
Interesse si petatur, quia domus fuit destructa, quid venit probandum, vide Barto. in l. cùm emptor 38.§.de ducto.ff.de dam.infec.
Damnum vbi timetur ratione oneris facti in flumine publico, debet caueri de dāno infecto infra decem annos.Fran.Marc.q.417.
De hac stipulatione damni infecti, à quibus interponatur, & quando vide per Io.Crisp. de Montib. in suo tract. termino. act.post volumen Ias.de actio.nu.182.
Cùm Prętor aliquē de dāno infecto iubet cauere, si nō cauerit, proceditur ad primū, & secūdum decretum, de quibus vide per Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.6.
Si aliquis nomine dāni infecti sit missus in possessionē, alius legatorū seruandorum causa, pōt iste etiam de damno infecto satisdare. l. is, cui.ff.vt in possessionem legatorum.
Vsufructuarius etiam mittitur in possessionem vicinarum ædium causa damni infecti. l. vsufructu 7.ff.de vsufructu, & quemad.
Cautio hæc de damno infecto qualiter, & quando committatur, vide gloss.in l.quidam 12.§. fin.ff.de seruit.vrba.prædio.
Damnum, quod datur ex fistulis, per quas ducitur aqua, venit in cautione damni infecti.l. si fistulæ 17.ff.de seruit.vrba.prædio.
Si ędificiū vicini sup meū inclinet, succurrit̃ mihi p negatoriā actionē.l.si qū 17.ff.si seru.vēdi.
Non licet parieti alterius aliquid imponere, ppter quod paries deterior fiat.d.l.17.§.secundum cuius.ff.si seruit.vendi.
Rōne dāni infecti occasione fumi agitur in factum, & ratione fumi petitur cautio damni infecti.l.si seruus 27.§.si fumū.ff.ad leg.Aquil.
Iussus per Iudicem ire in possessionem eo, q̃ non caueatur ex causa damni infecti, si prohibeatur ingredi in possessionem, potest vti interdicto, ne vis fiat ei, &c. cōtra prohibentem.l.fin.ff.ne vis fiat ei.
Stipulatio dāni infecti, si cōmittatur ad interesse, inter hæredes stipulatoris diuidit̃, secùs si ad factum.l.4.§.si is, qui.ff.de verbo.obligat.
Res vi fluminis in agrū meū delatæ, nō possunt per te tolli, nisi quoque de præterito damno mihi caueas.l.ratis 8.ff.de incen.rui.nauf.

De

De operis noui nunciatione.

NVnciantē nouum opus ad tres menses expectabit ædificator, vt iuris sui præiudicium possit probare denunciator. Put. decis. 129. lib. 2. vide de Bart. in l. 1. ff. de oper. nou. nunc. Nec tunc debet audiri nunciatus offerendo satisdationem de demoliendo, propter euitandas expensas. ibid. Put. & Hiero. Boer. in suis singul. tit. nunciatio.

Vsufructuarius nō potest nunciare nouū opus. Gasp. Cabal milleloq. 1. nu. 11.

Nunciatio noui operis quomodo, & quando fiat, & quid operetur, vide Borg. decis. 23. de contract. part. 2.

Præceptum de non ædificando fieri debet in opere, & dum ædificatur. Borg. ibid. nu. 6.

Aedificans post denunciationem sibi factā, licèt in suo ædificasset, & nuncians nullū ius habuisset, debet demolire totum illud, quod superædificauit suis expensis. Borg. d. decis. 23. num. 15. Hiero. Mago. decis. Luc. 29. & Andr. Gail. obser. 16. lib. 1. Quæ demolitionis pęna in tantum procedit, vt & si postea cōstet nunciatum iustè ædificasse, non debeat illi damnum per nunciantem resarciri, quia spreta Iudicis auctoritate, ædificando quasi vim facit. idem Mago. d. decis. 29.

Nunciatio noui operis etiam iniquè facta valet, & timenda est, sed dictum limitatur primò, quando compertum, & exploratum est nunciantem ius nunciandi nō habere. Andr. Gail obser. 16. lib. 1. August. Bero. q. 3. nu. 6. & Bar. consi. 64. vol. 1.

Secundò, quando dilatio periculum, vel graue damnum ædificare volenti allatura est. Gail. d. obserua. 16. Nam receditur à regulis iuris communis, quando periculum est in mora. Borg. d. decis. 23. nu. 7. de contract. part. 2.

Tertiò, quando nunciatio fit separatim ab opere, his enim tribus casibus impunè contemnitur ipsa nunciatio. Gail. d. obser. 16.

Quartò, edificans potest perseuerare in opere, nec pęna debetur, quādo pręceptum est nullum, maximè parte opponente. Borg. d. deci. 23. nume. 12.

Quintò statuto stante, quòd cuilibet liceat facere porticū, vel aliquod aliud pro suo velle, quis potest ædificare, spreta nunciatione noui operis. Bar. consi. 64. vol. 1.

Iniustè nouum opus nuncians, tenetur actione in iuriarum. Gail. d. obser. 16. nu. 8.

Triplex est nūciandi forma, prima verbis fit, secunda per iactum lapilij, tertia per Pretorē: & in hoc edicto noui operis in Camera Imperiali mandata pęnalia absque clausula iustificatiua decernuntur. idem Gail. d. obser. 16. nume. 11.

Edictum noui operis tria capita continet, nempe caput prohibitoriū, permissoriū, & demolitorium. Gail. ibid. nu. 15.

De iure communi nuncians nouum opus intra trium mensium spacium de iure suo docere debet, quibus præteritis, ędificans, oblata satisdatione de opere demoliendo, in cępto opere pergere poterit. Gail. d. obser. 16. num. 17. vide Crescen. deci. 1. aliàs 266. tit. de ope. nou. nunciat. Gomes. Leo. decis. 7. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Remissio in materia noui operis triplex est: prima quæ ipso iure conceditur, puta si notoriè iniusta sit nunciatio: secunda fit causa cognita per Iudicis sentētiā: tertia per satisdationem extraiudicialem. Gail. d. obser. 16. nu. fi.

Aedificans contra prohibitionem Iudicis, si postea vincat, non debet ei resarcire damnum demolitionis. Vincen. de Franc. decisio. 331. num. fin part. 2.

Nunciatio noui operis tollitur, præstita cautione de demoliendo. Papon. lib. 8 tit. 4. arrest. 8. Sed qđ, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 204.

Destructio operis facti, aut fit ex edicto de noui operis nūciatione, aut ex interdicto, quod vi, aut clàm. Craue. consi. 154. nu. 3.

Pro demoliendo opere facto post noui operis nunciationem datur interdictum, de quo vide per Ioan. Crisp. de Mont. in suo tract. termino. actio. post volumen Ias. de actio. n. 85.

Vt liceat ædificare post satisdationem, datur aliud interdictum, de quo vide ibid. nu. 86.

De stipulatione interposita de opere demoliendo in causa nunciationis noui operis vide ibid. num. 186.

Patiens fieri nouum opus, & non contradicens nunciando, non poterit amplius agere, vt opus destruatur. Pet. de Rauen. sing. 865.

Interdictum, quod vi, aut clàm, datur possidenti cōtra eū, qui vi, aut clàm opus aliqđ fecit, siue destruxit, vt opus factum, aut destructū restituat, aut in statum pristinum suis sumptibus reponat. August. Bero. q. 3. & 4.

Interdictum, quod vi, aut clàm, inter alia differt ab edicto de noui operis nunciatione: quia illud datur domino, vel habenti ius prohibēdi, aut saltem possidendi, licèt veritate inspecta ius prohibendi efficax non habeat; secùs in noui operis nunciatione. Bero. d. q. 3. nu. 3.

In seruitutib. realibus pōt nunciari nouū opus. Bar. in l. in seruitutib. 14. ff. de seruit. vrban. p̄dio. vide gloss. in d. l. 14. & l. 48. ff. famil. ercisc.

Libellus, & litis contestatio requiritur in prosecutione nunciationis noui operis, etiam quæ fit

fit in causa damni infecti. Bart.in l.dies cautionis.§.hoc autem, num.12.ff.de dam.infec. & in consi.80.

Aedificāti in publico in nunciatione noui operis debet fieri nunciatio,& contradictio,causa inserta. Bar.consi.64.vol.1.

Praeceptum continens nunciationem noui operis,esse debet alternatiuum, vt post nunciationem non ędificet,vel veniat responsurus, & debet de substantia fieri in re praesenti. Bart.consi.80.vol.1.

Denunciatio operis potest fieri nedum verbis, sed etiam tacto.Abb.consi.28.part.1.

Reficienti nō potest nunciari nouum opus, nisi aedificium esset funditus diruptum: quia tunc quis non dicitur reaedificare;sed de nouo facere.Boer.decis.44.nu.5.

Edictum noui operis habet locum,opere incepto,& nō cōpleto:quo casu (nempe illo impleto) concurrit interdictum, quod vi, aut clàm: & aedificatum post nunciationem demolitur.Fran.Marc.q.588.

Possessio non perditur per nunciationem noui operis factam per Iudicem. Marc. ibidem. nume.6.

In nunciatione noui operis Procurator rei cauet de rato.l.vel in 36.ff.de Procurat.

Qui opus cęptum in suo ad mei vtilitatem,non permittit perficere,actione de dolo tenet. l. si cùm 35.ff.de dol.mal.

Si locus vbi fiebat nouum opus, facta nūciatione,alienetur,extinguitur nunciatio: & si emptor postea aedificauerit,non tenetur illa nūciatione ad demoliendum. l. 2. §.& si locum, & §. opus quoque. ff. de aliena. iudi. mut. cau. fac.

Si paciente vicino, opus feci,ille nō potest agere contra me hoc edicto.l. Labeo 19.ff. de aqu.plu.arcen.

Si quis riuum reficienti opus nouum nunciauerit,non valet nunciatio, & potest contemni, & perseuerari in refectione;qa pōt nuncians experiri alio remedio.l.3.§. si quis vincam.ff. de riu.Idem in eo,qui reficit,vel purgat cloacam.l.1.§.si quis purganti.ff.de.cloac.

Nunciatio ita demum valet, si nunciator ius nunciādi habuerit, alias non tenet nunciatio,neque remissio.l. vnica. ff.de remissio.

Ille ius noui operis nunciandi habet, qui aut dominium, aut seruitutem habet. ibid. §. ius is habet.

Stipulatio de noui operis nunciatione, si committatur ad interesse, inter haeredes stipulatoris diuiditur; secùs si ad factum.l.4.§. si is, qui.ff.de verbo. oblig.

Iudicatum solui, de iuri stando, & de repręsentando reo.

SI fideiussores iudicatū solui,& principales efficiantur non soluendo ante sententiam,hoc cedit danino Fisci.Ozas.decis.18.nu.1.

Pęna apposita in stipulationibus de iudicio sisti,ita demum committitur,si intersit.Ozas.decis.70.nu.11.

In criminalibus causis sanguinis pęnam exigētibus, cùm nullam, aut certam recipiant determinationem, seu aestimationem,interesse non attenditur.Ozas.ibid.nu.16.

Fideiussor promittens sistere reum in causa criminali, in qua venit imponenda pęna pecuniaria, aequiparatur fideiussori promittēti sistere aliquem in causa ciuili.ibid.nu.fin. Ideò fideiussor non exhibens reū, punitur tantùm pecunialiter.Guid.Pap.q.570.nu.3.

Actione personali conuentus,cauere debet de stando iuri.Afflic.decis.109.

Satisdare de iudicio sisti non tenetur possidēs immobilia in Regno.Affli.ibid.

Fideiussores de repręsentando reo,toties quoties, &c.liberantur à fideiussione per rei incarcerationem factam ex causa, pro qua fideiusserunt,si postea reus aufugerit à carceribus, quia tunc non tenentur amplius eum repręsentare.Afflic.decis.130.Ludo.à Pegue. in suis quęstio.crimina.cap.47.Quid,quando ex alia causa reus fuisset incarceratus, & deinceps aufugerit,vide ibid. Afflic.d.deci.130.

Cautela pro fideiussoribus de repraesentando, vt liberentur à fideiussione,scribitur ibi.n.4.

Fideiussores de repręsentando,toties quoties, &c. per binā praesentationē liberantur. ibid. num. 6. Imò semel praesentando liberantur. Marc. quaest.797. part.2. num.6. vide Pet. de Rauen.sing.523.

Fideiussor,qui promisit sistere iudicio aliquem pro causa criminali ad certam pęnam, quae applicatur Fisco, & non parti,non sistendo, vltra dictam pęnam debitam Fisco, tenetur parti ad interesse.Afflic.decis.233.

Fideiussor de praesentando, & iuri stando, per praesentationem sui principalis dicitur purgare omnem moram,& pęnam, quum perinì quum videatur quis hominem habere, & pęnā exigere.Gram.decis.95.Ratio est, quia quando duo promittūtur,quorum vnum obseruatum totaliter menti stipulationis satisfacit,alterum non obseruatum non inducit stipulationis commissionem.ibid.nu.3.

Fideiussor quare non liberetur exhibendo reū, qui aufugit, pro quo fideiusserat,vide Boer. decis.217.nu.12.

Stipu-

Stipulatio pęnalis de repræſentando aliquem, ſtatuto termino, ſi ipſo pendente, is, qui repręſentari debuit, moriatur, an commiſſa ſit ad hoc, vt fideiuſſor teneatur, vide Franc. Marc. q. 1064. part. 1. Sed an, & quãdo fideiuſſor de iudicio ſiſti liberetur per mortẽ principalis debitoris, vide Ctaue. cõſ. 272. nu. 10.

Cautio de iudicio ſiſti, aut de repræſentando, ad appellationis caſum non extenditur. Auguſt. Bero. q. 76. Fallit in cautione de ſiſtẽdo reo in iudicio toties quoties Iudici viſum fuerit, quæ etiam poſt ſententiam durat: idẽ in primo caſu, quando appellatio eſſet deſerta. Marc. q. 518. part. 1. q. 357. part. 2. vide plenius in quæſt. 797. & ibid. Quando poſt primam ſententiã duret, vide Hiero. de Mont. q. 28. Pet. de Raue. ſing. 206. Math. Math. ſing. 177. Fran. Cremen. ſing. 11. & Bart. in l. 3. ff. de custo. & exhib. reo.

Quòd fideiuſſor poſt ſentẽtiam in cautione de iudicio ſiſti, vel de repræſentando nõ teneatur, ſcribit Vincen. de Fran. deciſ. 344. part. 2. Quia ipſa cautio, lata ſententia, finitur. Menoc. conſi. 212. num. 20. lib. 3. Et ideò non tenetur fideiuſſor poſt ſententiam. Barto. ſing. 30. & Fran. Cremen. ſing. 11. facit l. grecę 9. §. poſt. ff. de fideiuſſoribus.

An fideiuſſor, qui fideiuſsit coram primo Iudice, teneatur in cauſa appellationis, & ſic coram alio Iudice, vide Boer. deciſ. 315. Marc. quæſt. 252. 877. part. 1. & q. 357. part. 2. Iaff. Lanf. Balb. deciſio. 99. Cabal. milleloq. 270. Vincen. de Fran. deciſ. 208. 320. part. 1. & 344. part. 2. Bar. ſing. 40. Papon. lib. 10. titu. 4. arreſt. 2. vbi plenè, Pet. de Rauen. ſing. 375. Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 202. Rebuff. in conſtitutio. Reg. tractat. de ſenten. execu. art. 5. glo. 2. & in trac. de domicil. elect. & de appellatio. art. fi. nu. 45. Rol. conſi. 58. vol. 1. & Bart. in §. 1. Inſtit. quib. mod. teſta. infir.

Lex ſancimus. C. de fideiuſſo. habet locum etiã in criminalibus. vide Marc. q. 797. part. 2.

Fideiuſſor de repræſentando reum ſub certa die, ſi interim reus in exilium mittatur, an à fideiuſsione liberetͬ, vide Marc. ibid. d. q. 797.

Quando quis alterum iudicio ſiſtere promiſit, & tempus non eſt adiectum, Iudicis arbitrio illud debet terminari. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cent. 1. caſ. 54.

Promittens aliquem ſiſtere in iudicio, mutata illius conditione, non tenetur. Menoch. conſ. 246. num. 8. lib. 3.

Stipulatio de iudicio ſiſti, aliquãdo durat duobus mẽſibus, aliquãdo tribus annis, vel plus, aut minus, ſi fuerit dictum. vide Azo. in ſumma tit. de fideiuſſo. & mandat. nu. 12.

Qui promiſit accuſatum iudicio ſiſti, & non fecit ſiſti, pęna pecuniaria punitur, niſi dolum commiſerit in non exhibendo; nam tunc extra ordinem punitur: ſi verò non erat certa pęna comprehenſa in cautione, arbitrio Iudicis imponitur, ſi reus non præſentetur. l. ſi quis 4. ff. de cuſtod. & exhibi. reo.

Cautio de ſtando iuri eſt præſtanda, vbicunque eſt ſuſpitio aliqua. Afflic. deciſ. 170.

Suſpectus de fuga non venit liberandus ſub fideiuſsione de ſtando iuri, ſed tenetur præſtare fideiuſſorem de iudicato ſoluendo. Afflic. d. deciſ. 170. nu. fin.

Fideiuſſor non eſt dandus, vbi principalis eſt idoneus. Afflic. deciſ. 171.

Stipulatio, iudicatum ſolui, cõtra fideiuſſorem quando committatur, & antequam committatur, quæ requirantur, vide Afflic. deciſ. 182.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti ad quid teneatur, vide Afflic. deciſ. 234. Bart. in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſdare cogantur, & in l. 3. 4. & 5. ibid. vbi etiam de iudicato ſoluendo.

Sententia lata contra principalem mandatur executioni contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, abſque nouo proceſſu. Guid. Pap. q. 26. Marc. q. 1055. nu. 5. Cabal. milleloq. 268. & Hiero. Mag. deci. Luc. 92. Et abſque excuſſione principalis. Boer. deciſ. 277. idẽ Cabal. milleloq. 269. Myſing. obſer. 96. centu. 4. Maran. in ſuo Spec. par. 6. de teſtium productione, num. fin. Rebuff. in conſtitutio. Reg. tracta. de litte. oblig. art. 5. glo. 9. nu. 8. Bart. in l. 28. §. igitur. ff. de iureiuran. & in ſuis quæſtio. q. 3. num. 2. glo. in §. fin. Inſtitut. de ſatiſdatio. Tamen quòd diſcuſsionis exceptio competat, ſcribit Vincent. de Fran. deciſ. 208. nu. 4. vide Marc. d. q. 1055. nu. 13.

Executio iudicati contra principalem, fieri poteſt in fideiuſſorẽ de iudicato ſoluendo abſque nouo proceſſu; ſecùs in fideiuſſore contractus, vel ſi ſtipulatio iudicatum ſolui, eſſet interpoſita extra iudicium. Iaff. Lãf. Balb. deciſio. 136.

Quòd dicitur ſententiam latam contra principalem mandari executioni contra fideiuſſorem, iudicatũ ſolui, ſine nouo ꝓceſſu, procedit, quando ſententia lata contra principalẽ eſt valida; aliàs ſecùs: & dicitur nulla, quando eſſet lata contra Clericum per Iudicem temporalem. Vincen. de Fran. deciſ. 400. part. 2.

Multum differt, an cautio, iudicatũ ſolui, pręſtetͬ in ciuili cauſa, vel criminali: nam in ciuili cã, lata ſententia condemnatoria, fideiuſſor pọ̃teſt etiam perſonaliter detineri in carceribus donec ſoluerit; ſecùs in cauſa criminali, in qua non poteſt ad hoc ſe obligare; ſed ſolùm ad ſoluendum, ſi hãbet in bonis. vide Papon. lib. 10. tit. 4. arreſt. 1.

Fideiuſ-

Fideiussor in relaxatione à carcere datus, tenetur de iudicato soluẽdo, & etiã ad summam expressam in sententia, qua fuit ordinata relaxatio. Boer. decis. 314.

Fideiussor de iudicato soluendo non tenetur ad pęnam contumaciæ rei, nisi fideiussisset in omnem causam, quod semper præsumitur. Boer. ibidem.

Iudicatum solui stipulatio tria capita continet. Boer. d. decis. 314. num. 3.

Fideiussor de iudicato soluẽdo, tenetur ad soluendam pęnam honorariã conuersam in pecuniariam ob defectum rei condemnati illam non facientis. Boer. decis. 315. & Papon. lib. 10. tit. 4. arrest. 4.

Si cautio fideiussoria contineat certam summã, fideiussor tenetur ad illam dumtaxat. Boer. d. decis. 315. in principio.

Fideiussor de iudicio sisti, vel iudicato soluendo, nõ potest esse Consiliarius Curiæ, Iudex, Aduocatus, vel Procurator. Boe. d. deci. 315.

Notarius quando teneatur, si minus idoneum fideiussorem receperit, vide Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 33.

Si actor negligẽs sit mensibus quatuor effluxis, liberatur fideiussor. Fran. Marc. q. 518. Barto. sing. 208. vide Pet. de Rauen. sing. 215.

Fideiussor de iudicio sisti secũdum causæ qualitatem diues esse debet, & immobilia in loco (vbi agitur) habere. Fran. Marc. q. 681.

Clausula, Iudicatum solui, non committitur, nisi prius lata sententia: & habet tres clausulas in vnum collatas, nempe de re iudicata soluenda, de re defendenda, & de dolo malo. Marc. quæst. 1055.

Fideiussor de iudicio sistendo ordinis priuilegio non gaudet, secùs in fideiussore, iudicatũ solui. Marc. ibid. num. 13.

Cautio de iudicio sisti, aut iudicato soluẽdo necessaria est, ideò per ipsam non fit nouatio, nisi fideiussor debitum in se assumat cũ sponsione, ne in posterum debitor conueniatur. Marc. q. 1062. vide l. 8. ff. de nouatio. & deleg. Et tunc contra ipsum defensorem litis iudicij nouandi animo susceptũ, libellus dari potest, sed an eo casu fideiussor repetat expensas litis à principali, vide ibid. nu. fin.

Quando pęna augetur, puta propter fracturam arresti, an fideiussor teneatur, vide Marc. q. 799. part. 2.

Fideiussor, qui iudicatum soluit, prout promiserat in iudicio, habet executionem paratam sine libello contra principalẽ. Iaff. Lanf. Balb. decis. 136. & Bar. in l. 3. C. de vsu. rei iudi.

Licèt Procurator, qui litigauit, nõ patiatur executionem sententiæ, poterit tamen conueniri ex stipulatione, & promissione sua de iudicato soluendo. idem Iaff. decis. 437.

Patiens se describi in actis pro fideiussore, perinde est, ac si stipulatio interuenerit. Hieron. Mago. decis. Luc. 25. nu. 34. vide Ioã. de Petru. sing. 4. & Pet. de Rauen. sing. 198.

Fideiussor de iudicato soluendo compulsus ad soluendum virtute primæ sententiæ condẽnatoriç, habet regressum cõtra principalem, non obstante appellatione per eum interposita, de qua fideiussor nõ habebat notitiam. Mago. decis. 92. Luc.

Forenses non tenentur dare cautionem de iudicato soluendo. Ioan. Gal. q. 49.

Promittẽs soluere, si carceratus aufugerit, liberat pſentãdo debitorẽ, q antea aufugerat. Gome. Leo. decis. 92. in decisio. diuerso. To. 2.

Fideiussor nõ tenetur, reo posito in fuga, culpa creditoris. vide Vinc. de Fran. dec. 344. par. 2.

Cautio præstita in causa criminali, in qua fuit limitata summa, an intelligatur solùm pro eo, de quo erit iudicandum, non comprehenso eo, de quo iam erat iudicatum, vel eo comprehenso, vide Papon. lib. 10. tit. 4. arrest. 3.

Fideiussor de iudicato soluendo, reo ad mortẽ condẽnato, & illo pręsentato, ad aliud, & etiã ad expensas, nõ tenetur, neque respectu partis lęsæ. Papon. ibid. arrest. 7.

Fideiussor de iudicato soluendo debet renunciare priuilegio fori cum submisione. Papo. ibid. arrest. 10.

Approbatores fideiussorum solùm tenentur in subsidium, quando fideiussores tempore præstitæ cautionis nõ essent soluendo: & his omnibus non existentibus soluendo, Magistratus tenetur. ibi. Papon. arrest. 11. Ideò ipsi approbatores nõ possunt conueniri, nisi excussis fideiussoribus. Papon. ibid. arrest. 12.

Quando fructus beneficij relaxãtur, mediante cautione, si postea fuerit ordinatum esse restituendos, fideiussor potest compelli ad fructus ipsos restituendos per arrestum pęnale. Papon. d. lib. 10. tit. 4. arrest. 13.

Talis fideiussor ex causa potest petere liberationem à cautione per ipsum præstita. idem Papon. ibid. arrest. 15. & 16.

Ille, ad cuius fauorem fuit præstita fideiussio, potest petere, vt remoueatur fideiussor, si ipse præstitus effectus fuerit non soluendo, vel nõ haberet bona sufficientia pro fructuum restitutione, pro quibus fideiusserat. idem Papon. ibid. arrest. 17.

Quando creditor cępit experiri contra principalem debitorem, captis pignoribus, nõ potest deinceps, relictis dicti pignoribus, agere contra fideiussorẽ, qui distractis ipsis pignoribus, & satisfacto creditore de pretio, censetur liberatus, dummodo pretiũ ipsum fuerit, suffi-

sufficiẽs pro solutione totius debiti, aliàs pro residuo tenetur. idem Papon. ibid. arrest. 9.

Ad hoc vt fideiussor non possit allegare errorem, qualis declaratio sit illi facienda, tẽpore obligationis, vide ibid. arrest. 28.

Condemnatus ad præstandam cautionem, potest præstare fideiussorem alienæ iurisdictionis, se submittentem iurisdictioni Iudicis, coram quo præstatur ipsa cautio. Papon. lib. 10. tit. 4. arrest. 29.

Si quis promiserit repręsentare aliquem infra certum tempus ad requisitionem alicuius, lapso termino nulla præcedẽte requisitione creditoris, liberatur: quia tunc tempus apponitur gratia finiendæ obligationis, nec incidit in pęnam post tempus. Boer. consi. 22.

Fideiussor, qui promisit aliquem repręsentare intra certum tempus, non tenetur hoc facere, nisi fuerit interpellatus à Iudice, vel à parte. Boer. d. consi. 22. nume. 8. & Rolan. consil. 58. volum. 1.

Promittẽs sub pęna aliquem sistere in iudicio, debet interpellari, vt in mora constituatur. Dec. cõsi. 2. nu. 7. Quæ interpellatio debet fieri coram Iudice, quo fideiussit. Rol. d. consi. 58. vide Ozas. decis. 49.

Qui promittit alium exhibere ad tempus, finito tempore, potest intra sex menses purgare moram eum exhibendo, vel idoneè defendendo: & casus superueniens intra tempus primum liberat promissorem; secùs si veniat intra tempus ad morę purgationem concessum. Bartol. singul. 207. vide Ozas. d. decis. 49.

Qui alium in iudicio sistere promisit sine scriptis, si lis negligatur intra cursum quatuor mensium, liberatur: & in causa publica promissio in dubio intelligitur in scriptis facta; secùs in causa priuata. Barto. singul. 208. Francis. Marc. quæst. 518. & Petr. de Rauen. sing. 215.

Si Vniuersitas receperit fideiussorem pro iniuria, & damno illato particularibus (pro quibus etiam agebat Vniuersitas suo nomine.) tunc talis fideiussio proderit particularibus postea agentibus nominibus propriis. Craue. consi. 45.

Fideiussor videtur intercessisse in omnem casum, & causam, quæ ex natura negotij procedit. Craue. consi. 45. nu. 6. & consi. 272.

Si quis fideiusserit pro aliquo, quòd iuri staret, & iudicatum omne solueret prætextu rei, de qua agebatur se principalem debitorem cõstituendo, cum renunciationibus legis de principali prius conueniendo, & beneficij nonę constitutionis de fideiussoribus cum iuramento, tunc fideiussor semper potest cõueniri, principali debitore non condemnato, nec potest opponere se non posse conueniri, nisi principali debitore condemnato. Crauet. consi. 272. Aliàs licèt cautio de iudicato soluendo contineat causam defensionis, quòd fideiussor teneatur defendere reũ; tamen non potest conueniri, antequam reus conueniatur. Craue. d. consi. 272. Sed quando hoc procedat, vide ibid. nu. 5.

In taxatione expensarum non requiritur citatio fideiussoris de iudicato soluendo. Craue. ibid. nume. 8.

Fideiussor non potest condemnari de iudicato soluendo, vbi principalis condemnari non potest: ideò si per torturam rei inde defuncti fuerint purgatæ probationes, vel indicia delicti, pro quo ipse fideiussor fideiussit, non poterit condemnari. Craue. consi. 287.

Fideiussor pro malefactore de iudicato soluẽdo, quando teneatur ad pęnæ augmentum respectu negationis, vel contumaciæ, aut negligentiæ rei, vide Ias. de actio. §. omnes, versicu. quadrupli, nume. 9. & seqq. Barto. in l. 1. ff. de in lit. iuran. vbi scribit cautelam, vide etiam eundem Bar. in l. quæro 56. ff. de locat. & conduc.

De cautionibus de stãdo iuri, de repręsentãdo, & iudicato soluendo vide per Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de satisdatio.

Iudicis arbitrio punitur fideiussor, quum reus sub eius fideiussione relaxatus, aufugit. Menoch. de Arbitra. libr. 2. centu. 4. cas. 304. Sed principali non comparente, non potest condemnari ad mortem. Cassane. in consuetud. Burg. titul. *Des Iustices*. §. 5. gloss. 13. nume. 169.

Fideiussor, qui sub certa pęna promisit reum præsentare, illam solùm pęnam soluit, si reus aufugit. Menoch. ibid. cas. 304.

In sententia ferenda contra debitorem citari non debet fideiussor, quia iudicium cum eo non agitatur. Rebuff. in constitutio. Reg. trac. de litt. oblig. art. 5. glos. 9. num. 9. Non tamen tenebitur fideiussor ad augmentum post iudicatum. Rebuff. ibid.

Fideiussio præstita coram Iudice incompetenti de parendo mandatis eius, vel de soluendo iudicato, est nulla ipso iure: ideò ex ea fideiussor non potest conueniri. Natt. consil. 82. Tomo 1. vide Amanel. de Clarisaquis singul. 53.

Fideiussor de iudicato soluendo in causa criminali principaliter intẽtata, liberatur, perempta instantia, nec tunc potest conueniri pro interesse partis lęsę. Natt. cõs. 202. To. 1. & Menoc. cõs. 212. nu. 20. lib. 3. Et qñ aliàs intelligat̃ liberatus, vide Menoc. ibi. Bart. in l. 9.

ff.de fideiuf.& l. nō à Iudice 64.§.fi.ff.de iudi.

Licèt obligatio fideiussoria transeat contra hęredes,tamen dictū limitaī, vbi fideiussio simpliciter fuit præstita pro maleficio, vel pro delicto,nulla adiecta certa pęna. Rol. consil. 58.vol.1.vide Hippol.de Mar.sing.159.

Fideiussio præstita coram vno Iudice de iudicio sisti,non transit ad successorem, quando est facta sub nomine ꝓprio ipsius Officialis, vel Delegati;secùs si sub nomine officij.Rol. d.consi.58.num.13.

Assignata domo pro carcere,& datis fideiussorib.de nō recedēdo sub pęna,fideiussores cēsent̄ liberati,data snīa. Menoc.cōsi.212.li.3.

Fideiussio simpliciter præstita tēpore, quo de causa disceptatur, præsumit̄ de iudicio sisti, etiam quando fideiussor promisit pręsentare reum quandocunque.Menoch.ibid.nu.12.

Carceratus iniustè aufugens, an teneantur eius fideiussores,vide Menoc. d.consi.212.nu.56.

Fideiussor quando cognoscatur simulatè exactus,vt non habeat actionem mandati cōtra principalem,vide ibid.nu.74.

Fideiubere rogatus,si protestetur ei, apud quē fideiussurus erat, ꝙ non intendebat se velle obligare,si postea fideiubeat,non tenebitur. Pet.Gerar.sing.52.

Per dationem fideiussoris de iudicio sisti, & de iudicato soluendo, satisdans non dicitur cōsentire in Iudicē,adeò quòd postea non possit opponere exceptionem declinatoriam. Hippol. sing.227. vide Amanel. de Clarisaq. sing.201. Fallit in eo, qui satisdedit ad tenutam ex primo decreto concessam,reuocandam.ibid.Hippol.

Promittēs pro carcerato soluere creditori omne id, & totū, qđ apparebit ipsum debitorē carceratum illi debere,factis calculis, mortuo debitore ante calculationem,fideiussor censetur liberatus.Hippol.sing.313.

Promittens pręsentare Iudici malefactorem ad carceres accusatum, siue inquisitum de maleficio, an ad id perpetuò teneatur, vel an possit aliquando se liberare, vide Marc.de Mant. sing.535.

Stipulatio de iudicio sisti habet executionem paratam.Aluis.de Alber.sing.30.

Captus pro suspecto liberatur satisdando de iudicio sisti.August.Bero.q.76.

Captus pro suspecto, qui in prima instantia fideiussorem præstitit, in alia non liberatur cautione iuratoria, si fideiussorem non reperiat.Bero.d.q.76.

Procurator rei debet cauere iudicatum solui. Bart.in l.1.nu.9.C.de Procurato.& in l.vnica. C.de satisdando. fallit in casibus ibid.descriptis in additio.

An quando pater agit debeat satisdare iudicatum solui,vide Bart.in l. 8.§. vbi autem.C.de bonis,quæ liberis.

Dominus si promiserit stare in iudicio, & Procurator citetur,illo nō comparēte,stipulatio committitur.Bart.in l.17.C.de dignita.lib.12.

Fideiussio præstita à captis per familiam, aut cum armis inuentis,dicitur de eundo,& differt à fideiussione de iudicio sisti, & stando iuri. Bartol. in l.prima. ff. si quis in ius vocat. non ierit.

Clericus fideiubens pro laico de iudicio sisti, coram laico,licèt obligetur, non tamen potest coram eo conueniri. Bar. ibid.

Defensor, qui satisdat,est habendus loco domini,& in eum fit executio: & vbi non defendit causam, quando committatur stipulatio de defendendo,vide Bar.in l.76.ff.de Procurat.

Cautio, iudicatum solui, toties cōmittitur,quoties interest.idem Bar.in l.3.§. in hac.ff. commodati, nume.9.

Promittens indemnitatem, intelligitur promittere de defendendo,& tenetur iudicium suscipere,licèt non cogatur.Bar. in l.pater 8.ff. de dot.prælegat.

Stipulatio,iudicatum solui, præstita per vnum ex hæredibus,committitur tantùm ei,qui vicit,& contra illum,qui perdidit. Bart.in l.pęnales 32.§.Iulianus.ff.ad leg.Falci.

Stipulatio,iudicatum solui, ante sententiam cōtinet quantitatem incertam; sed post sententiam,certam. Bart.in l.2. ff. de Prætor.stipula.

Fideiussor quando venit ad defendendum,tenetur satisdare,nec sufficit hoc dicere,sed cū effectu tenetur facere.Bartol.in l.iam tamen 5.§.nunc.ff.iudi.solui.

Fideiussor, qui promisit de iudicio sisti, debet fideiubere sub pęna, quæ postea applicatur Fisco,ad quam soluendam cogitur fideiussor non satisdando.Bar.in l.si quis reum.ff. de custod.et exhib.reo.

Reus possidens immobilia non tenetur cauere de iudicio sisti, & fideiussor iste quādiù remaneat obligatus,vide Bart.in §.illud, num.15. Authen.de exhib.reis.& gloss.in §.sed hodie, Institut.de satisdatio.

Fideiussor de iudicio sisti, qui se offert defensioni principalis,dicitur verus Procurator. Bartol.in §. si verò alter, Authent. vt omnes obediant.

Verbum, promittit iudicatum soluere,simpliciter,quid importet, vide Bart.in §.1.Institu. de bono.posses.

Cautio de iudicato soluendo, an habeat vim, vt operetur coram aliis iudicibus, vide Abb. consi.23. part.1.

Si quis iurauerit se iudicio repræsentaturum, & dein-

deinceps abfuerit, quid iuris, vide §.si verò semel, Authen.de exhib.rei.

Stipulatio, iudicatum solui, committitur, siue à domino in Procuratorem, vel contrà, si in alium Procuratorem iudicium transferatur. l.in causæ 27.ff.de Procurato.

Procurator rei, contra quē petitur restitutio, sustinet partes rei, ideò debet cauere iudicatū solui.l.quod si 27.§.fin.ff.de mino.25.ann.

Pro re aliena debet quis satisdare iudicatum solui; pro propria non expedit satisdare. l. si plurium 39.§.qui alienum.ff.de noxal.actio.

Post litem contestatam potest accipi fideiussor. l. grecè 9. §. & post litem ff. de fideiusso. & mandat.

Instantia causæ transit ad hæredem, quò non defendente, committitur stipulatio contra fideiussorem datum à defuncto, iudicatum solui.l.si eum 34.ff.eod.

Cautio de rato non interponitur, vbi de mandato cōstat; secùs in cautione, iudicatū solui. l.ne satisdatio 21.ff.rem rat.haber.

Appellans satisdare debet itèrum in causa appellationis, de iudicio sisti, nec mirum, quia prima satisdatio est finita, ex quo est finitum primum iudicium.glos.in verbo persona.§.1. Authen.de his, qui ingred. ad appellan.

Vt legatorum, vel fideicommissorum causa caueatur.

Consuetudo, vt vsufructuarius, vel proprietarius fideicommissi, conditione pendente, nō teneatur cauere, non valet.Fran.Marc.q.875.

Hæres grauatus fideicommisso, vel legato conditionali, tenetur satisdare de satisfaciendo, adueniente conditione, à qua cautione non excusatur, licèt esset ditissimus: & vbi non præstaretur cautio posset iurari in litem, & vocati mitterentur in possessionem bonorum, nec admittitur cautio iuratoria, licèt hæc cautio pōsit remitti à testatore.Ioseph.Ludo.decis.Perus.63.

Mater, & frater excusantur ab hac satisdatione. Ioseph.ibid.nu.5.

De hac cautione vide per Ioā. Crisp. de Mont. in suo tractat. termino. actio. post volumen Ias.de actio.

Hæres tenetur satisdare legatariis, & fideicommissariis de legatis soluendis, sed quid, si hæres alleget legatum, vel fideicommissum nō esse relictum, vide Menoch. de Arbitra.libr. 2. cas. 10.

Tribus casibus præstatur hæc cautio, nempe in fideicommisso cōditionali, in legato in diē, & si hæres potius vult litigare, quàm soluere; quia tunc cogitur cauere ante sententiā. vide per tot.tit.ff.vt legatorum.

Hæres an hodie teneatur cauere de fideicommisso restituendo, vide Bart.in l.cùm tale.§. Titius.ff.de conditio. & demonst.

Regulariter hæc cautio præstatur: fallit in casibus, de quibus vide per Abb. consi.79.part.1.

De fideiussoribus contractuum.

An fideiussor possit se tueri exceptione excussionis, vide Ozas.deci. 2.nu.fin.Guid.Pap.q.94.& q.570.nu. 6.Franc.Marc.q.340.nu.4.& 6. Bart. in l.decem 116. ff.de verbo.obliga. vide limitationes per Mysing.obser.15. cent. 2.& Rol.consi.6.nu.45.

Fideiussor non potest conueniri ante principalem, nisi fuerit expromissor, vel se cōstituerit principalem.Capel.Thol.q.23.& ibi.in additio.(vide tamen quęst.80.vbi scribitur contarium) vel renunciauerit exceptioni ordinis. ead.Capel.q.130.

Fideiussor obligatus principaliter, & insolidū, nō gaudet priuilegio fideiussorum (licèt pro minore fideiussisset) ratione iuramēti, quod confirmat contractum.Mohed.decis.223. vide Ioseph.Ludo.decis.Perus.57.

Fideiussor, qui fecit debitū propriū, vt obligatio nouetur, id fecisse vr: & simile videmus i constituto, qn̄ fit animo nouandi; quia tunc liberatur debitor principalis. Franc.Marc.q. 1062.Secùs si non fecerit debitum proprium animo nouandi. Rot.Genu.decis.75.nu.fin.

Creditor, cui est datus fideiussor sub conditione, si principalis in solutione deficeret, cōtra fideiussorē (nisi discusso principali) agere nō potest, etiā si renunciatum fuerit beneficio de fideiussoribus.Marc.q.411.part.2.

Promittens aliquem redditurum rationem, nō potest conueniri, illo non interpellato ad rationem reddendam.Rot.Genu.decis.75.Sed si se principaliter obligasset, teneret vt principalis.ead.Rot.decis.152.Nam obligatus vt principalis in eadem scriptura cū principali, potest conueniri sine excussione illius. ibid. d.decisio.78.

Cōstituēs se principalē pro alio adhuc hēt beneficiū excussionis, & dr̄ fideiussor, nisi constaret, ꝙ creditor illum nō accepisset, nisi se principalē debitorē constituisset, vt quia renunciauerit cum iure beneficio de principali prius cōueniendo.Iass.Lans.Balb.decis.83.

Fideiussor negans se fideiussisse perdit beneficium diuisionis, siue epistolæ diui Adriani. Cabal.milleloq.131.

Quando contrahitur cum vno in totũ, deinde accedit alius, qui se etiam obligat, iste dicitur verus fideiussor, ex quo non intercedit animo nouandi; ideò habet beneficium ordinis, licèt cõstituerit se pricipalẽ debitorẽ, nisi illi fuerit renũciatũ. Cabal.mileloq.303.

Beneficium excusſionis nõ competit actu, sed aptitudine, & spe: quia tale beneficium non datur, nisi vrgente creditore ad solutionem, & tẽpore litis cõtestatæ. Cabal.mileloq. 380.

Authen.pręsente, de fideiusso.limitatur, vbi viget consuetudo in contrarium. Cassan.in cõsuetud.Burg.tit.*Des rẽntes*. §.2. glo.1. nume.3. Et quando illi fuit renunciatum.ibid.nu.4. Et inter mercatores.ibi.nu.11.

In dictis casibus creditor habet optionem cõueniẽdi debitorem, vel fideiussorem, & vno condemnato, potest adhuc contra alium experiri, tamẽ sententia lata contra vnum non potest mandari executioni cõtra alium. Cassan.ibid.nu.6.& 7. Sed facta executione in bonis vnius, non potest amplius relinquere bona, & agere contra alium. idem Cassan.eod. tit.§.2.num.19.

Fideiussores plures pro alio intercedentes omnes æqualiter sunt obligati, nisi renunciauerint beneficio epistolæ Diui Adriani, vel beneficio nouæ constitutionis de duobus reis. Hippol. sing.2.

Fideiussor promittens soluere liberè, & sine vlla exceptione, non tamen ob id beneficio de fideiussoribus renũciasse intelligitur. idẽ Hippol. singul.332.

Fideiussor quando solus obligatur, non habet beneficium de fideiussoribus. Bar. in l.in personam 31.§.qui pecuniam.ff. de pact.

Beneficium epistolæ Diui Adriani non habet locum, nisi inter fideiussores, & mandatores accessoriè. Bar.in l.2.§.sit res. ff.d' cura.bo.dã.

Quando fideiussores renunciant beneficio de fideiussoribus, & beneficio nouarum constitutionum de fideiussorib. & pluribus reis debendi, quid operetur hæc renunciatio, vide Afflic.decis.182.num.12. Guid. Pap.q.94.& Dec. in consi.27. Quòd tunc semper possint conueniri vti principales, scribunt Crauet. consi.272.num.13.& Hartma.cap.1. tit. de fideiusso.lib.2. Sed an hoc casu dicantur principales, vide Rot.Genu.decis.65.

Fideiussor indemnitatis dicitur ille, qui promisit soluere, si principalis non solueret, & talis fideiussor non põt conueniri, nisi excusso principali debitore. Afflic.decis.318. Sed qd, si renunciasset beneficio de fideiussoribus, vide Pet.Beninten. decis.81.nu.11.

Fideiussor simplex, & fideiussor indemnitatis multũ inter se differũt, nam fideiussor simplex, si renunciauerit beneficio de fideiussorib. poterit cõueniri, ẽt nõ excusso principali, sed fideiussor indemnitatis, per hanc renũciationẽ non perdit beneficiũ excusſionis. Mago.decis.38.Rot.Flore.& Bar. in l.1. C. de conuenien.Fisci debit.lib.10.

Differunt etiam, nam si principalis debitor fuerit aliqñ soluendo, & creditor neglexerit, & postea efficeretur non soluẽdo, id cedit dãno fideiussoris simplicis; secùs in fideiussore indemnitatis.ibid.d.decis.38.num.6.& 7. Sed de aliis differentiis vide ibid.

Si vxor quitauerit, & maritus promiserit de indemnitate, quando possit maritus conueniri ex eo, ꝙ vxor intendat rescindere ipsam quitationem, vide Dec.consi.551.

Promittẽs de indemnitate, ad quid obligetur, vide ibidem, num. 7.

Indẽnitatis promissor obligaṫ ad sortẽ, & interesse. Bar.in l.quę 56.ff.de loca.& cõduc.nu.4.

Promittens indemnitatẽ, intelligiṫ promittere de defendendo, & tenetur iudicium suscipere. Bar.in l.pater 8.ff.de dot.præleg.

Fideiussor, qui nõ renunciauit iuri de prius cõueniẽdo principalẽ, quàm fideiussorẽ, potest conueniri, si debitor latitet, vel nõ possit reperiri in termino, sed qualiter dicaṫ latere, & abesse, vide Guid.Pap.q.570. Præsens quis, & quib.modis dicatur, vide ibid. nu. 2.

Si pater expressè fideiusserit pro filio iam obligato, & capitale mercãtiarũ patris tenẽte, an ipse pater possit conueniri; & discuti in bonis, filio non discusso, vide Boer.deci.221. vbi tenet affirmatiuam.

Fideiussor, qui pecuniã recepit à debitore, debet prius excuti, antequã agaṫ contra alium fideiussorem, licèt aliàs quilibet ipsorum posset insolidũ cõueniri, si ambo renunciassent beneficio diuisionis. Boer.deci.255.num.5.

Fideiussores in instrõ pñt renunciare beneficio cedẽdarũ, & hoc ẽt renunciando generaliter omni legũ auxilio: quia tũc talis generalis renunciatio inducit renũciationẽ ipsam. Affli. decis.182.num.10.

Fideiussori intercedenti ratione beneficij cedendarum potius succurritur, quàm simplici possessori hypothecaria cõuento: quia si agens non posset cedere actionem facto suo, puta quia liberauit debitorẽ, vel alium confideiussorem repelleretur exceptione cedẽdarũ, secùs in alio possessore, quẽ sufficit cedere eam actionẽ, quam habet. Afflict.decis. 343. vide eundem, deci.182.nu.10.

Fideiussori, antequã ipse soluat, instrm exhiberi debet, cessioq; fieri. Franc.Marc.q.390.par.2.

Fideiussor ꝓ debitore soluẽs hẽt actionẽ mãdati cõtra ipsum, & bona illius obligata, cũ præla-

latione temporis, non à die solutionis, sed à die contractę obligationis, maximè facta cessione. Gom. Leo. decis. 85. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Fideiussor, qui soluit, non potest compellere creditorem priuilegiatum, vt ipse agat contra debitorem; sed solùm ad cedẽdam actionem. Vincen. de Fran. decis. 353. par. 2.

Fideiussor primus non se obligans contemplatione secundi, non habet exceptionem cedendarum, cessat etiam beneficium diuisionis, vbi diuersis temporib. plures fideiubẽt, sed vide Vincen. de Franc. decis. 55.

Exceptio cedendarum opponi potest, licèt statutum dicat, quòd nulla exceptio opponatur, dummodo renunciatum non fuerit tali exceptioni; sed an generalis renũciatio sufficiat, vide Dec. consi. 27.

Quando vnus ex pluribus soluit, debet illi cedi actio contra principalem, & etiam contra alium confideiussorem. Bart. in l. si plures 39. ff. de adminis. & peric. tuto.

Quando obligationes sunt dispares (vt in mãdatore) mandator soluens pro reo ex interuallo potest petere, vt sibi actiones cedantur. l. Stichum 95. §. si mandato. ff. de solutio. & libera.

Creditor si non potest cedere actionem mandatori, vel fideiussori sui culpa, exceptione cedendarum repellitur. d. l. 95. §. si creditor.

Fideiussor, qui promisit aliquem repraesentare infra octo dies, non dicitur esse in mora per lapsum ipsorum, nisi fuerit requisitus. Ozasc. decis. 49. vide supra tit. iudicatum solui.

Lex sancimus. C. de fideiusso. an habeat locum, quando iuramẽtum interuenit in promissione, & an tempus dictae legis datum ad purgãdam moram sit tantundem, atque primum, vide Ozasc. ibidem.

Fideiussor in diem, si ante diem soluat, actionẽ mãdati nõ hẽt, nisi die adueniẽte. Ozas. deci. 130. nu. 5. l. si mandauero 22. & l. 51. ff. mãdati.

Fideiussor probans solutionem per confessionem creditoris, repetit à debitore. Affl. deci. 94. & in hoc Bart. reprobatur. ibidem num. 3. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 57. in fine. Rot. Genu. decis. 50. & 51. Sed cum Barto. transit Iaff. Lanfr. Balb. decis. 305.

Carceratus an teneatur fideiussorib. soluere, quos dederat pro obligatione facta metu, vide Affli. decis. 149.

Fideiussor soluens ex contractu nullo pro incarcerato, an possit repetere, maximè si spõte soluerit, vide ibid. nu. 4. & 5.

Fideiussor, qui soluit, potest petere executionẽ sententiae contra reum, sine alio processu. Boer. decis. 277. num. 4.

Dominus tenetur fideiussori non solùm de eo, quod soluit, sed etiam de illo, quod donatũ fuit. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 111.

Fideiussor soluẽs an, & quãdo liberet se, & principalem, vide Rot. Genu. decis. 4. nu. 20.

Fideiussor iustè condemnatus non tenetur appellare: quia potest recognoscere bonam fidem; secùs si iniustè: nam tunc tenetur appellare, aliàs non habet regressum contra principalem. Afflic. decis. 49. Et non solùm tenetur appellare, sed etiam appellationem prosequi, nisi paupertate excusetur: tenetur etiã opponere exceptionem, quam scit competere principali; aliàs secùs. Afflic. decis. 49.

Fideiussor potest appellare à sententia lata cõtra principalem, & contra se. Bart. in l. à sententia 5. ff. de appellatio.

Quando fideiussor non allegat exceptionem legitimam, vel probabilem omiserit, aut etiã non appellauerit, an amittat actionem contra principalem, vide Fran. Marc. q. 582. Abb. consil. 82. part. 1. l. 8. §. si ignorantes. ff. manda. Sed quae sint exceptiones, quas fideiussor opponere debet, & quando excusetur, si non opposuerit, vide glo. in l. si fideiussor 29. §. quaedam. ff. mandati. Quid, si non ostendat de iure creditoris, cui soluit, vide Rot. Genuen. decis. 28.

Fideiussor tenetur defendere causam, & litem sibi motam intimare, & appellare. ibid. n. 15. Imputandũ tamen non est fideiussori, si omiserit exceptionem, quae erat de apicibus iuris: quia potest agnoscere bonam fidem, & soluere, non autẽ indebitè litigare, licèt teneatur de veritate negotij disputare, & facere, quantum in se erit, vt non condemnetur. ibid. d. decis. 28. nu. 8.

Bonam fidem agnoscere, quando, & quomodo quis possit dato, ꝙ non sit tractus in iudiciũ, vide Put. decis. 178. lib. 3.

Fideiussor, cui à creditore cessa actio est aduersus confideiussorem, pro rata portionis agere potest. Vincen. de Fran. decis. 55. Sed quando dictum procedat, vide ibid.

Fideiussor soluens pro suo principali, omissis exceptionibus illi competẽtibus, an habeat regressum contra ipsum principalem, vide Mago. decis. Luc. 92.

Quod dicitur fideiussorem coactum soluere (etiam iniustè) posse repetere à principali debitore, solùm intelligitur, quando fideiussor adhibuit omnem diligentiam, & conatũ, ne exigeretur. vide Menoch. consi. 212. lib. 3. num. 3. & 60.

Fideiussor, qui passus est se condemnari colludens cũ creditore, nõ habet actionẽ mãdati contra debitorem principalem ad repetẽdũ

solutum; sed quomodo cognoscatur simulatè exactus, vide Menoch.d.consi.212.nu.47.

Fideiussori omittēti aliquas exceptiones metu, vel exceptionem fori, non imputatur. Bar. in l.atqui 20.§.si cùm.nu.6.& 7.ff. de neg.gest.

Fideiussor nō potest agere, antequam soluerit. l.si pro ea.C.mandati. Vincen.de Franc.deci. 414.Fallit primò, si diù steterit in obligatione: secundò, si debitor incipiat bona sua dissipare: tertiò, si fuerit condemnatus ad soluendum debitum, sed quando dicatur diù stetisse in obligatione, remittitur arbitrio Iudicis. Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.41.Guid. Pap.q.117. vide Andr.Gail. obseru.29.libr.2. Quò loci traduntur sex casus, in quibus fideiussor agit, antequam soluat, vide etiam Papon.lib.10.tit.4.arrest.20.glo.in d. l. si pro ea. C.mandati.Afflict.decis.241. Franc. Marc. q. 398.Cassan.in consuetud.Burg. tit. *Des rentes*. §.2.glo.1.num.26.Hartma.cap.6.ti.de fideius. lib.2. & qualiter formetur libellus hoc casu, vide Menoch.de Arbitra.d.cas.41.

Si instrumentum habeat executionem paratā, an habeatur fideiussor pro condemnato, adeò quòd possit agere contra principalē; vide Guid.d.q.117.Hiero.Mago.decis.6. Luc. & Vincent.de Franc.decis.414.par.2.

Fideiussor culpa sua exactus etiam per sententiam, non recuperat solutum à principali. Ror. Genu.decis.28.num.15.

Fideiussor, qui de facto cogitur vsuras soluere, illas petere potest à principali. Dec. consil. 686.vide Bartol. in l. constitutionibus 20. C. de vsuris.

Fideiussor detentus pro debito principalis, potest antequam soluat agere contra principalem.Ioan.de Arno.sing.81.

Fideiussori quādo videatur mādatū, vt ipse soluat:& qualiter formetur libellus pro fideiussore contra principalem, qn̄ ille cōuenitur, vt soluat, vide Bartol. in l. si quis 29. ff. de negot.gest.

Fideiussor, qui soluit, non habet actionem nego.gesto.contra cumfideiussorem. Bart. in l. ex facto 31.ff.eodem.

Fideiussor videtur habere mandatum de soluendo.l.indebitam 47.& ibid. Bar.ff. de condictio. indebi.

Quibus casibus fideiussor possit agere, antequā soluat, vt liberetur, vide Bart. in l. Lucius 38. ff. mandati.

Quando aliquis ex necessitate fideiussit, si ex tali fideiussione aliquid soluerit, nō repetit. l. tribus 8. ff. de vsufru. earum rerum.

Fideiussores, & mandatores, & si sine iudice soluerint, habent actionem mādati.l.10.§. fideiussores.ff.mandati.

Acceptilatio facta per creditorem fideiussori remunerādi causa, illi tribuit actionem mandati; secùs si simpliciter causa donandi.l.idēque 10.§.fin.ff.eod.

Fideiussor delegans debitorem suum (etiā nō soluendo) creditori acceptāti, videtur soluisse, vel quouis alio modo verè, vel fictè soluerit, & liberationē obtinuerit à creditore, semper habet actionem mandati contra debitorem, pro quo fideiusit.l.inter 26.§. abesse. & §.si is.ff.mandati.

Si fideiussor soluerit ignorans debitorem liberatum, vel tutum exceptione, habet etiam actionē mandati, nisi fuerit in ignorantia supina.l.si fideiussor 29.ff.eod. Quid, si fideiussor soluerit, & ante denunciationem factam debitori, ipse debitor secundò soluerit, vide d.l.29.§. hoc idem.

Licèt fideiussor sit tempore liberatus, si tamen soluerit, repetit solutū per actionem mādati. d.l.29.§.fin.ff.mandati.

Si fideiussor soluerit aliquid vilius, vt principalem liberaret ab obligatione maiori, mādati actione repetit.l.si quis pro 46.ff.eod.

Qui soluit pro fideiussore, potest ab eo repetere, & fideiussor à prīcipali.l. si is q 50.ff. mād.

Fideiussor repetit debitū, quod soluit, & si qd vltra ex necessitate soluerit.d.l.50.§.fin.

Si fideiussor soluerit post mortem debitoris, habet actionem mandati contra hæredes: quia tūc etiam dicitur hæres teneri propter hæreditarium debitum. l. hæreditarium 7.ff. de bon.aucto.Iudi.possid.

Fideiussor soluens habet actionem mandati contra principalem debitorē ad repetitionem rei solutæ: Fallit in pluribus casibus traditis per Azo.in summa tit.C.mandati. nu. 9. 19.20. & 21.

Promittens pro alio eodem tempore, habetur vt principalis.Rot.Genu.decis.66.

Fideiussor euictionis non potest agere, vt liberetur, nisi re euicta, licèt diù steterit in promissione: quia ante euictionē nō dicitur obligatus.Bar.in l.facere, in fine 29.ff.solut.mat. Bal.in l.si pro ea.C.mandati.nu.8.& ibid.Castren.Affli.deci.241.& Andr.Gail.obser.29. li. 2.nu.6.Fallit, si ex forma statuti aliter caueat. Hiero.Magò.deci.Luc.6.

Emptor conuentus super re empta, si laudauerit auctorem iuridicè denunciando iudiciū, euicta re, potest agere cōtra fideiussorē venditoris etiam non citatum. Capic. decisio. 107.num.6.

Debitor principalis promittens fideiussorem seruare indemnē non tenetur, si per iniustitiā res euincatur, nisi fuerit conuentum, q̄ ēt tunc teneretur.vide Marc.q.584.

Fideius-

Fideiussor simplex euictionis conuentus, nō potest se tueri contra emptorem opponendo ipsum soluisse pretium, quod ex pacto poterat retinere, donec rem emptam vēditor ab onere alicuius obligationis liberaret. Mago. decis. 30 Rot. Floren.

Fideiussor euictionis potest conueniri, solùm denunciatione facta venditori, & sic processus factus contra principalem citatum, nocet fideiussori non citato. l. auctore 7. C. de euict.

Fideiussor rem venditam euincere non potest. l. exceptione 11. C. eod. de euictio.

Hæres fideiussoris ex parte sua potest euincere, licèt tanquam hęres fideiussoris teneatur de euictione. l. fin. eod. tit.

Fideiussor potest se obligare pro debicto conditionali, quod est in spe. Rot. Genu. decis. 4. num. 7. in fine. Et tunc non potest agere, licèt diù steterit in obligatione. Afflic. decisio. 241. nume. fin.

Fideiussor non obligatur, nisi interuenerit stipulatio in fideiussione. Afflic. decis. 39. Bart. in l. cùm filiusfam. 49. ff. de verbo. obligar. & Hartma. cap. 4. tit. de fideiusso. lib. 2.

In multis æquiparantur, & in aliquibus differūt fideiussores, & constitutores. Rot. Genu. deci. 4. nu. 19. & Bart. in l. 1. ff. de constitut. pecun.

Fiscus non est idoneus fideiussor. Afflic. decisio. 88. Idem in depositario. Afflic. ibid.

De cautione fideiussoria præstāda in casu suspitionis vide per Afflic. decis. 108.

In fideiussoribus diuisionem debiti nō inducit receptio partis: idē in creditore agente contra plures fideiussores; quia tunc etiam non censetur facta diuisio. Afflic. decis. 142. Secùs in pluribus reis insolidum obligatis. Affli. ibi.

Creditor etiam si egerit contra principalē, potest redire ad fideiussorem, nisi in causa iudicati pignus acceperit, & fuerit ei deliberatum; quia tūc nō potest, relicto pignore, trāsire ad fideiussorem. Guid. Pap. q. 348.

Quando creditor habet plures fideiussores, si partem recipiat ab vno, nunquid videatur diuidere actionem, vide Bar. in l. 8. §. si ita, de leg. 1. & in l. Modestinus 76. ff. de solu. & liber.

Obligatio plurium mandatorum, vel fideiussorum, non dicitur vna, & alter soluens non videtur soluere alterius contemplatione, nec perimit omnem obligationem; secùs in pluribus correis, seu tutoribus. Bart. in d. l. 76.

Creditor potest petere partem debiti à debitore & partem à suo fideiussore. l. 3. §. vbi duo rei. ff. de duob. reis.

Fideiussor non est dandus, vbi principalis est idoneus. Afflic. decis. 171. nu. fin.

Exceptio cedendarum cui competat, vide Affl. decis. 182. num. 10.

Mulier fideiubens non gratis, sed aliquo recepto, non iuuatur velleiano. l. antiquæ. C. ad Velleian.

Laicus fideiussor Clerici non remittitur ad Ecclesiasticum Iudicem: quia exceptio declinatoria competens principali, non competit fideiussori. Guid. Pap. quæst. 562. vide Franc. Marc. q. 1055. nu. fin.

Fideiussor vnus ex pluribus habentibus beneficium discussionis, potest, antequam conueniatur, Iudicis officium implorare, ne exigatur vltra suam ratam, alijs existentibus soluēdo. Capic. decis. 18.

Mandatores, & fideiussores aliquando æquiparantur. vide Capic. decis. 180.

Agere non potest ille, cui est promissa indemnitas, nisi postquam damnū, & interesse passus sit. Beninr. decis. 81. nu. 12.

De differentia inter fideiubere, & promittere quem indemnem conseruare vide ibi. nu. 13.

Agere quis non potest, cui est indemnitas promissa, si aliunde indemnem se cōseruare possit. ibid. nu. 14. Et indemnis qualiter quis conseruetur, vide nu. fin.

Si creditor proroget terminum, an fideiussor liberetur, vide Guid. Pap. quęst. 117. in fine, Fran. Marc. q. 538. Capel. Thol. q. 182. DD. de Rot. deci. 1. tit. de deposit. in antiq. And. Gail. obser. 30. lib. 2. nu. 11. Mysing. obser. 53. cent. 6. Dec. cōsi. 92. & 400. Guid. Pap. sing. 977. Hart. cap. 1. tit. de fideiusso. lib. 1. & cap. 6. eo. tit. lib. 2. & Perillust. D. P. Tessau. decis. 125.

Quando in secunda obligatione fuit conuentū, vt per ipsam non intelligatur recessum à prima hypotheca, sed in suo remaneat vigore, fideiussores primæ obligationis non intelliguntur liberati, ab ipsa prima obligatione. Boer. decis. 332. circa finem.

Per nouationem voluntariam, seu delegationē debitoris, stipulatione interueniente, liberātur fideiussores, licèt debitor protestatus fuisset hoc fecisse citra innouationem, & præiudicium priorum fideiussorum absentiū. Fran. Marc. q. 537. vide Dec. consi. 107. Menoch. cōs. 212. lib. 3. nu. 35. Guid. Pap. sing. 717. l. 4. ff. de fideiusso. Perillu. D. P. Tessa. deci. 125. & Hartm. cap. 1. tit. de fideiussorib. lib. 1.

Si principalis obligatio tollit, & accessoria fideiussorum: & pactum libaratorium principalis, fideiussori prodest. Marc. d. q. 537. nu. 4. & 5. glo. in l. fin. ff. de pact.

Cessio bonorum debitoris, nō prodest fideiussori. Guid. Pap. q. 211. n. 3. & Fran. Marc. q. 313.

Quando sunt plures obligati, & quilibet insolidū, debet poni in cōclusione libelli, q̄ vno soluente, alter liberetur. Guid. Pap. quæst. 570. nume. 4.

Fide-

Fideiussor furiosi ante vitium obligatus tenetur, & fideiussor succedens debitori tenetur tanquam hæres. Boer. decis. 23. nu. 25.

Fideiussor Fiscus potest æquè citò conueniri, sicut principalis. Boer. decis. 217. nu. 13.

Fideiussor simpliciter datus intelligitur in omnē causam, quæ ex natura negotij procedit. Craue. cōsi. 272. Et fideiussor esse intelligitur, qui promittit id, quod Titius debet, & non principalis. Boer. decis. 314. nu. 5.

Fideiussor cēsetur obligari in omnem causam, qua principalis obligatur, imò ex facto principalis fit perpetua obligatio fideiussoris, quæ erat temporalis. vide Gome. Leo. decis. 3. in decisio. diuerso.

Solo verbo, fideiubeo, censetur fideiussor obligari in omnem euentum, & ad interesse. ibid. d. decis. 3. num. 6.

Fideiussori accrescit id, quod accrescit principali obligationi. Ludo. Roma. sing. 153.

Fideiussor contractus potest conueniri redhibitoria: quia fideiubens in cōtractibus, qui possunt per pęnitentiam resolui, videtur in omnem casum fideiubere. Pet. de Raue. sing. 220.

Fideiussor an teneatur ad id, ad quod ex contumacia condemnatio crescit, vide l. 1. ff. de in lit. iuran. & ibid. Bart.

Officium Iudicis in arbitrarijs exercetur etiam contra fideiussorem, tamen mora rei non auget obligationē fideiussoris, & fideiussor simpliciter acceptus, videt intercedere pro accessoriis. Bar. in l. centum 9. ff. de eo, quod certo loco, & in l. 11. ff. eod. Et q̄ fideiussor teneatur ad interesse, scribit idem Bar. in l. 10. ff. rē pupilli sal. for. & in d. l. 9. ff. de eo, quod certo loco, vide l. cùm filiusfam. 49. & l. mera ff. de verbor. obligatio.

Fideiussor an teneatur ex mora principalis, & an ipse posit in mora constitui ex parte sua, vide Bar. in d. l. 49. §. stipulatus. ff. de verb. obl.

Mora principalis hodie non nocet fideiussori, nisi renunciatum sit authen. præsenti, & certum sit principalē non posse conueniri. Bar. in l. si seruum 91. §. nunc. ff. de verbo. oblig.

Fideiussor simpliciter acceptus, nō tenetur ad interesse propter locum ex mora rei præcedente. l. fin. ff. de eo, quod certo loco.

Qui fideiubet in omnem causam tenetur ad interesse, & omnem quantitatem; sed quando quis dicatur fideiubere in omnē causam, vide glo. in l. quæro 56. ff. locati.

Fideiussor tenetur ad id, quod ex natura obligationis, cui accedit, principaliter venit, nō quod ex accidenti. l. libertus 17. circa finem. ff. ad municip. & de incol. l. itē veniunt. §. cùm prædixerimus, & ibid. glos. ff. de petit. hæred. l. 1. & glos. ff. de in lit. iuran. & glos. in l. siue in duplum. ff. qui satisdare cogant. Sed contrà in l. si quis pro eo. §. si nūmos. ff. de fideiusso. Pro conciliatione distingue, prout in glos. in d. l. quæro. §. 1. ff. locati.

Laudans aliquem, nō tenetur tanquam fideiussor, nisi dolosè id egerit. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 33. num. 4.

Obligatio principalis licèt non subsistat ex aliqua causa, ex hoc fideiusor non dicitur liberatus, quum teneatur, quando de eius clara voluntate constat velle obligari, quāuis principalis obligatio non teneret. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 27. vide tamen ibid.

Fideiusor obligatur, licèt principalis obligatio non teneat, quando se principalem constituit, vel interuenerit iuramentum. Natt. consi. 262. num. 14.

Fideiusori non subuenitur, quādo sciebat difficultatem tempore fideiusionis. Ioseph. Ludo. d. decis. 27. Perus. Quod procedit inserta clausula, de qua ibid. nu. 8.

Dilatio data principali ex rescripto Principis, fideiusori non competit. Fran. Marc. q. 240. nu. 7. Restitutio tamen concessa minori prodest etiā fideiusori. vide Menoch. consi. 179. lib. 2. Ioseph. Ludo. d. decis. 27. Et ex persona minoris fideiusor potest illam petere. Natt. consi. 658. num. 6. vide Menoch. consi. 179. lib. 2. Bart. in l. 4. C. de fideiusso. mino. in l. in causę 15. §. Pomponius. ff. de mino. 25. ann. & in l. 95. §. quod. ff. de solutio. & libera. facit lex in causæ 14. eod. de minoribus.

Exceptiones competētes reo, competunt etiā eius fideiusori. Roma. sing. 321. vide Crauet. consil. 287.

Fideiusio deficit omnino, si fiat in plus, quàm principalis obligatus sit: fallit, si scienter expresso consensu, fideiusor se obligauerit, adhibito iuramento: quia tunc valet fideiusio. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 57. vide Vera. deci. 315. par. 2. Ias. de actio. §. item si quis postulāte, nu. 14. & Fran. Cremen. sing. 42.

Doctores nonnulli scribunt fideiusorem (qui in plus fideiusit) nullo modo teneri, quia peccatum est in forma, sed non est ita: quia obligatur vsque ad concurrentem quantitatem principalis debiti, ita docet Gasp. Cabal. mille loq. 250.

Fideiusor nō potest in plus obligari in his, quæ principaliter deducuntur in obligationem; secùs in his, quę ex post facto incipiunt deberi, vt est pęna. vide Marc. de Mant. sing. 661.

Fideiusor licèt in plus non obliget, quàm reus principalis sit obligatus: fallit tamen, si plus sit in actionis potentia: nam efficatius, alio quoq; modo potest obligari. Marc. de Mant. sing. 537.

Fideiu-

Fideiubens in minus, quàm fuerit mandatum, habet actionem mandati; secùs si in plus. l. rogatus 33.ff.mandati.

Beneficium prohibitorium obligationis transit ad fideiussores.Fran.Marc.q.340.nu.11.

Sententia lata pro reo,an & quando fideiussori prosit,& contrà:& quid in iuramento,vel pacto,vide Marc.d.q.340.de sentētia,vide Cra. consi.188.nu.6.& Dec.consi.400.nu,fin.

Rescisso contractu prætextu minoris ætatis, in quo fuit datus fideiussor maior,quando ille habeat regressum contra minorem, vide Papon.lib.16.tit.3.arrest.14.

Fideiussor filiifa.an sit obligatus, si filiusfa. non obligetur ex forma statuti prohibentis contrahi sine consensu patris, & cōsequēter,an teneat obligatio fideiussoris, si principalis nō valet,vide Borg.Caual.dec.2.de cōtract.

Fideiussio an teneat,data nullitate contractus principalis,vide Hiero.Mago.deci.137.Rot. Floren.Raud.tract.de Analog.cap.34.nu.21. Ias. de actio. §. in personam,nume. 42. & l. si seruus 9.ff. si quis cautio.

Fideiussor non tenetur,rescisso contractu ex dispositione iuris communis, veluti ex capite enormissimæ læsionis; secùs autem quando rescinditur de iure speciali.Vincen.de Fran. decis.247.part.2.

Quando correus loco fideiussoris interuenit in contractu cum clausula,solidi, vnà cum persona inhabili ad contrahendum, annullato contractu, correus habilis gaudet beneficio personæ inhabilis,vt etiam quo ad ipsum cōtractus censeatur annullatus. Papon. lib. 16. titu.1. arrest.15.

Exceptio pacti de non petendo,quæ competit principali, non semper competit fideiussori, veluti vbi maior pars creditorum fecit pactum de non petendo hæredi futuro debitoris,nisi certā partē summę debitę: tunc enim tale pactū nō prodest fideiussoribus.Mathes. singul.304. & Fran.Cremen.sing.22.

Exceptio competens principali porrigitur ad fideiussorem contra creditorem, nisi personæ cohæreat. Bart.in l.3. C. de vsur.rei iudic. vide l.si is qui 6.ff.si quis cautionib. l. Nesennius 41. ff. de re iudic. l. exceptiones 7.ff. de exceptio.cum l.omnes 19.ibi.& Bar.q.2.n.15.

Principalis si est liberatus pacto personali,quādo fideiussor possit cōueniri: & pactum personale, vt non egrediatur personam,debet fieri cum dictione taxatiua. Bart. in l.nisi 23. ff.de pact.& in l.in personā 31.§.qui.ff.de pac.

Sententia lata pro fideiussore, non porrigitur ad principalem;secùs contrà.Bart.in l.aduersus 34.ff.de recept.Arbitr.

Absolutoria lata pro fideiussore, quādo prosit principali,vide Bart.in l.duobus 28.§.à fideiussore,nu.7.ff.de iureiur.

Fideiussor non potest condemnari, nisi inquantum facere possit,quando illo conuento, dominus cōparet, & opponit ipsam exceptionem ex persona sua. Barto.in l.& si fideiussor 24.ff.de re iudic.

Fideiussor pōt accedere pro eo,qui est restiturus,vel qui tantùm tenetur officio Iudicis. Bart.in l.cùm quis 33.§.si quis.ff.de solutio.

Actio per dationem fideiussoris perpetuatur. Bart.ibid.num.4.

De fideiussoribus,qui intercedunt pro minoribus,& an illi obligentur, vide in tot. titu.C. de fideiusso.mino.

An pactū principalis debitoris prosit fideiussori, vel pactum fideiussoris prosit reo, vide l. & hæredi 22.§.fin. cum seqq.ff.de pact.

Exceptio pacti porrigitꝰ ad fideiussores ea tenus,quatenus competit principali: & principalis potest pacisci fideiussori, l. si vnus 28.§. si cum reo.ff.de pact.

Per secundum pactum de petendo tollitur primum de non petendo ope replicationis,nec primū proderit fideiussori.d.l.si vnus §. eadē.

Pactum de non petēdo factum reo prodest fideiussori, si fideiussor soluendo haberet contra reum mandati actionem ad repetēdum, aliàs secùs,vt puta, si donādi causa intercesserit,quia tunc pactum principalis non prodest fideiussori,quia cessat ratio, qua hoc introductum fuit.l. quod dictum 33.ff.de pact.

Pactum principalis non præiudicat defensioni iam fideiussori quæsitæ.l. fin.ff.de pact.

Transactio facta cum principali, prodest fideiussori etiam condemnato.l.& post 7. §. si fideiussor.ff.de transact.

Exceptio Velleiani competēs mulieri,competit etiam fideiussori suo,& mandatori.l.si mulier 16.§.fin.ff.ad Velleianum.

Rescisso principali,rescinditur accessorium;secùs cōtrà.l.si cum 14.§.Labeo.ff.de eo, quod metus causa.

Minor etiam restituitur aduersus fideiussorem actione mandati agentem.l. in causæ 14. ff. de mino.25. ann.

Restituto fideiussore minore, non videtꝰ restitutus principalis.l.minor 50.ff.eod.

Si ab eo petatur, ad quem exceptio rei iudicatæ porrigitur,pęna compromissi committitꝰ; aliàs secùs,vt si petatur à fideiussore, ad quē pertinebat exceptio, quæ reo competebat: secùs si esset fideiussor, qui non haberet regressum cōtra principalem debitorē.l.aduersus 34.ff.de recept.Arbit.

Licèt ex priuilegio aliquis non obligetur,fideiussor tamē, cui priuilegium non competit, obli-

obligat.l.& si is 9.C.de pdiis, & aliis reb.min.
Defensio rei cõpetit fideiussori. l. defensiones 11.C.de exceptio.
Licèt aliàs exceptiones debitoris principalis cõpetant fideiussori, tñ hoc non procedit in fideiussore spontaneo.l. si mulier 16.§.fi.ff.ad Senatusconsul.Velleia.& ibid.in additio..
Qui fideiubet pro minore actionem mandati non habet, si minor pecuniam erat perditurus.l.si verò 12.§.si adolescens.ff.mandati:
Exceptio donationis competit fideiussori, inuito reo.l.fideiussori 24.ff.de donatio.
Restitutio pupilli prodest eius fideiussoribus.l. si pupillus 88.ff.de acqui.vel omitten. hęred.
Si relinquatur liberatio reo, debet liberari per acceptilationem, vt illa fideiussori proficiat; nisi esset talis, qui cõtra reũ non haberet regressum: si verò relinquať liberatio fideiussori, ille dẽt liberari pacto, vt nõ prosit; nisi esset talis reus, qui à fideiussore repeteret.l.hæredem 2.& l.si quis 6.ff.de libera. legat.
Fideiussor non potest interuenire pro eo, cui bonis interdictum est, vel pro furioso.l.si cui. ff.de verbo.oblig.
Si fideiussor succedat debitori efficaciter obligato, vel non, extinguitur obligatio, & tunc fideiussor hęres debitoris minoris adiuuatur beneficio restitutionis in integrum, quo principalis debitor sperabat se iuuare.l. Stichum 95.§.quod.ff.de solutio.& liberat.
Exceptio reo competens, si est in rem, proderit eius fideiussori: exceptio verò personalis, vt cessio bonorum, & alia similis, ad fideiussores nullatenus se extẽdit.§.exceptiones, Institut.de replicat.
Fideiussor promittens certum quid sub certa pęna, non tenetur ad aliud interesse. Benint. decis. 16. num.4. Tamen videtur esse in electione creditoris agendi ad pęnam, vel ad interesse.vide ibid.
In materia statuti, an debitorum appellatione veniant fideiussores, vide Marc.q.340.
Fideiussor quando succũbit in lite, repetit sumptus litis.idem Marc.q.583.
Fideiussor potest soluere de substantia principalis.Marc.d.q.583.num.4.vide tamen Gasp. Cabal.milleloq.388.& Bar.in auth.si captiui. C.de Episc.& Cler.& in §.si vnum, Authen.vt cùm de appellatione cognoscitur.& l.si Procuratorem 8.§.si ignoras.ff.mandati.
Fideiussor, cui à creditore cessa actio est, aduersus confideiussorem pro rata portionis agere potest.Vincen.de Franc. decis.55. Sed quando hoc fit verum, vide ibid.
Facta solutio per fideiussorem nomine principalis debitoris, cedit in causam, in qua ipse fideiussor interuenerat, & non in aliam, licèt in quitatione de recepto nihil dictũ esset. Papon.lib.10.tit.5.arrest.6.
Actio vtilis contra fideiussorem datur, si debitor non sit soluendo, licèt creditor recepèrit speciem pro quantitate soluta, si ipsa species euinceretur.Put.decis.450.lib.4. Tamen quando res datur in solutũ, cautela est protestari, quòd per illam dationem in solutũ non intẽdit creditor recedere ab hypotheca, nec à fideiussorum obligatione; alioqui si res postea euinceretur, & debitor non esset soluendo, creditor esset in periculo. Cabal.milleloq.653.nu.fin.& Bart.in l.si quis autem 46.ff. de solutio.& liber.vide infra tit.de dationib. in solut.lib.2.
Interruptio præscriptionis contra fideiussorẽ, non nocet contra principalem, & cõtrà.Put. decis.512.lib.2.
Creditor, cui datus fuit fideiussor, non potest cogi ad liberandum fideiussorem, etiam oblato alio æquè idoneo. Vinc.de Franc.decis. 202.Fallit in casu, de quo vide ibid.
Conductione prima finita, fideiussor non tenetur pro secunda renouata: quia nouatione facta, siuè ipso iure, siue ope exceptionis, renouatur fideiussio.Menoch. consi.120.nu.29.& 30.& cõs.146.n.4.lib.3.facit l.si cũ 7. C.locati.
Fideiussor vsque ad certum tempus, illo finito, dicitur liberatus, nisi cõsenserit expressè prorogationi.Menoch.consi.212.lib.3.nu.23.
Fideiussor, qui pro vno debitore fideiussit, si illius debitoris persona in aliam mutaretur, pro nouo ipso debitòre non tenetur.Menoc. consi.246.nu.13.lib.3.
Fideiussor si debitori succedat, omnis obligatio fideiussoria extinguiť; secùs est in pignore.Bart.sing.35. vide tamen eundem in l.Stichum 95.§.quod vulgo.ff.de solutio. & liber. l.3.ff.de separatio.bon.l. si reus 13.ff.de duob. reis.l. cùm quis 38.§ fin. & l. si duo 93. d.titu. ff.de solutionibus.
Si fideiussor pro alio dederit pignus, & debitor succedat fideiussori, extinguitur fideiussoris obligatio, sed pignus remanet obligatũ; secùs si ille fideiussor dedisset alium fideiussorem: quia tunc omnino obligatio fideiussoria extinguitur.Pet.de Rauen.sing.630.
Licèt fideiussor sit æquè principaliter obligatus, tamen per hoc non restat, quod sua obligatio dicatur accessoria, & teneatur vt fideiussor.Iaco.Put.decis.512.num.3.lib.2.& Pet.de Rauen.sing.200.
Fideiussor, qui accessit societati ad beneplacitum contractæ cum disdicta 15.dierum, & accessit ad sex menses, & non vltrà, si societas infra sex menses disdicatur, cõueniri potest. Put.decis.58.lib.3.

Fide-

Fideiussor omni priuilegio competenti principali gaudebit, vbi reus principalis susceperit in se iudicium motum contra ipsum fideiussorem, & opposuerit priuilegium, vel aliam exceptionem ex persona sua: idem, quando fideiussor se opponeret in iudicio, non vt fideiussor, sed vt defensor principalis rei. Iaff. Lanf. Balb. decis. 17.

Fideiussores corā quo Iudice cōueniendi sint, vide Mysing. obser. 5. cent. 2.

Fideiussor nihil licitè accipere pōt pro fideiussione. Gasp. Cabal. milleloq. 322. Contrarium tamen scribit Pet. de Raue. sing. 870.

Exceptio realis prodest etiam fideiussoribus, vt est exceptio compensationis: & fideiussoris obligatio strictè interpretat̄, ideò fideiussor, qui ex vna causa pro alio intercessit, non tenetur pro altera, & pro vna persona, non tenetur pro alia subrogata. vide Menoch. consi. 119. lib. 2. consi. 389. lib. 4. & consi. 212. libr. 3. nume. 13.

Quamuis ille, qui dedit plures fideiussores nomine ꝓprio, particulariter soluere nequeat, tamen per obliquum nomine vnius fideiussoris partē eius offerre poterit, & tenetur creditor recipere. Cabal. milleloq. 378.

Fideiussor datus pro pensione, & conductione domus, tenetur pro deterioratione. Cabal. milleloq. 635. Et pro supellectilibus. Pet. de Rauen. sing. 224.

Fideiussor promittens principaliter, & insolidū pro reo debitore, vbi merces debitoris vendendæ non essent sufficientes ad soluēdum, & satisfaciendum creditum vnà cum cābiis, non intelligitur promisisse pro mercibus vēdendis, deductis expensis, & oneribus factis in vecturis, proxenetis, datiis, & gabellis. Borg. decis. 5. de contract. part. 2.

Debitor, pro quo fideiussor intercessit, nisi vtriusque facultatū discussione facta, incarcerari non debet: quia in solutionem debiti vtriusque facultates aggregatæ censentur. Hippol. sing. 3.

Fideiussio non debet extendi de persona ad personam, & de casu ad casum, sed præstita pro institore, instante vno ex sociis, an extendatur ad alium consocium dictę societatis, in qua ipse institor præfuerat, vide Mago. deci. 57. Rot. Floren.

Quis non dicitur promittere factum alienum, quando facit casum proprium constituendo se principalē debitorē. Cra. consi. 272. nu. 13.

Obligatio facti alieni per iuramentum validatur. Ias. de actio. §. item si quis postulante, nu. 14. & Rol. consi. 6. nu. 33.

Fideiussoris citatio non requiritur in ferenda sententia contra principalem. Maran. in suo Spec. par. 6. de citatio. nume. 32. tit. rectè concipiatur citatio.

Sententia lata contra principalem non potest mandari executioni contra fideiussorem cōtractus absque nouo processu. Guid. Pap. q. 26. Fran. Marc. q. 1055. Mysing. obser. 96. cent. 4. Dec. consi. 400. nu. fin. Natt. consi. 345. Bart. in l. 5. §. cùm autem. C. de his, qui ad Eccles. confug. vide eundem Bar. in l. 3. C. de vsur. rei iudic. & in l. 1. ff. iudicatum sol.

Fideiussor iudicij soluens virtute sententię, habet executionem cōtra eum, pro quo soluit; secùs est in fideiussore contractus, qui soluēs non habet executionem paratam. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litte. oblig. art. 6. gl. 3. nu. 33. & seqq.

Creditor petens executionem instrumenti cōtra fideiussorem, non tenetur probare principale debitū, ex quo de illo fit mentio in instrumento. Natt. consi. 262. num. 8. vide Bart. in l. 2. §. in fideiussorē. ff. qui satisdare cogātur.

Ex contractu fideiussoris duæ oriuntur actiones, seu obligationes, videlicet vna, quæ contrahitur inter fideiussorem, & creditorē, quæ est ex stipulatione, alia est, quæ contrahitur inter fideiussorem, & reum principalem debitorem, quæ est obligatio, & actio mandati. Maran. in suo Spec. in disputa. 6. nu. 12.

Fideiussionis cōtractus dicitur damnosus pro fideiussore, adeò ꝙ per hunc censeatur dilapidare bona sua eo ipso, ꝙ fideiubet. Maran. ibid. Et debitor infelix dicit̄ fideiussor. Cassa. in consuet. Burg. tit. *Des rentes*. §. 2. gl. fin. Ideò maritus fideiubēs dr̄ vergere ad inopiam, & vxor repetit dotem. Maran. d. disput. 6. nu. 14.

Quod dicitur correos videri inuicem fideiubere, quomodo intelligatur, vide Natt. cōsi. 52. nu. 6. Tom. 1. Bar. in l. reos 11. ff. de duob. reis, glo. in l. 6. §. item si duo. ff. si quis cautionibus, & infra tit. de duobus reis, lib. 2.

Statutū, ꝙ fideiussor Ciuis non cogatur ad soluendum, non habet locum in eo, qui accessit vt fideiussor, tamen tāquam correus principaliter se obligatuit: item, quando fideiussit pro dote. Natt. consi. 52.

Fideiussor idoneus non est Causidicus, litigiosus, & is, qui minus est potens, & in dubio nō præsumitur idoneus. idem Natt. consil. 143. num. 10. vol. 1.

Promittens ꝙ alius obseruabit, si constituat se principalem debitorem casum proprium faciendo, tenebitur de proprio, si ille non obseruauerit, etiam si fortè prima obligatio nō valeret. Natt. consi. 272.

Dotē ab extraneo pro filia mea prōmissā, si vt fideiussor soluam, à debitore nō repetā. Lud. Roma. sing. 169.

Fideiussor

Fideiussor si ex mandato testatoris soluat, à debitore non potest repetere, sed quando dictum procedat, vide eundem, sing. 805.

Mora rei nocet fideiussori, sed quādo, vide Mathes. sing. 174. Fallit, quando mora præcessit. Pet. de Rauen. sing. 764.

Mora principalis obligationem perpetuat quo ad se, & fideiussores, & eorū successores: mora verò fideiussoris, quo ad se, & successores. l. si seruū 91. §. nunc videamus. ff. de verb. obl.

Interpellatio, quæ non constituit in mora, non nocet fideiussori. l. si pupillus 127. ff. de verb. obligatio.

Fideiussor datus per Clericū in iudicio sæculari conuentū, nullatenus obligatur. Henric. Boe. in suis sing. tit. cautio, & fideiussio, nu. 7.

Pactum nudum fideiussoris, non vestitur cohærentia contractus principalis. Fran. Cremen. sing. 109.

Obligatio fideiussoria transit contra hæredes fideiussoris: fallit in fideiussore maleficij, qñ nō est ꝓmissa certa pœna. vide Hip. sing. 159.

Debitore carcerato, si fideiussor promittat soluere creditori omne id, & totum, quod apparebit ipsum debitorem carceratum illi debere, facta ratione, vel calculo, si ante calculationē moriatur debitor, fideiussor amplius nō tenet; sed erit liberatus. Hippol. sing. 304.

Debitoris principalis captura fideiussorem nō liberat, & contrà. Hippol. sing. 398.

Fideiussor protestans ante fideiussionem creditori se illi nūquam satisfacturum, si postea fideiubeat, non obligatur efficaciter. Guliel. de Ludo, sing. 128.

Fideiussor denuncians creditori antequam numeret debitori pecuniam, quòd illam ei nō amplius soluat, q̄a ille factus est nō soluēdo, non tenetur, si creditor postea soluerit. Amanel. de Clarisaq. sing. 191. vide Bar. in l. nō solum 8. §. morte. C. de nou. oper. nunciat.

Fideiussor vnus ex pluribus conuentus à creditore potest opponere, q̄ agatur primò cōtra alium fideiussorem, qui à debitore habuit pecuniam. idem Amanel. sing. 227.

Contra fideiussorem possidentem pignus potest creditor agere quacūque actione velit, tam reali, quàm personali. Bart. in l. persecutione 25. C. de pignorib. nu. 4.

Fideiussorem non dicitur dare, qui dat priuilegiatum fideiussorem. Bar. in l. 2. C. de præpos. agen. in reb. lib. 12.

Fideiussori quando noceat delictum rei, vide Bart. in l. si quis iniquum 3. §. si is, pro quo. ff. quod quisque iuris.

Promittens satisfacere non potest fideiussorē dare, sed debet soluere. Bar. in l. 1. ff. qui satisdare cogant. vide tamen eundem Barto. in l. 6. ff. de munerib. & honor.

Immobilia, qui non possidet, non est idoneus fideiussor, nisi sit coniuncta persona. Bar. in l. sciendum 15. ff. qui satisdare cogant. nu. 13.

Exceptio, quæ est inutilis in persona principalis, quando sit inutilis in persona defensoris, vide Bar. in l. & hǣdi 22. §. nos autē. ff. de pact.

Principali reo quod non prodest, nec fideiussori prodesse potest. Bar. in l. si vnus 28. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

Principalis licèt promittat factū, fideiussor potest promittere interesse. Barto. in l. 1. ff. de actio. empt. num. 6.

Obligatio fideiussoria durat absq; principali. Bar. in l. si sine 33. ff. de adminis. & peric. tut.

Si aliquis promiserit aliquid custodire certo tēpore, datis fideiussoribus, lapso ipso tempore conuento, & facta eousq; custodia, postea pro tempore futuro fideiussores non tenentur. Bar. in l. Lucius 47. §. Paulus. ff. eod.

Dicta in principali, an cēseant̄ repetita in fideiussore, vide Bar. in l. licèt 77. nu. 13. de lega. 1.

Mutuans ex mandato alterius obligat sibi recipientem tanquam principalem, & mandantē ꝑ actionē mandati. l. si litteras 7. C. mādati.

In mandatoribus accessoriè se obligātibus, hodie nihil est innouatum. Bart. in l. eandem 9. nu. 5. ff. de duob. reis.

Debitum dicitur confiteri ille, qui dat fideiussorē simpliciter. Bart. in l. cùm quis 33. §. si quis. ff. de solutio. num. 5.

Satis q dedit, licèt fideiussor factus non sit soluēdo, iterum nō tenetur satisdare. Bar. in l. 4. ff. de Prætor. stipula.

Fideiussorem dans, qui non possidet bona immobilia, an liberetur, vide Barto. in l. 7. ff. de Præto. stipula.

Fideiubere potest quis pro absente, & ignorāte. Bar. in Rub. ff. iudic. solui, nu. 3.

Fideiussor vltra principale, quæ damna possit repetere à principali, si passus fuerit aliquod damnum respectu cautionis: & quæ damna dicantur iusta, & quæ iniusta, vide Bar. consi. 82. vol. 1. nu. 4. & Abb. consi. 60. part. 1.

Iuramentum delatum fideiussori prodest reo principali, non tamē propter hoc fideiussor habet actionem mandati contra principalē. Bar. in consi. 160. vol. 1. Sed iuramentum fideiussoris, quando porrigatur ad principalem, & si iurauerit an possit repetere à reo principali, vide eundem Barto. in l. duobus 28. §. à fideiussore. ff. de iureiuran.

Iuramentum rei prodest indistinctè fideiussori; sed iuramentum fideiussoris prodest reo cum distinctione, de qua in d. l. 28. §. quod si reus. ff. eod.

Si debitor iurauerit ex causa, quæ personam tantùm

tantùm ab obligatione eximit, tale iuramentum fideiussori non prodest; secùs si iurauerit super cōtractu, prout in dubio ꝑsumitur. l. fin. ff. eod. Et contrà, iuramentum fideiussoris super facto, prodest reo; secùs si super persona iuretur. d. l. fin. §. si fideiussor, & §. fin.

Tertius promittēs, vtrū censeatur fideiussor, an verò vti principalis, vide Bar. consi. 99. vol. 2.

Obligatio principalis, & accessoria si cōcurrāt in vnius persona, accessoria occultatur. Bart. q. 15. num. fin.

Obligatio fideiussoris cessat, realiter finita obligatione cōtra principalē. Abb. cōsi. 23. par. 1.

Fideiussor si promiserit se curaturū, vt principalis faceret, qui promiserat sub pœna, si principalis non fecerit, an teneatur fideiussor, vide Abb. consi. 90. part. 1.

Fideiussor nō potest emere pignora debitoris, (pro quo fideiussit) à creditore vendēte iure pignoris, & si emat, debitor habet ius offerēdi. l. 1. C. de dol. mal. vide l. si mandato 59. §. Paulus lo primo. ff. mandati.

Fideiussor minor, etiã ꝓ patre, restituitur in integrum, nisi illi successerit. l. 1. C. de filiofa. mino.

In edicto, quod quisque iuris, &c. impetratio principalis nocet fideiussori; non contrà. l. pen. §. si is. ff. quod quisque iuris.

Non vr̃ fideiussorem dedisse, qui dedit eū, qui fori priuilegio tutus est, nisi expressè illi renūciauerit. l. 1. ff. si quis in ius vocat. nō ieri. & l. si fideiussor 7. ff. qui satisda. cogan.

Fideiussor quãtitatis nō liberatur, reo ciuiliter, vel naturaliter mortuo. l. si verò 5. ff. qui satisdatio. cogan.

Miles, minor, mulier non sunt idonei fideiussores. l. de die 8. §. qui mulierem, & §. si seruus. ff. eod. qui satisdare cogant.

Stipulatio alteri accessoria assumit sibi naturã eius, cui accedit. l. si eum 10. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus.

Numeratio in persona vnius non obligat alios, nisi se inuicem fideiusserint. l. 5. C. si cert. peta.

Obligatus soluere cum alio, siue pro parte, siue insolidum sit obligatus, soluendo solidum, pro parte correi, ab illo repetit. l. 12. C. si cert. petat.

Principali debitore per metum liberato, actio restituitur in eum, & etiam in fideiussorem, & contrà, fideiussore liberato, etiam aduersus vtrunque. l. 9. §. fin. & l. 10. ff. de eo, quod metus cau.

Qui prohibetur esse principalis, prohibetur etiã esse fideiussor, & sic prohibitum in principali, censetur prohibitum in accessorio. l. curiales 30. C. locati.

Dolus solius fideiussoris non perpetuat suã obligationem, sed parit de dolo actionem, vt si fideiussor occiderit animal debitum ante moram. l. si fideiussor 20. ff. de dol. mal.

Minori restituitur actio contra debitorem, & fideiussorem, si ille aliquē liberauerit acceptilatione. l. patri 28. §. si minor. ff. de mino. 25. annorum.

Per intercessionem minoris, prima obligatio tollitur, sed minore restituto, restituitur actio in pristinum debitorem in eo statu, in quo erat tempore nouationis. l. fin. ff. de minor. 25. anno.

In prorogatione termini compromissi debeat fideiussores iterum promittere, vel alij similes adhiberi: quia per solam prorogationem censentur liberati. l. sed si postea 30. §. fin. ff. de recept. Arbit.

Si mulier alieno nomine cõpromittat, non erit pœna commissa propter intercessionem. l. nō distinguemus 37. §. si mulier. ff. de recep. Arbi.

Pupillo compromittente, non cogitur Arbiter sententiam dicere, nisi fideiussor intercesserit. l. si pupillus 40. ff. eod.

Fideiussores, vel mãdatores pro dotibus seruãdis dari non possunt. tot. tit. C. ne fideiussore. vel manda. Tamē si ex parte promissoris detur fideiussor, valebit fideiussio. glo. in l. si cū dotes 56. ff. de iur. dot.

Fideiussor non potest accedere obligationi de dote conseruanda, quia si persona commissa est sine fideiussione, turpe esset non committi dotem. glo. in §. 2. Instit. de fideiussio. Quid, si accedat obligationi de dote restituenda, vide ibid. & Bart. in l. si constante 25. §. quoties. ff. solut. matrimo.

Qui in defectum alterius promisit soluere, petitione aduersus illum primum facta, nō liberatur, sed facta exactione: ita contrà, si accipiatur à secundo. l. fin. ff. si cert. pet.

Si quis certam personã fideiussuram pro se constituerit, tenetur ex tali promissione, licèt videatur promittere factum alienum: quia nō alienum factum promittit; sed suum, cùm se curaturum promisit. l. qui autem 14. §. si quis. ff. de constitu. pecu.

Fideiussio est sequela principalis obligationis: ideò dispositum in principali, censetur dispositum, & statutum in fideiussione. l. cuicunq; 5. ff. item fideiussori. ff. de instito. actio.

Filiifa. fideiubēdo obligantur etiam in mutuo, nisi illud factum fuerit in fraudem. l. item si 8 & 9. ff. ad Senatuscons. Maced.

Ille dicitur reus principalis, ad quem peruenit tota pecunia, licèt obligauerit, se vt fideiussor: & contrà, ille dicitur fideiussor, ad quem non peruenit; sed se obligauit pro principali. d. l. sed Iulianus 9. ff. ad Senatusconsultum Macedonia.

Mortuo filiofa. qui mutuũ acceperat, dum erat in poteſtate, pro illa obligatione non poteſt accipi fideiuſſor: quia nulla obligatio ciuilis, aut naturalis ſuperſit, cui fideiuſſor accedat. l. creditorem 20. ff. ad Senatuſconſul. Maced.

Pro futuro debito poteſt accipi fideiuſſor. l. eo tempore 51. ff. de pecul.

Si paſſus ſim aliquẽ pro me fideiubere, vel aliàs interuenire, actione mãdati teneor, quod dictum limitatur quatuor in caſib. de quib. vide ꝑ gl. in l. ſi remunerãdi 6. §. ſi paſſus. ff. mãdati.

Procurator, qui eſt pactus de quota litis, ꝓ eo, quod condemnatus ſoluit, vel vt fideiuſſor promiſit, actionem mandati non habet. dicta l. 6. §. Maurus.

Qui fideiubet pro Procuratore habet actionẽ contra dominum. l. idemque 10. §. idem Papin. ff. eod.

Verba recomendatoria non obligant. l. ſi verò 12. §. cùm quidam. ff. mandati.

Mandatum tãtùm accipitur ante obligationẽ; cõſtitutor tãtùm poſt, fideiuſſor ante, & poſt, ſed quæ ſit differentia inter cõſtitutorẽ, & fideiuſſorẽ, vide gl. in d. l. 12. §. ſi poſt. ff. mãdati.

Fideiuſſori neg. geſt. eſt actio, ſi ꝓ abſẽte fideiuſſerit. l. ex mãdato 20. §. fi. eod.

Fideiuſſor poteſt habere obligatũ principalẽ, & alium, vel principalem tantùm, vel alium tantùm: vt ſi quis fide alterius pro alio preſente, & non contradicẽte fideiuſſerit, tũc. n. vtroſque obligatos habet iure mãdati. l. qui fide 53. ff. mandati.

Plures mãdatores, qui tenẽtur pro alio, tenẽtur inſolidum ex mãdato: ex ſententia verò ſimpliciter lata, tenentur in viriles. l. ſi mandato 59. §. Paulus reſpondit, lo 3. ff. mandati.

Illud, quod creditor percipit ex venditione pignoris, liberat debitorem, & mandatorem, ſi creditor de euictione non eſt obligatus. d. l. 59. §. creditor.

Qui fideiubet pro conductore cõductoris, principali domino non tenetur. l. qui fideiuſsor. 55. ff. de locat. & conduct.

Contra fideiuſſorem, qui pignora à creditore recepit, agitur mandati, non pignoratitia. l. fideiuſſor 2. ff. de pignoribus.

Si venditor ſuccedat emptori, liberantur fideiuſſores euictionis, etiam ſi res poſtea euincatur: quia per ſucceſsionem ſemel fuerint liberati. l. ſi is, qui 40. ff. de euictio.

Fideiuſſor tutoris non tenetur ad ea, quæ tutor poſt pubertatem ſpontè geſſit. l. Lucius 47. §. Paulus. ff. de adminiſt. & peric. tuto.

Si vxor vni creditori donationis cauſa promiſerit, & fideiuſſorẽ dederit, neq; vir liberatur, neq; mulier, vel fideiuſſor obligatͬ, perindeq; habetur, ac ſi nihil promiſerit. l. ſi ſpõſus 5. §. ſi vxor. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Si fideiuſſores permittãt ſe nominari à tutorib. & in actis nomina ſua ſcribi, nihil contradicentes, tenentur, ac ſi ſtipulatio interceſsiſſet; & ij etiam, qui affirmant fideiuſſores eſſe idoneos. l. cùm oſtẽdimus 4. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſo. & nominat. & hære. tut. vel cura.

Si fideiuſſor legaſſet creditori quod illi debebatur, q̃d iuris, vide l. ſi fideiuſſor 52. de leg. 1.

Si debitor multorum creditorũ liberauerit fideiuſſororẽ, quẽ acceperat à ſuo debitore, ſi vterq; ſcit, vterq; tenebitur: ſi verò alter eorum tm̃ ſciuerit, ille qui ſcit, tenebitͬ. l. ſi fraudator 25. ff. quæ in frau. cred.

Fideiuſſor, qui ſimpliciter promiſit, tm̃ pro principali ſumma obligatur, & non ad intereſſe, quod ꝓuenit mora debitoris principalis. l. cùm quis 21. ff. de actio. & oblig. vide tamen l. ſi poſtea 10. ff. rem ꝑupil. ſalu. for.

Si quis ſcripſerit ſe fideiuſsiſſe, videntur omnia ſolemniter acta: nam verbum, promitto in ſcriptis redactum, importat ſtipulationem. l. ſciendum 30. ff. de verbo. oblig.

Obligatio non faciendi committitur, ſi contrà fiat per principalẽ, & tunc etiã fideiuſſor tenetur: ſecùs ſi contrà fiat per fideiuſſorem. l. 49. §. ſi ſtipulatus. ff. eod. Fideiuſſor tamen tenetur ex facto ſuo. glo. ibid.

Qui promittit ſatiſdare, ſi non ſatiſdat, tenetur ad intereſſe, quod eſt inquantum principalis non eſt ſoluendo, vel ſi cõueniri non poteſt. l. ſi quis ſtipulatus 112. §. ſi quis. ff. de verb. obl.

Qui non dat fideiuſſorẽ, vt promiſit, vel nõ liberat, ad intereſſe tenetur. l. cùm ſtipulatus 113. §. fin. eod. tit.

Fideiuſſor tenetur ad intereſſe Reipub. nõ ad pœnam, quam Magiſtratus delinquendo incurrit. l. vnica. C. de peric. eor. qui pro Magiſt. conuen. lib. 11.

Si fideiuſſor promiſerit, quãto minus ab aliquo conſequi poſſet creditor, non agitur contra fideiuſſorem, niſi principale debitore excuſſo. l. decem ſtipulatus 116. ff. de verb. oblig.

Obligationi perſonarum, ſeu operarum poteſt accedere fideiuſſor. l. nemo 5. ff. đ duob. reis.

Si duos quis dederit fideiuſſores, poteſt ita ſoluere, vt vnum liberet, ſi hoc pacto ſoluerit, vt alter eorum liberetur. l. in iis verò 5. §. ſi duos. ff. de ſolutio. & libera.

Fideiuſſor ſoluens nomine rei, pro parte ſua ſe ſolũ liberat. l. quoties 37. ff. de ſolut. & libera.

Quot ſint modi fideiubẽdi, vel intercedẽdi, vide gl. in l. Stichũ 95. §. aliq̃n. ff. de ſolu. & liber.

Si fideiuſſori acceptilatũ fuerit, ẽt ſi reus re, nõ verbis, eſſet obligatus, ipſe fideiuſſor, & reus quoq; ꝑ ipſam acceptilationẽ liberantͬ. l. & ꝑ iuſiurandũ 13. §. & ſi fideiuſſor. ff. de acceptil.

Statutum

Statutum Taurini, quo cauetur, vt Ciues nō fideiubeant pro forense, an sit seruandum, vide Perillustr. D.P.Tessa.decis.166.nu.8.

Acceptilatio facta fideiussori, pendente conditione, cuius existentia nō fingit quem retrò obligatum, non prodest principali.d.l.13.§. si legatorum.ff.de acceptilat.

A te videor petere, si peto ab eo, qui habet cōtra te regressum, puta à fideiussore: ideò tunc committitur stipulatio de rato, ac si à te peterem.l.si quis vni 14.ff.rem rat. haber.

In dubio fideiussor non tenetur, nisi ad id, quod principali potest iniungi.l.1.C.de munerib.& hono.non continu.lib.10.

Si principalis rei bona ad Fiscū deuoluta sint, fideiussores liberantur, nisi fortè minus idonei sint, & in reliquum non exolutæ quantitatis accesserint. l.in fraudem 45.§. si principalis.ff.de iure Fisci.

Fideiussores non minus, quàm hæredes, iustam ignorantiā possunt allegare. l. qui in alterius 43.§.fideiussores.ff.de reg.iur.

Si fideiussor est ī mora, illa nō nocet reo, quominus ille interitu speciei liberet, sed ipsi soli; secùs contrà.glo.in l.in condemnatione 134. §.penu.ff.de reg.iur.

Si soluitur quod debetur, vel aliud loco illius, creditore consentiente, omnis tollitur obligatio, tam rei principalis, quàm fideiussoris. §.1.Institut.quib.mod.tol.oblig.

Fideiussor est nomē generale, & dicitur à fide: ideò appellatione fideiussoris venit omnis accessor pro alio interueniens; sed quæ sint exceptiones competentes fideiussori, vide glo.in §.exceptiones, Institut.de replicatio.

Fideiussores priuilegiis eorum renūciare possunt.glo.in §.suscepto, Auth. de exhiben.reis.

De fideiusso.dotis vide ī.li.2.ti.ne fideiussores.

De constitutoribus, & constituta pecunia.

OBligatio efficax orit̄ ex promissione super præcedenti obligatione inefficace facta, & in vim constituti transit. Afflic.decis.117.

Responsor, qui promisit soluere respōsorio nomine alterius, vel quilibet alius, qui nomine alieno se constituit soluturū, an possit conueniri, nō excusso principali debitore, vide Guid.Pap.q.94.& sing.611. Si enim renūciasset iuri de prius cōueniēdo principalē, q̄ fideiussorē, cessaret dubitatio. Guid. ibi.

In hac actione de constituta oritur actio ex nudo pacto, quod etiā procedit, qn̄ idem debitor ꝓmittit iā debitū.Rot.Gen.decis.41.n.3.

Per constitutum alteri per alterū non acquirit actio, nisi per Procuratorem, vel nunciū.Rot. Genu. decis.45. Contrarium tamen videtur verius, quia in cōstituto attenditur solùm ius gentium: vide ibid.d.decis.45.nu.5.

Promittens de mandato alterius tenetur, etiā si postea desiisset esse debitor mādātis.ead. Rot.decis.131.

Actio de constituta, vt competat contra constituentem, debet cōstare de debito illius, pro quo debitor se constituit, & non sufficit sola cōfessio ipsius cōstituentis.Vincen. de Fran. decis.343.part.2.

De hac actione vide per Ias.de actio.§.in personam, & per Ioan. Crisp, in suo tract. termino. actio.post volumen eiusdem Ias.de actiq.

Confessio nihil operat̄, si constitutū factū fuerit ex falsa causa, quam constituens esse veram confessus fuerit.Dec.consi.475.num.31.

Actio de constituta pecunia inducitur ex secūdo pacto nudo, ex interuallo super eadem re apposito.Mathe.Mathes.sing.36.

Si quis esset naturaliter obligatus fortè ex minus solemni voluntate, & per cōsequens nō posset agi contra eum actione ex testamēto, si solùm ille dixerit bene soluam tibi, posset postea agi contra eum, actione de constituta. Guid.sing.611.

Qui constituit se soluturum pro alio, nō potest ante decem dies conueniri, actione de constituta.Guid.d.sing.611.

Confessio administratoris facta per epistolam confitentis se habere debitum alienum penes se, inducit constitutū, & confitens potest conueniri actione de constituta.Ant.Corset. in suis sing.litera C.sing.confessio 6.

Promittens, & constituēs pro alio principaliter in se obligationē suscipiendo, pōt in plus teneri.Bar.in l.hi, qui 35.nu.16.ff.de fideiusso.

Constitutor est, qui interuenit post obligationem, & nudo pacto obligatur. Bart.in Auth. de fideiusso.nu.9.

Actio de constituta pecunia datur in eum, qui pro se, vel pro alio se cōstituit soluturū, & ex nudo pacto oritur, aliās stipulatione interueniente, inutilis esset hæc actio: quia vbi locū habet remedium ordinarium ciuile, ad extraordinarium Prætorium non est recurrendum.§.de constituta, Institut.de actio.

Qui cōstituit, vel spondit pro alio, si ꝑsonaliter est locutus, dicēdo satisfaciā, obligat̄: si verò dixerit satisfiet à me, & ab alio, illo nō cōsentiente, pro rata erit obligatus: si autē alternatiuè promittat, ipse insolidū tenet̄, altero nō cōsentiēte: sed si cōstituēs locutus fuerit impꝑsonaliter, vt si dixerit satisfiet, tūc.n. nō tenetur, salua tn̄ pristina obligatiōne.§.ad hoc, Auth. vt cùm de appellatione cognoscitur.

Tertius promittens, vtrum cēseatur fideiussor, an verò principalis, vide Bar.consi.99.vol.2.

Qui se pro alio constituit debitorem, nō potest opponere exceptionē non numeratæ pecuniæ.l.6.C.de non nume.pecu.

Qui alterius obligationem sub stipulatione suscepit, cogitur soluere, licèt is, pro quo promisit, ei non soluat: quia quis non debet fidē rumpere, licèt sibi frangatur ab alio.l.si pater 5.C.de nouatio.& delegat.

Filius constituendo non dicitur in rem patris vertere, nisi soluat: nam qui constituit se quidem obligat, patrem verò non liberat.l.si filiusfa.15.ff.de in rem verso.

De restitutionibus in integrum in genere.

Restituere est in eum statum reducere, in quo erat causa ante læsionē. Ozas.decis.9.num.fin.Aegid.Bellā. conclus.742.et Maran. in suo Spec. part.6.cap.et quandoque appellatur, nu.77.Vbi scribit nouem casus, in quibus solet concedi restitutio.

Presumptio, quæ stat pro sentētia, tollit lęsionis præsumptionem.Ozas.decis.158. num. 11. Et impedit restitutionem in integrum. Bar. in l. si fideiussor 29.§.in omnibus.ff.mandati.

Restitutio in integrum non cōceditur post sententiam super liquidatione facienda: ideò illa super probationibus factis, & non faciendis, debet fieri.Affli.decis.35.

Executio sententiæ Regiæ non impeditur per restitutionem in integrum petitam cōtra sententiam; secùs in sententijs inferiorū à Principe.Capic.decis.53.vide Franc.Marc.q.53.& 54.par.2.Beninten.decis.79.Put.decis. 456.li. 2.Mysing.obser.48.& Cabal.mileloq.742.

Quando petitur restitutio contra tres sententias, quid iuris, & multa alia de restitutionib. vide per DD.de Rot.tit.de restitut. in integ. in nouis.

Quibus in casibus Princeps soleat restituere aduersus rem iudicatam, vide Rebuff. in constit.Reg.tract.de lit.ciuilib.art.1. gl.2.Tom.1.

Iudex, qui cognoscit super restitutione in integrum aduersus sententiam, nō iudicat super prima causa, sed tantùm sententiam rescindit; secùs in Iudice appellationis.Bart.in l.1. C.si aduersus libertatem.

Si quis legitimo impedimento non potuerit producere instrumenta, ipsis post sententiā repertis, poterit petere restitutionem aduersus rē iud.Bar.ī l.1. C.de sent.aduers.Fisc.lat. libr.10. facit l. Imperatores 35. ff.de re iudi.

Restitutio in integrum non datur aduersus errorem iuris: & Iudex delegatus an possit restituere in integrum aduersus sententiam interlocutoriam, vide Bartol.in l.cùm 7.ff.de confessis, & in l.quod.ff.de sepul.viol.

Absens ex probabili, & necessaria causa, si non fuit legitimè defensus, potest petere restitutionem aduersus sententiam contra eum latam.l.quia 4.C. de Procurato.

De beneficio restitutionis in integrum petito per tertium post publicationem, & conclusionem in causa vide per Afflict.decis.15.

Restitutio in integrū ex capite ignorantiæ cōtra præscriptionem longi, vel longissimi temporis conceditur.Afflict.decis.37.Pet.Beninten.decis. 71. vide Cabal. mileloq.774. Dec. consi.29.Rebuff.in constit.Reg. tract.de restitutio.art.1.glo.1.num.26.& glos.4.ibidem.Et ignorantia pręsumitur in eo, qui in ius alterius successit.Afflict.d.decis.37.& Pet.Benintent.decis.71.

Tempus petendæ restitutionis aduersus præscriptionē, currit solùm post completam pręscriptionem.Bar.consi.129.vol.1.nu.fi.

Restitutio in integrum aduersus præscriptionē statutariam 16.anno.ex capite ignorātiæ cōceditur.Put.decis.50.lib.3.

Beneficium restitutionis in integrum debet esse inter partes cōmune: ideò si vna pars restituatur ad aliquid, alia etiam debet restitui. Afflict.decis.89.

Restitutionibus pēdente lite, postulatis, nō currunt lęsionis probationes.Affl. decis.114.

Beneficium restitutionis in integrum aduersus probationem omissam, & illius tempus, est Iudici arbitrarium.Affl.decis.124.

Impedimentum non attenditur, vbi pōt comparere quis per Procuratorem. Capic. decis. 86.nume. fin.

Restitutio pro modica læsione non competit; sed pro enormi.Capic.decis. 109.nu.9.

Principis præsentia solemnitates iuris supplet, actumq;, qui ob defectum solemnitatum est nullus, instaurat.Ioseph.Lud.deci.Luc.17.n.11.

Si Procurator non appellet intra tempus debitum, non auditur postea dn̄s; nisi per viā restitutionis.Aegid.Bellam.concl.292.

Si petatur restitutio ad appellandum, quid iuris, vide Bar.in l.1.C.si sæpius integ. restitu.& in l.3. quomodo, & quando Iudex.

Restitutionis causa eadem cum prima reputatur, & coram eodem Iudice tractari debet. Cassad.decis.1.tit.de sequest.posse.& fruct.

Iuramento præstito virtute oblationis factæ per tutorem, an possit minor ope restitutionis testes ꝓducere, qui de nouo reperti sūt, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.240.

Resti-

Restitutio principalis, prodest fideiussori. l. minor 51. ff. de Procurato.

Restitutio in integrum est beneficium personale, vbi transit ad fideiussorem; cùm verò transit ad hæredem, est reale. Capel. Thol. quæst. 55. num. 5. vide Hartma. cap. 3. tit. de restitutio. in integrum.

In petenda restitutione in integrum, qui locus inspici debeat, vtrum locus iudicij; vel contractus: & restitutio in integrum transit ad hæredes. Bart. in l. 2. ff. de eo, quod certo loco. & in l. 10. ff. de reb. dub.

Absens lęsus circa bonorum possessionem per absentiam probabilem, & necessariam, transmittit beneficiũ restitutionis ad hęredẽ. l. 1. C. de restitu. milit. & eor. qui Reipub. cau. abs.

Duplex est tempus restitutionis, nempe tempus, ad quod datur restitutio ad tempus lęsionis, & tempus, infra quod fit restitutio. Capel. Thol. quæst. 178.

Tempus petendæ restitutionis est quadrienniũ continuum, nisi iusta causa interuenerit absentiæ. Mysing. obser. 51. cent. 1. vide Cabal. milleloq. 783. part. 2. Ias. de actio. in §. rursus, nu. 73. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de restitutio. art. 2. gloss. 1. Tom. 2. & Bart. in l. 15. §. sed. ff. quibus ex causis maiores, nu. 12.

Quando quis lęditur cursu temporis, debet petere restitutionẽ intra tantum tempus, quantum est illud, in quo dicitur lęsus. Bart. in l. 5. C. in quibus caus. in integ. restitu. non fit necessa. nume. 4.

Licèt ex causa noua restitutio iterum dari debeat, tñ hoc intelligitur, factis nouis probationibus super ætate. Put. decis. 79. & 279. lib. 3. & Mysing. obser. 52. cent. 1.

Restitutio in integrum non datur, nec conceditur, quando ius alteri est quæsitum. Vera. decis. 136. part. 2.

Restitutio non est concedenda, non verificata conditione apposita in dispositione. idem Vera. decis. 95. part. 2.

Restitutio in integrum non conceditur, vbi mora purgari non potest de iure. Vera. decisio. 96. part. 3.

Quamuis mãdatum speciale requiratur ad petendam restitutionem in integrum, nihilominus hoc non procedit, quando adest mandatũ cum libera, vel illa incidẽter petitur. Vinc. de Fran. decis. 17. nu. 21. Iass. Lanf. Balb. decis. 248. Mysing. obser. 26. cent. 2. vide Hiero. Mago. decis. Luc. 67. Ludo. Roma. sing. 126. & Rol. consi. 26. vol. 2.

Procurator in causa potest petere restitutionẽ in integrum. Barto. in l. 17. C. de Procurato. nume. 5. vide tamen eundem in l. 34. ff. de rit. nupt.

Sine iusta causa non valet restitutio. Cabal. milleloq. 780. Ideò Princeps restitutionem sine causa concedere non debet. ibid.

Restitutio in integrum non conceditur, nisi summatim constet de lęsione. Crauet. consi. 179. nume. 8.

Ipsa restitutio pariter non conceditur, cessante æquitate, cur concedi debeat. Crauet. consi. 271. nume. 7.

Licèt Imperator statuat aliquem non esse restituendum, tamen adhuc poterit Princeps illũ ex causa restituere, nõ obstante illa prohibitione, illius tñ facta mentione. Rebuff. in cõstitu. Reg. tract. de restitu. nu. 6. in pręfa. To. 2.

Interdum denegatur alicui de iure communi restitutio; sed iure speciale adhuc cõceditur. Rebuff. ibid. num. 7.

Qui restitutionẽ concedere possit, vide Rebuf. ibid. in præfa. nu. 11. Corã quo restitutio petẽda sit, nu. 16. Quibus concedatur, num. 21. Et contra quem. ibid. nu. 28. fol. 397.

Quibus ex causis restitutio concedatur, vide eundem Rebuff. ibid. glos. 1. art. 1. fol. 398. Vbi scribit viginti casus, in quibus conceditur.

In his, quæ sunt iuris positiui Princeps potest restituere aduersus lapsum temporis. Cassan. in consuet. Burg. tit. D*es droicts*. §. 20. glo. 5.

Iusta causa concedendi alicui restitutionem est, quando verisimiliter ille inductus fuit ad aliquid credẽdum. Bar. in l. non solùm. §. morte, nu. 36. ff. de oper. nou. nunciat.

Beneficium restitutionis in integrum non censetur sublatum, nisi per specialem nominationem. Raud. tractat. de Analog. cap. 33. nume. 141.

Assertio Magistratus attestantis in aliquo casu nunquam concessisse restitutionem, non est sufficiens ad denegãdam restitutionẽ. Raud. ibid. num. 162.

An restitutio in integrum competat contra tertium, vide Craue. consi. 7. nu. 15.

Implorans beneficium restitutionis, restituere debet quicquid à parte receperit. Crauet. d. consi. 7. nu. 14. & Rol. consi. 59. vol. 1.

Restitutio potest peti coram Iudice loci celebrati contractus. Rol. consi. 26. nu. 31. vol. 2.

Restitutio in integrum retinet naturam primæ causæ, & secũdum illam regulatur. vide Hippol. sing. 221.

Deceptis, & non decipientibus iura subueniũt: fallit in Doctore, si causam perdat, & in integrum restitutio postulet: idem in mercatore, si se in actibus mercaturæ deceptum dicat. Marc. de Mant. sing. 52.

Iuramentum tollit restitutionem, quæ est de iure speciali, nõ autem ea, quæ est de iure cõi. Bar. in l. si ex falsis 62. C. de transact. nu. 4.

Iuramentum præstitum super contractu solemniter inito, tollit beneficium Prætoris in obtinenda restitutione in integrum. Abb.cons. 107.part.2.nu.6.vide tamen ibid.

Restitutio quando concurrat cum alia actione contraria:& auxilium ordinarium,& extraordinarium,quando concurrant,vide l.fin. C.si tutor, vel curator inter. & l. 5. C. si aduers. rem iudic.

Iudex delegatus quando possit de restitutione in integrũ cognoscere, vide Bar. in l. 3. C. si aduers.rem iudic.

Restitutio in integrum quando competat, vbi habet locum aliud remedium, puta appellationis,vide Bar.in l.5.C.si aduers.rẽ iud.

Approbatus ab aliquo Collegio,non potest in concernentibus eius professionem petere vt in integrum restituatur.Bar.in l.1.C.qui,& aduersus quos.

Restitutio ante ingressum principalis causæ facienda est.cap.suborta 21.extra de senten.& re iudica.

Actio amissa per restitutionem in integrum resuscitatur.Bar.in l.2.ff.si ex noxali cau.agat.

Restitutio in integrum nõ restituit rem,sed ius agendi, vel tollit exceptionis obstaculum, sed quid amplius restituat, vide Bar. in l.qui primò 46.§.item.ff.de Procurato. & in l. 2. de eo,quod certo loco.

Restitutio in integrum producit exceptionem, sed non tollit ciuilem,neque naturalem obligationem, quando aliquis petit per restitutionẽ in integrum liberari ab aliqua obligatione.Bar.in l.Iulianus 60.ff.de condictio.indebit. nume. 31.

Restitutio in integrum competit aduersus latam culpam,non aduersus dolum.Barto.in l. quod Nerua 32.num.23. ff. depositi,in repet.

Officium Iudicis quando datur ad rescindendum id, quod iure cõmuni valet, finitur anno vtili.Bar.in l.societatem 77. §. Arbitrorũ, num.23.ff.pro socio.

Restitutio in integrum cum rescisione potest cumulari, quia ambæ ad eundem effectum tendũt.Dec.in l.edita.C.de edẽ.&Abb. ĩ c.suscitata.extr.de restitut. in integr.

In reciproca renunciatione æqualis speciei nullus intelligitur lædi,nec senex,nec iuuenis.l. de fideicommisso.C. de transact.

Restitutione in integrũ petita, an Iudex possit de nullitate pronunciare,vide Bar.in l. 24.ff. de iure patro.

In causa restitutionis in integrum cauetur de rato,& de iudicato soluendo.l.39. §. & aliud. ff.de dolo malo.

Ad causam,seu litis instantiam peremptam,nõ datur restitutio, sed per actionem de dolo succurritur contra illum, cuius dolo hoc factum fuit.l.19.§.dolo.ff.eod.

Frustra precibus impetratur, quod per restitutionem in integrum conceditur.l. 2. C.quib. non obiiciat.long.temp.præscri.

Restitutio cõcessa super principali,ad accessoria non extenditur: & quod per restitutionẽ in integrum quis posset consequi, illa nondũ petita,& obtenta, non potest in compensationẽ deduci.l.fin.§.Lucius.ff. de cõd. indeb.

De minoribus, & restitutionibus in integrum illis cõpetentib.

Minoribus aduersus dolum præsumptum de præterito succurritur; secùs aduersus huiusmodi dolum de futuro. vide Ozas.decis.87. & Affli. decis. 370.

An minores restituantur ad producendum testes post didicita testificata,vide Ozas.d.decis.87.Afflic.decis.216. Aegid.Bellam. concl. 38.Bar.in l.8.in repe.ff.d̃ edẽdo,& in l.1.§.nũciatio.ff.de oper.nou.nunc.

Si minor restituatur, vt possit testes iterũ producere,ita & eius aduersarius poterit.Bar.in l.6.nu.7.C.de temporib.in integ.restitu.

Minor non restituitur aduersus probationes omissas,nisi probata læsione.Ozas. deci. 158. num.13.vide Capic.decis.109.num. 8. Capel. Thol.q.53.in additio.Pur.decis. 193.li.2.Nat. consi.343.Tom.1.Rol.cõsi.10.vol.4.& Bar.in l.nam postea.§.si minor.ff. de iureiur.

Minor ita demum restituitur aduersus omissas probationes, quãdo ipse per se cum curatoris auctoritate litigauit;secùs si per Procuratorem à se cum iuramento constitutum,quia tunc non restituitur,& iudicium tenet.Ozas. d.deci.158.nu.14.Guid.Pap.q.35. Capel.Tholos.q.45.Maran.in suo Spec.part.6.tit.& quandoque appellatur, nu. 104. Sed hoc casu debet certiorari de beneficio restitutionis in integrum,aliàs nõ amittit d.beneficiũ. Ozas. d.decis.158.num.16. vide Capel.Thol. q. 45. in additio.

An minori concedatur restitutio examinandi testes reprobatorios, vide Capic. decis. 62. & Guid.Pap.q. 53.

Minoribus non succurritur,nisi in casibus à iure expressis,& non reperitur, quòd illis succurratur in his, quæ concernunt formam actus, & sunt introducta ad rigorem iuris conseruandum. Ozas. decis. 87. Aliàs data læsione, regulariter minor restituitur, nisi contrariũ reperiatur in iure.Affl.decis.370.

Minor non restituitur aduersus suã confessionem

nem tanquam lęsus, nisi ostẽdat (saltem semiplenè) veritatem esse in cõtrarium. Ozas. d.decis.87.num.fin.Natt.consi.558.Et esse ex ea lęsum.Math.Mathes.sing.165.

Minor delictum confessus in iudicio, vel extra sine curatore, restituendus est, si alleget, & dicat se lęsum. Afflic. decisio.208.vide Boer. decisio.63. nume.7. & 13. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 17. Vbi testatur de consuetudine contraria, vide etiam Math. Mathes. sing.58. Rolan.cons.51. Menoch.de Arbitra. lib.2.cas. 168.& Hippol.sing.448.Qui scribunt ipsi minori esse concedendam restitutionem contra ipsius confessionẽ factam in delictis etiã cum consensu curatoris.

Minor factus maior per lapsum decem annorũ non potest restitui aduersus confessionem factam sine iuramento, & curatore. Capic. decisio.92.

Confessio minoris de duobus millibus receptis in instrumento venditionis, sapit donationem, itaut comprehendatur sub statuto prohibente donationes minorum.Put.decis. 7.lib.3.& decis.55.ibid.

Confessio adulti tenet, sed restituitur.Bart.in l. vnica.C.de confessis,nu.13.

Minor non restituitur ad appellãdum, nisi probata lęsione. Ozas. deci.158.Capic.decis.96. num.14.Guid.Pap.q.32.num.5. Boer.decisio. 247. vide tamen Aegid. conclusio. 334. Iaff. Lanf.Balb. decis.319. Mysing. obser.17. cent. 4.Rebuff.in constitutio.Reg.tract. de restitutio.art.1.glo.1.num.20. Dec.consi.77.lib.2.& Bar. in l.nã postea.§.si minor.ff.de iureiuran. Idem, quando petit restitutionem aduersus rem iudicatam.vide Afflic.decis.210.& Fran. Marc.q.53.& 54.part.2.

Minor si non est prosequutus appellationem, coram quo debeat petere restitutionẽ in integrũ, vide Bar. in l.eos §.nu.6.C.de appella.

Minori alleganti se lęsum propter lapsum temporis, incumbit onus probandi lęsionẽ, licèt de lapsu temporis cõstet.Ozas.decis.158.n.9.

Minori lęso in omittendo facilius, quàm in faciendo, conceditur restitutio.Ozas.d.decisio. 158. num.6.

Minor vt restituatur aduersus suum cõtractum, duo de necessitate debet probare, nempe se lęsum,& minorem. Ozas.d.decis.158. nu.7. Afflic.decis.221.Math.Mathes.sing.58. Boer. decis.79.nume.6.& Fran. Marc.q.516. part.2. Quò loci scribit esse addendum in libello, quia fuit lęsus sui facilitate, vide Mysing.obserua. 16.cent.4.Cabal.milleloq.779. Rebuff.in constitutio.Reg.tracta.de restitutio.gloss.3.art.2. Pet.de Rauen. sing.276. Fallit, quando lęsio esset notoria, vt si cõsisteret in tempore.Capel.Thol.q.390.

Quando possibile est minorem posse lędi, tunc perinde ille restituit, ac si esset lęsus. Ozas. d. decis.158. nume.12.

Semel restitutus tãtùm in causa principali ante sentẽtiam, iterum restituendus est in processu executiuo liquidationis, si sit minor. Afflic.decis.114.Tamen regulariter plures restitutiones etiam minoribus cõcedendæ nõ sunt.Afflic.ibid.nu.2.

Renunciatio,& cõclusio in causa nihil obstant, quominus lęso minori secundum beneficium cõcedatur. Afflic.d.decis.114.nu.fin.

Beneficium petitum per minorem, qui factus est maior, lite pendente, an illi sit concedendum, vide Afflic.decis.210.Et an tunc in integrum restituatur, ibid.nu.fin.

Actor non potest vti restitutione minoris, quãdo minor est lęsus dolo ipsius actoris aduersarij: sed dolo cessante, beneficio (quod conceditur reo) gaudere actor debet.Afflic.decisio.210.num.6.

Restitutio in integrum non est cõcedenda minori hæredi maioris, qui litem incouauerat: quia minor succedens maiori non vtitur iure suo, quod habet in restitutione in integrũ: nisi aliquid in causa esset factum per ipsum minorem, vel omissum.Afflic.decis.212. vide Craue.consi.3.pro genero,nu.11.

Minor aduersus factum defuncti maioris nõ restituitur: quia factum defuncti maioris nõ retractatur ex persona hæredis minoris. l. 2.C. de his, quib.vt indig.hæred.aufer.

Minor, & eius hæredes restituuntur aduersus statutariam pręscriptionem.Afflic.decis.370. vide Guid.Pap.q.31.

Stipulatio quando incipit à defuncto, committitur mora propter non factum, & tunc minor vtitur iure defuncti.Gram.decis.52.nu.3. vide Hiero.Mago.decis.31.Luc.nu.21.& seqq. Minor tamen conuentus ex cõtractu paterno, ex iusta ignorantia restituitur. ibid. nu.5. vide Mago.decis.Luc.77.nu.4.& 13.

Restitutio in integrũ transit in hæredes, & vniuersales successores.Mysing.obser.19.cent.4.

Minori restitutio non cõceditur cõtra id, quod cum patre maiore gestum est. Crauet.cõsi.3. pro genero,nu. 11. Quod procedit ex edicto minoris, secùs ex clausula generali, si qua mihi,&c. nisi succurreretur illi contra tutorem, quo casu ex nullo capite minor potest restitui.Rol.consi.10.vol.2.

Minor post tempus lapsum ad redimendum, & fundum recuperandum, etiam ope restitutionis in integrum, non admittitur, quando cum ipso minore nihil actũ est.Natt.cõs.492.

Beneficium restitutionis transfertur in hæredẽ minoris,

minoris, etiam maiorem, nisi ipse hæres approbasset. Ludo. Roma. sing. 99.

Minor læsus non dicitur, quando facit id, quod quilibet diligens paterfam. faceret. Ozas. decisi. 158. num. 4.

Minori læso, quando læsio est mediocris, contra contractum iuratum non conceditur beneficium restitutionis in integrum propter iuramentum, nec tunc prodest absolutio à iuramento, quæ non potest tollere dispositionem authen. sacramenta puberum; secùs data enormissima læsione, in terminis legis secundæ. C. de rescin. vendit. vide Afflic. decis. 322. Franc. Marc. q. 21. part. 1. & q. 481. part. 2. Gram. decis. 101. nu. 77. Guid. Pap. q. 143. Put. decis. 194. 203. & 205. lib. 3. Andr. Gail. obser. 41. & 65. lib. 2. Gome. Leo. decis. 38. in decisio. diuers. Tom. 2. Craue. consi. 7. nu. 104. 142. nu. 28. consi. 192. & consi. 188. Rol. consi. 59. vol. 1. Natt. consi. 621. & 631. Hippol. singul. 450. & Bart. cons. 90, vol. 1.

Consensus minoris cū iuramento, quando suppleat decreti Iudicis defectum, vide Afflict. decis. 393. num. 11.

Minor iurans mendaciū super ætate an, & quando restituatur in integrum ex capite minoris ætatis, vide ibid. num. fin.

Minor maioritatē iurans super sancta Dei Euāgelia, nullo modo minoritatem probare potest. Afflict. ibid.

Minor læsus licèt possit impetrare beneficium restitutionis in integrum, si tamen iurauerit se maiorem, cùm non esset, non potest restitui; verùm si contrahat, & lædatur, non tamē exclusus erit à iure petendi rescissionem cōtractus. Gram. decis. 12. nu. 5.

Minor non potest renunciare beneficio restitutionis in integrum. vide Capic. decisio. 110. Aluis. de Alber. sing. 102. Bart. in l. 3. ff. rem ratam haber Etiam cum iuramento, quod non nocet, obtenta absolutione. vide Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de restitutio. art. 1. glossi. 1. num. 5. Tom. 2.

Si contrahens cum persona coniuncta, asserat se esse maiorem, nō poterit coniunctus asserere se circumuentum ab illo tanquam minore, dum asserit se maiorem: quia propter cōsanguinitatē nō præsumit eius ætatē ignorasse. Gram. deci. 66. num. 33.

Contractus pupilli (etiam doli capacis) nō firmatur iuramento. Fran. Marc. q. 122. part. 2. vide tamen Abb. consi. 108. part. 2.

Minor iurando se maiorem excluditur à remedio restitutionis, non nullitatis resultantis ex forma non seruatæ solemnitatis statuti. Rot. Auen. decis. 78. in decisio. diuerso. vide Cra. consi. 221. num. 9.

Circa remedium. l. 2. C. de rescind. vend. inter iuramentum maioris, & minoris, ea sola est differentia: quia si maior iurauerit amittit dictum remedium, sed minor non, nisi iurasset non contrauenire aliqua ratione, vel causa; tunc enim nulla remanet differentia inter maiorem, & minorem. Craue. consi. 7. num. 4. vide Natt. consi. 631. Rol. consi. 59. vol. 1. & infra tit. de rescin. vend. lib. 2.

Vbi est iuramentum minoris non curatur de auctoritate curatoris. Craue. d. consi. 7. nu. fin.

Si in contractu diuisionis minor cum iuramēto se dixerit maiorem, & inde possederit bona diuisa per decenniū, non amplius poterit audiri prætextu minoris ætatis, & læsionis. vide August. Bero. q 43.

Dispositio legis, si quis maior. C. de transact. non habet locum in minore: quia iuramentum tantùm illum repræsentat maiorem. Bar. in d. l. si quis.

Minor, qui iurauit non venire contra contractū, quando possit petere restitutionē in integrum, vide Barto. in l. 13. §. item Iulianus. ff. de iureiurando.

Minor non potest renunciare cum iuramento, iuri introducto propter imbecilitatē, quando constitutio est prohibitiua. Bart. in consi. 88. volum. 1.

Contractus iuratus quando potest argui de dolo, potest minor petere absolutionem, & postea restitutionem in integrum. Abb. consil. 107. part. 2. num. fin.

Minores 25. ann. si sunt læsi restituuntur, nisi sint vsi iure communi, vt quando fecerunt illud, quod quilibet diligens paterfam. fecisset, vel iurauerint adulti super cōtractu. §. extraneis, & ibid. glo. Institut. de hæred. qualit. & differen. Nam minor non restituitur ex cōtractu bene gesto. Boer. decis. 23. nu. 57.

Minor aduersus legem ciuilem restituitur, non contra naturalem, vel cōmunē. Affl. dec. 370.

Minor ex alterius delicto ad lucrum non restituitur. Afflict. decis. 340. vide Barto. in l. cùm quidam. ff. de vsur.

Restitutio non datur in odiosis; sed vtrū odiosa, seu fauorabilis sit dispositio, qualiter cognoscatur, vide Capic. decis. 62.

Donatio facta per minorem sine curatoris auctoritate, per lapsum decem annorum, cōfirmatur. Capic. decis. 92.

Doctori etiā minori 25. in integrum restitutio non conceditur. Franc. Marc. q. 686. nume. 3. Iass. Lanf. Balb. decis. 369. Pet. de Rauen. sing. 284. & Aluis. de Alber. sin. 87.

Minor non restituitur aduersus alium minorē, seu aliam personam priuilegiatam. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 54. nu. 8. Minus restituitur

ad

ad lucrum, quando est cum præiudicio tertij. idem Ioseph. ibid. nu. 9.

Restitutio in integrum an minori concedatur contra sententiam Senatus, & quando, vide Afflic. decis. 356. Fran. Marc. q. 53. & 54. par. 2. & supra titu. prox. Quòd minor restituatur etiam aduersus sententiam Principis, scribit Boer. decis. 63. vide ibid. decis. 247.

Articulus minoris, vel Ecclesiæ petentis se restitui aduersus sententiam, in qua asserit se lęsum, vel lęsam, valet. Aegid. Bellam. conclu. 33. Sed de hac restitutione vide per Put. deci. 306. & 307. par. 2. & Mysing. obser. 21. cēt. 4.

Post tres sententias minor potest petere restitutionem propter defensiones omissas. Capel. Thol. q. 54. Mysing. obser. 84. centu. 3. Rot. Auenio. decis. 2. in decisio. diuersò. Sed an interim suspendatur executio ipsarum, vide ibid. d. decis. 2. Rot. Auenio.

Restitutio in integrum aduersus sententiā diffinitiuam requirit libellum, & litis contestationem, & petita propter ætatem non probatam denegata, potest iterum peti. Capel. Thol. quæst. 55.

Quando non fuit appellatum, & apparet de lęsione, primus Iudex debet in integrum restituere minorem aduersus sententiam: sed si appellatum fuisset, & appellatio esset deserta, tunc Iudex secūdus restituet. Marc. quęst. 56. part. 2.

Minor 25. ann. à ficta; non à vera contumacia excusatur, vt aduersus ipsum mulcta non declaretur. Marc. q. 74. part. 2.

In causa possessorij, quando sententia transiuit in iudicatum, non datur restitutio, nisi personæ priuilegiatæ. Put. decis. 36. & 37. part. 1.

Minor constituens Procuratorem ad litem, nō seruata forma statuti, in sententia succūbēs, non restituitur ob non seruatam formam statuti: quia mandatum ad lites non est de se actus lęsionis. Put. decis. 162. lib. 1.

Minori ad beneficium resignatum, si lędatur, datur restitutio. idem Put. decis. 437. lib. 1. vide eundem, deci. 9. lib. 3.

Sententia lata in fauorem minoris tenet, etiam si non interuenerit consensus ipsius, aut interuenerit, sed nulliter. Put. decis. 157. lib. 2. & Vera. decis. 147. part. 3.

Consensus minoris metu extortus, non operatur in alienatione rei minoris facta per patrem. Afflic. decis. 393.

An minor restituatur aduersus exceptionē dilatoriam omissam, maximè curatoribus non existentibus soluendo, vide Capic. decis. 13.

Minor si non soluat censum rei emphyteoticæ, res deuoluitur ad Dominium directum; potest tamen petere restitutionem in integrū. Gram. deci. 52. & Iosep. Ludo. decis. Perus. 54.

Contrahens cum adolescente consumpturo, dicitur dolosè facere. Gram. decis. 66. num. 50.

Promittens alium ratum habiturum non tenetur, quando ille contrauenit ex capite restitutionis in integrum: quia enormissimè lęsus, vel ex falsa causa. Gram. decis. 101. nu. 55.

Præscriptio longi temporis non currit contra pupillum, neque contra adultum ipso iure, sed longissimi, currit cōtra adultū, licèt ille restituatur. Guid. Pap. q. 31. Raud. tracta. de Analog. c. 33. nu. 132. vide l. 3. C. de pręscript. 30. vel 40. ann.

Præscriptio incoata contra maiorem, àn currat postea contra minorem, vide eundem Guid. d. q. 31. num. 4.

Restitutio datur minori aduersus præscriptionem. Ioseph. Ludo. deci. 48. Luc. nu. 15. Sed an concedatur aduersus præscriptionē conuentionalem, vide ibid. num. 17. & Franc. Marc. quæst. 514. part. 2.

Si præscriptio fuit cępta in minore ætate, & finita in maiori, deducto tempore minoris ętatis, minor restituitur. Ias. de actio. in §. rursus, num. 57. in fine.

Si minor petat se restitui aduersus aditionem hæreditatis, vel aduersus omissionem inuentarij, non auditur, nisi probet se minorem, & lęsum. Guid. Pap. q. 141. Sed quomodo probet se lęsum, vide eundem. q. 142.

Minori conceditur restitutio in integrū ad cōficiendum inuentarium, nec hoc casu tenetur ad expensas litis contra eum factas per creditorem, qui obtinuerat binas sententias ante restitutionem. Natt. cons. 16. & 17. Tom. 1. vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 55. num. 18. & infra li. 2. tit. de inuētario cū beneficio leg.

Restitutionis in integrū beneficium potest cedi. Guid. Pap. q. 141. nu. fin. facit l. 26. ff. de administra. & peric. tuto.

Pupillus non seruiens Domino, nō priuatur feudo. Guid. Pap. q. 435. nu. fin.

Sententia lata contra minorem curatorem nō habentem est ipso iure nulla, nisi litigāsset per Procuratorem constitutum cum iuramēto. Guid. Pap. q. 494. Idem, si sit lata contra illū, interueniēte tutorē, qui nō fecerat inuentarium. vide infrà tit. de nullitatib.

Minor contumax, & condemnatus in delictis, restituitur intra tempus quadriēni aduersus lapsum anni dati à lege ad recuperandū bona, & ad se purgandum. Boer. decis. 63.

Minor restituit ad retrahendum. Boer. deci. 63.

Minor non restituitur aduersus delictum (sed bene vt à delicto se purget) nisi quatenus miseratio ætatis ad mediocrem pęnam Iudicē induxerit. Boer. d. decis. 63. nu. 6. vide Ioseph. Ludo.

Ludo.decis.Luc.17.& Fran.Marc.q.74. par.2. Sed quãdo restituatur, vide Mago.deci.Luc. 68.nu.20.Raud.tract.de Analog.cap.33.num. 122.& Mathes.sing.164.

Minor in indiuiduis etiam cum tutore gestis, restitui potest;sed quãdo,vide Boer.deci.79.

Restituitur in integrum qui est in vtero. Boer. decis.172.num.8.

Minor potest annuos reditus constituere absq; curatoris authoritate,in presentia tamẽ Principis.Ioseph.Ludo.decis.Luc.17.nu.9.

Minoribus an currat tempus, quando tractatur de damno vitando,vide eundem Ioseph.ibi. decis.48.nu.10.& 21.

Restitutio non competit minori pretextu ignorantiæ,qñ ille tractat de lucro captando. idẽ Ioseph.ibid.decis.52.nu.38.

Ledi dicitur minor enormiter,quando priuatur ædibus,quæ fuerunt maiorum suorum:ideò datur restitutio aduersus alienationem domus paternæ.idem Ioseph.d.decis.52. nu.45. vide Vincen.de Fran.decis.17.nu.18.

Minor aduersus cõtractum restitutus pretium, vel rem restituit.Franc.Marc.q.21.part.1.Papon.lib.16.tit.1.arrest.14. vide Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de restitutio.gloss.3.nu.29. Tom. 2. Natt.consi.371. & 631. vide tamen Rol.consi.7.vol.3.

Allegare minorem ætatem non sufficit, quãdo minor ætas est fundamentum intentionis allegantis,sed debet probari:quia contrahentes præsumuntur legitimæ ætatis.Ioseph.Ludo.decis.Perus.56.Gram.vot.14. & Bart. in l. 1.num.12.ff.de exceptio.

Quando instrumentum probat quem esse minorem, fidem facit. non solùm inter contrahentes,sed etiam quo ad tertios.idem Ludo. decis.Perus.55.nu.6.

Qualiter probetur minor ætas, vide Ioseph. d. decis.55.Gram.vot.14.& Bar. consi.92. vol.1.

Resoluto contractu facto cum minore, pars tenetur restituere omnia recepta cum fructibus,& interesse,si erat in mala fide.Vera.deci.333.par.3.& Cra.cõs.1.pro genero,nu.286.

Eo ipso, quòd minor petit rem sibi restitui, & nõ potest aliter obtinere, quàm per viam restitutionis, intelligitur petita ipsa restitutio. Vincen.de Fran.decis.17.nu.20.

Minor præsumitur quem apparet curatorẽ habere,nisi maior ostẽdatur, vel aspectus ostenderit eum maiorem.Iass.Lans.Balb.deci.199.

Minor se maiorem asserens,an restituatur,vide Mysing.obser.20.cent.4.

Minor iure communi vtitur regulariter. Cabal. milleloq.307.

Inoleuit mos ab antiquo, vt debitores minorum non soluerent eisdem; sed in publico consignarent.idem,milleloq.328.

Vbi executio est irreparabilis, quamuis sublata sit appellatio, non impeditur restitutio in integrum.Cabal.milleloq.477.

Fauorabilior est restitutio minoribus cõpetẽs, quàm maioribus. idem Cabal.milleloq. 772.

Si actus potest se habere ad damnum, & ad lucrum,minor non restituitur,vt in remissione fideicõmissi.idem , milleloq.776. vide Natt. consi.181.Tom.1.nu.9.

Pro modico non restituitur minor. Cabal. milleloq.777.

Minor prouocãs ad diuisionẽ,restituitur aduersus illam : fallit in casibus , in quibus iure prouocare potest. Cabal.milleloq.778.

Generalis derogatio minoris priuilegia nõ tollit.ibid.milleloq.784.

Minor,pendente restitutione cogitur,stare cõtractui.Cabal.milleloq.785.

Satutis, & cõsuetudinibus minores cõprehendi receptũ est;sed restituunt. Cabal.millel.852.

Minor 18.ann. non potest efficaciter se obligare,maximè prohibente statuto : sed si creditor alleget minorem locupletatum,quomodo hæc locupletatio probetur, vide Hiero. Mago.decis.Luc.13.nu.32.

Minori competit restitutio aduersus statutum generale:idẽ,quãdo leditur absque eius dolo à Magistratu. Raud.tracta.de Analog.cap. 33.nume.30.

Minor si contrahat absque solemnitate statuti,& cõtractus ei vtilis sit,valet,nec curatẽ de solemnitate omissa. Natt.consi.631. num.5.

Minor includitur in statuto generaliter loquẽte:fallit,quando statutum,vel cõsuetudo punit aliquid,quod de iure communi nõ est punibile. Roma. sing. 816. Ideò statutum, quòd nemo possit extrahere bladum de Comitatu,minorem, seu pupillum non comprehendit.Roma.sing.818.

Minori portanti res, de quibus solui debet gabella,vel contra prohibitionem statutariam, succurritur beneficio restitutionis. Fran.Cremen.sing.30.& Pet. de Rauen. sing.282.

Minor 25.ann.si per statutum admittatur vt maior,non per hoc videtur ei interdici in integrum restitutio contra illum actum. Petr. de Rauen.sing.286.Idem, quãdo statutum dicit, quòd valeat contractus factus cum minore 18.ann.Pet.de Rauen.sing.682.

Tempus statutorum ad redimendum pignora non currit contra pupillum; sed quidẽ cõtra adultũ ,qui tamẽ restituitur. Guid.Pap.q.31.

Abbreuiatio ætatis à solo Principe non recognoscente Superiorem concedi potest. Mago.decis.Luc.13.

Minor ætas pluribus priuilegiis decoratur, & inter

inter alia remedio restitutionis in integrum, quod tam aduersus iudiciarios, quàm extraiudiciarios actus cõpetit: & in dubio minor presumitur lęsus, & illi datur restitutio aduersus aditionem hæreditatis, & inuentarij malè confecti. Mago. decis. Luc. 68. Quod procedit, probata lęsione, & minore ætate. Papon. lib. 16 tit. 3. arrest. 2.

Quod dicitur restitutionẽ iterato non esse concedendam, declaratur procedere, quando semel fuit denegata: quia tunc ad illam petẽdam minor de nouo nõ admittitur; secùs verò si semel cõcessa: quia tũc iterum illa peti potest. Mago. d. deci. 68. nu. 23. vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de restitutio. art. 2. glo. vltim. nu. 8. Tom. 2. & Dec. consi. 436. nu. 8.

Minor lęsus, omissa discussione cõtra tutorem, vel curatorem, potest intentare de directo beneficium restitutionis, si velit: & datur cautela, quòd minor litiget per tutorem, vel curatorem; aliàs si litigaret per Procuratorẽ, prius esset discutiendus Procurator. idẽ Mago. decis. 68. Luc. nu. 26.

Minor si se maiorem dixerit, non habet beneficium restitutionis: fallit, quando contrahẽs cum minore ex aspectu videre potuit eũ esse minorem. Gail. obser. 65. lib. 2.

Filia ob lęsionem enormem restituitur aduersus quitationem factam de bonis paternis, maximè si sit minor. Gail. obser. 147. li. 2. vide infra tit. de rescisio. contract. lib. 2.

Fiscus si patiatur reo dari curatorem, eidẽ incumbit onus probãdi eum non esse minorẽ. Rot. Auen. decis. 63. in decisio. diuerso. To. 3.

Restitutio in integrum in iudicio ciuili, non cõpetit minoribus ad excipiẽdum de crimine, quando tractatur de lucro captando; secùs si de damno vitando. Vincent. de Fran. decis. 421. part. 2.

Minor habens curatorem non potest recipere solutionem à suo debitore, & de recepto facere quitationem. Papon. lib. 16. tit. 1. arrest. 6.

Minor non potest petere diuisionem. Papon. ibid. arrest. 7.

Minor non potest se obligare, nisi pro causa illi vtili. ibid. arrest. 8.

Quando contractus factus cum minore est nullus defectu solemnitatis non seruatæ, pars aduersa tenetur probare rem, de qua fuit factus contractus, esse versam in vtilitatem minoris; secùs si contractus non sit nullus, licèt posset annullari: quia tũc minor tenetur probare negatiuam. Papon. lib. 16. tit. 1. arrest. 9. vide Rol. consi. 7. vol. 3. nu. 8.

Minor non potest esse in iudicio sine curatore, nisi in causa declinatoria fori. idem Papon. ibid. arrest. 10.

An fęmina nupta minor 25. ann. habeatur pro maiore, vide Papon. lib. 16. tit. 1. arrest. 16.

Minor restituitur pro obligatione suscepta causa liberandi patrem à carcere. Papon. ibid. arrest. fin.

Contra renunciationem, & quitationem futuræ succesionis iuxta cap. quamuis, de pactis, in 6. non datur restitutio in integrum. Papon. lib. 16. tit. 3. arrest. 4.

Minor lęsus restituitur aduersus alienationem, vel emptionem bonorum mobilium. Papon. ibid. arrest. 7.

Quitatio facta per minorem in causa substitutionis, non valet. ibid. arrest. 13.

Quando fideiussor minoris alienantis bona immobilia seruetur illęsus ab ipso minore, vide Papon. lib. 16. tit. 3. arrest. 14.

Minor ex capite lęsionis non potest venire cõtra remissionẽ factam in causa criminali, ratione sui interesse. Papon. ibid. arrest. 19.

Probatio, ꝓximiores nõ cõsensisse contractui, non concludit super rescisione contractus minoris. Raud. tract. de Analog. c. 30. nu. 99.

Conceditur restitutio hæredibus ad adeundã hæreditatem. Raud. ibid. cap. 33. nu. 134.

Minor aduersus cridas, & proclamata restituitur. Boer. deci. 141. Nam aduersus lapsum tẽporis cridarum rerum venditarum, conceditur restitutio ex capite minoris ætatis. Raud. ibid. nu. 135. Idem, aduersus lęsionem receptam in processu facto contra tutorem. ibid. nu. 136. Et vbicunque tractatur de dãno, minor restituitur. nu. 138. vbi plenè de materia restitutionis.

Minor (licèt iurasset) lęsus vltra dimidiam iusti pretij, debet agere remedio. l. 2. C. de rescin. vend. Quia vbi est locus remedio ordinario, cessat extraordinarium. Craue. consi. 151. nu. 6. & Rol. consi. 59. vol. 1.

Lęsio enormis facit, vt subueniatur minoribus, non obstante eorum scientia, nempe licèt sciuerint valorem rei. Craue. consi. 142. num. 24. vide Rol. consi. 59. lib. 1.

Minor lęsus restituitur aduersus donationem simplicem, quod sine dubio procedit in donatione ob causam. Craue. consi. 192.

Restitutio in integrum conceditur minori, non solùm quãdo incontinenti ille lędiẽ, sed etiã quando lędi posset. Craue. consi. 192. num. 4.

Minor restituitur in integrum, vt impleat, quando contractum ex parte sua non impleuit. Craue. consi. 204. nu. 23.

Minor, Ecclesia, & Vniuersitas æquiparantur. Craue. consi. 204. nu. 23.

Iuris error præsumitur in minore, ideò illi in iure erranti succurritur, ac si erratum esset in facto. Craue. consi. 1. pro genero, num. 228.

licèt

licèt tractetur de lucro perdendo.idem Cra. consi.192.num.5.

Quare non obligetur minor vltra vires hęreditatis,etiam nullo facto inuentario,vide eundem Craue.d.consi.1. pro genero,nu.471.

Minor sine decreto Iudicis non potest donare. Craue.ibid.nu.421.

Minor etiam cum decreto Iudicis, vel alia solemnitate iuris donare nō potest,quod multipliciter ampliatur per Natt. cōsi.173. To.1.

Quitationes factæ per minores suis tutoribus sine decreto,& præsentia Iudicis,& duorum, aut trium cognatorum, sunt irritæ,& inanes, ita disponentibus constitutionibus antiquis Sabaudiæ,decret.quoniam, titu.de minorib. lib.3.vide D.Sol.in suis cōment. ibid.fol.94.

Tutor ex capite lęsionis potest venire contra contractum per seipsum factum, & iuratum, per quem pupillus remanebat lęsus. August. Bero.q.27. Sed tunc an sit necessaria absolutio à iuramento,vide ibid.q.28.

Lęsio enormis quę sit, vt minor in integrū restituatur,vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.75. Rebuff.in constitutio.Reg.trac. de restitutio, art.1.glo.3.nu.5.Tom.2.

Minor prætextu lęsionis seipsum excusare non potest, quin de administratis rationes reddat.Menoch.ibid.lib.2.cas.209.nu.9.

Quādo, & quibus casibus restitutio minori denegetur,vide Rebuff.in dd. suis comment.d. tract.de restitutio.art.1.glo.2.

Causa restitutionis exprimi debet ĩ litteris.Rebuff.ibid.glo.10.Aliàs restitutio (etiam motu proprio concessa) non valet.ibid.glo.11.Sed qualis debeat esse expressio,vide glo.fin.

Specificare dicitur quasi ex genere speciem facere:& generalis expressio causæ restitutionis,non valet.Rebuff.ibid.glo.13.

Requiritur tempus completum ad hoc, vt minor à restitutione petenda excludatur; sed aliquando sufficit inceptum esse. idem,eod. tract.art.2.glos.2.

Priuilegium minoris ætatis vocatur beneficiū: ideò hæres minoris intra tempus datum minori,pōt petere restitutionē. Rebuff. ibi.gl.3.

Restitutio pupilli prodest eius fideiussori. l. si pupillus 88.ff.de acquir.hære.Sed quibus casibus fideiussor minoris restituatur,vide Rebuff.ibid.glos.3.

Priuilegia minoris quæ sint, quibus illis succurritur,vide eundem Rebuff.d.tract.de restitutio.art.2.glo.4.Vbi describūtur viginti casus, in quibus minoribus subuenitur: sunt tamen ipsi minores in multis deterioris cōditionis, quàm maiores.vide ibid.nu.33.

Post tempus datum ad petendam restitutionē, non auditur minor,tamen intra illud tempus poterit petere restitutionem, licèt curator interuenerit.ibid.Rebuff.glo.6.Idem,si pater interuenerit.ibid.num.2. Et tale tempus non currit,nisi à die scientiæ.Dec.consi.436.

Potest minor restiturus restitutioni renunciare, quamuis renunciare non possit,se non petiturum restitutionem. Rebuff.tract. de restitutio.art.2.glo.6.nu.6.

Licèt post tempus datum ad petendam restitutionem,non possit agere minor, poterit tamē agere aduersus tutorem,& curatorem, si culpa eorum lęsus fuerit.ibid.Rebuff.nu.10.

Quādo propter lapsum temporis minor excluditur à beneficio minoris ætatis, non excluditur tamen ab alio,quod competeret maiori, vtpotè quòd possit agere adhuc ratione doli,metus,lęsionis vltra dimidiam iusti pretij,vel alterius causæ.Rebuff.ibid.gloss.fin.

Qui recipit fructus non videtur approbare contractum, & minor, pendente restitutione,cogitur stare contractui, & contra eum fit executio,media cautione.Rebuff.ibid.

In quibus casibus tempus currat minoribus, vide Cassan.in consuetud. Burg. titu. *Des fiedz* Rub.3.§.2.glos.1.

Decretum non facit valere alienationē rei minoris factam sine legitima causa.Natt.consi. 631.& Rol. consi.7. vol.3.num.64. & seqq.de hac alienatiōe vide.J.tit.de reb.corū,&c.li.2.

Minor contumax in delictis non potest dicere de nullitate processus,licèt contra eum fuerit processum,nullo illi dato curatore,quando ex forma statuti contumax habetur pro confesso.Natt.consi.540.cum duob.seqq.

Minor dotans immoderatè sororem, debet in integrum restitui propter lęsionem, obtenta tamen absolutione à iuramento. Natt.consi. 658.Aliàs enim valet promissio,& obligatio etiam facta sine Iudicis decreto, & consensu curatoris. Menoch. consi.242. Interueniente saltem iuro.vide Abb.consi.12.circa finem.

Minor,vbi cum maiore fratre dotem cōstituit, & insolidum quilibet se obligauit, conuento maiore,potest comparere, & in integrum restitutionem aduersus dotem immoderatam petere, etiam ad defensionem ipsius maioris; sed qua ratione hoc permittatur, vide Natt.consi.658,nu.5.

Aduersus contractū adultus contrahens absq; curatore,quem nō habebat, restituitur.Rol. consi.54.vol.2.

Minor lęsus habet electionem agendi pro sua indemnitate contra tutorem negligentem; vel petere restitutionem ex capite minoris ætatis.Rol.consi.72.vol.3.num.47.vide tamē Guid. Pap. sing.700. & Abb.consi.77. part.2. vers. nec obstat.

Minor

Minor aduersus lapsum temporis à statuto determinati restituitur. Rol.d.consi.72.

Minori pro homicidio (etiam doloso) nō imponitur pęna mortis, nec alia corporalis; sed pecuniaria. Rol.consi.77.vol.3.

Minor restituitur in his, quæ facit in quadriennio post perfectam ætatem. Bart.sing.144. vide eundem in l.fin.C.de tempo.in integr. restitut.& l.19.ff.de nouatio.& delega.

Quando minor petit se restitui, necesse habet dicere causam, super qua petit restitutionē, puta, quia talem exceptionem omisit. Barth. de Cap.sing.21.

Iudex motu proprio, parte nō petente, an possit minori concedere restitutionem in integrum, vide Roma.sing.462.

Filius minor iussu patris contrahens, si lędatur, beneficium restitutionis in integrum nō amittit: fallit in contractu mutui. idem Roma.sing.639.

Minor 25.anno. qui recepit mutuum carens curatore, si petat restitutionem in integrū, non habet necesse probare lęsionem: quia præsumitur consumpsisse, nisi aduersarius probet contrarium. Math.Mathes.sing.58.

Minor licèt ex contractu sine decreto, vel tutoris auctoritate non obligetur, tamen factus maior potest cogere aduersarium ad illum implēdum: idem, si adhuc est minor, & paratus sit facere interuenire solemnitatem requisitam. Math.Mathes.sing.155.

Solutio facta minori iussu Iudicis facit, & operatur, quòd aduersus solutionem minor non poterit petere se restitui in integrum. Guid. Pap. sing.95.

Aetas 14.ann.in masculo, & 12.in fęmina reputatur legitima ad contrahendum extra Iudicium. idem Guid.sing.452. Ideò minor carēs curatore contrahit, & ad negotia Procuratorem constituit. Bar.in l.neque tutores 11.nu. 12.C. de Procurat. Naturaliterq; & ciuiliter obligatur; sed si lędatur restituitur. l. puberes 101.& ibid.glo.ff.de verbo.obliga.

Minor restituitur in integrum aduersus concordiā omissam, & sibi vtiliter oblatā, & per ipsum imprudēter repulsā. Frā.Cremē.sing.29.

Minori (etiā non prodigo) potest interdici bonorū administratio. idem Cremen. sing.119.

Si minor iurans se maiorem, & contrahens sine consensu propinquorū contra formam statuti, adhuc poterit dicere de nullitate instrumenti, & contractus. idem, sing.163.

Si minor emisset molendinum, quod esset subiectū impetui aquarum, & posset deperire, illi cōcederetur restitutio. Pet.de Rau. sing.277.

Minor non petit restitutionem aduersus contractum per restitutionem in integrum, si habeat recursum aduersus maiorē de iure cōi: quia antè est necessaria excussio maioris. idē de Rauen.sing.278.

Si minor adiuerit hæreditatem, & factus maior exegerit, & fecerit alia, quæ solent facere veri hæredes, non ob id denegatur illi restitutio aduersus aditionem. idem, sing.281.

Minor potest fideiubere pro suo Procuratore, & non restituitur in integrū aduersus ipsam fideiussionem. Pet.de Rauen.sing.283.

Minor non dicitur venire contra compromissum, vt incidat in pęnam, si petat se restitui aduersus compromissum. idem, sing.285.

Minoribus effectis maioribus datur quadriennium ad petendam restitutionem in integrū eorum, quæ facta sunt in minori ætate, quæ sunt illis nociua; sed tale tempus non currit ignoranti se esse lęsum. Hippol.sing.572.

Minores aliquando restituuntur aduersus id, quod curatoris auctoritate gesserunt. Marc. de Mant.sing.631.

Multa pertinentia ad restitutiones, & quando fideiussor minoris restituatur, vide per eundem Bart.in l.2.C.de fideiusso.minor.

Restitutio in integrum restituit minori quod illi abstulit lęsio. Bar.in l.1.C. si aduersus rem iudic.num.9.

Aduersarius minoris restituti, restituitur ad id, ad quod lęsus est ex contractu minoris. Bar. in l.1.C.si aduersus creditorē. Et restituto minore, restituitur aduersarius. Bart.in l.5.C.de fructi.& lit.expen. Tamē restituto minore ad rem, non restituitur eius aduersarius ad pecuniam, si fuerit in dolo ad inducendum minorem ad rem dandam in solutum. l. qui res 98.§.hinc.ff.de solutio.& liberat. vide l.Titia 63.ff.de iure dot.

Minorib. in integrū restitutis cōtra maiorē, illi restituit actio cōtra tertiū, minoris beneficio liberatū. l.alterius 20.ff.de tut. & rōn.distrah.

Conuento minore nomine illius, contra quem potest in integrum restitutio postulari, illius iuris beneficio dicitur concedi. d.l.20.§. fin.

Minorē restituto, restituuntur actiones cōfusæ. l.cùm bonis 86.§.fi.ff.de acq. & amitt. hæred.

Cùm minor restituitur aduersus aditionem, vocandi sunt creditores. gloss.in cap.fin.ext.de officio.Iudic.

Quando restitutio principaliter postulatur, ordo iuris seruari debet, sicut in quolibet alio iudicio, nisi certa actio, vel causa proponatur. ibid.d.cap.fin.

Minor in certis casibus censetur vt maior (veluti in causa matrimoniali) & tunc illi denegatur restitutio, licèt esset lęsus, sed vide de aliis casibus per gloss. in cap. ex parte 15.ex. de restitutio.spolia.

Sentētia lata per imperitiam tenet,nec rescinditur per restitutionem in integrum. Bar. in l.11.ff.de Iustit.& iure.

Minori aduersus latam culpam succurritur,sed quando aduersus dolum præsumptum, vide Bar.in l. vbi 8.in repe.ff.de eden.& in l.quod Nerua 32.num.23.ff.depositi, in repet.

Pupillus aduersus naturalem obligationem nō restituitur: nisi ex ea lędi posſit. Bar.in l.ait Prætor 3.§.alterius.ff.de nego.gest.

Pupillus in actione nego.gesto. quando est gestum vtiliter, tenetur insolidum. Bart. in l. si pupilli 6.ff.de neg.gest.

Pupillus promittendo, si efficiatur locupletior, obligatur ciuiliter,& naturaliter.Bar.in l. certi condictio.§.quoniam.ff.si cer.pet.l.si pupilli 66.ff.de solut.& liberat.

Priuilegiatus,qui potest restitui, quando excipiat (restitutione in integrum non habita) propter læsionem,vide Bar.in l. nam postea. §.si minor.ff. de iureiurand.

Minor restituitur aduersus iuramentum alteri delatū,nō sibi.Bar.ibi.nu.8.vide d. §.si minor.

Contrahens cum minore non iuuatur, quando scit eius conditionem. Bartol.in l.4.ff. ad Senatusconsult.Veleian.

Beneficium indultum ratione minoris ætatis, postquam cępit habere locum, non extinguitur, licèt minor peruenerit ad maiorem ætatem.c.fin.ex.de senten.excommun.

Priuilegium datum pupillo intelligitur, vt non auferat ius alterius. Bart.in l. idemq; 7.ff.qui potiores in pigno.habean.

Minor si tradiderit indebitè possessionem alicuius rei, poterit illam repetere, veluti si,nō obseruatis solemnitatibus,vendiderit. Bart. in l.si alienam 12.ff.solut.matrim.

Minor,qui vendidit rem,si pretium perdiderit, an ex hoc habeat iustam causam petēdi restitutionem in integrum aduersus venditionem,vide Bar.in l.si sine 33.§. interpositio. ff. de administra.& peric.tuto.

Pupillus quando, & quibus casibus obligetur, vide Bart.in l.obligari 9.ff.de auctori. & consen.tut.& curato.

Adultus curatorē habens,qbus casib. ęquiparetur pupillo,vide Bar.ī l.1.§.fuit q̄sitū. ff.ad Treb.

Adultus faciens testamentum, non restituitur in integrum aduersus illud. Bartol. ibi.

Minor aduersus spretam nunciationem quando restituatur,vide Bar.in l.1.§.nunciatur,nume.32.ff.de oper.nou.nunciat.

Quis debeat probare, ꝙ pupillus vendens ex aspectu apparebat adultus,vide Bar.in l.2.§. si à pupillo.ff.pro empt.

Adultus contrahens quando obligetur ciuiliter,& naturaliter: & nullo modo obligatur, quando à Iudice illi est interdicta administratio.Bar.in l.1.num.9.ff.de nonatio.

Minor licèt non posſit esse in iudicio,non propterea prohibetur petere restitutionem in integrum.Bar.consi.101.vol.1.

Quitatio facta à minore super re prohibita alienari sine decreto,nō valet.Bar.cōs.162.vol.1.

Minori læso intra quadriennium competit beneficium restitutionis aduersus læsionem. Abb.consil.31.part.2.

Minori 25.ann.(qui in omittēdo in iure suo deliquit) succurritur, illeq; conseruatur illæsus à pęna, & damno absque alia restitutione. Fel.consi.34.num.9.

Tempora iudicialia currunt minori, sed in subsidium ille restituitur.l.ꝓperādū. §. illud proculdubio. C. de iudi.

Prohibitio alienationis rerum minoris sine decreto,non extenditur ad alienationes necessarias; sed ex causa dabitur restitutio. l. 1. C. de prædi.& aliis reb.mino.

Quando contractus nō tenet ipso iure, nō debet peti in integ.restit.aliàs secùs.l.2. C.eod.

Si immobilia minorum sine decreto sint alienata titulo oneroso ab ipso minore, vel ab eius administratore,eo sciente, & patiente, & ille factus maior taceat per quinquenniū, inducitur quædam tacita ratihabitio,contra quam venire non potest.l. fin. C. si maior factus,vide ī.tit.si maior factus.li. 2. Et quid, si fuerint alienata tit.lucratiuo, vide ibi.d.l.fin.

Aduersus repudiationem,vel aditionem hæreditatis per patrem factam,si.ius adultus, vel sui iuris effectus, potest restitutionem implorare,qua concessa,amplius non auditur, etiā beneficio ætatis.l.fin.§. vbi autem. C. de bonis, quæ liberis.

Exceptio peremptoria potest opponi ante sententiam,non postea: nisi ope restitutionis in integrū rōne ætatis.l.2.C.sent.rescin.nō poss.

In minore,& pupillo pręsumitur ignorantia.l.3. ff.ad Macedonia.

Restitutus ad rem venditam, non debet restituere pretium,nisi quatenus ex eo factus est locupletior, nec expensę voluptarię auferri possunt.l.si sine 33.§.interposito. ff. de administra.& peric.tuto.

Minores læsi dupliciter restituuntur,nam si læsi sunt in eo,quod vendiderant, restituuntur ad rem, si in pretio,ad pretium:& circa hanc distinctionem est animaduertendum in formatione libelli.vide l.si res 13. §. si mulier.ff. de iure dot.& ibid. Bar.

Pupillus tenetur ex culpa tutoris, quatenus est locupletior,& ēt vltrà,si tutor esset soluēdo; sed liberatur cedendo actionem. l. fin. ff. de administra.& pericu.tuto. vel cura.

Pupil-

pupillus ex facto tutoris perdit, sed restituitur. l.tutorē 22.ff.de his,quib.vt indig.lega.aufer.

Non debet quis posse res suas administrare ante 25.ann. l. fin.ff.de conditio. & demonstra.

Pupillus doli capax recipiens aliquid precario obligatur.l.fin.§. fin.ff.de precario.

Quando quæritur,an agens sit effectus locupletior, inspicitur tempus litis contestatæ. l. in pupillo 4. ff.de exceptio.

Restitutio in integrū non datur minori 25.ann. & maiori 20.qui se passus est venūdari ad pretium participandum. glo.in §.fin. Institut. de iure persona.

Restitutio reponit omnia in pristinum.§.2.Instit.quib.mod. ius patriæ potest. solua. Quod intellige respectu restituti,nō quo ad cętera.

Facta restitutione in integrū, libertates tñ non reuocātur.§.si is,qui, Institut.de eo,cui liber.

Minor facilitate lęsus restituitur,& in dubio pręsumitur hoc modo lęsus.§.si quis agens,Institut.de actio.

De alienatione bonorum eorum, qui sub tutela,vel cura sunt,vide tit.de rebus eorum,qui sub tutela.infra lib.2.

De his,qui veniā ætatis impetrauerūt.

IN qua ætate soleant Principes concedere hoc indultum,vide Papon. libr.16.titu.2. & quid in fęmina,vide ibid.

Qua ætate venia ipsius impetretur, quæ sint requisita in hac impetratione, & implorata, quid operetur, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de regest. seu libr. Baptis.art.1.glo.1.nu.23.& seqq.To.2.& Rol. consi.7.vol.3.num.93.& seqq. Et quando sit nulla,& non prosit,vide Rol.ibid.

Venia ætatis à Principe datur post vigesimum ætatis annum,& cum causæ cognitione;& nō antè.Gome.Leo.decis.70. in decisio.diuerso;

Data ætatis venia,adhuc non potest minor de bonis suis disponere.Gome.d.decis.70.

Venia ætatis per Procuratorem à Principe non impetratur.Marc.de Mant.sing.322.

De restitutione cōpetenti Vniuersitati,Ecclesiæ,loco pio,& Fisco.

VNiuersitas appellās,& infra 50. dies non petens restitutionem in integrum aduersus tempus, quo omisit processum præsentare, poterit intra quadriennium illam petere. Afflict.decis.175.

Vniuersitas lęsa in quocunque casu habet quadriennium ad petendam in integrum restitutionem.Afflic.d.decis.175.

Vniuersitas, quæ circa probationes super aliquo præparatorio reperitur lęsa, quia non probauit sibi incumbentia, non restituitur. Capic.decis.13.

Minor, Ecclesia, & Vniuersitas æquiparantur. Craue.consi.204.nu.24.

Restitutio in integrum Communitati, & Ecclesiæ non competit, nisi intra quadrienniumā tempore contractus, seu lęsionis computandum,Natt.consi 45. vide Afflict. decisio.175. nume.4.& decisio.390.& Bart.in l.3. C.de iure Reipub. lib.11.

Restituitur Ecclesia contra alienationem, per quam enormiter fuit lęsa. cap.pen.ex.de rebus Eccles. alien. vel non. Sed an restituatur post quadriennium, vide Capel.Thol.q.239. & Afflic.dd.decis.175.& 390.

Vniuersitas, quæ vendidit granum, vel vinum certo pretio,soluendum per multos annos, si ex tractu temporis pretium grani,vel vini in triplum, aut quadruplum creuerit,poterit petere restitutionem in integrum aduersus talem contractum.Natt.consi.548.

Sicut minor non admittitur via restitutionis in integrum aduersus appellationem omissam (nisi probet se tale quid habere, propter quod in causa appellationis possit vincere) ita nec Vniuersitas admittitur. Rol.consi.53. num.42.& seqq. vol.2.

Vniuersitas castrorum, ac villarum restitutionem in integrū habet, sicut minor, Respub. & Ciuitas.Hyppol.sing.699.

Pius locus minori æquiparatur, ideò illi datur restitutio, sicut minori.Ludo. Roma.sing.94.

Fisco an cōcedatur restitutio, si ille lędat,saltē ex noua causa,vide Afflic.decis.340.& Guid. Pap.quæst.302.

Rex, vel eius Procurator potest restitui aduersus contractum.Boer.decis.265.

In criminalibus fauore Fisci, non datur restitutio.Fran.Cremen.sing.23.

De rusticis, & mulieribus, & restitutionibus illis competentibus.

RVsticus, & mulier non possunt restitui aduersus pronunciationem positionum pro confessis, factam in Procuratoris, vel eorum contumaciam.Ozas.decis.87.

Rustici quando ob rusticitatem excusationem mereantur, vide Menoch.de Arbitra.libr.2. cas.194.Quò loci scribunt casus,in qbus excusantur,& in quibus non.

Simplices, rustici, mulieres, & minores in contrahendo iurantes, an obligentur; nam licèt iuramētum quem maiorem repręsentet, non tamen illum prudentem fingit, ac sagacem. Hippol. sing. 450. Et mulier dicitur habere consilium inualidum. Hippol. ibid.

Mulieribus, & rusticis non succurritur, nisi in casibus à iure expresis, & non reperitur, quòd illis succurratur in his, quæ concernunt formam actus, & sunt introducta ad rigorem iuris conseruandum. Ozas. decis. 87. nu. 4.

Mulieribus aduersus dolum præsumptū de præterito succurritur; secùs aduersus dolum præsumptum de futuro: ideò illę nō admittūtur ad producendum testes post didicita testificata. Ozas. d. decis. 87. Tamen per viam restitutionis in integrum possunt ponere contraria articulis partis, post didicita testificara testium. Affli. decis. 216. Aegid. Bellam. concl. 38. vide ramen Bar. in l. 1. §. nūciatio. ff. de operis nou. nunc. Sed quid in rustico, vide ibid.

Mulieri maiori non succurritur, si non petierit dati filio pupillo tutorem intra tempora à iure limitata. l. fin. C. qui pet. turo. Vel si esset minor facta maior æquè negligēs fuerit. Crauet. consi. 325. nu. 2. vers. similiter, &c.

Mulier semel tantùm restituta in causa principali ante sniam, iterū restituenda est in pcess su executiuo liquidationis. Affl. decis. 114.

Mulier si omiserit declinatoriam non restituitur: qa fuit vsa iure cōi. Capic. decis. 13. nu. 16.

Mulier inuita compelli potest ad petēdam restitutionem, seu beneficiū, aut ad approbandum actum factum, ne pars aduersa diù teneat in suspēsō: fallit ī minore. Capi. dec. 110.

Mulieribus non succurritur propter ignorantiā iuris in lucris captandis; secùs in damno vitando. l. 11. C. de iuris, & fact. ignor.

Quando mulieribus iure speciali succurratur, vide gloss. in l. fin. eod.

Ex quibus causis maiores in integrum restituantur.

SI post sniam ex rei confesione latā dę illius innocentia constiterit, ille restitui debet à Principe, non ab inferiore. l. 1. ff. de quęst. Secùs in causis ciuilib. vide l. diui 27. ff. d pę.

Minor, & absens causa Reipub. æquiparantur, Ozasc. decis. 158. num. 8.

Impeditus propter iustum impedimentum ad comparendum in termino, ad dilationē est restituendus. Affli&. decis. 29.

Restitutio in integrum respectu læsionis est cōcedenda hæredi maiori minoris defuncti, licèt priuilegium ætatis non transeat in successorem. Affli&. decis. 211. vide Capic. decisio. 109. Idem in fideiussore, qui succesit principali. l. Stichum 95. §. quod vulgo, ff. de solutio. & liberatio.

Beneficium restitutionis transfertur in hæredē minoris, etiam maiorem, nisi hæres approbasset. Ludou. Roman. sing. 99. & Bart. in l. paterfam. 12. ff. de priuileg. credito. Fallit, quando minor esset læsus ex vltima voluntate. Cremen. sing. 118.

Mortuo hærede minore ante aditam hęreditatem, vel agnitam bonorum possessionem, eius hæres poterit petere restitutionem. Bartol. in l. 1. C. de restitutio. milit. in l. 17. C. de iure deliber. nume. 11. & in l. 10. nume. 5. ff. de rebus dub.

Stipulatio quādo incipit à defuncto, cui minor succesit, cum quo nihil est gestum, minoris persona non consideratur, ideò illi tunc non competit restitutio, nisi ex clausula generali, si qua mihi, &c. Bartol. in l. cùm filiusfama. 49. §. in hac stipulatione. ff. de verb. obligat.

Restiturio in integrum, quæ respectu minoritatis minori conceditur, in indiuiduis trahitur ad litis consortem maiorem: quia connexorum electio in melioribus cadit, quorum idē est iudicium; secùs est in diuiduis. Affli&. decis. 213. & Capel. Thol. q. 55. nu. 6.

Maior beneficio restitutionis in inregrum adiuuatur, si vnà cum minore non soluerit canonem inter illos indiuisum. Borg. Caual. decis. 30. num. 120. & 121. de contract. par. 2.

Impeditus instrumento vti ante sententiam, vel etiam ex iusta ignorantia restituitur. Capic. deci. 53. Vide laff Lanf. Balb. decisio. 439. & supra tit. de restitutio. in genere.

Minore restituto ad productionem nouorum testium post didicita testificata, restituitur & maior ad idem; & etiam ad examinādum super concernentibus articulos priores. Capic. decis. 170.

Maior conuentus ex contractu paterno, ex iusta ignorātia restituitur. Gram. deci. 52. nu. 5.

Restitutio in integrum ex generali clausula, si qua mihi iusta causa, &c. nō datur maiori negligenti, vt si non confecerit inuentariū intra tempus statutum. Guid. Pap. q. 473. Contrariū tñ habetur in q. 55. nu. 7. Capel. Tholos.

Maiores etiam restituuntur ex capite ignorantiæ aduersus præsumptionem. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 48. num. 22. & 23. vide supra tit. de restitutionib. in genere.

Restitutio non cōpetit maiori ex capite ignorātiæ, etiam ex clausula si qua mihi, &c. quādo tractat de lucro captando. Ios. Ludo. dec. Luc. 52. Aliàs secùs. Guid. Pap. sing. 736.

Maiori aduersus sniam latam prætextu falsarū proba-

probationum conceditur restitutio. Capel. Thol. q. 55. nu. fin.

Qui per errorem approbauit instrumenta falsa, vel sententiam latam ipsorum prætextu, non prohibetur de falso accusare, & petere, vt sententia rescindatur per restitutionem in integrum, quæ ante omnia debet impetrari. l. qui agnitus 11. ff. de exceptio.

Infirmitas præstat iustam causam ad petendam restitutionem ad appellandum. Benint. decis. 26.

Paupertate conceditur aduersus lapsum fatalium restitutio in integrum; nō autem aduersus quadriennij lapsum, causa aliqua obstāte. Put. decis. 446. lib. 2.

Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ ex clausula generali, si qua mihi, &c. tam minoribus, quam maioribus est concedenda. Mago. decis. Luc. 77. Et per consequens hæc restitutio datur hæredi ex capite ignorantiæ aduersus tempus cōuentionale incoatum cum maiore defuncto, & cum ipso hærede completo. ibid. num. 4. & 13.

Ex instrumento reperto apud aliquem resultat quædam præsumptio scientiæ de cōtentis in illo, tamen hæc scientia præsumpta iuramento tollitur. Mago. d. decis. 77. nu. 16.

Quando detur restitutio ex capite læsionis contra diuisionem factam inter maiores, vide Papon. lib. 15. tit. 7. arrest. 6. facit l. 3. C. communia vtriusque iudi.

De restitutione, quæ solet concedi maiori fundata super dolo partis, vide per Papon. lib. 16. titu. 3. arrest. 13.

Læsus intelligitur non solùm minor, sed etiam maior, qui assertioni contrahentis asserentis falsas causas, credidit. Craue. pro genero consi. 1. num. 253.

Quādo respectu absentiæ quis restituatur, vide Ias. de actio. in §. rursus, & Io. Crisp. de Mont. in suo tract. termino. actio. ibid. post volumē ipsius Ias. de actio.

Restitutio ex clausula generali, si qua mihi, &c. quando sit concedenda, vide Ias. ibid. nu. 31.

Minor vbi cum maiore fratre dotem constituit, & insolidum quilibet se obligauit, conuento maiore, potest comparere, & in integrum restitutionem aduersus dotē immoderatā petere, etiam ad defensionē fratris maioris. Natt. consi. 658. nu. 5. vide Pet. de Rauen. sing. 139.

Si tempus datum ad appellationem exercendam sit lapsum, & in eo contingat impedimentum, datur aliud tempus, impetrata restitutione. Bart. in authen. ei qui appellat, C. de temporib. appellatio.

Titulus, ex quibus causis maiores, habet tres clausulas, sed quando non habeat locū, vide Bar. in l. 1. §. idem Pomponius. ff. de dol. mal.

Impedimentum iustum contingens in personā Procuratoris, quando possit excusare dominum, vide Bar. in l. cùm filiusfa. 49. §. in hac ff. de verb. oblig.

Restitutio etiā maiori est concedenda ex iusta causa, dummodo iusta causa probetur plenè, vel semiplenè. cap. ex litteris 4. ex. de in integr. restitutio.

De iudiciis.

Quomodo intelligatur illud, quod dicitur, ius de futuro in iudicium deduci nō posse, vide Ozas. decis. 130. nu. 3. & 15. & Bar. in l. 1. C. de senten. quæ sine cert. quant. profer.

In iudicio vniuersali veniunt ea, quæ post litis contestationem reus cœpit possidere. l. si hæreditatem 4. ff. de petit. hæred.

Si iudicium reale transferatur in hæredem post litem contestatam, venit dolus, & lata culpa defuncti, & hæredis: sed ante litem contestatam, de dolo defuncti hæres non tenetur, nisi inquantum est factus locupletior. l. si in rem 51. ff. de re. vendic.

Post iudicium acceptum, tota causa ad Iudicis officium pertinet, etiam in accessionibus, vt sunt fructus, & interesse: Iudici enim statim, atque Iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunque in iudicio versantur: ea autem, quæ ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent, nisi fuerint illi nominatim iniuncta. l. Ediles 25. §. itē sciendum. ff. de Edilit. edic.

Creditor in diem, ante diem agere potest, vt die adueniente, soluere debitor condemnetur. Ozas. decis. 130.

In his, quæ respiciunt solemnitatem, & ordinē iudiciorum, attendūtur cōstitutio, statutum, & consuetudo loci, vbi iudicium agitatur. Ozas. decis. 141. gloss. in l. 1. C. de emancip. liber. Et tale statutum, seu constitutio cōprehendit Clericos. vide Ioseph. Ludo. decis. 39. Luc. Secùs in his, quæ pertinent ad litis decisionem. l. 3. §. testes. ff. de testib. & ibid. Bart.

Actor dicitur, qui ad iudicium prouocat: fallit in remedio legis, diffamari. Ozas. decis. 151. nume. 2. & 8.

Actor, an reus quis dicatur, quæ sint inspicienda, vide Ozas. ibid. nu. 5. & Borg. Caual. decis. 17. de iudi.

Citatus si sua putauerit interesse, dicitur actor. Afflic. decis. 2. nu. 9.

Actor in duplicibus iudiciis dicitur, qui prius prouocauit. Math. Mathes. sing. 109.

De consensu patris interueniēns in causa filij, cum ratificatione actorum post conclusionē

in causa, vide per Affl. decis. 180. & Bar. in l. 8. §. necessitate. C. de bonis, quę liberis.

Consensus patris generalis in omnibus causis præsentibus, & futuris sufficit. Affl. decis. 180. Sed quando non sit necessarius, vide Cabal. milleloq. 546.

Nominatio domini in iudicio, vt cōuentus possessor euitet iudicium, quando locū habeat, vide Affl. decis. 217. nu. 4. & Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 476.

In quolibet iudicio ciuili, & criminali prius personæ sunt legitimandæ, & de illis quærendum est. Hartma. cap. 1. tit. de personis in iudic. compar. lib. 2.

Legitimatio plena personæ, an in quocunque iudicio requiratur, si fuerit oppositum, vel summaria sufficiat, vide Petr. Gerar. sing. 23.

Tenet iudicium agitatum cū Procuratore reuocato, si reuocationem Iudex, & Aduocatus ignorarunt. c. mandato 13. ext. de Procurato. l. si Procuratorem 65. ff. de Procurato.

Personæ illustres non possunt esse in iudicio p se; sed tantùm per Procuratores. auth. hoc ius. C. de Procurato.

Ratione dubitationis tenet iudicium cum minus legitimo tutore inter auum, & nepotem in eius potestate constitutum. l. si putas 6. C. de petit. hęred.

Procurator in rem suam ex causa lucratiua, debet dominum defendere, & sic, si quis agat nomine alterius causa legati, vel donationis, debet defendere illum, qui donauit, vel legauit. l. pater 70. ff. de Procurato.

Iudicium debet legitimè incoari ad hoc, vt possit iuridicè terminari: ideò minori datur curator in iudicio. l. in vniuersis 11. C. qui dare tuto. & curato.

Quomodo fundetur iudicium contra absentes ad hoc, vt posſit perueniri ad diffinitiuam, vide tot. tit. C. quomodo, & quando Iudex.

In iudicijs ciuilibus, vel criminalibus pupillus sine auctoritate tutoris esse non potest: fallit in quatuor casibus, de quibus vide per gloss. pen. in §. 2. Institut. de auctor. tutor.

Filius potest agere, & esse in iudicio contra patrem in casibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus. Capic. decis. 56. vide gl. in l. fi. §. filijs. C. de bonis, quæ liber. Imò de iure Canonico indistinctè potest esse iudiciū inter patrem, & filium. Vincen. de Franc. deci. 162. num. 4. Ludo. Rom. sing. 621. Bat. in suo tracta. de differen. inter ius Cano. & Ciuil. nume. 7.

Sed an tunc teneaẽ petere veniam, & si illa nō fuerit petita, qd iuris, vide Capic. d. deci. 56.

Reus absuturus an posſit petere suspersedi in causa, durante absentia ex iusta causa, vide Capic. decis. 123.

Agens simpliciter omne ius suum deduxisse videtur. Boer. decis. 43. num. 5.

Quicquid reperitur actori cōcessum, in pari casu reo concessum videtur. Aegid. Bellam. conclusio. 728. num. 7.

Protestatio requiritur in quolibet actu in iudicialibus. Mohed. decis. 44. Ideò conuentus, & suscipiens iudicium vt talis, se talem fatetur, nisi contrarium opposuerit, veluti si conueniatur vt socius, si non opposuerit se non esse sociū, tenebitur vti socius. Rot. Genu. decis. 15. nume. 8.

Tacens in iudicio censetur consentire, & qui non opponit in iudicio ius sibi competere, illud censetur remittere. Craue. consi. 1. nu. 11. & consi. 14. num. 7. Vbi scribitur exemplū in capitulis impertinentibus admisſis, parte non reclamante: quia tunc admisſio nō debet reuocari, vide Bar. in l. 1. C. de errore Aduocat. & eundem Crau. consi. 87. 150. & 191.

Actor renunciare potest liti, inuito reo, quādo iudicium est nullū. Rot. Genu. decis. 179. nu. 6.

Quando respectu iuris superuenientis conualidetur iudicium, vide eandem Rot. decis. 198. num. fin. Vera. deci. 118 part. 2. Ias. de actio. in §. omnium, num. 67. l. si rem 9. §. fi. ff. de pigno. act. & Hartm. cap. 3. tit. de actore. lib. 2.

Tacitè admissus ad causā, qui nam censeatur: & omnibus ad causam citatis, quorum interest, quum vnus sua interesse allegās ad causam venit, antequam admittatur, an summariè id probare teneatur, vide Puc. dec. 96. li. 1.

Creditor, inuito debitore, nō potest in iudicio partē debiti petere. Gasp. Cabal. milleq. 262.

Quando quis vult intentare iudicium contra infantem, distinguēdum est, aut infans tutorēm habet, aut non habet: primo casu citabitur tutor, & cum illo iudicium agitatur: secundo, citandi sunt agnati, vt veniant defensuri ipsum infantem, vel tutorem ei dari curēt. Andr. Gail. obser. 107. lib. 2. num. 7.

Iudiciū quot modis sumatur in iure, vide Maran. in suo Spec. part. 1. fol. 4. & quomodo diffinitur. ibid. part. 2.

Iudicium sine actore quandoque esse solet, & sine accusatore, & quandoque sine reo, vide ibid. num. 2.

Iudicium vnde sit proditum, qualiter habuerit originem, & quando cognitum fuerit, vide eundem Maran. ibid. par. 3. de origine iudicio. num. 132.

Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud mixtum, de quibus vide ibid. part. 3. distinctio. 1. titul. an iudicium sit ciuile, vel crimi.

Conueniens aliquem coram diuersis iudicibus vno tempore, & pro eadem re, amittit causam. Guliel. de Ludo, sing. 54. Marc. de Mant. sing.

sing.276. vide tamen Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 276, num. 5.

Iudicium aliud est ordinarium, aliud extraordinarium, & de vtroq; vide per Maran. in suo Spec. par. 4. distinct. 10. iudic. Et aliud seculare, aliud Ecclesiasticum, ibid. distinct. 11.

Iudicium quo ad sui ordinationem habet tres partes: prima durat à citatione vsque ad litis contestationem: secunda à litis contestatione vsque ad conclusionem in causa: tertia à conclusione vsque ad sententiam inclusiuè, de quibus vide p eundē Maran. ibi. par. 6. tit. & peruenitur aliquando.

In iudicio non disputatur de habilitate, & idoneitate personæ rei, quia ex quo vocatur ad iudicium, qualiscunque sit, se defendere potest. Hartma. cap. 2. tit. de reo lib. 2.

Continentiam causæ diuidēs, qua pęna plectetur, & quando illam diuidere liceat, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 371. & infra titu. de contin. cau.

Volens litigare tres cautelas animaduertere debet: prima erit vtilitatis: secunda necessitatis: tertia vrbanitatis, de quibus vide per Rebuff. in constitutio. Reg. in proœmio gloss. 5. nume. 149.

Omnes actus iudiciales debent fieri ad partis instantiā, & petitionē. Rebuff. ibid. To. 3. trac. de contumacia art. 1. glo. 1. nu. 27.

Substantialia iudiciorum (etiam de partiū voluntate) non possunt remitti. Guid. Pap. sing. 177. vide Bar. in l. probatam 4. C. de senten. & interloc. Vbi habēt quæ sint ipsa substātialia.

Iudicium vbi cęptum est, ibid. finiri debet; sed dictum limitatur in casibus, de quibus vide per Corset. in suis singul. litera I. sing. iudiciū.

Consilium est, vbi mutatur Iudex in tribunali, vt fiat quędā reproductio omnium actorum, ad iudicij validitatem. vide Barto. in l. 2. nu. 6. C. de eden.

Iudiciū valet, si pars cōpareat in iudicio absq; citatione. Bart. in Rub. C. de in ius vocan.

De ordine, & ritu iudiciorum, vide in tract. Bar. de ordin. iudic. & infra tit. proxim.

Iudices debēt habere ante tribunal Euangelia. Bar. in l. 2. C. de iureiu. propt. calum. dan.

Qui acta causæ relationis Iudicum delegatorū sigilla violando aperuit, nō auditur postmodum contra illa: nam litteras Iudicum nullus debet aperire, Iudicibus ignorantibus. c. cùm olim 33. ex. de offic. & potest. Iudi. delega.

In iudiciis non est acceptio personarum habēda, nam ita magnus, sicut paruus, iudicatur. c. nouit 13. ex. de iudic.

In iudicio omnia veniūt, exceptis expresse negatis. cap. cum Ecclesia 3. ext. de cau. possess. & propriet.

Equalitas in iudiciis est seruanda, vt vtraque pars in eodem loco suas offerat probationes. c. cùm olim 12. ex. de priuileg. facit l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

In iudiciis quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. & ibid. Bart. Nā iudicia sunt quasi contractus, iudiciaque, & stipulationes æquiparantur. Bar. ibid.

Ex responsione facta in iudicio quis tenetur quasi celebrasset contractum super eo, super quo interrogatus fuit. l. de ætate 11. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio.

An possit quis in se iudicium suscipere animo nouandi, inuito actore, vide Bart. in Auth. vt omnes obediant. §. si verò.

Iudicium initium sumit à litis contestatione. Bar. in §. omnem, Authen. de litigio.

Qui alium ex necessitate defendit, videtur suo nomine esse in iudicio. l. si cum 4. ff. si ex noxali causa.

Iudicium idem semper manet, licèt mutentur personæ. Hartma. obser. 2. tit. de iudiciis. lib. 2.

Ciuile iudicium cum seruo non consistit, sed cum domino est agēdū. l. fi. C. de noxal. actio.

Secundum qualitatem personarum, Iudex cōpellit ad comparendum in iudicio personaliter, vel mittit ad domum. l. pen. §. fin. C. de reb. credit.

Pro illo, pro quo scienter dominus satisdedit, cogitur præcisè iudicium suscipere, nisi ex causa legitima excusetur. l. filiusfa. 8. §. Procuratorem. ff. de Procurato.

Iudicia secularia, quæ voluntariam iurisdictionem concernunt, possunt in Ecclesia fieri. §. quantum verò, Authen. quib. mod. natura. effic. legit.

Falsa demonstratio circa rem petitam, non vitiat iudicium: idem, si erretur in nomine Iudicis. l. quo quidem 5. §. penul. ff. de rei vēdic.

Si pendente iudicio ius actoris perimatur absque facto suo, sed ex facto rei, peruenitur ad condemnationem, ac si peremptum non esset. l. si post 18. ff. de rei vendic. Aliàs expirat iudicium. l. si mulier 20. ff. solut. matrimo.

De suo, & non de alieno iure quemcunq; agere oportet. l. vti frui 5. ff. si vsufruc. pet.

De pertinentibus ad hunc tit. vide in Authen. de Iudicibus.

Iudex potest terminum præfigere ad agendū. l. 5. C. de ingenu. manumiss.

De cōnexis idē est iudiciū: & qd in vno disponitur, & idē in alio l. plerūq; 35. ff. de edil. edic.

In casu libertatis adipiscendę seruus pōt cōtra dominū in iudicio consistere, sed hoc nō facit seruus sine periculo. l. 5. ff. de manumissio.

In iudiciis ex persona actoris ius metitur. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet.

De ordine iudiciorum, & cognitionũ.

PRius debet terminari quæstio possessionis, quàm criminis. l. 1. C. de appellatio.

Causa præiudicialis quousque pendet, impedit exerceri alias particulares. l. 3. C. quando prouoc. non est neces.

Præiudicialis articulus in iudicio prius tractari debet, aliàs processus, & sententia annullantur; sed quando vnus dicatur præiudiciale ad alterum, vide Craue. consi. 79. nu. 7.

Quãdo vna causa dicatur præiudicialis ad aliã, etiã si agatur criminaliter, vide Cra. cõs. 280.

Quando tractatur de causa criminali, & ciuili, si vna est præiudicialis ad aliam, præponitur alteri. Craue. d. consi. 280.

Quando vna actio præiudicet alteri, & faciat illam cessare, vide Ias. de actio. in §. præiudiciales, Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 20.

In hac patria Pedem. per dispositionem nouorum ordinum, non habetur ratio huius causæ præiudicialis. tit *delle eccettioni dilatorie*.

Si Iudices de principali, & exceptionibus præiudicialibus simul cognoscant, licitè ab eis appellatur. c. exhibita 19. ex. de iudic.

Duabus actionibus præiudicialibus simul propositis, super vtraq; proceditur, si sunt æqualis potentiæ; aliàs super maiori. Bar. in l. si inter 15. ff. de except. rei iudic. Dec. in c. in præsentia, nu. 4. ex. de probatio.

Causa præiudicialis nouiter incoata, suspendit causam iam pendentem in euentum ipsius causæ præiudicialis. Abb. consi. 16. par. 2. nu. 3.

Exceptio præiudicialis status defuncti opposita ad processum petitionis hæreditatis, debet antè discuti, quàm vlterius procedatur. l. liber 8. C. de pet. hæred.

Super maiori causa, vel accusatione prius est procedendum, quàm super minori: & sententia lata absolutoria in maiori, non præiudicant in minori; secùs in condemnatoria. l. 1. C. de his, qui accusa. non poss.

De emergenti, & incidenti est prius cognoscẽdum, quàm de causa prima. l. quoniam 26. C. ad leg. Iul. de adult.

Quæstio ciuilis criminalis exclusiua, prius determinatur, quàm de crimine cognoscatur. l. Præses 8. C. ad leg. faui. de plag.

Actio ciuilis proposita ab vno, nõ differt propter accusationem criminalem propositam ab alio. vide l. rerum amotarum 27. ff. de actio. rer. amot.

Quando ex eodem delicto oritur ciuilis, & criminalis actio, prohibetur quis eas simul intẽtare, sed vna peracta, poterit ad aliam redire. l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bono. rapt.

Pendente iudicio super actione ciuili, non potest proponi accusatio criminalis super eodem crimine. l. interdum 4. ff. de publi. iudi.

Non cogitur quis omittere actionem ciuilem, & proponere criminalẽ descendentem ex eodem facto. l. meum 15. ff. de accusat.

Causa ciuilis, pendente falsi accusatione cõtra partem, & testes, non potest diffinitiuè expediri, nisi data sententia super falsitate. Afflic. decisio. 103.

Causa ciuilis nõ impeditur per criminalem accusationem vsque ad conclusionem; licèt cõdemnatio differatur. Afflic. ibid. & Capic. decis. 5. num. 12.

Falsitatis iudicium motum cõtra testes, vel cõtra principalem dum pendet, facit supersederi in causa principali, ne sententia proferatur. Capic. decis. 25. limita tamen, vt ibid. vide Grani. decis. 16. nu. 23. & Bar. in l. 5. §. diuus ff. de petit. hæred. & in l. 6. eod.

Productio testium per partem priuatam facta nõ prodest, nec nocet parti Fiscali: neq; pronũciari potest in criminali ex probatione habita in ciuili. Guid. Pap. q. 342.

An in causa possessorij beneficij Ecclesiastici coram Iudice seculari, debeat obstare exceptio criminis simoniæ, aut alterius criminis: & quando incidit quæstio articuli spiritualis, an curia possit cognoscere per modũ informationis absque pronunciando, & si requiratur sententia declaratoria Iudicis Ecclesiastici, vide Fran. Marc. q 496.

Criminalis quæstio an, & quando ciuilem cessare faciat: & si incidat in ciuili, ambæ vna sententia sunt terminandæ. Marc. d. q. 496.

Exceptio falsitatis, cuius probatio in promptu offertur, possessorium impedit. Marc. quæst. 273 part. 2.

Quoties ciuilis causa cum criminali intẽtatur, criminalis ad se trahit ciuilem, itaq; ad Fisci actuarium causa pertinet. idem q. 277. part. 2.

Pendẽte causa criminali coram vno Iudice, nõ potest per eũdem corã alio Iudice intentari ciuilis respectu eiusdem facti. Put. decisio. 275. lib. 1.

Pendente iudicio super raptu coram Iudice seculari, nõ potest Iudex Ecclesiasticus pronunciare super causa matrimoniali. Papon. lib. 22. tit. 6. arrest. 2.

Carceratus inquisitus de delicto resistentiæ factæ contra Officialem eum capientem allegans per modum exceptionis malam capturã, prætendensq; se nulliter captum, est audiendus, & interim est supersedẽdum in causa resistentiæ. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimina. cap. 9.

An

An post intentatum iudicium criminale actor possit intentare aliud iudicium ciuile ex diuersa causa, & quid in reo ciuiliter conuēto, an ille possit contra actorem criminaliter agere, vide Clar. in sua Pract. crimina. §. fi. q. 2. & ē conuerso, vide ibid.

Accusatio de falso contra testes intentata, non facit cessare causam primo loco intentatam, & in qua dicti testes deposuerunt, & pro ipsa depositione inquiruntur: fallit, quando pars simul, & semel cum testibus accusaretur. Rol. consi. 13. vol. 2. vide Afflic. decis. 219.

Ciuilis, & criminalis actio, quã competit contra aliquem, an sit necesse, quòd prius agatur criminaliter, quàm ciuiliter, vide Barto. in l. 2. ff. de Carbonia. edict. & in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bono. rapt. & consi. 115. vol. 1.

Processus causæ criminalis non suspenditur per appellationem, in causa ciuili, si non est præiudicialis. Bar. consi. 43. vol. 5.

Refectio dãni, & punitio criminis, possunt procedere ex eadem instantia. l. penult. C. si aduers. libert.

Pendente accusatione falsi, non potest peti legatum ex testamento: nam accusatio falsi est præiudicialis ad communem causam, quę ex testamento dependet. l. si testamentum 6. ff. de petit. hæred.

Possessorium debet prius terminari, quàm petitoriũ. l. exitus 35. ff. de acquir. vel amit. possess.

Quando duo iudicia sic se habent, quòd absolutoria lata in primo, parit exceptionem rei iudicatæ in secundo, & condemnatoria lata in secundo, parit reo præiudicium in primo, concursus non admittitur; aliàs secùs. l. fundũ 16. ff. de exceptio.

Si secundum iudicium ita se habeat ad primũ, quòd condemnatoria lata in primo, & exactione secuta, illud tollatur, secundũ interim differtur, & cumulatio impeditur. l. 1. §. fin. ff. si famil. furt. fecis. dicat.

Iudicis officium non impeditur super alijs capitulis, pendente dilatione super vno. Barto. in l. generaliter 12. §. his de præsentibus. C. de reb. credito.

Iudicium particulare silet, & in eo supersedetur, donec iudicium vniuersale petitionis finem susceperit. l. si quis 7. ff. de petit. hæred.

Propter iudicium vniuersale petitionis hęreditatis, non silent iudicia particularia creditorũ. & legatariorum. Fran. Marc. q. 81. part. 2.

Iudicia particularia quando inuicem se impediant, & quando particulare vniuersale, & cõtrà, vide Bar. in d. l. 7. ff. de petit. hære. n. 12.

Si iudicium vniuersale per particulare cõsumitur, non obstat exceptio, nec illi præiudiciũ facit. l. sed & si 28. §. item si rem distraxit. ff. de petitio. hæredit.

Iudicia particularia non differuntur propter vniuersalia, si res est tempore peritura. l. si bonæ 52. ff. de petit. hæred.

Processus factus per Iudicem laicum super obligatione coram eo introducta, non obstante litis pendentia super absolutione iuramēti, super obligatione interpositi corã Ecclesiastico ventilata, validus est. Afflic. decis. 30. vide Fran. Marc. q. 54. part. 2. Tamen litis pendentia super absolutione iuramēti, est pręiudicialis ad causam coram laico Iudice vertente ibid. Afflic. d. decis. 30.

Iudex laicus super testium falsitate coram Iudice Ecclesiastico commissa, cognoscere potest, etiam pendente lite ciuili coram ipso Iudice Ecclesiastico, dummodo Iudex secularis præuenerit in ipsa causa falsitatis, saltē per citationem. Afflic. decis. 219.

Lite pēdente coram vno Iudice, an possit quis cogi respondere de eadem causa corã alio, vide Capic. decis. 122. & Rot. Genu. decis. 13.

Causa coram vno Iudice ordinario pendente, alter ordinarius ad illius cognitionem intromittere se non debet. Mohed. decis. 339.

Quod dicitur reum nõ debere trahi ad diuersa iudicia, intelligitur, si opponatur; aliàs tenet processus coram vtroque Iudice, maximè quando Iudices sunt pares, secùs in Papa. Fran. Marc. q. 491. num. 10. vide Maran. in suo Spec. de ordine iudicio. part. 2. nu. 43. & Bart. in l. 2. C. commu. diuid.

Reus pro vna, & eadem causa ad diuersa iudicia non est trahēdus, aliàs actor suo iure priuatur. Marc. q. 248. part. 2.

Lis super vna re pendens, non impedit ingressum alterius litis inter alias personas, super eadem re. Rot. Genu. decis. 179.

Quæstio natiuitatis opposita petenti hęreditatem coram Iudice seculari, est ad Ecclesiasticum Iudicem transmittenda. cap. lator 5. ex. qui filij sint legit.

Iudex Ecclesiasticus cognoscens de exceptione proposita coram Iudice seculari, inhibet Iudici seculari, ne interim in causa procedat. Abb. consi. 5. part. 2.

Exceptio requirens altiorem indaginem facti, debet ad merita reseruari. Capic. decisio. 10. nume. 19.

Exceptio requirens longam, & dubiam iuris altercationem, ad instar iuris intricati, quod æquiparatur errori facti, debet ad merita reseruari. Capic. d. decis. 10. nu. 20.

Causa non dicitur eadem, quando sententia lata in vna non facit rē iudicatam in alia. Rot. Genu. decis. 179. nu. 9.

Exceptio litis pēdentiæ admittit. Aegid. Bella. con-

conclusio.46. Quæ litis pendentia sola citatione inducitur. Marc.q.248.part.2.

Processus factus in partibus, lite pēdente in Curia suprema, est nullus. Mohed.decis.320.

Petitorium an, & quando coram Iudice Ecclesiastico intentari possit, possessorio corā alio Iudice pendente, vide Fran. Marc.q.77.

Procedendi simul, & semel super appellatione ab interlocutoria, & negotio principali non posse, est regulare. Marc. q.177. Sed an p decretum possit contrarium disponi, vide ibid.

Iudex secularis an teneatur præstare auxilium, & stare sententiæ Iudicis Ecclesiastici, vide Marc. quæst.269.

Licet ex duobus iudiciis vnum debeat præcedere aliud, tamen si non opponatur processus tenet, Bart.in l.2.C.commu.diuid.

In certis criminibus est locus præuētioni inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularē; sed quādo quis est minus punitus in foro Ecclesiastico, an possit iterum puniri per Iudicem temporalem, vide Marc.q.907.& supra tit.de causis mixtis, &c.

Causa priuilegiata respectu processus, non admittit concursum alterius iudicij; sed illud suspendit. Vera.decis.22.part.1.nu.5.

Quando tertius nō venit ad causam pro defensione primi possessoris, sed solùm pro se, finitur iudicium inter primum, & secundum incoatū. Vincen.de Fran.decis.261.nu.8. par.2.

Aduocatus actoris prius proponere debet, & allegare: idem in omnibus actibus faciendis per actorem, qui præcedere debent, Maran, in suo Spec.in proemio, nu.11.

Vide de materia huius tit.ex.in tit.de ordi.cognit.& per Abb.in sua Pract.post eius cōsilia.

Exceptio si obijciat, an super illa prius sit pronunciandū, vide gl.in c. 1. ex.de ordi.cognit.

Propter articulum, in quo appellatum fuit, debet supersederi super principali cā, si ea sine illo expediri non possit. cap. super eo 10.ex. de appellatio.

Si per rescriptum committantur plures articuli connexi, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota in aliis. cap. secundò 41. ext. de appellatio.

Lite contestata, si acciderit aliquid, quod sit accessorium ad primum iudicium, quando debeat in primo iudicio cognosci, vide Bar. in l.non potest 23.ff.de iudi.

Ordo omissus quādo vitiet iudicium, vide Bar. in l.si quæramus 4.ff.de testam.

Si in libello exprimatur vna causa generaliter, & iudicio pendente superueniat actio, an illa claudatur hoc iudicio, vide Bart. in l.& an 14.nu.19.ff.de exceptio.rei iudic.

Debet procedi ad monitorialia per Iudicem Ecclesiasticum, non obstante litis pendentia coram Iudice seculari. Cra.consi.181. in fine.

Iudiciorum ordo qualis sit, vide glo.in l.4.C.de senten.& interloc.

Si de vi, & possessione, aut dominio quæratur, ante cognoscendum est de vi, quàm de dominio, vel de possessione. l.5.§. si de vi.ff.ad leg.Iul.de vi publ.

Quando ciuilis actio præiudicet criminali, & contrà.

Quando causa criminalis sit præiudicialis ciuili, vide Put.decis.98.lib.1.

Pendente causa criminali corā vno Iudice, non potest per eundem coram alio Iudice intentari ciuilis respectu eiusdem facti. idem Put.decis.275.eo. lib. vide suprà tit.prox.

Quando ciuilis actio criminali præiudicet, & qua prius agi oporteat, vide Rot. Auen.deci. 10.in decisio.diuerso.

Criminalis actio debet quiescere, quando primùm actum est ciuiliter: fallit, quando actio ciuilis intētata, erat diuersa à criminali, quæ nunc intentatur Natt.consi.138.

Vbi quis venit condemnandus ad mortē, non est locus huic titulo. Pet. de Rauen.sing.275.

Iniuriarum actio an excludat criminalem: & quando ciuilis concurrere possit cum criminali hoc casu, vide Perillu.D.P.Tessa.dec.18.

De cumulatione.

Cumulatio actionum nō admittitur, quādo actio prima ita se habet ad secūdam, q̄ absolutoria lata in prima, possibile est parere exceptionem rei iudicatæ in secunda. Capi. decis.209.nu.4.& Boer.decis.334.

Actiones duæ quando ita se habent, vt vna proposita, condemnationeq; sequuta, & exactione facta, contingat liberatio ab altera, prohibetur cumulatio. Gram.decis.68.

Remedia ad diuersa tendētia cumulātur. Tho. Minad.decis.31.

Personalis, & hypothecaria possunt eodem libello cumulari. Guid.Pap.q.108. Boer, decis. 334. Mysing.obser.58. cent.1. & Bart.in §.sed neque, Authen.de fideiussor.

Rescindens, & rescissorium possunt in eodem iudicio intentari. Guid.Pap.q.143.

Intentans remedium ex testamento, vel donatione, non potest post litem contestatā cumulare viam intestati, vel ex codicillis agere. Boer, deci.33.& Mysing.obser.25. cent.3.

Ciuilis,

Ciuilis, & criminalis actio ex eodem facto descendentes, in eodem libello sub vtraque specie possunt intentari. Aegid. Bellam. conclusio. 400. Et sic cumulari. Marc. q. 227. par. 2, & q. 919. vide supra tit. de ordine iudic.

Cumulatio pluriũ actionũ admittit, & illę possunt simul intentari, quando oriuntur ex diuersis factis, siue ciuiles, aut criminales sint, Natt. consi. 138. nu. 4.

Actionum cumulationem permissam esse, etiã lite contestata, si neque contrarietas, neque identitas insit, regulare esse, scribit Franc. Marc. q. 80. part. 2.

Quando in ciuilibus, & criminalibus admittatur cumulatio, vide eundem. q. 910. ibid. Et an cumulari posint iudicium ciuile, & criminale, vide Crauet. consi. 14. & 220. Clar. in suã Pract. §. fin. quæst. 2.

Cumulatio actionum, an in criminalibus admittatur, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 18.

Cumulatio ciuilis, & criminalis actionis regulariter est prohibita: ideò agẽs criminaliter, & petens reum criminaliter puniri, & ad rei restitutionem condemnari, nulliter agit. Mago. decis. 91. Luc. nu. 4. & 5.

In crimine priuato, pro quo ciuiliter agitur, potest Iudex in eodem processu condemnare reum etiam pro crimine. Craue. consi. 14. vide ibid. consi. 220.

Actiones contrariæ non possunt eodem libello cumulari, quãdo exercitio, & origine sunt contrariæ; secùs si tantùm exercitio. Put. decisio. 21. lib. 1.

Annullatorium, & petitorium iudicium cumulari possunt, parte non opponente, idem decisio. 227. lib. 2.

Cumulatio diuersarum actionum ex eadem tamen causa descendentium, fieri potest. Mysing. obser. 57. cent. 1.

Cumulatio nullitatis, & restitutionis in integrum, rei vendicationis, & restitutionis, admittitur. Mysing. obser. 25. lib. 2.

In executionibus admittitur cõcursus; non etiã in actionibus: ideò debitor meus, qui mihi personam, & bona obligauit, poterit, captis bonis, adhuc psonaliter capi. Aegid. Magist. tract. subhastatio. cap. 32. in decisio. diuerso.

Iudicium particulare incidens potest cumulari cum principali vniuersali, quando illi non præiudicat. vide Papon. lib. 7. tit. 8.

Actiones competentes ex diuersis causis contra eandem personam, possunt cumulari, & alia de cumulatione vide per Crauet. consi. 16. nu. 8. & Natt. consi. 138. Tom. 1.

Quando posit fieri cumulatio actionũ, & quãdo non, vide Bar. in l. 3. C. de eden. & ibi. DD.

Actiones diuersæ eiusdem speciei ad diuersa competentes, possunt simul in vno libello cumulari. Bart. in l. nõ est nouum 10. ff. de actio. empt. vide eundem in l. naturaliter. §. nihil. nu. 11. ff. de acquir. possess.

Actiones duæ ad eandem rẽ competentes, quę non sunt contrariæ, nec electione tolluntur, possunt simul cumulari. Barto. in l. huiusmodi 86. §. qui, de leg. 1.

Cumulatio actionum plurium non admittitur, quando electione tolluntur, sed quare hoc fiat, vide Barto. in l. cùm filius 78. §. variis, de legat. 2.

Cumulatio actionũ sex regulis impeditur. Bart. in l. naturaliter. §. nihil, nu. 15. ff. de acqui. pos.

Petitorium, & possessorium adipiscendę, an cumulari posint, vide Bart. ibid. nu. 16.

Plura remedia proponens, quæ electione tolluntur, cogitur, parte instante, eligere. Barto. ibid. nu. 31. Nam actiones plures speciales, si ex eodem libello resultant, actor debet vnã eligere. idem Bart. in l. 1. nu. fin. ff. de eden.

Cumulatio actionum prohibetur, quãdo actiones se habent, quòd absolutoria lata in prima, parit exceptionem rei iudicatæ in secũda, sed an admittatur, quando vna est accessoria ad aliã, vide Bar. in §. sed neque, Authẽ. de fideiusso. nu. 12. & 13.

Actiones plures competentes ad diuersa, siue contra vnum, siue contra diuersos, ex diuersis causis, possunt simul agitari. Bar. q. 9. nu. 9.

De quęstione incidenti, & emergenti.

AN arbitrium concessum super causa principali, censeatur etiam cõcessum super causis ex ea emergentibus, incidentibus, & depẽdentibus, vide Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 45.

Quæstio emergens dicitur, quæ post litem motam oritur, vt exempli gratia, an testis recipiendus sit, vel non: incidẽs verò dicitur, quę ortum ante litem habet, vt puta, an actor sit seruus, vel liber, sed super his duabus quæstionibus describuntur duæ aliæ opiniones, per Menoch. ibid. d. quæst. 45. vide glo. in cap. 1. ex. de ordine cognitio. Azo. in summa titu. C. de ordin. cogn.

Quando, & quo modo de causa incidenti, & emergenti Iudex pronunciare debeat, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 167. Bart. in l. 1. C. de ordine iudicio. & in l. 4. C. de dilatio. c. 1. ex. de ordin. cognit.

Quando quæstio non respicit merita causæ, nõ debet reseruari in fine litis, sed primùm, & ante omnia debet super tali emergenti pronunciari. Menoch. consi. 367. lib. 4.

Sententia super incidenti potest ferri sine scriptis.

ptis. Ludó.Roma.ſing.5.

De quæſtione incidenti,& emergenti vide per Henric.Boer.in ſuis ſingularibus, tit.incidẽs, &c.& Bar.in d.l.1.C.de ordine cognit.

Sententia lata in principali, quando præiudicet in incidenti, vide Bart.in l.ſi Iudex 10.ff. de his,qui ſunt ſui,vel alieni iur.

Iudex debet pronunciare ſuper emergenti, ſi tamen non pronunciauerit iudicium tenet. Bart.in l.ait Prætor 7.ff.de mino.25.ann.

Incidens examinatur coram Iudice cauſæ principalis.Bar.in l.35.ff.ſolut.matrimo.

De cauſæ continentia.

Continentia cauſæ nõ debet diuidi. cap.1.ex.de ſequeſt.poſſeſ.& fruc.& l.nulli.C.de iudi.Ideò cum allegatur litis cæptæ pendentia in alio iudicio, cauſa debet remitti ad primum Iudicem,aliàs proceſſus erit nullus.Afflic.deciſ.354.& Capic.deciſ.122.

Iudex non admittens exceptionem litis pendẽtiæ coram alio æquali, grauat partem, & ab eo ritè appellatur.Afflic.d.deciſ.354. Tamen ſi non opponatur de litis pendentia tenet proceſſus.ibid.

Exceptio proceſſus pendentis non obſtat iuriſdictioni,niſi vbi exceptio rei iudicatę noceret actioni.Capic.deciſ.122.nu.fin.

Continentia cauſæ non debet diuidi, & quotuplex ſit cauſæ continentia, ſcribuntur exempla per Andr.Gail.obſer.32.lib.1. Et de limitationibus ad reg.vide ibid.

Cauſæ continentes quæ dicantur ad hoc, vt nõ poſſint agitari coram diuerſis Iudicibus, vide Bart.in l.nulli.C.de iudic.

Ne quis in ſua cauſa iudicet,vel ius ſibi dicat,& quãdo dictũ limitetur.

Iudex in cauſa propria nullus eſſe poteſt inferior à Principe, etiã aduerſario volente. Capic.deciſ.124. Barones,& Communitates nõ poſſunt cognoſcere de cauſa,quæ vertĩt inter eos,& eorũ ſubditos,nec eã aliis cõmittere.Capic.d.deciſ.124.vide Bart. in l.qui iuriſdictioni 11.ff.de iuriſdic.omn.Iudic.

Iniuria illata in perſonam Iudicis, an ſit realis reſpectu Dignitatis, vel perſonalis, cognoſcitur ex inferentis voluntate. Capic.d.deci. 124. nume.9.

Iniuria nõ realis reſpectu Dignitatis illata,nec perſonalis,punitur ab ipſo Iudice,ſi ſit ordinarius,dato adiũcto.Capic.d.deciſ.124. vide Marc. de Mant. ſing.158. & Bar.in l.Senatuſconſulto 16.ff.de offic. Præſid.

An ſit licitum (lite pendente) alteri partium ius ſibi dicere auctoritate ſua priuata,& impedire,ne procedatur in opere, de quo litigabatur,vide Fran.Marc.q.39.

Magni Domini non recognoſcentes Superiorem, poſſunt eſſe Iudices in cauſa propria. Bart.in l.3.ff.de his,quæ in teſtamen. delent. & Natt.conſi.576.

Iudex nemo eſſe poteſt in cauſa propria, niſi aliter ſe habeat conſuetudo:ideò ex conſuetudine poſſunt Poteſtates ius dicere inter Dominos eos deputantes, & ſubditos.Natt. conſi. 294.

Ius ſibi dicere nemini licet,quod limita in vxore,quæ habet virum, cuius fuerunt bona cõfiſcata: nam tunc poteſt vxor in res ſuas detentas per virum imponere manus,auctoritate propria, ne occupentur per Fiſcum, & de aliis limitationibus vide p Hippol. ſing.405.

Filiusfa. in cauſa patris poteſt quandoque eſſe Iudex.l.quin etiam 6.ff.de recept.Arbit.

Quando pater poſſit eſſe Iudex in cauſa filij,& contrà,vide Bar.in l.in iuriſdictioni 11. ff. de iuriſ.omn.Iudic.

In cauſa ſua quis Iudex eſſe non debet. c. dilecti 52.ex.de appellatio.

Quando Iudex poſſit cognoſcere de delicto commiſſo per ſuã familiam, vide Barto.in l. Senatuſconſulto 16.ff.de offic. Præſid. & in l. 11.ff.de iuriſdic.omn.Iudic.

Quãdo liceat ſibi ius dicere, vide Iaſ.de actio. in §.ſupereſt,nu.74.& infra tit.prox.

Quando liceat vnicuique ſine Iudice ſe vindicare, & ius ſibi dicere pro defenſione perſonæ, & rerum.

Vbi periculũ eſt in mora, & res celerationẽ exigit,recedit à regulis iuris cõis: & leges tranſgredi licet ex magna cã, & vt piculis obuiet.ſ.al. ĩ cõſ.impſſo poſt dec.68.Pede.n.30.

Auctoritate ꝓpria ſibi ius dicere licet,vbi Officiales ſunt negligentes in Iuſtitia adminiſtranda.Bald.ibid.nu.fin.

Defenſio vnicuiq; omni iure licita eſt, quo ad ſui, & ſuorum tutelam. Ozaſ. in ſua diſputatione,an Principi Chriſtiano fas ſit, &c.nu.1. & 14.Menoch.de Arbitr.lib.2. caſ.277. Marc. de Mant.ſing.594.vide Bart. in l. vt vim.ff.de Iuſtit.& iure.

Neceſſitas non habet legẽ, facitq; de illicito licitum.Ozaſ.ibid.num.2. Iaſ. & Dec.in l.vnũ. ff.ſi cert.pet.

Licitum

Licitum est etiã pro rebus (nisi sint viles) propulsare. Franc. Marc. q. 769. nu. 5.

Vbi quis non potest per viam iuris rem suam, vel sibi debitam consequi, sibi licet quomodolibet satisfacere, dummodo hoc fiat sine scandalo. Iaff. Lanf. Balb. decis. 140.

Quando vna res pro alia retineri possit, distingue, aut res ad aliquem cum vitio peruenit, & retineri non potest, aut sine vitio, & tunc, si subsit causa retinendi rei cohærens, retineri potest, puta propter expensas in re factas, veluti si sutor vestem retineat ob non solutã mercedem, faber equum curatũ, & sic de similibus. Andr. Gail. obser. 12. lib. 2. vide Capi. decis. 119. num. 5.

Spoliatus potest recuperare possessionẽ, propria auctoritate, si hoc fecerit incontinenti. Crau. cons. 4. & 18. vide Bar. in l. 1. C. vnde vi.

Licitum est auctoritate propria deiicere clandestinum possessorẽ, sicut & violentum. Boe. in suis sing. tit. auctoritas, &c. nu. 6.

Hæres auctoritate propria apprehendere potest possessionẽ hæreditatis, & bonorum ipsius. Boer. ibid. nu. 7.

Amici, & vicini mei (etiam peregrini) possunt percutere volentem me expellere de mea possessione. Ant. Corset. in suis singu. litte. D. sing. defensio 2. & Bart. in l. 5. C. de meta. & epid. lib. 12.

Legatarius si acceperit ꝓpria auctoritate possessionem rei legatæ vacantem, non amittit ius suum. Bar. in l. vnica. C. quorum legato.

Potest quis prosequi suum hostem etiã in alieno territorio. Mysing. obser. 28. cent. 2.

Defensio proprij corporis omnib. animalibus iure Naturę permissa, ad vim, violentiamque propulsandam, & in hoc ab ipsa Natura imbuti sumus. Hier. Mago. decis. Luc. 56. l. si quis 3. C. ad leg. Cornel. de sicar. & l. 1. §. vim vi. ff. de vi, & vi armat. Ideò quod fit ad defensionem pęnam non meretur. l. sciētiam 46. §. qui. ff. ad leg. Aquil.

Quis non tenetur expectare se percuti: ideò minæ, & impetus aduersarij armati præbent iustam causam se defendēdi, & inde quicquid facit prouocatus, dicit facere causa propriæ defensionis, dũmodo non excedat moderamẽ inculpatæ tutelæ, quæ versatur circa tria, nẽpe circa locũ, tps, & causam, de quibus vide per eundẽ Mago. d. deci. 56. Boe. dec. 168. nume. 4. 9. 12. & 13. Hippol. sing. 692. Matt. de Mant. sing. 1. Azo. in summa tit. C. vnde vi, nu. 2. c. significasti 18. ex. de homicid. volunt. Bar. in l. 9. ff. ad leg. Cornel. de sica. Felin. consi. 50. nu. 14. & glo. in l. 1. C. vnde vi.

Mater transiens ad secunda vota priuatur ipso iure tutela filiorum, & illa defertur insolidũ alteri tutori testamentario, qui poterit eripere propria auctoritate pupillam à manibus matris secundò nubentis, si periculum emergentis damni immineat. vide Crauet. consil. 18.

Defensionis causa dicitur factum homicidium, quando occidens prius fuit percussus pugno, cui turpe erat talem percussionem sustinere, vel quando occidens erat debilior corpore, quàm esset occisus. Crauet. consil. 119. nume. 7.

Defensio dicitur probata statim, si probauero, quòd aduersarius veniebat contra me animo occidendi, vel vulnerandi. Dec. consil. 766. & 678.

Occidendi, aut non occidēdi animus præsumitur ex modo, & qualitate percutiēdi. Crauet. d. consi. 119. num. 10.

Quando aduersarij sunt aggressores, & insultantes cum armis, inde quod fit per insultatos, dicitur fieri ad defensionem. Dec. consi. 459.

Homicida, qui alium interfecit ad sui defensionẽ, excusatur: sed quid, si pro defensione bonorum, proprij honoris, coniunctorum, & aliàs quando excusetur, vide Clar. in sua Pract. crimin. §. homicidium.

Defensionis limites excedens punitur, sed Iudicis arbitrio relinquitur, quando quis dicatur excessisse limites defensionis. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 277. & 278.

Defensionem non solùm suam, & suorum, sed etiam extranei in periculo vitæ existentis, quis suscipere potest. Dec. consi. 469.

An adgressor adsuetus percutere cum telo contra aliquem veniens, ad vim cum moderamine inculpatæ tutelæ repellendam, iure occidatur, vide Pet. Roy. decis. 3. Litua. nu. 522. in decisio. diuersó. & Barto. in l. 5. ff. si quadrupes paupe. feci. dicat.

An testes, qui simpliciter deponunt homicidiũ commissum fuisse ad defensionem, probent, licet aliam rationem nõ reddant, vide Dec. consi. 469. nu. 5. & Ludo. Roma. sing. 28.

Quoties quis auctoritate propria facit quid iure permittere, propter quod aduersarius incurrit periculum mortis, vel magni supplitij corporalis, intelligitur renunciasse actioni ciuili sibi competenti ad meram pęnam pro illo delicto. Math. Mathes. sing. 72.

An sicut licitũ est occidere aggressorẽ pro defensione personæ, ita licitum sit occidere N. se præparantẽ ad insultandum, vel occidendum, vide Hippol. sing. 638. & 640.

An interficere te possim, cùm alioqui effugere nequeo, quin me offendas, vide eũdem Hippol. sing. 692. Bar. in l. 1. C. vnde vi, & glos. in §. iniuria, Institut. ad leg. Aquil.

Si non possum ausugere agressorem, quin me percutiat, nisi interficiã illum, an possim secundum ius Ciuile impunè eum interficere, vide Henric. Boer. in suis singularibus, titul. auctoritas,&c. Quid de iure Pontificio, & Diuino, vide Pet.Roy.decis.3.Litua.num.470.& seqq.in decisio.diuerso.

Non punitur occidens aliquem in casu permisso, nec potest accusari: ideò exceptio, quòd quis potuit occidi, impedit processum. Bart. in l.3.C.de his,qui ad Eccles.confug.

Vis,quæ præcesit non attenditur,quando post vim sequitur actus voluntarius approbans actum,in quo fuit vis commissa.Bar.in l. Cæsar,in repet.ff.de publica.& vectig.nu.9.

Quis nõ debet pati prius se pcuti, quàm se defendat, & dicitur cum armis insultus factus, licèt qs arma nõ exercuerit, modò habuerit arma ad latus.Bar.ĩ l.idẽ 3.ff.de vi,& vi arma.

Percusso licitum est repercutere, & nõ tenetur de homicidio.Bar.in consi. 15.vol. 2. Tamen repercussio debet fieri incontinenti. Bartol. ibid.vide l.si ex plagis 53.ff.ad leg. Aquil. Et vim propulsare incontinẽti dicitur, qui facit quàm citius commodè potest, ad alia negotia non diuertendo.Abb.cons.62.part.2. n. 8.

Turbato de facto licitum est incontinenti resistere, & si verba nõ sufficiant,etiam per vim defendere bona.Fel.consi.50.nu.10.

Lex modum vltionis statuit,vt oculum pro oculo,sed vide c.lex 22.q.3.

Defensionis causa gesta non habent culpam, etiam si qs modũ excesserit. Fel.cõs.50.n.16.

Metus,& rixa instantis periculi, tollit spacium consultę defensionis.Fel.ibid.nu.17.

Iracundiæ incenso calore motus homo non est in plenitudine sui intellectus.Felyn.d.consil. 50.nume.18.

Licèt quis aliquid facere posit ante litem motam propria auctoritate, tamen hoc ei non licet post litem incohatam,& tunc attentata reuocantur.Afflict.decis.131. & ibid.in additio.vide Dec.consi.460.

Prouocatus excedens modũ defensionis permissæ,alleuiatur in pęna excessus: quia imputatur offendenti, qui incepit. Afflict.decisio. 206.vide Capel. Thol. q. 410. Franc.Marc.q. 225.par.2.Ideò vulneratus, qui vulnerãtem fugiẽtem occidit,non debet mori,sed mitius puniri. Boer.decis.168.nu.8.vide Crau.consi. 119.num.8.Ludo.Roma.sing.3. & Felyn.consil.50. nume.21.

Insultatus semper præsumitur fecisse ad sui defensionem.Boer.d.decis.168.nu.7. vide Fran. Marc.q.769.Dec.consi.676.& 678.

Homicidiũ quando dicatur factum ad defensionem,vide Dec.cõsi.459.469.476.& 678.

Confitens se occidisse ad defensionem, nõn punitur pęna mortis,sed aliter,nõ probata defensione.vide Iaff.Lãf.Balb.deci.360.& Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.279.

Difficilimum est magnum temperare dolorem in prouocato, & ideò si propter illũ,quis excedat,mori non dẽt,sed mitius puniri.Gram. decis.98.num.5.& Fel.consi.50.

An propter iniuriã personalem vitandã licitũ sit aggressorem occidere,vide.Dec.cõsi.678. nu.5.& Bar.in l.1.nu.8.C.vnde vi.

Defensio licita non est cum armis,aduersus verba iniuriosa, seu percussionem cum baculo. Gram.decis.98.vide tamen ibid.

Defensio incontinenti, non ex interuallo, est intelligenda. Boer.decis.168.nume.3. c.olim 12. ext.de resti.spolia.l. 3. §. cum igitur.ff. de vi, & vi arma.

Interposito die,non dicitur aliquid fieri incontinenti: & in malęficiis dicitur incontinenti fieri,quod fit vno impetu,licèt duret per horam illa rixa.l.quod ait 23.§.fin.ff. ad leg. Iul. de adulte.

Percussus,qui per horã stetit in terra, & postea repercusit,an se defendendo fecisse videat, vide Boer. decis.168.nu.7.

Iniuriã verbis illatã, an liceat armis repellere, vide Boer.decis.169.

Pro simplici defensione honoris, & famæ,licet verbalem iniuriam saltem verbis repellere. Mysing.obser.17.cent.5.

Causa vltionis nõ est licitum repulsare vim vi. Marc.quæst.769.vide cap.18.extr. de homici. volunta.

Vim iniustam propulsare licet;iustam non. Pet. Roy.decis.3.Litua.nu.200.in decis.diuerso.

Creditor nõ potest retinere rem debitoris pro alio debito,quàm pro eo, ꝑ quo illa fuit tradita.Capic.deci.11.

Quando creditor posit rem debitoris pro debito retinere, vide Hartma.cap.3.tit.de contract.lib.1.

Iudices,Aduocati,& Procuratores non possunt pro eorum mercede retinere scripturas illis traditas.Capic.d.decis.11.Boer.deci.15.nu.3. vide tamen Andr.Gail.obser.12.lib.2.

Animalia damnum dãtia in terris meis possum retinere,donec sciã dñm,cui debeo restituere,data cautione de soluẽdo damnũ: fallit in fida, & diffida: nã tũc non debeo restituere, nisi prius soluta diffida.Capic.decis.45. vide Papon.lib.18.tit.9.arrest.1.& Bar.in l. ratis. ff. de incendio,rui. naufra.

Creditor cõdemnatus ad rei restitutionẽ, põt illã retinere post sñiam, virtute hypothecæ, & precarij, quæ nõ opposuerat ante sententiam;aliàs secùs.Capic.decis.119.

Reten-

Retentio multoties permittitur, quando nō datur actio. ibid. nu. 8.

Iniuriatus, cui dictum fuit, quòd erat cornutus, pōt ꝓpria auctoritate iniuriā vlcisci. Gram. decis. 14. nume. 11. Nam iniuria, pro qua non conueniret adire Præsidem, vt quia fortè poneretur res in derisum, & iniuriatus reputaretur vilis, operatur, vt quis posit propria auctoritate se vindicare, licèt modum excedat. Gram. decis. 23. & 98.

Familia Curiæ, quæ prosequitur delinquentem aufugientem, si ipsum vulnerauerit, an sit in pœna, & qua teneatur, vide Gram. decis. 41.

Resistere licet fugienti ante familiam Curię volentem illum iniustè capere. Gram. d. decis. 41. vide Marc. q. 768.

Familia Officialis occidens reum non tenetur, si ille se defendat. Gram. d. decis. 41. num. 6. vide Fran. Marc. d. q. 768. & Bart. in l. 3. C. de his, qui ad Eccles. confug.

Scriptor potest retinere quinternum pro suo salario: idem in alio, ad quem res aliqua sine vitio peruenit. Boer. decis. 15. nu. 2. & Bar. in l. si non sortem 26. §. si certum. ff. de cōdic. indeb.

Furatam rem, quando liceat propria auctoritate recuperare: & auferens rem suam violenter, putans hoc sibi licere, non punitur criminaliter. Boer. decis. 218. vide Bart. in l. 7. C. vnde vi, Quid in pretio ipsius rei furatæ, vide l. qui vas 49. §. fin. ff. de furtis.

Furtum factum à creditore debitori, quando sit permissum, & quando prohibitum, & tunc an creditor amittat debitum, vide Ioseph. Ludo. decis. 1. Luc.

Clausurā factam in fundo proprio, aut à se possesso, an qs propria auctoritate rūpere possit, vide Fran. Marc. quæst. 215. Craue. consi. 4. nu. 7. Et quid in ædificio, vide Dec. consi. 221. & Craue. consi. 124.

Officiario iniustè præcipienti resistere licet, tamen in dubio illi est obtemperandum. Marc. q. 748. vide Iaff. Lanf. Balb. decis. 143. Mysing. obser. 18. cent. 5. Pet. Roy. decis. 3. in decisio. diuerso. Tom. 2. nume. 200. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *Des Iustices*. Rub. 1. §. 7. gloss. 3. Anton. Corset. in suis singularibus litera O. sing. Officialis.

Nuncio vltra modum grauanti, vel terminos Iustitiæ excedenti, resistere de facto licet. Ias. de actio. §. oēs, versi. quadrupli, nu. 4. & 7. Cassa. ibi. nu. 5. Rebuff. in constitut. Reg. tracta. de litter. oblig. art. 1. glo. 12. nume. 3. vide Bart. in l. 5. C. de iure Fisci, & in l. 5. C. de execu. lib. 12.

Iudex si procedat, nulla adhibita causæ cognitione, nō seruata forma iudicij, illi potest de facto resisti: & hoc casu posidens potest, auctoritate propria, deiicere missum in possessione rei suæ, nullo facto processu contra ipsum. vide Nat. cōs. 412. l. 6. C. quod cum eo. & l. 1. C. vnde vi.

Administrator in Prouincia, officio finito, quinquaginta diebus debet commorari, redditurus omnibus rationem, & si ante aufugerit, ab omnibus capi potest. §. necessitatē, Auth. vt Iudices sine quoquo suffrag.

Nunciis Principis non creditur sine litteris, & illis volentibus bona capere, quilibet, cuius interest, de facto resistere potest. l. prohibitū 5. C. de iure Fisci.

Aggressus in dubio vitæ discrimine constitutus potest suum occidere aggressorem, si ergo erat certus, quòd non erat in dubio discrimine vitæ, non potuisset, quia excederet modū. l. 2. C. ad leg. Cornel. de sica. Sed quando sit licitum occidere, vide l. furem. 9. ff. ad leg. Iul. de sica.

Licet occidere latronem telo resistentem. l. 4. C. eod. vide l. si pignore 56. §. furem. ff. de furt.

Nullus tenetur lege Cornelia de sica, nisi qui dolo occiderit, & qui ex iusta causa occidit, lege permittente, non tenetur, sed quæ sint iustæ causæ, vide l. 1. §. diuus. ff. ad leg. Cornel. de sica.

Vim committens occupando vi, & violentia rē ab alio possessam, amittit omne ius, qđ habebat in ipsa re. Papon. lib. 23. tit. 5. arrest. 5.

Nō licet Domino propria auctoritate demolire molendinum de nouo factum in suo territorio. idem Papon. d. lib. 23. tit. 5. arrest. 3.

Creditori an propria auctoritate debitorem fugientem capere liceat, vel eius bona, vide Ias. de actio. in § superest, nu. 72. Bart. in l. 10. C. de fer. & in l. generali 54. C. de Decurio. lib. 10. in §. necessitatem, Auth. vt Iudices sine quoquo suffrag. & in q. 6.

Si debitor, qui dedit licentiam creditori ingrediendi possessionem sua auctoritate, resistat creditori volenti ingredi, an creditor dicāt vim inferre, & quid, si creditor sine licentia ingressus fuerit ꝓpria auctoritate, vide Bart. in l. 13. ff. de eo, quod metus causa.

Creditor non potest retinere rē debitoris prætextu debiti, si non erat ei obligata, nisi peruenerit ad eum de voluntate debitoris, eo animo, vt aliquod ius cōstitueretur in re. idē in l. 5. C. in quib. caus. pignus, vel hypo. cōtrah. vide eundem in l. si non sortem 26. §. si certū. ff. de condict. indeb. & ibid. glo.

Occupans rem propria auctoritate, quando illa non priuetur, vide Bart. in l. extat 13. ff. de eo, quod met. cau.

Pactum de ingrediendo possessionem rei, propria auctoritate, non exercetur contra singularem successorem sine aliquali causæ cogni-

cognitione. Bar. in l. is cui 5. §. qui in possessio nem. ff. vt in possess. legato, vide tamē eundem Bar. consi. 96. vol. 1.

Cùm creditor rem sibi pignoratam aufert, non videtur contrectare, sed pignori suo incumbere. l. cùm creditor 57. ff. de furtis.

Creditor debet coram Iudice petere quod sibi debetur; non autem propria auctoritate in rem debitoris intrare, alioqui ius crediti perdit, & etiam punitur. l. penul. & fin. ff. ad leg. Iul. de vi publ.

Spoliato licet spoliatorem capere, & ligare, vt ille nō possit nocere, vel vt presentet Iudici; non tamen debet teneri à priuato vltra 20. horas. Natt. consi. 412 num. 15.

Non valet pactum, quòd liceat creditori capere debitorem suū propria auctoritate. Henric. Boer. in suis singularibus, titu. auctoritas, &c. nume. 15.

Vindicandi, ac vlciscendi se à lege, vel statuto potestatem habens certo casu, eā alteri mādare non potest, quod in extraneis locū habet: secùs in filiis, qui mandato patris sororē in adulterio deprehensam, & adulterum occidere possunt. Hippol. singul. 448. vide tamē gl. in l. cū fundū 18. §. pen. ff. de vi, & vi armat.

Maritus ei, quem habet de vxore suspectum, potest denunciare, ne cum ea loquatur, sed si ille spreuerit denūciationem, & postea inueniatur cum ipsa vxore in loco suspecto, an possit occidi, vide authent. si quis, C. ad leg. Iul. de adulterijs.

Quando, & quomodo liceat patri, & marito occidere filiam, vel vxorem, & adulterum, vide l. patri 20. & seqq. ff. eod. ad leg. Iul. de adul. & Clar. in sua Prac. crim. §. homicidium.

Ius sibi dicere quis potest, quando sibi de Superioris auctoritate cōsultum esse non potest. Bar. in l. 13. C. de Iudæis.

In criminalibus, quando liceat quocunque modo se redimere, etiam per calumniam, vide Bart. in l. 1. C. de iureiur. ꝓpter calum. dando.

Qui locat rem alienam, domino ignorante, nō præiudicat ipsi domino, qui propterea conductorem expellere potest propria auctoritate. Bar. in l. si seruus 6. C. quod cum eo.

Inuecta, & illata in prædium conductum sunt tacitè hypothecata pro pensione; ideò inquilino illā non soluente, & recedente, pn̄t retineri propria auctoritate. l. vtique 34. ff. de damno infect.

Quādo quis possit propria auctoritate destruere illud, quod requiescit, vel protēdit in suo, & quando recurrendum sit ad Iudicem, vide Bar. in l. 1. C. de interdict. & gloss. in §. si ad ianuam. l. fin. ff. quod vi, aut clàm.

Immissum in re cōmuni (etiam à socio) possum propria auctoritate tollere, & destruere, sicut immissū in re propria. Bart. in l. sed si inter 26. ff. de seruitu. vrban. prędio.

Licitum est capere furem, & illū ducere ad Iudicem. l. 56. §. furem. ff. de furtis.

Furta domestica de vilibus rebus nō sunt vindicanda per Iudicem, sed paterfa. intra domum suam vindicabit. l. respiciendum 11. §. furta. ff. de pœn.

Resistens executioni nullæ, an ad pœnam ordinariam decreti puniatur, vel mitius, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 95.

Qui legitimam personam standi in iudicio habeant, & contrà.

Quando filius habeat legitimam personam stādi in iudicio sine patris auctoritate, & quando talis auctoritas requiratur, vide Papo. lib. 7. tit. 1. Lud. Roma. sing. 322. Anton. Vtig. sing. 64. & Bar. in l. 8. §. necessitate. C. de bonis, quæ liberis. Quid in vxore, qn̄ illa possit esse in iudicio sine auctoritate mariti, & an maritus cogatur prestare consensum, vide ibidem Papon. arrest. 10. & seq.

An, & quando sit necessarius consensus patris ad hoc, vt filius possit esse in iudicio, vide supra tit. de iudi. Ios. Ludo. decis. Perus. 13. & 16. Guid. Pap. q. 54. & Hartm. cap. 7. ti. de act. li. 2.

Filius in quibus habeat legitimam personam standi in iudicio cōtra patrem, & an debeat petere veniam, vide Capic. decisio. 56. & etiam supra tit. de iudi.

Processus, qui fit in iudicio contra patrem per filium sine venia est nullus, qđ est verum, si pater comparendo in iudicio, hoc opponat. Guid. Pap. q. 221. num. 4.

Agi potest contra filiumfa. patre extra Prouinciam existente. Capel. Thol. q. 42.

Consensus patris requirit̄ in iudicio, & ī actionibus realibus, in quibus patri quæritur vsusfructus: secùs in personalib. & criminalib. Ios. Ludo. decis. Perus. 13. nu. 6. & 7. & Bar. in l. 9. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Filiusfa. an in causa possessoria possit esse in iudicio sine consensu patris, vide Marc. q. 69.

In peculio castrēsi, vel quasi filiusfa. potest esse in iudicio sine patris consensu. Frāc. Marc. d. q. 69. Sed quid in aliis causis, si præstetur iuramentum, vide Hipp. sing. 4. & Henric. Boer. in suis singularibus, tit. iuramentum 2.

Auctoritas patris, quæ requiritur in filiofa. litigante, non tollitur per cōstitutionē, Vt procedatur summariè. Boer. ibi. tit. auctoritas licentia. nume. 1.

In

In filiosa. minore litigante vltra voluntatē patris sui, etiam requiritur auctoritas curatoris ad litem. Boer. ibid. nu. 2.

Pater videtur filiosa. in iudicio litiganti consentire tacitè, & licentiam dare, si sciat, & nō cōtradicat, vide tamen eundem Boer. ibi. nu. 3.

Pater potest filio suo absenti dare auctoritatē litigandi per epistolam, vel nuncium. Boer. ibid. num. 8.

An pater possit ratificare iudicium filij, vide Guid. sing. 897.

In rebus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, quia non vult, ille cogitur consentire filio in iudicio. Pet. de Rauen. sing 50.

In dote aduentitia filia potest agere sine consensu patris: idem in filio in donatione propter nuptias. Pet. de Rauen. sing. 157.

In causa, etiam criminali, maior 20. ann. sine curatore in hac Patria Pedem. habet legitimā personam stādi in iudicio, vt habetur in decreto criminali, tit. *del reo* cap. 10.

Filiosa. minori in iudicio existenti in his, in quibus patri aliquid adquiritur, sufficit patris auctoritas, in re autem, quę ad patrē non pertinet, illi datur curator. Bar. in l. plurib. 141. §. pupillus. ff. de verbo. oblig.

Ex forma nouorum ordinum in hac patria Pedemon. vxor, & filiifa. possunt esse in iudicio sine consensu mariti, & parentum, vide in tit. *della legitimatione delle persone.*

Puella minor in causa matrimoniali, an in iudicio stare possit, vide Fran. Marc. q. 695. par. 2.

Iura inducta fauore minorum, iudicium habitum cum minore reddūt nullum. Aegid. Bellam. conclusio. 143. num. 8. Capel. Thol. q. 113. Fallit in causis spiritualibus. ibid. d. q. 113.

Pupillus litigans in iudicio sine tutore, facit iudicium ipso iure nullum, & quando tutorem non habet, eius consanguinei citari debent. Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 16. iud. nu. 43. Tamen sententia lata in fauorem pupilli valet sine tutore, quando pupillus est maior infantia; aliàs secùs. Maran. ibid. nu. 44.

Minor quando possit stare in iudicio, vide ibid. nume. 47.

Minor 25. ann. quibus casibus tanquam maior, admittatur in iudicio, vide Bart. in l. si maritus 15. §. lex Iulia. ff. ad leg. Iul. de adul. nu. 5.

Minor licèt non possit esse in iudicio, non propterea prohibetur petere restitutionem in integrum. Bar. consi. 101. nu. 3.

Minor non habet legitimam personam standi in iudicio: ideò illi dari debet curator generalis, vel ad litem. l. in vniuersis 11. C. qui dare, tutores, Quem recipit etiam inuitus. §. item inuiti, Institut. de curato.

Ratione dubitationis tenet respōsio facta à minus legitima persona, puta à minore, sine auctoritate tutoris. l. de ętate 12. ff. de iter. actio.

In causis spiritualib. filiisa. & minores 25. ann. maiores tamen 14. possunt esse in iudicio. Hartma. cap. 9. tit. de actore lib. 2.

Monachus medicans non habet legitimā personam standi in iudicio cōtra eius Superiorem. Vera. decis. 224. part. 2.

Legitimatio personæ necessaria est, etiam in iudicio summario. Craue. consi. 104.

Vxor non habet legitimam defensionem mariti. l. quia 4. C. de Procurato.

Vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur, & de limitationibus.

Regula est neminem inuitum compelli ad agēdum, vel accusandum. Aegid. Bellam. conclusio. 728. Boe. decis. 255. Bart. in l. 20. C. de pignorib. & in hac Patria Pedemon. habemus decretum, vt in antiquis constitutio. Sabaudiæ, de quo vide per D. Sol. in suis commenta. ibid. fol. 170.

Limita reg. primò, quando quis cępit agere; nā actori nōn licet desistere post ius reo quæsitum litis contestatione. Bar. in authen. qui semel. C. quomodo, & quando Iudex. nu. 6. Affl. deci. 173. vide Rebuff. in constitut. Reg. To. 2. tract. de lite. dilat. art. 1. glo. 2. 4. 6. & art. 2. & 3. Vbi plenè explicatur, quando possint obtineri litteræ supersessionis in causa.

Secundò, limita in remedio legis diffamari. C. de ingenuis, de cuius intellectu vide per Afflic. decis. 264. Boer. decis. 255. Benint. deci. 66. Mysing. obser. 78. cent. 3. Andr. Gail. obser. 9. lib. 1. Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 21. & Menoch. consi. 366. lib. 4.

Circa quod remediū ius quæsitū illi, q se iactat, ad agendū infra tēpus à iure statutū, non potest tolli, nisi bina prędedēte monitione. Affl. d. decis. 264. in fine, vide Iosl. Ludo. decis. Luc. 32. Sed facta dicta bina monitione, imponit perpetuū silentium. Afflic. d. decis. 264. nu. fin.

Agens vigore d. legis diffamari, est actor: ideò debet cōuenire illū, qui se iactat in foro suo. Afflic. decis. 269. Contrarium tñ fuit decisum, vt testatur Ozas. decis. 151. sed cum Afflic. tenet Ioseph. Ludo. decis. Luc. 32. vide Benintē. decis. 66. & Andr. Gail. obser. 9. nume. 3. lib. 1.

Iudex debet bis monere per publicā personā, vt quis actionem suam proponat, sub ipsius priuationis pęna, post lapsum temporis sibi comminati, & penes acta redacti. Capic. decis. 105. vide Boer. decis. 255. Ioseph. Lud. decis. Luc. 32. & Pet. Beninten. decis. 66.

Diffamatus tanquam reus potest à diffamatore editionem instrumenti petere. Andr. Gail. obseru.lib. 1. num.fin.

Circa hanc materiā dant̄ duę regulę, quia aliqñ reo imponit̄ necessitas agendi, vel deducendi ius suum, antequā actor contra eum agat, vt in exceptionibus non numeratæ pecuniæ: quia tunc arctatur ad suas exceptiones proponendas intra certum tempus, quo elapso, non amplius auditur. Boer.deci.255.& Crau. consi.216.nu.20. Et aliqñ pôt, si vult, sed non cogitur, per reg.ꝗ nemo inuitus, quæ pluribus. casibus limitatur per Boer.d.decis.255.

Ad hoc, vt quis habeat remedium d.legis, diffamari, quid facere debeat, & qualiter formare libellum, vide Boer.ibid.nu.6.& 9.

Silentio alicui per sententiam diffinitiuam imposito, non potest postea ille, vel eius hęres molestari. Boer.d.decis.255.nu.12.

In dicto remedio est necesse probare iactationes saltem extraiudiciales ꝓcessisse. Ios.Lud. d.decis.32. Luc.de practica d. legis vide ibid.

In causis diffamationum duplex est iudicium: primum, in quo de veritate iactationis, aut traductionis, vel de impositione perpetui silētij, tractat: secundū est actionis, siue causæ principalis, in quo diffamator intra terminū præfixū de iure suo ciuiliter agere, vel criminaliter accusare debet: in primo iudicio diffamatus pro actore habetur, in altero diffamator. Andr.Gail.obseru.11.lib.1.

De ꝓcessu, & sñia d.l.diffama.vide ibi.obser.12.

Tertiò, limitatur regula in creditore, qui cogitur totum creditum petere, si debitor opposuerit, vt petat totam prætensam summam, & Iudex debet interloqui silentium esse imponendum, nisi in termino assignato creditor totam summam petat. Ios.Ludo.deci.46. Luc. vide Franc.Marc.q.911.part. 2. Iaff.Lanf. Balb.decis.473. Math.Mathes.sing. 115. Bart. in l.si seruus 14.§.bonæ.ff.de cond.furt.in l.17. §.duab.ff.cōmodati.& in l.10.ff.de act. empt.

Quartò, indirectè, & per Iudicis officium, quis compellitur agere. Aegid.Bellam.concl.728 Bar.in l.3.C.qui bon. cedere poss.in l.21.ff.si cer.pet.& in l.77.§.societatē.nu.10. ff. ꝓ soc.

Quintò, tertius pôt cogere nolentē litigare in eo iudicio, vt litiget, & pôt inuitū volentē à lite recedere, defendere. Pet.Benin.deci.75.

Sextò limitatur regula, quando ad instantiam volentis emere aliquam rem fit proclama. de mandato Officiali, vt qui ius prætendunt ad rem cōparere debeāt intra certū tēpus, quod aliàs non audientur postea: nā lapso illo tpe, nihil ꝓfit ꝓponere. Crau.cōs.216. n.21.

Septimò, qui timet contractum rescindi, potest petere, vt approbetur. Bar.in l. 14. §. si quis ff. de actio. empt.

Octauò, ille, qui habet actionem ad commodū alienum agere cogitur. l.Iulianus 14. §.si venditor habitanti.ff. de act.empt. Et de aliis limitationibus vide in l.2.§.idem Nerua. ff. ne quid in loco publico, & per Vincen.de Fran. decis.41. Mysing.obser.78.cent.3.

Qualiter dicenti aliquem suū debitorē statuat tempus à Iudice, infra qđ ille probet debitū, vel infamiam, quam allegat, vide DD. de Rot. decis. 2. tit. de dilatio.in antiq. Et tunc non potest dici in libello, vt in futurum illi inhibeatur, quòd non agat, vel non probet: quia actio negatiua non competit in talibus personalibus actionibus; sed in realib. DD. de Rot. ibidem.

Filia aduersus matrem in integrum restituta, filios, viua ipsa matre, aduersus restitutionē dicere non cogēdos, desumitur ex libris placit.Curiæ part.1.libr.11.de exceptio.titu.6.q. 2.in decisio. diuerso.

Ad instantiam fideiussoris, qui soluit, nō potest cogi creditor priuilegiatus ad agendum cōtra debitorem; sed solùm ad cedendā actionem. Vincen.de Fran.decis. 353.par.2.

Quando ille, qui obtinuit sententiam possit cōpelli ad illam exequendam, vide Papon. lib. 18.tit.1.arrest.36.

Offensus non potest compelli à Iudice ad accusādū: fallit in crimine homicidij. Bar.sing.50.

Rebelliom Ciuitatis an quis indicare teneatur, & quid de receptatore, vel fure, vide Ludo. Roma.sing. 794.

Iudex potest statuere terminum actori ad agēdū, quo elapso, amplius ille nō audit̄, eadem ratione potest denegari alicui audientia super aliquo instrumento non producto intra tempus à iure statutum. Bar.in l.2.nu. 3. C.de eden.& in l.3.ibid.facit l.4. C. de vsur. pupill. vide eundem Bar.ibid.& in l.7.ff. de pet. hæred.num.8.c.5.ex.qui filij sint legitimi.

Pars cogitur iterum instrumentum facere, si nō constat de protocolo. Bart.in l.2.C. de discussoribus lib.10.

Exceptionē si habeo contra te, an, & qñ possim petere, vt me liberes pacto, vel acceptilatione: & actionem ad rem, qui habet, quando possit agere, vt sibi caueatur, vide Bar. in l.liberationem 3.§. nunc. ff. de liber. legat. & in l.15.§.eleganter.ff.de dam.infect.

Obligatus ad rationem reddendā, aduersa partē nolente agere, pôt petere, vt testes recipiant̄ ad ęternam rei memoriā, per quos fiat probatio sui iuris. l.4.C.de vsur.pupilla.

Non cogit̄ quis omittere actionē ciuilē, & ꝓponere criminalē descendētē ex eodē facto. l. in eum 15.ff.de accusat.& inscriptio.

De

De instantia.

IN causis, vbi proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, an currat instantia iuris communis, vide Ozas. decis. 1. nu. 3. & 32. Pro affirmatiua scribunt Crauet. consi. 270. & D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ tit. de iudi. fol. 148.

Instantia an possit de consensu partium prorogari, vide Boer. decis. 283. nume. 30. Iaff. Lanf. Balb. decis. 426. Andr. Gail. obser. 140. libr. 1. Quòd possit abbreuiari, scribit Mysin. obser. 47. centu. 3.

Instantię prorogatio consensu partium fieri nō potest, quod procedit in instantia iuris communis; secùs in instantia breuiori inducta per statutū, vel rescriptum: illa enim potest prorogari vsque ad triennium. Mysing. obser. 48. cent. 3. & Rol. consi. 21. vol. 3.

Licèt instantia nō possit prorogari, tamen illa perempta restaurari potest, si partes communi consensu repetant omnia acta vno cōsensu. Mysing. obser. 49. cent. 3.

Instantia in causis criminalib. perit biēnio, nec potest per partes prorogari, nisi ipsa prorogatio impetretur à Principe. Vinc. de Franc. decis. 250. part. 2. vide infra tit. prox.

Instantia causæ principalis per compromissum suspendi non potest; sed quo remedio poterit prorogari, vide Math. Mathes. singu. 24. in additio.

Renunciatio facta instantię, vt valeat intelligitur, quòd sit renunciatum causæ; sed de ipsa renunciatione instantiæ vide plenè per Bar. in l. postquam 4. C. de pact. vbi de effectu huius renunciationis.

An valeat pactum inter litigantes, ꝙ non possit opponi de peremptione instantiæ: & an pactum, quòd instantia possit prorogari, firmetur iuramento, vide Barto. in l. Seius 27. ff. ad leg. Falcid. Pro negatiua scribit idem Bar. in l. 57. ff. de fideiusso. nu. 6.

Peremptio instantiæ non dependet à facultate partium, & Iudicis: ideò, illis etiā inuitis, ea currit. Abb. consi. 16. part. 2. nu. 8.

In fine instantiæ potest ferri sentētia, quę alias non valeret, & esset nulla. Rot. Genu. decis. 155. & 167. Afflic. decisio. 285. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 43. nu. 20. & 21. Ideò Iudex quādo videt instantiam perire, potest ex suo officio ad sententiam peruenire. Bar. in d. l. 27. ff. ad leg. Falcid. nu. 6.

Instantia perempta processum annullat. Afflic. decis. 70. in fine, Rot. Genu. decis. 167. Tamē acta, quæ faciunt ad litis decisionē, non censentur perēpta. Capel. Thol. q. 180. vide Bar. in l. cum lite 2. ff. iudic. solui, gl. in tit. de pac. constan. in vsib. feud. sed vide eandem Rot. Genu. decis. 13. nu. 6.

Acta probatoria non pereunt, instantia perempta, nec confessiones. Afflic. decis. 148. nu. 3. Put. decis. 196. lib. 2. Andr. Gail. obser. 103. lib. 1. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glo. 3. super decreto, causarū tit. de iudi. vide Bart. in l. 1. ff. quæ in fraud. credito.

Ficta probatio puta, quia positiones essent habitæ pro confessis, perit, instantia perempta, nec proderit in alia instantia. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 282.

Instantia inter priuilegiatos non perit. Afflict. decisio. 212.

Instantia trāsit in singularem successorem. Mohed. decis. 41. In iudicio reali. Put. decis. 181. lib. 2. facit l. in iudicio 48. ff. famil. ercisc.

An instantia currat in Cōsistorio Principis, vide Afflic. decis. 283. Pro negatiua scribunt Papo. lib. 12. tit. 3. arrest. 18. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ, tit. de iudi. fol. 148. nu. 8.

Iudex, seu Princeps habens liberum arbitrium, non ligatur lege instantiæ. vide Gram. vot. 31. nume. 12.

Instantia non perit triennio in Camera Imperiali. Mysing. obser. 48. cent. 2.

Instantia omnium actorum eiusdem causæ in genere vna est. Afflic. decis. 346. nu. 4.

Instantia perempta, durat effectus malæ fidei, causatus per litis contestationem. Anton. Capic. decis. 11. num. 4. Fallit, si fuisset lis contestata coràm Iudice incompetenti. Capic. ibid. nume. 5.

Instantia noua facta ex causa noua, vel alia, nō se extendit ad effectus causales per litis contestationem. Capic. d. decis. 11. nu. 7.

Instantia triēnalis, vel statutaria, an pereat per cursum temporis, vide ibid. nu. 9. & 16.

Instantia vtrum pereat propter incidentē quęstionem præiudicialem, vel ex magnitudine causæ, vel per emergentem causam falsitatis testium in causa capitali, vel per compromissum factum coram Arbitro, vide Capic. d. decis. 11. nu. 10.

Instantia currit irreparabiliter impedito, siue per Iudicem, seu per alterā partem, vel per factum tertij, licèt aliquando ex iusta causa, detur restitutio. Capic. d. decis. 11. nu. 15. vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 36. & Abb. consi. 5. part. 2. Sed qualiter debeat probari impedimētum, vide ibid. Ioseph. Ideò licèt tempus instantiæ periisset culpa Iudicis, tamen dicitur cucurrisse parti agenti, adeò quòd sententia postea lata dicatur nulla ipso iure: Crauet.

Craue. consi.270.num.6.circa medium, vide Gram.vot.31.nu.12. Papon.libr.12.titu.3. arrest. 19. & 20. Crauet. consi. 166. & Ias. de actio.in §.rursus,nu.70.

Iudex post lapsum terminum instantiæ, non potest condemnare, nec absoluere, nisi ab obseruatione iudicij.Ludo. Roma.sing.795.

Instantia triennalis iuris cõmunis, differt ab instãtia statutaria minori.Capic.deci.11.nu.16.

Instantia causę principalis, & appellationis differunt.Capic.ibid.nu.17.

Instantia perempta post triennium, Princeps adiri consueuit, vt eidem liti insufflet.Gram. decis.69.& decis.91.Boer.decis.247.num.10. Cabal.milleloq.974. vide D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ, tit. de iudi.gloss.3.super decreto,causarum,nu.5.

Instantia perempta ex lapsu trienij & resuscitata per insufflationem spiritus vitæ à Principe, & secundò perempta, potest adhuc resuscitari per eandem insufflationẽ.Capic.deci. 165.Sed an tertio loco insufflari possit, vide Gram.decis.69.nu.4.

Citatio partis non requiritur, quando Princeps insufflat spiritum instantię peremptæ.Capic. d.decis.165.nu.fin.

Instantia perempta, si denuo actor per viã principalis petitionis ad idem agat, & conuentus, obtẽta insufflatione, opponat exceptionem litis pendentiæ ad impediẽdum litis secũdæ ingressũ, nõ est audiẽdus.Tho.Minad.deci.5.

Criminalis causa vtrum possit post lapsum instãtiæ bienni resuscitari per nouam accusationem, vide Capic.decis.206.

Accusatus, aut inquisitus in criminalibus, instãtia perempta, an debeat absolui ab obseruatione iudicij, vide ibid.num.2. & Mysing.obser.50 cent.3.

Instantia causæ non datur in causis Fiscalibus; secus in causis criminalibus, quæ debẽt finiri biennio, sed de differentia vide per Pet. Beninten.decis.76.Verùm licèt instantia causæ in Fiscalibus iuribus non currat, tamẽ spacio 30.ann.cã habetur pro derelicta, & sic finita.Benintén.ibid.nu.7.

Instantia perit triennio in causis ciuilibus, & biennio in criminalibus, tàm coram Iudice delegato, quàm Ordinario, & etiam coram Arbitro.Mysing.obser.44.cent.3.Et hoc à die litis contestatæ.Bart.in tract.de differen. int. ius Cano.& Ciuil.nu.5.

Lite non finita intra tẽpus instantiæ, ipsa perempta, in ciuilibus ex integro actor auditur. Capic.decis.206.vide Mysing.obser.50.cẽt.3.

Instantia si cauillationibus alterius partis sit perempta, nedum non perit, sed possunt peti expensæ.Gram.decis.69.nu.3.

Tempus ad litem finiendam de iure Canonico, quo ad litigantem, nõ est præfixum.Cassad.decis.5.titu.vt lite pendente.num.4.facit c.venerabilis 20.ex. de iudi. Et per cõsequẽs iure Canonico causę non habent instantiam limitatam. Franc.Marc.q.418. vide Maran.in suo Spec.part.4.distinct.16. nu.41. Et eo iure instantia nunquam perit. Roma. singul. 280. Barto.in tractat.de differen. Int. ius Cano.& Ciuil. num.25.

Quando intelligatur renunciatum causæ, liti, & instãtiæ, vide Cassad.deci.2.tit.de appella.

Terminus instantiæ debet intelligi, si intra dictum terminum causa poterit expediri. Cassad.decis.9.tit.de appellatio.nu.10.

An in causa delegata ciuili, vel criminali, currat tempus instantiæ, & de modo pronũciandi, quando appropinquat finis instantię. vide Fran.Marc.q.418.

Instantia causæ, an in legatarium transeat, vide DD.de Rota, decis.1.de testamen.in antiq.

Lapsa instantia causæ, non potest opponi pendentia illius litis.Rot.Genu.decis.13.nu.6.

Iudex poterit cognoscere de instãtia causę coram altero cęptæ, vt de emergẽti coram eo allegato.ibid.nu.10.

Actore mortuo in prima instantia, lis dicitur finita, si reus illã prosequi volet; secùs erit, ipso actore mortuo in secunda instantia.Put.deci. 159.lib.2.vide Mysing.obser.45.cent.3.

Petenti ius dici intra debita tempora, non potest imputari de lapsu instantiæ; tamen secundum Bald. debet peti pluries. Iass.Lanfr. Balb.decis.128.

Perempta instantia causæ, adhuc poterit Iudex sententiam ferre super iudiciali rei confessione, quasi super notorio, in quo omittitur iuris ordo.idem Lanf.decis.331.

Instantia perempta, actio per litis contestationem perpetuata durat quadraginta ann. idẽ decis.332.vide Bar.in l.fi.C.si tutor, vel curat.

In causis, in quibus lis nõ contestatur, vt in causa executionis, etiam instrumentorum, & in causis meri possessorij, quæ summariè tractãtur, non currit instantia.Iass.Lanf.Balb. decis. 392.vide Afflict.decis.346.

Instantia in qualibet causa etiam summaria, & executiua datur, imò quilibet articulus habet instantiam.Mago.decis.89. Rot.Floren.

Instãtiæ breuiatio facta per statutũ, vel rescriptũ, est licita, & valet.Mysing.obser.45.cẽt.3.

Vbicunque alteruter litigantium per subterfugia causam protrahit, nõ currit instantia alteri parti, quæ culpa caret. Andr.Gail.obser. 91.num.9.lib.1.& Barto. in l.si cùm ipse 42.ff. de excusatio.tuto.

Similiter quando stat per Iudicem, quominus in-

in causa appellationis procedatur, tempora non currunt ipso iure. Andr. Gail. obser. 91. num. 10. lib. 1.

Instantia non currit, dum disputatur super incompetentia Iudicis. Papon. libr. 12. titu. 3. arrest. 17.

Instantia in dubio dicitur perire culpa partis agentis; & non Iudicis. Craue. consi. 270.

Sententia lata post peremptam instantiam nõ potest confirmari, neque reformari ex iisdẽ actis. Craue. consi. 270. nu. 7.

In hac patria Pedemon. per constitutiones antiq. Sabaudiæ, tempus instantiæ reducitur ad annum, & mensem, & ad plus ad annum cum dimidio in causis arduis, tamen quando tale tempus non currat, vide ibid. Decretum, ad causarum tit. de iudi. & D. Sol. in dd. constitu. antiq. Sabaudiæ fol. 147. & 148.

Instantia statutaria loco legalis subrogatur. idẽ D. Sol. ibid. nu. 7.

Iudex liberum habens arbitrium procedendi, condemnandi, & absoluendi, tempus instantiæ prorogare potest, maximè si altera partium obtineat rescriptum, quo committatur Iudicis arbitrio potestas prorogationis. idẽ D. Sol. ibid. nu. 11. vide Gram. vot. 31. & Menoch. de Arbitra. Iudi. q. 21. & 22.

Instantia perit actori, & non reo: & moram contra Iudicem alleganti, onus probandi incumbit. idem D. Sol. super d. decreto, ad causarũ glo. 2. tit. de iudic.

Omnia post peremptam instãtiam gesta nullius sunt momenti: ideò Iudex tunc illam peremptam declarare tenetur, & in expensis eum condemnare, cuius culpa periit. idem D. Sol. ibid. glo. 3. Gram. decis. 91. nu. 4. Crauet. consi. 270. num. 7. Maran. in suo Spec. part. 4. distinctio. 16. nu. 49. & Bart. in l. properandum. §. illo. C. de iudic.

Instantiam peremptam potest Princeps suo rescripto instaurare. D. Sol. d. glo. 3. nu. 5. Etiam nulla facta refectione expensarum, si ad supplicationẽ eius fiat, cuius causa nõ est perempta. D. Sol. ibid. nu. 6. vide Gram. decis. 91.

Baro recognoscens Superiorem potestatẽ non habet instaurandi instantiam peremptam. D. Sol. ibid. nu. 7. Multa de materia instantiæ vide per Maran. in suo Spec. part. 5. tit. & omnia fiat durante instantia. fol. 250.

In Regno Franciæ lex, properandum, nõ seruatur, vt instantia triennio pereat. Rebuff. in cõstitutio. Reg. in proœmio. glo. 5. nu. 51.

Instantia causæ emergentis, non finitur triẽnio; sed est perpetua. Ludo. Roma. sing. 280.

Iudex si multitudine causarum impeditus, causam expedire non poterit, an currant parti tempora, vel terminus, vide Anto. Colet. in suis sing. litera I. sing. Iudex.

Tempus instantiæ ex causa legitima prorogatur. Bart. in l. 6. C. de tempo. in integ. restitut. vide eundem in l. properandum. C. de iudic.

Lite contestata, si perempta est prima instãtia, & inicietur de nouo iudicium, possessor habetur pro malæ fidei possessore, etiã in nouo iudicio. Bart. in l. 2. C. de fructu. & lit. expen.

Instãtia cępta cum filio, transit in patrem. Bart. in l. 25. §. si bona. ff. solut. matrimo.

Instantia cæpta cum hærede, facta restitutione, durat cõtra ipsum, & eius hæredem. l. Lucius Titius 78. §. rogatus. ff. ad Senatusc. Trebellia.

Resarcio dãni, & punitio criminis, possunt procedere ex eadem instantia. l. 3. C. si aduersus libertatem.

Si propter absentiam minoris, instantia sit perempta, ille restituitur: idem in maiore ex causa. l. & si 8. §. fin. ff. de mino. 25. ann.

Finita causa litis, finitur instantia. l. post finitam 11. ff. de suspec. tutor.

Intra quod tempus causa criminalis sit terminanda, vide infra tit. prox.

Vt infra certum tempus criminalis causa terminetur.

SI criminalis causa non fuerit terminata intra tempus biẽni datum ad ipsam terminandam, quid iuris, vide Capic. decis. 206. Gram. vot. 31. & Rol. consi. 94. vol. 4. Et an tũc debeat ferri sententia interlocutoria, & absolutoria ab obseruatione iudicij, vel diffinitiua, vide eundem Rol. consi. 82. vol. 4.

Omnes causæ criminales biennio debent terminari; secùs in aliis causis Fiscalibus, in quibus tractatur de patrimonio Fisci, vel Cameræ Ducalis, quia in illis non currit instantia, nisi spacio 30. anno. Beninten. decis. 76.

Instantia in causis criminalibus perit biennio, nec potest p partes prorogari, nisi talis prorogatio impetretur à Principe. Vinc. de Franc. decis. 259. part. 2.

Instantia perempta in criminalibus, omne ius perit, nec iterum quis accusari potest. ibid. d. decisio. 250.

In hac patria Pedemon. ex dispositione decreti criminalis, processus in causa criminali debet compleri intra sexaginta dies, vt habetur in tit. *infra qual tempo, si debbano formar processi criminali*

De materia vide supra titu. prox. & in tit. C. vt intra certum tempus crimi. caus. termin.

De causæ cognitione.

CAusæ cognitio in multis versatur, sed quæ requirat, vide Menoch. de Arbitra. Iudi. lib. 1. q. 39.

Ea, quæ requirunt causæ cognitionem, debent fieri, partibus præsentibus. Castren. sing. fin.

Causæ cognitio est de substantia iudicij; ideò eius omissio reddit processum nullum. Héri. Boer. in suis sing. titu. causæ cognitio, nu. 4. Et multa alia de materia vide ibid.

De libellis, & precibus.

COnclusio, vt quis relaxet, & tradat fundum, nulla mentione facta dominij, vel quasi, procedit. Franc. Marc. quæst. 195. Quæ conclusio in libello attendi debet; & non narratio. Tho. Minad. decis. 5. num. 5. & Rot. Genu. decis. 7. nu. 12. Aliàs libellus solam narrationem continens nihil concludens, nullus est. DD. de Rot. decis. 5. aliás 229. titu. de except. in nouis.

Cóclusio regulat, ampliat, declarat, restringitq; libellum. Ias. de actio. in §. omnium. nu. 129.

Libellus quando vnum narrat, & aliud concludit, conclusio potius inspici debet. Ias. ibi. nu. 130. Dec. consi. 62. & Guid. Pap. sing. 460.

Causa, & conclusio, si in libello sint aptæ, licèt actio ineptè proponatur, iudicium procedit. Bar. in l. 1. nu. 19. ff. de edendo.

Rescripta loco libelli haberi possunt. Ozas. decis. 1. num. 4. Et coram Principe procedi potest sine libello, narrato facto simpliciter. Capel. Thol. q. 287. in additio.

Libellus in petitione hæreditatis, quo quis petit reum condemnari ad restitutionem rerũ hæreditariarum, videtur etiam continere in necessarium antecedens, quòd agens declaretur hæres. Ozas. decis. 74. num. 13. & 18. Sed de hoc libello vide per Ias. de actio. in §. omnium, nume. 140.

Libellus tenet, & procedit, hoc modo conceptus, peto hæreditatem, declarato nullo asserto testaméto, & si quid est, peto legitimã. Thom. Minad. decis. 31.

In iudiciis vniuersalibus, vt est petitio hæreditatis, actio famil. ercis. & huiusmodi, admittitur petitio vniuersalis, & etiam sententia: in generalibus verò licèt admittatur petitio generalis, tamen tenetur actor in processu, & ante sententiam specificare, & probare, & in probatis tantùm obtinebit. Iaff. Lanf. Balb. decis. 186. vide Andr. Gail. obser. 68. lib. 1. & Bar. in l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quãti. pfer.

Libellus procedit, licet quis dicat se hæredum patris insolidũ, & sit tantùm pro parte hęres. Bar. in l. cùm in libris 14. C. de hæred. institué.

Querela, & petitio hæreditatis possunt in codẽ libello proponi, & sic actio vna, quando est ad aliam præparatoria, ambę possunt simul in eodem libello proponi. Barto. in l. qui de inofficioso 20. ff. de inoffic. testamen.

Libellus in petitione hæreditatis non requirit, quòd exprimatur, an sit quis hæres, puta Titij ex testamento, vel ab intestato, an per se, vel per mediam personam alterius; cogitur tamen ad declarandum ex causa, sed qualiter in tali libello concludatur, vide Bart. in l. veluti 3. ff. de petit. hæred.

Libellus generalis in actione de dote admittitur, sicut in petitione hæreditatis. Barto. in Rub. ff. solut. matrimo.

De forma libelli in causa inofficiosi testaméti, & petitionis hæreditatis vide per Fabr. in §. 1. Institut. de inoffic. testamen.

Confessio facta in libello probat, & ex ea probatione ipsius confessionis absenti quæritur actio. Ozas. decis. 138. nu. 3. vide Bar. in l. 2. C. de institu. & substitutio. & l. 9. C. de liber. cau.

Confessio facta in libello nocet libellanti: fallit in tribus casibus, de quibus vide per Ias. de actio. in §. si minus, nu. 4. & seqq. Sed an cõfessio facta in libello possit reuocari ante litem cõtestatam, nullo probato errore, vide Ozas. decis. 138. nu. 13.

Libelli concipiendi forma, quando posthumus natus in forma hominis statim moritur, scribitur per Fran. Marc. q. 168. par. 2. nu. 13.

Possessorium, & petitorium non censentur deducta, narrato prius spolio in libello, & postea conclusione restituendæ terræ facta: tamen rectius dicitur, peto possessionem restitui, quàm dicere, peto rem restitui. Afflic. decisio. 77. num. 7.

Libellus vt saluetur, verba improprianiantur. Affli. d. decis. 77. nu. 8. Mysing. obser. 5. cent. 4. Bart. in l. 21. C. locati, & in l. 1. C. de vsufruc.

Libellus saluatur, si cótineat dominium, & probetur seruitus aliqua, vel commoditas, & sic ipsius verba improprianiantur. fallit, quãdo verba sunt repugnantia probationibus, quia tũc non improprianiantur ad sustinendum ipsum libellum. Capic. decis. 96. nu. 4. & 6.

Forma libelli quando agitur ad supplementum legitimæ, scribit per Ang. in §. tam antea, Institut. de inoffic. testa.

Actor in libello non tenetur mentionem facere de rei exceptione. Gram. decis. 66. nu. 29.

Instrumenti liquidi præsentatio in iudicio, habet vim libelli, qui potest omitti de cõsensu par-

partium.Afflic.decisio.191. num.5.& 7.Ias.de actio.§.omnes,versic.tripli,num.35. glos.in §. illud quoque,Authen.de exhiben.rei.Et processus tenet,libello omisso,si nō fuerit oppositum.Guliel.de Ludo,sing.102.

Datio libelli non est de processu.Barto.in Rub. C.de in ius vocando, sed an sit de substantia iudicij,vide eundem in l.1.C.eod.

Libellus debet in scriptis offerri, nisi in causis breuioribus,& per quem, & qualiter offeratur, vide Barto. in authen. offeratur.C. de lit.contestatio.

Libellus non requiritur, quando quis proponit aliquid ad sui defensionem, vel executionē. Bart.in l.5.C.de naufra.lib.10.

Libellus semper dandus aduersario,& per cōsequens videtur esse principium ordinis iudiciarij,vt sine eo nullum sit iudicium.cap.1. ex.de libel.obla.

Licèt iure communi sit necessaria libelli oblatio, tamen quando in iudicio producitur instrumentum,talis productio cum verbali petitione sufficit.Ias.in l.1.nu.9.& 11.ff.de eden. vide Ozas.decis.6.nu.3.

Confessio locum libelli, & litis contestationis, tenet.Afflic.decis.191.nu.6.

Libellus incertus admittitur,quando est probabile iuris dubium.Capic.decis.10. nu.21. Vel ex facto partis quis incertus reditur. Franc. Marc.q.557.num.6.Iaff Lanf.Balb. decis.294. Aut parte non opponente.Andr.Gail.obser. 62.nu.11.vide Hippol.sing.348.

Exceptio incertitudinis libelli, post litem contestatam opponi nō potest.Fran.Marc.q.718.

Libellus incertus super fructibus,damnis, & interesse, vsuris, aut expēsis accessoriè petitis, admittitur.Iaff.Lanf.Balb.decis.24.

Libellus generalis obscurus, & ineptus, parte non opponente,procedit, potest tamen Iudex ex officio cogere partem, vt declaret libellum obscurum.Pet.de Rauen.sing.4. Sed restringe hoc procedere in causis ciuilibus; secùs in criminalibus,in quibus libellus generalis,& obscurus (etiam parte non opponente) est ipso iure nullus.ibid.d.sing.4.

Libellus quinq; modis dicitur obscurus. Marc. de Mant.sing.283.

Libellus procedit, si exprimatur quantitas, & non causa,imò admitteretur licèt non exprimeretur quantitas, nec causa, si dicerem simpliciter aduersarium mihi obnoxium. Bar.in l.3.C.de anna. exceptio.

Declarationi libellantis statur,quando libellus est ambiguus;non tamen eius hæredis. Bart. l. naturaliter. §. nihil commune.ff.de acquir. possef.num.13.

Agens contra filium alicuius ex debito paterno,debet in libello facere mentionem,quòd sit hæres, & administrat bona hæreditaria, aliàs libellus erit ineptus, tamen si hoc allegetur, & probetur in actis, illa sustinentur. Capic.decis.70.

Causa non expressa in petitione, potest declarati per probationes testium, & processum. Rot.Genu.decis.91.nu.19.

Libellus alternatiuè formatus pcedit, cùm rei conuenti sit electio;sed tunc sententia equidem debet alternatiuè proferri.Gram.decis. 68.vide Andr.Gail.obser.62.lib.1.Craue.cōs. 74.Ias.de actio.in §.sed istę, num.70.& in §.si quis agens, vers.hinc autem, ibid.

Libellus corrigi non potest post litis contestationem, quod intellige in eadem instantia; secùs in diuersa:nā tunc potest peti id, quod in prima instãtia fuit deductum.Gram.decis. 68.nu.6.Et licèt in prima instantia post litem contestatam non possit mutari, poterit tamen declarari.Guid.Pap.sing.896.

Libellus generalis valet (etiam parte opponēte) cùm proceditur summariè. Rot. Genuen. decis.91.num.20.

Quod dicitur libellum continentem duo remedia contraria non procedere,debet intelligi in remediis contrariis,in quibus sententia lata in vno,pareret exceptionem rei iudicatæ in alio.Tho.Minad.decis.31.nu.1.& 6.

Si quis petat simpliciter quem condemnari ad id,quod sibi tenetur,procedit petitio.Capel. Thol.quæst.233.

Libellus debet dari, quando mutatæ sunt personæ.Guid.q.21.

Personalis, & hypothecaria possunt eodē libello intentari.idem Guid.q.108.

Libellus ineptus procedit, si pars rea de ineptitudine non opponat. Guid.Pap. q.221. nu.4. Iaff.Lanf.Balb.decis.294.Imò cùm summariè proceditur, petitio continens ineptā actionem,admittitur.Rot.Genu.decis.91.

Ineptus dicitur libellus, quando ex narratis nō elicitur actio,vel vbi ex narratione apparet, quòd iniustè,aut sine actione quis experitur, & tūc Iudex illum lacerare debet. Cra.consi, 75.nu.5.& 7.Math.Mathes.sing.9.

Colligitur etiam ineptitudo ex modo concludendi, quando aptè non concludit libellus secundum formam à lege traditam,vel ex ratione causæ, vbi non agitur ex causa valida ad condemnationem.Craue.consi.151.

Ineptus libellus vbi est,acta oīa corruunt, quæ ineptitudo opponi potest etiam post sententiam,quæ transiuit in iudicatum.Crau.ibid.& Hippol.sing.119. Quid,si in eo fuerit apposita clausula, Ius, & Iustitiam ministrari omni meliori modo,vide Craue.d.consi.151.

Libellus

Libellus tria cõtinere debet, nẽpe narrationẽ, causam, & conclusionem. Ias. de actio. in §. omnium, num. 115. vbi plenè de formatione libellorum,

Libellus causam ineptam continens, ipso iure est nullus. Ias. ibid. nu. 117. vide tñ ibi. nu. 129.

Licèt de iure Ciuili libellus sit ineptus propter ineptam actionem, tamẽ de æquitate Canonica ꝓcedit talis libellus. Guid. Pap. sing. 49.

Libellus cõtra plures insolidum obligatos debet concludere, ꝙ vno soluẽte, alter liberetur, aliàs libellus reiicitur. Guid. q. 570. Barto. in l. 1. C. de fideiusso. tuto. Tamẽ quòd admittatur, licèt ita non cõcludat, scribit Iaff. Lanf. Balb. decis. 119. vide Maran. in suo Spec. part. 4. tit. an sit iudi. ciui. aut crim. distinct. 1. nu. 23. & Bart. in l. 1. C. si plures vna sententia.

Forma libelli in remedio legis, diffamari. C. de ingenuis, quæ sit, vide Boer. decisio. 255. num. 9. & 10. Et quid, quando agitur respectu actionis personalis, vide DD. de Rota, decis. 2. de dilatio. in nouis.

Verba libelli in fauorem libellantis latam recipiunt interpretationem. Aegid. Bellam. conclusio. 733. Et interpretãtur secundum mentem ipsius. Capel. Thol. q. 32.

Si in libello narrauerim fundum ad me pertinuisse, & pertinere consueuisse, petendo illũ mihi adiudicari, valebit libellus; licèt in narratione non dixerim, pertinere, quia sufficit libellum procedere ex præsumpto. Aegi. Bellam. conclusio. 733.

De libelli forma, quãdo creditor intẽtat actionem personalem, vel vtilem propter hypothecariam, contra debitorem debitoris sui, vide per Bar. in l. hæredẽ 3. C. de hęred. actio.

In actione hypothecaria in libello concluditur hoc modo, peto reum possessorem condemnari ad tradẽdam, & relaxandam possessionem rei hypothecatæ tenendam iure pignoris, & hypothecæ, donec fuerit mihi creditori satisfactũ. Marc. q. 433. part. 2. nu. 2. vide Ias. de actio. in §. item seruiana circa finem.

Libellus, in quo quis dicit rem suam fuisse, licèt non dicat nunc suam esse, procedit: quia sufficit libellum ex præsumptionibus procedere. DD. de Rot. decis. 3. aliàs 325. titu. de libel. oblatio. in nouis.

Verbum, spectare, & pertinere, comprehendit, & deducit omne ius. Rot. Genu. deci. 13. n. 11.

Dolus in libello regulariter non debet exprimi de necessitate dicendo, quòd ita dolosè factũ fuit: sed sufficit narrare factum, ex quo dolus colligatur. Iaff. Lanf. Balb. decis. 61.

Libellus agentis coniunctorio nomine, debet concludere conuentum condemnari sibi cõiunctorio nomine ad dandum, & soluendum ipsi, pro quo agit, vel alteri, pro eo legitimè recipienti. idem, decis. 182.

Libellus calumniosus, aut euidẽter iniquus, potest (etiam officio Iudicis) reiici. Iaff. Lanf. Balb. decis. 207.

Libellus, in quo actor dicit rem, quam sibi restitui petit, ad se pertinuisse iure dominij, vel quasi, procedit de iure, maximè quando in cõclusione petit se declarari dominum. idẽ, decis. 296. & Bar. in l. 1. ff. de public.

Licèt Doctores velint in remedio l. 2. C. de rescind. vendi, petitionem fieri alternatiuè, vel ad supplendum pretium, aut ad rem restituẽdam, tamen admitti debet libellus, in quo solùm petitur restitutio rei, & super eo potest pronunciari alternatiuè. Mysing. obserua. 42. cent. 2. vide Craue. consi. 151. & eundem Mysing. obser. 11. cent. 4.

Licèt actionis nomen in libello exprimendum non sit, causa tamen petendi, siue medium concludendi omnino exprimi debet. Andr. Gail. obser. 61. lib. 1.

Plures actiones in vno, eodemq́; libello, si ex diuersis causis ad diuersa agatur, coniungi, & cumulari possunt. idem, obser. 64. lib. 1.

In libello iniuriarum locus, & tempus exprimi debent; qui etiam valet absque loci, & temporis expressione, parte nõ opponẽte. Gail. obser. 64. lib. 1. vide Ias. de actio. in §. superest, nume. 50. Maran. in suo Spec. part. 4. titu. an sit iudic. ciuil. vel crim. distin. 1. nu. 19. 22. & 25.

Quomodo Iudex, si libellus sit ineptus, pronunciare debeat. vide Gail. obser. 67. lib. 1.

Causa, quæ exprimi debeat in personali, & quæ in reali, vide Ias. de actio. in §. omniũ, nu. 121.

Clausula apposita in libello, Et prædicta fuit sępius confessus, præsentibus personis fide dignis; quid operetur, vide Ias. ibid. nu. 162.

Libellus in rei vendicatione qualiter formandus, vide ibid. nu. 172.

An fructus, & expensæ peti debeant in libello, ibid. nu. 145. 146. & 173.

Libellus in actionibus negatoria, & confessoria competentibus pro seruitutibus, qualiter formandus, vide Ias. de actio. in §. æquè, nu. pen.

Libellus in actione publiciana qualiter cõponatur, vide eundem, in §. sed istæ, num. 67. Et quomodo in actione de constituta, vide ibi. in §. in personam, nu. fin. Qualiter in actione depositi, ibid. in §. sequens illa diuisio, nu. 27. In actione mandati, ibid. num. 32. In actione pro socio, num. 40. In actione ex empto, & vẽdito, ibid. nu. 49.

Quomodo formentur libelli in actione famil. ercisc. commu. diuid. & finiu. reg. vide eundẽ Ias. de actio. in §. quædam.

De libello in actione præscrip. verb. vide ibid. in §.

in §.actionum, num. 89. & 108. In actione permutationis, nume. 101. In actione ex locato, nume. 170. In actio. nego. gesto, nume. 176. In actione tutelæ, num. 180. Et in pignoratitia, ibidem, num. 184.

Libellus debet esse certus, clarus, & non generalis. Ias. de actio. in §. curare, num. 7. limita dictum in pluribus casibus, de quibus ibid.

Libellus, in quo petitur aliquem puniri, & condemnari ad rei restitutionem, valet, & saluatur. Maran. in suo Spec. part. 4. tit. an sit iudic. ciuil. vel criminal. distin. 1. nu. 30.

Actiones in persona, quibus aliquid dari oportere intenditur, nunquam exercentur ad rei debitæ perēptæ æstimationē, sed illud, quod ex obligatione debetur, petendum est, licèt ad æstimationem sit perueniendum Iudicis officio. Maran. in suo Spec. ibid. distinct. 3. nu. 34. vide Bar. in l. 1. C. de his, quę vi metus, & Boer. decis. 68.

Libellus ita clarus esse debet, vt posit reus deliberare, an velit cedere, vel contendere, & libellus, vt procedat, quid cōtinere debeat, vide eundē Marā. par. 6. tit. de libelli oblatio.

Syndicus agens, quomodo concludere debeat, quid in actore pupilli, vel administratore Ecclesiæ, & qualiter formetur libellus contra infantem, vel furiosum, vide Maran. ibid.

Libellus vt aptus sit, sufficit in illo narrari, quæ sit causa agendi, nec est necesse, quòd fiat mentio replicationis, quæ posset obiici contra exceptionem, quæ reo competere posset, vnde si locator petat pensionem à cōductore, sufficit narrare, quòd actor tradidit conductori rem. Math. Mathes. sing. 10.

Libellus concludit, licèt in eo solemnitates extrinsecę non allegentur. vide eundē, sing. 11.

Libellus, in quo petitur res, & si fuerit contradictum, petatur pęna debita in casu contradictionis, vel contrauentionis, valet. Ant. Corset. in suis singularib. litera L. sing. libellus 4.

Multi sunt casus, in quibus non est necessarius libellus, de q̄b. vide per Spec. in tit. de libel. cōceptio. vers. nūc videndū, & Hipp. sing. 364.

Licèt actor ad iudicium eat, ac Notario dicat, scribas qualiter à Titio peto centum, & peto illum condemnari, non ob id hęc petitio habebitur loco libelli in casibus, in quibus ille est necessarius. Hippol. sing. 364.

Libellus duplex, alius conuentionalis, alter supplicatorius. Bar. in l. 1. C. q̄ñ libel. Princ. dat.

De forma libelli in actione de dolo, quādo dolus dedit causam contractui transactionis, vide Bar. in l. sub pretextu 19. ff. de trāsact. nu. 7.

De forma libelli in causa restitutionis in integrum vide per eundem Barto l. in l. 9. C. de in integr. restitutio.

De libello in actione tutelæ, & quando minor petit se restitui aduersus rem iudicatam, vide Bar. in l. 1. C. si aduersus rem iudicatam, & l. 9. C. de arbitrio. tutel.

Quæ sint expriméda in precibus ad hoc, vt rescriptum non vitietur, vide gloss. in verbo, litteras. c. super 10. ext. de rescript.

Posidens nomine alieno conuentus debet dominum nominare, & domino comparente, datur nouus libellus. Barto. in l. 2. C. vbi in rem actio, num. 19.

Libellus qualiter formetur, quando agitur actione ad exhibendum, vide Bart. in l. 7. C. ad exhibend.

Agens directa, probans in vtili, debet obtinere, si verba libelli essent ita generalia, quòd possent referri ad directam, & vtilem, vide Bartol. in l. 2. C. de actio. & oblig. num. 5.

Libellus in actione directa competēti cedēti, qūo formetur, & quomodo in actione vtili competenti cessionario, vide Bartol. in l. in solutum. C. quando Fiscus.

Libellus in officio Iudicis, quando offeratur, & quid Iudici concludere debeat, vide Bart. in authē. si deposita. C. depositi, & in l. 2. C. de seru. fugit. Vbi scribit in ipso officio, non esse necessarium libellum.

Quando pater agit, vel cōuenitur nomine filij, in cuius persona formetur libellus, vide eundem in l. 1. C. de bonis maternis.

Libellus, in quo quis dicit sibi esse ius agendi, & eundi ad talem fundum, per alium fundum, procedit. Bar. in l. 8. §. finautem. C. de bonis, quæ liberis.

Libellum generalem producens in personali, videtur omne ius suum in iudicio deduxisse. Bartol. in l. 3. C. de annali except.

Quæ sit forma libelli, quando tutor, vel curator deliquit, vide Bartol. in l. 6. nume. 11. C. vnde vi.

Qualiter formetur libellus contra nomen debitoris, mei debitoris, vide Bar. in l. 4. num. 9. C. quæ res pignori.

Cumulari plures causæ possunt in libello, licet vna sufficeret, & sufficit alteram probare, nisi quis se astrinxerit ad vtranque probandā. Bartol. in l. 2. C. de fide instrument. & iure hastę Fisc. libr. 10.

Cùm agitur reali actione, semper designanda est res, quæ petitur, certo loco, & etiam certis finibus: & qui agit personali actione, dēt, & tenet causam exprimere in libello, ex qua competit sibi, quod petit. c. pen. & fin. ext. de lib. oblat.

Libello si addat, vel detrahat aliquid, q̄ñ ille dicatur nouus, vide Bar. in l. 6. ff. de Iust. & iu.

Libellus qūo formetʳ in cōsuetudine, vide Bar. in l.

in l.de quibus 31.num.19.ff. de legibus.

In eodem libello potest quis intentare possessorium,& petitoriũ super diuersis articulis, & etiam super eodem.c.2.ext.de capel.Monacho.& Bart.in l.si deni 37.ff. de iudi,

In reali actione debet in libello peti, quòd Iudex declaret rem ad actorem pertinere iure dominij, verùm propter hoc nõ reprobatur libellus illius,qui petit reum condemnari ad rei restitutionem.Barto.in l.Pomponius 40.§. sed & is.ff.de Procurato.

Libelli forma,quãdo agitur ad seruitutem prędij,quæ fit,vide Bar.in l.qui aliena 33.§. vno, ff.de nego.gest,

Libellus in actione,quod metus causa, formari potest duob. modis.Bar.in l.si cum 14.§. hęc autem.ff.de eo,quod metus causa.

Libellus, ago tanquam coniuncta persona, & pro interesse meo,admittitur. Bart.in l.patri 28.ff.de mino.25.ann.

Libelli verba debent intelligi secũdũ qualitatẽ psonę pferentis,& libellus, peto cẽtum, quia mutuaui, & q̃ reddere pmisisti, an pcedat: verùm si habeo instrumentum confessionis mutui,debeo dicere, & ex cã cõtenta in tali instrumento, & non ex causa numerationis, ne cogar probare ipsam numerationem.Bar in l.certi.§.si nũmos. ff. si cert. peta. vide Ias.de actio.in §.sequẽs,nu. 10.11.& 17.

De forma libelli,quãdo agitur ad rẽ,cuius ęstimatio est aucta, vel diminuta post motam debitoris,vide per Bar.in l.vinum,num.17.ff, si cert.peta.

Libellus,quãdo agitur ad interesse ratione deteriorationis rei commodatæ,quomodo cõcipiat,vide Bar.in l.3.§.si reddita.ff.cõmoda.

Contra Procuratorem, qui non fecit id, quod mandatũ fuerat, tantùm agitur ad interesse, sed tunc qualiter formet̃ libellus, vide Bart. in l.8.§.mandati.ff.mandati.

Libellus qũo fiat, quãdo venditor est in mora tradẽdi,vide Bar.in l.1.ff.de actio.empt.

De forma libelli in casu legis, si constante. ff. solut.matrimo.an, & quando requiratur, vide per Bar.in d.l.si constante.

Non admittit̃ supplicatio,quando aliquid supplicatur contra ius,non expressa causa dispẽsationis.l.cùm eum 3.ff.de adoptio.

Libelli conclusio in actione rerum amotarum, quæ fit,vide Bar.in l.1.ff.de actio.rer. amot.

Libellus qualiter concipiatur, quando agitur contra pupillum tutorem habentẽ, vide Bar. in l.1.ff.de adminis t.& peric.tuto.

Libellus sup accusatione suspecti tutoris, quomodo formari possit, vide per Bart.in l. 9. ff. de suspect.tuto.

Libellus,peto cogi, & compelli, & ad prædicta condemnari,procedit,quia ordo intellectualis inspicitur.Bar.in l.2.§.prius.ff.de vulgari, & in l.58.ff.de re iudic. vide Iaff. Lanf. Balb, decisio.298,

Libellus qualiter formetur, quando alimenta petuntur,vide Bartol.in l.pecuniæ 8.num.4. ff.de aliment.& ciba.legat.

Libelli forma, quando fideicommissarius petit hęredem institutum cogi adire,& restituere, quæ fit, vide Bartol. in l. quia 4. ff. ad Senatusconsul.Trebellia.

Libellus in actione damni infecti,qualiter formetur, vide Bartol. in l. 6. §. officium. ff. de aqu.plu. arcend.

Quando vnum est in obligatione, aliud in solutione,petitur quod est in obligatione,veluti si pater sponsæ promiserit genero vestes valoris centum; nã tunc debent peti vestes; & non illa centum. Guid. Pap. q. 358. Sed in obligatione alternatiua, vtrunque peti põt, quãdo electio est debitoris; secus si creditoris.l.miles 6.§.decem.ff.de re iudic.& ibidem Bar.Et de forma libelli in hoc casu vide per eundem in l.57.ff.de solutio.& libera.

Libellus in interdicto,ne quid in loco publico, qualiter formetur,vide Bart. in l. 1.§.hoc interdictũ.ff.ne quid ĩ loco publico,Et quid,in interdicto,quod vi,aut clàm,vide Bar.in l.16 §.in summa.ff.quod vi, aut clàm.

Libellus non habet vim denunciationis.Barto. in l.17.ff.ad leg.Iul.de adult.

Libellus de necessitate debet continere, quis petat,à quo,quid,qualiter, & coram quo petatur,Abb.in sua Pract.cap 37.

In supplicationibus sufficit describere substantiam,& effectum instrumentorum,super quibus supplicatur.l.fin.C.de prec.Impe. offere.

De libello in actione de peculio vide per glos in §.is,qui.l.1.ff.de petit.hæred.

Clausula, Peto iustitiã ministrari omni meliori modo,quid operetur.

SVfficit de iure coram Principe narrare factum, & petere Iustitiã ministrari, pro obtinenda condemnatione; nã intelligitur,omni meliori modo, & via, omne remediũ deductum, licèt quis ad illud expressè non egerit.Afflict.decis.95.nu.7.

Quid operetur hæc clausula, Peto ius, & Iustitiam mihi ministrari,omni meliori modo, vide per Iof.Ludo.deci.Perus.117.Rot.Genu.deci.65.& deci.91.n.12.Capi.deci.96.Ias.de act. in §.oĩum,nu.147.Marã.in suo Spec.par.6.tit. de libel.oblatio.Dec.consi.14.& 221. Ozasc. decis. 142.num.10.& Hippol.singul. 36.

Clau-

Clausulæ, Ius, & Iustitiã ministrari, est talis, & tã tæ virtutis, vt si ex narratione facti possint desumi plures actiones aptæ, & ineptæ, & cõclusio fiat super inepta, potuerint fieri probationes, & ferri sententia, super apta actione. Capi.deci.10.nu.22.vide deci.1.Rot.Gen.n.7.

Iudex potest impartiri officium suum (etiã nõ petitum) virtute huius clausulæ. Capic. ibid. nu.23.& Crauе.consi.1.pro genero, nu.216.

Ipsa clausula facit, vt pronunciet super nõ petitis, procedentibus ab eodem fonte cum petitis: & Princeps iudicat v tra contenta in libello. Capic.d.deci.10.nu.24.& 25.

Actio quælibet videtur intentata ex clausula, Omni meliori modo, &c. Rot. Genuen. decis. 78. num.13.

Actor per clausulam, Iustitiã ministrari, debet obtinere super eo, super quo Iustitiã habet, etiam q contraria perantur, vide Rot. Genu. decis. 65.& decis. 148.

Intentans possessorium cum clausula, Ius, & Iustitiam ministrari, obtinebit etiam in petitorio. Gram. decis. 19 num. 16. & Crauet.consi. 299.num.2.

Hæc clausula habet hunc effectum, quòd licèt libellus propter suã generalitatem admitti non deberet, attamen admittitur, & proferatur sententia, quæ erit valida, & debet fieri condemnatio in minorem partem, quàm fieri poterit: idem, quando alias libellus ineptè concluderet. Guid. Pap.q.263. Et si fuerũt petita nisi quinque, & probentur decem, in illis potest ferri sentẽtia, propter ipsam clausulã. Ioseph. Ludo.decis. Luc.46 nu.5.& seqq.

Hæc clausula salutaris, Ius, & Iustitiam, &c. vim habet gerbę betonicæ ad omnia valẽs, vt dicatur intentatũ omne remediũ vtilius. Crau. consi.201.nu.45.& Rol. consi.79. vol.1.nu.38. Et institutũ intelligitur quod percipi ex narratis potest, quamuis ad remedium aliquod limitata conclusio sit. idem Crauet. consi. 1. pro genero, nu.215.

Hæ clausulæ salutares adiectæ in fine libelli nempe, Super quibus omnibus peto mihi Iustitiam ministrari, omni meliori modo, sunt tãtæ efficaciæ, vt earum virtute omnis actio, omneq; remedium competens, & resultans ex narratis in iudicium deductum esse videatur, imò in Camera Imperiali virtute huius clausulæ, pronũciari solet etiã super non expressè petitis. Andr. Gail. obser.61.li.1.nu.11.

Virtute huius clausulæ, debet Iudex pronunciare etiam super narratis tãtùm, super quibus in specie conclusum nõ esset, licèt super iure non competenti conclusum fuisset. Cra. consi.278. circa finem, vide consi.1. pro genero, nu.215.& Menoch. consi.314.

Clausula, Omni meliori modo, facit, vt ad conclusionem restricta actio non credatur, imò ad illud remedium trahitur, quod cum remedio instituto, & expresso concurrere non potest, dũmodo colligi ex narratis possit. Cra. consi.1. pro genero, nu.217.

Quando ignoratur quæ actio competat, vel qđ remedium, aut quomodo fieri debeat conclusio in libello, vel quia factum multum sit intricatum, vel propter multitudinem factorum, vel dubitationem iuris, consilium est, q factum diligenter narretur, & postea nihil specificè concludatur, sed loco specificę cõclusionis apponatur simpliciter in fine libelli clausula illa, Super quibus peto ius, & Iustitiam mihi ministrari, omni meliori modo, simul, & diuisim, alternatiuè, aut copulatiuè: nam tunc Iudex debet ferre sententiã, prout iuris erit, etiam nulla facta specifica conclusione. Ias. de actio. in §. omnium, nu.149.

Licèt dicta clausula habeat multos effectus, tamen non tollit vitium contrarietatis, puta si petitio sit deformis, & probatio petitioni nõ conueniat. Capic. decisio. 96. nume. 8. Quid, quando est expressus modus ineptus, vide Cassad. decis.7.nu.7. tit. de appellat. & Cranc. consi.151.num.4.

Hæc clausula non potest operari circa ea, quæ nullo modo narrata, & proposita sunt, nec in narratione comprehendi possunt. Gram. decisio.105.num.51.& Craue.consi.151.numẽ.4. Et non operatur, vbi specialis clausula expressa est. Fran. Marc.q.442. vide Vera. decis. 124. part. 1. Minus tribuit vim, & effectum actioni re vera nullæ: & nihil operatur, cùm adest defectus potestatis, vel modus ineptus exprimitur, & aptus ex expresso descendere non potest. Menoch. de Arbitra.q.47.

De clausula, Vt procedatur, sola facti veritate inspecta, vide supra tit. de clausula, Vt proced. sol. fac. verit. inspec.

Clausulæ omni meliori modo natura est, vt nõ restringat dispositionem ad specificata. Mago. decis.57. Rot. Floren. nu.15.

Dicta clausula in fine dispositionis executiuæ apposita, non alterat, neque ampliat principalem dispositionem. ibid. nu.48.

Hæc clausula, Vt valet testamentum, omni meliori modo, quid operetur, vide Franc. Mant. de coniectu. vltima. volunt. lib.3. tit.14. nu.11. & infra tit. de codicillis. lib.7.

Clausula hæc facit, vt quis possit obtinere ex causa probata, non deducta. Raud. tracta. de Analog. cap.40.

Clausulæ, Non astringens se, &c. Deducendo, &c. Saluo iure, &c. quid operentur.

Clausulę, Citra ónus, &c. Nō se astringendo, & plus, & minus, Saluo iure, &c. operantur, vt quis non videatur recedere á regulis iuris communis. Ozasc. decis. 144. nume. 17. Ideò hæ clausulæ debent semper apponi, & erunt vtiles, vt plenè scribit Ias. de actio. in §. omnium, num. 161.

Si plura narrentur in libello, vel articulo, & sufficiat vnum solum, non omnia sunt probanda, sed illud, quod sufficit. Bar. in Authen. vt cùm de appellatione cognoscitur. §. siue igitur, & Capic. decis. 140. num. fin. Quod procedit, vbi fiunt deductiones citra onus superfluæ probationis; secùs si proponens ad omnia probanda se astrinxerit. Guid. Pap. quęst. 365.

Quando aliquid negatiuè proponitur, non est necesse addere illam clausulam, Nō se astringens, &c. quia hoc casu nunquā videtur proponens se astringere ad illud probandum. Ias. de actio. in §. omnium, nu. 161.

Clausula, Nō astringens se, &c. operatur, vt actor non teneatur probare qualitatē deductam in libello, alias sine illa clausula succumberet, non probādo qualitatem, licèt probaret factum principale. Maran. in suo Spec. par. 6. tit. de libel. oblat. num. 17.

Hæc clausula, Saluo iure addendi, minuendi, & mutandi, videtur superflua, tamen vide Ias. de actio. in §. omnium, num. 157. & Bar. in l. 3. C. de edendo, nu. 30. & in l. 36. ff. de neg. gest. c. 6. ext. de fid. instrum.

Clausula, Nō astringens se, &c. quid operetur, & quādo videatur quis se astringere ad probandum, vide Bart. in auth. actor quod. C. de probatio. num. 8. & DD. de Rot. decis. 7. alias 68. de rescrip. in nouis.

Proponens multas exceptiones, nō habet necesse omnes probare: & clausula, Non astringens se, &c. vtilis est, vt apponatur in fine libelli, & positionum, sed quid operetur, vide per Bartol. in l. diuus 33. nume. 6. ff. de re iudi. & in §. qui autem, Institut. de excusatio. tuto.

Qui se astringit ad vnā causam, vel ad aliquid probandū, si non probauerit, perdit litem. Bart. in l. 1. §. item quæsitum. ff. de aqua quotidia. & æstiu. Nec ad illam amplius potest admitti, nisi præhabita restitutione. l. 13. ff. de instito. actio.

Astringens se ad aliquid probandum certo, & limitato tempore, debet illud ita probare. Bartol. consil. 88. volum. 1.

De vi, & virtute dictarum clausularum, & quid operentur, vide Rot. Genuen. decisio. 26. nume. 6.

De plus petitionibus.

Clausula, Omni meliori modo, facit cessare pœnas petentis plus debito. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 117. Et ex quibus aliis clausulis quis excusetur, vide Menoch. cons. 127. vol. 2.

Creditor petens plus debito, vt amittat debitum, quatuor requiruntur. vide Capic. decis. 49. num. fin. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 51. Crauet. consi. 325. Rol. cons. 71. lib. 1. nu. 37. & Menoch. consi. 129. lib. 2. Imò petens plus, & probando solùm in parte, debet obtinere pro illa parte probata. Guid. Pap. q. 27. & Bart. in l. 25. § si bona. ff. solut. matr.

Actor petens multa bona in libello, & probando pro tertia solummodo, debet condemnari reo in omnibus expēsis, Sed quid, si petierit centū, & probauerit solum quinquaginta, vide Guid. d. q. 27. & Boer. decis. 74.

Dictio, circa, non excusat actorem á pluri petitione: quia petitio debet esse certa, & illa dictio, est incerta. Guid. q. 290.

Reo (á quo plus debito petitum est) non licet totum debitum negare, sed verum debitum confiteri tenetur. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 51. Nisi fuerit ignorans, quia tunc ratione ignorantiæ, non potest constitui in mora in parte debita. ibid. num. 8.

Petitio generalis se referens ad scripturas, in quibus verum debitum cōtinetur, operatur, vt creditor non dicatur plus petere. Ioseph. d. decis. 51. nu. 3.

Quando quæritur, an liceat reo (á quo plus debito petitur) totum negare, ne in periurium & alias pęnas contra negantes inductas incidisse dicatur respectu expensarum, respondendum est, reum debere absolui ab expensis, nisi actor se offerat ad partē debitā recipiēdā, vide eundem Ioseph. d. decis. 51. nu. 9. Et reus illam non offerat. vide Papon. libr. 8. tit. 1. arrest. 2.

Petēs plus debito, ne patiatur damnum, debet addere clausulam, Saluo iure superflui, addendi, & diminuendi, vide Ioseph. Ludo. d. decis. 51. Perus. Ias. de actio. in §. si quis agens, num. 3. & in vers. sed hæc, & Menoch. consil. 127. libr. 2.

Debitum solutū petēs incidit in pœnā stellionatus. Hier. Mago. deci. 88. Rot. Flor. vide Ias.

de

de actio. in §. si quis agens, vers. sed hęc, nu. 12. & Barto. in l. si fideiussor. 29. §. in omnibus. ff. mandati.

Quando plus re petitum est, quis debeat expēsas soluere, licèt debitor non fateatur partem debitam. vidé decis. 35. Rot. Auenio. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Quando substitutus petiit hæreditatem sine clausula, Detractis detrahēdis, & ab ipsa hęreditate sint faciendæ detractiones, in fauorem possessoris, ille interim non est in mora, nisi substitutus, detractis detrahendis, se offerat recipere quod superest sine præiudicio residui: tunc enim possessor constituitur in mala fide, & tenetur ad expensas. Papon. lib. 8. titu. 1. arrest. 2.

Quando actor offert se paratum accipere quālibet particularem solutionem summæ petitæ, saluo iure residui, ex hac clausula pars cōstituitur in mora, si non offerat quod prætendit se debere, quam oblationem, si non fecerit apparet, ꝙ omnino erat litigatura etiam respectu partis verè debitæ, ob id excusari non potest. Crauet. consi. 325. num. 2. Rolan. consi. 71. volum. 1. Menoch. consi. 71. vol. 1. & consi. 127. lib. 2.

Respectu pluris petitionis, tenetur quis ad expensas, si appareat quòd debitor litigaturus non erat, nec damnum expēsarum passurus, si plus debito petitum non esset, quod procedit, etiam si agentem pęnituerit: quia talis pęnitentia admitti non debet in præiudicium partis sine refectione expensarum. Crauet. d. consi. 325. Alias autem actor non tenetur ad expensas veluti, quando se offert paratum detrahere omnia soluta, & accipere quamlibet particularem solutionem ex eo, quod solùm intendit consequi quod sibi debetur; nā tunc debitor dicitur in mora respectu partis liquidæ. Craue. ibid.

Idem, vbi post detractionem solutorum factā in causa, pars adhuc obdurat, & litē sustinet: nam tunc apparet, quòd etiā ab initio æquè erat litigatura, licèt plus debito petitum nō esset. Craue. d. consi. 325.

Actor si maiorem quantitatem in libello complexus sit, vt maioribus expensis afficiat aduersarium suū, an puniatur in triplū, vide Ias. de actio. in §. omnes, vers. tripli, nu. 24.

Petens plus debito, in quam pęnam incidat, & an liceat conuento tunc debitum totum negare, vide Perillustr. D. P. Tessaq. decis. 231.

Minori datur restitutio aduersus pluris petitionem in libello suo descriptam, quod habet locum, quādo sui facilitate plus petiit; secùs si dolosè: quia tunc punitur sicut maior. Ias. de actio. in §. si quis agens, num. 4.

Plus petere quando quis dicatur, vide ibid. in vers. plus autem, & vers. huic autem.

Plus petere in obligatione generis dicitur, etiā vilissimum petendo. Ias. ibid. d. versic. huic autem, num. fin.

Plus petens tempore punitur in duplicatione induciarum, etiam si petatur debitum conditionale. Amanel de Clarisaq. sing. 226. Plus autem petens loco, vel causa, punitur in triplum expensarum in sportulis erogatarum. d. §. si quis agens, Institut. de actio. versic. sed hęc, & ibid. Ias. Sed quando tempus duplicetur, vide ibid. nu. 5.

Fiscus agens ob necessitatem Fiscalem contra debitorem suum, non tenetur aliqua pęna, licèt plus petat. Ias. de actio. in §. si quis agēs, versic. sed hæc quidem, nume. 8. Sed an in sportulis gabellarum idem sit, sicut in Fisco, vide ibid. num 9.

Debitor fugitiuus ante tempus, vel ante diem capi potest. Ias. in d. versic. sed hæc quidem, nume. 10.

Hodie pęna plus petentium re, loco, vel causa, est triplum expensarum in sportulis factarū. Ias. ibid. nume. 11. Quod procedit, si lis fuerit contestata, & constet de dolo petentis. vide Menoch. consi. 127. lib. 2. Pro aliis autem expensis condemnatur in simplum reo. Ias. d. num. 11. Est tamen casus, in quo etiam hodie plus petens cadit à causa veluti, quādo duo copulatiuè interueniunt, nempe si dolosè plus debito petat, & dolosè de pluri exigat cautionem, si autem solum dolosè plus petat, tantùm condemnatur in triplum expensarum. Ias. ibid. d. nume. 11. vide Barto. in l. 14. §. bonę. ff. de condictio. furt. De iure autem Canonico solummodo in simplum condemnatur. cap. 1. ext. de plus petitio. & Barto. in suo tracta. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. nume. 135.

Si actor plus debito petiit, & reus plus debito negauerit, tunc quo ad expensas fit inuicem compensatio. Ias. in d. §. si quis agēs, vers. sed hęc, num. 13. & 14.

Lex vnica. C. de plus petitio. non obseruatur in Regno Frāciæ: quia semper debitor, qui non obtulit partem debiti, ad quam solùm tenebatur, condemnatur ad omnes expensas, etiam si actor plus petierit: nam postquam erat debitor offerre tenebatur, quod debebat, sed quid, si fuerit petitum plus loco, vel tempore, vide Rebuff. in constitutio. Reg. gloss. 5. num. 53. in proœmio. Sed de iure communi, actore petente plus debito, reus non condemnatur in expensis, nisi actor offerat se recipere partem, quæ non est in cōtrouersia, Bart. in l. 80. de legat. 2.

Procuratore Fisci etiam cum libera agente ante tempus, ipsi Fisco perimitur actio, sicut priuato; hodie tamen induciç tantùm duplicantur, sed an agens ante conditionem, vel diem incertam, perdat actionem, vide Bart. in l.9.§.tale.ff.de liberat.legat.

Qui plus petit re, siue causa, condemnatur aduersario in expensis, sed qui plus petit tempore, vel loco, ad interesse tenetur.c.vni.ex. de plus petitio.vide Bar. in suo tract. de differen.int.ius Cano.& Ciu.nu.135.

Quando ius intentatum superuenit, pendente iudicio ex causa de prçterito, quis non potest dici, quòd plus petierit.l.9.§.fin.ff.de pignor. actio.

Plus petitur quatuor modis, nempe re, tempore, loco, & causa, qui modi declarantur, & exemplificantur in §.plus autem, & in §. huic autem, Institut.de actio.

De nuntijs executoribus.

NVntij relationi non creditur, nisi appareat de commissione.Ozas.dec. 71. nume.11.De mandato Iudicis. Guid.Pap.sing.871.

Nuntio super citatione simpliciter creditur, licèt pars admittatur ad probandũ contrarium.Guid.Pap.q.628. vide tamen ibi. & Pet.Roy.decis.2.Litua.nu.72.in decisio.diuerso.Tom.2.fol.378.Ias.de actio.in §.omnes autem, vers.quadrupli, Henri.Boer. in suis singularibus, titu.tutor, curator, num.4. & Bart. in suo tracta.de citatio.num.19.

Nuntius, seu seruiens ex officio suo non potest quem citare; hinc sequitur esse necessariam licentiam Iudicis. Guid.d.q.628.num.fin.

Non creditur nuntio, si dicat cõtra id, quod primò dixit.Bar.consi.86.vol.1.

Ipsi nuntio iurato non creditur, nisi super actu citationis: ideò si referat de facto alieno, seu de delicto in sui personam facto, illi nõ prçstatur fides.Franc.Marc.q.51. par.2.vide glo. in c.cùm parati 19.ext.de appellatio.Bar.in l. 1.§. cura. ff. de offic. Præfect.vrb. & eundem Marc.q.418.par.2.

Nuntio creditur in concernentibus eius officium.Cabal.mileloq.186.

De executoribus citationum vide per Cresce. tit.de dol.& contuma.

Cursori referenti se aliquem citasse, eumq́; dixisse se nolle venire, creditur: idem, quando refert intimationẽ sequestri fuisse acceptatã. Iac.Put.deci.187.lib.3. & Barto. in l.tres 9. C. quomodo, & quando Iudex.

An credatur nuntio referenti se citasse, si pars hoc neget, relinquitur arbitrio Iudicis, inspecta qualitate personæ nuntij, & eius, qui dicitur citatus.Iaff.Lanf.Balb.decis.227. & Pet. de Raue.sing.80.

An stetur dicto nuntij Curiæ referentis se fuisse iniuriatum, vel vulneratum, & quid de relatione executionis, vide Guid.Pap.q.628.

Executio nuntij vitiosa, propriis sumptibus restauranda est.Andr.Gail.obser.54.lib.1.

Non creditur nuntio sine iuramento.vide Ioã. de Arnon.sing.20.

Nuntius in executione impeditus, quomodo se gerere debeat, vide Andr.Gail.obser.55.li.1.

Apparitorem officio suo priuari posse, si absq; Magistratus sui venia à munere suo cesset, habetur in quadam decis.Senat. Paris.in decisio.diuerso.fol.227.

De nuntijs, & eorum offic.vide p Cassan.in cõsuetud.Burg.tit. *Des Iustices.* §.6.per totum.

Viatori creditur etiam si non ostendat litteras officij.Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de citatio.glo.2.art.1.Tom.3.

Apparitor citandi causa domum ingredi non debet.Rebuff.ibid.gloss.3.nu.10.

Nuntio creditur, & eius statur relationi in his, quæ cõcernunt citationem partis, & diei assignationem. Cassan.in consuetud.Burg. tit. *Des Iustices.* Rub.1.§.6.gloss.3.vide Guid.Pap. sing.359.in fine.

Nuntius Papæ citans aliquem eius mandato falso, potest puniri pęna falsi criminaliter.Ludo.Roma.sing.317.

Nũtius, qui primò citauit in causa, debet in tota causa citare, & non alius: & deputatus ad vnum banchum, non debet apud aliud citare.Bart.in l.vnica.ff.de offic.Consul.

De in ius vocando, & de citatiónib.

QVa pęna puniantur liberi vocantes in ius parentes sine venia, & an naturales etiam puniantur: & quæ sint aliæ personæ, quæ comprehẽdũtur sub illo edicto, vide per Ias. de actio.§.pœnales quoque actiones.

An venia sufficiat petere, vel sit etiam necesse illam impetrare, vide ibid.Ias.nu.17.

Discipulus præceptorem sine venia in ius vocare non potest.Menoch.de Arbitra. libr. 2. cas.500.

Subditus non potest vocare in ius Principem vel Fiscum sine venia. Cassan. in consuetud. Burg.tit. *Des fiedz.* Rub.3.§.4.gloss.2.num.8. vide Natt.consi.445.num.5.Ludo.Roma.singu.9.Idẽ in matre Principis.Rol.cõs.18.vol.2.

Venia petenda est, quando vocandus est in iudicium constitutus in Magistratu. Natt. consi.445.num.5.

In

In causa libertatis adipiscendæ, seruus potest côtra dñm in iudicio stare. l.5.ff.de manumi.

Nouerca an sine venia in ius vocari per priuilegium possit, & alia de his personis, quæ nô possunt in ius vocari sine venia, vide per Ozas.decis.31.

Gener non potest socerum sine venia in ius vocare. Guliel.de Ludo, sing.57.

In ius vocare generaliter eas personas nô possumus, quibus reuerentia est præstanda. Oza.d.decis.31.num.2.

Omnes personæ, quę iuris fictione sunt loco patris, non possunt vocari in ius sine venia. ibid.nume.16.

Exceptio veniæ non petitæ censetur exclusa, vbi pars in primo actu iudiciali, eam non opposuit.Oza.ibid.nu.21.vide Dec.consi.318.

Filius in lite contra patrem, an teneatur petere veniam: & an illa omissa, iudicium sit nullum, vide Capic. decis. 56. nume. 6. Pro affirmatiua (si fuit oppositum) scribunt Guid. Pap. quæst.221.num.4.Rol.consi.18.num.44.vol.2. & idem Guid.sing.971.

Si filius, omissa venia, supplicauerit Principi côtra patrem, vel auum, Princeps committendo causam, videtur dispensare: quia concedendo rescriptum delegatorium, videtur facere habilem supplicâtem ad agendum.Capic.d.decis.56.num.7.& 9.

Libertus si in libello Iudici oblato declaret, qđ intendit citare patronum, vel parentem, eo ipso, quòd Iudex côcedit citationem, videtur concessisse veniam. Capic.d.decis.56.nu.8.vide Rol.consi.18.vol.2.

Filius patrem conuenire potest, maximè de iure Canonico. gl.in cap.quæritur 2.q.7. Et inter patrem, & filium potest esse iudicium de peculio castrensi, vel quasi.gl.in l.2.ff.ad Macedonianum.Quid in aliis causis, vide l.4.C. de patria potes. l.6.ff.de actio. & oblig. §. pęnales, Institut.de actio.

Venia à quibus petenda, antequam in ius quis vocetur, vide Boer.decis.271.

Monachus an pro beneficio posit Abbatē in ius vocare, venia non petita, vide Boe.deci.271.

Vasallus an sine venia in ius vocet Dominum impunè, vide Mysing.obser.92.cen.4. Cassan. in consuetud.Burg.tit.*Des fiedz*,Rub.3.§.4.gl. 2.num.12 Natt.consi.445.num.8.& Rol.cons. 18.vol.2. vbi distinguit, Pro affirmatiua scribit Cabal.mille loq.31.

Venia in primis impetranda est ab eo, qui parentes conuenire intendit: & inter patrem, & filium, petita ipsa venia, potest esse iudicium.Hiero.Mago.decis.Luc.73.

Si de dominis famuli expostulare habeant, id eos verecundè facere oportet, & in eũ, qui secùs fecerat, animaduersum legitur, in libris placitorum curiæ lib.12.de iniuriis tit.3. cap. 6.in decisio.diuerso.

Edictum de in ius vocando partim odiosum, & partim fauorabile esse dicitur. Ozas.decis.31.num.12.

Citatio facta ad hospicium non valet, quia non dicitur facta ad domum habitationis. Ozas. decis.71.num.20. vide glos.in verbo habitat, in §. item is, Institut. de oblig. quæ ex quas. delic.nasc.

Proclamata pęnalia, & exorbitantia à iure communi, debent propriè, & strictè intelligi; & nô extêdi extra expressam dispositionem proprietatis verborum.Ozas.d.decis.71.nu.21.

Proclamata in notitiam deuenisse præsumunt, quando in ipsis edictis, seu proclamatibus, datæ sunt congruæ dilationes: secùs si adeò sint angusta tempora, vt verisimiliter nô potuerint deuenire in notitiã omniũ; quia tunc non præsumitur eorum scientia. Ozas. d.decis.71.num.40.

Proclamationũ effectus cessare debet quo ad eos, in quibus cessat causa.ibid.nu.60.

Citatio facta ad domicilium originis valet, licèt conuentus aliud habeat domicilium ratione officij.Boer.decis.11.

In simplici relatione nuntij, nempe fecisse ea, quæ habuit in mãdato, þsumit ille potius ad domum citasse, quàm personaliter. Pet. Beninten.decis.57.

Antequam fiat citatio in loco Beneficij, vel in domo, dèbet fieri perquisitio de persona. Fran.Marc.q.121.part.2.

Non sufficit citare per edictum in vno loco, sed ad minus debet fieri talis citatio in duobus locis.DD.de Rot.decis.5.de rescrip.in nouis.

Inferior à Principe non mandat citari per edictum.ibid.d.decis.5.nu.7.

Citatio debet exequi in tali loco, quòd verisimiliter posit ad notitiam deuenire.ibid.nu. 8.in additio. Et multa de citatione per edictum voce præconia facta vide per Andr. Gail.obser.57.lib.1.

Citationis copia non est danda (nisi petatur) quando fuit lecta, & citatio per edictum debet legi, & verbum, publicari, importat lecturam.DD.de Rot.d.decis.5.de rescript.in nouis num.7.& 17.

Generalis citatio omnium quorumcunque interest, non est arctatoria, sed quid operetur illa clausula in citatione, Et omnes quorum interest, & quos includat, vide DD.de Rot. deci.18.tit.de dol.& contuma.in nouis, & Vera.decis.113.part.1.

Citatio quando de iure permittitur facienda domui, intelligitur de domo, in qua inhabitat

tat citandus tempore citationis, & non valet, si tunc esset extra Ciuitatem in certo loco:nam hoc casu ibid.debet citari. Vera.decis.117.part.1.Fallit conclusio,quando citandus erat absens, etiã incarceratus ex sua culpa.Mysing.obser.69.Tom.2.

Quæ requirantur ad hoc,vt concedatur citatio voce preconia,& ad eius validitatẽ,vide Papon.lib.7.tit.4.arrest.5.& 6.

Quotiescunque quis pro causa criminali causam sanguinis exigente citatur ad domum suæ solitæ habitationis,& in platea voce cridæ,si in ipsa citatione adsit clausula, Decernentes,&c. perinde valebit, ac si esset facta personaliter, nisi forte ipse citatus esset absens à patria,ita cauetur in cõstitutio. antiq. Sabaudiæ,cap. item quoniam nonnunquam, mihi fol.99.in statutis Blanche,super alienatione feudorum.

Citatio facta per nuntium ad domum, vel per edictum de illo, qui nunquam fuit in illo iudicio præsens,non sufficit ad hoc,vt idẽ possit facere actum validum grauis præiudicij. Math.Mathes.sing.132.

Citatio generalis, vbi cõtradictor est incertus, valet; secùs si certus. Hippol. singul.259.& Bar.in l.3.§.si causa, nu.10.de bono.possess.

Citatio facta ad domum valet, etiã si ad notitiam citati non peruenerit.Barto.in l.licet 6. C.de repud. vide eundem in l.1.§.permittitur.ff.de liber.agnat.Nam non est necesse, ꝙ perueniat ad notitiam citati.Bart.in l.& post 73.ff.de iudic.

Generalis proclamatio non sufficit,quãdo creditores volunt agere contra bona hæreditaria,& non reperitur hæres: quia tunc debent citari personaliter primum gradum in successione obtinentes.Bar.in l.si quis 22.§.item si conditioni.ff.de hæred.instituen.

Citatio ad domum, vt valeat de iure communi, nuntius debet referre se perquisiuisse citandum, & non inuenisse. Bart. in l.si tamen 25. de leg.2.& Abb.consi.84.part.2.

Citatio ad domum fieri potest in casibus celeritatem requirentibus, quando quis in iudicio non reperitur,aliàs requiritur, quòd absit à Ciuitate, sed qualiter apparebit quem non reperiri ad hoc, vt citari possit ad domum,vide Bart.in l.dies cautionis. §. Prætor. ff.de damn.infec.

Ad illã domũ quis citari debet, vbi degit.Bar. ibid.nu.9.Sed quid, si non habeat habitationem certam,vide ibid.nu.10.

Quando aliquis expressè est citandus, non sufficit citatio per proclama. Bar.consi.91.part. 1.nu.5.vide Fran.Marc.q.724.

Citatio si debet fieri ad domum, facta ad apothecam nõ valet.Bar. in l.lex 5.§.si tamen.ff. de iniuriis,& fam.libe.

Reus,qui citatur in criminalibus satis est,si citetur ad respondendum accusationi, vel inquisitioni, nec requiritur, quòd in citatione inseratur tenor accusationis : & reus si citetur ad domum,satis est in criminalibus.Bart.in l. inter 10.ff.de publi. iudi.

Vocandus ad actum faciendum extra iudiciũ, est specialiter,& nominatim vocandus,quando illum potest impedire, vel tolerare;aliàs sufficit generalis vocatio, etiam per proclama.Bar.in consi.154.nu.8.vol.1.

Personaliter quis citari debet, quando reperiri potest;aliàs non valet actus, aliter citatione facta.Abb.consi.43.& 84.part.2.

Præceptum Iudicis in simplicem citationem resoluitur, vbicunque incoatur ab executione, siue præcepto.Ozas.decis.86. num.7. Mysing. obser.19.lib.1. vide Rebuff.in constitut. Reg. tract.de litter.oblig.art.6.glo.2.& Hippol.de Marc.sing.643.

De iudicio contra infantem mouendò, & quomodo infantibus sit prouidendum ad hoc,vt iudicium rectè fundetur.vide Ozas.decis.89.

Pupillus, aut minor quomodo citetur, vide Bart.in l.1.§.sufficit. ff.de administr.& pericu. tut.& in l.5.§. nõ defendi.ff.quibus ex causis.

Citatio reddit nulla,omissa forma, & tũc ꝓcessum eneruat, maximè in cognitione extraordinaria.Afflic. decis.2.nu.6.

Licèt citatio sit nulla,tamen valet comparitio, maximè si fiat ad effectum inducendæ scientiæ.Afflic.d.decis.2.nu.7.

Citatio ex defectu iurisdictionis est nullius momenti, & an citatus teneatur comparere, si non sit de citantis iurisdictione,vide Afflict. d.decis.2.num.8.Marc.q.724.Mysing.obser.7. cent.6.Papon.lib.7.tit.7.arrest.3.Bart.in l.neque 36.§. quid.ff.de fideicom.libert. & l.5.C. si mancipium ita fuerit aliena.

Citatio inualida nullius est effectus.Afflic.decis. 182.nu. 4. Validatur tamen per comparitionem citati.Vera.decis.112.part.1.Mysing.obser.9.cent.3.& Gail.obser.58. lib.1.

Citatus si sua putauerit interesse,dicitur actor, & non reus. Afflic.d.decis.2.nu.9. & decis.24. nu.7.vide Capic. decis.8.

De effectu huius citationis vide per Fran.Mar. q.492.Vera.decis.113.part.1. Dec.consi.187. Natt.consi.99.Tom.1.& Hippol.sing.64.

Regulariter quis non potest validè condemnari,nisi sit citatus.Afflic.decis.182.nu.3. Imò in quocunque actu est necessaria citatio. Mysing.obser.91.cent.2. & obser.6. cent.6. Quia citatio est solẽnitas iuris Naturalis,quę omitti non potest.Afflic.decis.245.nu.10. & decis. 307.nu.fin.

307.nume.fin. Et de solemnitate substantiali iudicij. Barto.in l.4. C.de senten. & interloc. omn.iudi. num.6. & l.1.§. item.ff.quæ senten. sine appella.rescind. Principium quoque est, & fundamentum ordinis iudiciarij, processusq; ab illa debet incoari. Abb. in sua Pract. cap.5. Et est de substantia ipsius, de iureque Diuino. Fran. Marc.q.659. Et de plenitudine potestatis ipsa citatio tolli nõ potest. Cabal. milleloq. 834.

Reg.limitatur primò, vbi notoriè nullam reo absenti compe:ere defensionẽ apparet. Affl. d.decis.182.nu.2.& Gram.decis.65.nu.9.

Secundò, limitatur in notoriis, in quibus nõ est necessaria citatio: & ea notoria dicuntur, quæ sunt in frequenti vsu. Cassad.decis.2.nu. 8.titu. de pensio.

Tertiò, non requiritur citatio partis, quando illa non lęditur ex actu, qui geritur. Iaff. Lanf. Balb.decis.258.

Quartò, superuacua est citatio in actu, in quo reseruatio iuris facta parti censetur: quia tũc saluum ius ipsi parti creditur. Crauet.consi.1. pro genero, nu.264.

Quinto. citatio partis non est necessaria, quando quis patitur naufragiũ, & ibid. testes examinari facit, vt aliquando probet coram Iudice competenti. Marc.de Mant.sing.165.

Sextò, processus valet sine citatione, quando hoc est actũ inter partes. Pet. de Rau.sin.526.

Septimò, an sit necessaria citatio, vbi quis est præsens in iudicio, vide Capic.decis.34 nu.8. Cassad. decis.2. tit.de iudic. Pro parte negatiua, scribunt Iaff. Lanf.Balb.decisio.372. & Dec,consi.449.

Octauò, an fugitiuus sit amplius citandus, & q[d] in eo, qui dixit se nole venire ad iudiciũ, vide Bar.in l.9.C.quomodo, & quãdo Iudex.

Nonò. & vltimò limitatũ Reg.in casibus, de quibus vide per Mysing. obser.91. cent.2. & obser.6. cent.6.

Citationis omissio facit, vt etiam pro Principe non præsumatur. Gram.decis.105.num.6. Sed an possit Papa, vel Princeps citationem tollere, vide Boer.decis.247.num.5. & seqq. Cabal.milleloq.834.

Si nulla facta citatione, pars compareat, valet processus. Bar.in Rub.de in ius vocando.

Commissarius nouus debet iterum citare partem absentem, & contumacem, non obstante citatione prius facta ad omnes actus. Tho. Minad.decis.28.

Citatio facta sine die, intra quam citatus teneatur cõparere an valeat, vide Boer. deci.235.

Aeconomum Ecclesiæ citari sufficit in causis tangentibus Capitulum ipsius Ecclesię: idem in quolibet corpore, & qualibet Vniuersitate, in qua sufficit citari Sindicum. Guid.Pap. q.321.& Bar.in l.1.C.de iure Reipub.

Citatio facta in personam vxoris in domicilio viri valet, vt possit procedi contra maritum, tanquam contra contumacem. Guid. Pap.q. 445.& Mysing.obser.37.cent.3.

Mulier grauida citata personaliter, non tenetur comparere. Guid.d.q.445.nu.5.

Priuilegiatus citatus tenetur comparere, & allegare suum priuilegium. Capel.Thol.quæst. 165.in additio.cap.7.ex.de appellat. Idem in citato illegitimè. DD. de Rot.decis.15.aliàs 355.tit.de dol.& contuma.in nouis.

De executione facta ad valuas Ecclesiæ Cathedralis vide per Aegid.Bellam.conclus.309.

Edicto citationis circunducto, nõ proceditur, nisi parte de nouo citata: & actore non comparente in termino, iuris edictum circunducitur. idem Aegid.conclu.722. & Andr. Gail. obser.60.lib.1.

Citationis effectus nõ dicitur circunductus, auctore citationis tempore non comparente. Aegid.d.conclus.722.nu.fin.

Si nec actor, nec reus compareat in termino citationis factæ ad totam causam, po est nihilominus veniens post terminum procedere per audientiam contra absentem (sine noua citatione) eius contumacia non obstante. DD.de Rot. decis.14. aliàs 345.titu.de dol.& contuma.in nouis.

Actor, qui obtinuit citationem ad personaliter comparendum, tenetur etiam ipse personaliter comparere, alioqui reus non comparẽs non reputabitur cõtumax. DD. de Rota decis.2.de dol.& contuma.in antiquio.

Citatio decerni, & etiam exequi per edictum potest, die feriato. Cassad. deci.5.tit.de dol. & contuma vide Crauc.pro genero, consi.1. nu.260.& Marc.de Mant.sing.46.

Citatus, die feriata, in his, quæ possunt expediri ea die, debet comparere. Bar.in l.ex quacunque 11.nu.15.ff.si quis in ius vocatus no. ieri.

Quando aliquis est citatus pro vna die, & eo casu dies illa sit feriata, citatus tenetur comparere prima die seq. nõ feriata. Bal.sing 174. & Barth.de Cap.sing.12.

Citatio facta die feriata ob necessitatem hominum ad diem non feriatam, valet; secus si fiat in die feriata in honorem Dei. Bar in l.1. §.nunciatio, nu.30.ff.de oper.nou.nunciat. vide eundem in l. 10. C. de feriis, & Iaff. Lanfr. Balb.decis.169.

Citatio cum termino minus breui, non arctat citatum, etiam post terminum. Cassad.decis. 6.tit.de dol.& contuma.

Citandus non est quis simpliciter, ne approbetur persona illius etiam quod non ostẽderit

de

de intereſſe, ſed citatio debet fieri cõditionaliter, nempe quatenus ſua putauerit intereſſe. Ioſeph Ludo.deciſ.Peruſ.91.

Citatio facta contra Capitulũ, quando afficiat ſingulares de Capitulo, vide Put.deciſ.10.li.1.

Citatis ad cauſam omnibus, quorum intereſt, cùm vnus ſua intereſſe allegans ad cauſam venit, antequam admittatur, an id probare teneatur, vide eundem, deci.96.lib.1.

Contra citatum in vna cauſa, non poteſt procedi in alia cauſa, etiam ſi comparuerit: quia citatio operatur deuolutionem, quæ deuolutio non poteſt fieri, niſi in his, quæ ſunt expreſſa in citatione. Vera.deciſ.107.part.1.vide eundem, deciſ.123.par.3. Nam citatio nõ arctat citatum, quando actus aliter geritur, quàm dictum ſit in citatione. idem Vera.d.deciſio.123.part.3. Et citatio facta pro vno actu, non habet locũ, ſi ille actus varietur. Pet.de Rau.ſing.559.& Dec.conſi.449.

Citatio non dicitur benè executa, quando non eſt ſeruata forma citationis; & dictio, prius, importat formã præciſã. Vera.deci.111.par.1.

Citatio requiritur (etiam perſonalis) quando agitur de priuatione alicuius rei, idem, deciſio.114.part.1.

Datur conſilium ad euitandam multitudinem citationum in ſingulis actibus iudiciariis, vt fiat à principio cauſæ citatio generalis ad totam cauſam, in ſingulis diebus, & horis, & ad omnes, & ſingulos actus eiuſdem cauſæ vſq; ad ſententiam diffinitiuam inclusiuè, cum ſolita comminatione, &c. Iaff.Lanſ.Baio.deci.42.

Si principalis citatus in principio cauſæ cõparuit per Procuratorem legitimè conſtitutũ, qui litem incoauit, & perſonaliter citetur idẽ principalis ad aliquem articulum, vel actum in ipſa cauſa, non tenetur comparere: quia tunc debet citari Procurator, & non dominus: alias ſententia, vel alius actus erit nullus; ſed dictum limitatur, quando Procurator no defendere cauſam, Iaff.deci.43. vide Bar.in l.22.C.de Procurato.& in l.14.nu.6.ff.eod.

Citationis ... in Procuratorem valet, ſi principalis non ſit præſens. Myſing. obſerua.9.centu. 1.

Executio citationis per alium, quàm nuntium facta, nõ valet: & citatio quælibet tria extrema requirit, de quibus vide per eundem Myſing.obſer.77.cent.1.

Citatus illegitimè comparens, poteſt contra actorem non comparentem proclama petere. idem, obſer.90.cent.3.

Licet conueniat citationẽ cauſam continere debere, tamen in practica aliter facta, non eſt ipſo iure nulla. Cabal.milleloq.647.

Citatio poteſt fieri per Iudicem monentẽ partem, & ſi tutius eſſet Iudex habens partem vel teſtem in conſpectu ſuo, ſi ... nuntium illum citare. idem, milleloq.449.

Mandata ſine clauſula iuſtificatiua non valent: quia ab executione non eſt inchoandum: fallit in pluribus caſibus ſcriptis per Andr.Gail. obſer.13. lib.1.

Citatio eſt principiũ, & fundamentũ iudicij: ideò in quolibet actu iudiciario requiritur, & inualida nullum producit effectum: & in qualibet citatione multa interuenire debent. Primò, nomen Iudicis exprimendum eſt. Gail. obſerua.48.lib.1.

Secundò, nomen, & cognomen citantis. idem, obſerua.49. ibid.

Tertiò, nomẽ, & cognomẽ citati. ibid. obſer.50.

Quartò, debet deſcribi cauſa citationis. ibid. Gail.obſer.51.

Quintò, debet continere citatio locum iudicij. idem, obſer.52.

Sextò, & vltimò, dies, & terminus in ipſa citatione debent deſcribi. idem, obſer. 53. lib.1. vide Rebuff.in conſtitutio.Reg.tract. de citatio.Tom.3.fol.659.

Tres ſunt partes cuiuſuis citationis: prima erit commiſſio citationis: ſecunda executio: tertia relatio nuntij. Myſing.obſer. 10.cent.6.

Citatio iuſſu Iudicis fieri debet, vt arctet, & executio nũtij vitioſa, proprijs ſumptibus reſtauranda. Andr. Gail.obſer.54 lib. 1. vide Iaſ.de actio.§.omnes autem, verſ.quadrupli, nu.35.

Citatio extra territoriũ quomodo fieri debeat, vide eundem Gail.obſer 56. Et quando, vide Bar.in l.omnes 31.C.de Epiſco.& Cleri. & in l.1.§.Præſides.ff.de requirendis reis.

Iudex an poſſit citare aliquem ſibi ſubditum exiſtentem extra territorium per nuntium, vel litteras, vide Barto.in l.1.§.Præſides.ff.de requir.reis.vbi de modo.

Princeps ſecularis non poteſt quem citare in terris Eccleſiæ, ſed ſcribit Superiori, vt notificet. Barto.ſuper conſtitutio. ad reprimendum, num.11.

Citatus ad eundem terminum à diuerſis Iudicibus, puta à Superiore, & Inferiore, coram quo comparere debeat, vide Myſing.obſer.8.cent.6.& Pet.Roy.deci.4. Litua.in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Multi ſunt caſus, in quibus in ius vocari qs prohibetur, de quibus vide per Pet.Roy.ibid.nu.426.& ſeqq.fol.447.

De citationibus, & quomodo illæ fieri debeãt, vide per Papo.lib.7.tit.4.per totũ.& de materia, per Maran.in ſuo Spec.part.6.tit.de citatio.fol.201.Rebuff.in cõſtit.Reg.tract.de citatio.Dec.cõſ.449.Barſing.22.Guid.Pap.ſing.82.& Abb.in ſua Pract.cap.14.& 15.

Cita-

Citatio facta sine testibus non valet. Papon lib. 7. titu. 4. arrest. 8. Licèt facta sine die valeat. ibid. arrest. 11.

Citatio partis necessaria est, etiam si Iudex pro suo arbitrio causam cognoscere, & definire posset. Menoc. de Arbitra. q. 17. Ideò nullitatis vitium ex defectu citationis, est maximũ, idem, consi. 363. lib. 4.

Relatio nuntij sine testibus non valet, si fuerit oppositum; alias secùs. Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de citatio. art. 2. gloss. 4. num. 4. & seqq. Tom. 3.

Citatio facienda in domicilio, quomodo intelligatur, vide Rebuff. ibid. glo. 3.

Si citandus pluras domos habeat, citari debet, vbi degit tempore citationis cum familia. Rebuff. ibid.

Citatio ab incompetenti Iudice facta, litis pendentiam non inducit. Dec. consi. 460. nu. 34.

Citatus (etiam simpliciter) intelligitur defensor necessarius, & eius psona cẽsetur approbata ad contradicendum. Natt. consi. 656.

Citatio vbi minus legitimè facta reperitur, processus, sentẽtia, & omnia, quæ sequuntur, sunt nulla. Rol. consi. 94. vol. 2. nu. 6.

Citationũ alia hominis, & alia legis, de quibus vide per Mathe. Mathes. sing. 8.

Citatio est maximi effectus: ideò iura volunt, vt in vno quoq; actu faciẽdo pars citetur, aliàs actus sit nullus: & hęc exceptio semper poterit opponi, non obstante statuto prohibente opponere exceptionem. Hippol. sing. 75.

Vt valeat actus nõ solùm est necessaria citatio, sed etiã in commissione necessaria est nominis nuntij expressa mentio. Hippol. sing. 259.

Qui est in Ecclesia potest citari per nuntiũ. Bar. in l. 5. C. de his, qui ad Eccles. confug.

Omnis citatio includit hanc potestatem, ꝙ citatus possit comparere per se, vel per Procuratorem, nisi in citatione cõtrariũ appareat, vel alia legitima cã interuenerit. Bar. in l. i pecuniariis 26. C. de Procurato. facit l. fi. C. eod.

Quæ sint causæ, quibus personaliter tenet̃ quis comparere, vide Bar. in d. l. in pecuniariis.

Creditores, & legatarij sunt citãdi, qñ agit de eorum interesse. Bart. in authen. si omnes. C; si minor ab hæred. se abstinu.

Citatio licèt interrumpat præscriptionem, non tamen inducit litis contestationem. Barto. in l. vnica. C. de lit. contestat.

Qui dicit aduersariũ citatum, hoc probare debet: quia ille non potest probare negatiuã. glo. in cap. 23. ex. de elect.

Citatio an requiratur, quando testes examinãtur ad perpetuam rei memoriam, vide Bart. in authen. sed si quis, nu. 7. C. de testibus.

Præceptum Iudicis cum clausula, Si senseris te grauatũ cõpareas, est nullũ, habet tñ vim cuiusdã citationis. Bar. in l. 1. C. de execu. rei iudic. & in l. 9. §. vbi. ff. de offic. Procons. in repe.

Citatio, vel licentia citandi oẽs debitores, non valet, nisi debitorum nomina exprimantur. Bart. in l. 1. C. de iure domin. impetra.

Si reus non inuenit̃, sufficit publicè citationẽ ad Ecclesiã suã proponi. c. fi. ex. de dol. & cõtum.

Parte nõ citata, nõ põt ferri snĩa, neq; interponi decretũ. Bar. in l. 9. §. vbi. ff. de offi. Procõsu.

Citandus non tenetur mittere Procuratorem, quando est impeditus iusto impedimento, sed quando teneatur, vide Bar. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautionibus, & glo. 1. in c. si ægrotus 5. q. 3.

Vbi proceditur in causa, & fit aliquid vltra diẽ assignatã ad procedendũ, pars debet citari. Bar. in l. 18. nu. 5. ff. de constitut. pecun.

Iudex, qui statuit terminum ad comparendum intra tres dies, si in primo die comparuit citatus, potest incontinenti procedere ad vlteriora. Bar. in l. 62. ff. ad Trebelllia.

Delegatus qñ citat reũ, debet in citatione inserere copiam suæ delegationis, aliàs reus citatus non tenetur comparere. Bar. in Auth. de litigiosis. §. omnem.

Sigillo proprio, vel publico creditur in citationibus: & citatio licèt fiat per litteras, nuntius tamen debet illas portare. Bar. super constitutione ad reprimẽdũ, in verbo, per litteras.

Causa si cõmittatur tractanda, omni iuris solẽnitate omissa, nihilominus citãda est pars in receptione testium. Abb. consi. 46. part. 2.

Dies receptionis citationis non computatur in numero dierũ expressorũ in citatione. Abb. in sua Prac. c. 14. n. 10. gl. in verbo, dies in l. 15. §. autẽ. ff. de excusa. tut. Et vbi hora nõ est apposita, tota dies cedit. Abb. ibi. Nec dies termini, cõputatur in termino. Guid. Pap. q. 270.

Ratione dubitationis tenet iudicium cum minus legitimo tutore inter auum, & nepotẽ in eius potestate cõstitutũ. l. 6. C. de petit. hęre.

Citatio potest incipere à Procuratore, & etiam iudicium. l. 21. & ibid. Bald. ff. ex quib. causis maiores.

Citatio facta ad locum inhonestum, non arctat citatum. l. 26. § . si Arbiter. ff. de recept. Arbi.

De citatione, quæ dicitur peremptoria, & de perẽptorio edicto, vide in l. 68. cũ seqq. ff. de iudi. vbi de citationibus contra absentes.

Monitio Iudicis habet vim peremptoriæ citationis. l. 2. C. quomodo. & quando Iudex.

Minor citatus debet legitimè comparere, nempe cum curatore, licèt in citatione hoc non dicat. gl. pen. in l. 5. ff. de bonis aucto. iudi. pos.

Quis debet citari in scriptis, & conueniri, nisi sit vilis causa. l. fin. C. de priuileg. Scho. lib. 12.

De

De contumacia.

Contumax quis non dicitur, nisi eius contumacia accuſetur: & contumaciæ rei effectus omnis tollitur, circunducto termino, propter abſentiam actoris. Ozaſ. deciſ. 3. nu. 1. & 4. vide eundem, deciſ. 71. num. 5. Ant. Trig. ſing. 88. & Perilluſtr. D. P. Teſſau. deci. 19. Nam circunducto termino, citatio reiterari debet. Andr. Gail. obſer. 59. lib. 1.

Contra contumacem nunquam proceditur, altera parte non inſtante. Barto. in auth. ei, qui appellat. C. de tempor. appellat. nu. 5.

Accuſator in criminalibus neceſſe hēt in quolibet termino (quo reus citatur) comparere, & accuſare rei contumaciam, ſicut in ciuilibus: niſi ex conſuetudine Iudex haberet licētiam procedendi. Bart. in l. inter 10. num. 8 ff. de public. iudic. vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 19. & 265.

Procuratoris contumacia, quando domino noceat, vide Ozaſ. deci. 9. Barto. in l. eum, qui 3. C. de Procurato. nume. 7. & 8. in l. vnica. §. ſi Procurator. ff. ſi quis Iuſdicen. non obtempt. in l. 35. ff. de re iudic. & ſupra tit. de Procurat. ad iudic.

Citatus ſub pœna, ſi non compareat, mulctatur, licēt illo die Iudex non ſederit, quando cauſa eſt talis, quòd in ea procedi poſſet ex Iudicis officio. Ozaſ. deciſ. 71. nu. 6.

Contumaciæ præſumptio tollitur per præſumptiuam obedientiam. Ozaſ. deciſ. 71. num. 32.

Citatus comparere impeditus ſine culpa, nō eſt contumax, nec tenetur reficere expēſas, imò reſtituitur ad probandum, & defendendum. Afflic. deciſ. 29. Sed impedimentum allegās, quid probare teneat, vide ibi. & inf. tit. prox.

Cauſa iniuſta non excuſat à contumaciæ pœna. Afflic. deciſ. 31.

Contumacia tollit priuilegium fori, ſi expreſsè illi renunciari poſsit: quia quando citatus p interlocutoriam Iudicis reputatur cōtumax, perdit tale priuilegium. Afflic. deci. 133. vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 265. Tamen prorogatio iuriſdictionis in Iudicem incompetentem, non fit per contumaciam. Cabal. milleloq. 853.

Præceptum firmum manet, ex quo contumacia per citatum incurritur. Afflic. deciſ. 167. nu. 4.

Pœna cōtumaciæ cenſetur remiſſa ex generali abolitione delictorum. Gram. deciſ. 4. nu. 11.

Contumax, emenda non ſoluta, nō poteſt procedere in cauſa. Boer. deciſ. 326.

Mulier prægnans citata non tenetur in iudicio comparere; ideò non poſſunt contra illam reſpectu contumaciæ, pœnæ declarari. Guid. Pap. quæſt. 256.

Citatio facta ſine die, intra quā citatus teneat comparere, an valeat, vide Boer. deciſ. 235.

Contumax condemnatus, qualiter ſe poſsit intra annum purgare, vide Boer. deciſ. 64.

Contumacia eius, qui ſine licentia receſsit, maior eſt, quàm eius, qui nunquam comparuit. Boer. ibid. nu. 5. & 6. Tamen ille, qui comparuit, & ante quā interrogetur receſsit, perinde habetur, ac ſi non comparuiſſet. ibid. nu. 7.

Contumax poſt quatuor menſes ante adiudicationem adhuc auditur. Boer. d. deciſ. 64 nu. 8.

Infamis non eſt, qui ob contumaciam eſt condemnatus. ibid. Boer. nu. 9.

Contumacia non operatur, quando per demōſtrationem veritatis probatur contrarium: & probatio in contrariū admittitur contra contumaciam incurſam à ſtatuto. Ioſeph. Ludo. deciſ. 5. Luc. nu 41.

Iudicis contemptus non conſideratur, quando actus in contrarium geſtus admittitur. idem ibid. num. 75.

Contumaciam quis non poteſt remittere, quādo verſatur contemptus Iudicis: & contumaciam eſſe remiſſam debet liquidè conſtare, ita vt intellectus non laboret. Ioſeph. Ludo. deciſ. 44. Luc. nu. 11.

De effectu citationis cauſatiuè, vt quando quis citatur, ſi ſua putauerit intereſſe, & an talis citatio arctet, vt citatus contumax poſsit mulctari, & condemnari in expenſis, vide Franc. Marc. quæſt. 492.

Citatus, quando quo ad aduerſarium non intereſt ſuus aduentus, dicitur potius iuri ſuo renunciare, quàm quòd contumax, vel inobediens reputari poſsit. DD. de Rot. deciſ. 2. de lit. conteſtat. in antiquio.

Actor, qui obtinuit citari reum ad perſonaliter comparendum, tenetur etiam ipſe perſonaliter comparere, alioquin reus non comparens, non reputabitur cōtumax. DD. de Rot. deciſ. 2. de dol. & contuma. in antiquio. Quia tunc contumacia cum cōtumacia cōpēſatur. Cabal. milleloq. 846. Rebuff. in conſtitut. Reg. tract. de contuma. art. 1. glo. 1. nu. 8. Tom. 3.

Citatus ad videndum aliquid fieri certo tēpore, quod alio tēpore fieri non poterat, ſi non comparens ſtatim de contumacia non accuſetur, non poterit poſtea contumax dici. Put. deciſ. 162. lib. 3.

Citatio requiritur etiam perſonalis, quando agitur de priuatione alicuius iuris. Vera. deciſ. 114. part. 1.

Citatus per edictum dicitur in ficta contumacia, ideò auditur contra rem iudicatam, refectis expenſis. idem, deciſ. 118. part. 1.

Ex

Ex contumacia Sindicorum citatorum, non potest Vniuersitas, & Collegium, aut Communitas mulctari. Iaff. Lanf. Balb. decis. 156.

Contumax in vno articulo, in aliis est citãdus. Cabal. milleloq. 854.

Restitutionem an posit petere cõtumax, vide eundem Cabal. milleloq. 857.

Contumax amittit rem communem, non satisfaciens socio impensas iure communi factas. idem, milleloq. 859.

De contumacia actoris, & rei vide per Andr. Gail. obser. 60. lib. 1.

In arbitrio Iudicis est, denegare audientiam contumaci. Vincent. de Franc. decisio. 271. part. 2.

Clericus contumax veniens, & allegans priuilegium Clericale, non tenetur ad expensas cõtumaciales. Papon. lib. 7. tit. 6. arrest. 4.

Contumax, contra quem sunt laxatæ litteræ capturæ propter delictum, volens in ciuilibus litigare per Procuratorẽ, non auditur. idẽ Papon. lib. 7. tit. 6. arrest. 9.

Admittens contumaciam habetur pro confesso; aliàs secùs. Craue. consi. 254.

Contumacia à iudicio repellit contumacẽ, non refectis expẽsis, sed quomodo, & quando cõtumax admittatur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 36. & cas. 154. lib. 2.

Contumacia actoris maior est, quàm rei: ideò actor difficilius moram purgat: & reus citatus quantum debeat expectare actorem, vide eundem ibid. cas. 45.

Contumacia est graue delictum, sed causa iusta excusat ab ipsa cõtumacia, verùm quæ sit hęc causa iusta, vide Menoch. ibid. cas. 153. Impedimentum quoque excusat. ibid. Nec non rusticitas aliquando excusat. ibid. nu. 7. Idem in muliere. vide ibid.

Possessio à reo ob contumaciam auferri potest, tamen purgata cõtumacia, ille eã recuperat, sed intra quod tempus possit ipse reus eam purgare, relinquitur arbitrio Iudicis. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 479.

Casus, quibus excusatur quis à contumacia, vide per Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de cõtuma. Tom. 3. vbi de materia.

Contumacia ipso iure non datur, neque ex Iudicis officio regulariter, nisi pars illam requirat. Rebuff. ibid. art. 1. glos. 1. Vbi scribitur reg. cum ampliationibus, & limitationibus.

Cõtumacia accusari debet, vt reus morosus dicatur, & pęnam incurrat. Ozas. decisio. 71. nume. 47.

Comparẽti, Iudice adhuc sedente pro tribunali, non nocet contumacia, sed de ampliationibus, & limitationibus vide per Rebuff. trac. de contuma. art. 5. glo. 1. Tom. 3.

Verus contumax non appellat. l. & post 73. §. fi. ff. de iudic. Sed quis dicatur verus cõtumax, & qui fictus, vide eundem Rebuff. ibid. art. 10. glo. 1. Rol. consi. 47. vol. 1. Barto. in l. 1. C. quorum appellatio. & Perillustr. D. P. Tessau. decis. 265.

Pęnæ contra contumaces, quæ sint, vide Rebuff. ibid. artic. 13. gloss. 1. Quò loci longo ordine scribuntur 42.

Appellare non posse ob contumaciam, est pęna maior contumaciæ: & contumacia vera, est delictũ. Bar. in l. 1. §. si aduersarius. ff. quando appellandum non sit, & in suis quæstio. q. 3. nu. 4. facit l. 53. cum seqq. ff. de re iudic. Sed impropriè. Aluis. de Alber. sing. 61. vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 265.

Quando reus propter eius contumaciam agrauatur, tale grauamen nõ egreditur eius personam. Bart. in consi. 116. nu. 4. vol. 1.

Quod dicitur contumacem posse mulctari, intelligitur de vero contumaci; & non de ficto. vide Rol. consi. 47. vol. 2.

Expensæ debitæ ratione contumaciæ sunt pręiudiciales ex parte rei, qui non admittitur in causa procedere, nisi prius refectis ipsis expensis, imò oportet, vt contumax satisdet de iudicio sisti, & de obseruatione iudicij. Rebuff. tract. de expen. & interes. art. 5. glos. 1. nu. 38. Tom. 3.

Expensæ debitæ ratione victoriæ differunt ab expensis debitis ratione contumaciæ: quia hæ sunt grauiores, de qbus vide p Rebuf. ibi. art. 7. nu. 23. & seqq. Sed qua actione petãtur, vide Bart. in l. vnica. §. hoc iudicium. ff. si quis Iusdic. non obtempe.

De cõtumacia, & de materia vide p Cassan. in in consuetud. Burg. titu. *Des Iustices*. Rubr. 1. §. 7. gloss. 1.

Reus contumax in ciuilibus condemnari non potest, nisi actor de credito probet, & fundet suam intentionem. Cabal. milleloq. 856. Ideò contumax verus licèt non appellet, tamẽ Iudex debet iustè iudicare; alias tenetur in sindicatu. Natt. consi. 592. nu. 4. & 6.

Citatus non parendo Magistratui facit contra ius Naturale, & Diuinum, in quo iure errãs à pęna non excusatur, licèt sit mulier, vel rusticus, vide tamen Natt. consi. 159.

Contumacia respectu vnius causę potest mouere Iudicem ad denegandam iurisdictionem contumaci in alia causa, nisi purgata contumacia. Bald. sing. 61.

Sententia an possit ferri contra contumacem in respondendo positionibus, eo non citato. vide Ludo. Roma. sing. 25.

Contumacia illa propriè dicitur, quando quis fuit citatus personaliter; si autem aliâ

citatione, dicit cessatio. Pet. de Raue. sing. 112.

Exceptio loci non tuti, citatum à comparendo in eodem loco excusat. idem, sing. 261.

Contumax in aliqua parte iudicij, si postea in causa obtinuerit, potest repetere causa contumaciæ solutum. Amanel de Clarisaq. sing. 161. In hac Patria Pedemon. habemus decretum in nouis ordinibus, tit. *della contumacia.*

Pęna simpliciter apposita propter contumaciā, in dubio intelligitur temporalis, & non perpetua: quare contumax, facta satisfactione, debet restitui in pristinum officium. c. ex litteris. ext. de constitutio.

Omnis citatio includit hanc potestatem, vt citatus possit comparere per se, vel per Procuratorem, nisi in citatione contrarium appareat, vel alia legitima causa intercedat. Bar. in l. in pecuniariis 26. C. de Procur.

Tanta est potestas Iudicis circa iudicia, vt possit parcere contumaci in præiudicium alterius. c. 24. & ibid. gloss. ext. de offic. & potesta. Iudic. Delega.

Iudex in contumaciam diffinitiuè pronunciat, quando petitur aliquid, quod non posset esse consultum per missionem ex primo, & secundo decreto. Bar. in l. 7. §. cùm autem. C. ad Senatuscon. Trebell.

Monitus à Iudice si non venerit, est verus contumax, nec auditur appellans: & vna citatio tantùm non habet vim peremptorij, nisi dicatur. Bar. in l. 2. C. quomo. & quan. Iudex.

Contumax in primis dilationibus, licèt veniat in termino vltimæ dilationis, tenetur tamen expensas reficere. Bar. in authen. qui semel. C. eod. & in l. 53. ff. de re iudic.

Actor contumax quando condemnatur in expensis, an debeat citari ad audiendam sententiam expensarū, vide Bart. in l. non ignoret 4. C. de fruct. & lit. expen.

Si reus recedat à iudicio, dimisso Procuratore, solummodo ad agendum, contumax est, & condemnatur in expensis. cap. constitutis 12. ext. de Procurato.

Tribus modis dicitur quis contumax, nempe quando venire contemnit, quando malitiosè seipsum occultat, & quando impedit, ne possit ad eum citatione perueniri, & crescente contumacia, & pęna crescere debet. c. fin. §. in aliis. ex. vt lite non contestata.

Citatus ad totam causam, certo termino ad cōparendum assignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento intra terminum, debet comparere, quàm citius potest post terminum, aliàs condemnabitur in expensis. c. cùm dilecti 6. ext. de dol. & contum.

Qui mittit Procuratorem ad iudicium cum mandato insufficienti, est verus contumax, & amplius non est citandus. Bart. in l. vsus. ff. de Procurato.

Contumacia, vbi quis debet haberi pro confesso, si antequam super hoc pronuncietur decedat, nō præiudicat hæredi. Bar. in l. 1. §. sed ff. de calumnia.

Contumacem quem esse quomodo intelligatur: & contumax verus, vel fictus quis dicat, vide Bar. in l. 9. ff. de in integ. restitutio. num. 10. & sequen.

Citatus ratione dubij Iudicis, vel actoris, licèt certum sit, quòd iudicium suscipere non teneatur, tñ non cōparens potest mulctari, & contra eum primum decretum interponitur; non secundum. Bar. in l. 3. ff. de iudic.

Si dominus citatus miserit Procuratorem, qui postea non compareat, dominus erit contumax. Bar. in l. si Procuratore 8. §. si tutores. ff. mandati.

Contumacia semper interpretatur in id, quod contumaci est deterius, & aduersario vtilius. Bar. in l. quamdiu 68. ff. de acquir. hęred.

Contra cōtumacem quando fertur sententia, in sententia debent inseri verba, visis citationibus de eo factis, & visa contumacia, aliàs sententia non valeret. Bar. in l. multum 21. ff. de conditio. & demonstratio.

Reus citatus ad plures dies, si comparuit in prima die, & actor nō, deinde actor comparuerit in vltima die, & non reus, an ipse reus sit cōtumax, vel sit circūducta citatio, vide Bar. in l. Prætor 20. §. si aliqs. ff. de oper. nou. nunc.

Iudicio cępto contra te, si fuisti contumax, possum incipere in alio iudicio agere. Bart. in l. quamuis 10. nu. 8. ff. de dam. infect.

Quando ex contumacia Procuratoris, vel tutoris, aut curatoris, possit perueniri ad primū decretum, vide Bar. ibi. nu. 1.

Quando cōtumacia tutoris noceat pupillo, respectu expensarum, vide Bar. in l. contumacia 53. ff. de re iudic. Vel aliàs, vide eundem in l. vnica. §. si Procurator. ff. si quis Iusdicenti.

Contumax in non agendo intra tempus statutum, non auditur postea volens agere. Bar. in d. l. contumacia 53. ff. de re iud. nu. 7.

Contumax, qui duobus locis fuit condemnatus pro eodē debito, potest compelli ad vtrāq; cōdemnationē soluēdā. Bar. in l. sepulchri, nu. fin. ff. de sepul. viola.

Citatus in termino debet cōparere, aliàs mulctatur, nisi ex causa excusetur, vel non interfuerit actoris. l. 2. ff. si quis in ius vocatus, vide Bar. in l. 11. eod.

Pęna contumaciæ, non dicitur pęna principalis. l. 1. & ibid. Bal. ff. de in lit. iuran.

Contumacia commissa in vna re, non extendit ad aliā rē. l. dāni 18. §. si vicinas. ff. de dā. infec.

Febri-

Febricitans febre naturali, non tenetur expectare, vel in peremptorio comparere. l. quæsitum 60. ff. de re iudic.

Propter nimiam contumaciam potest Prætor decernere, vt ex primo decreto missus in possessionem fructus lucretur. l. 7. §. diuus ff. quibus ex cau. in possess. eat.

Contumacia rei non auget obligationē fideiussoris. l. fin. ff. de fideiuss. & mandat.

Qualiter puniatur contumacia, vide gl. in l. 160. ff. de reg. iur.

Contumax pro confesso habetur. l. locorum 11. & ibid. glo. C. de omni agr. deser. lib. 11.

De impedimento.

IMpedimentum quomodo probari debeat, vbi non exequitur mandatum, vide Rot. Genuen. decis. 174. nume. 13.

Impedimentum debet probari per allegantem. Craue. consi. 270. & Cassan. in cō suetud. Burg. tit. *Des droicts* §. 20. gloss. 4. nu. 4.

Impedimentum potest probari per iuramentū, si ex longinquo appellatio afferatur. Afflic. decis. 79. vide DD. de Rot. decis. 34. tit. de præben. in antiq. & deci. 3. tit. de except. ibid. in antiq. & Ioseph. Ludo. decis. Perus. 36.

Quando impedimētum debeat probari per testes, & quando admittatur probatio per iuramentum, vide Guid. Pap. q. 64. & q. 205. Iass. deci. 317. Mysing. obser. 92. cent. 3. & obser. 57. cent. 4. Cabal. milleloq. 870. Pet. Roy. decisio. Litua. 4. nu. 491. in decisio. diuerso. Tom. 2. fol. 450. Ias. de actio. §. sed istæ, num. 94. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 118. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de excusatio. nu. 61. Tom. 3. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des droicts*. §. 20. gloss. 4. & Amanel. de Clarisaq. sing. 231.

Impedimentum iustum quod dicatur, vide gl. in c. quam sit, de electio. in 6.

Citato non sufficit allegare impedimentum aquarum, aut belli, vel protestari, nisi se diligentiam adhibuisse ostēdat. Boer. decis. 40. Ideò citato non valenti comparere, bonum est protestari. Boer. ibid. nu. 8.

Impedimentum non excusat, quando quoquo modo tolli potest. Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 36. num. fin. Vera. decisio. 72. part. 2. nu. fin. Raud. tract. de Analog. cap. 37. nu. 77. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 118.

Impedimentum excusat à pœna, & à mora, & proueniens ex facto Principis excusat, & dicitur iustum, & etiam excusat, licèt causetur iniustè. Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 105. num. 9. & seqq.

Impedimentum iuris licèt dicatur notorium, tamen in illo requiritur protestatio: & impeditus tenetur ostēdere, quòd si nō fuisset impeditus obseruasset: & vbi sunt plura impedimenta, plures amotiones requiruntur. Ludo. d. decis. 105. nu. 13. Vera. decisio. 72. part. 2. num. 5. Crauet. consi. 179. num. 9. & Iass. Lanf. Balb. decis. 346.

Impedimenti protestatio non requiritur, quando aliunde impedimentum detegitur. Vera. deci. 13. nu. 5. par. 2. Quod verum est secundū stilum Rotæ, secùs de iure communi. idem Vera. decisio. 73. ibid. vide Cabal. milleloq. 869. Crescen. decisio. 5. aliàs 234. tit. de exceptio. & Rebuff. in constitutio. Reg. d. tractat. de excusatio. Tom. 3. nu. 51.

Communis est doctrina, ad hoc vt impedito saluum sit ius suum, protestationem esse necessariam, quod dictum fallit tribus in casibus, de quibus per Mysing. obserua. 59. cent. 3. vide Pet. Roy. decis. 4. Litua. in decisio. diuerso. Tom. 2. num. 496. fol. 450. & Alex. Raud. tract. de Analog. cap. 34. nu. 85.

Non potest quis se excusare propter impedimentū, nisi de illo protestetur expressè. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *Des droicts*, Rubr. 4. §. 20. gloss. 4. Imò non sufficit protestari, sed etiam debet intimari parti. Cassan. ibid.

Iudex si multitudine causarum impeditus causam expedire nō potuerit, an currat parti tēpus, & terminus, vide Ant. Corset. in suis singularib. litera I. sing. Iudex 2.

Impedimentum allegans ad effectum, vt fatalia non currant, debet illud probare, & impedimentum infirmitatis, non probatur per fidem Notarij. Vera. decis. 72. part. 2.

Impedimentum probasse non sufficit, qñ post impedimentum, causa potuit expediri. Vera. ibid. nume. 4.

Impeditus legitimo impedimento, debet statim, cessante illo, comparere coram Iudice, à quo fuit citatus, nec exigitur alia citatio. Iass. Lanf. Balb. decis. 345.

Impedimentum, quod ex parte Iudicis procedit, parti non imputatur. Mysing. obserua. 62. cent. 2.

Iustè impedito contra sententiam datur restitutio ad appellandū. Mysing. obser. 57. cēt. 4.

Impeditus comparere, quando Procuratorem mittere teneatur ad comparendum, vide eundem, obser. 58. cent. 4.

Impedimentum causam præstat recedenti à generali dispositione. Raud. tractat. de Analog. cap. 22. nume. 128.

Impedimentum morbi temporalis, non excusat. idem ibid. cap. 37. num. 78.

Impedimentum non est legitimum, quod quis sibi causauit. ibid. num. 85.

Necessitate ineuitabili, quando quis impeditus dicatur, vide Anton. Corset. in suis singularibus litera N. sing. necessitas.

Duplex est impedimentum aliud iuris, aliud facti, & de vtroque vide per Rebuff. in constit. Reg. Tom. 2. tract. de rescissio. contract. artic. 1. gloss. 23.

Multiplex est impedimentum, & scribuntur 14. species impedimentorum per eundem Rebuff. Tom. 3. trac. de excusatio. nu. 23. & seqq.

Impeditus an Procuratorē mittere teneat: & excusator, quæ facere teneat, vide ib. n. 68. & 98.

De absentia, & absentibus.

PRincipalis examinādus est suis expensis, quando relicto suo Procuratore, se absentauit. Afflict. decis. 177. Nam absentia vnius litigātiū, alteri nocere non debet. ibid.

Quando principalis ī iudicio est interrogādus tanquam melius sciens veritatem, quàm Procurator, Iudex potest illi facere mandatum, vt personaliter veniat, vel debet mitti suis sumptib. ad domū suæ habitationis. Affli. ibi.

Reus absuturus an possit petere supersedi in causa, absentia ex iusta causa durante. vide Capic. decis. 123.

Coniuncta persona, & non cōiuncta, masculus, vel fęmina (etiam sine mandato) potest pro absente vt defensor comparere, ad ostendēdum de innocentia rei in causa ciuili, vel capitali, quotiescunque absens posset condemnari. Capic. decis. 143. vide tñ ibid. & DD. de Ror. decis. 37. de Procurat. in nouis, aliàs 485.

Iudex an possit arbitrio suo dicere defensori volo, vt veniat principalis personaliter tāquam melius de veritate informatus, vide Capic. ibid. nu. 4.

Procurator an admittatur pro absente in causa criminali, quando pęna est corporalis, vide ibid. nu. 6. & supra tit. de Procurat. ad iudi. Et an admittatur sine mandato, vt processus mulctæ retardetur, vide Marc. q. 164.

Processus quomodo fiat contra absentem de graui crimine accusatum, & qualiter debeat citari, & de publicatione bonorum ipsius, vide Guid. Pap. q. 429.

Absentia post delictum proueniens, in fraudē facta videtur. Franc. Marc. q. 164. part. 1. & q. 626. part. 2.

Longa absentia æquiparatur morti: ideò finita tutela, absentis tutor tenetur restituere bona proximioribus. Boer. decis. 88.

Absentię causam allegare non sufficit, nisi illa probetur saltem sūmariè. Franc. Marc. q. 164. nu. 4 part. 1. & q. 626. part. 2.

Excusator in delictis etiam grauibus allegans causas absentiæ meri, & præcisi facti (etiam sine mādato) audiēdus est: secùs si non meri facti. Marc. d. q. 626. par. 2.

Bona absentis traduntur seruanda proximiori cognato: idem in bonis captiui. Gom. Leo. decis. 29. in decisio. diuerso.

Absentia eius, qui allegatur absens, non admittitur, quando fuit visus in die delicti, vel per diem ante: fallit, si fuerit citatus post aliquos menses à die delicti. Vincen. de Franc. decis. 317. part. 2.

Exceptio (veluti clericatus) quæ non tendit ad plenam defensionem, sed ad declinationem fori, potest opponi per alium. idem, decis. 329. part. 2.

Absens propter delictum volens litigare in ciuilibus per Procuratorē, non auditur. Papon. lib. 7. tit. 6. arrest. 9.

Absentiæ causa multæ includuntur à iure nostro restitutiones, ad generales iuris dispositiones, de quibus vide per Raud. tracta. de Analog. cap. 22.

Sententia lata in contumacia cōtra absentem, non probat delictum. ibidem cap. 32. nu. 37.

Quinque sunt absentiarum genera, sed quando absens restituatur contra præscriptionē, vel vsucapionē, vide Ias. de actio. in §. rursus.

Abesse ex causa probabili, & necessaria quis dicatur, vide ibidem, nume. 3. Et absens an in dubio quis præsumatur, ibid. num. 5.

Absens reuersus contra præsentem, & præscribentem, restituitur: sed tempus modicum, quod dicat, intra qđ absens reuersus restitutionē petat, vide Menoc. de Arbi. li. 2. cas. 33.

Absens si ignoretur vbi sit, nō præsumitur Prouinciam exiuisse: & pręsumit esse in loco vicino; non autem in remoto. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 40.

Multum abesse dicitur, qui extra Prouinciam est. Menoch. ibid. num. 11.

De absentiæ excusatione vide per Rebuff. in constit. Reg. Tom. 3. tract. de excusatio. f. 731.

Absens studiorum causa, vel militię, pro præsente habetur. Menoch. consi. 182. lib. 2.

Præsentes dicuntur, qui sunt in eadem Prouincia: & debet inspici, vbi partes habent domicilium; non vbi res est sita. Bar. sing. 199.

In crimine capitali contra absentem peruenitur ad condemnationem. Bar. sing. 215. Imò generaliter sententia lata contra absentem in criminalib. valet. Castren. sing. 50.

Iudex in ciuili non potest pro actore absente non citato ferre sententiam; secùs in criminali. Roma. sing. 193.

Sententia lata per Syndicos, seu reuisores rationū Cōis cōtra absentes administratores

Ciui-

Ciuitatis, licèt non contumaces valet, idem sing. 235.
Absentes pro Repub. multa habent priuilegia, nisi data opera, & affectatè causa Reipu. absint, quod præsumitur, si ille, qui causa ipsius Reipub. abest, est in officio pauci valoris. Lud. Roma. sing. 567.
Si quis se absentet ex iusto metu, qui potest cadere in constantem virum, & mulctæ contra eum declarentur, quia mulctatus nõ comparuit, subuenitur illi per viam restitutionis in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. Guid. Pap. sing. 838.
Minæ illatæ à potente inducunt iustum metũ, & iustum errorem. Guid. ibid.
Facta contra absentem, qui venire non potuit, sunt nulla, seu annullanda, constito de impedimento. Guid. Pap. sing. 872.
Absentia iusta excusat quem à pœna legali; non autem à pœna conuentionali. Anto. Corset. in suis singul. littera P. sing. pœna.
Contumacia, quæ pœna sit in criminalibus: & an Procurator, vel coniunctus pro inquisito cõparẽs, sit audiendus, atque illi Procuratori, seu coniuncto actorum copia (si petatur) danda sit, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 265. Et cõtumax verus quis dicatur, vide ibid.

De iurisdictione, & foro competenti.

Petitio, & pronunciatio de vendẽdo fit à Iudice, in cuius territorio quis debet defendi, vẽditio à Iudice, in cuius territorio bona sunt sita. Bar. in l. 1. ff. de bon. aucto. Iudi. possi.
Iudex non potest cognoscere de incompetentia, quando ipsi aliquid applicatur. Bart. in l. de iure 37. ff. ad municipales, & de incol.
In relictis amore Dei Iudex Ecclesiasticus est cõpetens Iudex: & interlocutoria lata super competentia est diffinitiua, & transit in iudicatum. Abb. consi. 105. part. 1.
Exceptio fori declinatoria competẽs debitori contra creditorem, non obstat cessionario singulari successori creditoris: quia declinatoria fori est exceptio personalis, & cohæret personæ, & per consequens non transit contra cessionariũ. Affli. deci. 74. & 206. Sed quare cessionarius priuilegiatus trahat in suum forum debitorem cessum, vide Afflic. ibid.
Cautio de iudicato soluendo præstita, non excludit declinatoriam fori. Afflic. decisio. 333. nu. fin. vide tamen supra tit. iudicatum solui.
Facultas eligendi Iudicem durat vsque ad litis contestationem. Afflic. decis. 185.
Iudex quando posit iudicare se esse competẽtem, vide Afflic. decis. 354. nu. 14.
Iudex incompetens pronuncians se competentẽ, nõ potest iurisdictionẽ exercere. ibi. nu. 16.
Iurisdictioni, vbi derogatur per obiectũ exceptionis, debet Iudex ante oĩa super ea pronunciare, tacitè, vel expressè. Abb. consi. 14. part. 1. Gram. decis. 65. nu. 81. & 82.
Iudex procedens super negotio principali, videtur se pronunciare Iudicem competentẽ. Guid. Pap. q. 10. nu. 5. Et hæc tacita pronunciatio transit in iudicatum, si non appelletur intra statuta tempora. Guid. ibid.
Iudex potest cognoscere an sit cõpetens. Fran. Marc. q. 180. part. 2.
Quando opponitur de incompetentia Iudicis, Iudex regulariter cognoscit, an sua sit iurisdictio; sed reg. limitatur nouem in casibus, de quibus vide per Ant. Corset. in suis singular. litera I. sing. iurisdictio 1.
Quæ sint causæ, propter quas citatus non tenetur comparere, & non comparens excusetur, vide Bart. in l. quacunque. ff. si quis in ius vocat. non ieri.
Exceptio declinatoria an posit semper opponi, vsque ad litis cõtestationem, & in casibus, in quibus lis non contestatur, potest opponi vsque ad sententiam. Bar. in l. ex quacunq; in repet. nu. 19. ff. si quis in ius vocatus, vide eundem in l. 33. ff. de iudi. facit l. fin. C. de excep.
Forensis, qui in loco habet mercaturas, quãdo ibid. posit conueniri, vide Barto. in l. de iure 37. ff. ad municipales.
Remissio habet locum in contractibus, si fuerit renunciatum priuilegio fori; aliàs secùs. Bar. in §. si verò, Auth. vt nulli Iudicum, nu. 5.
Agens ad rescissionem contractus debet sequi forum rei. Ozas. decis. 78. nu. 15. vide Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 24. & 25.
Remissio an debeat fieri in contractibus, vide Guid. Pap. q. 202. nu. 3. in fine.
Mercator vnius loci, tenẽs factorem in alio, poterit pro contractibus initis cũ illo ibi. cõueniri, si in eo loco reperiatur. Boer. decis. 114.
Tutor non sortitur forum ratione contractus. Guid. Pap. sing. 677.
Contrahẽs in loco, vbi non habet domicilium, nec armariũ, ibid. conueniri non potest: quia habetur vt viator. Capel. Tho. q. 103. vide Borg. decis. 2. de iudi. Fallit, quãdo cõtrahens ignorabat eum viatorem. ibid. d. q. 103. Imò semper quis potest conueniri in loco contractus, quotiescunque ibid. reperitur, sed si alibi reperiatur debitor, an posit peti remissio illius, ad Iudicem loci contractus, vide Fran. Marc. q. 400. & 401. part. 1. & q. 244. part. 2.
Regulariter in contractibus remissio locũ non habet. Roma. sing. 283.
Fallit primo, quã fuit priuilegio fori renunciatũ

secundò, quando interuenit iuramẽtum: tertiò, ratione nimiæ contumaciæ. Roma. d. sing. 283. Bar. in l. 1. ff. si quis in ius vocatus nõ. ieri. & gloss. ibid.

Debitor extraneus in quibus casibus pro debito ciuili in alieno territorio conueniri, & arrestari possit, vide Marc. q. 1057. part. 1.

In contractibus, si in loco cõtractus debitor nõ inueniatur, bona, quæ ibid. habet possidẽtur, non tamẽ inuitus reducitur, si alibi versetur, nisi habeat forum ibid. vel domicilium, aut si aliter latitet, vel priuilegio fori renunciasset; quia his in casibus posset. glo. in §. si verò, Authen. vt nulli Iudic.

Negotiorum gestor cõueniendus est in loco gesti negotij, Rot. Genu. decis. 161.

Debitor põt conueniri vbilibet reperiĩ (dummodo in loco idoneo) quãdo certo loco obligatus soluere, fuit in mora soluẽdi. ibi. nu. 6.

Quo ad sortiendum forum, inspicitur locus collatæ solutionis. ibid. nu. 5. & 7. d. decis. 161. Et illius loci quis sortitur forum. Ias. de actio. in §. si quis agens, vers. plus, nu. 26. Quia contraxisse vnusquisque intelligitur in eo loco, in quo, vt solueret, se obligauit. l. contraxisse 20. ff. de actio. & oblig.

Ex submissione defuncti ad omnes Curias cum renunciatione fori, potest hæres vbique conueniri. Iaff. Lanf. Balb. decis. 69.

In loco contractus non potest debitor conueniri, quando solutio est in alio loco destinata. Iaff. Lanf. Balb. deci. 216. l. . oo ff. de solutio. & liberat. vide Ias. de actio. §. si quis agens, vers. plus autem, nu. 16. & Bar. in l. 1. ff. de bon. aucto. Iudic. possid.

Forensis, qui vadit ad mercatum, & ibid. negotiando contrahit, potest ibidem conueniri, non obstante statuto suæ patriæ disponente, quòd non possit cõueniri, nisi in foro suo. Borg. Caual. decis. 2. de iudi.

Contrahens in alio loco, quàm in foro domicilij, quando possit ibid. conueniri, vide Bart. in l. hæres absens 19. §. proinde. ff. de iudic.

Ad hoc, vt quis pro prima cognitione possit cõueniri coram Supremo Iudice, requiritur specialis renunciatio, nec sufficit generalis, & non obstante speciali, adhuc eũ pœnitere põt, & ad Iudicem competentem prouocare. Mysing. obser. 88. cent. 1.

Multa de iurisdictione vide per D. Sol. in suis comment. in constitut. antiq. Sabaudiæ tit. de foro competent.

Iuramentum addit forum foro, ideò decreto Ducis Filib. quo datur facultas pro obseruatione iuramenti cõueniẽdi debitorem corã Concilio Taurinensi, non intelligitur derogatum per nouos ordines. idem D. Sol. super decreto, subditos, glo. 2. nu. 19. eod. titu. fol. 7. Sed an dictum habeat locum in hęrede iurãtis, vide Ludo. Roma. sing. 219.

Restitutio potest peti coram Iudice loci celebrati contractus. Rol. consi. 26. vol. 2. nu. 3 r.

Cõueniri possum in loco, vbi Procurator meus generalis contraxit, licèt ille à loco recesserit. Roma. sing. 240.

Conueniri qualiter possit, qui promisit soluere vbicunque fuerit petitum, vide Bart. in l. Titium 48. §. tutores. ff. de adminift. & peric. tut.

Regulariter quilibet coram suo Iudice est conueniendus: fallit in casibus, de quibus vide p glo. in cap. 1. 3. q. 6. Et Iudex competens, & ordinarius est, qui conuenti Iudex est. Magon. decis. 66. Rot. Floren.

Iurisdictio minoris Iudicis non cessat propter præsentiam maioris, sed quomodo hoc intelligatur, vide Bart. in Auth. de defensor. Ciuit. §. iusiurandum, & in l. 16. ff. de offi. Proconsul. Tamen quòd iurisdictio minoris Iudicis impediatur maioris præsentia, habetur in ca. 8. ex de offic. Lega. & in gl. c. denique, distin. 21.

Iurisdictionẽ in suo territorio quatuor modis dicitur quis habere: & probatio iurisdictionis est legitima, probando quis vsum, & consuetudinem ipsius. Bar. consi. 189. vol. 1.

An vendito reditu certo cum iurisdictione, censeatur territorium venditum, vide Boer. decisio. 227.

Iurisdictionem plerique habent, qui non habẽt territorium. ibid. nu. 2.

Iurisdictio contentiosa, an possit esse sine territorio, vide ibid. nu. 5. & 6.

Territorium non est aliud, quàm terræ spacium munitum, & armatum iurisdictione. Boer. d. decis. 227. nu. 7.

Iurisdictio concessa, non censetur concessum territorium; sed bene contra. Boer. ibid.

Iurisdictionem (etiam ordinariam) quis habere potest sine territorio. Boer. ibid. nu. 14.

Executio citationis non potest fieri extra territorium, nec decretum, quod censetur quædam interlocutoria. Aegid. Bellam. conclus. 649. Sed an valeat citatio facta in alieno territorio, siue ratione domicilij, siue delicti, aut contractus, vel rei, vide Fran. Mar. q. 401.

Decretum citationis an sit iurisdictionis voluntariæ, quæ extra territorium exerceri potest, vide Aegid. d. conclus. 649.

Princeps in ejus territorio est fundatus de iure communi, vt remedium reintegrandæ impedire possit super iurisdictione. idẽ Mar. q. 80.

Iurisdictionẽ exercere in alieno territorio nemini licet. Marc. ibi. Sed si quis exerceat qualiter puniatur, vide eundem. q. 427. & 428.

Quando est contentio de iurisdictione pretex-

tu territorij, & finium, quæ probationes possint fieri ad obtinendum, vide Natt.cõs.673.

Iudex vnius territorij, potest alteri territorium concedere sine iurisdictione contra subditos suos. DD. de Rot. decisio.13. aliàs 843. de consuetud. in antiq.

Licèt Iudex ordinarius extra territorium ius dicere non possit, potest tamen in suos subditos ius dicere ratione rei sub alterius iurisdictione sitæ. vide Hartma.c.6.tit.de iudi.lib.2.

Territorium est vniuersitas agrorum inter fines cuiusque Ciuitatis, ab eo dictum, quia Magistratus eius loci intra illos fines terrẽdi, idest submouendi ius habet. l. pupillus 239.§.pen. ff.de verbo.& rer.signif.

Iurisdictiones cuilibet Magistratui in sua Prouincia, & territorio assignatæ sunt, vnde si qs extra suã iurisdictionem cognoscere vellet, non posset; quia ibid. tanquam priuatus est: imò puniri potest Iudex, qui extra suã iurisdictionem aliquid agit, ob id praxis inuẽta est, vt quando Iudex vnius territorij in causa, in qua cognoscit, indiget aliquid facere in alieno territorio, per litteras requisitorias requirat Iudicem illius, vt permittat actum facere in suo territorio, de quibus vide per Rebuff. in constitutio. Reg. Tom.2.tract.de litter.requisi.in principio.

Quando dictum præcedens habeat locum, tam in executionibus, quàm in cæteris actibus, vt sit opus litteris requisitoriis Iudicis territorij, vide eundem Rebuff. ibid.glo.2.nu.4.

Iurisdictionis volũtariæ actus possunt extra territorium Iusdicentis exerceri, nisi illud, quod esset expediendum, de iure speciali competeret. Ludo. Roma. singul. 49. vide Marc. de Mant.sing.141.

Iurisdictio contentiosa ad hoc vt possit extra territorium exerceri, duo requiruntur, nempe partis, & Iudicis proprij territorij consensus, nisi illud, quod erat expediendum, de iure speciali competeret. idem Roma.sing.50.

Iudex extra territoriũ nullum habet imperiũ: fallit in casu, de quo per Hippol.sing.203.

Iurisdictio est indiuisibilis, licèt eius exercitiũ, vel commoditas, sit diuisibilis: & potest vẽdi consorti cum fundo. Bart.consi.189.nume.7. & 8.volum.1.

Iurisdictio est indiuidua, qa est tota in toto territorio, & tota in qualibet eius parte, sed an transeat cũ illo, vide Hart.c.fi.tit.de iudi.li.2.

Iurisdictio si sit cõmunis plurium, qualiter inter eos debeat exerceri, vide Boer.decisio.5. & Ludo. à Pegue.cap.10.

An iurisdictio pro indiuiso competẽs pluribus hæredibus inæqualiter, possit diuidi, aliquibus inuitis, vide August. Bero.q.111.

Iurisdictio peruenta in plures fratres, licèt non possit diuidi; tamen eius administratio, seu exercitium, diuiditur. Bar. in l. inter 37. nu.6. de administ.& peric.tuto.

Affrancatio facta de Vasallis, non priuat affrancãtem iurisdictione, & Imperio: & submissio facta per affrancatos alicui Communitati, pariter non priuat ipsum Dominum iurisdictione. Bart.consi.189.nu.9.

Existens in quasi possessione iurisdictionis, nõ debet in illa molestari, donec legitimè conuincatur. Bar. ibid.nu.12.

Emptor iurisdictionis certi loci, potest illam exercere extra locũ venditũ. Bar.ibid.nu.fin.

Iurisdictio ordinaria videtur concessa, quando conceditur vnum negotium vniuersale. Bar. quæst.5.num.fin.

Possessio iurisdictionis acquirit per vnũ actũ, qui non solet de gratia concedi. Abb.cõs.61. part.1.& Cabal.milleloq.505.

Licèt reperiatur, ꝙ Dominus in aliquo capitulo iurisdictionis, illa non fuerit vsus, tamen si in aliis capitulis vsus fuerit, per hoc retinet iurisdictionẽ in capitulis, quib. nõ fuit vsus Guid. Pap.q.631.n.12. vide Boer. decis.227.n. 4.& Capel.Thol.q.324.

Iurisdictio pt tacitè ꝓrogari. Abb.cõs.33.par.2.

Exercens vnum actum iurisdictionis animo acquirendi iurisdictionem in loco, videtur iurisdictionem ipsam in totum acquirere, dũmodo alius non sit in possessione, vel quasi. idem Abb.consi.71.part.2.

Qualiter, & quibus modis quæratur iurisdictio, vide Natt.consi.636.

Quasi possessio iurisdictionis, quæ cõpetit personæ, retinetur animo, & dicitur habere causam cõtinuam. Barto. in l. iusto 44.§.non mutat.ff.de vsucapio.

Processus factus coram Iudice incompetẽti, est nullus, nec potest validari per ratihabitionẽ Iudicis competentis. Abb.consi.25.part.1.

Dispositio quando concipitur nomine dignitatis, sẽper successor cognoscit. Abb.cõs.93.ibi.

Clericus si litiget coram Iudice laico sequẽdo forum rei, submittit se tacitè omnibus statutis laicorum concernentibus iudicij ordinẽ. Abb.consi.33.part.2.

Iudex temporalis tribus in casibus habet potẽstatem in Clericos. Guid. Pap.q.562.

Laicus ratione fructuum præbendæ sibi locatę, an conueniri corã Iudice Ecclesiastico possit, vel illi petere liceat causam Iudici seculari remitti, vide Ozas.decis.32.

Clericus conuenire Laicum potest coram ipso Iudice Ecclesiastico pro rebus Ecclesiæ, vel suis, siue reali, siue personali actione agatur. ibid.d.decis.32.

Vbi

Vbi agitur de rebus Ecclesiæ, siue Clerici, poterit quis coram Iudice Ecclesiastico, vel seculari conueniri. ibid. nu. 6.

Ducale decretum, ne subditi cōueniantur pro re merè prophana coram Iudice Ecclesiastico, iure sustinetur. vide Ozas. d. deci. 32. nu. fin. & Franc. Marc. q. 658. part. 2.

Ecclesiasticus Iudex dicitur competens (etiam inter laicos) ratione iuramenti cōtractui appositi. Ozas. decis. 78.

Ecclesiæ res à Principe procedens, est de foro eius in possessorio. Afflic. decis. 2. nu. 4. Et possessorium vti possidetis, est merè temporale. ibid. Sed quando de illo possit cognosci per Iudicem laicum, vide Maran. in suo Spec. distinct. 13. iudic. part. 4.

Curia Suprema cognoscit inter Ecclesiasticas personas. Afflic. d. decis. 2. nu. 10.

Iudex laicus an procedat in spolio contra Clericum spoliantem, laico instigante, vide Afflic. decisio. 85. Pro affirmatiua, scribit Franc. Marc. q. 1059. & seq.

Clericus, quando agitur super possessorio, vel quasi in rebus Spiritualibus, vel beneficialibus, potest citari per Iudicem laicum. Gram. decis. 78. Guid. Pap. q. 1. Nam possessoriū beneficiorum, & rerum Spiritualium tractatur coram Iudice laico. Papon. lib. 1. titu. 5. arrest. 22. & seqq. vide infra tit. de interdictis in genere. Et in illo iudicio potest deduci petitorium ad coroborationem possessorij, vide Guid. quæst. 71.

Clericus falsum deponēs coram Iudice laico, per ipsum non punitur, sed debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum puniendus. Afflict. decisio. 230.

Ecclesia non habet fori electionem, sed debet sequi forum rei. Afflic. decis. 257. vide tamen Capic. decis. 160.

Familiares Episcopi gaudent priuilegio competenti ipsi Episcopo; non sic in aliis priuilegiis. Capic. decis. 12.

Iudex secularis incidenter cognoscit de causa Spirituali, & de filiatione: idem, quando constaret, quòd per calumniā opponeretur exceptio remissionis ad Ecclesiasticum Iudicem. Anto. Capic. decis. 7. Sed q incidens quæstio Spiritualis à seculari ad Iudicem Ecclesiasticū remittatur, scribit Mysing. obser. 100. cent. 1. vide Bar. in l. 3. C. de iudic. Idē in alia præiudiciali. Mysing. ibid.

Iudex secularis potest pronunciare super vsura, si de illa cōstet ei notoriè, vel per confessionē partis. Capic. d. decis. 7. nu. 5.

Clericus in Sacris constitutus, vt careat priuilegio fori, plura requiruntur; sed in minoribus, pautiora. Capic. decis. 161.

An Clericus cōiugatus gaudeat priuilegio Clericali, vt remittatur ad Iudicem Ecclesiasticum in delictis, vide Gram. decis. 10.

Clericus citatus à Iudice laico non tenetur cōparere, & si in eius contumaciam procedatur, quę sequunt nulliter fiunt. Gram. decis. 79.

Iudex secularis cognoscere potest, quādo agitur quæstio facti incidentis in materia Ecclesiastica. Gram. decis. 78. nu. 5.

Possessio sola Clericalis tonsuræ & habitus sufficiunt quo ad fori priuilegium, & pariter si Clericus possideat beneficium; quod procedit si sit Regnicola; secus si Vltramontanus. Gram. decis. 81. nu. fin.

Capellano moriente instituto hærede laico, inuentarium debet fieri per Iudicem secularem: quia bona, quæ erant affecta priuilegio Clericali, desinunt esse Ecclesiastica. Guid. Pap. quæst. 261.

Episcopi habent iurisdictionem in laicos de iure, & ex prorogatione: & quilibet Episcopus est Iudex ordinarius Regis Franciæ, sed quomodo dictum intelligi debeat, vide Boer. decis. 69. & l. 9. cum authen. si quis. C. de Episcopali audien.

Iudex secularis quando possit inter Clericos, & Sacerdotes cognoscere, vide Boer. decis. 69. Mysing. obser. 67. centu. 2. & gloss. in cap. Princeps 23. q. 5.

Iudex Ecclesiasticus non potest laicum, etiam suæ iurisdictionis, capere, nisi in casibus priuilegiatis. Boer. decis. 227. nu. 11.

An exceptio incōpetentiæ Iudicis opponi possit per laicum conuentum ad instantiam alicuius Clerici coram Papa, vel eius Delegato, vide Capel. Thol. q. 211.

Laicus non potest conuenire laicum pro Legato pio sibi relicto coram Iudice Spirituali. Capel. Thol. q. 215.

Puella, vt dos sibi constituatur ob deflorationem, Iudicem secularem adire potest. Fran. Marc. q. 6. & Papon. lib. 1. tit. 5. arrest. fin.

Iudex secularis propter negligentiam, & abusum Iudicis Ecclesiastici, adiri potest. Marc. quæst. 371. part. 2.

Iudex laicus debet adiri in casu, quo laicus donat, vel alienat, vel se Clerico obligat, non èconuerso. DD. de Rota decisio. 7. titu. de iudic. in nouis.

Iurisdictiones Papæ, & Principis distinctæ sunt. §. 1. & ibi gloss. Auth. qō oporteat Episcopos.

Episcopi debent Iudices ad Iustitiam faciendam compellere, aut per se, aut per litteras ad Principem directas. vide §. 1. Auth. vt differentes Iudices.

Colonus Ecclesiæ an in causa, contra eum motam, fori Ecclesiastici obtineat priuilegium,

vide

vide Perillustr. D.P. Tessau. decis. 22.

Iudex laicus non potest cognoscere de causa decimarum in petitorio; secùs si de possessorio, vel solutione agatur. Andr. Gail. obser. 38. lib. 1.

An Clericus pro rebus tẽporalibus, possit cõueniri coram Iudice laico, vide Papon. lib. 1. tit. 5. arrest. 9. & seqq.

Quæstio reparationũ beneficiorũ, tractatur coram Iudice laico. Papon. ibid. arrest. 19. & 21.

An Iudex secularis ex causa possit cõpellere Iudicem Ecclesiasticum ad sibi deferendum acta, coram eo facta contra Clericum, vide Papon. ibid. arrest. 37.

An suprema Curia temporalis, quando Iudex Ecclesiasticus non vult parere eius præceptis, possit procedere ad sequestrum rerum temporalium beneficiorum, vide Papon. lib. 1. tit. 5. arrest. 50. & 56.

Quæstio matrimonij inter alias personas incidens, vel inter parentes sponsi, & sponsæ, tractatur corã Iudice laico. Papon. ibi. arrest. 57.

Quæstio matrimonij incidẽter opposita remittenda non est ad Iudicem Ecclesiasticũ, sed Iudex laicus de illa cognoscere potest. Crau. cõsi. 253. Et licèt esset remittenda, tamẽ posset cognoscere de causa dotis. Craue. ibid.

Propter causam pertinentem ad Iudicem Ecclesiasticum, non est impedienda iurisdictio Iudicis laici in alia causa cõnexa. Cra. ibi. n. 9.

Iudicium aliud Ecclesiasticum, aliud seculare, sed quibus casibus laicus possit conueniri coram Iudice Ecclesiastico, & contrà, vide Maran. in suo Spec. par. 4. distinct. 11. iudic.

Iudex tẽporalis non potest cognoscere de causis spiritualibus: fallit, qñ cõstat de causa per confessionem partis. Maran. ibid. d. distin. 13.

Fideiussor de eundo ad iudicium licèt sortiatur forum ratione contractus, non tamen perdit priuilegium eligendi Iudicem: & Clericus fideiubẽs de iudicio sisti, nõ dẽt conueniri coram laico. Bart. in l. 1. ff. si quis in ius vocat.

Iudex secularis põt cognoscere de exceptione excommunicationis, punire sacrilegiũ, & hæreticum. Bar. in l. Titia 35. nu. 6. ff. solut. matri.

Hodie tam in criminali, quàm in ciuili causa, Clericus non potest conueniri coram Iudice seculari, tamen illi Iustitia non debet denegari à quocunque Iudice. authẽn. statuimus. C. de Episco. & Cler.

Ille, qui est Iudex causæ principalis, est etiam Iudex cuiuscunque causæ ibid. incidentis, dato quòd de illa non posset principaliter cognoscere. l. 3. C. de iudi. & Barto. in l. Titia 35. ff. soluto matrimonio.

Petitorium corã eodem Iudice agitari debet, corã quo possessoriũ fuit decisum, vbi actor, & reus eiusdem sunt fori. Ozas. decis. 31. num. fin. Sed vide eundem, decis. 78. nu. 11.

Prorogatio iurisdictionis Iudicis extra nei, inducitur consensu litigantium. Ozas. decis. 78.

In prorogatione iurisdictionis non requiritur licentia proprij Iudicis: fallit in casibus, de quibus vide per Hartma. c. 14. tit. de Iudicib. lib. 1. Ideò Iudex non potest prohibere subditos suos, quos intellexit litigare coram alio Iudice, ne coram eo litigent (exceptis certis casibus, de quibus per Capic. decis. 9.) Quod præsertim procedere dicitur, quando partes vellent coram Ecclesiastico Iudice litigare. Ozas. decis. 78. vide tamen Boer. decis. 114.

Vasalli possunt subditis suis inhibere, ne coram alio Iudice litigent. Ozas. d. decis. 78. num. 42. vide Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 9. & 18. D. Sol. in cõstitutio. antiq. Sabaudidiæ tit. de foro competenti fol. 4. & Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 12. num. 25. Quia prorogatio simplicis iurisdictionis, non potest fieri in præiudiciũ Superioris. Ozas. d. deci. 78. nu. 17.

Sententia per incompetentem Iudicẽ lata contra reconuenientem valet: quia reconuentio prorogat iurisdictionem. Afflic. decis. 27.

Clericus etiam volens non trahitur coram laico Iudice. Afflic. decis. 85. vide Gram. decis. 61. Guid. Pap. q. 77. Tamen potest reconueniri à laico corã Iudice seculari pro causa merè ciuili, nec tunc potest desistere à conuentione, vt liberetur à reconuentione. Affli. decis. 173. vide Iaff. Lanf. Balb. decis. 64.

An Iudex, cuius iurisdictio fuit prorogata, possit sententiam suam mandare executioni, vide Guid. quæst. 77.

Quando ex pacto quis debet conueniri coram certo Iudice, non potest ille prorogare alienam iurisdictionem. Guid. Pap. q. 275.

Exceptio fori cùm sit dilatoria, non potest opponi post litem contestatam. Bar. in l. quidam 57. ff. de re iudic. Tamen priuilegiũ fori, lite pendente, superueniens reo, citra eius factum voluntarium, illum eximit à Iudice, coram quo lis erat incoata. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 70.

Procurator an possit sine speciali mandato iurisdictionẽ prorogare, vide Guid. Pap. q. 285. & q. 462. Iaff. Lanf. Balb. decis. 66.

Prorogatio videtur facta iurisdictionis, si quis se submittat cognitioni Iudicis. Guid. Pap. quæst. 370.

Iurisdictio prorogata non expirat, per sententiam Iudicis prorogati. Guid. Pap. q. 462.

Feudi causa possessoria potest cognosci per Iudicem ordinarium, sed quæstio proprietatis feudi nõ cognoscitur, nisi per Dñm feudi. Ozas. decis. 78. nu. 9. & Grã. decis. 103. n. 133.

Iudi-

Judicium agitatum per Vasallos coram aliis Iudicibus, quàm feudi, non tenet, nisi quando Dominus feudi sciret, & non contradiceret. Gram.d.decis.103.num.136. Sed an Vasallus possit sine consensu Domini directi litigare coram alio Iudice, vide Ozas.deci.78. Gram. d.decis.103.num.137. Guid.Pap.q.275. Boer. decis.114. Andr.Gail.obser.40.lib.1.& Vincẽ. de Fran.decis.417.part.2.

Submittens se alienæ iurisdictioni an, & quando possit eũ pœnitere, & qd, si promiserit forum non declinare, vide Guid.Pap.q.77.

Laici iurisdictionẽ Iudicis Ecclesiastici expressè, vel tacitè prorogare possunt. Marc.q.544. part.2.& q.658. ibid.

Dispositio legis, si cõuenerit.ff.de iurisdict. om. Iudi. non habet locum, quando Iudex, cuius iurisdictio est prorogata, erat præsens, & prorogationem acceptauit, quando pactio esset iurata, quando renunciatum esset fori priuilegio, quando iurisdictio prorogatur tacitè per delictum, & quando ibid. erat facienda solutio. Iass. Lanf. Balb. decis.48.

Iudex, qui habet limitatam suam iurisdictionẽ vsque ad certam quantitatem, de consensu partium potest excedere suam iurisdictionẽ quo ad interesse partium, & non aliter. Papo. lib.7.tit.7. arrest.32.

Iudicium aliud ordinarium, aliud prorogatum, & prorogatio iurisdictionis multis modis fieri potest, sed quomodo & quando, vide Maran.in suo Spec.part.4.distinc.12.iudic.

Prorogatio nõ potest fieri in causa appellationis, sed quæ sit ratio, vide ibid. nu.22.

Quibus in causis iurisdictio possit prorogari, vide Natt.consi.82.

Error iuris prorogationem impedit, nisi Iudex in litigantibus iurisdictionem haberet, licèt tunc casualiter non. Roma.sing.684.

Vide casus, in quibus potest fieri prorogatio iurisdictionis per glo.in c.Petro 40.ext. de offi. & potesta.Iudi.delega.

Si res sit prorsus extranea ab eo, quod Iudici est commissum, Iudex non potest cognoscere, nisi per modum reconuentionis, vel prorogatæ iurisdictionis. Bar.in l.1. C.si à non competente Iudice.

Litigantes coram non suo Iudice, credẽtes esse suum Iudicem efficiunt, vt prorogatio iurisdictionis impediatur. Bar.in l.fin. eo.tit.

Quando iurisdictiones sunt distinctæ, & limitatæ, non habet locum prorogatio. l. repetita. C.de Episco. & Cler.

Eius, qui habet iurisdictionem, & tribunal, vel iurisdictionem tantùm, potest (partibus consentientibus) iurisdictio prorogari. l.1.ff.de iudic.l.74.§.Iudex, eo. Et non aliter, l.pen.ibid.

In prorogatione iurisdictionis de persona ad personam, requiritur consensus partium, quæ sciant illum non esse Iudicem suum, & consensus Iudicis non requiritur: sed in prorogatione de tempore ad tempus, requiritur, & partium. l.2.ff.eod.de iudi.

Iudex causæ præparantis, debet esse Iudex causæ præparatæ. Ozas.decis.78.nume.5. & Petr. Gerar. singul. 88.

Iudex absolutionis à iuramento, debet esse Iudex causæ principalis. Ozas.d.decis.78. nu. 6. Tamen Iudex non acquirit iurisdictionem ex eo solo, quòd cognouit super præparatorio alicuius causæ, nisi iurisdictionẽ habeat super principali. Ozas.d.decis.78.num. 7.

Debitor non potest conueniri coram diuersis Iudicibus pro eodem debito, sed debet remitti ad primum Iudicem, de cuius mandato solũmodo fuerat citatus. Guid.Pap. q.421.

Iudex non admittens exceptionem litis pendentiæ, non remittendo causam ad primum Iudicẽ, dicitur grauare partẽ. Affl.deci.354.

Litigãs coram diuersis Iudicibus super eadem re, non excipiens de litis pendentia, sibi præiudicat. Afflic.d.decis.354.nu.3.

Exceptio, ne continentia causæ diuidatur, impedit litis ingressum. Affl.decis.354.nu.6.

Exceptio processus pẽdentis non obstat iurisdictioni, nisi vbi obstaret exceptio rei iudicatæ ipsi actioni. Capic.decis.122.nu.9. Fran. Marc.q.920.nu 12. part.2. vide Maran.in suo Spec.distinct.6. nu.20.fol.577.

Iudex præueniens per citationem realem, nempe per capturam, præfertur Iudici inquirẽti per prius. Gram.decis.30.nu.6. Qui etiam citauit reum. Guid.Pap sing.207.

Præuentio habet locum inter æquales Iudices, & in pari Iurisdictione. Gram.d.deci.30.nu.7.

Princeps potest causam in alieno iudicio pendentem, & indecisam, ad se euocare. Guid. Pap.q.440. Et tunc ille, qui petiit causam euocari, debet acta producere. Guid.ibid.

Submittens se iudicio alterius Iudicis, si postea coram Ordinario præueniat, an nihilominus possit conueniri coram alieno Iudice, vide Boer.decis.114.

Iudex, qui remittit causam ad Superiorem, non potest postea pro eadem re procedere; secùs si remittat alteri Iudici. DD.de Rot.decisio. 13. aliàs 362. de offic. Deleg.in nouis, vide c. 5. ex.de offic.Legat.

Præuentio iurisdictionis, sola citatione legitimè facta inducitur, & habet etiam locum in remedio legis, diffamari. Andr.Gail.obserua. 11. libr. 1.

Pupillus habet electionem fori, & potest variare: fallit, quando lis iam erat cœpta cum au-

ctore,

ctore, cui pupillus successit. Vincen. de Fran. decis.364. part.2.

Si actor in causa ciuili reum conuentum coram Iudice suo competenti ad alium Iudicem traxerit, vel trahere conatus sit, nulla pęna de iure afficitur, sed an possit puniri vti perturbator iurisdictionis, vide Menoc. cōs.230. li.3.

Si Iudex, coram quo causa est mota infirmetur, an poterit coram alio agitari, vide Bart. in l. 1. ff. de offic. Consul. Et causa cępta corā vno ex Vicarijs Episcopi, quis non potest coram alio, illam prosequi. Barto. in d.l.1. ff. de offic. Consul. num.7.

Fideiussor datus per Clericum, potest cōueniri coram Iudice seculari. Guid. Pap. q.562. nu.fi.

Locumtenens potest experiri ea, quæ sunt meri Imperij de iure Canonico; secùs de iure Ciuili, sed ius Canonicum in hoc per consuetudinem seruatur. Guid. Pap. q.624.

Vicegerens constituitur à Superiore, & habet ordinariam iurisdictionem. Bart. in tit. de offic. eius, qui vicem alterius.

Dispositio legis, vbi cęptum, multis modis limitatur, per Ozas. decis.78. nu.18. vide Rot. Genu. decis.13. Ant. Corset. in suis singul. litera I. sing. iudicium, & Bar. in l.4. C. de veter. lib.10. in l.28. ff. de iudi. & in l.10. n.8. ff. de dam. infe.

Imperator non habet iurisdictionem in territorio Ducis, quem inuestiuit de mero, & mixto Imperio, & omnimoda iurisdictione, & regalibus quibuscunque. Ozas. decis.79. nu.24.

Intentās remedium l. diffamari. C. de ingenuis, dicit originaliter reus: ideò diffamatus debet sequi forum diffamantis eo in casu. Ozas. decis.151. vide supra tit. vt nemo inuitus.

Princeps, qui habet iurisdictionem in terra, eā habet in mari terræ adiacenti, saltem intra centesimum milliare. Ozas. decisio.155. vide Gom. Leo. deci.12. in decisio. diuerso. Tom.2.

Fiscus propter cessionem, aut euictionem, trahit causam ad suum Iudicem priuilegiatum. Afflic. decis.2.

Procuratore Fisci agente, causa tractanda est per Præsidem Prouinciæ. Afflic. ibid.

Domicilium originis est immutabile: ideo quis ibi semper potest conueniri, si in loco ipsius originis reperiatur. Rot. Genu. decis.29. Aliàs secùs. vide Affli. dec.384. nu.6. & Boe. dec.13.

Adoptione non mutatur domicilium, & domicilium paternæ originis non potest filius mutare; imò originē aui quis retinet, nō proaui; Boer. decis.13. num.5. Ideò filius licèt habeat domicilium alibi, tamen potest conueniri in loco originis patris. Castren. sing.6.

Matris originem, quando sequatur filius, vide Boer. d. decis.13. nu.9.

Originis locus magis attenditur, quàm locus domicilij. Ioseph. Ludo. decis. Perus.85. nu.4. Imò forum domicilij præualet, vide Dec. consi.352. vol.2.

Domiciliū originale propter dignitatem non mutatur; sed propter matrimonium sic. Bart. in l.11. ff. de Senato.

Imperium merum, & mixtum, an veniat sub generalitate alienationis iurisdictionis, vide Afflic. decis.122. & Marc. q.187. part.2.

Contumacia tollit priuilegium fori, si expressē illi possit renunciari. Afflic. decis.133. Vincē. de Fran. dec.417. nu.7. par.2. vide Grā. vot.27.

Exceptio declinatoria competens principali, non competit fideiussori, vel cedenti. Afflic. decisio.206.

Forum legis municipalis ibid. est, vbi est forum solutionis. Afflic. decis.226. nu.8.

Vēditor in foro emptoris debet ipsum emptorem defendere. Afflic. decis.227. Gram. decis.21. vide Capi. decis.197. Sed quid in Clerico vendenti laico, vide Gram. d. deci.21. Capic. d. decis.197. num.7. & Boer. decis.69. num.27. Vel in Fisco vendenti priuato, vide Capic. d. decis.197. & Borg. decis.8. de iudi.

Iurisdictio perpetuatur per Iudicis ordinarij citationem. Afflic. decis.294. nu.3.

Qualitas, quæ in supplicatione narratur, si ab aduersario negetur, supplicans illam probare debet. Afflic. decis.297. Idem in libello, & vbi ipsa qualitas non apparet vera, debet causa remitti. Afflic. ibid.

Forma petitionis attenditur ad cognoscendū, cuius sit iurisdictio. Afflic. decis.297.

Domicilium pluribus locis, quando quis habere possit, vide Afflic. deci.384. num.5. & l.3. ff. ad municipal.

Dicitur quis habitare, vbi pro maiori parti anni habitat. Gram. decis.87 nu.5.

Habitantes perpetuò ligantur lege Ciuitatis. ibid. num.6.

Valet citatio facta ad domicilium originis, licèt conuentus aliud habeat domicilium ratione officij: quia domicilia duo quis habere potest. Boer. decis.11. & deci.13. Sed non tria, aut quatuor. ibid. d. decis.13.

Magistratus maior, non potest in loco sui officij conueniri. Boer. d. decis.11.

Domicilij ratione quis forum sortitur. Franc. Marc. quæst.920. part.2. nume.5. & Natt. consi.4. Tom.1.

Filiusfa. potest habere domicilium, non tantùm vbi pater habet, sed vbicunque ipse filius cōstituit sibi domicilium. l.3. & 4. ff. ad municipal. & de incol.

Contractum esse domicilium in loco, ex quibus cognoscatur, vide Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.86.

Pater

Pater visitans filium in gymnasio, an ibid. possit conueniri, vide Menoch. ibid.cas.481.

Quotuplex sit domicilium, & quot modis quæratur, & qs effectus resultet ex eo, vide Bart. in l.vnica.C.vbi petan.tutor.& curat.Rebuff. in constitutio.Reg.Tom.3.tract.de domicilij elect.in præfatio.

Quando quis domicilium eligere debeat, vide ibid.art.vni.

Forum vbi quis sortiatur, quando in vno loco habet originem, & in alio domicilium, vide Dec.consi.352.nu.4.vol.2.

Actor sequitur forum rei, qui est in loco domicilij, quod habuit tempore contractus, licèt illud postea mutauerit. Bart.sing.149. & cap. experientiæ 11.q.1.

Vbi quis assiduè conuersatur, an ibid.possit cõuenniri, licèt alibi habeat domiciliũ, vide Bar. in l.2.C.vbi Senatores.

Familiaris temporalis gaudet priuilegio domini, durante tẽpore sui famulatus. Capic.deci. 12.Papon.lib.5. tit.12. arrest.7. & 8. Nam quis dicitur habitator loci, vbi permanet. Gram. decis.87.num.4.

Litteræ Senatus possunt exequi vbique, non requisitis inferioribus Dominis. Guid. Pap. q. 346. Boer. decis.8. nu.6. Tamen capturæ non possunt fieri in terris Feudatariorum, sine licentiã ipsorum. Fran.Marc.q.91.part.2.

Iudex (etiam inferior) dum in loco habet iurisdictionem, videtur eam accumulatiuè habere, & non priuatiuè, quare hoc casu erit locus præuentioni. Gram.decis.30.nu.5.

Iurisdictio in dubio videtur accumulatiuè concessa, & non priuatiuè, nisi esset concessa alicui castro, quòd causæ deberent in ipso agitari per Vicarium ibid. deputandum; nam eo casu ex mente concedentis apparet, ꝙ fuerit priuatiuè concessa. Gram.d.decis.30.nu.9. vide Vincen.de Franc.decis.417.nu.7.part.2. Ideò de feudo inuestitus dum quis est, nõ poterit Princeps in primis causis concurrere in iurisdictione cum Vasallo. Gram.d.decis.30. nu.11.vide Marc.q.100.part.2.

Princeps concedens iurisdictionem, non videtur à se eximere ipsam iurisdictionem, quin possit ipse quoque cognoscere, si vellet, & etiam causas ad eius Officiales aduocare, ex causa denegatæ, vel retardatæ Iustitiæ, licèt aliter promiserit in priuilegio cõcessionis ipsius iurisdictionis. Gram.vot.28.

Princeps mandans, vel committens aliquid Iudici ordinario, non facit ipsum esse Iudicem delegatum in eo, sed videtur potius suam iurisdictionem ordinariam extitare, nisi in rescripto sint verba alterantia, augentia, vel minuentia iurisdictionem ordinariam, Iaff. Lanf. Balb.decisio.49.

Regulariter omnes causę in prima instantia ad Supremum Tribunal non pertinent, sed demum per viam appellationis deuoluuntur, quæ reg. limitatur 34. casibus, specificè descriptis p Andr.Gail.obser.1.lib.1.vide Natt. consi.82.Tom.1.Ideò Dominus directus non potest cognoscere de primis causis subditorum Vasalli, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.Rol.consi.21. vol.4.

Commissio ab inferiore Principe, non potest extra territorium exerceri. Boer.decis.30.

Illustris persona à solo Principe, & nõ ab alio, iudicari debet.Gram.decis.60.nu.22. Et maiores à minoribus iudicari nõ possunt.c.pen. & fin.distinct.21. Tamen Iudex maior potest se submittere iurisdictioni minoris Iudicis. Rom.sing.144.Quod procedit in iurisdictione voluntaria; secùs in contentiosa: idem in æquali Iudice.Iaff.Lanf.Balb.decis.114.

Inferior nõn potest reuocare factum Superioris, licet nullum sit.Craue.consi.148.nu.3.

Dominus malè tractans suos Vasallos, priuabitur iurisdictione, etiam quo ad illos, qui non fuerunt grauati.Gram.decis.104.

Saluaguardia concessa, non eximit impetrantẽ à iurisdictione sui Iudicis. Guid. Pap.q.56.

Iudex causæ appellationis, debet sequi statuta primi Iudicis: quia loco illius succedit. Guid. Pap.quæst.237.

Forum sortiri, & statuto ligari, paria sunt. Boer. decis.13.nu.14.

Filius natus extra Regnum, an cẽseatur Regnicola, vide Boer.ibid.nu.17.

Qui aliquid facit, vel petit ante litem contestatam, non videtur consentire in Iudicem. Capel.Thol.q.181.

Euocatione facta à Superiore pedente, non potest inferior Iudex (etiam de consensu partiũ) procedere, ibid.q.481. Idem, si aliàs cã sit introducta in Consistorio Principis. ibid. in additio. vide tamen l. ad Principem 23. ff. de appellatio.

Absoluere non potest, qui condemnare nõ potest. Cassad.decis.2.tit.1.

Ad perpetuandam iurisdictionem, non sufficit pręsentatio litterarum sine citatione. Cassad. decis.5.de rescript.

Ratione præminentiæ par in parem habet iurisdictionem. Fran.Marc.q.232.nume.4. Aliàs par in parem non habet Imperium. cap. innotuit, ex. de electio. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas.438, num.9.

Mulier si omiserit declinatoriam, non restituitur quia fuerit vsa iure communi, Capic.decis.3, num.10. vide tamen Iaff. Lanf. Balb. decis. 101. Quid in rustico, vide ibid.d.decis.110.

Sigil-

Sigillum castri debet esse penes digniorẽ, sicut regimen, quo ad statutũ. Capic. deci. 27. nu. 8.

Præuentioni locus est inter duos habẽtes æqualẽ iurisdictionẽ, q̃ accedit alteri, adueniẽte inhabilitate suo Collegæ. Capic. d. dec. 27. n. 11.

Pęnæ condemnationum, & bona cõfiscata, sunt fructus iurisdictionis. ibid. nu. 15.

Iurisdictio non dicitur vendita, venditis prædiis continentibus iurisdictionem. Capic. d. decis. 27. nu. 36.

Officiales plures (etiam diuersi) possunt habere iurisdictionẽ in vno loco, respectu diuersarum rerum. Capic. ibid. nu. 39.

Barones, & Communitates non possunt cognoscere de causa, quę vertitur inter eos, & eorũ subditos, nec aliis committere. Capic. decis. 124. nu. 3. vide tamen Gram. decis. 104. nu. 7.

Cõsuetudo iurisdictionẽ priuato tribuere põt. Iaf. Lanf. Balb. decis. 120. c. 4. ex. de Arbitr. gl. in l. C. de diuers. offi. lib. 12.

Consuetudo faciens pro foro Ecclesiastico tribuit iurisdictionẽ. Capic. deci. 161. nu. 3. vide Guid. Pap. sing. 284.

Potestas ex consuetu line merum, & mixtũ Imperium habere potest. Fran. Marc. quæst. 640. & iurisdictionem contentiosam. l. fin. ff. de aqua pluu. arcen.

Conueniri plures, inter quos sit aliquis foro priuilegiatus, tenẽtur comparere citati, omisso priuilegiato in foro suo. Capic. decis. 173.

Ordinarius non potest excedere iurisdictionẽ cõtra eum, qui se allegat exemptum ex priuilegio, & præscriptione simul, lite pendente, dummodo sit in possessione suæ exẽptionis. Capic. decis. 179. nu. 9.

Concessa iurisdictione per Principem alicui, illa videtur cumulatiuẽ concessa, & nõ priuatiuẽ, & licet ipsa iurisdictio cõcedatur alicui, nõ ex hoc videtur derogatu iurisdictioni Iudicis ordinarij, etiam si per verba taxatiua concessa fuerit. vide Gram. decis. 30.

Tertius opponens se executioni sententiæ, sortitur forum seculare. Fran. Marc. q. 250 nu. 3.

Extraneus pro re mobili potest conueniri, ideo tenetur pro animalibus, quæ damnum dederunt de iudicio sisti cauere, aut animalia sunt sequestranda. Marc. q. 1056. vide Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 31.

Limites iurisdictionum, & territoriorum per libros antiquos, per testes, per famam, & quæcunq; alia adminicula, probari possunt. Marc. q. 139. part. 2. Item per montes, itinera publica, & per subditos locorum. ibid. Marc.

Quilibet vocatus ad iudiciũ debet ire, & allegare priuilegiũ suũ. c. si duob. 7. ex. de appel.

Superiorẽ adire, omisso primo Iudice, nõn debere regulare est, sed de limitationibus vidẽ per Marc. q. 375. part. 2.

Beneficium Regale corã Principe tractari debet. Marc. q. 920. nu. 16. part. 2.

Vbi conueniatur hæres à legatario in legati petitione, vide l. cùm res 49. & ibi. glo. de leg. 1.

Simplex Iudicis præceptum vltra eius territorium non extenditur. l. cùm vnus 12. §. is, qui. ff. de bonis auctor. Iudi. possid.

Actor quandoque trahit reum ad suum Iudicẽ, vt in casu legis 7. ff. de incendio, ruina.

Interdicere quis eam Prouinciam potest, quam regit, aliam non potest. l. 7. §. interdicere. ff. de interdict. releg.

Inter conuenientes (etiam de re maiori) apud Magistratum municipalem agitur, quia consensu prorogat iurisdictio. l. 28. ad municipa.

Nemo de domo sua inuitus extrahi debet. Reg. nemo, fallit in criminalibus. glo. ibid.

In Prouincia, in qua quis forum sortitur, ibid. est conueniendus, omni priuilegio cessante, nisi pragmatica forma aliud statuatur, vel aliud per appellationem acciderit. tot. tit. Authen. vt omnes obediant.

Dignitas curialis addita, non eximit quem à sui Iudicis iurisdictione l. curiales 47. C. de Decurionibus, lib. 10.

Iudex alterius Iudicis successor iussionem prędecessori suo factam, debet adimplere, nisi sit contra ius, vel publicam vtilitatem. §. & hoc verò. Authen. vt nulli Iudicum.

Militantes in aliqua militia in causis ciuilibus, coram officiorum Magistro tantum coguntur respondere: in criminalibus verò hoc priuilegium non sortiuntur. l. penult. ff. de priuileg. schol. lib. 12.

Magistratus nostri temporis nullam habent iurisdictionẽ, nisi ea quatenus per statuta Ciuitatum illis reperiatur attributa. Rot. Genuẽ. decisio 118.

Iudex dẽt esse certus de sua iurisdictione, antequam procedat ad actũ, alioquin actus erit nullus. Vera. decis. 114. part. 2.

Iurisdictio cessat, cessante qualitate, quę tribuit iurisdictionẽ. Vincen. de Fran. deci. 177. n. 14.

Ex actu nullo non inducitur præuentio iurisdictionis, nec per citationem, quando citatus fuit contumax in comparẽdo. Blaff. Lanf. alb. decisio. 71.

Si ille, qui impetrauit aliquem Iudicẽ, noluit postea corã eo litigare, potest pars, contra quã fuit facta impetratio, vti litteris delegatoriis contra impetrantẽ. Iaff. Lanf. Balb. decis. 76.

Iudex potest interponere decretũ contractui, & instrumento forensium non subditorum. Crau. consi. 325.

Regulariter reus, qui potest conueniri corã pluribus Iudicibus, nõ eligit corã quo conueniat,

ſed actor.Iaſ.Lanſ.Balb.deciſ.161. Borg.Caual. deciſ.2. de iudi. Quod procedit etiam in alternatiua locorum.idem Iaſ.deciſ.316.

Quamuis actor regulariter forum rei teneatur ſequi,tamen hoc non habet locum, quando ſunt plures rei diuerſi fori eiuſdem cauſæ, & ad eundẽ finẽ agit.Myſing obſer.4.cent.1.

Limitatio iuriſdictionis non trahitur ad incrementum.idem,obſer.100.ibid.

Princeps Imperij coram quo Iudice ſuos ſubditos conueniat,& contra,vide eundem Myſing.obſer.1.cent.5.

Vxor domicilium viri ſequitur.Cabal milleloq. 493.vide tamen Vincent.de Fran.deciſ.363. part.2.Sed an amittat priuilegium fori originis,vide eundem de Franc.deciſio.416. ibid. Crauet.conſi.271. & l.cum quædam.ff.de iuriſdict.omn.Iud.

Quoties Iudici infertur iniuria, vt Iudici,& illa eſt notoria,ipſe Iudex de illa cognoſcere poteſt,& punire iniuriantem.Gail.obſer 39.lib. 1.vide ſupra tit.quando liceat vnicuique.

Origo,& natura primordialis rei,eſt attendenda circa qualitates fundandæ iuriſdictionis, Mago.deciſ 21.Rot.Flor.

Habitans extra Regnum non tenetur in Parlamento reſpondere ſuper perſonali actione; ſecùs in hypothecaria, pro rebus in Regno exiſtentibus.Ioan.Gal.q.148.

Citati à Iudice incompetenti non debent appellare,ſed debent comparere, & priuilegiũ allegare.idem q.228.Sed quando non teneatur cõparere,vide Papon lib.7.tit.7 arreſt.30.

Reſtitutio in integrum minoris, qui onerolam hæreditatem adiuit,eius eſt iuriſdictionis,in qua defunctus domicilium habebat, vide in libris plact.Curiæ lib. 11. de iudi. cap. 3. in deciſio.diuerſo.

Gentilitiæ redhibitionis actionem perſonalem eſſe, ideoq; perſonæ,nõ rei iudicem decidere,deciſum reperitur ibid.eod.tit.cap.5.

Iuriſdictionis exercitium quomodo competat pluribus vt vniuerſis, vel vt ſingulis, vide Hartma.cap.15.tit de Iudicib.lib.1.

Nouata actione ſententiæ,illius ratione Iudex, qui eam ſententiã tulit, non eſt amplius competens Iudex.Papon.lib.7.tit.7. arreſt.42.

Bonis confiſcatis, debitores delinquentis non poſſunt conueniri alibi, quàm coram ſuis Iudicibus competentibus. Papon. lib.7. titu. 7.arreſt 48.

Omnia prouenientia ex adminiſtratione tutelæ, debent cognoſci coram Iudice loci, vbi fuit dicta tutela adminiſtrata. Papon. ibid. arreſt.54.

Actio perſonalis debet tractari coram Iudice debitoris, nulla habita ratione hypothecariæ,quæ eſt acceſſoria.ibid.arreſt.55.

Submiſsio generalis reſtringit ad Iudices Prouinciæ,niſi aliter expreſsè dictum fuerit. idẽ arreſt.fin.ibid.

Appellatione iuriſdictionis ſimpliciter, venit ordinaria, & debet intelligi de ipſa iuriſdictione ordinaria priuata,& immediata,& nõ de ſuprema.Papon.lib.8.tit.18.arreſt.1.

Quando agitur ad reſtitutionem dotis, vbi agi debeat,vide Boer.conſi.50.nu.fin.

Iudex ordinarius quis dicatur, & quis Delegatus,& in quibus differant, vide Maran.in ſuo Spec.part.4.titu.an ſit iudic.ciuil. vel crimin. num.2.diſtinct.5.iudi.

Vicarius, ſeu Locumtenens,an dicatur ordinarius, vel Delegatus: & Vicariatus tres ſunt ſpecies.vide ibid.nu.6.

Arbitrium cõceſſum Iudici in procedendo, intelligitur conceſſum etiam in ſententiando, cauſamq; diffiniendo.Menoch.de Arbitra.q. 37. Sed quid contra, an arbitrium datum in diffiniendo,& exequendo, ad cognoſcendũ extendatur,vide ibid.q 38.

Arbitrium conceſſum,tantùm ad actiones perſonales pertinet.ibid.Menoch q.39.

Quando arbitrium conceſſum pro vna ſumma, pro altera (puta minori) conceſſum cenſeatur, vide ibid.q 40.

Arbitrium condemnandi habens,an abſoluẽdi habeat:& an qui non poteſt condẽnare,poſſit abſoluere, vide eundem q.43.

Quando Iudex ordinarius, vel Delegatus, qui nulliter pronũciauit,poſsit denuo reaſſumere iuriſdictionem, & de nouo iudicare, vide Menoch.ibid.q.67.

Duæ ſunt ſpecies Iudicum, vnus dicitur à lege conſtitutus, & eſt ordinarius, & alter ab homine,vt eſt Iudex delegatus, qui Iudices nõ eãdem habent iuriſdictionem. vide Menoc. de Arbitra.lib.1.q.71.

Iuriſdictio iuris publici exiſtens non poteſt vẽdi,in dicto Dom.ut [illegible] vendens punitur.idẽ Menoch.ibid.lib.2.caſ.168.

Si conueniatur aliquis, qui pro alio promiſerat ſoluere in executione rei iudicatæ, & petat ad ſuum Iudicem remitti, non audiendus.Rebuff.in conſiliario.Reg.tract.de litter.oblig. art.1.gl.9.nu.4.Tom.2.

Quando iuriſdictio alicui ſpecialiter tribuitur, non ob id videtur in illo caſu adempta ab Ordinario.Dec conſ.3.

Ex priuilegio,& conſuetudine villa poteſt,non modò iuriſdictionem, ſed etiam merum, & mixtum Imperium habere.Dec. conſ.197.

Furcas erigendi ille poteſtatem habet, ad quẽ declaratum fuit pertinere, & ſpectare merũ Imperium.Dec.conſi.249.

De

Succeſſor poteſt conueniri per litteras impetratas contra prædeceſſorem, licèt ipſe antеceſſor citatus non fuerit. cap. dilecti 17. ex. de foro competen.

Quando cauſa ſimpliciter, & determinatè committitur, iudicium poſſeſſorium, & petitorium commiſſum intelligitur. cap. 1. ex. de ſequeſt. poſſ. & fruct.

Statutum licèt tollat iuriſdictionem, quæ habetur à lege, non tamen tollit illam, quam quis habet ex cõſuetudine. Bar. in l. 8. C. de diuerſ. offic. & appa. lib. 12.

Coram Iudice à quo appellaui in vna cauſa, poſſum in alia conueniri, niſi illum recuſem vt ſuſpectum. cap. ad hæc 6. ex. de appellatio. Sed allegatio ſuſpicionis non admittitur, niſi ex rationabili cauſa. cap. ſuper eo. 12. eod. titu.

Caſtro conceſſo in feudum, intelligitur conceſſa iuriſdictio. Barto. in l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offic. Præfec. vrb.

Iudici ordinario ſubditus nihil poteſt opponere, ex quo eſt in pacifica poſſeſsione iuriſdictionis, auctoritate Superioris. Bart. in l. Barbarius. ff. de offic. Præto. in repet. nu. 7.

Acta facta coram incompetenti Iudice, vel falſo Delegato, non valent, etiam ſequuta ratihabitione partium. Bartol. in l. 4. ff. de offic. Proconſul.

Defendendæ iuriſdictionis quæ ſint remedia, vide per Bart. in l. vnica. ff. ſi quis Iuſdicenti.

Quatuor ſunt caſus, in quibus non licet trahere quem in ius, de quibus vide per Bart. in l. 1. ff. ne quis eum, qui.

Nundinarũ cauſa aliqui venientes, poſſunt ibi conueniri, & vagabundus vbique. Bar. in l. hæres abſens 19. §. proinde. ff. de iudi.

Conueniri poteſt tranſiens per Comitatum cũ re mea. Bar. in l. 22. §. ſed, eo. tit.

Domicilium dicitur transferri de loco, ad locũ, quando quis recedit cum familia, & rebus. Bart. in l. 27. §. affini. ff. de fundo inſtructo.

Iuriſdictio remanet apud Ordinarium, eo delegante: & Rectores Ciuitatis, & caſtrorum quare hodie exerceant ea, quæ ſunt meri, & mixti Imperij, vide Barto. in l. 1. ff. de dam. infecto.

Fideicommiſſarius conuenitur, vbi habet domicilium, aut vbi eſt maior pars bonorum hæreditatis. l. qui ita. ff. ad Senatuſconſul. Trebellia.

Iudæi coram Chriſtianis Iudicibus debent litigare, & poſſunt aſſumere Arbitrum, & valebit ſententia, per ipſos Iudices exequenda. l. 7. C. de Iudæis.

Mendacium in qualitate, vel circunſtantia rei, non impedit Delegatum cognoſcere, & pronũciare ꝓ veritatis tenore. l. 2. C. ſi cõtra ius.

Licèt ſpecialis Officialis cõſtituatur ſuper annona, vel abundantia, aut ſuper damnis datis, non propterea tollitur iuriſdictio, quam Poteſtas habet ſuper his ratione vniuerſaliſi iuriſdictionis. l. prima. C. de officio Præfect. vrb.

Poteſt de falſo cognoſcẽs Præſes Prouinciæ, incidentem proprietatis quęſtionem dirimere. l. 1. C. de offic. Rect. Prouinc.

Ignorantia Iudicum circa formam diuerſarum litterarum, facit executionem iuriſdictionis ſuſpendi, donec conſulatur Superior ſuper hoc. cap. ſanè 2. extra de offic. & poteſta. Iudic. delega.

Omnes Iudices, & Delegati poſſunt pęnali iudicio ſuam defendere iuriſdictionem. d. c. 2. & l. vnica. ff. ſi quis Iuſdicenti non obtemp.

Priuilegio fori à lege, vel à Principe inducto, poteſt qs renũciare: & Iudex, vel Arbiter, q admittit exceptionem declinatoriam non admittendã, facit litem ſuam. l. pen. C. de pact.

Quando cauſa committitur dignitati, non expreſſo nomine Iudicis, eo mortuo, ſucceſſor procedit in eadem cauſa. c. quoniam Abbas, ex. de offic. & poteſta. Iudic. delegat.

Proconſul antequam ingrediatur Prouinciam ſibi deputatam, iuriſdictionem voluntariam exercere poteſt; non contentioſam: ſed Delegatus Proconſulis nullam, in Iudice verò aliter erit, vide l. prima, & 2. ff. de officio. Proconſul.

Contra ſententiam Delegati Principis, ſolus Princeps reſtituit. l. 1. C. vbi, & apud quem.

In cauſa reſtitutionis, actor debet ſequi forũ rei. l. fin. eod. titul.

Ad auctorandum in tranſactione alimẽtorum, ille eſt competens Iudex, coram quo cauſa agitatur. l. octaua. §. tranſactiones. ff. de tranſactio.

Actor dẽt ſe defendere in foro rei, in cauſa reconuentionis. l. 35. §. non ſolùm. ff. de Procur.

Qui habent merum, & mixtum Imperium, poſſunt in integrũ reſtituere, etiam cõtra ſuas ſententias; non autem contra maioris. l. 17. §. fin. ff. de mino. 25. ann.

Iudex maleficiorum poteſt cognoſcere ciuiliter. l. 4. §. ſi dicatur. ff. fin. regun.

In cauſis connexis (vt in duplicibus iudiciis) plures (licèt diuerſi fori) coguntur apud eundem Iudicem litigare. l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem.

Quando ex pluribus tutoribus vnus (quia cæteri non erãt ſoluendo) conuenitur (eo poſtulante) omnes ad eundem Iudicem remittũtur. l. fin. eod. tit.

Triplex eſt iuriſdictio, quædam contentioſa

fori

fori contentiosi, quædam voluntaria fori voluntarij, & alia statutaria. l. 1. C. de emancip. liber.

Iubere de cauendo potest fieri per Magistratus municipales, licèt talis iussus sit de mixto Imperio, qd non competit talibus Magistratib. l. 1. ff. damn. infect. vide l. 26. ff. ad municipal.

Vbi de criminibus agi oportet.

IN loco delicti quilibet conuenitur, vt ibid. puniatur. l. si cui 7. §. idem Imperator. ff. de accusatio. l. solent 7. de custod. reor. cap. 2. 3. q. 6. & c. fin. Rot. Auenio. decisio. 114. in decisio. diuerso. Tom. 3. Franc. Marc. quæst. 920. part. 2. Licèt aliàs haberet priuilegium, ne cõueniatur, nisi certo loco. Bart. sing. 150.

Iudex loci delicti in delinquentem ibid. repertũ (quo ad omnes effectus) habet iurisdictionem, etiam quo ad bona alibi existentia. vide Hartma. cap. 7. tit. miscella. lib. 1.

Fur furtum translatum in aliena iurisdictione contrectãdo, nouum furtum facit: ideò tunc non debet ad locum delicti remitti, cùm ibi. ex noua contrectatione puniri possit, si rem adhuc habeat. Franc. Marc. quæst. 176. part. 2.

Fur puniri debet, vbi captus est cum re furtiua, etiam si eo die caperetur, quo furtum factũ est. Capic. decis. 104. vide Boer. decis. 218.

Delinquens debet remitti ad locum delicti, vt ibidem puniatur. Bald. sing. 179. Et Iudex negligẽs remittere punitur. l. si dum 14. & auth. si verò. C. ad leg. Iul. de adulte.

Iudex domicilij, siue originis, an possit de quocunque crimine alibi commisso inquirere, vel an teneatur reum remittere ad Ordinarium loci commissi delicti, vide Gram. decis. 26. Boer. decisio. 270. Ioseph. Ludo. decisio. 16. Luc. Francisc. Marc. quęst. 331. part. 2. Vincent. de Fran. decisio. 66. Hiero. Magon. decisio. Luc. 36. Clar. in sua Pract. quæst. 38. & 39. Hippol. singul. 576. Roland. consil. 19. volum. 2. gloss. in l. 7. §. dubitatum. ff. de interd. & relega. Hartma. cap. 8. titu. de accusatio. lib. 2. & cap. 9. ibid. Papon. lib. 7. titu. 7. arrest. 37. & Perillustr. D. P. Tessau. decis. 90. Pro affirmatiua, scribit Guid. Pap. quæst. 202. nume. 3. Quia est locus præuentioni, vide ibid. Sed quando fit remisio, quæ requirantur ad hoc, vt fiat, vide Guid. Pap. ibi. Capel. Thol. quæst. 320. Boer. deci. 29. & Gasp. Cabal. milleloq. 596.

Quando Iudex domicilij, vel originis præuenit in cognitione, Iudex delicti nullo modo potest prætendere remissionem. Vincent. de Franc. decis. 88. num. 5. & decis. 147.

Remissio reorum secundum consuetudinem Italiæ non fit. Abb. consi. 24. lib. 1.

Mandans fieri delictum, in quo loco puniri debeat, vide Rot. Auenio. decis. 114. in decisio. diuerso. Tom. 3. Guid. Pap. q. 104. & Francisc. Marc. q. 178. part. 2.

Remissus an debeat præsentari cum eodẽ processu facto coram remittente, & quid operetur confessio facta coram ipso Iudice remittente, vide Guid. Pap. q. 202. nu. 6. & 7.

Remissio delinquentis non fit ad terram alterius Principis diuersi Imperij, vbi fuit commissum delictum. Boer. decis. 29. vide Capel. Tholos. q. 320.

De remissione in delictis, aut trãsductione pupillæ extra territorium domicilij, vel originis, aut quando quis indebitè retinetur, vide per Franc. Marc. q. 83. part. 2.

Delinquens tribus locis potest puniri, & conueniri, sed an Iudex extra territorium inter homines sui territorij, possit cognoscere, & illos punire, vide Boer. decis. 270. & Ios. Ludo. decisio. 16. Luc.

Tractatus delicti puniri potest in loco, quo factus fuerit, si delicti animaduersio facta non sit. Marc. q. 178. part. 2. vide infra hoc tit.

Forum sortitur quis rõne delicti, si delinquens in loco delicti reperiatur, sed quid, si ibi non reperiatur, an possit citari in alieno territorio, vel dẽat requiri Iudex illius, vide Marc. q. 179. part. 2.

Licèt delictum cognoscatur per quatuor Iudices regulariter, nẽpe originis, domicilij, delicti, & loci, in quo quis plurimum conuersatur, nihilominus forum delicti est magis priuilegiatum. Vincen. de Franc. decis. 37.

In criminalib. subditus alicuius Feudatarij, nõ potest petere se remitti ad Iudicem dicti sui Domini, nisi ipse Feudatarius etiam hoc petat. Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 58.

Iudex cogitur remittere reum ad petitionem alterius Iudicis, & si opus erit, hoc fit iussu Principis. Bar. in l. si cui 7. §. cùm sacrilegium. ff. de accusatio. vide eundem, in §. si verò, Authen. vt nulli Iudicum.

Delinquens in vno loco, an ibid. vel alibi debeat, aut possit puniri, vide Bar. in l. vtrum. §. sepulchri violati. ff. de sepul. viol.

Nõ subditus ratione originis, vel domicilij, nõ potest puniri de delicto alibi commisso. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des Justices* Rubr. 1. §. 5. gl. 4. num. 12. & Bar. in l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offic. Præfect. vrb. Sed limita dictum in vagabundo, & in fure reperto in alio loco cũ re furtiua. Cassan. ibi nu. 14.

Delinquentes plures simul, quorum vnus Clericus erat, si à Iudice seculari capti sint, & ab

eodem inquisiti, Clericusq; ad Iudicem Ecclesiasticum se remitti petat, illo remisso, reliqui rei remitti debent. Hipp. sing. 180.

Criminosus edictis legitimis est vocandus, & eo latitãte, Iudex legitimè procedere dêt, & degens in alia Prouincia capiẽdus est, & ad locum delicti transmittendus, vt ibid. supplicium patiatur, pęna contrafacientibus imminente. §. si verò quis, Authẽ. vt nulli Iudic.

Regulariter Clerici gaudent priuilegio Clericali, vt remittantur ad Iudicem Ecclesiasticum in delictis Gram. decis. 10. & 81. Nec possunt coram Iudice seculari conueniri, minus valet consuetudo contraria. Cassan. in cõsuetud. Burg. tit. *Des Iustices*. Rub. 1. §. 5. glo. 13. nu. 47. Sed dictum limitatur in certis casibus, de quibus vide per Cassan. ibi.

An Abbates, Clerici, & Beneficiati de assasinio inquisiti, possint per Iudicem secularem puniri, mediante sententia declaratoria, si reperiantur capti in manu dicti Iudicis secularis, vide Capic. decis. 112. & decis. 155. nume. 26. Gram. vot. 11.

Iudex secularis potest capere Clericum in flagranti crimine, quod ꝓcedit, dũmodo illũ remittat statim Iudici Ecclesiastico; non autem debet retardare dictam remissionem, vel post commissum delictum eum capere. Guid. Pap. q. 73.

Iudex secularis an possit punire Clericum pro infractione saluaguardiæ, vide Guid. Pap. q. 77. num. 3.

Homicida deprehensus in habitu Clericali; an debeat gaudere priuilegio Clericatus, & ad quem Iudicem sit remittendus, vide Guid. Pap. q. 138. & Capel. Thol. q. 144.

Iudex secularis tribus casibus potestatem habet in Clericos. Guid. Pap. q. 562. num. 5. vide Papon. lib. 1. tit. 5. arrest. 39.

Iudex laicus potest punire, & cognoscere de periurio, sacrilegio, & adulterio: fallit in Clerico. Guid. Pap. q. 178. & Franc. Marc. q. 154.

Iudex secularis potest laicum punire pro iniuria facta Clerico, si præuenerit; aliàs secùs. Guid. quæst. 562.

An Clericus teneatur respondere coram Iudice seculari in criminibus priuilegiatis, vide Boer. decis. 297.

Causa criminali vertente coram Iudice laico, si reus interim efficiatur Clericus, causa finitur coram dicto Iudice laico: sed sententia executioni mandatur per Iudicem Ecclesiasticum. Capel. Thol. q. 147. in additio.

Clericus propter iniuriam commissam coram seculari Iudice an, & quando per ipsum puniri possit, vide Marc. q. 215. par. 2.

An professio facta in fraudem commissi delicti eximat profitentem à Iudice seculari, vide Vinc. de Franc. decis. 384. part. 2. vbi concludit pro parte affirmatiua.

Si Papa delinquat, & accusetur, quis erit competens Iudex illius, & qui sint competentes Iudices Imperatoris, Regum, Ducum, Principum, Episcoporum, & huiusmodi Magnatũ, vide Iul. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 35.

Iudex secularis est competens Iudex illius, qui deliquit in Ecclesia, in qua tamen non potest delinquentem capere. Roland. consil. 34. volum. 1.

Baro quando punire possit Vasallos rebellantes à sua obedientia ad Cęsaream, impedientesq; exactionẽ redituũ, vide Capic. dec. 124.

In delictis attenditur status, in quo quis reperiebat̃ tpe commissi delicti. Gram. deci. 30.

Delicti tempus attenditur ad fundandam iurisdictionẽ. Vincẽ. de Franc. decis. 417. par. 2.

Iudex præueniens per citationem realem (id est per capturam) præfertur Iudici inquirẽti per prius. Gramma. decisio. 30. nume. 6. & Guid. q. 202.

Illustris ꝑsona à solo Principe, & nõ ab alio, debet iudicari, Gram. decis. 60. num. 22.

Iudæus aliquid peccans in fidem Christianam, an possit puniri à Iudice laico, vide Guid. Pap. q. 63. Vbi cõcludit esse locũ præuẽtioni.

Vagabundus vbiq; potest puniri, & dicitur vagabundus, qui certum non habet domiciliũ. Guid. Pap. q. 202.

Iudex causæ appellationis debet sequi statuta primi Iudicis, quia loco illius succedit: & in criminibus si sententia fuerit confirmata, pęna venit applicanda bursę Fisci loci primi Iudicis, & executio pęnæ corporalis debet fieri per ipsum. Guid. q. 237.

Punitio Monachi delinquentis, ad quem pertineat, vide Guid. q. 559.

Ordinarius potest Delegatum Principis in suo territorio delinquẽtem punire, & coercere. Boer. decis. 9. & Capel. Thol. q. 424.

Iudex Ecclesiasticus an sit Iudex competens inter laicos, quo ad pęnam periurij, vide Capel. Thol. q. 17.

Executiones, & capturæ non possunt fieri in terris Feudatariorum sine licentia ipsorum. vide Marc. q. 91. part. 2.

Capi non potest qs in territorio alieno sine requisitione Magistratus, sed qũo, & qñ reg. procedat, vide Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tract. de litter. requisit. nu. 4.

In delictorum cognitione, & animaduersione, mos attendi debet. Franc. Marc. q. 176. Quid. quando fur contrectat rẽ in Ecclesia, ad quã aufugerat, vide eundem q. 177.

Iudex vnius territorii potest concedere alteri territo-

territorium, siue iurisdictionem contra subditos suos, qui in diœcesi alterius delinquerunt. DD. de Rota decis. 13. tit. de consuetud. in antiquis.

An Condominus habeat iurisdictionem cõtra Condominum eiusdem loci delinquentem, quãdo ambo habẽt eandẽ iurisdictionẽ, vide DD. de Rot. decis. 3. titu. de foro compet. in antiq. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 116. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quæst. 38. & Barto. in l. 11. ff. de rer. diuisio.

Matrimonium si quis contraxerit cum duabus, si inquisitus neget talem accusationem, cognitio erit Iudicis secularis. Vincen. de Fran. decis. 36. num. 4.

Iudex maleficiorum potest contra principalẽ delinquentem de delicto principaliter cognoscere, & de restitutione rei secundariò, & incidenter. Bart. in l. defuncto 6. §. in quacunque. ff. de public. iudi.

Par in parem non habet Imperium: ideò quando iurisdictio est penes plures insolidum, alter non punit alium, quod tamen non procedit, quãdo apud vnum est iurisdictio ciuilis, & apud aliũ iurisdictio criminalis eiusdem loci. Vincen. de Fran. decis. 274. part. 2.

Calumniator, vel instigator, qui tenetur ad expensas, & interesse falsæ inquisitionis, vel accusationis, non potest declinare iurisdictionem Iudicis accusationis. Papon. lib. 7. titu. 7. arrest. 46.

Crimen à diuersis commissum, debet ab vno Iudice cognosci, ne continentia causæ diuidatur, tñ vide Vincen. de Fran. decis. 426. part. 2.

Delictum eius, quod non erat delictum tempore concessi priuilegij iurisdictionis, debet etiam puniri per eum, cui fuerat concessa iurisdictio. idem, decisio. 434. part. 2.

Iudex criminalis an possit absoluere reũ à crimine, & condemnare eum ciuiliter ad rẽ restituendam, & si non declinetur eius iurisdictio, vide Cresce. deci. 5. alias 167. tit. de iudi.

Iudex causæ criminalis, non potest cognoscere in ciuili, & contrà, sed quando regula fallat, vide Menoch. de Arbitra. Iudi. q. 82.

Iudex, qui cognoscit ciuiliter, si reperiat crimẽ, poterit punire criminaliter. l. 3. C. si aduersus libertatem, & ibid. Barto. & in l. nullum 12. C. de testibus.

Iudex competens ratione vnius delicti, potest cumulare alia delicta, & de illis cognoscere, de quibus aliàs non esset competens principaliter. Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 9.

Delicta communis fori quæ sint, vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quæst. 37. & supra titu. de causis mixtis.

Quãdo datum arbitrium pro delictis in Ciuitate commissis, extendatur ad perpetrata in suburbiis, vicis, & Comitatu, vide Menoch. de Arbitra. quæst. 99.

Forensis ratione bonorum, quæ possidet in loco, & iurisdictione alterius, si in tali loco offendat Dominum, vel aliquem subditum, an ibid. possit conueniri, vide Dec. consi. 694.

Quidam in territorio, puta Bononiensi, tractatum habuit de occidendo aliquem, & homicidium postea in alio territorio commissum fuit, & non constat illum ipsum, qui de morte egit, interfecisse, sed tractatũ solùm habuisse, si Bononiæ contra eum procedatur, qualiter sit puniendus, vide August. Bero. q. 89. Vbi cõcludit ibid. solùm posse puniri de tractatu.

Iudex minor potest punire Officialem Iudicis maioris delinquentem in suo territorio, dũmodo hoc notum faciat maiori Iudici. Bart. in l. 4. C. de offic. Rect. Prouin.

Iudex minor punit maiorem de fauore per eũ præstito alicui priuato in causa. Barto. in l. 1. nu. 3. C. ne liceat potentioribus.

Priuilegium fori quis amittit propter testimonium falsum. Bart. in l. nullum. 12. C. de testib.

Criminaliter agi non debet, coram Iudice Ecclesiastico Hartma. c. 7. tit. de accusatio. lib. 2.

Potestas de delicto commisso per suã familiã, quando cognoscere possit, vide Barto. in l. Senatusconsulto. 16. ff. de offic. Præsid.

Familia vnius ex Dominis si deliquerit, alius cognoscere potest, & bona ipsius delinquentis familiaris, diuiduntur. Bar. in l. qui iurisdictioni 11. num. 3. ff. de iurisdict. omn. iudic.

Iudex punit etiam extraneos suam iurisdictionem impedientes. Barto. in l. vnica. §. is videtur. ff. si quis Iusdicenti.

Collega vnus non punit alium collegam suã iurisdictionem impedientem. Bar. ibid. nu. 7.

Iudex de quolibet delicto coram se commisso, incidenter potest cognoscere, & punire. Bar. in l. 3. & §. præterea. ff. de suspect. tuto.

Milites delinquentes puniũtur à Duce, sub quo militant. l. de militibus 8. ff. de custod. & exhibit. reo.

Interdicere quis eam Prouinciã potest, quam regit, aliam non. l. 7. §. interdicere. ff. de interdict. & releg.

Si aliquis de Ciuitate fœderata nobiscum delinquat, illum punire possumus. l. 7. in fine. ff. de Capt. & postlim. reuers.

Iudices in delictis iurisdictionem habent contra omnes, omni priuilegio cessante. §. quod autẽ, Auth. vt Iudi. sine quoquo suffragio.

In eum, qui delinquit in officio administrationis Prouinciæ, Episcopus habet iurisdictionẽ. §. necessitatem, Authen. vt iudices sine quoquo suffragio.

Iudices,

Iudices, qui Prouinciam regunt, iurisdictionem à lege habent in priuatos, in pecuniariis, & in criminalibus causis: & in milites, in Fiscalibus, & criminalibus: & etiam in Officiales, & Iudices, qui de Principis Curia emanant: & potestatem habent referendi de illis ad Principem, §. volumus, Authen. vt Iudices sine quoquo suffragio.

Si quis Iusdicenti non obtemperauerit.

PRæcepto Iudicis est obtemperandū, & negligētes mulctantur intra annum; postea non. Guid. Pap. q. 359.

Superiori non est obtemperandum, qn̄ ille egreditur fines sui officij, vel potestatis. Dec. consi. 72.

Vide de materia per Io. Crisp. de Mont. in suo tracta. termino. actio. num. 91. post volumen Ias. de actio.

Vbi in rem actio.

FOrum quis sortitur ratione rei, quando agitur actione reali, vel mixta, seu in rem scripta, vel hypothecaria, aut possessorio; secùs si agatur actione personali. Franc. Marc. q. 402. Vincen. de Fran. decis. 177. vide Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 56.

Clericus an actione reali coram Iudice seculari conueniri possit, vide Marc. quæstio. 250. & 1056.

Clericus coram Iudice seculari conueniri potest actione reali, & tenetur emptorem laicum coram Iudice laico defendere. Mysing. obser. 22. cent. 1.

Iudex Ecclesiasticus non potest cognoscere de actionibus realibus, mixtis, vel personalibus, competentibus pro rebus immobilibus. Papon. lib. 1. tit. 5. arrest. 15. & seqq.

In actione retractus Iudex domicilij emptoris, vel territorij, in quo res est sita, cognoscit. idem Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 43.

Actio personalis, quæ proponitur pro aliqua re immobili, an possit, vbi res est sita, proponi, vide Bart. in l. fin. C. vbi in rem actio.

Fideicommissarius conuenitur, vbi habet domicilium, vel vbi est maior pars hæreditatis. l. qui ita. §. fin. ff. ad Senatusconsul. Trebellia.

Qui fundum in aliquo loco habet, ibid. conueniri debet. gloss. in l. 4. §. si verò quis. ff. de censibus.

Quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel alias miserabiles personas cognoscit.

PRiuilegio legis vnicæ. C. quando Imperator, vt derogetur, non sufficit generalis derogatio; vide tamen Vincen. de Fran. decis. 187.

Viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ, de quibus in lege vnica C. quando Imperator, non possunt inuicem vti priuilegio eiusdem legis; sed debent seruare ius cōmune. Vincen. de Fran. decis. 188.

Quando per cōcessionem feudi censeatur derogatum priuilegio d. legis, vide eundem de Fran. deci. 192. & Perillust. D. P. Tessa. deci. 177.

Causæ ciuiles, vel criminales pro prima cognitione, debent tractari coram ordinarijs Iudicibus: fallit in causis Patrimonialibus, in causis pauperum, & aliarum miserabilium personarum agentium, vel defendentium contra potentes, si hoc requiratur per ipsos miserabiles, quæ causę debent tractari in hac Patria Pedemontana coram suprema Curia, vt habetur in constitutio. antiq. Sabaudiæ tit. quæ causæ debeant audiri. lib. 2.

Imperator est competēs Iudex pupillis, viduis, & cæteris miserabilibus personis, vt sunt senes, decrepiti, diuturno morbo fatigati, debiles, & omnes hi, quibus Natura ad miserandum mouemur propter fortunæ iniuriam. Azo in summa tit. C. quando Imperator.

Pupilli, viduæ, & miserabiles personæ in prima instantia possunt aduersarios suos corā Principe cōuenire, dummodo sint pauperes, vel oppressæ, aliàs secùs. Rol. consi. 20. vol. 2. Sed quòd dicta lex vnica habeat etiam locum in viduis, & pupillis diuitibus, scribunt Menoch. de Arbitra. lib. 2. cent. 1. cas. 66 Natt. consi. 590. Vincen. de Fran. decis. 100. & idem Rol. consi. 76. vol. 1.

Dicta lex prima, in quibus casibus locū habeat, & an in terris Vasallorum sit illius dispositio seruanda, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 177.

De priuilegio eligendi forum miserabiliū personarum, & quæ personæ veniāt appellatione miserabilium, vide Afflic. deci. 257. & Bar. in tract. represa. q. 2. nu. 5.

Miserabilis psona, vt vidua, potest interdicto, vnde vi, coram Iudice Ecclesiastico laicū cōuenire. c. ex parte ex. de foro competen.

Pupilli, & miserabiles personæ non coguntur litigare in foro aduersarij, quinimo Iudex eorum scribit Iudici alterius Ciuitatis, vt aduersarium ipsum cogat alibi litigare. Bar. in trac. represalia. q. 2. nu. 5.

Vbi conueniatur qui certo loco dare promisit, & de eo, quod certo loco.

Contractus si celebretur Florentiæ, solutione destinata Mediolani, an in loco contractus debeat conueniri debitor, vide Barto. in l.vnica. C. vbi conuenitur qui certo loco, Crescen.decis.2.aliàs 280.tit.de solutio.eundem Bart.in l.100.ff.de solutio.& supra tit.de iurisdictio. Pro negatiua, scribunt Iaff. Lanf. Balb.decis.216.idem Barto. in l.1.ff.de bonis auctorit.Iudi.possid.& glo.in l.3.eo.tit.

Vbi conueniatur ille, qui certo loco dare promisit, vide Bart.in l.1.& tot.tit.ff.de eo, quod certo loco.

Qui certo loco soluere promisit, si ibid.non soluerit, potest conueniri vbique, dummodo ibid.reus sortiatur forum; aliàs secùs: & habetur ratio interesse.gloss.in §.plus, Institut.de actio. vide Rot. Genu. .decis.104. Sed quòd hoc casu posit vbique conueniri, etiã si ibid. non sortiatur forum, scribunt Hiero.Magon. decis.Luc.78.nume.17.Gom.Leo.decis.98. in decisio. diuerso. Tom.2. facit l. non id.43. ff.de iudic.

Contraxisse in eo loco quis videtur, in quo soluere se obligauit. Ozasc.decis.114. Rot.Genuen.decis.105.Marc.de Mant.sing.298.l.cõtraxisse 20.ff.de actio.& oblig.

Creditor debet esse paratus ad recipiendã pecuniam in loco solutioni destinato ad hoc, vt debitor pęnam incurrat: & debitor excusatur à mora (etiam si non accesserit ad dictum locum) quando in tali loco nemo est, cui fiat solutio.Mohed.decis.307.& Dec. cõs. 566. Nam dies solutionis faciendæ in certo loco, non interpellat pro homine, nec debitorem in mora constituit, quando creditor, & debitor sunt diuersi fori, nec accessit ea die creditor ad locum faciendæ solutionis ad recipiendum. Iaff. Lanf. Balb. decis. 197. Mysing.obserua.95.cent.3.& Hiero. Magon. decis.Luc.78.

Promittens soluere Romæ, vel Capuæ, & vbiq; locorum, ita demum ibid.potest conueniri, si personaliter reperiatur, aliàs secùs: fallit, quando quis promisit soluere certo loco tempore nundinarum, quia tunc ibi poterit conueniri, licèt non reperiatur.Maran.in suo Spec. part.4.distinct.9.iudi.nu.115.Sed quid, si Procurator debitoris in loco destinatæ solutionis inueniatur, vide ibid.Maran.nu.117.

Qui promisit soluere Coloniæ poterit citari, licèt ibid. nõ reperiatur, si habeat aliquid ibi. quod possit capi.Pet.de Rauen.sing.534.

Promittens certo loco soluere, tantum tempus habere debet, vt in locum se conferat, & tale tempus statuitur Iudicis arbitrio. Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.2.vide l.continuus 137.§.cũ ita.ff.de verbo.oblig.

Bannitus, cui promisi soluere in Ciuitate, à qua fuit exbannitus, potest me alibi conuenire. Roma.sing.72.

Qui promisit in aliquo loco respondere, videtur promittere de comparẽdo, & soluendo. Pet.de Rauen.sing.512.

Quando debitor promisit soluere in quocunq; loco placuerit creditori, quid iuris, vide Pet. Gerar.sing.6.

Actor, qui non venit die statuta in locum solutionis, dicitur in mora, sed quando post diẽ statutam possit in mora constitui, vide l. itẽ illa 18.& ibid.Bart.ff.de constitut.pecu.

Reus, aut actor, si non probat se fuisse die statuta in loco destinatæ solutionis, mora non dicitur commissa per lapsum diei, & tunc debitor constituitur in mora per interpellationẽ, & non aliter.Bar.in d.l.18.nu.11.

Debitor, & creditor quando vadunt ad locum destinatũ solutioni, alter alterũ debet perquirere.Bart.ibid.nu.12.

Contractus locus inspicitur circa ea, quæ veniunt ex consuetudine: sed solutionis locus, circa ea, quæ veniunt propter moram adhibitam circa illa, quæ veniunt in contractu. Bart.in l.1.ff.de vsuris.

Locus quando est appositus solutioni, eius ratio semper habenda est. Bart. in l.qui Romæ 122.nu.5.ff.de verbo.oblig.

Qui petit alibi, quàm in loco solutioni destinato, videtur plus petere: ideò qualiter sit componendus libellus in hac actione: & si quis non soluerit in loco destinato, vbi debeat conueniri, vide §.plus autem, Institutio. de actio.& ibid.gloss.

Interesse rei, si ille cõueniatur in alio loco, semper æstimatẽ, sed nõ actoris, nisi reus fuisset in mora, vel culpa.glo.in d.§.plus autem.

Actio de eo, quod certo loco, est arbitraria, qa agimus, vt consequamur in loco, quod ibid. solui promissum fuit: habet enim Iudex facultatem æstimandi, quanti actoris interest, habetq; potestatem absoluẽdi debitorem, exacta ab eo cautione de soluendo, non tamen semper Iudicis arbitrium versatur, vt tradit Menoch.de Arbitra.lib.1.q.5.nu.5. facit §.prę terea, Institut.de actio.

Si actor non potest ire, vel mittere ad locũ destinatæ solutionis, reus potest cõpelli soluere alibi, quàm in loco, vbi promiserit soluere.Ant.

re. Ant.Corset.in suis sing.lite.S.sing.solutio.
Qui promisit certo loco soluere, nō potest denuo cogi alibi soluere, sed an hoc sit semper verū, vide glo.in l.vsuras 8.C.de solut.& libe.
Vbi quis certo loco dare promisit, alibi soluere non potest, inuito stipulatore. l. qui Romæ 122.& ibid.gloss.ff.de verb.oblig.& l.fideiussor 17.§.qui certo.ff.de fideiusso.& mandato.
Vtrum omnis actio stricti iuris, dicatur arbitraria propter adiectionem loci, vide Bart. in l. vnica. C.vbi conueniatur qui certo loco.
De materia huius tit.vide per DD. in l.centum Capuæ. ff. de eo, quod certo loco.& in l.qui Romę 122.ff.de verbo.oblig.

Vbi de causis feudalibus agi debeat.

PAres Curiæ licèt de consuetudine feudorum sint Iudices, quando est quæstio inter Dominum, & Vasallum de re feudali; tamen id fallit, si cōsuetudo sit in contrarium, quòd illa cognoscatur per Officiales Principis, vt seruatur in hac Patria Pedemon. Rol. consi. 89. volum.2. num.19. vide cap.6. & 7.ext.de foro competen.
Vasallus coram Domino feudo conueniendus est, etiam si Dominus feudi sit Ecclesiasticus, dummodo ibid.actor possit suam Iustitiā consequi; aliàs loci Ordinarius poterit adiri. c.5. ex.de iudi.& ibid.gloss. Nisi consuetudo prę-iudicet.c.13.eod.
Causa feudalis debet tractari coram Dño feudi; & non alibi. Abb.consi.82.nu.7.
Dominus feudi potest committere causam feudalem alteri decidēdam inter Vasallos, per quam commissionem idem Commissarius nō potest aliquid adiudicare Domino. DD. de Rot.dec.8.aliàs 198.ti.de re iudi. in nouis.

De recusatione Iudicum suspectorū, & de causis recusationis.

IVdex ordinarius an possit recusari, maximè in criminalibus, vide Ozas.decis.15.& Bar. in l.apertissimi.C.de iudi. Et quæ sint iustæ causæ suspitionis, vide ibid.Bart.in additio. & cap.27.ex.de appellatio.
Iudex ordinarius nō potest in totum recusari, sed illi datur adiunctus.vide Ozas. decis.84. Bar.in d.l.apertissimi.C.de iudi.& in §.1. Authen.de Collator.
Ordinarius Iudex vbi recusatur, debet causa recusationis allegari, licèt non sit probanda de necessitate.Ozas.decis.84.nu.6.

Ordinarius,& Delegatus vt associentur adiunctis, fiunt suspecti sola allegatione cum iuramento, sed vt remoueantur in totum, debet adesse causa de iure Ciuili; de iure autem Canonico aliter prouidetur, sed quod ius attēdatur, vide Capic.decis.137.num.10.11.& 16. Andr.Gail.obser.33.lib.1.
Suspectus Iudex non debet interesse, quando votatur, licèt nō det suum votum. Capic.decis.138.Papon.lib.7.tit.9.arrest.7.& 8.
Iudex ordinarius, qui semel in vna causa iudicauit certo modo, potest vt suspectus recusari, ne sit sibi ipsi contrarius; præsupponendum enim est, quòd semper eodem modo iudicaret.Capic.decis.146.
Iudex an possit allegari suspectus, si iudicauerit in vna causa contra allegantem, & à sua sententia penderet appellatio, vide Capic. decisio.147.
Suspicionum causæ contra Iudices vbi debeāt tractari: & Potestas quando allegatur suspectus; omnes eius Auditores possunt allegari suspecti, & tota familia redditur suspecta.Ioseph.Ludo.decis.Perus.108.
Executor an, & quando possit allegari suspectus, & quid in Ordinario, & multa alia de recusatione vide per Borg.deci.28.num.95.de contract.par.2.Et quæ sint causæ suspitionis, ibid. num.114. vide etiam Andr. Gail. obser. 33.num.9.lib.1.
Ordinarius potest recusari, iusta causa adiuncta, qua nō probata, causa remittitur ipsi Ordinario, & illa probata, ab eo causa deuoluitur.c.cum speciali 61.& ibi gl. ex.de appella.
Lites sine suspitione esse debent, & durum est corā Iudice notoriè suspecto litigare. Ozas. decis.15.num.5.
Inimicitia inducit iustā causam recusandi etiā Iudicem ordinarium idem de præsumpta inimicitia, vel intrinseca amicitia.d.deci.15.n.7.
Inimicitia qualibet etiam non grauis, sed probabilis, inducit Iudicem suspectum. Capic. decis.138.& Craue.consi.6.nu.31.
Inimicitia, quæ ex facto partis prouenit, neque Iudicem, neque testem repellit.Franc.Marc. quæst.291.part.2.
Quæ inimicitia repellat Assessorem, vel Iudicē, vide eundem Marc.q.314.part.2.
An Iudex post recusationem propositam, possit ad vlteriora in meritis causæ procedere, & gesta post talem recusationem, an ipso iure nulla sint, vel irritanda veniunt remedio appellationis, vide Ozas.deci.84. Capel. Thol.q.479. Iaco. Put.decis.379.lib.1.Gaspa. Cabal.milleloq.864.Vera.decisio.60. part.1. num.4.decis.390.& 391.part.2.decis.7.part.3. Maran. in suo Spec. part.4. distinct.16. iudic. nu.4.

nu 4. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. executo. art. 3. glo. 3. Tom. 1. Dec. cós. 175. Abb. consi. 14. part. 1. & Hartma. cap. 11. titu. de Iudi. lib. 2.

Si recusatio probetur iniusta, valebit processus; secus si iusta. Capel. Thol. d. q. 479. in additio.

Quando causa suspicionis est notorié frustatoria, illa non obstante, Iudex recusatus potest procedere ad vlteriora. Marc. q. 705. part. 2.

Recusatio habet locum, quando Iudex ex aliqua iusta causa redditur suspectus: nam tunc potest recusari, & interim suspéditur eius iurisdictio, quia recusatione pendente, nó potest ad aliquem actum procedere in illa causa, & si processerit, processus erit nullus, sed quomodo, & quando opponatur, & ex quibus causis competat, vt posit Iudex recusari, vide Maran. in suo Spec. part. 6. titu. Et quandoque appellatur, nu. 24.

Coram Iudice recusato citra cósensum eius iurisdictionis comparens, & aliquot actus faciens, cum protestatione tamen præmissa, vitiat protestationem, & confirmat processum. Put. decis. 380. lib. 1.

Recusatus Iudex procedens ad vlteriora, stante partis appellatione, facit se aduersarium. Vera. decis. 172. nu 9 part. 1.

Aduocatus in simili causa non prohibetur esse Iudex in alia simili causa inter alias personas. Vincen. de Fran. decis. 87. nume. 18. Sed quod possit allegari suspectus, scribit Capic. decisio. 146.

A Iudice suspecto potest recedi etiam per viã appellationis, quando suspicio insurgeret ex dolo vero, vel præsumpto de præterito ipsius Iudicis. Iass. Lanf. Balb. decis. 47.

Quando Iudex recusatus vellet fungi officio Aduocati, debet tenere locum, vbi solent stare Aduocati; aliás non potest interesse causæ. Papon. lib. 6. tit. 9. arrest. 8.

Iudex si fuerit consanguineus, vel quoquo modo coniunctus impetrantis, vel fuerit Aduocatus in ea causa, licité potest recusari. cap. postremó 36. ex. de appellatio.

Post pronunciationem competentiæ, an possit allegari exceptio rei iudicatæ, vide Rot. Genuen. decisio. 13.

Episcopus in causa propria, vel Ecclesiæ, an possit recusari suspectus, & quid in eius Vicario, vide Capic. decis. 137.

Collegium totum vel ius Ciuitatis non potest allegari suspectum in genere, sed debét suspectorum nomina specificari. Capic. decis. 138. num. 7. vide tamen Ioseph. Ludo. decis. 108. Perus. num. 5. & Marc. de Mant. sing. 363. Sed an totus Senatus possit allegari suspectus, vide Boer. decisio. 169. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 458. nu. 11. & Rol. consi. 19 volum. 3.

Partes debent dare suspectos in electione Assessoris, nec sufficit dare confidatos, si tamen darentur suspecti, & confidati, Iudex non arctaretur ad eligendum de confidatis: satis enim est, quód nó eligat de suspectis. Capic. d. decis. 138. num. fin.

Similitudo causæ, quam habet, vel sustinet Iudex, est causa legitima recusationis. Papon. lib. 7. titu. 9. arrest. 17. & cap. causam, quæ 18. ext. de iudic.

Consultor potest vt suspectus recusari, si deputaretur Iudex. Capic. decis. 146. nu. 3.

Sententia iniuriosa nó eximit iniuriam passum á iurisdictione Iudicis, á quo appellauit. Capic. decis. 147. nu. 3. & 6. & Iass. Lanf. Balb. deci. 46. vide Menoch. de Arbitra. cas. 121.

Suspicio in Iudice est, quando datur ad instantiam alterius partis. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 108. & Rol. consi. 19. vol. 3. nu. 15.

Exceptio recusationis Iudicis, debet opponi ante litem contestatam. Franc. Marc. q. 725. Mysing. obser. 59 cent. 4. Andr. Gail. obser. 38. nu. 11 Aliás semel Iudice approbato, nó admittitur recusatio. Papon. lib. 7. tit. 9 arrest. 13. Nisi ex causa. Vera. decis. 391. part. 2. & decis. 7. part. 3. Mysing. obser. 59. cent. 4. Iass. Lanf. Balb. deci. 110 & Gail. obser. 33. nu. 11. Qñ illa superuenit ante conclusionem causæ, secus si post. Rom. sing. 356.

Exceptio Iudicis incompetétis debet opponi ante litem contestatam, non autem post, nisi talis exceptio redderet iudicium ipso iure nullum, aut funditus eradicaret iurisdictionem Iudicis, & super ipsa exceptione incompetentiæ est pronunciandum expressé, antequam procedatur super principali negotio, sed quádo dictum procedat, vide Iass. Lanf. Balb. decisio. 67.

Exceptio incompetentiæ si ab initio opponatur, & super illa assiduè fuerit insistatum, non videtur reiecta per processum ad vlteriora, sed requiritur expressa pronunciatio. Natt. consil. 371.

Rusticus, mulier, & miles possunt tacitam Iudicis prorogationem factam litigando coram eo, reuocare, etiam vsque ad sententiam Iass. Lanf. Balb. decis. 110.

Vbi Iudex, opposita fori declinatoria se ingerit cótendendo pro sua iurisdictione, ac si esset pars, non potest tanquam suspectus cognoscere, an sua sit iurisdictio, idem, quando notorium est illum non esse Iudicem competentem, & in aliis casibus, de quibus pereunde. Balb. decis. 259.

Nulli litigantium licet post litem contestatam, (nisi ex noua causa) Iudicé suspectú dicere, vel

vel recusare sub pena, de qua in antiquo decreto Sabaudiæ, tit. nulli liceat. li. 2. vide Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. titu. de recusat. Iudi in præfat. gl. 2. & Amaneld de Clari. quis singul. 202.

Iudex recusari potest, si propalauerit intētionē suam, dicendo aliquem ius non fouere. DD. de Rota, decis. 38. alias 256. tit. de concessio. præben. in antiq. Crau. consi. 134. & Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 458. num. 14.

Recusatio Iudicis delegati, vel Notarij fieri potest sine probatione causæ recusationis: quia [illegible] potest. Vera. deci. 102 par. 1.

Causæ suspicionis nō possunt allegari per Procuratorem sine speciali mandato. Papon. lib. 7. tit. 9. arrest. 1. & Rol. consi. 19. vol. 3.

Recusationis causa [illegible] legitima, si Iudex, vel Delegatus [illegible] Vera. decis. 17. par. 1. num. 5. c. 2. ext. vt lite non contestata, & Natt. consi. 74.

In causis, in quibus O[illegible] potest punire, & procedere contra delinquentem in se, & famulos suos, poterit allegari suspectus, nisi delictum esset notorium [illegible] & pœna esset à iure taxata. Iass. Lanfrā. Balb. decisio. 44.

Suspicio omnis (etiam minima) est iusta causa recusationis [illegible] eadem, decis. 111. [illegible] sa conceditur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 152. nume. 6.

Commissa causa, recusatione remota, intelligitur de friuola. Gasp. Cabal. [illegible]

Princeps potest delegare appellationem, remota recusatione: [illegible] causa recusationis in scriptis exprimēda sit, inter ius Canonicū, & Ciuile est differētia, Legistæ tenēt causam non esse exprimendam, sed sufficere allegationem suspicionis in genere, dummodo recusans præstet iuramentum de calumnia, sed Canonistæ contrarium scribunt. vide Andr. Gail. obser. 33. num. 14. lib. 1. & Rol. consi. 19. vol. 3. nume. 14.

Frater non potest in causa fratris cognoscere, parte opponente; aliàs secus. Gom. Leo. decis. 66. in decisio. [illegible]

Electione, & variatione fori facta per viduam, & aliam personam priuilegiatam, Iudex, coram quo litigabatur, efficitur incompetens. Vincent. de Franc. decis. 294. part. 2.

An filius possit esse iudex appellationis introductæ à sententia lata per patrē, vide Papon. lib. 7. tit. 9. arrest. 3.

Iudex recusatus non pōt cogere partes, vt illæ cōueniant in aliū Iudicē. Papon. [illegible]

Ex persona Procuratoris, vel solicitatoris, non potest legitimè desumi causa suspicionis, ad recusandum Iudicē. idē Papon. ibi. arrest. 10.

Recusatio Iudicis ratione cognationis, seu affinitatis, non admittitur, nisi specifice dicatur, in quo gradu cōsistat affinitas. ibid. arrest. 12.

Iudex recusatus in ciuilibus, non potest esse Iudex in his, quæ concernūt interesse personarum Regis. vide eundem Papo. ibi. arrest. 16.

Restitutio in integrum competit minori, aduersus omissam allegationē suspicionis Iudicis. Vincen. de Fran. decis. 431 part. 2.

Causa suspicionis proponenda est coram Iudice, qui recusatur, & probanda venit coram Arbitris [illegible] cap. secundo [illegible] & c. cum speciali 61. ex. de appellatio. [illegible] quando Iudex recusatus cognoscere possit de causa suspicionis, vide Har[illegible] lib. 2.

Iudex potest in causis criminalibus vt suspectus recusari, & remunerari [illegible] crim. [illegible] §. fin. q. 43.

Iudex Ecclesiasticus non habet exercitium iurisdictionis contra laicum. Menoch. cō. 322. num. 6. lib. 4.

Iudicis arbitrio relinquitur, quæ iusta sit causa recusationis, & Iudex propter coniunctionē sanguinis, recusari potest, nisi esset in pari coniunctione cum vtroque litigāte. Menoc. ibid. cas. 152.

Iudex integerrimus non facilè vt suspectus recusari potest. Menoch. ibi. [illegible] 7.

Concilium Prouinciale, vel Vniuersale, [illegible] ob iustas causas suspicionis, recusari possit, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. [illegible] & consi. 8 [illegible] vol. 1. Pro [illegible] Rolan. consi. 19 vol. 3.

Dominus castri iniuria affectus per subditum, nō potest ipse cognoscere de tali iniuria, sed Cōdominus bene potest cognoscere de [illegible] personali illata alteri Cōdomino. Natt. consi. 87. Tom. 1.

Iudex, qui in prima instātia iudicauit, est suspectus in secunda. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 458. num. 17.

Suspectus in iudicando, nō est suspectus in delegando. ibid. num. 19.

Præside Senatus suspecto, totum Senatum posse recusari, scribit idem Menoch. ibid. num. 2[illegible]

Iudex efficitur suspectus, vbi Assessor est suspectus. ibid. num. 22.

Iudex ob prærogatiuam nō potest recusari, [illegible] causæ recusationis quomodo considerentur, vide Menoch. de Arbitra. d. cas. 458. num. [illegible]

Iudicem incompetentem, quem in vno iudicio non declinaui, nō possum in alio iudicio declinare. Ludo. Rom. sing. 145.

Iudex vti suspectus potest à parte recusari, si aduersarius ad eius aurē loquatur. idē sing. 310.

Vide de recusatione, & de materia [illegible] Boer. in suis sing. tit. recusatio.

Iudex

Iudex procedendo ad vlteriora causæ admittẽdo proposita partis, uel aliàs, uidetur pronunciare super competentiâ iudicij. Guid. Pap.q.747.

Si litigatum sit coram incompetente Iudice, scienter, & postea instantia pereat, & denuo incoetur, in hac scda instantia, non poterit ipse Iudex recusari. Pet. de Raue. sing. 411.

Iudex suspectus recusatus, in causa suspicionis interrogari an possit, ut ueritatem dicat, uide Perillust. D.P. Tessa. decis. 6.

Aduersarius meus in una lite potest recusari, si contra me datur in Iudicem in alia causa, licèt de re mea non litigetur. Ant. Cors. in suis singularibus litera I. sing. Iudex 3.

Iudex potest recusari a tertio comparente pro iure, & interesse suo in causa. idem, litera R. sing. recusatio.

Exceptio incompetentiæ, non obstante statuto omnes exceptiones excludente, opponi potest. Hippol. sing. 10.

Litigare sub Iudice suspecto graue, ac periculosum est; ideò non potest Princeps causam committere, remedio recusationis sublato, sed qũo dictũ intelligat, uide Hipp. sing. 292. Poslet.n.sequi tristis euẽtus. Rol. cõs. 19. uol. 3.

Solemnitates iuris in notoriis relaxantur; fallit in his, quæ competentiam Iudicis respiciunt; ideò licèt delictum notorium sit (etiam per rei confessionem) illud tamen incompetens Iudex exequi non põt. idẽ Hippol. sing. 659.

Doctores omnes unius Ciuitatis, in qua causa est delegata, possunt allegari suspecti. Io. de Arnono sing 18.

Minor suspicio est sufficiens ad repellendũ Iudicem tanquam suspectum, quàm ad repellendum testem. ibid. d. sing. 18.

Ex causa recusatur Iudex, sed antequam causa recusationis proponatur, debet proponens considerare de probatione, & illa probata, an sufficiens sit ad Iudicem repellendum, ne postea nimis accerbum Iudicem habeat. vide Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. tract. de recusat. in pręfat. & per totum tract.

De interrogatoriis, & ĩterrogationib.

SI interrogatus responderit se esse hæredẽ, nec adiecerit ex qua parte, is ex asse respondisse credẽdus est, ita obseruatum fuisse legit in libris placito. Curiæ lib. 11. de fructibus tit. 16. cap. 6. in decisio. diuerso.

Interrogatus an sit hęres Titij, mediante persona Sempronij, non sufficit, si respondeat, se hæredem Sempronij. Natt. consi. 228. Tom. 1.

Interrogãdus est quis an sit hæres, & si propter dubium non vult respondere, interrogatur an sit bonorum possessor. Bart. in l. controuersia 14. nu. 7. ff. de transactio.

Suus hæres efficitur hæres ipso iure: ideò creditor non habet necesse ipsum interrogare, an sit hæres, quia sufficit, si non ostendat se abstinuisse. Bar. in §. sui autem, Institut. de hæred. quæ ab intestat. defer. vide tamen infra titu. de hæredit. actio. lib. 2.

Successor filius in feudo petens feudũ, nõ tenẽt ad instãtiã rei declarare, si petat vt hęres, vel non, etiã si hæres instituatur. Capic. decis. 97.

Ille, cui delata est hęreditas, ad instantiã creditorum interrogari potest, an velit esse hæres, vel nõ, & si petat terminũ ad deliberãdũ, debet audiri. l. si curatoris 9. C. de iure delibera.

De interrogatoriis actionibus, & quando quis teneat respondere, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de interrogatione.

Quare, & quãdo interrogationes fieri debeãt, & Iudicis arbitrio admittantur, & quid post causæ conclusionem, vide Menoch. de Arbit. lib. 2. cent. 1. cas. 51. Rebuf. in constit. Reg. trac. de responsio. art. 3. num. 6. fol. 835. & Marc. de Mant. sing. 446.

Interrogatoriorum varia fuit pro tẽpore obseruatio de iure antiquo, & nouissimo, vide Rebuff. in d. tract. de responsio. art. 1. fol. 833.

Postquam petitor asseuerauit iuramẽto ea, quæ petit in suo libello, fore vera, tenetur reus respondere per verbũ, credit, vel nõ. Rebuf. ibi.

Adulti interrogati poterũt cum auctoritate tutoris respondere. ibid. nu. 8.

Interrogationes fiunt, vt pars releuetur ab onere probandi per confessionẽ aduersarij. Rebuff. ibid. art. 3. nu. 4.

Quando interrogationes in locum probationũ succedunt, debent fieri post litem contestatam, & per consequens pendente processu. Rebuff. ibid. d. art. 3. nu. 5.

Respondens sine interrogatione, habetur pro interrogato. ibid. nu. 7.

Interrogatoria debent esse pertinentia. Rebuf. ibid. num. 14.

Responsio debet conuenire interrogationi. Menoch. consi. 47. vol. 1.

Interrogatio fit expensis eius partis, quæ prosequitur interrogationem fieri, salua repetitione, si obtinuerit in causa. idem Rebuf. d. tract. de responsio. art. 4. fol. 836.

Non respondẽs habẽt ꝑ cõfesso. Rebu. ibi. ar. 5.

Casus, in quibus pars interrogata non tenetur interrogatoriis respondere, vide ibid. art. 6.

Testes examinati debent per Examinantem interrogari super decem requisitis, de quibus vide per eundem Rebuff. tract. de inquisitio. art. vlt. fol. 852. Tom. 3.

Testes nisi super eo, super quo producuntur, interrogandi sunt. glo. in §. idem Iulianus l. si duo 13. ff. de iureiuran.

Testis interrogatus, an aliter esse posit, quàm prout ipse deponebat, an teneat tali interrogatorio respondere, vide Perillustr. D. P. Tesau. decis. 261.

Interrogatorium captiosum, an admittatur, vide ibid. d. decis. 261. Et an teneatur testis illi rñdere, vide Hartm. cap. 12. tit. de testib. lib. 2.

Interrogatoriorū copia, non debet mitti parti aduersæ. idem Hartm. c. 1. tit. de interrog. li. 1.

De interrogatoriis, quæ fiunt testibus, vide per Abb. in sua Pract. cap. 84.

Iudex non debet admittere, vt quis interrogetur super eo, quod iam erat decisum: & testes non sunt interrogandi, nisi super articulo, super quo sunt producti. Bar. in l. si duo 13. §. idem Iulianus, ff. de iureiur.

De conditione, quæ testium turpitudinem non continet, Iudex potest testes interrogare: de illa verò, quæ continet turpitudinem, nō debet. Bar. in l. 3. ff. de testib.

Interrogatoria inutilia reiicieda, & effectus eorum est, vt testes ad variationem, & contraria inducantur. Andr. Gail, obser. 95. lib. 1.

Interrogatoria facienda testibus, quomodo, & quādo presententur, & ad quē effectum fiāt, vide Marā. in suo Spec. li. 6. tit. de inter. ꝓduc.

Testis non debet interrogari, an aliquis possideat bona, vel mala fide, Pet. de Raue. lin. 110.

Testis interrogatus, ad quas interrogationes teneatur respondere, vide Bar. in auth. si testis. C. de testib. nu. 4. & Abb. in sua Pract. c. 84.

Testis an interrogetur de loco, & tempore, vide Bar. in l. 54. ff. de testib.

Testis interrogatus de causa sciētiæ, debet respondere, alias non valet eius depositio, secùs si non interrogetur; sed an teneatur respondere, an sit criminosus, periurus, vel talis, qui non posse testificari, vide gl. in c. cùm causam 37. ext. de testib. Bar. in l. qui petitorio 37. ff. de rei vendic. in l. qui iura 26. §. si pater. ff. de iureiur. & in l. 9. ff. de excep.

Iudex interrogare potest partem, vel testē, an ille sit infamis; sed an teneatur respondere, vide Bar. in l. 1. ff. de offi. Assesso.

Producens instrumenta, vel testes suspectos de falso, si interroget, an velit illis vti, tenetur respondere simpliciter affirmatiuè, vel negatiuè, nec admittitur illa responsio, quòd vult illis vti, si apparuerit dixisse verum, & nō aliter: idem in instrumentis. Afflic. decis. 189. vide Ioseph. Ludo. decis. 8. Perus. & Bartol. in l. diuus 31. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Possidere si neget reus, potest actor petere se mitti in possessionem illius rei, tanquam vacantem à reo conuicto, reseruato iure cuiuslibet tertij, sed reus, qui negauit (etiam cū iuramento) potest negationem suā reuocare. Nat. cons. 381.

Negātē posse dixisse nomine proprio ante litem contestatā, posse pœnitere respondēdo affirmatiuè, scribit Rol. consi. 88. vol. 4.

Vide de interrogatoriis, quæ fiunt ante litē contestatam, puta in libello, per glos in c. penult. ext. de iuramen. calumniæ, vel aliās in tit. ff. de interroga. actio. & Azo. in summa titul. C. de confessis.

Quis de eo, quod semel declarauit, non est iterū interrogandus. Bar. in l. 1. ff. si cert. pet. n. 11.

Interrogatus vt dicat titulum suæ possessionis, non cogitur affirmatiuè respōdere, nisi in petitione hæreditatis, quo iudicio cogitur quis dicere titulum suæ possessionis. l. penul. C. de petitio. hæred.

Quando ratio est idem cum dicto, nihil concludit, vt si quis interrogatus, quo iure possideat, respondeat, quia possideo. l. qui interrogatus 13. ff. de petit. hæred.

Ante litem cōtestatam debet interrogari reus, vtrum possideat, vel dolo desierit possidere. l. qui petitorio 37. ff. de rei vendic.

Conuentus rei vendicatione, non cogitur respōdere, si sit dominus in totum, vel pro parte, secùs in possessione, in qua quis cogitur respondere, an in totum, vel pro parte possideat, secundum glo. in l. speciali 73. eod. tit.

Positioni iuris non est respondendum. glos. in l. 2. ff. de confessis, l. ornamentorū 49. ff. de aur. & argen. lega. & Bart. in l. 1. ff. si cert. pet.

Si quis confiteatur aliquid incertū, cogitur clarius respondere, & illud incertum declarare. l. certum 6. ff. de confessis.

Iudex potest comminari respondenti, ꝙ nisi verum respondeat, puniet eum tali pœna. Bart. in l. in rem 80. nu. 4. ff. de rei vendi.

Iudex in quacunque parte iudicij (etiam post causæ conclusionem) interrogat partē, & interrogatio, & petitio qualiter differāt, vide Bar. ī l. vbicūq; 22. in repe. ff. d interrog. actio.

Quando pars nō potest interrogare, Iudex ex officio potest. Bar. q. 14. nu. 7.

Interrogatorio captioso quis nō tenet respondere: & interrogationes fieri possunt in quacunq; parte iudicij, tñ qñ fiunt post litē cōtestatam, non possunt fieri ad instantiam partis, sed officio Iudicis. Francis. Marc. quæst. 60. & 222. part. 1. & q. 520. part. 2. vide Natt. cōsi. 56. To. 1. & Menoc. de Arbit. lib. 2. cas. 51.

An reus post litem contestatam cogatur respōdere, vide Capel. Thol. q. 167.

Quis non tenetur respondere interrogationi, qñ data respōsione, incideret in periuriū, vel dece-

detegeret turpitudinem suam, nisi aliter esset ab altera parte detecta. Bart. in l. si à te 9. ff. de exceptio. rei iudic.

Quis solùm ad illas interrogationes tenetur respondere, quæ ad causam faciunt. Bar. in suo tract. de ordine iudi. nu. 14 Sed an interrogatus ad omnia teneatur respondere, vide gl. in authen. principales. §. quod obseruari. C. de iureiuran. propt. calum. dan.

Reus conuentus licèt libellum accipiat, non tenetur (nisi interrogatus) respondere, an possideat. vide Barto. in l. 9. §. si quis. ff. de exceptio. rei iudic. & Capel. Thol. q. 167.

Interrogatus an debeat viginti, respondens negatiuè, si decē debeat, dicitur deierare. Bart. in l. pupillus 239. §. verbum. ff. de verbor. & rer. significatio.

Litigātes possunt dare Iudici interrogationes, & interrogatoria. Bart. in §. quod autē, Auth. vt liceat matri, & auiæ.

Interrogatus an commiserit maleficium, si respondet se non esse culpabilem, non dicitur ad interrogata respondere. Bart. in cons. ... num. fin. vol. 1.

Positioni datæ post litem contestatam per modum interrogatorii, quis nō tenetur respondere, sed actor debet facere positiones. Capic. decis. 97. vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de interroga.

Interrogatoria, quæ sapiunt negotium principale, per modum interrogatoriorum fieri nō debent. Marc. q. 789. part. 2.

Qui ponit videtur fateri, & sibi præiudicat, si pars illam positionem cōfiteatur, secus si negauerit: sed qui interrogat nihil ponit, & sibi non præiudicat, quia nihil videtur contra se confiteri. DD. de Rota decis. 42. aliàs 311. de testib. & attestatio. in antiq.

Interrogationes dubitatiuè conscribuntur, sed positiones assertiuè. Rebuff. in constitu. Reg. tract. de responsio. art. 3. Tom. 3.

Interrogatio, & positio in quibus differāt, vide Bart. in authen. in isto. §. quod obseruari C. de iureiur. propt. calum. dan. nu. 19.

Falsam scripturā producens in iudicio interrogari pōt, an velit illa vti, & tenet respondere simpliciter affirmatiuè, vel negatiuè. Marā. in suo Spec. par. 6. tit. de instru. productio. nu. 35.

De practica interrogandi partem, an velit vti testibus, & eorum attestationibus, & de effectu huius interrogationis, vide per Bart. in l. 8. C. ad leg. Cornel. de fals.

In casibus, in quibus quis positionibus nō tenetur respondere, in illis pariter nō tenetur respondere interrogatoriis. Rebuff. in constit. Reg. tract. de responsio. art. 6. Tom. 3.

Interroganti turpiter, et male, quādo sit curialiter respondendum, vide Bar. in l. vt responsum 15. C. de transact.

Interrogatio in petitione hæreditatis, qualiter fieri debeat, & qualiter responsio, vide Bart. in l. cogi 11. C. de petit. hæredit.

Interrogato de facto suo, non datur tempus ad deliberandum. Bart. in l. cum tallum 46. ff. de acquir. hæred.

Interrogatio in iudicio, potest fieri loco probationis. Bart. in §. quia igitur, Authen. de his, qui ingred. ad appella.

Interrogationes fiunt vndecim in casibus, quos scribit Azo in summa tit. C. de confess.

Respondens in præparatoriis confitendo vnā qualitatem, reliqua interrogatoria videtur excludere, & negare. Put. deci. 312. lib. 2. vide Bar in l. & si fine 8. §. sed qd. ff. de min. 25. ann.

Si cōuentus reali actione interrogatus, responderit se non possidere, qualiter procedatur, vide Bart. in l. in rem 80. ff. de rei vendicat.

De responsionibus, quę dantur interrogatoriis, & positionibus, vide infra titu. de responsio. quæ dant. positio. & interrog.

De edendo.

Qvo ad effectum probationis nō sufficit producere, nisi productorum decernatur copia parti cum termino opponendi, quod procedit, si hoc petatur. Ozas. decis. 1. num. 47. vide D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ, glo. super 5. part. decreti, malitiis tit. de donatio. & in tit. de oppositio. quæ hunt cot. form. extrin. instru. fol. 126.

An acta facta coram primo Iudice, debeant iterum produci coram successore, vide eundem Ozas. d. decis. 1. nu. fin. l. actor. ff. de re iudic. & Bart. in l. 2. C. de eden.

Instrumentum in actis productum, dicitur esse de actis, & commune. Ozas. decis. 39. nu. 41.

Licet appellare à Iudice, qui parti hoc petenti non facit edere communia instrumēta. cap. C. perpetuus 12. ex. de fide instrument.

Acta iudicialia siue ciuilia, siue criminalia, debent edi cuicunque petēti, & habēti interesse. Capic. decis. 127. num. 6. vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 265. nu. 10.

Acta in causa appellationis, quis debeat producere, appellans, vel appellatus, vide Gui. Pap. quæst. 20.

Si de parte actorum petatur instrumētum, illud concedi debet. idem Guid. q. 241. nu. 5.

Acta causæ sunt communia, ideo debet dari copia omnium productorum in iudicio, quibus quis vsus fuit. Fran. Marc. q. 702.

Acta, de qbus partes in scriptis mētionē faciūt,

edenda sunt idem q.1306.

Acta Iudex tenetur edere cuilibet interesse habenti, tam criminalia, quàm ciuilia, & ad hoc compelli potest, & multa alia de editione actorum faciéda ab ipso Iudice, vel à Secretario vide per Andr.Gail.obser.139.libr.1. Maran. in suo Spec. part.6.titu. de actorum editione, nume 53.54.55. & nume.61.& l.2. C. vt lite pendente.

Acta iudicialia in iudicio exhibita sine difficultate parti petenti communicari debent: idem in litteris Principis, vel Regis, sed hoc indistinctè non procedit respectu instrumentorum exhibitorum, vide Papon. lib.9. titu.7. arrest. 1.2.& 3.

Acta iudicialia debent edi regulariter, vt dictū est; sed conclusio limitatur primò, in attestationibus non publicatis, quæ ante publicationem non debent edi, sed debent esse secretę penes Iudicem. Maran.in suo Spec.par. 6.d.tit.de acto.editio.nu.56.

Secundò, limitatur in interrogatoriis testium, quæ non debent edi. Maran. ibid. nu.57. Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.175.Bar.in tract.de pertinentibus ad materiam testium, nu.22.

Tertiò, limitatur in allegationibus iuris, quæ pariter non debent edi. Maran. d. titu.de acto. editio.nu.58.vide tamen Menoch.de Arbitr. lib.2.cas.175.& Ludo.Roma.sing.266.

Quartò limitatur, quando ille, qui petit editionem nolet soluere mercedem Magistro actorum, & in nominibus testium. Maran. ibid. num.59.& 60.Quod sublimitatur in copia libelli, quæ datur sumptibus actoris. ibidem num.61.& 62.

Quintò, declaratur conclusio, quòd acta originalia nullo modo debeant edi parti, neque Iudici appellationis, sed tantùm copia ipsorum actorum.Maran.ibid.nu.64.

Sextò declaratur, quòd acta debent edi cū die, & consule, loco, & tempore.ibid.nu.65.

Septimò, & vltimò, debent edi toties, quoties quis petit, & in hoc differt editio actorum ab editione instrumentorū, quæ non fit pluries, nisi probetur amissio.Maran.ibid.num.66.

Creditores vnius debitoris possunt petere copiam processus facti à Notario ad petitionē vnius creditoris eiusdem debitoris.Bart.in l. cùm vnus 12.ff.de bon. aucto. Iudi. possid. & in l.15.eod. Quia interest creditorū ipsa acta habere.Bart.ibid.

Acta criminalia quando exhiberi debeant: & acta armarij Communis continentia bannū, & huiusmodi, debent edi cuilibet petenti; & acta in causa ciuili indistinctè Fisco exhibentur.Bar.in l.2.§.diuus.ff.de iure Fisci.

Acta an sint cōmunicanda Procuratori cōtumacis, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.265.nu.8.

Notarius non cogitur instrumentum exhibere tertio, de cuius interesse non tractatur, sed quādo tertius allegat sua interesse, qumodo hoc probetur, vide Ozas.decis.57.

Tabelliones quādo cogantur edere instrumēta partibus, vide Bar in tit.de tabul exhib.

Notarius non cogitur edere instrumentum illi, qui non rogauit, sed quid, si probauerit sua, interesse vide Ozas.d.decis.57.Fran.Marc.q. 18.par.2. D.Sol.in constitu.antiq.Sabaudię super decreto, præsenti, nu.13. tit.de Tabellio.

Editio instrumentorū non est decernenda illi, qui non mandauit per se, vel per alium, nec successit in ius mandantis instrumenta conficī: fallit cōclusio in quinque casibus, de quibus vide per Andr.Gail.obser.106.lib.1

Quando creditor allegat amisionem instrumenti obligationis, & petit à Notario aliud sibi expediri, an debeat audiri, si debitor alleget solutionem debiti, de qua asserit apparere per confessionem scriptam super instrumento obligationis primo loco expedito, vide Papon.lib.10.tit.1.arrest.6.

Instrumenti copiam quando quis petit, solum particula, quæ ad ipsum pertinet, ei est danda, & non totum instrumentum. Bar.in l.8.C. de precibus Imperat.offer.vide l.fin.ibid.

Facienda est copia eius partis testamenti, quæ pertinet ad petentē sine die, & Consule. Bar. in l.1.C.de tuabl.exhiben.vide eundē in l.2.§. diē.ff.quéad.testam.aper. & in l.17. de lega 1.

Substituto petenti particula in testamento illa debet dari, cum hæredis institutione. Bart.in l.9.ff.de bono.poss.secundum tabul.

Notarius tenet edere creditoribus transactionem factam super testamento inter legitimū hæredem, & scriptum.Barto.in l.14.nume.13. ff.de transactio.

Notarius debet mihi dare copiam inst̄i, in quo habeo obligatum nomen debitoris.Bar.in l. 5.ff.de iure deliber.

Aduocatus, Procurator, & Notarius, qui instrumenta vnius partis ostendunt alteri, tenentur crimine falsi.Bart.in l.1.§.15, qui.ff.ad leg. Cornel.de fals.

Iuramentū calumniæ à quocunque petēte editionem fieri, exigitur.Ozas.decis.57.nu.6.

Editio instrumēti facienda est Iudici, vt ex eius inspectione cognoscat, an partis intersit tale instrumentum habere.Ozas.d.deci.57. in fin.

Cessionarius instrumētū cessionis ante litē cōtestatam edere dēt, aliàs processus inualidus redditur.Ozas.deci.58 nu.3.vide Bar. in l.qui 9.C.de Procu.& in l.si duo 93.ff.de sol.& libe.

Reus an cogat edere probationes, & instra contra se in causa capitali, vide Capic.deci.127. nu.3.

nu.3.& l.2.§.item diui.ff.de iure Fisci.

Fisco i causa criminali, vbi esset pena pecuniaria, debet fieri editio, ergo multo magis in causa ciuili, sed quid in eo, qui habet causam à Fisco, vide Capic.decis.127.nu.4.& Clar. in in sua Pract.crimin.§.fin.q.27.

Fisco actori instrumenta per reum edi debent, etiam ad fundandam Fisci intẽtionem. And. Gail.obser.21.nu.10.li.1.& obser.106.num.11.

Instrumenta, & acta quando contra se ipsum, vel Fiscum edantur, vide Bart.in l.in fraudẽ 45.§.neque.ff. de iure Fisci, Vbi etiam quando Fiscus teneatur edere.

Fiscus, qui habet priuilegium, vt sibi edantur instrumenta à reo, non vtitur hoc priuilegio contra alium Fiscum.Natt.consi.141. Tom.1.

Fiscus cogitur ostendere quinternos Feudatario, qui soluit, & apocham solutionis perdidit, vt videat, an in illis sit scriptura ipsius solutionis.Barth.de Cap.sing.85.

De editione instrumentorum, & actorum, quæ fit inter Fiscum, & priuatum in Fiscalib. causis, vide d.l.in fraudem 45.§. neque instrumẽta.ff.de iure Fisci.

Reus, qui sumptibus suis acta recolligit à Notario, deperditis originalib. vel si appareat, quòd non possint haberi à Magistro actorũ, tenetur illa edere parti, sumptibus restitutis. Capic.decis.127.nu.7.in fine.

Licèt regulariter reus instrumenta edere non teneatur, tamen reg.limitatur in pia causa, cuius fauore reus edere tenetur. D.Sol. in constitutio.antiq Sabaudię super decreto, vt defuncti, tit.de Tabellio.num.4.

Reum non teneri edere rationes, & instrumenta actori, habetur in c.1.ex.de probatio.& in l.nimis graue.C.de testib. Nisi subsit iusta cã, quæ nam autẽ dicanẽ iustæ cãę, relinquit arbitrio Iudicis. Menoc. de Arbit. lib. 2.cas.499.

Quando reus teneatur edere actori, vide Abb. in d.c.1.ext.de probatio.

Actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam, & reus actori ad replicationem, sed quando reus teneatur edere actori instrumenta communia, vide Bart.in l.& quæ 8. C. de edend.& in l.5.ff.de iure deliberan.

Reus edit actori ad intentionem coadiuuandã. Bar.in l.qui concubin.29.§.cùm ita, delega.3. & in l.prædiis 89.§.Titio, eod.

Edere quis non tenetur instrumenta ad fundãdam intentionem aduersarij, maximè super delicto.Vera.decis.293.par.1. vide Papon. li. 8.titul.1.arrest.6.

In remedio legis, diffamari, diffamans tenetur diffamato edere instrumenta penes se retenta.Andr.Gail.obser.9.num.fi.lib.1.

Actor tenetur edere reo iura sua ad fundandã exceptionem, nisi resultaret criminis manifestatio.Capic.decis.127.& Bart.in l.qui tabulas 27.nu.4.ff.de furtis.

Officium Iudicis, quod datur ad editionem faciendam, transit in singularem successorem actiuè, & passiuè.Capic.ibid.num.5.

Actore faciente mentionẽ in libello de aliquo instrumento, an illius debeat dari copia reo petenti, sumptibus actoris, vide distinctionẽ, de qua per Guid. Pap. q.116. Franc. Marc.q. 517.num.10.& 11. DD. de Rota decis.2. aliàs 34. tit. de probatio.in nouis, D.Sol.in d.d.suis comment.gloss.super 1.part.decreti, inuentaria, titu.de minoribus fol.92.num.25.Marã. in suo Spec.par.6.titu.de actor.edit.nu.8.& 9. Natt.consil.612. Bartol.in l. 3. C. de eden.& Castren. in l.1.§.aditiones.ff.de eden.

Petens in libello centum, prout constat instrumento talis Notarij, an de tali instrumento debeat facere copiam parti ante litis contestationem, vide Bart. distinctionem in l.5. §.si dies.ff.vt legato.seu fideicõ.caus.caueat.

Expensis actoris debet reo dari libelli copia, sed quid de apostolis, vide Boc.decisio.303. num.7.Capel.Thol.q.91.& Bar.in authen.offeratur.C.de lit.contestatio.

Copia libelli est danda reo, sumptibus actoris (nisi aliter obseruaret stylus tribunalis loci) & iurium, de quibus fit mentio in ipso libello, quod intelligi debet, quando de talibus fit ibid.mẽtio relatiuè, seu limitatiuè, & reus sine illis instructus esse non potest; secùs si assertiuè.Iass.Lans.Balb.decis.189.& decis.297.

Copia scripturarum ante litem contestatam productarum pro fundamento intentionis agentis, debet dari parti conuentæ petenti, sumptibus producentis; si verò post litẽ contestatam, sumptibus petentis.Ias.& Docto.in l.edita C.de edendo.

Edere tenetur quis non solùm instrumentum, quo se iuuat, sed etiam alia, in eo relata. Cra. consi.112.num.15.Maran.in suo Spec. part.6. tit.de editio.acto.nu.7.

Præsumptio est contra nolentem edere instrumentum.Craue.d.consi.112.nu.16.

Si agatur ex instrumento ratificationis capitulorum, etiam quòd in illo sit tenor insertus, nihilominus capitula ipsa inserta debẽt exhiberi.Gram.decis.103.nu.177.

Si vnum instrumẽtum faciat mentionẽ alterius instrumenti in eo, quod de alio mentionẽ facit, & non editur, non probat, nisi originale producatur, vel per alias probationes comprobetẽ.§. & hoc, lo 2.Auth.vt sponsalitia largitas, vide Dec.consi.303 Mathes.sing.40.nu. 5.& gl.in c.25.in verbo, fiat, ex.de verb.signi.

Præsumitur fraus contra nolentem edere librũ

rationum.Craue.pro genero,consl.1.nu.179.

Editio de iure fieri debet, vt possit quis delibe rare,& edenda sunt omnia, quibus quis vsus est, tamen agens contra spoliantem iudicio possessorio,non tenetur edere iura in suo libello enuntiatiuè designata, dummodo in conclusione concludatur super possessorio solummodo.Tho.Minad. decis.1.

Instrumenta contraria producens, non potest postea illa retrahere.Boer.decis.252. num.3. Quia per productionem efficiuntur commu nia. Craue.consi.80.nu.6.Et dicũtur de actis. vide tamen Maran. in suo Spec. part. 6. de act. editio.

Actor si debeat exhibere instrumentum, & illud in promptu non habeat, proceditur in causa, & statur iuramento ipsius dicentis se non habere dictum instrumentum.Tho. Minad.decis. 40.

Si instrumentum de falso redarguatur, protocolum est exhibendum. Guid.Pap.q.19.

Pars vna tenetur alteri parti exhibere instrumentum faciens pro limitatione mãdamenti sui:quia tale instrumentum est commune. Guid. Pap.q.193. num.4.

De exhibitis Iudici pro animi sui informatione,non debet cõcedi copia aduersario:quia postquam talia acta non fuerunt iudicialiter producta,copia nulli est concedenda. Guid. Pap.q.242.

Si acta fuerunt semel in iudicio producta, an pars cogatur de nouo producere, vide infra titul.proxim.

Qui petit edere librum rationum,si interrogetur,an intendat in totum approbare librum tam pro se,quàm contra se, tenetur respondere.Franc.Marc.q. 60. vide eundem q.520. part.2.Papon.lib.9.tit.7.arrest.4. De hac editione librorum vide per Maran. in suo Spec. part.6.tit.de testam.product.

Edere an cogi possit habens negotium commune cum meo aduersario: & mercator tenetur edere libros rationum in loco, vbi res gestæ sunt,sed quomodo,vide Hiero. Mago. decis.5.Luc.

Volumina rationum reddi debent, quando ratio administrationis fit.Bar.in l.si ita 13.ff. de manumis.testamen.

Officialis publicus obligatus ad edendam rationem, satisfacit edicto, si suum codicem, vel membranas tradiderit legendas. Abb. consil.28.par.1.

Instrumentum edere qui tenetur, suis sumptib. dare debet.Marc.q.557.num.12.

Quis potest tradere suũ instrumentum, sed cogi nõ põt, tamen qñ pendet lis inter duos, tertius potest cogi ad edendum, vbi non agitur de præiudicio Fisci.Marc.q.18. part 2. Et per cõsequens tertius ad testamenti editionem cogi potest.Marc.ibid.

Quamuis vna pars non compellatur alteri parti exhibere propria instrumenta, Iudex tamen ex officio eam compellere potest. DD. de Rot.decis.5.tit.de probat. in nouis.

Habens originale debet condemnari ad illud præsentandum, alias creditur exemplo. Rot.Genu.decis. 175. Sed quid,si iurasset illud amisisse,vel non inuenisse,an excusetur, vide ibi.nu.8.& 11.

Communitas tenetur edere,& cogitur exhibere instrumenta,quæ habet in archiuo. Vera. decis.294.part. 1.

Instrumentum cum libello productum nõ probat, nisi post litem contestatam reproducatur.Mysing.obser.53.cent.2.

Ad hoc vt pars cogatur edere, requiritur summaria cognitio.Gabal.obser.106.lib.1.

Ibi edendas esse rationes,vbi cõuenerit, sed si ex illis controuersia oriatur, eam ad suũ edẽtis Iudicem esse reiiciendam, obseruat apud Gallos,vt legitur in libris placit.Curiæ.lib.11. tit.1.de eden. cap. fin.in decisio. diuerso.

Quando altera pars amittit suum instrumentũ, pars aduersa cogi poterit ad exhibendum suum, vt ex illo exempletur aliud instrumentum.Papon.lib 9.tit.8.arrest.7.

Actor tutoris vt iudicialiter audiatur, debet ostendere instrumenta tutelę, & inuentarij,sed an teneatur sumptib. pupilli dare copiam inuentarij parti,vide D.Sol. in constitutio.antiq.Sabaudiæ.gloss. 1. primæ par. super decret.inuentaria.nu.21.tit.de minorib.f.92.

Tutor pro legitimatione suæ personæ, non tenetur edere integram copiam testamenti,& inuentarij, sed sufficit edere particulam testamenti,quę rem tangit,& caput inuentarij. Natt.cõns.8.& 9.Tom.1.Ant.Corse.in suis singul.litera I.sing. inuentarium, vide Marc. de Mant.sing.529.Bar.in l.4.C.in quib.cau.in integ.resti.non sit necessa. in l.2.C.de aliment. pupil.præstan.& in l.2.C.quomodo, & quando quarta pars.lib.10.

Creditores debent habere copiam inuentarij facti à curatore dato bonis. Bartol. in l. 1. nu.6.ff.de curato.bono.dand.

Litiganti cum tutore, vel curatore minoris,dãda est copia inuentarij sine reb. sed qualiter vide eundẽ Bar.ibi. nu. 7. Aliàs iudiciũ esset nullũ.Bar. ibid. Sed quo opponatur cõtra tutorem,si non dat ipsam copiã, vide eundem in l.illa 8.ff.de verb.oblig.nu.8.

Differt exhibitio instrorũ à pductione,quia exhibita Iudici p animi informatione, non dicuntur de actis,producta autem sic, quorum

ita

ita exhibito rum copia aduersario non est danda: & ista exhibitio nil est, quàm quædam animi declaratio, quòd quis vult ipsis instrumentis vti. Dominus Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ. gloss. super 5. par. decreti, malitiis, tit. de donatio. fol. 112. & in titu. de opposi. cont. form. extrin. instrument. fol. 126.

Multa de productione iurium, & instrumentorum, & eorum editione vide per eundem D. Sol. ibid. fol. 126. & seq. & fol. 130.

Actor debet (post datam petitionẽ suam) ĩ prima, vel secũda dilatione producere iura, per quæ suam petitionem iustificare intendit, habemus in hac Patria decretum, de quo in cõstit. antiq. Sabaudiæ tit. qđ actor debeat, &c. post 5. lib. in statutis, seu decretis nouissimis.

In causis, in quibus ante litem contestatam fit editio, sufficit ostendere Iudici originale, & relinquere in actis copiã. Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de actor. editio. nu. 12.

Copia indiciorum danda est reo. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 78. & Bart. in l. qui fine 22. nu. 8. ff. de quæstio.

Hospites, nautæ, caupones, stabularij, & publicani æquiparantur, quorum genus est improbum: ideò ad similitudinem vsurariorũ edere tenentur. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tract. de hospiti. vers. hospites fol. 505.

Quando Dominus directus prætendit ius cõtra emptorem ratione laudimij, vel retractus, aut alterius iuris, emptor cogitur edere instrumentũ emptionis. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des fiedz*, Rub. 3. §. 1. glo. fin. nume. 38.

Instrumentorum editio non est de præparatoriis iudicij, sed quando, cui, & ad quem finem instrumenta edantur ante litem contestatã, vide Mathe. Mathes. sing. 40. in additio.

Instrumenti editio quo in loco fieri debeat, an citari debeat pars, quando instrumenta producũtur, & productio eorum, cui facienda, vide Mathes. ibid. & Hippol. sing. 81.

De edẽdo, & de materia vide per Henric. Boer. in suis singul. tit. editio, & Bart. in Rub. C. de edendo, & in l. 1. & 2. ibid.

Procurator debet dare copiam mandati requisitam suis sumptibus. Bart. in l. 1. C. de Procurato. nu. 14. vide eundem in l. 2. §. defendere. ff. quib. ex caus. in possess. eat.

Instrumentum, vel priuilegium, quo quis vtitur coram Iudice, aduersario integraliter legi nõ debet, sed solùm illud capitulum, de quo agitur, edi debet. c. 5. ex. de fide instrumen.

Statutum cùm producitur debet totum produci. Bar. in l. in ciuile 23. ff. de legibus, vide eũdem in Rub. ff. de oper. nou. nuncia.

Possessor non debet arctari ad suũ titulũ ostẽdẽdũ. Bart. in l. 12. §. qui pignoris. ff. quibus modis pigno. vel hypoth. soluat. vide l. pen. C. de petitio. hæred.

Editio, quę fit Iudici, debet fieri de tota scriptura: parti verò editur solùm particula, quæ facit ad causam, & etiam Iudici, quando particula tantùm exhiberi potest. Bart. in Rub. ff. de oper. nou. nunciat. nu. 7.

Instrumentum an debeat edi cum die, & Consule, vide Bart. in §. si quis, Institut. de inutil. stipula. num. 6.

Ad petitionem legatarij, vel cuiuslibet habentis interesse, hæres tenetur edere, & exhibere testamentum, & illis copiam facere. l. 1. & tot. tit. ff. quemad. testamẽ. aperia. Et tale edictum pertinet ad omnem vltimam volũtatẽ. ibid. Sed sufficit, vt edatur pars, quæ pertinet ad petentem. Boer. decis. 253. nu. 5.

Creditoribus missis in possessionem permittitur facere inuentarium, & illis datur copia instrumẽtorũ, vt eorum summam describãt, vel ex causa totum exemplẽt. vide l. 15. ff. de bon. aucto. Iudi. possid.

Ad exhibendum.

Remedia ad exhibendum, veluti interdictum de tabulis exhibandis, & similia, non danť, nisi aduersus possidentem, vel eum, qui dolo desiit possidere. Ozas. decis. 16.

Protocolum alicuius Notarij, quis exhibere nõ cogitur, nisi sit eius hæres, vel successor vniuersalis. ibid. nu. 6.

Vt Notarius ad exhibendum instrumẽtum, seu protocolum compellatur, quæ praxis seruetur, vide ibid. num. 8.

Quæ requirantur ad hoc, vt quis cogatur exhibere protocolum, vide Barto. in l. 10. C. de fide instrumen.

Instrumentum occultans, an falsum, vel furtum committat, & probationes aduersario subtrahẽs, an perdat causam, vide Boe. dec. 292.

Notarij instrumentum celantis pęna, quæ sit, vide ibid. num. 5.

Instrumentum producẽs in actis causæ, & postmodum dicens se nolle illo vti, potest ad ipsius exhibitionem cogi. Guid. Pap. quæst. 243. vide tamen ibid.

Instrumenti perditio iuramento probatur, vbi alia probatio deest. idem Guid. q. 244.

Acta producta si quis occultet, & non vult exhibere, illi certum tempus Iudex debet statuere, intra quod exhibeat, qua non facta exhibitione, debet pronunciare ipsis de cætero nulla fidem esse adhibendam, & pars potest priuari illorum commodo. idem Guid. quæst. 245.

Quis

Quis tenetur exhibere rem, de qua agitur, si petatur, vt testes eam recognoscant, etiam in criminalibus, vide Capel. Thol. q. 164. Bart. in l. 1. ff. si ex noxali cau. agat. & in l. 3. §. ante autem. ff. de publica, & vectig. & l. 49. ff. de furt.

Habens originale debet condemnari ad illud exhibendum, aliàs creditur exemplo. Rot. Genu. decis. 175. Sed quid, si vellet se purgare iuramento, illud non habere, vel non inuenisse, vide ibid. nu. 8. & 11.

Contra non exhibentem sunt inuenta tria remedia: per primum condemnatur non exhibens ad interesse: per secundum denegatur audientia: per tertium defertur iuramentum in litem, de quibus vide per Vincen. de Fran. decis. 271. part. 2. num. 10. l. 5. & penult. ff. de in lit. iuran.

Reus non exhibens rem (quæ iudicio cœpto existit vsucapta) tenetur actori ad interesse, sed reo non habenti facultatem rei exhibendæ tempus (intra quod exhibeat) statuitur, qui si contumax in exhibendo fuerit, contra eum iuratur in litem. §. si ad exhibendum, Institut. de offic. Iudi.

Recognitio est facienda, integra apocha bāchi exhibita. Vincen. de Fran. decis. 304. part. 2.

Debitor licèt possit luere pignus, & restituere, tamen ad exhibendum cogi non potest. Bar. in l. 16. ff. de vsucapio.

Actio ad exhibendum est personalis in rē scripta. Ias. de actio. in §. quædam, nu. 21.

Actio ad exhibendū ad quid, cui, & contra quē competat, vide eundem ibid. §. præterea, nu. 42. 44. & 47. Et agens hac actione, quibus tēporib. dēat probare de suo interesse, ibi, n. 45.

De probatione ipsius interesse vide ibid. num. 46. Qualiter in ea procedatur, quales probationes requirantur, ibid. nume. 52. & seqq. An summariè procedi debeat, num. 55. An exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem admittantur, num. 57. Vel si fuerit lis contestata super iudicio principali, possit agi hoc iudicio, vide ibid. nu. 60.

De ipsa actione ad exhibendum vide per Ioā. Crisp. de Mont. in suo tractat. termino. actio. post volumen Ias. de actio. nu. 144.

Exhibere est in publico facere potestatem, sed cuius sumptibus res exhiberi debeat, vide Ias. de actio. in §. præterea, nu. 43. & 47.

Exhibere quis cogitur debitorem alicuius, qui aufugit in eius domum. Ias. ibid. nu. 49. Idem in debitore mercatore, qui decoxit. ibid. nu. 50. vide Pet. Gerar. sing. 17. & Hippo. sin. 366.

Actio ad exhibēdum est arbitraria, si ergo quis rem exhibendā occultauerit, condemnabitur quanti actoris interest Iudicis arbitrio: si verò exhibeat, non condemnabitur. Menoc. de Arbitra. lib. 1. quæst. 5. num. 4. vide Bart. in l. 2. §. si certum. ff. de tritico, vino, & ole. lega. & §. præterea, Institu. de actio.

De litis contestatione.

Prima pars iudicij est litis contestatio, & consequenter omnia mēbra, & acta, quæ fiunt in hac prima parte, dicuntur fieri in principio iudicij, & tunc dicitur cœptum iudicium, quando est facta litis contestatio, sed quæ acta, seu membra contineantur in hac prima parte, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. et peruenitur aliquādo per viā inquisitio.

De litis contestatione vide per ipsum Maran. ibid. lib. 6. titu. de litis contestatio. & Math. Mathes. sing. 63.

Si decreto caueatur, quòd intra decē dies reus teneatur respondere positionibus actoris, in quo termino siue ipse reus responderit, siue non, habeatur lis pro contestata, & fiat solutio de data secundum consuetudinem loci, tunc lis habetur pro contestata, & est soluenda data, etiam eo, cuius interest, non petente, & nulla super hoc facta pronunciatione. Natt. consi. 573.

Litis contestatio omissa licèt vitiet processum, tamen id locum non habet, vbi ex forma statuti proceditur simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij: quia tunc non requiritur litis contestatio. Rol. consi. 71. vol. 1. nu. 34. vide Gail. obser. 75. lib. 1. Et de materia vide per Henric. Boer. in suis singularibus, titu. de lit. contestatio.

Litis contestatio actionem personalem facit durare ann. 40. dummodo lis fuerit contestata corā cōpetenti Iudice. Guid. Pap. sing. 578.

Libellus quando datur Principi in actionibus annalibus, inducit litis cōtestationem; secùs si detur tantùm Iudici. Bart. in l. 1. C. quando libellus Principi datus.

Factū in ipsa contestatione litis, vel statim post, dicitur factū in exordio litis. Bart. in l. 2. nu. 8. C. de iureiuran. propt. calum. dan.

Litis contestationi non potest renunciari per partes. Bart. in authen. offeratur. C. de litis cōtestatio. num. 14.

Aliquando proceditur, lite non contestata, vide Barto. in authen. qua in Prouincia. C. vbi de crimin.

Lis initium sumit à litis contestatione. Barto. in §. omnem, Authen. de litigio. Ideò licèt citatio sit principium iudicij, tamen propriè iudicium dicitur, & sumit principium à litis cōtestatione; quia ante illam quis non dicitur agere, sed agere velle. Gail. obserua. 74. lib. 1.

vide tamen ibid. nume.16.

Per petitionem in iure propositam, & responsionem sequutam, fit litis contestatio; & non per positiones, & responsiones: & vbi litis cōtestatio non præcessit, nullus est processus, nec iuramentum in causa illa præstitum valet, sed iterum litis contestatio facienda est. cap. dudum lo 2. ex. de electio. & cap. 1. ex. de lit. contestatio.

litis contestatio nō dicitur facta per responsionem factā interrogationi, an quis possideat. Bart. in §. illud quoque, lo 2. Authen. de trien. & semisse, num. 7. Sed quando fiat, & inducatur, vide Gail. obser. 71. lib. 1.

Litis contestatio non inducitur ex responsione sola, parte absente facta. Fel. consi. 23. Tamen vbi pars rea negat narrata in libello prout narrantur vera esse, & petita prout petuntur fieri non debere, litis contestatio facta censetur absq; eo, q dicat animo contestandi. DD. de Rot. decisio. 2. aliàs 12. de lit. contesta. in nouis.

In hac Patria lis habetur pro contestata ipso iure, reo non comparente, & petitioni non respondente in prima dieta, vt habetur in nouis ordinibus, tit. *della contestatione della lite*.

An lite non contestata possit perueniri ad diffinitiuam contra actorem absentem, & lis cœpta, & lis contestata est idem. Bar. in auth. qui semel. nu. 10. C. quomodo, & quando Iudex,

Per litis contestationem, an quis efficiatur malæ fidei quo ad omnia, vide Bart. in l. 2. C. de fruct. & lit. expen.

Quinque sunt effectus litis contestationis, de quibus vide per Gail. obser. 74. lib. 1.

Litis contestatio inducitur per confessionem: & Iudex delegatus per litis contestationem non efficitur dominus litis. Barto. in l. si reus 73 ff. de Procurator.

In vniuersalibus iudiciis quis efficitur malæ fidei post moram controuersiam, vel simplicē denunciationem; in particularibus verò post litem contestatam. Bart. in l. sed si lege 27. §. etiam. ff. de petit. hæred. vide tamen Bar. in l. Fiscus 38. ff. de iure Fisci.

Præoccupare quando quis dicatur per solam litis contestationem, vel requiratur sententia, vide Bart. in l. si pluribus 33. de legat. 1.

Litis contestatio non præsumitur, licèt sit solēnitas intrinseca, sed si in sententia fiat mentio litis constationis, an tunc præsumatur, vide Bar. in consi. 98. vol. 1.

Exceptiones, quæ examinantur ante litem contestatam, quæ sint, & quæ post, vide Barto. in consi. 185. volum. 1.

De litis contestatione, & quæ exceptiones eā impediant, vide DD. de Rot. in tit. de lit. contestatio. in antiq.

An in causa appellationis sit necessariaria litis contestatio, vide Andr. Gail. obser. 76. lib. 1. An in causa nullitatis, ibi. obser. 77. An in mādatis de relaxandis reis, ibid. obser. 78.

In causis summariis non requiritur litis contestatio, sed in causis ordinariis, in quibus summariè proceditur, requiritur, ad hoc vt processus valeat. Guid. Pap. sing. 698.

Lis potest contestari per Procuratorem. l. fin. §. cùm autem, & ibid. gl. C. de his, qui ad Eccles. confug. & l. 12. ff. de Procurato.

Rescriptum Principis non solum habetur pro libello, sed etiam pro litis contestatione, & transit ad hæredem. l. 1. C. quando libellus. Tamen libellus Præfecto Prætorio datus pro litis contestatione non habetur. l. 1. C. de offic. Præto. orien.

Litis contestatione nascitur quasi contractus inter partes. l. aliam. ff. de nouatio. & l. 3. §. idē scribit. ff. de pecu.

Procurator post litem cōtestatam potest Procuratores substituere, quia per illam efficitur dominus litis. l. 8. C. de Procurat. & ibi. gl.

Litis contestatione quādoq; non perpetuatur actio. l. fin. C. de dol. mal. & ibid. glo.

Litis contestatione pœnales actiones transmittuntur ab vtraque parte, & temporales perpetuantur. l. fin. ff. de fideiusso. & nominat. & hæred. tuto.

Quos effectus pariat litis contestatio, vide per glo. in verbo, possis, in l. 1. C. de iud.

Post litem contestatam, non admittitur pœnitētia. glo. 2. in l. pen. ff. de transact.

Litis contestatio nō prodest postea desistenti. l. 21. §. fin. ff. de mino. 24. ann. Sed quis dicantur desistere, vide ibid. l. destitisse 22.

Exceptio tutoris illegitimi potest opponi etiā post litem cōtestatam; idem in Procuratore illegitimo. l. fi. C. de eo, qui pro tutore.

Post litem cōtestatā omnes possessores sunt pares, & tenentur vti prædones. l. 28. §. si ante litem. ff. de petit. hæred. vide tamen gloss. in verbo, percipiendos, in l. 25. §. fin. ff. de vsuris.

Potest aliquis cedere liti ante ipsius contestationem; non autem post. l. si seruus 8. ff. de noxal. act.

Reus cogitur præcisè litem cōtestari. l. 21. ff. eo.

Mandatum defuncti non nocet hæredi, neque sibi, si reuocet illud ante litem contestatam. l. electio. 26. §. neque hæredi ff. eod.

Actionem mouens, intra bimestre litem contestari debet. gloss. in l. penult. C. de fideiuss. & mandat.

Sciendum est ex omnibus causis lites contestatas in hæredem, similesque personas transire. l. sciendum 57. ff. de actio. & oblig.

Non

Non solet deterior cõditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non essent, sed plerunque melior, denique post litem contestatam hæredi quoque prospicitur, & hæres tenetur ex omnibus causis. l. 57. & 88. ff. de regul. iuris.

Conditio actoris quando fiat deterior per litis contestationem, vide Bar. in l. 1. C. de iudi.

De litigiosis.

Concessio in emphyteusim rei litigiosæ, non valet. Ioseph. Ludo. deci. Luc. 14. nu. 18.

Cessio transferêdi iudicii in cessionarium, lite pendente, fieri non potest. Afflic. decis. 354. nu. fin. Et quatenus fiat, erit nulla. Marc. q. 248 part 2.

Sententia lata contra reum, lite pendente, rem alienantem, contra possessorem (etiam non citatum) exequitur. Menoch. consi. 319. num. 11. lib. 4. Afflic. deci. 396. num. 9. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 26. nu. 9 Pet. Benintend. decis. 48. num. 20. Andr. Gail. obser. 118. lib. 1. & Papon. lib. 12. titu. 3. arrest. 16. tamen vide Capic. decisio. 128. Vbi limitat conclusionem, & Natt. consi. 350. Tom. 1.

Rei vendicatione conuentus, si alienet, lite pẽdente, iudicium cum eo finitur, & sententia mãdatur executioni cõtra quoscunque possessores. Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 3. iudic. num. 4. & 5.

Sentẽtia lata super re litigiosa, habet executionem paratam contra tertium. Gom. Leo. decis. 59. in decisio. diuerso.

Emptionis, vel vẽditionis titulo accipiens rem litigiosam, vel ex alio quolibet contractu, sciẽs p̃tio punitur, & illud applicatur Fisco, & de aliis pęnis tam emptoris, quàm venditoris scientium vel ignorãtium, vide per Guid. Pap. q. 337. gloss. in cap. 3. ex. vt lite pendente, Et hodie venditio rei litigiosæ est nulla. idẽ Guid. sing. 146.

Venditor punitur in plus, quando rem litigiosam vendidit emptori ignoranti. Guid. Pap. d. quæst. 337.

In certis casibus valet alienatio rei litigiosæ, & in illis non contrahitur vitium litigiosi, nempe in dote. Guid. d. q. 337. & Natt. conf. 401. In donatione propter nuptias, quando alienatur res ex causa transactionis, vel diuisionis, in legatis, & aliis relictis in testamento. Gui. d. q. 337. & Natt. conf. 407.

Quando res litigiosa possit alienari, vide Mysing. obser. 55. cent. 1.

Potest consilium dari de re litigiosa vendenda sine vitio, & pęna litigiosi, nempe quòd res ipsa vẽdatur sub hac forma, quãdocunq; res esse desierit litigiosa, vendo eam tibi ex nũc, prout ex nunc. Guid. Pap. d. q. 337. nu. 4.

Litigiosi vitium non contrahitur, si agatur hypothecaria, aut personali ad pretium: idem, si venditio fiat a tertio. Ozas. decis. 144. nu. 7. Guid. Pap. q. 432. vide Barto. in authent. de litig. l. 1. & ibid. glos. C. de præscrip. long temp.

Vitium litigiosi cessat, lite finita per sententiã, aut per renunciationem, seu cessionem, & propterea alienatio tunc facta tenet. Ozasc. d. decis. 244. nu. 9. Put. decis. 498. libr. 2. Vera. decis. 320. part. 1. decis. 171 & 172. par. 2. vide eundem Put. decis. 359. lib. 3. Crauet. consil. 182. & consi. 279.

Cessat etiam vitium litigiosi morte ciuili, vel natura i collitigantium. Cassad. decis. 3 tit. ... lite pendente, Put. decis. 354. lib. 3. Vera. decis. 168. & 345. part. 2.

Licet alienatio rei litigiosæ sit prohibita, tamẽ acquisitio ipsius rei litigiosæ in personam alterius ipsorum litigantium, nõ est prohibita. Aegid. Bellam. conclu. 748. nu. 3.

Litigiosi vitium non impedit alienationẽ, quæ fit per confiscationem, & per casum l. si constãte. ff. solut. matrim. Iass. Lanf. Balb. decis. 86.

Res tempore peritura, cùm de ea sit quæstio, officio Iudicis vendi potest. Barto. in l. litibus 19. nu. 8. C. de agric. & censit. lib. 1c.

Possessor hæreditatis, cui fuit mota controuersia, si satisdederit de hæreditate non minuẽda, quando possit alienare, vide Bart. in l. diuus 5. ff. de petit. hæredit. & in §. diuus d. l. 5. & ipsam legem.

Litigiosa res nũquam efficitur, quin possit alienari, quando quæstio non est super re, sed super aliquo iure rei ipsi connexo. Natt. consil. 145. nume. 17.

Possessor hæreditatis videtur posse alienare de bonis hæreditatis, etiam pendente lite. l. in æstimationibus 51. ff. eo. de petit. hæred.

Licèt vitium litigiosi obstet intuitu alienationis, non tamen obstat confirmationi alienationis pręcedentis litis contestationem l. 18. & ibid. Bald. ff. de rei vendi.

Supplicatio an faciat rẽ litigiosam, vide Guid. Pap. quæst. 337. Pro affirmatiua, scribit idem Guid. sing. 697.

Perempta instantia, durat vitium litigiosi. idem Guid. d. q. 337. vide Ozas. decis. 65. nu. fin. Cra. consi. 279. & Natt. consi. 350. nu. 5.

Vitium litigiosi tam in reali, quam personali actione contrahitur per litis contestationẽ. Ozas. deci. 65. nu. 13. Bar. in l. 1. C. cõmu. diuid. Guid. Pap. d. q. 337. num. 6. vide tamen ibid. & q. 479. in fine, Sed non contrahitur per litem nullam cum falso Procuratore institutã. Oza. decis.

decis.144. nu.8. Vel iniustam. Cassad. decis.7. titu. de dolo, & contuma. & decis.5. tit. vt lite pendente. Lis enim nulla, litis pendentiam non inducit. Mago, decis.31. Rot. Flor. Et etiã lis dicitur nulla, quãdo non adest iurisdictio, Vera. decis.47. part.3.

Si agatur actione personali res, vel summa, quæ petitur, an efficiatur litigiosa, vide eundem Guid. q.479. & Craue. consi.279. col.2.

In actione personali post litem cõtestatam potest summa petita dari in solutum, & de illa cessio facta valet, & cessionarius agere potest. Guid. d. q.479.

Lis vt dicatur pendere per citationem, sex requiruntur. Guid. q.488.

Alienationes prohibitas esse per ceptum Iudicium, intelligitur de alienationibus voluntariis; non autem de necessariis. Ozas. decisio. 168. Pet. Beninten. decis.48. nu.16. & Natt. cõs. 401. nu.5. vide l.13. ff. famil. ercisc.

Litis pendentia an impediat rem contentiosam alienari tit. permutationis, vide Afflict. decisio.85.

Vitium litigiosi non inducitur, quando super re aliqua agitur criminaliter. Maran. in suo Spec. tit. an sit iudi. ciuil. vel crimin. distinc.1. nu.50.

Lis super possessione rei, non facit ipsam rem litigiosam, sed possessionẽ dumtaxat. Cassad. decis.6. tit. de rescript. vide Franc. Marc. q 76. Cassad. decis.4. titu. vt lite pendente. Ozas. decis.144 Pet. Beninten. decis.48. nu.6. Natt. consi.145. Tom.1. num.16. & glos. in cap.1. ex. de confir. vtil. vel inutil. Et contrà, lis super proprietate, non facit rem litigiosam super possessione. Ioseph. Ludo. deci. Peru.68. nu.9.

Quando considerari possit vitium litigiosi super possessorio, vide Craue. consi.179. Maran. in suo Spec. part.4. tit. an sit iudic. ciuil. vel crimin. distinct.3. nu.6. & Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas.202. nu.17.

Litigiosi vitium an cõtrahatur coram Arbitratore, vide Natt. cons.2. Tom.1. nu.5. & Maran. de ordine iudi. part.4. distinct.3. nu.7.

Litigiosa res non dicitur effecta per sequestrũ: quia de forma requiritur libellus, vt res dicatur litigiosa. Natt. consi.3. Tom.1.

Res est litigiosa, quando est quæstio de dominio, vel de re actione personali; sed si de opere facto in re, vel de aliquo iure reali, non. Bar. in l.4. §. Iulianus. ff. de aqu. plu. arcen.

Precarium non afficit rem vitio litigiosi. l. 2. C. de distract. pigno.

Sequestrum, quod fit ante litem motam tanquam præparatorium, litis pendentiam non inducit. Magon. decis.31. Rot. Floren. Tamen impedit alienationem, vide Papon. libr. 18. tit.5. arrest.19.

Notificatio tanquam actus certificationis, non inducit litis pendentiam, neque litem motã: quia actorum pars non est. idem Mago, deci. 90. Rot. Floren.

Actor, lite pẽdente, potest sibi acquirere nouũ ius agendi ex voto. Aegid. Bellam. conclusio. 102. DD. de Rot. decisio.15. de rescript. aliâs 176. in nouis.

Contractus alienationis rei litigiosæ, & in potẽtiorẽ, est nullus, nec iuramẽto firmatur. Ozas. decis.144. num.2. & 13. Ideò in illo contractu tanquam nullo, nihil operatur precarium. Afflict. decis.331.

Condictione l. fin. C. de litig. agere non potest, qui doli particeps est in alienando rem litigiosam. Ozas. decis.144. nu.11.

Tit. C. ne liceat potentioribus, quando locũ habeat, & alienatio, siue cessio facta in potentiorem, quãdo dicatur, & de intellectu d. tit. ne liceat potẽtio. vide p Oza. d. dec.144. n.12.

Res ex contractu rei litigiosę, an præscribi possit, vide Afflict. decis.331. nu.6. Pro negatiua tenet Guid. sing.76.

Subrogatio in lite facit præsumptionem notitiæ litis in subrogato, tamen subrogatio motu proprio facta, non arguit scientiam litis in subrogato. Cassad. decis.2. tit. vt lite penden.

Papa conferẽte beneficium litigiosum in Curia vacans, de iure patronatus laicorum existẽs, nulla de illo mentione habita, an collatio valeat, vide Cassad. decis.3. ibid.

Lis, in qua nihil est actum per ann.17. an impediat Ordinarios ordinãdi, & cesset vitium litigiosi, vide ibid. decis.5.

Commissionis impetratione, beneficium fit litigiosum. Mohed. decis.16.

Res litigiosa non potest hypothecari. Guid. q. 337. l.1. §. quid ergo. ff. quæ res pigno. vel hypoth. oblig. non pos. Nec donari, & punitur qui recipit. Boer. decis.33. vide Ioseph. Ludo. decis. Perus.68.

Res hypothecata an possit, lite pendente, per debitorem alienari, vide Beninten, decisio. 48. nume.19.

Tertius, qui non est in lite, si capiat possessionem vacantem, non dicitur attentare. Put. decis.74. lib.2.

Licèt beneficiũ dicatur litigiosum respectu Ordinarij, qui non potest de illo prouidere, tamen illa lis nõ nocet tertio, nisi adesset fraus inter litigantem, & tertium. Mohe. decis.205.

Si Beneficium litigiosum trãsferatur in alium, quid iuris, vide DD. de Rot. tit. vt lite pendẽte nihil innou. in antiq.

Lis super priuatione beneficij, licèt non faciat litigiosum beneficium, tamen illud facit sententia. Put. deci.496. lib.2. Verùm beneficium

fi tan-

si tanquam sibi debitum adiudicari petatur, litigiosum fit.Put.ibid.nu.4.

Litigiosum efficitur beneficium, si est concessa causa à principio tam super spolio, quàm super toto negotio principali. Vera. decisio. 177. part. 1.

Vitium litigiosi quos effectus operetur, vide Pet.Beninten.decis.48.nu.7.9.& 10.

Ius nouum Authen. inducens vitium litigiosi p solam citationem, quomodo sit intelligendum, vide Beninten. decis.48. num.8.Marc. quæst.248.part.2.

Quòd lis non cẽseatur inducta per solam citationem, scribit Mysing.obser.26.cent.4.Contrarium tamen fuit decisum, vt testatur Papon.lib.7.tit.8.arrest.1.vide Put.decis.329.lib.3.Andr.Gail.obser.74.lib.1. nu.16. & Magon. decis.31.Rot.Floren.

Vitiũ litigiosi solùm partes afficit. DD. de Rot. decis.3.titu. vt lite pendente, in nou. Ideò cesio rei litigiosæ facta non à litigante, valet.Vera.decis.285.part.1.

Litigiosa causa cum tertio esse non probatur, si testes probant litem cum primo, & secundo, & non cum tertio.idem, decis.178. part.2.

Liti tacitè renunciatum censetur, si etiam exequuta citatione, per ann. 25. agens tacuerit, Put.decis.245. lib.2.

Possesio (stante lite) nõ potest aliter, quàm per decretum capi.idem, deci.460.lib.2.

Lis quando pro derelicta habeatur, vide Vera. decis.170. part.2.

Duobus contendentibus de aliqua re ab alio debita, neutri soluendum est, sed debitor in iudicio debet ipsam rem offerre, consignare, & protestari se soluere velle victori. Cabal.milleloq.648.

Si duo Domini contendant de Baronia, Vasallus post annum potest differre inuestituram, dummodo intra annum offerat se velle inuestituram recipere ab eo, qui apparebit verus Dominus.ibid.d.milleloq.648.

Possesio litigiosa sequestrari poterit, ne partes veniant ad arma: ideo in Camera Imperiali adest constitutio de tali possesione sequestranda, sed quando locũ habeat, vide Andr. Gail.obser.5.lib.5.

Lite pendente super re, non licet impetrare rescriptum de ipsa re redimenda. Crau. consi. 1.pro genero, nu.3.

Probatio per actorem facta, rem sibi fuisse venditam, vel donatam, non probat in iudicio rei vendic.quia potest intelligi de venditione, vel donatione post litis contestationem facta, quo casu titulus non prodest. Alexand. Raud.tract.de Analog.cap.30.nu.136.

De pęna ementis, & vendentis litis euentum, vide per Menoch.de Arbitra. lib.2.cas.344.

Alienationes post iudicium familię ercisundę acceptum, interdictæ sunt dumtaxat voluntariæ; non autem quæ vetustiorem causam, & originem habent necessariam. Rebuff.in cõstitut. Reg. de rescisio.contract.nume.35.in præfatio.Tom.2.

Possesio rei, mortuo reo, pendente lite, vbi per actorem inuaditur, ille officio Iudicis debet ab ipsa remoueri, & possesio subrogato defuncti possessoris tradi.Natt.consi.578.

De litigiosis, & materia vide per Henric. Boer. in suis singul. titu. vitium litigiosi, & Barto.in Authen.de litigiosis.

Vitiũ litigiosi purgatur, transactione facta super re, seu super causa; secùs si super instãtia. Bar. in l.1.C.de long.temp.præscript.

Qui rem litigiosam alienauit ita q rehaberi nõ posit, debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterat.cap.3. ex.vt lite pendente.

Lite pendente, non valet priuilegium, vel confirmatio obtenta super re litigiosa tacito, q res fuerit in iudicium deducta.cap.1.& 3.ex. de confir.vtil.vel inutil.

Alienatio rei, de qua est controuersia, est prohibita (etiam ante litem cõtestatam) etiam in iudiciis particularibus. Barto. in l.diuus 5. ff. de petitio.hæredit.

Alienata, lite ẽpdente, reuocantur officio Iudicis.l.chyrographis § fin.58.ff.de administr. & peric.tuto.& ibid.Bar.

Vitiũ litigiosi est personale.Bar.in l.Pomponius 13.§.cùm quis, nu.8.ff.de acquir. posses.

Actio litigiosa, vel dubia nõ põt insolutũ Fisco sponte recipiẽti dari, neque ex causa donationis Reipu.l.1.& 2.C.ne Fiscus, vel Respub.

Pars rei cõmunis potest vendi etiam extraneo, ante intentatum iudicium commu. diuid. l. 3.C.de commu.re.aliena.

Fiscus non potest alienare bona, quæ sunt in controuersia, nec alteri obligata. l. res, quæ 22.ff.de iure Fisci.

Si quis vellet Fisco cedere litẽ titulo donationis, hoc facere nõ põt.d.l.22.§.lites donatas.

In Regno Franciæ res litigiosæ indistinctè alienari possunt, duobus exceptis casibus. vide Papon.lib.12.tit.2.arrest.1. & 3.Obtẽtis tamẽ litteris de alienando.ibid.

Vitium rei litigiosæ cẽsetur remissum, si proceda tur ad vnum actum, parte non opponente de tali vitio.Papon.ibid.arrest.4.

Cõfesio rei, q inter ipsum, & alium erat lis, an probet motam litem, vide Crescen. decis. 2. aliàs 124.tit.de iudic.

An lis finiatur per hæc verba, nolo vlterius litẽ prosequi, vide ibid.decis.9.aliàs 312.

De

De alienatione mutandi iudicij causa facta.

Ratione huius alienationis datur interdictum, de quo vide per Ioan. Crisp. de Mont. tractat. termino. actio. post volumen Ias. de actio. nume. 100.

Pena l. 1. C. ne liceat potentioribus, locum non habet, cùm quis auxilium potentioris implorat. Menoch. de Arbitra. lib. 2. centu. 3. cas. 276. nume. 6.

Alienans causa mutandi iudicij, tenetur ad id, quod interest, & ad damna. Rebuff. in suis cõmenta. in constitutio. Reg. tracta. de caus. benef. possess. art. 11. nu. 6. Tom. 3.

Alienans partem rei suæ causa euitandi iudicij diuisorij, ipsum iudicium non poterit intentare pro fructibus, vel pro re, nec ille, in quẽ fuit facta alienatio. Bart. sing. 116.

Actor, in quem facta est alienatio causa mutandi iudicij, exceptione repellitur, & primus cedens agere compellitur, nec poterit ad agẽdum cõstituere Procuratorem. Pet. de Raue. sing. 16. & Bar. sing. 115.

De differẽtia inter hunc titulum, & titulum, ne liceat potentioribus, & de materia vide per Ioan. Papon. lib. 12. tit. 1. arrest. 2.

Quæ sint differentiæ ad hoc, vt dicatur alienatio facta causa mutandi iudicij, & qualiter probentur, vide Bart. in l. 4. §. item fieri. ff. de alienatio. mutand. iudi. caus. fact.

Alienans rem obligatam causa mutandi iudicij, tenetur actione in factum. Barto. in Auth. de litigio. nu. 10.

Alienatio in potentiorem est prohibita. Aegid. Bellam. conclusio. 724.

Alienans post litem sibi motam, videtur fraudulenter alienare, ideò perinde condemnatur, ac si non alienasset. l. 44. ff. de pecul.

Is, in quem est facta alienatio rei causa mutandi iudicij, conuenitur per rescriptum impetratum contra alienantem. c. 1. ex. de alien. mutan. iudi. caus. fact.

Quæ requirantur ad hoc, vt alienatio dicatur facta iudicij mutandi causa, & quando teneat, etiam si fiat hac causa, vide gloss. penult. in d. cap. 1. ex. de alienatio. mutand. iudic. caus. fact.

Clericus causa mutandi iudicij non debet recipere cessionem à laico. c. fin. eod. tit.

De electionibus, & variationibus, & quando liceat variare.

Via, quã quis semel elegit, illi patet, & eãdẽ quis sequi debet. Oza. deci. 34. nu. 18. & decis. 164. num. 17. vide Barto. in l. si cui 9. ff. de seruitut. Pet. Beninten. decisio. 72. Nam variari non potest in iudicio, & qui semel viam vnã elegit, ab illa recedere non potest in partis prẹiudiciũ, cui ius q̃sitũ erat. Cra. cõs. 74. nu. 8.

De illo, qui ab intestato hæreditatem adiuit, & an variare possit, & successionem ex testamento petere, vide per Ozas. decis. 54.

Eligens vnam ex duabus actionibus contrariis, alteri renunciasse censetur. Ozas. d. decis. 54. Bart. in authen. hoc locum. C. si secundò nupserit mulier, & c. 14. ex. de testib.

Eligens remedium incompatibile, non dicitur alteri renunciasse, quando remedium intentatum ab aduersario impugnatur. Ozas. d. decis. 54. num. fin.

Eligens vnum ius, nõ videtur alteri renunciasse, quod ignorabat sibi competere Ozas. ibi. nu. 6. Bart. sing. 180. vide eundem in l. 1. C. de furtis, & in l. 1. ff. de eo, quod certo loco.

Electio iuris incompetentis non nocet iuri, q̃d ignorabatur competere: & qui egit ex testamento inualido, & succubuit, potest etiam in causa appellationis agere tãquã proximior, petitione hæreditatis ab intestato. Aflic. decis. 53. vide tamen Boer. decis. 33. & Bart. in l. mater 19. ff. de inoffi. testamen.

Per petitionẽ vnius an, & quando videatur alteri renunciatum, vide Beninten. decis. 72.

Reus potest corrigere dictum suum, antequam conuincatur argumentis. Ozas. deci. 79. nu. 18.

Remedia plura si ad vnũ finẽ competant, vnò intẽtato, & electo, cessant alia. idẽ Oza. deci. 97. nu. 5. vide Maran. in suo Spec. disputa. 6.

Re integra multa fieri permittunt quæ aliàs nõ permitterent. Ozas. deci. 131. Ideò ipsa re integra, & non aliter, variatio pluribus in casibus in iure admittitur, vide ibid. nu. 7. & fin.

Vbicunque electio in alicuius voluntate admittitur, potest quis, vno electo, ad alterius electionem deuenire. Ozas. d. decis. 131. nume. 6.

Appellanti non licet variare, & mutare iudicẽ, quem primò appellauit. Ozas. ibid.

Actio ciuilis potest mutari, & agi criminaliter. Afflict. decis. 54.

Actio post litẽ cõtestatam nõ est mutãda: ideò sñia absolutoria ferri dẽt, si actũ est vna via, in qua nõ cõpetebat ius. Affl. dec. 60. Tñ actori, q̃ vna via succubuit, alia cõcedẽda est. Affl. ibi. & l. sed & si 11. §. itẽ si plures. ff. de exer. act.

Actiones plures vbi competunt ex diuersis causis, vna electa, altera non tollitur. Crau. cons. 16. num. 9.

Extraordinariam viam eligens, videtur renunciare ordinariæ. Afflict. decis. 130.

Actor eligēs in agēdo viā testamentis solemnis, non pōt deinceps variare, & agere virtute codicillorum; secùs in eo, qui excipit. Afflict. decis. 134.

Variare licet illi, qui semel elegit aliquid extra iudicium. Afflict. decis. 146.

Variatio nō permittitur creditori rerum alternatiuarum, altera re semel electa: secùs est in creditore, qui per hypothecam potest euocare omnes res debitoris, & pendente lite super vna re, potest agere super alia. Capic. decis. 119. nu. 6. Sed quid, si creditor agat contra tertios possessores, an habeat ius eligendi, vide Hippol. sing. 390. & infra titu. de pignorib. lib. 2.

Creditor variare non potest, si semel lis fuerit contestata super vna specie bonorum hypothecatorum, vel super re electa Iudex pronunciauerit fore faciendam executionem. Capic. decis. 33. vide Cassan. in consuetu. Burgund. tit. *Des rentes*. Rub. 5. §. 2. glo. 2. nu. 21. & Vincen. de Franc. decis. 53. nu. 3.

Creditor, qui habet plures insolidū obligatos, pendente iudicio cōtra vnum, potest adhuc alios conuenire, non expectato fine, si primò conuentus sit soluendo, vel non. Capic. deci. 119. nu. 7. Et intētata reali, potest agere personali. ibid. num. fin.

Creditor captis pignoribus, non potest, illis relictis, variare, & agere contra fideiussorem, contra quem ante agere poterat, quod est intelligendum, si pignora sint sufficientia pro satisfactione totius debiti, ad quod tenebat principalis debitor. Papo. lib. 10. tit. 4. arrest. 19. Aliàs creditor, q̄ hēt electionē conueniendi principalem, vel fideiussorem, vno electo, & etiam condemnato, potest adhuc ad alium redire. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *Des rentes*. Rub. 5. §. 2. glo. 2. nu. 6.

Si creditor obtinuerit sententiam super appreciatione bonorum quorūdam captorum debitoris, non poterit postea variare, & capere alia bona, donec visum fuerit, an bona electa sufficiant; nam postquam lis est contestata super aliquibus bonis, non poterit creditor variare. Rebuff. in constit. Reg. Tom. 2. tract. de constit. redit. art. 1. glos. 8. nu. fin. Aliàs quando vtrunque est in obligatione, & non est statutus terminus, quis potest variare etiam post sententiam in executione. Cassan. in cōsuetud. Burg. tit. *Des mains mortes*. Rub. 9. §. 21. nu. 2.

Electio non nocet creditori, quominus aduersus alium cōfideiussorem habeat regressum: sed diuisio facta pro cuiuslibet rata per litis contestationē secus quia post ei nō licet variare, & denuo eligere, sicut antè ille poterat. l. liberum 16. C. de fideiusso.

Libellus corrigi non potest post litem contestatam in eadem instantia, secùs in diuersa; quia hoc casu peti potest id, quod in prima instantia non fuit deductum, vel aliter fuit deductum. Gram. decis. 68. nu. 6. Sed an, & quando liceat actori variare, & mutare libellum, vide gloss. in authen. qui semel. C. quomodo, & quando Iudex.

Proponens duo remedia in libello contraria, in quibus sententia lata in vno pareret exceptionem rei iudicatæ in alio, parte opponente, tenetur eligere, aliàs secus. Thom. Minad. decis. 31. nu. 2. & 6.

In prosecutione actori licitū est variare, & maximè ī Curiis supremis, nisi ille se astrinxisset in libelli conclusione, quæ attendi dēt. Boer. decis. 42. num. 14.

Materia emendationis non cadit, quando libellus aliquo modo sustineri potest; sed quādo omnino est ineptus. Crau. consi. 75. nu. 7.

Reus debet acceptare libellum in passibus, & punctis vtilibus, quia post talem acceptationem non amplius poterit actor illum mutare. Ias. de actio. in §. omnium, nu. 158.

Petēs aliud pro alio per errorem, potest in eodem iudicio errorem suum corrigere. Ias. de actio. §. si minus, vide tamen ibid.

Emendare libellum dicitur, quādo aliquid corrigitur, in eo absque mutatione substantiæ materialis: mutare autem libellum est alterare illius substantiam, sed quando in vtroque casu liceat hoc facere, vide Ias. ibi. nu. 13.

Emendatio, & mutatio libelli ex æquitate conceditur, sed quomodo, & quando Iudicis arbitrio relinquatur talis emendatio, vel mutatio, vide Menoch. de Arbitra. libro secundo, cas. 176.

Assertio facta in libello, vel exceptione, an possit corrigi, vide Bart. in l. 14. C. de omni agro desert. lib. 11.

Libello si addatur, vel detrahatur aliquid, quando dicatur nouus libellus, vide Bar. in l. ius Ciuile 6. ff. de Iustit. & iure.

Actiones plures speciales si ex libello resultāt, actor debet vnam eligere. Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de edend.

Actor potest emendare libellum vsque ad litem contestatam, si minus petiit, & nunc vult plus petere, sed si minus vult petere, potest illū mutare vsque ad sententiam. Abb. in sua Pract. cap. 42. num. 4.

Refer-

Reseruatario licet variare post electam viam pensionis. Put. decis. 114. lib. 3.

Quando quis semel suam intentionem declarauit saltem facto, illi non licet amplius variare. Vera. decis. 125. part. 3.

Agere quando quis potest cōtra duos, & cępit agere contra vnum, ipsi postea agenti contra alium, obstat exceptio taciti pacti. Vinc. de Fran. decis. 200. nu. 9.

Filius, cui pater legitimæ, & legatorum optionem detulit, vno remedio electo, non potest inde ad alterum redire. Dec. consi. 687.

Licèt reus negauerit se possidere, potest tamē variare, & dicere se possidere, si actor non fuerit lęsus, nec laborauerit ad conuincendū reum de mendacio. Henric. Boer. in suis sing. tit. interrogatio.

Variare quis potest, quando vna obligatione tenetur ad plures res alternatiuè; secùs si habeat plura iura, quia tunc vnius electione, sibi præiudicat in aliis. Bart. in l. vbi pactum. C. de transactio.

Diffidentia iuris permittit variare, vbi non est ius alteri quæsitum. gl. in cap. 4. in verbo, diffidere, ex. de postula. Prælato.

Quando sunt duæ actiones, quæ non contradicūt origine adinuicem, sed in exercitio, quis debet vnā eligere: & iudicia cōtraria tollunt exceptione. Bart. in l. 1. C. de furtis, vide eūdē in l. naturaliter. §. nihil ff. de acquir. possess.

Variatio in eadem instantia nō admittitur, sed in alia, & inter diuersas personas sic. Bar. in l. Papinianus 8. §. sed nec. ff. de inoffi. testamen. Sed quando alias admittatur, vide eundem Bar. in l. de rebus. ff. de act. rer. amot.

Vt valeat electio, quinque requiruntur; & eligēdi habens potestatem, electione nulliter facta, an possit secundò eligere, vide Bart. in l. serui 5. de legat. 1.

Eligere qui libet ex vltima voluntate, non potest variare; secùs si per stipulationē. l. huiusmodi 86. §. Stichum, de legat. 1. & ibid. Bar. vide eundem in l. eū, qui 138. §. cùm purè. ff. de verb. oblig. & l. serui 5. d. titu. de legat. 1.

Eligens in stipulatione an, & quando possit variare, & quid in aliis contractibus, vide glos. in §. fin. d. l. 138. de verb. oblig. & gloss. in §. his igitur, Institut. de Iustit. & iure.

Actio psonalis, & rei vendicatio, quare electione tollantur: & actio eligenda ex pluribus, debet eligi tempore dati libelli. Bar. in l. cùm filius 78. §. variis, de legat. 2.

Hæredes vnius testatoris quando sunt plures, vna actione contra vnum, alia contra alterū, agi potest. Bar. in d. l. 78. d. §. variis, nu. 5.

Actione vna electa, alia tollitur, quando vnum est factum, & vnus titulus criminis, & plures sunt agendi formæ; secùs si sint plures tituli criminis, & diuersæ agendi formæ. Bar. in l. 1. §. vnde. ff. de public. & vectig.

Promissor si semel elegerit, nō poterit amplius eligere, sed variatio qn̄ admittat in electione, siue declaratione, vide Bart. in l. quod 99. ff. de ver. obli. & in l. hmōi 138. §. cū purè co. ti.

In obligatione alternatiua ille solus, qui est electus, in obligatione est: & electio quando trahit secum executionem, non est locus variationi. Bar. in l. si quis 112. ff. de verb. oblig.

An cùm duæ obligationes principales resident in vna persona, electione vnius, alia tollatur, vide Bar. in l. si reus 6. ff. de fideiusso. & māda.

De electionibus, & variationibus, & intra quod tempus quis possit variare vide per DD. in l. edita. C. de eden.

Actiones duæ qn̄ competunt, vna de iure communi, altera beneficio Prætoris, vna electa, alia remanet exclusa. Abb. cōs. 91. nu. 7. par. 1.

Actionē habens ex officio sibi commisso, si semel elegerit etiam absentem, non potest amplius variare. Abb. consi. 11. part. 2.

Eligēs ex duabus clausulis eiusdem cōtractus, vnam ex illis, nō potest amplius eligere, nec variare, l. quamuis la 2. 8. C. de usuris.

Variare non licet, reprobando probata. gl. in l. Pomponius 10. ff. de nego. gest.

Qui elegit uiam contractus, non potest reassumere uiam distractus, l. commissoriæ 4. C. de pact. int. empt. & uendi.

Ex eadem scriptura non potest quis petere hęreditatem ex testamēto, & ex codicillis, sed una uia electa, tollitur altera, & non licet uariare, nisi sit hæres de personis coniunctis. l. fin. C. de Codicillis.

Qualitas, per quam condemnatio augetur, uel minuitur, potest, pendente iudicio, addi, uel detrahi libello. l. in delictis 4. §. si detracta. ff. de noxal. actio.

Qui propter declarationē alicuius rei ultra nō teneretur, si postea uariauerit, amittit beneficium propter uariationem. arg. l. 11. §. conditio, & §. item si plures. ff. de instit. act.

Quādo ad idē cōpetunt plures actiones, cogit qs unā eligere, nec poterit postea redire ad aliā: secùs si plures actiones cōpetāt ad diuersa. l. qđ in hærede. 9. §. eligere. ff. de tribut. act.

Electio qualiter cadat inter contrahētes in alternatiuis, uide Afflic. deci. 397. & cū p̄missio alternatiua quando [illegible], uide ibid.

Qn̄ qs alternatiuè est obligatus [illegible] unū, uel aliud, electio est debitoris. Affl. d. deci. 397.

Electio in alternatiuis est debitoris. Capel. Tho los. q. 207. Iaf. de actio. §. si qs agens. uers. huic. autē. Sed qñ, uide Bart. in l. ubi pactū 40. C. de transactio. Fallit in causa dotis fauore ipsius.

Ioseph.Ludo.decis.95.nu.39. Et quando debitor est in culpa.Rot.Genu,decis.144.& Bar. in l.Stichum 95 ff.de solutio.& liberatio. Vel vbi alternatiua esset adiecta in fauorem creditoris,vide exemplum per Cabal.milleloq. 577.& Ias. de actio, §. si quis agens, vers.huic autem,nume.10.

In alternatiuis electio est debitoris, qui potest variare vsque quo sit constitutus in mora, sed post moram amittit electionem, & illam transfert in creditorem.Rot.Genu.deci.144. nu.8.& 9.vide Hiero.Mago.decis. Luc. 16.nu. 7. Papon.lib.12.tit.10.auth.item.§. ne autem, & ibid.glo.C.de donatio.

Alternatiua exigendi est in electione agentis, sed in alternatiua soluendi, electio est debitoris:ideò si debitor promittat aliquid soluere, & si non soluerit,promittat aliud facere, non potest compelli ad solutionē primam, sed tantùm ad implēdum quod in conditione erat. Affli&.decis.397.

In diuisione,vel datione in solutum habens prędium vicinum,potest eligere partem,vel prędium sibi cohærens.Capic.decis.42.

Electio est creditoris, si verba executiua referantur ad eum,l.si sic 93.ff.de verb.oblig. Nā electio illius est in alternatiuis, ad quem verba executiua diriguntur.Cabal. milleloq.80. Et cōtrà,vbi verba executiua rēspiciūt debitorē,electio est illius.Mago. deci.Luc.16.n.9.

Variatio in alternatiua electione non admittitur, sed vna electa via, altera præcluditur. Put.decis.193.lib.3.& Capic.decis.119.nu.6.

Libellus alternatiuus,quando admittatur,vide Cabal.milleloq.578.

In alternatiuis ius eligendi debitori, & promissori competit, quando vtrunque est in obligatione,& solutione; secùs quando vnum esset in obligatione,& aliud ad cautelam. Hiero.Mago.decis.Luc. 16.

In alternatiua loci, electio est debitoris, sed quomodo hoc intelligatur, vide ibid. nu.10.

Aestimata specie die dicta nō soluta, creditor habet electionē petenti ipsam rem, vel eius æstimationem in pecunia. vide in libris placit.Curiæ.lib.10.de solutio.tit.6.cap.2.in decisio. diuerso.

Debitor (cuius est electio) habet facultatem eligendi quandoque post sententiam,vt in executione, nisi ante statutus fuisset sibi terminus,intra quem eligeret. Ias.de actio.in §. si quis agens, vers.huic autem,nu. 9. & Mago. decis Luc.16.num.5. vide tamen Amancl.de Clarisaq.sing.185.

Electio in alternatiuis est creditoris, quando Arbitri pronunciarunt illi esse dandam pecuniam,vel rē, id [illegible] facta electione, nō potest ipse creditor, vel eius hæres amplius variare.Menoc,cōs.341.lib.4.Quid,si qs promiserit mihi vnū, aut duo plaustra lignorū,an tūc electio sit debitoris,vid Ias.de act. in §.agēs.d.ver.huic,nu.11.& Cassan.in cōsue. Burg.tit.*Des mains mortes*.Rub.9.§.2.gl.2.nu.3.

In vltimis voluntatibus, si verba testatoris dirigantur ad legatarium de percipiēdo talem, aut alteram rem, electio est legatarij. Ias.in d.vers. huic,nu.12. Sed qd in stipulationibus, si verba alternatiua diriguntur ad creditorem,vide ibid.

In obligationibus generis regulariter electio est debitoris, sed quid in vltimis voluntatibus,vide Ias.ibid.nu.13.& 14.

An, & quando perempto vno ex alternatiuē debitis,alterum tantùm præstandum sit, vel præstanda sit æstimatio mortui,vide Ias.ibid. nu.16.Et alternatiuę sex esse possunt,de quibus vide per Cassan.in consuetud. Burg.titu. *Des mains mortes*.Rub.9.§.12.

Quod dicitur in alternatiuis debitorem habere electionem, vel aliàs in dubio, limitatur nouē in casibus, de quibus vide per Maran. in sua repetitio.ad l.si actor.ff.de Procurat.in fine sui Speculi.

In debito alternatiuo potest præcipi debitori, vt soluat vnum,vel alterum, si tamen deberentur decē, vel equum,vtrum creditor vellet;non poterit fieri executio,antequam creditor dixerit vtrū voluerit. Rebuff.in cōstitu. Reg.tract.de litter.oblig.art.2.glo.1.num.28,

Si vnum est in obligatione, aliud in potestate soluendi,petita re, quæ erat in obligatione, per litis contestationē perditur potestas soluendi.Mathes.sing.172.vide Bar.in l.item 22. §,idem.ff.de petit hæred.& in l.si quādo 112. §.hæres,de legat.1. Quod procedit in dispositione hominis, secùs in dispositione legis: quia tunc non perditur facultas soluēdi, nisi lata sententia. Pet. de Rauen.sing.631. vide Mago.decis.132.num.6.Rot.Floren.Nam qui habet electionem à lege,potest variare,etiā post litem contestatam. l. eum, qui 138.§.fin. ff.de verbo.oblig.

In obligatione alternatiua, si electio est creditoris,debet dari libellus certus, & sententia certa sequi.Bart.in l.2.C.de senten. quæ fine cert.quant.

In alternatiua locorum quo ad petitionem,electio est actoris. Barto. in l.3. nu.7. ff. de eo, quod cert.loc,

In alternatiua personarum electio est rei, cui soluat in loco solutioni destinato. Barto. in d.l.3.§.item.

Alternatiuarū quo ad actionē,electio est actoris,quo ad solutionē,rei,ante litē contestatā.

Bart.

Bar.in l.in cõmodato 17.§.rem. ff. cõmodati.

In obligatione alternatiua, quando electio est debitoris, vtrunque peti potest; secùs quãdo electio est creditoris: & condemnatione facta ad decem, vel ad noxæ deditionem, deditio noxę est in solutione. Bar.in l.miles 6.§. decem.ff.de re iudi.

Si quis fuerit stipulatus Stichum, aut Pamphilũ, quem ipse vellet, & si semel alterũ elegerit, nihilominus poterit mutare voluntatẽ suã, donec in iudicio vnum petierit. Abb. consil. 11.num.5.par.2.

In generali sermone est electio venditoris: & quando certitudo est habenda per viam electionis, debitoris est electio. l. cõprehensum 60.ff.de contrah.empt.

In obligationibus annuis alternatiuè cõceptis, licitum est, quolibet anno variare. l. si sterilis 22.§.qui domum.ff.de actio.empt.

In obligatione generis subalterni, electio est debitoris, in obligatione cæterarum specierum, nõ cadit electio. l.pen.§.si dolia, eod.ti. vide l.qui ex pluribus 106.ff.de verb.oblig.

In alternatiua summarum inspicimus id, quod est minus: in alternatiua tẽporis id, quod est longius. l.si ita 109.ff.de verb.oblig.

Si causam nouam agendi proponat quis in iudicio reus à prima cum expensis absoluendus est. Franc.Marc.q.442.

Electio seruitutis exercendæ loci, non creditoris, sed debitoris est, dummodo sine captione, & ciuiliter is eligat. Cabal. milleloq. 273. Tamen ille, qui habet ius ducẽdi aquam, potest ducere per quancunque partem voluerit ab initio, sed postea non poterit variare, & mutare locum electum. l. final. ff. de aqua quot. & æstiua.

In executionibus admittitur concursus, non autem in actionibus: ideò debitor meus, qui psonam, bonaque mihi obligauerat, possessis, captisq; bonis, personaliter adhuc capi põt, & in carcerem coniici. Aegid. Magist. tracta. subhast.cap.32.in decisio.diuerso.

Pater habens ius eligendi ad aliqua bona alterius ex liberis, an possit pluries eligere tam inter viuos, quàm per vltimam voluntatem, vide Papon.lib.20.tit.2.arrest.2.

In Beneficiis, vel gratiis, cuius sit electio, vide Ias.de actio.in §.si quis agens, vers.huic autẽ.

Seruatur ordo in legatis, & dispositionibus, vt si testator dicat vnum ex equis meis lego Titio, & alium Męuio, nam tunc Titius, qui est primus nominatus, debet prius eligere. Maran.in suo Spec.in proœmio.nu.17.

Optionę, vel electiõe legata vnius, vel alterius rei, facultas eligẽdi, vel optãdi tansit ad hæredem legatarij. Menoc.consi.353.lib.4.

Pauper, cui vsus magni palatij fuit legatus, si in eo certam partem elegerit, an possit variare, & postea aliam habere, vide Roma. singul.69.

Electio transfertur in legatariũ, hærede in mora eligẽdi existente; sed electione facta, quãdo liceat variare, vide Bar.in l.statu liberum 11.§.Stichum, de legat.2.

Negligentia eius, qui potest eligere vnum ex certis, facit omnes ad legatũ admitti. l.si quis Titio 17.§.fin.de legat.2.

Per petitionem, vel solutionem vnius ex rebus alternatiuè legatis, ius eligendi consumitur, etiam si eam solam quis legatam putabat. l. si is, cui 19.de legat.2.

In alternatiuis in dubio, electio est legatarij. l. 23.eo. vide tamen l. cùm certum 4.ff.de tric. vin.& ole.legat.

Si electio personæ committatur in liberam voluntatẽ hæredis, ille potest eligere indignũ; secùs si in arbitrium: & si eligere differat, omnes vocãtur, & ad hæredes transmittunt, nisi ipsi in petendo negligentes fuerint. l. cùm quidam 24.de lega.2.

Iussus cùm moriatur eligere, potest donec viuerit eligere, & ante nullus admittitur: sed illo non eligente, omnes superstites admittũtur. l.vnum ex familia 69.§.rogo, de lega.2.

In legato annuo licitũ est quolibet anno variare: qa tot sunt legata, quot anni. l.pater 100. §.fin.ff.de conditio.& demonstra.

Electionis tempus à testatore non diffinitum, arbitrio Iudicis definitur. Menoch.de Arbitr. lib.2.cas.35.

Electio personarum quousque fieri possit, vide ibid.cas.44.

Sapientis est reuocare maledicta, vide exempla per Cassan.in cõsuet. Burg.tit. *Des droicts*, Rub.4.§.23.glos.6.nu.35. Vbi plenè de mutatione opinionis, & variatione.

Electio datur, vbi adest plurium cõcursus, sicuti contingit, quando plures actiones alicui competunt, vt puta legatario, cui dantur tres actiones, & ideò habet facultatem eligendi vnam ex ipsis. Menoch. consil. 303. num.30.& 31.

Eligere qui potest, quem voluerit, se ipsum eligere non potest. Barth.de Capu.sing.48.

Promissor declarat obscurũ deductũ in stipulatione, sed ipsa declaratione facta, amplius variare non potest. Mathes.sing.171.

Eligẽdi facultas transmittitur ad hęredes, sicut trãsmittitur ius ipsum stipulationis, sed facultas declarandi non transmittitur. idẽ d. sing. 171.in additio. vide Guid.Pap.sing.461.Bart. in l.si sic 78.§.si quis, de leg.1.& l. cùm ita 9.ff. de optio.vel elect.legat.

icèt eligendi facultas transmittatur ad hæredes, tamen ad alium non transmittitur. l. si stipulatus 76. ff. de verb. oblig.

Si relinquatur res eligenda per tertium, illo nõ eligente, vel negligente per annum, trãsfertur electio in legatarium, dummodo eligat rem mediocrem. Pet. de Raue. sing. 73. vide Bar. in l. 3. §. sed etsi. C. commu. de legat.

Quando est in electione substituti capere hæreditatẽ ex directa substitutione, vel ex fideicommissaria, vna via electa, non datur variatio. vide Marc. de Mant. sing. 546.

Qui in iure varius est in dicto suo, siue contrarius, periurus reputatur. c. dilectus 15. extr. de tempo. ordina. Et varia proponens, non est audiendus. c. dilectis 55. extr. de appellatio. Et condemnatur in expensis. Bar. in l. si quis 112. num. 5. ff. de verbo. oblig.

Clausula codicillaris resoluitur in disiunctiuã; sed an talis clausula operetur, vt electa vna via, ad aliam quis possit redire, vide Bar. in l. si quis 8. C. de codicil.

Eligens inter contraria, variare non potest. l. 4. §. eleganter. ff. de leg. commiss.

Ille, qui est obligatus eligere cum aliquorum consensu, tenetur illorum consilium in tractatu electionis requirere, sed illud sequi non astringitur. c. cùm olim 7. ex. de Arbitr.

Plures habentes idem ius, vbi discordant, quando cogantur concordare, & quis ex illis præferatur, vide Barto. in l. huiusmodi 86. §. si is, cui, de legat. 1.

Eligendi habens liberam voluntatem, potest indignum eligere, dum tamen dolus malus absit. Bart. in l. cùm quidam 24. de legat. 2.

Iussus restituere vni ex certis cùm morietur, sufficit, quòd eligat, & vsque ad mortẽ potest variare. Bar. in l. 69. de lega. 2. vide eundem in d. l. 69. §. si duos, eodem.

Qui habet necesse eligere, non cogitur eligere digniorem, vel proximiorem, aut pauperiorem. Bar. in d. l. 69. §. si Falcidia.

Pœnæ quando imponuntur diuersæ alternatiuè à lege, & verba legis diriguntur ad Iudicem, optio non datur parti; sed Iudici. Abb. consi. 91. part. 1.

Circa hæreditatem admittitur variatio intra annum. l. nonnunquam 8. ff. de collatio. bono.

Qui semel egit, non potest iterum ad actionem ex noua adiectione agere, nisi præhabita restitutione, & ex causa iusti erroris. l. 4. §. is, qui de peculio. ff. quod cum eo.

Habens plures vias, potest eligere leuiorem. l. 53. §. idem respondit lo 2. ff. pro socio.

In arbitrio dato intelligitur, ne eligatur persona prohibita, licèt concedens arbitrium, illã eligere potuisset. l. quãquã 62. ff. de rit. nup.

Si testator posuerit in mea electione, vt darẽ centum (certis nominatis) cui velim, si decedam, antequam eligam, debentur illa centũ omnib. illis nominatis æqualiter, nec ius eligendi transit in hæredem. l. Labeo 21. §. fin. ff. de stat. liber.

Facultas eligendi cohæret personæ, ideò personam non egreditur. l. si seruus 141. ff. de verbor. oblig.

Ex pluribus actionibus illa dicitur electa, super qua lis contestata fuit; non quæ tãtùm in ipsa libelli oblatione expressa videtur. vide l. 15. ff. rem rat. haber.

Quando duo habẽt æquale ius, & est locus præoccupationi, si vnus est impeditus, impedit socius. l. si maritus 15. ff. ad leg. Iul. de adult.

Si appellans certam causam appellãdi dixerit, poterit ab illa recedere, & aliã allegare: quia quoquo modo poterit suam appellationem prosequi. l. 3. §. fin. ff. de appellatio.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam. Reg. nemo.

Possessor, qui rem eius esse, de qua actor affirmat, negauit, & post probationem actoris cõfiteatur ad exceptionem recurrens, prius rei possessione priuatur, quàm sup iure suo audiatur. §. illud quoq;, Auth. de trien. & semis.

Ille, contrà quem competit vnum remedium ad plura alternatiuè, habet electionem; secùs quando plura remedia alternatiuè: quia tunc electio competit actori. Bar. in l. 17. nu. 3. C. de transactio.

De reconuentione.

In causis summariis non admittitur reconuentio: fallit in hac Patria Pedemon. vbi omnes causæ vigore decreti, dicuntur summariæ. Ozasc. dècis. 1. nume. 11. vide Maran. in suo Spec. part. 4. tit. an sit iudi. conuentio. vel reconuentio. nume. 41. distinct. 6. & Guid. Pap. singul. 850.

Quando vna causa est summaria, alia plenaria, non est locus reconuentioni, quo ad effectum simultanei processus. Iass. Lanf. Balb. decis. 279.

Reconuentio an habeat locum, quando causa conuentionis est summaria, & reconuentio non: & nõ habet locum in causis, quæ sibi inuicem præiudicant. Bar. in l. 1. C. vbi causa status agi debeat.

An Clericus agens coram Iudice laico, possit reconueniri à laico pro causa merè ciuili; & an tunc vt liberetur à reconuentione, possit desistere à conuentione, vide Affl. decis. 173. & Iass. Lanf. Balb. decis. 64.

Cle-

Clericus intentans iudicium retinendæ, potest reconueniri super proprietate coram eodē Iudice seculari. Vincen. de Franc. decis.193. Sed quomodo, & quando dictum procedat, vide ibidem.

Clericus potest reconueniri coram Iudice laico ante renunciationem litis; non autē post. Vincen.de Fran.decis.349.par.2. & deci.376.

In causa appellationis non admittitur reconuētio, sed bene compensatio. Guid, Pap.q.436. num.192.DD.de Rot.decis.1.aliàs 61.de mutuis petit.in antiq.Iaff.Lanf. Balb,deci.65.vide Maran.in suo Spec. part.4.tit. an sit iudic. conuentio.vel reconuentio.nu.24. distinc.6. Fallit, quando esset appellatum ab interlocutoria lata ante litem contestatam.Natt.cons. 155.num.4.

Recōuenire an possit reus actorem virtute cōmissionis ipsius actoris, vel an opus sit alia commissione, vide DD.de Rot.decis.2. aliàs 598.tit.de mutu.petit.

In iurisdictione prorogata, habet locum reconuentio. Iaff. Lanf. Balb. decisio.115. & Ludo. Roma.sing.150.

Natura reconuentionis est, quòd eadem sentētia terminari debeat cum causa conuentionis, quod procedit, si vtraque causa æqualiter liquida sit; aliàs secùs. Mysing. obser. 10. cent.1. vide Vincen.de Fran. decis.376.part. 2.& Capel.Thol.q.367.

Quando pronunciatum fuit super causa conuētionis, & ab ipsa pronunciatione prouocatū fuit, potest adhuc Iudex procedere super cā recōuētionis: quia dicta appellatio nō ligat manus Iudicis in causa ipsius recōuentionis. Mysing.d.obser.10.cen.1. Maran.in suo Spec. par.4.tit.an sit iudic.conuentio. vel reconuētio.nu.11 distinc.6.iudic.

Reconuētio potest fieri vsque ad conclusionē in causa, imò vsque ad sententiam, non tamē ad finem, vt pari passu procedatur: quia hoc casu esset necesse, quòd fieret ante litis contestationem, vel statim post, sed ad finem, vt actor teneatur stare iuri coram Iudice, quem ipse elegit. Vincen.de Fran.d.decis.376 par. 2.vide Maran.in suo Spec.part.4. d.tit. an sit iudicium conuentio. vel reconuentio. nu. 4. Henric.Boer.in suis singul.titu.reconuentio, & Abb.in sua Pract.cap.64.

Reconuentio pari passu ambulat cum conuentione: & sit processus simultaneus, sed debet prius reus actori respondere, & postea contrà.Maran.in suo Spec.part.4.d.tit.an sit iudi. conuentio.vel reconuentio. num.8.10. & 12. distinct 6.iudi.

Actore nō respondente recōuētioni, denegatur audientia super sua conuentione. ibid. nu.9.

Reconuentio nō habet locum in causa feudali intentata coram Paribus Curiæ, si de re non feudali in reconuentione tractetur. Mysing. obser.10.cent.1.

Reconuētio an admittatur in causa exequutiua, vt habeat impedire exequutionē, vide Borg. Caual.deci.28.de contract.nu.11.& 19.par.2.

Mater agens iudicio comm. diuidun. potest reconueniri per filium pro administrata tutela, nisi aliter rescripto Principis caueatur. Craue.consi.79.

Reconuentio an possit fieri coram Arbitro, vide Maran.in suo Spec.part.4. tit. an sit iudic. conuentio.vel reconuentio.nu.20. Ludo.Roma. sing.150. & sing.781. vbi tenet negatiuā.

Superior quando se submittit iurisdictioni inferioris, coram tali habet locum reconuentio; non autem coram Arbitro. Bar.in l.est receptum 14.ff.de iurisdic.omn.Iudic.

Actor si vult desistere à cōuētione (ne recōueniatur) nō potest. Maran. d.tit.an sit iudi.cōuentio.vel reconuentio.num.17.& 55.& Menoch.de Arbitra.lib.1.q.44.nu.5.

Reconuentio non fit, vbi per viam extraiudicialis iurisdictionis proceditur, sed quando dicatur hoc modo procedi, vide Maran. ibid.num.27.

Reconuentio an, & quando locum habeat in causis criminalibus, vide Maran.ibid.nume. 56.& 61.

Ille, qui accusat criminaliter, non potest reconueniri ciuiliter; secùs in eo, qui ciuiliter agit. l. 2. §. sed & si agat.ff.de iudi. vide l.27.ff.de actio.rer.amor.

Arbitrium concessum Iudici super conuentione, censeri etiam concessum super reconuētione: & Iudicem causæ conuentionalis prorogatam habere iurisdictionem in causa reconuentionali, scribit Menoch. de Arbitra.q. 44.limita tamen, vt ibi.nu.11.

Recōuentioni locus est, super actione orta post rescriptum impetratum.Menoc.ibi.nu.4.& 6.

Reconuētionis causa habet eadem priuilegia, quæ habet causa conuentionalis.Menoc.ibi. nu.7.limita, vt ibid.nu.10.

Mutua petitio (quam reconuentionem vocāt) omnibus in causis, ac negotiis, præterquam in expressè à iure exceptis, locum habet.Menoch de Arbitra.lib.2.cas.184.Sed de limitationibus vide ibid.

Reconuentio non habet locum contra spoliatum, nisi pro simplici causa spolij. Natt.consi. 155.Tom.1.vide Bart. in l.naturaliter §.nihil. ff.de acquir. possessio.

Reconuentio admittenda est à Iudice, quando procedit ex eodem fonte; ex quo emanat cōuentio, & idem vtrobique sit negotium, quo

casu

casu Iudex non admittens reconuentionem, nulliter agit, nec est opus appellare: secùs si reconuentio esset facta super diuerso negotio; quia tunc Iudice illam non admittente, erit appellandum. Natt. d. consi. 155.

Reconuentio in causa, quæ desiderat celeritatem, locum non habet. Roma. sing. 781. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 184.

De materia reconuentionis vide per Barto. in authen. & consequenter C. de senten. & interloc. omn. Iudic. & in §. illud, Auth. de excu.

Iudex etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in causa recõuentionis, & vtranque causam ordine successiuo simul audiet, & vna sententia terminabit. c. 1. ex. de mutuis petitio. Quia reconuentio etiam locum habet corã Iudice delegato. Andr. Gail. obser. 35. num. fin. lib. 1. vide Maran. de ordin. iudi. part. 4. tit. an sit iudicium conuentio. vel reconuentio. distinct. 6. iudic. & Ludo. Roma. singul. 150.

Modus procedendi datus per rescriptũ in causa conuentionis, intelligit̃ repetitus in causa reconuentionis. c. 2. ex. de mutu. petitio.

Cautio de defendendo dominum in causa recõuentionis, an petĩ possit à Procuratore, si ille, contra quem ago, non vult statim me reconuenire, vide Bart. in l. seruum 33. §. ait Prętor. ff. de Procurat.

Compensationem de viginti, quæ tibi debeo, si mihi agenti ad decem opponas, non condemnabor in aliis decem, nisi agatur per viã reconuentionis. Bart. in l. in rebus 18. §. quod autem ff. commodati.

Procurator actoris an teneatur de illo defendendo in causa reconuentionis, vide Bart. in l. 3. §. si filiusfa. ff. de actio. rer. amot.

Simplex Procurator in rem suam non factus ex necessitate, nec ex causa onerosa, nec fraudulenta, tenetur defendere dominũ in causa reconuentionis. l. seruum 33. §. ęquum. ff. de Procurato. vide l. si quis 34. ibid.

Procurator in tribus casibus tenetur defendere dominum. glo. ibid.

Qui agit pro alio vt cõiuncta persona, tenetur in causa reconuentionis defendere. l. sed & hæ 35. ff. de Procurato.

Siue agatur per actionem, siue per officium Iudicis, siue ordinariè, siue summariè, agẽs debet in causa reconuentionis defendere dominum. d. l. 35. §. non solùm.

Qui agit cogit̃ se defendere. l. q nõ 22. ff. de iud.

Vbi quis agit negotiũ, ibid. debet se defendere, non obstante priuilegio fori. l. interdum 36. §. Senator. eod. tit.

Hæres non cogitur respondere, nisi vbi est maior pars hæreditatis. l. si fideicõ. 50. ff. de iudi.

Depositi ad depositum non fit compẽsatio, sed bene admittitur recõuentio, quum non differatur liquidum, propter non liquidum. l. si quis 11. C. depositi.

Si reus reconueniat actorem, non potest actor opponere exceptionem Iudicis incompetẽtis: quia postquam elegit Iudicem pro se cõtra reum, debet etiam recipere contra se, & pro reo in vim etiam reconuentionis. l. cùm Papinianus 14. C. de senten. omn. Iudi.

Is, qui reconuenire vult, non potest, nisi coràm eodem Iudice statim, & non postea, si igitur vult coram alio agere, expectet terminum litis primæ, nisi Iudex sit recusatus, vt suspectus: quia tunc fit reconuentio coram Iudice subrogato. authen. & consequenter. C. eod.

Reconuentus an possit adhuc reconuenire, vide gloss. ibid.

Iudex talem habet potestatẽ in recõuentione, qualem habet in conuentione. l. debitor 84. § si primo, de legat. 2.

Etiam in cognitione extra ordinem, debet admitti reconuentio. l. 1. §. fin. ff. de variis, & extraordina. cognitio.

De feriis.

AN executio sententiæ omnibus diebus (excepto die Dominico) etiam feriatis, possit de iure fieri. vide Guid. Pap. q. 215. & sing. 131. Capel. Thol. q. 158. & Cabal. milleloq. 634.

An tempore feriarum, quæ in honorem Dei inducuntur, sed à Populo, & Clero non obseruantur, vt sunt dies Hębdomadę Sanctæ, possit iudicialis executio actualis fieri, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 95. Vel examinatio testium, ibid.

In diebus feriatis potest dari libellus, possunt fieri adoptiones, emancipationes, manumitiones, excõmunicationes, & absolutiones, citationes delegationis, seu commissiones causarum, & intimationes donationum: quia in his nõ requiritur causæ cognitio: itẽ interpellationes constituentes debitores in mora, quia non sunt actus iudiciarij; secùs si interpellationes deberent fieri iudicialiter. Guid. Pap. q. 215.

Decretum an possit interponi die feriato, vide Guid. ibid. num. 8.

Valet iudicium agitatum tempore feriato ob necessitatem hominũ introducto, parte non opponente. Guid. q. 221. nu. 3.

Sententia diffinitiua, vbi conclusum est in causa, potest ferri in vacationibus; non autẽ interlocutoria. DD. de Rot. decisio. 1. de fer. in antiquis.

Acta iudicij non possunt fieri in die feriato, libellus tamen potest præsentari, & recipi die feriato in honorem Dei: item latro insignis potest mitti ad furcas. Marã. in suo Spec. part. 6. tit. de acto. editio. nu. 36. & seqq.

Acta voluntariæ iurisdictionis die feriato exerceri possunt, sed quę alia acta posśint fieri in die feriato, vide eundum Maran. ibid. nu. 39. & seqq. & Marc. de Mant. sing. 586. & 587.

Feriarum temporibus in causis arbitrariis procedi an posśit, vide Meno. de Arbi. Iudi. q. 30.

Ferias ob hominum necesśitatem inductas, in causis summariis non obseruari, scribunt Menoch. de Arbitra. d. q. 30. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ titu. de restitut. spoliat. super decreto, præsenti, nu. 23.

Feriarum temporibus possunt tractari ea, quæ causæ cognitionem non desiderant. idẽ Menoch. d. q. 30. nu. 14.

Sententia lata die feriato est nulla, tamẽ actus voluntariæ iurisdictionis possunt fieri in diebus festiuis, sed qui dicantur tales actus, vide Papon lib. 7. tit. 10. arrest. 5.

Testes possunt interrogari die feriato, cùm die non feriato iurauerint. Menoch. ibid. num. 15. Et examinari. Guid. Pap. q. 215.

Causa expulsionis fabri, potest agitari diebus feriatis. Marc. de Mant. sing. 22. nu. 7.

Executio instrumenti habentis executionem paratam, potest fieri die feriato ob necesśitatem hominum. Iaff. Lanf. Balb. decis. 2.

Die feriato (etiam in honorẽ Dei) potest decerni, & confirmari tutor, quando non exigitur causæ cognitio; aliàs secus, veluti quando dat̃ p inquisitionẽ. Iaff. Lanf. Balb. decis. 352.

Feriæ in Curia Imperatoris, nõ seruant̃. Hartm. cap. 4. tit. de fer. lib. 1.

Decretum Iudicis in alienatione rei minoris, quia exigit causæ cognitionem, non potest interponi die feriato. idem Iaff. decis. 353.

Pendẽtibus feriis, iurisdictio suspẽditur, & quicquid interim fit, nullum est. Hiero. Mago. decis. Luc. 25. num. 37.

Feriæ an noceant in his, quæ concernunt periculum animarum, vide Crescen. decis. 1. aliàs 9. titu. de feriis.

In ius vocari potest tempore mesśium, vel vendimiarũ, non occupatus circa messes, vel vindimias. Bart. in l. 1. C. de agric. & censit. lib. 10.

Citatus die feriato in his, quæ possunt expediri eod. die, debet comparere. Bart. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocat. nõ ieri. nu. 14. & in §. item si ibid.

Citatio facta die feriato, pro die non feriato, quando valeat, vide Barto. ibid. in d. §. item si, nume. 6.

Actus factus die feriato, an posśit tempore feriato reuocari, vide ibid. nume. 7.

Citatus à Papa, vel Imperatore die feriato, cõparere debet. ibid. nu. 8.

Feriis inductis in honorem Dei renunciari non potest: & Arbiter non potest diebus feriatis sententiam dicere, licèt Arbitrator laudare posśit. Bar. in l. si feriaris 41. ff. de recept. Arbi. & Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 30. nu. fin.

Ferię in causis, in quibus proceditur summariè, sine strepitu, & figura iudicij, an sint seruandæ, vide eundem Barto. in d. l. ex quacunque §. item si. ff. si quis in ius vocatus.

Solemnitas feriarum inductarum in honorem Dei, an posśit tolli per legem, vide Bart. in l. filiusfa. 7. num. 5. ff. de donatio.

Feriis si fuerit renunciatum, an testibus noceat ista renũciatio, ita vt illi posśint cõpelli inuiti ad deponendum, obiterque nonnulla de feriis, earum origine, & de materia, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 39.

In criminalibus proceditur, etiam diebus feriatis. l. 12. ff. de public. iudi. & ibid. Bar.

Si dies asśignata parti visuræ testes iurare sit feriata, an intelligendum sit de die sequenti, vel sit opus noua asśignatione, vide Guid. Pap. q. 543.

Vbi ueritas probationis potest cum tempore deperire, ibid. probatio fieri potest, etiã die feriato. Bald. sing. 186.

Si dies termini cadit in diem feriatam, quando debeamus inspicere præcedentem diem nõ feriatam, uide Bar. in l. 2. C. de tempo. appel.

De dilationibus.

Consuetudo fori potest in causarum cognitione abbreuiare dilationes, & est seruãda. Ozas. decis. 22. nu. 12. & Abb. consi. 64. par. 2.

Dilationes sunt arbitrariæ, & posśũt restringi, præcipuè quando conceduntur à lege sine præfinitione certi temporis, seu termini. Ozas. ibid. nu. 13.

Dilationi pars renunciare non potest, altera parte aduersaria inuita: quia illa dr̃ communis. Ozas. decis. 97. nu. 4. & Bart. in l. 6. C. de tẽpo. in integ restitut. nu. 5.

Vsuræ dicũtur accessoriæ ipsius principalis debiti, ita quòd dilatio concessa super sorte, dicatur etiam concessa super usuris. idẽ Ozas. decis. 129. num. 11.

Impeditus propter iustum timorem ad comparendum in termino, ex integro ad dilationẽ est restituendus. Afflic. decis. 29.

De dilatione reintegranda pp iustũ metum, & legitimam causam, seu legitimum impedimentum, uide per Afflic. decis. 50.

Bellum

Bellum an sit iusta causa excusationis, ad impedimentum de non comparendo allegandũ, vide Afflic. ibid. nu. 4.

Impedimentum, quod superuenit in termino, facit totam reintegrare dilationem. Afflict. d. decis. 50. nu. pen.

Dilatio secunda si concedatur sine causę cognitione, omnia, quæ intra illam facta fuerunt, sunt nulla: fallit, si ius aduersarij non esset factum deterius, & omnia essent in statu suo integra. Capic. decis. 81. vide Bart. in l. 1. §. ait Prætor. ff. de iure deliberan. & consi. 97. vol. 1.

Impedimentum non attenditur, vbi comparere quis potest per Procuratorem. Capic. decis. 86. num. 21.

Reus discessurus, & absuturus, seu conueniendus ab aliquo creditore, an teneatur dimittere Procuratorem in causa ardua propter absentiam necessariam, vel possit petere in causa supersederi, durante absentia, vide Capic. decisio. 123.

Dilatio à quo, & an cum causæ cognitione, & parte citata, sit danda, vide Boer. deci. 294.

Dilationẽ ex officio an possit dare Iudex, parte non petente, vide ibi. Boer. d. decis. 294.

Iuramentum de impedimento, an sufficiat ad obtinendam nouã dilationem: & dilatio datur ad id solùm, in quo quis fuit impeditus. Boer. ibid. nu. 16. & 18.

Dilatio vt iustè concedatur, quæ requirantur, vide ibid. nu. 21. & de prorogatione, ibid.

Terminum competentem habenti à iure, alius terminus dandus non est. Aegid. Bellam. conclusio. 423.

Actori non datur dilatio, quia debuit ab initio venire instructus ad causam. Guliel. Cassad. decis. 1. tit. de dilatio.

Actori regulariter nõ datur dilatio, quia debet venire instructus, tamen quando reus, lite pẽdente, producit ius nouum, ipsi actori dilatio dãda est, Vera. deci. 15. par. 1. & deci. 260.

Dilationes denegantur illi, qui commisit causam generaliter super iudicio possessorio, quia actor dẽt venire instructus. idẽ, decis. 263. ibi.

Iudex vltra terminos iuris, põt exceptionẽ dilatoriã admittere. Capel. Thol. q. 198. ĩ additio.

Dilatio ad probandum vltra tertiã, an dari possit, vide Beninten. decis. 45.

Dilatio probationis est Iudici arbitraria. Franc. Marc. quæst. 36.

Dilatio secunda non est concedenda illi, qui nullam probationem fecit in prima. Benint. decis. 45. nu. 4. Sed an nouus Iudex nouam dilationem dare possit, vide ibid. num. 5.

Post lapsam primam dilationem ad probandũ, admittitur purgatio moræ, si quis velit incõtinenti post ipsam dilationem probare absq; alia petitione dilationis. Balb. decis. 356.

Omnis dilatio probatoria est peremptoria. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. tract. de dilatio. art. 10. gloss. 1. Ideò non potest prorogari, tamẽ si probare debenti emerserit inopinatè, & sine sua culpa, iustum aliquod impedimentum, tunc non solùm secunda, & tertia dilatio, sed etiam quarta potest dari. Andr. Gail. obser. 91. lib. 1. Et tale impedimentum potest probari. Gail. ibid.

Post secundam dilationem non potest aliqua probatio fieri, & per consequens tertia dilatio concedi non debet, imò si concessa fuerit, omnia, quæ illius virtute fierẽt, essent nulla. Rebuff. d. tract. de dilatio. art. 13.

Secunda dilatio nõ poterit prorogari (sine cã) ionita altera parte, cui ius iam quęsitum erat. Rebuff. ibid. nu. fin.

Lapsus termini præcludit viam cõtumaci, ideò si alicui datus est terminus ad probandum, si non probauerit in illo termino, nõ admittitur vlterius ad probandum, quod procedit, si Iudex interlocutus fuerit terminum fuisse lapsum, & per consequens illum non esse audiendum; aliàs secùs. Hippol. sing. 2[illegible]3.

Dilatio statutaria neque augeri, neq; minui potest, si pęna per dilationem introducta sit. Marc. quæst. 37.

Dilationes, quę de iure, hominis ministerio cessante, introductæ sunt, neque augeri, neque minui debẽt secùs in dilationibus à iure cõcessis hominis ministerio, quæ ex causa abbreuiari, & augeri possunt. Marc. d. q. 37. vide Bart. in l. 2. ff. de re iudic.

Dilatio à Iudice data, potest ab eo mutari abbreuiando, vel prorogando ex causa, nisi assignatus iam cępisset vti dilatione. Iaff. Lanf. Balb. decis. 233. & Bar. in authen. offeratur. C. de litis contestatio.

De dilationibus vide in decisio. Crescen. tit. de dilatio. Maran. in suo Spec. part 6. tit. de dilatio. Henric. Boer. in suis sing. tit. de dilatio. & Bar. in l. in pecuniariis. ff. de feriis.

Ad quartam dilationẽ impetrandam generale mandatum sufficit. Mysing. obser. 7. cent. 1.

Dilationis tempus propter impedimentum Iudicis, debet suppleri. idem, obser. 71. cent. 1.

Hæredi de iure communi datur noua dilatio, post quartam dilationem concessam defuncto. idem Mysing. ibid. obser. 73.

Sufficit comparere in extrema parte termini, & dies termini non computatur in illo. Raud. tract. de Analog. cap. 33. nu. 209. Guid. Pap. q. 270. Et est tota de termino cõparendi. Natt. consi. 338. num. 2.

Dilatio ad soluendum non conceditur illi, qui se paratum ait soluere. Menoch. de Arbitra.

Iudic.

Indic. lib. 2. cent. 1. cas. 27. vide tamen Ludo. Roma. sing. 465. Alias debitori tempus conceditur, ut debitum parare possit, quando sine dilatione promisit, sed quod tempus concedendum sit, Iudicis arbitrio relinquitur. Menoch. ibid. cas. 27.

Tempus solutionis quale condemnato concedatur, vide eundem ibid. cas. 28. & Ludo. Roma. sing. 465. Sed in hac Patria Pedemon. per nouos ordines derogatur iuri communi.

Dilationis prorogatio, & coarctatio, Iudici arbitraria est. Menoch. ibid. cas. 52.

Omnes dilationes sunt arbitrariæ, ideò Iudex poterit abbreuiare, vel prorogare tempus à lege præfixum, & hoc adhibita causæ cognitione, quod tamen non procedit in tempore ab ordinatione Principis statuto, vel à stylo. Rebuff. in cõstitutio. Reg. tract. de dilatio. art. vlti. nu. 7. & Bar. in l. 2. nu. 10. ff. de re iudic.

Dilatio prorogata non dicitur noua dilatio, & prorogatio dilationis sine causa etiam fieri potest. Natt. cons. 338. Et incipit currere à die finitæ primæ concessæ dilationis. vide Augu. Bero. quæst. 69. & Bart. in l. quandiu 68. ff. de acquir. hæred.

Sententia interlocutoria dicitur assignatio termini peremptorij, & ideò à Iudice poterit reuocari: & Iudex moderatur dilationes suas augendo, vel minuendo, etiam parte non citata. Natt. consi. 336. & 337.

Si petatur dilatio, quæ tempus instantiæ nõ excedat, tam actori, quàm reo conceditur, sed si excedat, non actori, sed reo tantùm: poterit tamen actor vti dilatione reo concessa. Bart. sing. 143.

Si Iudex elapso termino dilationis, dicat prorogamus dilationem ad tale tẽpus, valebit prorogatio. Ant. Corset. in suis singul. litera P. sing. prorogatio dilationis.

Si statuto caueatur, q̃ omnes in exercitu existẽtes habeant biennium ad soluendum suis creditoribus, tale statutum extenditur etiam ad eos, qui iam sperant conueniri. Marc. de Mant. sing. 586. vide sing. 587. ibid.

Actio noua quando cumulatur, debet dari nouæ dilationes, seu induciæ, nisi petens dilationẽ posset esse instructus ex deliberatione facta in prima actione. Bart. in l. edita 3. nume. 27. C. de edend.

Actor quando porrigit libellum in principio quadriennij, si tempus labatur ob disputationes, an sit danda dilatio ad probandum, quæ excedat totum tempus, vide Bart. in l. 6. C. de temp. in integ. restitut.

Conuentus, & omnis, qui conuenitur nomine alieno, habet dilationem ad denunciandum domino, vel ei, ad quem negotium principale spectat, vt possit vti eius defensionibus. Barto. in authen. qua in Prouincia. C. vbi de crimini. agi oport.

Quando parti datur dilatio 8. dierũ ad aliquid faciendũ, tunc si in vltima die ea hoc faciat, non est necessaria partis citatio. Bart. in l. 2. C. de tempo. appellat.

Condemnato ad speciem in actione reali, datur tempus officio Iudicis ad speciem, siue ad aliam rem tradendam: sed in actione personali, datur tempus à lege. Bar. in l. 14. §. quatenus. ff. de eo, quod met. cau. nu. 5.

Reus si tempore condemnationis condemnetur in aliquo vltra id, quod venit in prima sententia, debet habere nouam dilationem, quæ datur iudicatis. Bar. ibid. nu. 6.

Propter absentiã Aduocati, datur dilatio parti, si Aduocatus est reuersurus de proximo; aliàs secùs. Hartma. cap. 1. tit. de dilatio. lib. 2.

Actor dilatione data reo, an possit vti, ipso reo inuito, vide Bart. in l. si Iudex 42. ff. de mino. 25. ann. & in l. 10. §. hi, qui. ff. de bono. possess. contra tabul.

Dilatio datur propter absentiã Aduocati. Bart. in l. ait 23. §. deinde. ff. quibus ex causis maiores, sed vide eundẽ l. si longius 18. ff. de iudi. vbi tenet contrarium.

Debitor, qui habet terminum quatuor mẽsium, vel decem dierum, debet cauere de soluendo in termino, aliàs potest carcerari, nisi cedat bonis. Bart. in l. si debitori 21. ff. de iudi.

Dilatio si est data alicui, quòd veniat tali die, quanto tpe ille debeat expectari, vide Bar. in l. lecta 40. nu. 35. ff. si cert. pet.

Actor, qui in prima dilatione fecit quicquid potuit, vt citarentur duo testes, qui non venerunt, habebit secũdam dilationem, solùm ad illos producendum. Bart. in l. admonendi 31. ff. de iureiuran. nu. 8.

In dilationibus cõcedendis, cõsiderantur quatuor tempora, vnum, quod datur ad petendum, aliud ad moram committendam, aliud ad iudicium suscipiendum, & vltimum ad solutionem faciendam, de quibus vide p Bart. in l. 21. §. si fine. ff. de constitu. pecun.

Tutori comparenti, & petenti dilationem ad exhibendum pupillũ, non datur dilatio. Bar. in l. 1. §. sufficit. ff. de administ. & peric. tuto.

Impedito facto aduersarij, non currit tempus. Bar. in l. si cùm ipse 42. ff. de excus. tut. & cura.

Dilatione data decem dierum, si ille, cui data est dilatio, expedit prima die, Iudex potest procedere, quia finita causa dilationis, censetur finita dilatio. Bart. in l. si quis hæres 71. ff. de acquirend. hæredita. & in consil. 164. volum. 1.

Dilatio data ad aliquid faciendum, quod est nullum,

nullum, non impedit processum. Bar. in l. cùm pater 79. §. curatoris, de legat. 2.

Terminus assignatus à Iudice, in dubio intelligitur peremptorius, & max. quando apponitur comminatio, quod post terminum non audiatur. Bart. in l. mancipiorum 6. num. 6. ff. de optio. legat.

Iudex si dat minorē dilationem, quàm debeat, tenetur parti, quam lędit, & de iure Canonico ab eo appellat. Bar. in l. dies. §. Prætor. ff. de damn. infec. nu. 7.

Dilatio reintegratur propter casum repentinū. Bart. in l. 14. ff. de verb. oblig. nu. 3.

Certum tempus quando præfigitur à lege, vel statuto ad aliquid faciendum, debet intelligi, si intra illud tempus fieri potest. Abb. consi. 64. part. 2.

Dicenti se allegare velle dantur tres dilationes successiuè, quibus elapsis, Iudex debet proferre sententiam legi, & consuetudini cōformem. authen. Iubemus. C. de iudi.

Dilatio, quæ vim contractus perimit, nō potest concedi per rescriptum in forma communi impetratum; si autem non perimat, sed prorogat, sic. l. 7. C. de pact. int. empt. & vendit.

Ex causa potest Iudex dilationem prorogare. l. interdum 36. ff. de iudic.

Dilatio danda est ex iusta causa, & non aliter. l. argentarium 45. ff. eod.

Si omnes termini sint dati, nouus Iudex debet eos perficere, nec tenetur aliquid superaddere: sed si omnes non sint dati à prædecessore, ipse nouam dilationem dare debet. l. edictum 55. ff. de iudic.

Qui propter dolum tenetur restituere rē, non consequitur dilationem ad eam perquirendam; aliàs secùs. l. si constante 25. §. si vxor. ff. soluto matrimo.

Si quis petat sibi dari nouam dilationem eo, quod dicat ignorasse primā, quia illa nō fuit sibi personaliter data, seu intimata, sed ad domum tantùm, & ita iuret, sufficit tale iuramentum. l. 7. §. iisdem in additio. ff. de accus. & inscripr.

Petens dilationem post sententiam, nunquam est audiendus, nisi caueat de parendo sententiæ, tempore dilationis finitæ. §. & si in rem, Institut. de offic. Iudic.

Dilatio cōcessa principali, an porrigatur ad fideiussorem, vide Bart. in l. 2. C. de precib. Imperat. offeren. nu. 4.

De dilationibus, quæ dātur ad soluendum, uide per Bar. in l. 4. eod. & de materia dilationum in tot. cau. 3. q. 3.

De impedimento, & quomodo probetur, vide supra tit. de impedimento.

Dilatio data ad probandum, tota reintegratur, si impedimentum totam diligentiam absorbuit. Bar. in l. si ita stipulatus 14. ff. de ver. obli.

Tempus, quod indulgetur miserationis causa, si non taxatur à lege, est arbitrarium. Bar. in l. ita stipulatus 115. nu. 35. ff. eod.

Iudex, causa cognita, poterit dilationes abbreuiare. Barto. in §. omnem verò, Authen. de litigio. num. 17.

Licèt sit statutus terminus pro prima dilatione, non deuoluitur tñ ordo ad secūdā nisi dato impedimēto in prima. Bar. consi. 97. vol. 1.

De exceptionibus in genere.

Exceptio est actionis exclusio. Marc. de Mant. sing. 663.

In exceptionibus reus partib. actoris fungitur, & illas probare tenetur. Ozas. decis. 51. nu. 1. quod declaratur, num. 15. & decis. 144. l. 1. C. de probatio. vide Aegid. Bellam. conclus. 76. Actor tamen suam actionem probare tenetur, antequam reus suas exceptiones. Ozas. decis. 44. nu. 15. Nam reus exceptionem proponere intelligitur sub conditione, si actor suam intentionem probauerit. Ozas. ibid. nu. 16. Et per consequens excipiens non semper compellitur probare. gloss. in l. 3. C. de non numer. pecu. Licèt videatur fateri. Rot. Genu. decis. 3. nu. fin. & decis. 92. sed vide ibid. d. decis. 92.

Reus si assumpserit in se onus probandi exceptiones, & non probet, nō videtur renunciare iuri absolutionis, quę fieri solet, actore nō probante. Ozas. decis. 144. nu. 10. & Hiero. Mago. decis. 81. nu. 2. Rot. Floren.

Clausulæ, Citra onus, &c. Non astringendo, &c. Plus, & minus, &c. Saluo iure, &c. quid operētur, vide Ozas. d. decis. 144. nu. fin.

Negans sententiam rectè latam non propterea fatetur latam: & negans qualitatem facti, nō fatetur factum. idem Ozas. decis. 178. nu. 8.

Excipiens, vel replicans, non fatetur intentionem aduersarij, etiam si cum qualitate opposita fuerit exceptio, vel replicatio. Ozas. ibid. nu. 9. Iass. Lanf. Balb. decis. 243. & Mago. decis. 81. Rot. Flor.

Reus in exceptione est actor, & propositio actionis, & propositio exceptionis æquiparantur, tamen conclusio in propositione exceptionis, non est necessaria. Aegid. conclus. 735. Ideò excipienti contra eum, qui habet fundatam suam intentionē, incumbit onus probandi exceptionem. Mohed. deci. 299. Idem in eo, qui opponit exceptionem ad repellā. Crauc. consi. 1. pro genero, nu. 22.

Excipiens de solutione, non fatetur debitum; secus in opponente compēsationem. Mago. decis. 44. Rot. Floren. Barto. in l. Iulianus 60. nu. 9.

nu.9.ff.de condictio.indeb.

Exceptio peremptoria litis ingressum impedit, si incontinenti probetur, quod relinquitur arbitrio Iudicis, quo ad tépus illius probationis. Menoc.de Arbitr.lib.2.cas.19.

Exceptiones peremptorię si opponantur ad litis ingressum impediendum, debet excipiẽs illas producere vnà cum instrumento, vel statim probare per testes, aliàs lis contestatur. Natt.consi.152.Tom.1.& consi.153.

Exceptiones transactionis, iurisiurandi, & rei iudicatæ, impediunt litis ingressum.l.fratris tui 10.C.de transactio.

Regula est, omnem exceptionem dilatoriam esse opponendam ante litem contestatam; non post. Mathe.Mathes.singul.98.& ibid. in additio.Bar.in l.2.C.si contra ius. Et peremptorias post. Hartm.Hart.cap.1.ti.de excep.

Reg.limitatur primò, quãdo superuenisset exceptio post litem contest.idem Mathes.ibid.

Secundò, quando talis exceptio redderet processum retrò nullum. Mathes. ibid. vide eundem Hartma.d.c.1.

Si post terminum datum ad producendas exceptiones aliquid ad notitiam superuenerit, poterit post terminum produci.Bart. in l. 8.C.de iuris.& fact.ignor.nu.13.

Exceptiones peremptorię non opposiræ in causa principali, possunt opponi, & probari, in causa appellationis: & exceptio procuratoria, qua allegatur quem non esse Procuratorem, reddit iudicium nullum, & semper potest opponi.Bart. in l.ita demũ 13.C.de Procurato.& c.4 ext.de Procu. vide tamen eundem Bar.in l.vnica.C.de satisda. num.5.

Exceptio contra promissionem, quando fuit facta ob turpem causam, potest opponi post biennium.Bartol.in l.prima.C.de condict. ob turp. cau.

Exceptiones quo ordine proponãtur ante, vel post litem contestatam, & quando probẽtur; & vbi exceptio dilatoria solutionis fuit omissa, quomodo dẽat Iudex iudicare, vide Bart. in l.exceptionem 19.C.de probatio.

Quando Iudex in litis contestatione reseruat exceptiones, talis reseruatio intelligitur, tã de peremptoriis, quàm de dilatoriis.Bart. in d.l.19.Sed quid operetur talis reseruatio, vide Bart.in l. ille à quo 13. §. si testamento. ff. ad Senatuscons. Trebellia.

Exceptio peremptoria potest opponi vsque ad sententiam, sed si omittatur, nõ propter hoc sententia erit nulla, nisi rescindatur per appellationem, vel restitutionem. Bartol.in l. 2. C.senten.rescin.non poss. Sed post sententiam non potest opponi, vel post iusiurandũ. Bartol.in l.si duo patroni 13.§. si quis iurauerit. ff. de iureiurand. vide tamen eundem Bar.in l.9.§.vbi lo 2.ff.de offic.Proconſ.

Fallit in milite propter iuris ignorantiam. l. 1. C.de iur. & fact.ignoran. vide glo.ibid.

Si quis proponat plures exceptiones, quarum vna sufficeret, si alteram earum probauerit, sufficit ad obtinendum. cap. significauit 48. extra de appellatio.& Bartol.in l.diuus 33.ff. de re iudic.num.5.

Si opposuerim exceptionem ad impediendum processum, & super ea fuerint testes examinati, & succubuerim, vtrum post litem contestatam possim illam opponere in vim peremptoriæ, vide Bart.in l. 23.§.si quis. ff. de condictio.indebit.

Exceptio dilatoria ab initio litis opponitur, sed post litem contestatam venit probanda, fundata actoris intentione. l. exceptionẽ 19. C.de probatio.

Exceptio epistolæ diui Adriani est annomala, idest neque dilatoria, neque peremptoria: ideò debet opponi ante sententiam, & non post.gloss. in l. decima. C. de fideiussor.& mandato.

Exceptio resultans ex natura contractus; & actionis propositæ, censetur ipso iure probata, ex quo actor proponendo actionem, illam cum sua exceptione probare intelligatur. Ozasc.decis.51.num.19.

Exceptio proueniens ex natura contractus, (etiam iuramento in contractu interueniente) non excluditur. Ozasc.ibid.nu.20.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ozasc.decis.108.num. 8. Cassad.decisio. 2.nume.3.tit. de reseruatio. Beninten. decis. 78.nume.9.Afflic.decis.239.vide Anton.Corset.in suis singularibus litera E. singul. exceptio.Abb.consi.75.part.2. §. vt autem, Auth. de non alien. aut permutat. reb. Eccles. Sed quando conclusio procedat, vide Rot. Genu.decis. 20. nu. fin. Et quãdo exceptio fit de regula, vide Bartol. in l.14.ff.de legibus.

Exceptio à regula extenditur ad casum similẽ. Aluis.de Albert.singul.42.

Exceptio licèt firmet regulam in nõ exceptis, non tamen eam dilatat, vt faciat sub illa cõprehendi, quæ de sui natura non comprehenduntur.Bart.in l.generali 32.§.vxori.ff.de vsufruct.legat.

Exceptiones si opponi à decreto prohibeãtur, non tamen censentur illæ exclusæ, quæ substantiam rei respiciunt. Ozasc. decisio.129. nume. 8.

Agendi ius quibus competit, multo magis excipiendi, & retinendi competiturum erit. Ozasc.decisio.133.Crauet.consil. 148. & l. 3. C. de condict. indebit. Quod non procedit

in remediis possessoriis, præsertim recuperãdæ. Ozas.d.decis.133.nu.9.

Circuitus sunt euitandi, quoties inutiles sunt; aliàs secùs.ibid.Ozas.nu.fin.

Exceptio, quòd quid nõ sit tale pro vt asseritur, nunquam censetur exclusa. Ozas.decisio. 141.nume.14.

Debitor potest recuperare rem suã illegitimè alienatam, etiam si debitum non offerat, modò non opponatur, potest tamen ad debiti solutionem condemnari. Ozas.decis.160.nu. fin. Quia leges, quę volunt pretium esse offerendum, intelliguntur, parte opponente.ibi, nume.16.

An quis posit retinere res alienas pro credito tertij, vide Rot.Genu.decis.153.

Reus an posit opponere in eadem instãtia ius sibi de nouo superueniẽs, vide Hartma.cap. 1.tit.de reo lib.2.

Regulariter reus p̃t opponere plures exceptiones ẽt cõtrarias; nõ autẽ actor. Affli.deci.134. Boer.decis.23.nu.29. & decis.43. vide Franc. Marc.q.494.num.8. Put.decis.368.lib.1. Bart. in authen.contrà.C.de non numer.pecu.& in l.1.C.de furtis.

Reg.limitatur primò, quando conuenitur ex facto proprio, in quo non est tolerabilis ignorantia; tunc enim nõ potest opponere exceptiones contrarias. Boer.d.decis.43.nu.12.

Secundò, quando tales exceptiones essent in facto contrariæ, & incompatibiles. Boe.ibid. nume.11.

Tertio limitatur, quando ab initio reus cõfessus fuisset, & postea vellet contrarium probare: quia tunc illam confessionem non posset perimere; sed benè declarare, vel mutare. Boer.ibid.nu.13.

Contrarius sibi ipsi potest quis esse in diuersa instantia, & debet audiri. Iaff.Lanf.Balb.deci. 276. Imò exceptiones duæ contrarię possunt opponi in eodem iudicio, licèt grauent onere probandi. Barto. in l.cùm de indebito 25. ff.de probatio.

Opponenti sufficit opponere factum, vt resultet exceptio. Afflic.deci.354.nu.10.Iaff.Lanf. Balb.deci.398.vide Bar.in l.1.ff.de exceptio.

Exceptio dum opponitur, an illa competat, est ante omnia pronunciandum, nec debet ad merita reseruari. Gramma.decisio.65.nume. 84. Fallit, si est dubium, an competat. ibid. nume. 85.

Quando reus habet exceptionem, qua opposita sequeretur absolutio, si illam non opposuerit, Iudex in multis casibus nõ potest supplere; ideò hoc casu debet reum condemnare, sed quando hoc procedat, vide Guid. Pap.quæst.221.

Destituto exceptione, dẽt officio Iudicis subueniri, si æquum visum fuerit.idem Guid.q.292.

Exceptio æris alieni, & deductio, ne quis egeat, possunt opponi in executione. Boer.deci.19. nu.9.Capel.Thol.q.159.in additio.

An exceptio peremptoria posit opponi post sentẽtiam, vide distinctionem, de qua in additio.ad q.2.Capel.Thol.

De exceptionibus, quę possunt opponi post sententiam in executione, vide per Barto.in l.1. C.de iur & fact.igno.& in l.4.C. si ex falsis testibus iudi.fuer.

Exceptio transactionis non potest opponi post sentẽtiã. Bar.in l.vbi pactũ 40.n.4. C.de trãsa.

Exceptiones legitimæ parti competentes, non tolluntur per sententiam. Bart.in l.9.§. vbi lo 2.ff.de offic.Proconsul.

Exceptio, quæ non impugnat sententiam, post illam opponi potest. Bart. in l 39. nu.16.ff.de rei vendica, & in l.7.ff.de confessis.l.ex diuerso 18.§. fin.ff. solu. matrimonio. l.Nesennius 41.§.fin.ff.de re iudic, & l.si fideiussores 42.§. fin.ff.de fideiusso.

Exceptio peremptoria potest opponi post sententiam, vbi agitur de quæstione antiqua: idem, si non redarguat sententiam, sed suppleat.glo.in l.19.ff.de exceptio.rei iudic.

Actio potius datur, quàm exceptio, quando datur ad vindictam: quia tunc competit accusatio; & non exceptio. Boer.decis.117. Sed quomodo procedatur in delictis per viam exceptionis, vide Iul.Clar.in sua Pract. §.fin. q.15.

Exceptiones omnes reiectæ per statutum, non intelligunt̃ reiectæ illæ, quæ incõtinenti probari possunt. Ioseph.Ludo.deci 24.Luc.nu.4.

Actio si per statutũ post annũ perimatur, nõ ob id tollitur exceptio, nisi statutum loqueretur per verbum, dicere. Put.decis.174. lib.2.

Si contra instr̃m statutum nõ permittat opponi certas exceptiones, illud locum non habet, quo ad tertium, cum quo non fuit factum instrumentum. Gram.vot.16.

Exceptio dilatoria nouiter nata potest opponi post litem contestatam, nisi constaret de negligentia opponentis ante commissa. Iaff. Lanf.Balb. decis.40.

Si statutum dicat contra instrumentũ posse tantũ opponi exceptionẽ solutionis, vel falsitatis, aut aliã in eodẽ expressã, & nõ alterã, nihilominus poterũt nõnullę alię exceptiones opponi, de quibus in deci.173.eiusdem Iaffr.

Exceptio rei non traditæ admodũ priuilegiata est, vt nõ includat̃ sub statuto prohibẽte propositionẽ exceptionis, nisi in specie per tale statutũ sit prohibita. Hiero.Mago. decis.Luc. 11.de hac exceptione vide p̃ Ioseph. Ludo. decis.Luc.2.

Quamuis

Quamuis ſtatuto caueatur, vt nullæ exceptiones admittantur, attamen non cenſentur excluſæ ſequẽtes, nempe exceptio notoria, exceptio nullitatis, exceptio proueniẽs ex defectu citationis, vel perplecitatis, exceptio fundata ſuper confeſsione partis facta in iudicio, exceptio inepti libelli, & exceptio deſcendens ex defectu competentiæ Iudicis, de quibus omnibus vide per Myſing. obſer. 5.centu.6. & Bart.in l.1.§. & parui.ff.quod vi, aut clàm.

Clauſula, Omni exceptione remota, appoſita in ſtatuto, vel reſcripto, intelligit̃ de friuola. Menoch.de Arbitra.lib.2 caſ.197.

Exceptio legitima, & rationabilis, nunquam videtur excluſa, licèt dicatur, nullã exceptionẽ eſſe admittẽdã. Ant.Corſe.in ſuis ſingularib. ſing.exceptio.1.& ſing.exceptio.2.

Exceptio ſi aduerſus laudum, aut ſententiam ex ſtatuti forma id cauentis, opponi nõ poſſit, non tamen vetatur Iudicis officium imploratio, vel ad Superiorem reclamatio, vide Hippol.ſing.88.

Licet de iure tertij excipere, quando exceptio eſt excluſiua iuris agentis Ioſeph.Ludo.deci. Luc.69.nume.25.Ipſo iure. Gome.Leo.deciſ. 16.in deciſio. diuerſo. Tom. 2. vide Crauet. conſi.312. Guid. Pap. ſing.622. Barto.in l.28. C.de rei vendicatio.& in l.15.§. ſed.ff.de con dictio. indeb.

Tertij ius opponi poteſt, quando vnus totum petit, & alteri ſuperſit ſimile ius obtinendi. Craue.conſi.144.nu.fin.

Oppoſitio de iure tertij, quibus in caſibus admittatur, vide Perilluſt.D.P.Teſſa.deciſ.4.

Exceptio, Tua non intereſt, eſt dilatoria: ideò debet opponi ante litem conteſtatam. Fran. Marc.q 905 part.2.

Tertius ſi eſt actor, & vult opponere de iure tertij, debet tale ius plenè probare. Vera.deciſ.256.part.3.nu.5.vide ibid.deciſ.257.

Exceptio, Dolo facis. poteſt opponi in quacunque inſtantia. Mohed.deciſ.201.

Iudex ſi ex interuallo, propoſita exceptione, proceſſerit ad vlteriora, videt̃ de exceptione emergẽte cognouiſſe, & exceptioni propoſitæ renunciaſſe. Put. deciſ.388. lib.3.vide DD.de Rot.deciſ.13. aliàs 565. de exceptio. in antiq.& Bar.in l.4.nu.4.C.de dilatio.

Exceptio ceſsionis litis, & cauſæ, dicitur exceptio litis finitæ; ſicut exceptio rei iudicatæ. Vera.deciſ.320.part.1.

Excipiens generaliter, non videtur renunciare rei iudicatæ, niſi patiatur iura produci, & cauſam inſtrui. idem, deciſ.323.part.1.

Reus tenetur declarare exceptionem obſcurã, ſi hoc petatur ante litem cõteſtatã, ſed quid, ſi petatur hæc declaratio poſt, vide Vincen. de Fran.deciſ.263.part.2.

Omnes exceptiones, quæ competunt venditoribus, competũt etiã eorũ ſingularib. ſucceſſoribus habẽtibus cauſam ab eis: quia ius excipiendi tranſit in ſingularẽ ſucceſſorẽ. Crau. conſ.148.Cabal.milleloq.482. idẽ Craue.pro genero, conſi.1.nu.399. & 400 vide Bart.in l. etiam ſi 15.§. item.ff.de petit.hęredit. & in l. ſed & ſi 27.§.item ſi res, eod.l.dolia 76.§. fi.ff. de contrahen. emptio.& l. idem 16.§.qui igitur.ff.pro ſocio.

Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptatoris. Craue.conſ. 299.

Exceptio, quæ etiam incipit competere venditori poſt contractum, tranſit ad emptorem. l.illicitè 10,ff.de rebus eorum.

Exceptio competens cõtra auctorem, vel pro, tranſit in ſingularem ſucceſſorem, non contrà: & eodem modo exceptio competens ſingulari ſucceſſori, non tranſit ad auctorem, re ad ipſum reuerſa.l. ſi à te 9. §. fin. & l. ſi mater 11. §. item Iulianus. ff. de exceptio. rei iudic.

Quando exceptionem requirentem altiorem indaginẽ Iudex reicere poſsit, vide Menoc. de Arbitr.q 53.Sed exceptio, vel replicatio, quando dicatur requirere altiorem indaginem, vide Put.deciſ 233.lib.3. & Iaſ.de actio. in §.præterea, nu 58.

Exceptio altiorem indaginem requirens, non admittitur, ſed debet reſeruari in alio iudicio, niſi excipiens probare incontinenti ſit paratus: tamen talis reſeruatio exceptionis, quam facit Iudex eſt tantæ importantiæ, ꝙ ſi appareat poſtea dictã exceptionem eſſe veram, & iuridicam, & quòd verè obſtabat, tũc proceſſus redditur retrò nullus, & quicquid poſtea factum eſt habetur pro nõ facto. Hippol.ſing.365.

Reus conuentus multas poteſt habere exceptiones, quæ aut ſunt dilatoriæ, aut peremptoriæ, de quibus vide per Maran.in ſuo Spe. part.6.tit.de exceptio.

Quæ ſint exceptiones, quæ debent opponi ante litem conteſtatam; vide ibid. & Menoch. de Arbitra.lib.2.caſ.240.

Aduocatus opponens exceptionem dilatoriã poſt litem conteſtatam, quam ante opponere debebat, ad vnam libram auri punitur, ſecundum Maran.ibid.nume.11. vide l.penu. C.de exceptio.

De exceptione litis pendentiæ vide ꝑ Maran. diſputatio.6.

Non opponens exceptionem ſibi competentem, condemnabitur. Rebuff. in conſtitutio. Reg.Tom.2.tracta.de mer at minut.venden.

glo.vltim.nu.13.Mathe.Mathes.sing.12. Quia exceptio non elidit actionem, nisi opponatur.Guid.Pap.sing.884.

De materia exceptionũ vide per Henric.Boer. in suis singul.tit.exceptio, & replicatio.

Reus opponens ineptam exceptionem, debet succumbere.Guid.Pap.sing.737.

Actiones annales ad agendum, sunt perpetuæ ad excipiendum.Guliel.de Ludo, sing. 82. & Bartol.in l.nam postea. §.si minor.ff.de iureiurand.num.5.

Reus potest opponere de titulo, etiam post litem contestatam: & exceptio tituli, est peremptoria. Bar.in l.11. C.de petit.hæred.

Iuramentum debet exigi contra excipientes, quòd exceptiones malitiosè non opponerint, vbi est præsumptio cõtra ipsos. c. cũ dilectus 32.ext. de electio.

Quę sunt illæ exceptiones, quæ tollunt actionẽ ipso iure, postquã fuerint oppositæ, vide Bar. in authen.si constat.C.de compensat.

Reus, qui habuit terminum ad deliberandum, debet intra illũ proponere omnes suas exceptiones.Bar.in l.1.ff.de eden.

Exceptio, quæ est inutilis in persona principalis, quando sit inutilis in persona defensoris, vide Bar.in l.& hęredi 22.§.nos aũt.ff.de pac.

Exceptiones pacti de non petẽdo, doli, & metus, non repellunt agentem, etiam si de his constet Iudici, nisi illis oppositis. Bart.in l. si vnus 28.§.pactus ne peteret, nu. 18.ff.de pac.

Appellatione actionis, venit exceptio facti, vel intentionis.Bar.in l. 1.§. idem Pomponius. ff. de dol.mal.

Exceptio superueniens post litis contestationẽ culpa rei, iudicio pendente, non potest per eum opponi.Bar.in l.18.ff.de rei vendi. nu.4.

Actiones quando sunt sublatæ culpa, vel facto eius, qui cedere debet, tunc exceptio cedẽdarum actionum, obstat. Bart. in l. si pupillus 46.ff.de administ.& peric.tuto.vel cura.

Possidens sine vitio rem in testamento minus solemni relictam, tutus est exceptione; sed ad illam non habet actionem.Bar.in l. nemo 58.nu.18.de legat.1.

Exceptio siuę fiat incontinenti, siuę ex interuallo, dummodo ante contractum perfectum, inest.Bar.in l.ab omnibus 107.eo. tit.

Exceptio, ne quis conueniatur, nisi inquantum facere põt, est dilatoria.Bar.in l.5.ff.de separ.

Verba enunciatiua in modum causæ prolata, exceptionem inducunt.Bar.in l.17.§. auus.ff. de dol.mal.excep.l.emptorem 65.§.fin.ff.de rei vendic.Idem, si per modum conditionis. l.pen.ff.de collat.dot.

Exceptio acquirit alteri sine cessione. Bar.in l. stipulatio ista 38.§.si stipuler.ff.de verb.obl.

Exceptio quando debeat opponi, & quãdo nõ, & satis sit, quòd in allegationibus deducatur per Aduocatum, vide Bart. in l.cùm quis 55. §.qui ita.ff.de verb.oblig.

Debitor in die conuentus ante diem, si non opponat, an sibi præiudicet, vide Bar.ibid.

Qui petit quod restiturus est ex interuallo, exceptione, Dolo facis, non repellitur.l.fi.ff. vt legat.vel fideic.cau.cauẽ.

Dilatorię exceptiones per rescriptum cõcedũtur; perẽptorię non.l.2.C.de preci.Imp.offer.

Reus offerendo promissa (etiam post terminũ) in transactione, sibi parat exceptionem cõtra actorem volentem agere pristina actione.l.si maior la 2.36.C. de transactio.

Impedimentum superueniens facto Magistratus, dat exceptionẽ reo in cautione de iudicio sisti; secùs erit, si sit impedimẽtum facto priuati contingens. l.2.§. fi. ff. si quis cautio.

Licèt stipulatio pęnalis, quę tãtùm fuit pro parte impleta, insolidum committatur, tamen de æquitate pro parte, pro qua fuit impleta, datur exceptio.l.si seruus 9. §.si plurium. ff. si quis cautio.

Si creditor reddat debitori instrumentum crediti; datur ipsi debitori exceptio taciti pacti; secùs ĩ redditione pignoris.l.2.& 3.ff. de pac.

Qui excludit seipsum proponendo, non est necesse, quòd excludatur excipiendo, quia ex suo officio Iudex illum excludere debet. l. mercalem 5.C.de condict.ob turp.cau.

Ex pacto đ liberãdo, impleta cõditione, nõ cõpetit actio; sed exceptio.l.si ĩtra 42.ff.de pac.

Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri.l.si pactus 53.ff.de pact.

Exceptio potest opponi, & pęna peti, si apposita sit in transactione clausula, Rato manente pacto.l.pen.ff.de transact.

Exceptio Velleiani competens mulieri, competit etiã suo fideiussori, & mandatori.l. mulierem 14.& 15.C.ad Velleian.

Exceptio competens reo, cõpetit cuilibet intercedẽti ꝓ eo.l.tã 12.C.de nõ nu.pe.& ib.gl.

Exceptio quandoq; plus operaĩ, quã actio.glo. in l.3.§.pupillus.ff.de nego.gest.

Exceptio paupertatis est exceptio facti, & non iuris.l.6.& ibi.gl.ff.de dol. mal.

Ex cõpromisso placet exceptionem non nasci, sed pęnę petitionem.l.2.ff.de recep.Arbi.sed limita, vt ibid.per glo.

Exceptio superueniens post litẽ contestatã, nihil operatur; secùs si ante oriatur. l. si alienis 37.ff.de noxal.actio.

Exceptio pscriptionis põt opponi in iudicio; sed ꝓbanda venit, fundata intẽtione actoris. l.emptor 9.C.de præscrip.long.tẽp.Sed an d. exceptio ĩpediat litis ingressũ, vide Bar.ibi.

quo

quo ad concedendam exceptionem, inspicitur animus dantis; secùs in danda actione. l.si ego 18.ff.si cert.pet.

Si mihi aliquid debeas, & res tua sine vitio ad me perueniat, propter debitum retentionẽ habeo, per viam exceptionis. glo.in §.si centum.l si non 26.ff.de condict.indeb.

Qui habet solã exceptionẽ (idest retentionẽ) soluẽs nõ repetit.l.ex qb.51.ff.de cõd.indebi.

Qui conuenitur ex contractu, non potest referre per exceptionem quæstionẽ dominij, sed sine contradictione debet restituere, quod procedit in oĩbus cõtractibus, in quibus detẽtor possidet dño, vt in cõmodato, locato, & precario.l.pen. C. vnde vi, & l. commodare 15.ff.commodati.

Vendicans rem repellitur exceptione, nisi soluat possessori, quod ipse alteri pro illa re soluit, si istud est conuersum in vtilitatem agentis.l.si creditor 28.ff.de pigno.act.

Exceptio, quæ competit actori, non transit ad successorem, si in eius personã causa cedendæ actionis deficiat; alias secùs.l. quæsitũ 31. §.si annua.ff.de pecul.

Omissio exceptionis inhonestæ, non impedit actionem mandati, & qui alium ex necessitate defendit, exceptionibus ex eius psona vti potest.l.ideoq; 10.§.generaliter. ff.mãdati.

Iudex omnes exceptiones inanes debet amouere, & venire ad rem, de qua agitur.l.ita nobis 28.C.ad leg.Iul.de adult.

Exceptio opposita à tertia persona (cuius interest) obstat, & venit examinãda in iudicio, & impedit processum.l. Titia 35.ff.solu.matr.

Illi, qui petit illud, quod restituturus est alteri, quàm ei, à quo petitur, non potest obiici q dolo faciat.l.si socer 45.§. huius.ff.soluto matrimonio, & ibid.Bart.

Possessor, qui litis æstimationẽ soluit, excipit cõtra dñm vẽdicantem, nisi ille ei debitũ offerat.l.2.ff quib.mod.pigno.vel hypot.solu.

Exceptio indeterminatè facta, porrigit ad cõmunem casum; sed facta determinatè, non porrigitur vltra casum expressum.l.qui libertatis 69.ff.de euictio.

Re vẽdita, & postea tradita iussu emptoris mariti vxori, licèt donatio ĩter eos nõ teneat, tñ vẽditor liberatur, & habet exceptionem.l.si cũ 27.ff.de donatio.int.vir.& vxo.

Debitor delegatus, potest opponere exceptionẽ delegationis inualidæ.l.vir vxor 40. eo.ti.

Exceptio merè personalis non obstat illi, cui fuit facta delegatio ex causa lucratiua, vel onerosa, licèt obstaret delegãti.l. Nesennius 41. ff.de re iudic.

Delegatus sciens sibi exceptionẽ competere, illam vr remittere, sed ignorans non potest excipere cõtra eum, cui est facta delegatio, sed contra delegantẽ sibi succurritur.l.si quis 12.ff.de nouatio.& delegat.

Hæres petendo contra voluntatem defuncti, exceptione doli repellitur.l. auunculo 28. ff. de mort.caus.donat.

Si res, in qua, vel pro qua ius habeo, peruenerit ad me sub spe restituendi, possum per retentionem conseruare ius meum. l. si seruus 73. de legat.1.

Exceptionem iure personali competentem domino, opponit Procurator, & defensor.l.si cũ 23.ff.de re iudic.

Non paratur defensio ei, qui contra iuris dispositionem molitur.l. 1. §. denique. ff. quod vi, aut clàm.

Illud, quod facit actorem succumbere in petitione, facit succumbere reũ in exceptione.l. 3.§.si quis duobus.ff.de adimen.legat.

Transactione rescissa, ex qua inducebatur exceptio, tollitur exceptionis effectus; per transactionem inductus.l. pupilli 96.§. si cum pupilla.ff.de solutio.& liberat.

Defensor ex necessitate potest opponere exceptionem ex sua persona. l. Procurator 8.§. si Procurator.ff rem rat.habe.

Omnes exceptiones debent esse de regula.l.1. ff.de reg.iur.

Non videtur cępisse, qui per exceptionẽ ręmouetur à petitione.reg.non videtur.

Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia exceptione vti (idest defensione) nisi lex impediat.reg.nemo ex his.

Definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem legitimã, nec ab æquitate naturali abhorrentem.l.Marcellus 67.ff.de reg.iur.

Nihil interest ipso iure qs actionẽ nõ hẽat, vel per exceptionẽ illa infirmetr.l.nihil 113 ff.eo.

Non potest videri accepisse qui stipulatus, potest exceptione remoueri.l. si quis 116.eod.

Fauorabiliores rei potius, quàm actores habentur.l.fauorabiliores 168.eod.

Quod ipsis, qui contraxerunt obstat, & successoribus eorum obstabit.l.quod 186 de reg.iur.

Facilius datur exceptio, vel retentio, q̃ actio.§. ex diuerso, Institut.de rer.diuisio.

Stipulatio annua quoad quis viuet, pura, & perpetua est, sed post mortem stipulatoris, obstat exceptio hæredi.§. at si ita stipulatus, Institut.de verbo.oblig.

Replicatio tollit exceptionẽ, & etiã alia ptinẽtia ad exceptiones.vide Institut. tit.de repli.

Si possessor rẽ eius esse, de quo actor affirmat, neget, & post pbationẽ actoris confiteaẽ ad exceptionem decurrens, prius rei possessione priuatur, quàm de iure suo audiatur. §.illud quoque, Authen.de trien.& semisse.

Exceptio an sit fauorabilis, vel odiosa, inspicitur cuius causa sit principaliter inducta. Bar. in l.qui exceptionem 40 ff. de cōdict. indeb. & ibi describuntur exempla.

Exceptio litis pendētiæ, dicitur inducta ad rigorem iuris conseruandum.Bar.ibid.

Exceptio facti, & intentionis, perimit obligationem ciuilem, & naturalem; sed quæ sint aliæ exceptiones, quæ tollant actionem, vide per Bar.in l.Iulianus 60.num.9.& 13.eod.

Exceptiones inhonestæ, quæ dicātur, vide Bar. in l.8.§.generaliter.ff.mandati.

Retentionis ius durat, etiam si principale debitum sit sublatum.Bar.in l.1.§. cùm prædium. ff.de pignorib.

Exceptio superueniens, pendente iudicio, prodest reo.Bar.in l.si mulier 20.ff.solut. matr.

Replicatio turpitudinis, quando tollat exceptionem turpitudinis, vide Bar.in l.cùm mulier 49.ff.eod.

De errore calculi, & aliis erroribus.

Errore calculi commisso, cōputa reuideri debent.Franc. Marc.q.441.

Error calculi potest opponi, etiam postquam partes, facto calculo, inter se pepigerant, seque mutuis stipulationibus liberauerant: nam etiā sæpius computatæ rationes, comperto errore, retractari possunt, nec veritati potest obstare iuramentum.Rot.Auenio.decis.124.nume.9. & sequentib.

Calculatio rationis, & eius redditio, licèt ratione erroris retractari possit, tamen secùs est, quando vltra calculationē interuenerit pactum, vel transactio de stando pacto. Rolan. consi.49.Quod declara, & limita, quando tale pactum fuisset iniquum, & dolo extortum. vide ibid.nu. 65. Aliàs calculatio cum pacto subsequuto, habet executionem, non obstante erroris allegatione. August.Bero.q. 105.

Exceptio erroris calculi, potest opponi post calculum vsque ad sententiam.Natt.consi. 489. num.3. Sed quando post, & an possit opponi inter mercatores, vide Maran.in suo Spec. lib 6.tit. de exceptio.nume.68. Quando autem executionem impediat, vide Papon.lib. 15.tit.8.arrest.3.& Rot. Auenio.decis. 124. in decisio. diuerso.

Licèt inter plures mercatores sit solidata, & summata ratio, tamen adhuc potest debitor, vel creditor petere, vt iterum fiat computatio, et error discutiatur.Natt.consil.489.vide Rol.consil.49.vol.1.

Cōputatio simplex erronea nō nocet, nec hēt vim snīæ erroneæ.Bar.ī l.2.C.de iu.Fisci.li.10.

Error in computatione, est iusta causa erroris. Bar.in l.7.ff.de confessis.

Error calculi snīam non vitiat.l.2.C. de re iudi.

Calculi erroris retractatio, potest peti etiā post longum tempus.l.calculi 9.ff.de adminis. rer. ad Ciuit. pertin. Imò vsque ad 30. anno. sed non vltra.Bar.in l.2.& ibid.glo.C.de iur.Fisci. libr.10.

Computatio facta à Tabulariis, seu à calculatoribus, vim sententiæ non habet quo ad condemnationem, & absolutionem, nisi per Iudicem confirmetur.d.l.2.C.de iur. Fisci.

Error nominis proprij, vel cognominis non vitiat, quādo constat de corpore per duas demonstrationes, licèt sit vna demonstratio falsa.Franc.Marc.q.546.vide DD.de Rot.decis. 16.aliàs 133.de rescrip.in nouis, Rot. Genu. decisio.101. nume. 5. l. si nomine 4. C.de testam.& §.si quidem, Institut.de legat.

Error adiectus in testamento, per quot testes probetur, vide Guid.Pap.q.504.

Error ī nomine, & qualitate hæredis, an noceat, & præiudicet institutioni, & quid, si error cō sistat in corpore, vide Franc.Mant.de coniect.vltima.volunt.lib. 4.tit.6.

Error in nomine appellatiuo non vitiat actum, seu dispositionem, dummodo de corpore constet.Hippol.sing.144.vide Ant.Trig. sing. 78.Tamen error in proprio nomine loquentis, vitiat.Bar.in l fin.C.de hæred.institut.

Error nominis ꝓprij in snīa, corrigi potest per Iudicem.Franc.Marc.q. 546.

Error scribentis, non vitiat testamentum. Bart. in l.errore 7.C.de testamen.

Relictum filio vt filio, si nō est filius, non valet. Bar.in l.5.C.de testamen.

Testatorem errasse in corpore probatur, ex dictis per ipsum ante testamentum: & error in nomine proprio non vitiat actus inter viuos, neque hæredis institutionem. Bar. in l. si quis 4.de legat.1.nu.3.& 5.vide l.8. ff.de bon. posse.secun. tabul. Secùs si erretur in corpore.l.quoties 9.ff.de hæred.institu.

Error in nomine appellatiuo vitiat, quando inter expressum, & verum, est multa difformitas.Bar.in l.quæsitum 93 §.si mihi, de lega. 1.

Error scribentis veritati non nocet; ideò si apparet de voluntate testatoris, licèt per errorem scribētis illa scripta non fuerit, habetur pro scripta.l.errore 7.C.de testamen.

Error testatoris, vel hæredis ius non facit, sed qdē Vniuersitatis, vel Principis.l. ornamētorum 39.& ibid.gl.ff.de aur. & argen. lega. vide §. sed cùm aliquis, Institut.de ordinand. testamen.

Gesta ratione cōis erroris tenent: fallit in his, quæ dependent ab Ordine, & in Sacramētis, quia

quia tunc potius attenditur veritas, & quàm communis error. Marc.quæst.996. vide Bart. in l.Barbarius.ff.de offi.Prçto.& l.1.C.de testa.

Error Aduocati factus in pñsentia partis in præparatoriis, parti præiudicat, nisi per diem re nocetur; in decisoriis verò, nisi intra triduū. Marc. q.59. part.2. Aliàs error Aduocati potest reuocari vsque ad sententiam. Bar.in l.1. C. de errore Aduoc. vbi de materia per tot.

Confessio erronea potest reuocari, quandocūque ante sententiam; non autem post.l error 7. C.de iur. & fact. igno. Nisi per restitutionē in integrū. Bart.in l cùm 7.ff.de cōfessis, nu.7.

Confessio erronea licèt geminata per ratificationem subsequutam, potest nihilominus tāquam erronea reuocari, etiam si esset iurata, & iudicialis. Gram.vot.10 nu.33. & vot.16. nu. 6. Sed an confessio facta post terminum datum ad deliberādum, possit reuocari prætextu erroris, vide ibid.d.vot.16.num.8. & seqq. vbi concluditur pro affirmatiua.

Confessio tacita ex verbis libelli insurgens, potest reuocari, & mutari maximè ante litem contestatam. Iass. Lanf.Balb.decis.78.

Hæres potest reuocare confessionem defuncti erroneam, probando contrarium, sed quando, vide Afflic.decis.233.

Confessionem erroneam, an possit quis statim reuocare sine aliqua erroris probatione, vide Boer.decis.89.num.4. Ioseph.Ludo.decis. Perus.68.& Fran.Marc.q.59.par.2. Etiam si sit facta in iudicio, vide eundē Marc.q.703.par. 1. Pro affirmatiua, scribit Io.de Arnono, sing.1.

An, & quando confessio erronea possit reuocari, vide Aegid.Bellam.conclus.692. & 693. & Bar.in l.2.ff.de confessis.

Veritas omnibus præualet, omnia vincit, & in æternū viuit, eamq; sequi debemus, nec mutatur ex gestorum erroribus, & est attendenda, non obstante quacunque confessione in contrarium facta, etiam quòd dicta confessio esset scienter facta contra veritatem. Ioseph.Ludo.decis.44.Luc.nu.49.& seqq.

Positionibus respondens contra veritatem, potest confessionem reuocare, etiam in cōfessione facta super facto proprio. ibid. Ioseph. num.55.& 56.

Reuocatio confessionis, quæ videtur facta in libello secūdæ instantiæ, an valeat, vide Aegi. Bellam.conclus.284 & conclus.296.

Aduersus confessionem propriam admittitur probàtio veritatis in contrarium, quæ reperta, est attendenda. Hiero. Mago. decis.2.nu. 26. Rot.Floren.

Error confessionis probatur, probando rē aliter se habere, quam continet confessio. Cra. cōs.157.n.8.& Bar.in l.4.ff.de iur.& fact.igno. & in l. 11. §. qui.ff. de interrog. actio.

Rustici confessio illi non nocet, si is errorē allege.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.194.

Confessio facta in instrumēto per errorē, reuocari potest, sed quid, si fuerit per partē acceptata, vide Rebuff. in constitutio. Reg.tract. de litter. oblig.art.3.glo.1.nu.61.

Confessio potest reuocari prętextu erroris, dūmodo expensę litis actualiter prius reficiantur parti aduersæ, quod procedit ante partis acceptationem. vide Hippol.sing.453. Marc. q.59.nu.3.part.2.& Vera.decis.148.part.1.

Confessio continens errorem iuris expressum, non valet: & error Aduocati nō nocet parti. Bar.in l.ornamētorū 39.ff.de aur.& arg.lega.

Testis tortus, & in quæstione confessus, an, si dicat errasse, possit ante sententiam reuocare confessionem suam, vide Bart.in suo tracta. de quæstio.fol.185.

Confessio totius per errorem facta, non præiudicat, nisi in parte recepta. l. si inter 6. C. de solutio.& liberat.

Errores omnes purgari possunt in causa appellationis, qui causas causarum concernunt. Capic.decis.35.nu.5.

An sententia prætextu erroris corrigi possit, vide l.24.ff.de recept. Arbit.

Error potius, quàm donatio pręsumitur. Gram. decisio.68.

Petens in iudicio certam quantitatem, non tamen ex hoc videtur confiteri se in maiore quantitate nō esse creditorē, siue sciēter, siue ignoranter petierit. Gram.d.decis.68.num.3.

Error nedum vitiat constitutum, & obligationem; sed etiam ratificationem. Gram.decis. 103.num.169.

In facto proprio non præsumitur error. Aegid. Bellam.cōclus.693. Nisi probetur, quod procedit in maioribus. Craue.consi.217.num.11. Tamen error facti non nocet masculis maioribus tractantibus de damno vitando (etiā q̄ sit error in facto proprio) vbi error esset probabilis. Craue.cōsi.188 nu.10.l. sed & si.ff. de cōdict.indeb. Pet.de Rauen.sing.511. Imò error præsumitur, vbicunque tractat quis de damno vitando, & alter de lucro captando, probando rem se aliter habere. Barto.in d.l. 22.de condict.indeb.

Error facti dicitur esse iustus, quod intellige in facto alieno, secùs autem in facto proprio, in quo ignorātia nō est tolerabilis. Ias.de actio. in §.si quis agens, nu.5. Sed quod dicitur in facto alieno esse tolerabilem ignorantiam, limitatur per eundem Ias.ibid. num.5. & seqq. & contrà, quòd in facto proprio non sit tolerabilis, etiam limitatur in casibus, de quibus ibid. num.9.

Error

Error iustus, qs sit, quis iustissimus, & quis iniustus, & in facto proprio error, quãdo dicatur iniustus, vide Barto. in l. Celsus 27. nume. 4. & 7. ff. de vsucapio.

Quandoque error in re propria toleratur, & vitiat, etiam si sit error in qualitate. §. 1. Institu. qui testamen. tuto. dar. poss.

Ad euitandum damnum, toleratur ignorantia, & reuocatur promissio erroneè facta. Dec. consi. 402. nu. 7. vol. 2.

Error in diuisione nocere non debet: & error statim probatur eo, quòd demonstratur rem aliter se habere. Ios. Ludo. decis. Luc. 26. num. 28. & 29. l. si post 4. C. de iur. & fact. ign. & Bar. consi. 85. nu. fin. vol. 1.

Errorem alleganti incumbit onus probandi. Aegid. Bellam. conclus. 692. & Crauet. consi. 255. nu. 5. Qui probatus ante sententiam, nõ nocet. c. fin. ex. de confessis.

Iustus error habetur pro titulo. Aegi. cõclu. 704.

Supplicatio super errore sententiæ, semel tantùm admittitur. Cabal. milleloq. 749.

Error Arbitrorum à partibus approbatus, amplius corrigi non potest. Hiero. Mago. decis. 59. Luc. num. 19.

Errore agnoscens aliquem hæredem eius, cuius hæreditas pertinebat ad errantem, probato errore, illam petere potest. Alex. Raud. tract. de Analog c. 37. nu. 103.

Error probatur ex eo, quod credidit quis assertioni alterius; ideò deceptis ab aliorum assertione, subueniri debet. Crau. consi. 157. nu. 15.

Quicquid fit per errorem perinde est, ac si factum nõ esset. Craue. consi. 1. pro genero, nu. 229. vbi describuntur multa exempla.

Illud, quòd dicitur errorem impedire consensum, intelligitur, quãdo error cadit in his, quę sunt fundamenti, & sic causæ proximæ; secùs quando error cadit in his, quæ veniunt in cõsequentiã præhabiti fundamẽti. Ias. de actio. in §. item si quis in fraudem, nu. 55.

Etiam clausula, Ex certa scientia, non impedit probationem erroris. D. Sol. in cõstitu. antiq. Sabandiæ glo. 4. super decreto, Rempub. par. 2. tit. de iure emphyteo. num. 4. Rol. consi. 49. num. 62. & seqq. vol. 1. vide tamen Iass. Lanf. Balb. decis. 348.

Errore probato, non obstat iuramentum. idem D. Sol. super 1. part. decreti, quitationem glo. 5. nu. 22. tit. de minor. vide tamen Bar. in l. ex hac 16. nu. 12. ff. de donatio. Et dictum procedit, non obstante renunciatione cõdictionis indebiti. idẽ D. Sol. ibid. & Rol. consi. 49. vol. 1.

De errore iuris vidẽ supra titu. de iuris, & facti ignor.

De erroribus, & quando error possit reuocari, vide plenè per Bart. in l. 8. C. de iuris, & fact. ignor. in addit. & in Rub. C. de errore calculi.

Quando agitur vnum, & aliud per errorem scribitur, præualet quod agitur. Barto. in l. 1. C. plus valere.

In instrumentis error præsumitur, nisi probetur scientia: ideò hodie Notarij ponunt in instrumentis, quòd talis sciens se ad infrascripta teneri, ex certa scientia, se obligauit. Bar. in l. 4. §. item quæritur. ff. si quis cautionibus, vide eundem Bart. in l. si dari 25. ff. de verb. oblig. Sed quid operetur hęc clausula, Ex certa sciẽtia in instrumentis, vide Iass. Lanf. Balb. decis. 348. Vbi scribit operari scientię pſumptionẽ.

Error causæ licèt nõ impediat pactum quin valeat, tamen ope exceptionis eliditur. Bart. in l. si cùm te 52. ff. de pact.

Error in materia pignoris, non impedit constitutionem, sed quando error in nomine vitiet contractum, vide Bar. in l. 1. ff. de pig. act.

Error, in quem quis deducitur assertione partis, potest corrigi post diffinitiuam sententiã. Bar. in l. 2. ff. quando actio de pecu. sit ann.

Promittens per errorem credens se teneri, habet exceptionem; secùs si scienter promittat. Bar. in l. post dotẽ 41. nu. 7. ff. solu. matrim.

Qualiter probetur error simpliciter, vide eundem in l. quoties 9. §. sed si. ff. de hæred. instit. & consi. 90. nu. 9. vol. 1.

Destinatum fieri quando nõ fit, intelligitur per errorem omissum: error tamen probatur, qñ in tractatu de faciendo actum aliquid exprimitur, & postea aliud reperitur factum. Bart. in d. l. 9. §. tantundem. ff. de hæred. instituen.

Quando iuris error, vel facti noceat, & quando nõ, vide Bar. in l. Clodius 96. ff. de acqui. hęre.

Error in nomine proprio fundi, probatur ex finibus: & confinia, qualitasq; fundi, si concordant cum re, de qua agitur, magis inspiciuntur, quàm vocabulum. Barto. in l. si quis 4. de legat. 1.

Quando erratur circa falsam demonstrationẽ, quid iuris, vide Bart. in l. demonstratio 17. ff. de conditio. & demonst.

Credens consilio alterius, si per se scire nõ debeat, excusatur: ideò si errauerit, habebit iustam causam erroris. Bart. in l. bonorum 10. ff. de bono. possess.

Si reus respondendo actori petenti vnum errauerit, quia de alio respondere volebat, restituitur, si lęsus fuerit. Barto. in l. inter 83. §. si Stichum. ff. de verb. oblig.

De errore Notarij, & quando possit errorem suum (commissum in instrumẽto) corrigere, vide per Bar. in l. si librarius 92. ff. de reg. iur. & in l. 7. C. de testamen. Mohed. decisio. 355. Fran. Marc. q. 743. supra tit. de Tabellio. & infra tit. ad leg. Cornel. de fals.

Si

Si hæres errauerit in soluendo legata insolidū, & postea reperiat esse locum Falcidiæ, repetet ipsam Falcidiam à legatario. l. 1. §. si legatarius. ff. ad leg. Falcid. & l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus, quàm per leg. Falci.

Promittens plus, quàm debeat per errorem, potest liberationem condicere. l. si non 6. C. de iur. & fact. igno.

Verba enunciatiua per errorē emissa, siue principaliter per se, siue propter aliud, dispositionem non inducunt. l. cum 8. C. eod.

Asserēs se maiorē per errorem, nihilominus restitutionem in integrum petere poterit, minoris ætate probata. l. 1. C. si minor se maiorem dixer.

Factum per errorem quandoque valet, & differt, an quis per errorem aliquid fecerit ad quod nō tenebatur, vel fecerit ex certa sciētia. l. 4. §. item, & ibid. gl. ff. si quis cautionibus.

Si dominus aliquid fecerit in re propria tanquā in aliena (vt si illā ab alio locasset) per errorem iuris, non præiudicat sibi in proprietate. l. re tua 18. C. de rei vendicat.

Pactum factum per errorem causę, actionem in effectu non perimit. l. si cùm te 52. ff. de pact.

Erronea subscriptio, vitiat actum. l. fin. C. plus valere.

Error an excuset à pęna, quando quis per errorem contraxerit nuptias prohibitas, vide l. 1. & ibid. glo. C. de interd. matrimo.

Falsa demonstratio circa rem petitam per errorem facta, non vitiat iudicium, si de corpore conueniat: idem, si erretur in nomine Iudicis. l. idem Pomponius 5. §. pen. ff. de rei vēdi.

Error in specie contractus, impedit contractū, & dominij translationem, quæ recōciliatur, consumptione sequuta. l. si ego 18. ff. si cert. pet. Tamen error in nomine contractus, non vitiat, quando verba de se contractum important. Barto. in l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque Vniuersitatis.

Errans non transfert dominium. l. 3. §. subtilius. ff. de condict. cau. dat. Quia error dominij impedit translationem. l. & si consensum. ff. de contrahen. empt. Tamen error causæ, ex qua traditur res, cùm consensum sit in corpore, non impedit dominij translationem. l. cùm in corpus 36. ff. de acquir. rer. domini.

Error communis, vel communis opinio excusat. l. si quis 3. ff. ad Senatusconsul. Maced.

Consensus errantis, illi non præiudicat. l. nec 10. C. de donatio. Quia errans non consentit. Bart. in l. si per 15. ff. de iurisdict. omni. Iudi. reg. nihil 117. §. fin. Et errantis nulla voluntas est. l. sed hoc 20. ff. de aqu. plu. arcen.

Error circa accessoria, contractum non vitiat. l. si in emptione 34. ff. de contrahen. emptio.

Error circa pretium venditionis, seu in pretio, vel in materia, aut sexu, contractum venditionis vitiat: error verò in nomine, non debet vitiare, si de corpore constet. l. in venditionibus 9. eod. tit.

Error scribentis, vel subscribentis, non inuoluit illum in crimine falsitatis, nec derogat veritati. l. nec exēplum 20. C. ad leg. Corn. de fals.

Subscriptio, quam quis facit alieno nomine, nō nocet sibi, vt teneaꝛ nomine proprio in eo, quod ignorabat. l. Titius 8. ff. de rescind. vēdi.

Diligentem errare non est verisimile. l. cùm de indebito 25. vers. qui enim. ff. de probatio.

Error scribentis libellos, vel preces, mihi præsenti, & non contradicenti, præiudicat. Azo in summa tit. de errore Aduo. Aliàs non nocet veritati. l. 2. C. de error. Aduo.

Nemo errans rem suam amittit. l. si Procurator 35. ff. de acquir. rer. domin.

Error nominis non vitiat in acquirenda possessione; secùs in errore corporis. vide l. si in me 34. ff. de acquir. & amit. posses.

Si maior errat in facto, demum habita restitutione, iuuatur, & probato errore. l. pen. & ibi. glo. fin. ff. de confess.

Error regionis non nocet, si de corpore cōstet. l. 34. §. libertis, de leg. 3.

In omni contractu, siue sit bonę fidei, siue stricti iuris, si contrahentes errauerint, gestum non valet: quia errantis nullus est consensus. l. in omnibus negotiis 56. ff. de actio. & oblig.

Productio instrumenti facta in iudicio, reuocari non potest: quia per talem productionem instrumentum efficitur commune. Crauet. consi. 80. num. 6.

De eo, quod metus causa gestum est, & de eius exceptione.

MInæ non præsumuntur interuenisse, quum sint facti, præsertim si cōtractus fiat corā Principe. l. 1. C. de his, quæ per met. Ozas. decis. 142. nu. 7. Ideò debent probari. Craue. consi. 115. nu. 13. vide Boer. decis. 101. Metus tamen præsumitur ex precibus eius, cui debetur reuerentia. Ozas. decis. 179. nu. 4. Nam quis precibus compelli potest. Afflic. decis. 69. num. 6. Præsumitur quoque, probata enormi lęsione ratificantis factum eius, cui reuerētia debetur. Ozas. ibid. nu. 5.

Vxor donans viro ob maximam reuerentiam, & subornationem, contra eius voluntatem præsumitur donare, vt relictum corruat. Affli. decis. 69. num. 2.

Blanditiæ maritales multa à credulis vxoribus extor-

extorquent. Afflict. ibidem nume.4.

Metus reuerentialis an sit sufficiēs ad actus rescisionem,& quid in metu verborum,vel minarum,vide Afflic.d.decis.69. Craue.cōsi.49. 253.222.& cōsi.1.pro genero,nu.257. & seqq. & Pet.de Raue. sing.572.

Preces tyrannorum metum inducunt; & æquiparantur iussui, qui solet minas ad effectum perducere; secus in aliis,quæ contractū non faciunt meticulosum.Afflic.decis.69.nume.4. vide Gram.decis.103.nu.64.

Promissio,& fideiussio facta per carceratum,an valeat, vide Afflic.decis.149. Quòd non valeat;scribit Rol.consi.57.vol.3.nu.38. De hoc contractu facto extra carcerem, sed non omnino, vide per Marc.quæst.377.par.2.& Dec. consi.218.num.9.

Contractus non potest dici meticulosus ex eo, quia mulier ante contractū fuerit à viro pluries verberata,licèt verbera probentur, nisi etiam probetur,quòd mulier fuerit verberata,vt faceret dictum contractum, & hæc duo debent probari de necessitate,alias contractus non dicitur metu factus.Afflic.deci.246. Tamen verbera, vel minæ,quando reddant contractum meticulosum, vide eundem Afflic.d.decis.246.Et ex illis presumatur metus, vide & Boer.decis.100.nu.13. Craue.cōsi.49. & Bart.in l.3.ff.quib. ex cau.maiores.

Metus causa ꝙ aliquid fiat,vel per probabilem metus suspitionem,paria sunt: & metus violentiæ inferendę,dicitur iustus metus,ex quo nō debet quis expectare periculum,& se periculo committere. Gram. decis.18.nu.17.

Si vxor contrahat coacta per minas,& verbera mariti,vel ratificauerit factum mariti, & deinceps post sex menses cęperit habitare vnà cum marito in domo illius(cuius fauore contraxit), & declarauerit se ratū habere factū mariti,& hoc sępe in absentia illius,an uideātur purgatæ minæ,vide Boer.decis.100.

Si maritus egregiè vxorem verberauerit, quia certo contractui consentire nollet, si deinceps illa(etiā ex interuallo)cōsenserit,cōsensus metu extortus præsumitur,licèt amici interuenerint.Hippol.sing.325.& Bar.in l.si ob turpem 8.ff.de condict.ob turp.cau.

Metus arguitur ex eo,ꝙ quis non esset in libertate ad arbitriū faciendi.Ioseph.Ludo.decis. 18.Luc.num.3.

Metus mortis terret etiam homines cōstantissimos,& instare dicitur talis metus, quando quis habet gladium super capite, licèt mors non sequatur.Ioseph.Ludo.ibid.nu.5.

Metus arguitur ex importunitate,& persuasione, quæ vim coactionis habet, & etiam ex contradictione statim sequuta. Craue.consi. 22.

10.nume.17.

Metus non præsumitur ex sola maioris præsentia, nisi cum illa interuenerit lęsio. vide Menoch de Arbitra.lib.2.cas.13.

Metum argui ex præcedētibus tractatibus,scribit Menoch.ibid.cas.470.nu.9.

Præceptum Ducis iustum metum inducit: & voluntariè q: factum ab eo nō dicitur, qui cōpelli potest.Dec.consi.690.

Principum, & terrarum Dominorum cōtractus cum subditis initos vt plurimum non valere, nec de iure executioni mandari posse, quia in illis vt plurimum metus interuenisse præsumatur,scribit Hippol.sing 645.

Metus introducitur ex nimia reuerentia, propter quam contractus rescinditur officio Iudicis.Bar.in l.1.§ quæ.ff.quor.rer.act. nō dec.

Iustus metus reuerentialis qualiter probetur, vide ibid.

Allegatio metus purgatur per actus contrarios subsequutos. Ozas.decis.142.nu.9.

Actus subsequentes contrarij præcedentibus, faciunt videri recessum à præcedētibus,præsertim quando de illis reperitur expressè facta mentio.Ozas.d.decis.142 nu.10.

Metus quando dicatur purgari tacito cōsensu, causato lapsu longi temporis à ratificatione, vide Ozas.decis.179.nu.8.

Metus nunquam dicitur purgatus durante eadem causa metus.Ozas.ibid.nu.12.Ioseph.Ludo.decis.Luc.18 Dec.consi.690.nu.11. & Pet. de Raue.sing.570.Imò semper durare præsumitur.Rot.Auen.deci.113.in decisio diuerso.

Lex fi.C.si maior factus,quomodo intelligatur, vide Ozas.decis.179.nu.13.

Solutio spontanea,quando non purget metum præcedentē,vide Afflic.decis.336.nu.fi.Boer. decis.100.nu.15 Rebuff.in constitu.Reg.tract. de rescis.contract.glo.22.nume.3.& 8. Pet.de Raue.sing.570 Hippol.sing.89.l.si ob turpem 8.& ibid.glo.ff.de condict.ob turp. cau.

Quando metus censeatur approbatus, vide Boer.decisio.100.nume.16.& 18. Et purgatus, Ioseph. Ludo. decisio. 10. Luc. nume. 12. & Dec.consi.218.

Contra actionem, Quod metus causa,opponitur exceptio consensus postea adhibiti, sed receptio spontanea,quando inducat consensus approbationem,vide Bar.in l.4.C.de his, qui vi metus.

Vis,quæ præcessit non attenditur,quando post vim sequitur actus voluntarius approbans actum,in quo vis interuenit.Bar.in l.Cęsar in repet.nu.9.ff.de public.& vectig.

Trāsigi pōt super dolo,& metu. Ozas.deci.143.

Metus probatur coniecturis, & præsumptionibus. Ozas. decis.179. vide Crauet. consi.253. nu.5.

num 5. Cabal. mill eloq. 787. & Gram. decisio. 103. nume. 56.

Metus species, & qualitas est probanda, etiam per actum proximum. Vera. decis. 221. part. 2.

Metus probatio multum adiuuatur ex eo, quòd de metu protestatus quis fuerit. Craue. consi. 49. nume. 8.

Metum esse difficilis probationis, scribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 116. num. 17. Ideò ad illius probationem leuiores probationes sufficiunt. Menoc. ibid. vide & cas. 136. Rebuf. in constitutio. Reg. tract. de rescis. contract. in præfat. num. 14. Hippol. sing. 325. Et probatur metus per locum à verisimili, & cōtrà, excluditur à loco non verisimili. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 10. num. 12.

Turpitudinem, vel metum tempore solutionis interuenisse quis probet: & metus amissionis omnium bonorũ, æquiparatur metui mortis. Bart. in l. 8. ff. de condict. ob turp. cau.

De iuramento per metũ extorto vide per Affl. decisio. 263.

Metus leuis non cadens in constantem mulierē, nō est considerabilis. Affli. decis. 336. nu. 5.

Metus interueniens rescindit conuentionem factam inter contrahentes. Capic. decis. 95. vide Gram. decis. 103. nu. 67. & seqq. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 18. & Cabal. milleloq. 786.

Metus quid sit, & qualis esse debeat, vt operetur rescissionem contractus, vide Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tract. de rescis. contract. art. 1. glo. 12.

Metus, qui cadit in constantem virum, contractum viri rescindit; idem in cōtractu mulieris, per metũ celebrato. Ludo. Rom. sing. 229.

Metus dans causam contractui, facit contractũ non valere, sicut dolus, sed quādo, vide Bart. in l. eleganter 7. ff. de dol. mal.

Metus iustus excusat Vasallũ à priuatione feudi. Gram. decis. 18. nu. 9.

Fuga nō est imputanda metũ passo, si ille nō au fugit. ibid. Gram. nu. 10.

Metus amissionis bonorum est iustus metus, & metui mortis æquiparatur: idē in metu amissionis honoris. Gram. d. decis. 18. nu. 11.

Metus probabiliter sufficit, licèt non iustè, sed metus iustus, vel iniustus quis sit, Iudicis arbitrio remittitur. Gram. ibid. nu. 18. & 19.

Consanguineorum præsentia, & auctoritas in contractu mulieris, & minoris, facit cessare præsumptionem metus. Gram. decis. 66. nu. 9. & 64. Boer. decis. 100. Hippol. sing. 673. facit lex transactio 35. C. de transact. Sed limita conclusionem in casibus, de quibus vide per Boer. d. decis. 100. nu. 8. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 18. nu. 4. & Hippol. sing. 673.

Præsentia Officialis pariter facit cessare omnē præsumptionem doli, & metus. Gram. d. deci. 66. nu. 10. & 65. vide eundem, decis. 103. num. 62. & 65. Craue. consi. 114. & 253. Hippol. sing. 417. Idem in præsentia viri, in contractu vxoris. Gram. d. decis. 66. nu. fin. & Cra. d. cōs. 114.

Metus præsumptio cessat, quando filia seorsum habitat à patre, & in his, quæ fiunt ex interuallo: sed quando quis de metu protestatus non fuit, ille non præsumitur etiam in actu geminato. Craue. consi. 114. De ipsa protestatione vide per Boer. decis. 100. nu. 10.

Iustus impressionis timor sufficit, licèt eius effectus non sequatur. Gram. decis. 103. nu. 57.

Testibus duobus deponētibus de metu magis statur, quàm mille deponentibus de spontanea voluntate. Gram. ibid. nu. 60. vide Boer. decis. 100. nu 3. 5. & 6. & consi. 39 nu. 13. Ias. de actio. in §. omnes, vers. quadrupli, nu. 71. & Maran. in suo Spec. disputatio. 6. nu. 36.

Allegans instrumentum meticulosè factum, non poterit ex illo se iuuare. Gram. d. decis. 103. nume. 152.

Metus causa gestum Dei voce ratum non habetur, qui metus magis excusat mulierē, quàm virum. Boer. d. deci. 100. & Abb. consi. 4. num. fin. part. 1.

Testamentum improbatur, duobus testibus de metu deponentibus. vide Boer. ibid. nu. 4.

Metus patris cōtra filium, viri contra vxorem, Prælati contra subditum, non præsumit. Boe. d. decis. 100. nu. 11. 12. & fin.

Iuramentum non roborat ea, quæ per metum geruntur. Boer. ibid. num. 14. vide Natt. consi. 305. num. fin. gloss. in cap. 2. 3. & 4. ex. de his, quæ vi metus.

Resignatio metu facta est nulla. Mohe. deci. 32.

Probato metu, vel violentia, stabitur iuramēto partis super rebus. DD. de Rot. decis. 1. aliàs 157. tit. de his, quæ vi metus in nouis.

Metus vt suffragetur, debet esse talis, qui cadat in constantissimum virum. Vera. decis. 221. num. 5. part. 2.

Scriptura, seu promissio facta de restituendo pecuniam solutam hostibus pro redemptione debitoris, non dicitur facta per metum: ideò valet licèt sit facta apud hostes. vide Papon. lib. 10. tit. 2. arrest. 4.

Metus mariti contra vxorē non præiudicat tertio contrahenti cum vxore, & metum ignoranti; secùs in sciente. Crauet. consi. 120.

Protestatio clandestina de metu, non releuat, vbi palàm protestari quis potuit: & metus nō videtur probabilis, quādo de metu quis protestatus non fuit nullo modo. Craue. d. consi. 120. & Pet. Gerar. sing. 8.

Clandestina protestatio dicitur, de qua cōtrahens certificatus non fuit. Craue. d. cons. 120. nu. 5.

num.5.Sed quando talis protestatio noceat ignoranti,vide ibid.

Iuris ambigui non est, matrimonium contractũ metu, nullum fieri ipso iure.Craue.consi.253.

Ex metu commisso per tertium,dispendium pati non debet quis, in cuius fauorem actus est habitus: nisi metum intellexerit, vel si metũ inferens non esset soluendo. Crauet.d.consi. 253.nu.6.vide tamen ibid.

Actio, quod metus causa, dicitur in rẽ scripta, ideò datur contra possessorem. Crau.ibi.nu. 6.vide Maran.in suo Spec.par.4.tit.an sit iudi. ciuil.vel crimin.nu.14.

Idẽ operatur metus, & suspicio periculi,ad excusandum, quod ipsum periculum. Crauet. consi.319.num.5.

De materia huius edicti, quod metus causa,vide per Ias.de actio.in §.oẽs, vers. quadrupli, num.44.& Io.Cris.in suo tract.termino.actio. impresso ibid.post volumen d.Ias.de actio.

Exceptio metus fundat super æquitate, de qua exceptione vide per Maran.in suo Spec.par. 6.tit.de exceptio.nu.34.

Spontanea voluntas an probetur per illam dictionem,sponte, descriptam in instrumento, vide Maran.ibi.in sua dispu.6. nu.35. fol.577.

Metum iustũ inducit solus vultus terribilis Officialis.Maran.ibid.nu.17.

Actio,quod metus causa, est arbitraria: nam si rem ablatam per metum is, cum quo agitur, ad Iudicis arbitrium non restituerit, quadrupli pęnam sustinebit. quam euitat ipsam rem restituendo. Meno.h,de Arbitra.lib.1 q.5.§. quadrupli,Institut.de actio.& §.fuerat, ibid.

Actus in dubio sponte gestus præsumitur,nisi in interdicto recuperandæ.Rebuff in constitut. Reg.tractat.de rescis.contract. Tom.2. art.1. glo.12.nu.11.Et violentia est multiplex, vide ibid.gloss.13.

Quandiu durat metus, vel violentia,nunquam præscribitur,vnde si vxor fuerit verberata p virum,vt venditioni rei suæ consentiret, durãte m.rimonio,nõ cessat metus,& ips incipit currere à morte mariti.Rebuff.ibid.glos.22.

Probare quis debet ex eadem causa metum interuenisse.Rebuff.ibid.nu.4.Sed metus Officialis,quando cesset,vide ibid.

Agens remedio possessorio non potest obtinere,si remiserit rem,licèt remissio fuerit facta per metum.Natt.consi.386.

Actio,quod metus causa,datur contra hęredes quatenus ad illos peruenerit,licèt apud eos esse desierit. Barto.sing.113.vide Pet.de Rauen.sing.566.

Iste titulus,seu hoc edictum, non habet locum cõtra administratores.idẽ de Raue.sing.568.

Timor grauaminis an idem operetur, quod ipsum grauamen, vide Anton. Corset. in suis singularibus litera M sing.metus.

Actio,quod metus causa, regulariter nõ datur, nisi contra metum inferentem: fallit in casu, de quo vide per Marc.de Mant.sing.422.

Pro nullo metu nemo debet incurrere peccatum mortale.c.5.ex.de his,quæ vi metus.

Metus in multis casib.excus. glo.in c.pen.eo.tit.

Metus non est contrarius consensui. Bart.in l.si per errorem 15.ff.de iurisdict.omn.iudi.

Voluntas coacta in maleficiis,non excusat à pęna.Abb.consi 4.part.1.

Mulier, quæ allegat sponsalia cõtraxisse metu, an sit audienda,vide Fel. consi.14.

Transactio facta iusto metu,rescinditur: metus tamen iustificatio ex sola qualitate facti in transactionem deducti, nõ probatur.l.interpositas 13 C.de transact.

Formido vana est,quæ formidoloso non patrocinatur: & vbi est Princeps,non præsumitur formido.l.1.C. de his, qui per metũ iudicis.

Metus mortis, vel cruciatus corporis, stipulationem vitiat; non metus motæ, vel moendę litis.l.9.C.de contrah.& commit.stipula.

Nihil consensui tam contrarium est, quàm vis, atque metus, quem comprobare contra bonos mores est.l.nihil 117.ff.de reg.iur.

De dolo malo, eius exceptione, & fraude.

QVis dicitur in iusto errore facti, qui ab aduersarij persuasione ducitur: ideò illi succurritur, etiam post sententiam. Rot. Genuen. decisio. 2. nume.38.

An liceat cõtrahentibus se in pretio circunuenire, vide Ozas. decis.42 nume.8.Barto.in l. 2. C. de rescin. vendit. & infra lib.2.eod.titu. de rescin.vend.

Dolus,& fraus præsumũtur ex eo, quòd solemnitates requisitæ non reperiuntur seruatæ. Ozas decis.109.num.9.

In decem casibus præsumitur dolus, de quibus vide per Craue. consi.142.

Dolus, & fraus ex contractu inito per interpositam personam, præsumuntur. Ozas.d.decis. 109.nume.10.

Dolus, vel fraus ex perspicuis coniecturis probatur.Ozas.decis.111.num.8. Boer.decis.101. Afflic.decis.69.Rot. Genu. decis.168. nu.11.& 13.Craue.consi.192.& consi.193. Ias.de actio. §.item si quis in fraudem,num.40 Menoc.de Arbitra.lib.2. cas.116.nu.21. consi 108. vol.2. num.15.& consi.334 num.43.lib.4. vide Bart. in suo tract. testimoniorum, num.100. Et ex

præ-

præsumptionibus, & argumentis. Rot. Genu. decis. 3. nu. 27. vide Cabal. milleloq. 583. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. c. 80. Abb. consi. 109. part. 2. & Fel. consi. 48. num. 4.

Fraus directè probari non potest, sed per côiecturas tantùm, & arguitur ex minis præcedêtibus, ex solutione maioris pretij, à loco verisimili, ex eo, quod solitũ est fieri, & ex his, quæ breui tempore postea fiunt. Craue. consi. 100. Ex silentio quoque arguitur dolus. idẽ Craue. consi. 298. num. 17. Tamen quòd dolus debeat euidentissimè probari, scribit Iosep. Ludo. decis. Luc. 3. nu. 58. vide Aegid. Bellam. conclusio. 111. & 715. DD. de Rot. decisio. 1. tit. de donatio. in nouis, Vera. deci. 280. par. 2. Craue. consi. 8. & consi. 21. num. 4. & Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tract. de rescisio. contract. art. 1. glo. 9.

Qui fraudem allegat, illam probare debet. cap. super 20. ex. de rescript. Idem in dolo. l. 10. C. de distract. pigno.

Dolus in scientem commissus non punitur pęna stellionatus. Ozas. deci. 137. nu. 4 Nã scienti, & consentienti non fit dolus, sed quomodo dictum intelligatur, vide Ozas. d. decis. 137. nu. 16. Rot. Genu. decis. 168. num. 10. l. venditor 11. C. de rescind. vendit. l. 1. §. ait Prætor. ff. quod falso tutore auctore. l. 6. §. praeterea. ff. q in fraudẽ credit. & l. nemo 188. ff. de reg. iu.

Actio de dolo cessat, quando dolus actione ex eo contractu, (in quo inest) purgari potest. Ozas. d. decis. 137. nume. 5. quod intellige, vt ibid. num. 17.

Blanditiæ maritales, quando habeant annexũ dolum, & an liceat marito blandiri vxori, vi de Afflic. decis. 69. nu. 7.

Fraudulenter factum ab omni dispositione excluditur. Afflic. decis. 84. nu. fin.

Dolum ex proposito ex transactione allegans, admittitur ad probandum, dato termino, nô obstante renunciatione doli apposita in instrumento: quia dolo futuro renunciari non potest, cùm eadem facilitate, qua quis inducitur ad côtrahendum, eadem inducatur ad renunciandum. Afflic. decis. 220. nu. 6.

Dolum excludit ratificatio: quia dolus præteritus remitti potest. Afflict. decis. 220. nu. 7. 8. vide Rot. Genu. decis. 19. nu. 9. Non autem futurus. l. si vnus. 28. §. illud ff. de pact.

Iuramentum non obligat, constito de dolo. Afflic. d. decis. 220. nu. 7.

Dolus re ipsa, & dolus ex proposito, æquiparantur. Capic. decis. 159. nu. 21. Rot. Genu. decis. 168. num. 8. & 10. Craue. consi. 2. pro genero, nume. 36.

Præsentia viri in contractu vxoris, facit cessare omnem doli pręsumptionẽ, & fraudis. Gram. decisio. 66. nume. 63. & decisio. 103. nume. 62.

Dolus futurus non potest tacitè per testatorẽ remitti. Guid. Pap. quæst. 515. Et nunquam intelligitur remissus. Hippol. sing. 189. Et pactũ, quòd non veniat dolus futurus, non valet. l. in commodato 17. C. commodati.

Dolus præsumitur in eo, qui longo tempore aliquid differt. Boer. decis. 42. nu. 21.

Dolus licèt consistat in animo, tamen detegitur per exteriora. Guliel. Cassad. decis. 7. titu. de dol. & contumac. nu. 8.

Ignorantia excusat à dolo: & fraus, dolusque non considerantur ab euentu. Rot. Genuen. decisio. 168.

Prospiciens sibi sine alieno præiudicio, non dicitur fraudem committere. ibid. nu. 6.

Doli actio nisi ex magna caliditate dari nô solet. Rot. Genu. d. decis. 168. nu. 11.

In dubio est inclinandum in partem, quæ dolũ excludit. ibid. nu. 14. Et illa præsumptio est sumenda, per quam excluditur dolus, vel delictum. ead. Rot. decis. 172. nu. 13.

In dubio dolus non præsumitur, sed ex quibus quis excusetur à dolo, vide Cra. côs. 8. & 319.

In euidenti calumnia dicitur esse, qui facit contra formam iuris, vel statuti, aut consuetudinis, vel contra euidentiam facti: sed præsumpta calumnia est, quę ex aliquibus colligitur coniecturis. Cabal. milleloq. 650.

Ex quibus coniecturis in legatis, & fideicômissis fraudis suspicio colligatur, vide Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4.

Dolus non præsumitur ex actu, ex quo quis cômodum non sensit. Crauet. consi. 18. nu. pen. & consi. 319.

Fraudis suspicio cessat in his, quæ solita sunt ita fieri, quando aliquid fit iuxta solitũ. Cra. consi. 44. num. fin.

Præsumptio doli cessat ratione sanguinis, & côiunctionis. Craue. consi. 319. nu. 6.

Ex dolo suo quis commodum, & lucrum consequi non debet. Crauet. consi. 3. pro genero, nume. 4. cap. cùm olim 33. ext. de offic. & potesta. Iudi. de leg. Nam fraus, & dolus nemini patrocinari debent. cap. aduersus 7. ext. de immunit. Eccles. Aliquando tamen quis ex dolo suo lucratur. l. Titio 36. & ibid. gloss. ff. ad municipales.

Actus qñ in fraudem legis fieri dicatur, & quando in fraudem hominis, vide Ias. de actio. §. item si quis in fraudem, nu. 16.

Contractus bonæ fidei, siue dolus det illi causam, siue in eo incidat, an valeat, vide Ias. ibid. §. actionum, nume. 28. Marc. de Mant. sing. 316. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de rescisio. contract. Bart. in l. 5. C. de legib. & in l. 9. ff. de pignor. actio. Sed quid in contractu

ſtricti iuris, vide gl. in §. actionum autem, Inſtitu. de actio.

Dolus auctoris an noceat ſingulari ſucceſſori, vide Maran. in ſuo Specul. part. 6. ti. de exceptio. num. 24.

Dolus vt opperetur reſciſsionem contractus, qualis eſſe debeat, vide Iaſ. in d. §. actionum, num. 40. & ſeqq. Rebuff. in conſtitut. Reg. tractat. de reſciſsio. contract. articul. 1. gloſſ. 9. & 10.

Præſentia, & interuentus Iudicis, tollit præſumptionem doli, & fraudis, etiam ſi Iudex ſit malus homo: idem in præſentia agnatorum. D. Sol. in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ. glo. ſuper decreto, quitationem, tit. de minoribus. fol. 95. Ideò decretum Iudicis in contractu venditionis, omnem fraudis ſuſpicionem tollit. Vera. deciſ. 163. par. 3. nu. 8.

Fraus quid ſit, quotupliciter cõmittatur, quomodo, & quando puniatur, vide Marã. in ſuo Specul. par. 4. diſtinctio. 11. iudic. numer. 29. & ſequentibus.

Fraus præſumitur in actu ex celeritate temporis. Maran. in ſuo Spec. diſputa. 9. nu. 23. Anto. Corſet. in ſuis ſingularibus litera P. ſing. præſumptio 3.

Actio de dolo eſt arbitraria, & datur aduerſus illum, qui per dolum ab altero aliquid conſequutus eſt: nam ſi is Iudicis arbitrio non reſtituat, ſequitur condemnatio quanti ea res erit, infamiaq; notabitur: ſi verò ante condẽnationem reſtituerit, pœnam euitat. Menoc. de Arbitra. lib. 1. q. 5. num. 3.

Actio de dolo non datur quum res valorẽ duorum coronatorum non excedit, ſed quare, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 72. nu. 10. Dolus enim in re minima non nocet; ſed quæ dicaẽ res minima, vide Marc. de Mant. ſingul. 317.

Fraus arguitur ex præcedenti tractatu de fraudando. Menoch. de Arbitrar. libr. 2. caſ. 470. nume. 10.

Quando actus factus per moriturum (qui in extremis laborabat) præſumatur factus in fraudem, vide Menoch. conſil. 226. lib. 3. nu. 70.

Ex eo, quod quis omnia bona alienauit, dicitur alienaſſe in fraudem. idem Menoch. conſil. 334. num. 53. libr. 4. Nam fraus præſumitur ex alienatione, vel donatione omnium bonorũ. Bar. in l. omnes 17. §. Lucius. ff. quæ in fraudem creditorum.

De dolo præſumpto vide ꝑ Guid. Pap. ſing. 701.

Dolus cum dolo quandoque compẽſatur. Bart. in authen. qui res. C. de Sacroſan. eccleſ.

Dolus quando videatur remiſſus in generali tranſactione, & quotuplex ſit dolus, vide Bart. in l. 4. C. de tranſact. num. 3. & ibidem de materia, & in l. 29. num. 7. eod. l. tres fratres, & ibid. glo. ff. de pact.

Actio de dolo qualiter habeat locum contra ſubtrahentem inſtrumenta, vel celantem, & extorquẽtem tranſactionem ab aduerſario; & dolus dans cauſam contractui tranſactionis, quãdo reddat illam nullam, & tunc qualiter formetur libellus, vide Bar. in l. ſub prætextu 19. C. de tranſact.

Actio de dolo ceſſat, vbi habet locum reſtitutio in integr. Bar. in l. 2. C. de fideiuſſo. minor.

Actio de dolo quando concurrat cũ alia actione, vel interdicto, vide Bar. in l. 2. C. de dolo, vbi de materia.

Actio deſcendens ex contractu pro dolo commiſſo per defunctum, quando detur contra hæredes, vide Bart. in l. vnica. C. ex delictis defunctorum, num. 3. & 13.

Dolus quando inducat condemnationem: & lata culpa, in quibus æquiparetur dolo, vide Bar. in l. 1. nu. 4. C. depoſiti.

In doli exceptione habet locum regula, Dolo facis, quia petis quod reſtiturus es, quando aliquis eſt paratus incontinenti probare. Bar. in l. 3. C. quorum legatorũ, Sed dicta regula non habet locum in interdicto recuperandæ poſſeſsionis, quid in interdicto adipiſcendæ, vel retinendæ, vide Bar. in l. 1. eo.

De hac actione, & qualiter ille, qui bona fide habuit rem à doloſo, poſsit conueniri, vide DD. in Rub. ff. ſi cert. pet. & glo. in c. 15. extra de reſtitutio. ſpoliato.

Dolus in ſpiritualibus non reſcindit contractũ. c. dudum 20. ex. de conuerſ. coniug.

Dolus eſt genus, fraus ſpecies, ſed quæ differentiæ ſint inter dolũ, & fraudem, vide per Bart. in l. iuriſgentium 7. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact. & in l. 32. ff. depoſiti.

Dolus commiſſus, quando videatur remiſſus per ſimplicem remiſsionem, & dolus quod operatur in conſtitutione, id operatur in eius deſtructione in actionibus bonæ fidei, ſed quomodo poſsit dare cauſam geſtioni, vide Bar. in l. Pomponius 10. ff. de negot. geſto. num. 8.

Quando plures tenentur ad idem, & alter eorum, vel ambo commiſſerunt dolum, quomodo contra illos agatur, vide Doctores in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.

Minor aduerſus dolum an reſtituatur, vide Bartol. in l. minor 9. ff. de minorib.

Fraus fraude licitè repellitur. Bar. in l. Papinianus 8. §. quarta. ff. de inof. teſtamen.

Poſsidere quem deſijſſe dolo, quomodo probetur, vide Bartol. in l. qui petitorio 37. ff. de rei vendic.

Poſſeſſor bonæfidei qualiter poſsit dolũ cõmittere,

tere, vide Barto. in l. si homo 46. ff. eod.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur. cap. 4. & 5. ex. de diuor. Et dolus cum dolo compensatur. gloss. in l. cùm par 197. ff. de reg. iur. vide §. in l. fin. §. pen. ff. de eo, per quē factum erit.

Doli exceptio, & exceptio, quod metus causa, competunt, etiam actione de dolo non intentata. Barto. in l. nam postea, §. si minor. ff. de iureiuran.

Dolus quotuplex sit, vide Bar. in l. qui se 7. ff. de conditio. cau. dat. & glos. ibid. quæ tradit septem esse doli species.

Doli exceptio obstat illi, qui petit quod restituturus est alteri, etiam ex interuallo. Bart. in l. si donaturus 9. §. si quis, eod. tit. vide tamen l. socer 45. §. Caius. ff. solut. matrim.

Dolus est sciienter contra ius alterum lædere, vel in suis rebus, & alienis, dissimilis conuersatio, exēpli gratia, vt si rem meam posueris, vbi frequenter latrones conuersantur. Bar. in l. si cum 13. §. venit ff. de pigno. actio. vide eūdem in l. quod Nerua 32 ff. depositi.

Prouisio facta fauore alicuius, perditur per eius dolum. Bar. in l. 2. §. verba. ff. ad Velleian.

Fraus præsumpta non est, si adhibeatur maior diligentia in propriis, quàm in communibus. Bart. in d. l. 32. nu. 5. & 10. ff. depositi.

Dolus verus, & dolus pręsumptus quomodo inducantur, & qualiter differant. vide Bart. ibi: nume. 14.

Fraus de facili præsumitur inter coniunctas personas. l. non solùm 67 ff. de rit. nupt. & ibi. Barto. Tamen quòd ex sola consanguinitate non inducatur præsumptio fraudis, habetur in l. fin. ff. de his, quib. vt indig. legat. auf. & ibidem Barto. vide etiam gloss. in d. l. 67. de rit. nupt.

Exceptio doli quando tollatur per replicationem doli, vide Bar. in l. cùm mulier 49. ff. soluto matrimonio.

Dolus auctoris nocet habenti causam lucratiuam. Barto. in l. Męuia 50. §. fundus. ff. eod. Tamen dolus auctoris, bonæ fidei emptori non nocet. Bartol. in l. 3. ff. si quis aliquem testari prohib.

Vendens, vel donans maiorem partem patrimonij, præsumitur in fraudem facere. Barto. in l. nomen 33. §. filio, de leg. 3.

Quando donatio, seu alienatio fraude præsumatur facta, si donans, seu alienans postea deliquerit, vide Bartol. in l. post 15. ff. de donatio.

Dolus semper videtur exceptus in mandato. Barto. in l. qui fundus 7. §. Procurator. ff. pro emptore.

De doloso, & dolo malo vide per eūdem Bart. in suo tract. testimo. nu. 100 & seqq.

Fraudis pręsumptio cessat, ex qualitate Iudicis, & personarum. Abb. consi. 62. part. 1.

Fraudem cōmittere dicitur, qui ad deceptionē alterius ad sui commodum verum tacet, aut falsum exprimit. Abb. consi. 68. part. 1.

Dolus dicitur fallacia, vel machinatio ad decipiendum. Fel. consi. 48. nu. 25.

Remittens ius, quod habet ex sententia per dolum aduersarij, non perdit ius quæsitum ex ipsa l. cùm posteaq; 9. C. de pact.

Tolerabilior est dolus possessoris, quàm petitoris. l. 2. & ibid. glo. C. de transact.

Dolus nō impedit, quin acceptilatio ipso iure perimat actionem. l. actione 4. C. de transact.

Allegans ad rescisionem transactionis proprium dolum, repellitur. l. 19. C. de transactio. Tamen non repellitur ille, qui allegat dolū proprium contra illum, qui sciuit, vel scire debuit dolum. l. nec tutela 7. & ibid. Bart. C. de in integ. restitut. mino.

Protestatio, vel contestatio super dolo, non facit dolū præsumi. l. si maior 22. C. de transact.

Pactum dolo malo factum non seruatur. l. iurisgentium. §. Prætor ait. ff. de pact.

Siue dolus committatur ab initio in contractu, siue ex post facto, parit exceptionem doli. d. l. iurisgentium. §. siue.

In actione de dolo dānati efficiuntur infames. l. 1. ff. de his, qui nota. infam. & §. ex quibusdam, Institut. de pęn. temerè litig.

Dolus consistit in animi qualitate; non in rei pretio. l. dolus 10. C. de rescind. vendi.

Aduersus dolum præsumptum in futurum, minor non restituitur, nec aduersus dolum præteritum. l. auxilium 38. ff. de minorib. 25. anno.

Qui dolo desiit possidere, vt possessor tenetur, qui liberatur, si possessor liti se offerat: sed satisfactio eius, qui dolo desiit possidere, non liberat possessorem. l. si nauem 28. §. sed & is. ff. de rei vendicatio. Imò tenetur etiam si in alium detur regressus; tamen vno electo, alter liberatur. vide l. de illo 24. ff. de noxal. actio.

Si iudicium reale transferatur in hæredem post litem contestatam, venit dolus, & culpa defuncti, & hæredis: sed ante litem contestatā, de dolo defuncti non tenetur, nisi quatenus sit factus locupletior. l. si in rem 51. ff. de rei vendic. l. toties 45. ff. de reg. iur. vide l. si. ff. de fideiusso. & nomina. hæred. tuto.

Quādo dolus defuncti purgatur per actionem descendentem ex contractu, hęres tenetur insolidum, non attento, quantum ad illum peruenerit. l. si hominē 7. §. datur. ff. depositi, & l. ex depositi 11. ff. de actio. & obliga. vide

glo.in l.ad ea 199.ff.de reg.iur.

Illi, qui dolo desiit possidere, non cauetur, nec actiones ceduntur, minus Pub iciana datur. l.is, qui 69.ff.de rei vendi.

Dolosus potest defendi á quolibet possessore.l. si plurium 39.§.si quis dicat.ff.de noxa.actio.

Fraudis nomine continetur cõsiliũ, & euentus. l.1.C.qui manumit.non.poss.

Exceptio doli, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui est facta delegatio. l. si donaturus 9.§.si quis.ff.de condic.caus.dat.

In obligationibus contractis ratione doli, vel culpæ, quilibet tenetur insolidum, licèt pro parte ab initio teneretur: quia pro parte nõ põt delĩqui.l.si vt certo 5.§.si duob. ff. cõmo.

Dolus tutoris, & curatoris non nocet his, quorũ negotia administrant, nisi quatenus illi facti sint locupletiores. l.neq; 159 ff.de reg.iu.Tñ si p collusionem Procurator passus est se vinci, in subsidium datur actio de dolo cõtra victorem.l.si Procurator 8.§.sed & si.ff.mandati.Pupillus quoque ex dolo suo tenetur, quatenus factus ẽ locupletior.l.1.§.an ĩ ff.depos.

Exceptio pacti dolo quæsita, eliditur replicatione doli.l.3.C.de exceptio.& præscrip.

Exceptio, vel replicatio doli, potest perpetuò contra pactum opponi.l.si pactum 6.C.de exceptio.& præscriptio.

Dolus cõmissus in vendẽdo rem depositam, nõ purgatur redẽptione rei: ideò licèt ante depositarius non teneretur de casu, tamen tũc tenetur.l.1.§.si rem lo 2.ff. deposit.

Si plures hæredes depositarij separatim dolum committant, quilibet tenetur pro parte: vbi verò communiter, quilibet tenetur insolidũ. l.si duo hæredes 22.ff depositi.

Qui non vult facere id, ad quod scit se teneri, & potest, est in dolo.l.dolus est 44.ff.mãdati. Et qui dolo facit, quominus possit, censetur posse.l.is, qui.§.pen.ff.quod vi, aut clàm.

Dolus in contractu emptionis commissus, per actionem ex empto purgatur, & in eo cõtractu videtur tacitè promitti dolũ malũ abesse.l.tenet 6.§.si dolo.ff. de acti.emp.& vẽd.

Si dolus re ipsa cõmittatur, non ex proposito, per ipsam actionẽ ex empto etiã purgatur l. si tibi 8.ff.eod.tit.

Si dolus aduersarij dederit causam contractui, poterit contrahens ab illo recedere, & quod dederit repetere.l. cùm in plures 62.§. mandaui tibi.ff.locati.

In contractu, facio, vt des, nõ habet locũ actio, præscriptis verbis; sed ad actionem de dolo recurritur.l.5.§.quid si faciã. ff. de pscr. verb.

Dolus quandoq; præsumitur.l.si fundo 53.§.fin. ff. de euictio.

Ex dolo suo, vel communi conuentus, non hẽt regressum contra socios suos; ex dolo enim patit pœnã.l.1.§.planè ff.de tute.& ratio.distr.

Qui contra voluntatem defuncti petit, exceptione doli repellitur. l. auunculo 28.ff. de mort.caus.donatio.

Dolum non committit qui fraudem repellit.l.si pupillus 42.circa medium.ff.de acquir.hære. & l.cùm pater 79.§.Titio fratri, de legat.2.

Dolus nocet quo ad illum, contra quem committitur; non quo ad tertiũ.l.7.§.vtrũ. ff. quib. ex caus in posse.eatur, vide Castrẽ. in l. quòd si quis.§.Prætor.ff.ne quis eum qui.Pariter dolus duntaxat nocere debet illi, qui eũ commisit. l. qui à debitore 9. ff. quę in fraudem credito.

Cõtra stipulationẽ, in qua sit dolus adhibitus, vel quæ dolum habet, doli exceptio obiicit. l.si quis 36.ff.de verbo.oblig.

Dolus malus in quocunque cõtractu, siuę in iudicio, siue extra, si promittatur abesse, & cõmittatur, agitur contra dolosum ad interesse.l.in stipulatione 19.ff.rem rat.haber.

Dolus, & fraus differunt, quia fraus fit cum commodo; dolus autẽ põt etiam esse sine cõmodo.Hartm.cap.4 ti.de verb.& rer.signific.

Clausula doli, subiecta in stipulatione, refertur ad incognita, & ad omissa. l. si sine 22.§.si in stipulatione.ff.rem rat.haber.

Vbicũq; est violentia ibid.est dolus; sed nõ cõtrà.l.2.§.doli ff.vi bon.rapt.

Fama excusat à dolo, nisi habeat originẽ ab eo, qui propter famam se vult excusare.l. miles 11.§.mulier.ff.ad leg.Iul.de adult.

Conuentio, ne dolus præstetur, non tenet, neque valet. reg.contractus.

Consilij non fraudulenti nulla obligatio est, cęterùm si dolus, vel calliditas intercesserit, de dolo actio cõpetit.l. consilij 48. ff.de reg.iur.

Nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur. l.nullus 56.ibid.

Generaliter cùm de fraude disputatur, non qd habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est.l. generaliter 79.ff.de reg.iur.

Fraudis interpretatio, nõ ex euẽtu dũtaxat, sed ex cõsilio quoq; cõsideratur. l.fraudis 80.eo.ti.

Non potest dolo carere, qui imperio Magistratus non obtemperauit.l.non potest 160.eo.

Cùm par delictum est duorũ semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa, sicut fit cùm de dolo excipitur petitoris; neque enim datur talis replicatio petitori, aut si rei, quoque in ea re, dolo actum sit. l. cùm par 197. ff.de reg.iur.

Actio de dolo est arbitraria, & ita denominat; quia in merè Iudicis arbitrio cõsistit. §.fuerat, Institut.de actio.

De

De reuocandis his, quæ in fraudem creditorum alienata sunt.

In actione personali regulariter reuocatoria actione, contra tertium possessorem agendũ est. Ozasc. decis. 65. num. 5.

In actione personali, reuocatoria rei alienatæ in fraudem locũ nõ habet, nisi probetur emptorem participasse de fraude. Capic. decis. 128. nu. 9.

Mulier recipiens dotẽ à patre scienter in fraudem creditorũ, tenetur illã restituere: quid, vbi tractatur de restitutione vsurarum, de quibus filia fuit dotata, vide Hipp. singu. 67.

Potest agi actione personali contra tertiũ possessorem donatarium omnium bonorũ, nulla interueniente reuocatoria, quãdo donãs nõ est soluẽdo, vel nullus hęres donãtis reperit. Gui. Pap. q. 105. vide Abb. cõs 89. par. 2. n. 8.

Vendita partim, & partim donata re, præsumitur fraus Boer. decis. 143.

Quando donatio præsumatur facta in fraudem creditorum, vel aliter quoquo modo fraudulenta, vide Aegid. Bellam. cõcl. 715. Magõ. decis. 76. Rot. Floren. & Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 49.

Si persuasione mariti, vxor fecerit donationẽ filio, & inde maritus eam occiderit, talis donatio censetur facta fraudulenter, & non valet. Dec. consi. 525. nu. 9.

Donatio facta in fraudem creditorum reuocatur, quando creditores verè probauerint de iuribus suis per publica instrumenta contracta ante donationem, vel aliter legitimè: secùs si per confessionem debitoris, vel alio modo non legitimo. Rol. consi. 58. vol. 2.

Emancipatio an, & quando in fraudẽ facta præsumatur, & donatio facta filio emancipato à patre, quando à creditoribus reuocari possit, vide Pet. de Raue. sing. 76.

Vendens, vel donans maiorem partem patrimonij, præsumitur in fraudem facere. Bar. in l. nomen 33. §. filio, de legat. 3.

Alienatio in fraudem facta non præsumitur, qñ fit pro vxore ducẽda. Affl. deci. 110. nu. 6.

Maritus potest renunciare lucro dotis, quæ renunciatio à creditoribus suis, reuocari non potest. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 21. num. 56. & & Dec. consi. 260.

In bonis acquirendis non fit fraus, etiam contra Fiscum; secùs in bonis acquisitis. Capel. Thol. q. 150. Nam nõ fraudantur creditores, cùm quid nõ acquiritur à debitore, sed vbi quid de bonis diminuitur. l. non fraudantur 177. ff. de reg. iur.

Debitor hæres institutus, vel legatarius, potest repudiare in fraudem debitorum. Vincen. de Franc. deci. 101. Ias. de actio. §. item si quis, nume. 121. limita tamen, vt ibid. nu. 122. vide l. si postulante 67. ff. ad Trebellia.

Pariter debitor potest renunciare beneficio statuti, & admittere fęminam exclusam per ipsum statutum. Hippol. sing. 361.

Debitor si bona aliqua in creditorum fraudem alienauerit, ac deinde in meliorẽ rerũ suarũ fortunam redierit, vt creditoribus ipsis satisfacere possit, nec sua credita repetierint creditores, imò in repetendo illa negligentes fuerint: facto rursus eodem debitore non soluendo, illis aduersus tertios possessores bonorũ, nullus patebit recursus. Hipp. sing. 360.

Confessio facta in iudicio per debitorem, nullo dato libello, non præsumitur in fraudem facta; secùs dato libello. Bar. in l. 1. §. si mutuã. ff. si quid in fraud. patro.

Pecunia soluta secundo creditori, & bona fide consumpta, non reuocatur per primum creditorẽ, nisi ille esset priuilegiatus. Affl. decis. 190. & Capic. decis. 78.

Qua actione teneatur communicare creditor, qui totum debitum recepit, altero negligente, vide Bar. in l. si non 6. §. si pupillus. ff. de bono. auctor. Iudi. possid.

Quæ requirantur ad hoc, vt agi possit reuocatoria, vide Rol. consi. 85. vol. 2.

Qui contractus dicantur facti in fraudem, vide Aegid. Bellam. conclus. 715.

Alienatio facta iure Fisci, non dr facta in fraudẽ creditorũ. Aegid. Bellam. concl. 715. nu. 3.

Alienatio quando dicatur facta in fraudem Fisci, & quibus præsumptionibus hoc arguatur, vide Dec. consil. 235. Vel alterius. Menoch. cons. 334. lib. 4. num. 44.

Ipsa alienatio facta in fraudem Fisci, reuocatur. l. in fraudem 45. ff. de iure Fisci.

Licèt alienationes factæ ante crimen commissum valeant, tamen si in fraudem Fisci factæ sint, reuocantur; ꝙ autem factę sint in fraudẽ, iudicatur ex præsumptionibus, de quibus vide per Natt. cõsi. 549. & Ludo. à Pegue. in suis quæstio. criminal. cap. 49.

Si debitor Fiscalis creditori suo soluerit, Fiscus potest hanc solutam pecuniam à tali creditore repetere. l. dferre 18. §. fi. ff. de iure Fisci.

De reuocandis his, quæ in fraudem creditorũ alienata sunt, vel aliarum personarum, vide per Ias. de actio. in §. item si quis in fraudem.

Quid factum in fraudem præsumitur, ex multis causis, de quibus vide per Menoch. consi. 108. vol. 2. num. 15. & consil. 334. nu. 41.

Alienatio facta in fraudem legis ipso iure non valet: facta verò in fraudem hominis valet; sed per reuocatoriã rescindit. Bar. sing. 104.

Clausulæ insolitæ arguunt actum esse suspectũ, & factum in fraudem. Pet.de Rauen.sing.77.

Facta excusione, creditor habet electionem agendi contra quem velit ex tertiis possesso ribus, ementibus in fraudem creditorum, Hippol.sing.390.

Alienata in fraudem qualiter reuocentur, & actiones reuocatoriæ sunt quatuor, sed an filius (in cuius fraudem pater bona alienauit) possit agere reuocatoria, vide Bart. in l.3.C. si in fraudem patro.

Creditores futuri, quando reuocare possint alienata, vide Bart.in l.1. C.de iure Fisci lib. 10.nume.7.

Fraus in debitore alienante eo ipso præsumitur, vbi scit se creditorem habere, vel habiturum esse, & bona sua non sufficere pro satisfactione.Bar.ibid.nu.8.

Interdictum fraudatorium competit, quando res aliena fuit vendita, quod interdictum etiam competit, vbi quis alienat bona sua in fraudem, Bar.in l.3.C.de iure Fisci lib.10.n.7.

Contractum fuisse factum in fraudem, non potest dicere hæres extraneus; sed quidem cõntrahentis creditor, Bar.consi.65, vol.1.

Confessioni creditoris in præiudicium alterius creditoris, non statur, minus confessioni mariti debitoris, in præiudicium sui creditoris. Fel.consi.21.nu.5.

Qualiter reuocetur alienatio facta in fraudem Ciuitatis creditricis, vide l.fin.C.de debito. Ciuit.lib.11.

Quando, & intra quod tempus reuocentur alienata in fraudem creditorum, vide Hartma. cap.5.tit.de creditoribus lib.1.

De reuocãdis his, quæ in fraudem patroni alienata sunt, vide p tot.tit.C.si ĩ fraudẽ patroni.

Contra iuramentum præstitum in fraudem creditorum, succurritur creditoribus replicando, & excipiendo.l. nam postea 9.§.sed & si quis.ff.de iureiuran.

Vide de materia huius tit.in §.item si quis, Institut.de actio.& ibid.Ang.

Alienatio facta in fraudẽ futuri creditoris, nõ potest reuocari per Paulianã, notatur in additio.ad l. sub conditione 16. ff. de solutio. & liberatio.

Multis modis quis præsumitur alienare in fraudem creditorum, de quibus vide per gloss.in §.in fraudem, Institut. quib. ex causis manu. non lice. Quæ glos.not. sex modos, quibus qs præsumitur in fraudem alienare.

Maritus, constãte matrimonio, nõ potest augere dotẽ in rebus mobilibus, ne fiat fraus creditoribus.§.aliud, Authen.de æqual.dot.

Futuri creditores regulariter ius non habent reuocandi prius alienata. Ludo. à Pegue. in suis quæstio.crimi. c.49. Fallit primò, si fraus interuenerit: secundò, quando succedunt in locum priorum creditorum: tertiò, quando alienatio est facta fictè, imaginariè, vel simulatè.idem Ludo.d.cap.49.

Ad Senatusconsultum Velleianum.

Mulier an possit renũciare exceptioni Velleiani, maximè cum iuramẽto. vide Gram. decis.76. nu.20. Capel.Thol.q.37. Andr.Gail.obser.77. lib.2. Papon.lib.12. titu.5. arrest.1. Bart.in l.si quis sub conditione 11.num.19.ff. de testamen.tut.& in l.3.ff.de fideiusso. nu.10. glo.in §.item sacramenta, in constitut. Federici, de pac.tuen.in vsib.feud. Perillustr. D. P. Tessau. decis.222. & Hartma.cap.3.tit. de fideiusso.lib.2.

Mulier ad hoc vt non possit se iuuare S. C. Velleia. non solùm debet renunciare Velleiano cum iuramento, sed etiam beneficio nouæ constitutionis in fauorem mulierum factæ. Cassan.in consuetu.Burg.tit.*Des droicts* Rub. 4.§.13. gloss. fin. nume.11. vide Perillust.D.P. Tessa.decis.222.

Mulier debet certificari, cùm renunciat Velleiano.Bar. in l.in repudianda 23.ff.de acq.hered.vide eundem D.P.d.decis.222.

Contractus fideiussionis à muliere factus, confirmatur iuramento.Bart.in l.57.num.11.ff.de fideiusso.& mandat. Sed quid, si ex tali contractu mulier in totum remaneat indotata, vide Perillust. D. P. Tessa.decisio.223. nume. 8. & seqq.

Mulier si renunciauerit Velleiano in eodẽ contractu extra iudicium, non valet renunciatio, Abb.consi.71.part.1.

Mulier promittens pro marito, nullo modo obligatur, Abb. consi.8.part.2. Sed si iurauerit, an possit petere absolutionẽ à iuramẽto, vide ibid.& eũdem D.P.Tessa.d.deci.223.

Si notarius (qui mulierẽ Velleianum docuisse refert) interrogetur quid sit Velleianum, responderit se nescire, redditur renunciatio mulieris inutilis. Dec. in l.1. ff.si cert. pet.nu. 53.vlt.lect.

Vxor pro marito fideiubere prohibetur, nõ maritus pro vxore, sed quãdo valeat obligatio mariti, & vxoris, vide Fran. Marc.q.507.

Mulier, accepta pecunia, pro altero efficaciter obligatur; & non iuuatur Velleiano.Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.234.

Mulier potest intercedere pro dote, non obstãte Velleiano, & pro donatione propter nuptias, intercedendo pro viro.Vinc.de Franc. decis.182.Natt.consi.52.nu.15.Tom.1. & Pet. de

de Rauen.sing.783.Sed quando aliàs nõ possit se iuuare Velleiano, vide Romã. sing.327. Franc.d.decisio.182.num.7.& infra lib.2. titu. ne vxor pro marito.

Lex fin.ad Velleianum procedit, etiam si mulier intercesserit pro persona extranea ad dotem restituendam. Vincen. de Fran.d.decis.182.num.12.

Renunciatio Velleiani per mulierem facta etiã cum iuramento, non extenditur ad beneficium authen. si qua mulier. Iaff. Lanf. Balb. decis.506.Sed an illi authen. possit mulier renunciare, vide Perillust.D.P.Tessa. decis.223. Marc.q.426.nu.8.& q 507.nu.8.

Quoties vir,& vxor in eodem instrumento constituunt se principales debitores, talis obligatio quo ad vxorem, vel eius res, non valet; secùs quo ad maritũ. Andr.Gail.obser.89.lib. 2.vide eundem D.P.Tessa.d.decisio.223.Nisi probatum fuerit pecuniam versam in vtilitatem ipsius mulieris: & confessio iudicialis illius ita asserentis, sufficit pro validitate obligationis.Gail.d.obser.89. & idem Perillust. D.P.Tessa,d.decis.223.

Regulariter vxor pro marito non tenetur, nec contrà; fallit in casibus, de quibus vide per Andr.Gail. obser.90. lib.2.Pap.lib.12.tit.5.arrest.4.& in d.decis.223.

Vxor iuuatur Velleiano, quæ mariti creditorẽ res eius distrahere parantem impediuit, suscepta condemnatione, ex mariti obligatione inducta. vide in lib. placit. Curię lib. 10. tit.5.de Senatusc. Velleia.in decisio.diuerso.

Velliani S. C. beneficium etiã generalibus verbis rectè iureiurãdo eiurari, obseruatur apud Gallos.vide ibid.cap.2.

Mulierem Velleiano non iuuari, si eius iussus obligationem præcesserit, habetur ibid.c.3. & scribit Papon.lib.12.tit.5.arrest.3.Nec quãdo rem alienam vnà cum eius rei domino, insolidum vendiderit. vide in dd. lib.placit. Cur.eod.tit.5.cap.4.

Mulier si alienam susceperit obligationẽ, iuuatur exceptione Velleiani: fallit, quando intercesśit pro pia causa, veluti si post mortẽ mariti (cuius hæreditas non erat soluendo) se obligauerit creditoribus dicti mariti pro debitis ipsius, nam tunc pium opus facit pro exoneratione animę mariti. Vincen.de Fran. decis.237.part.2.

Mater alienãdo bona sua pro redemptione filij, qui erat detentus in carceribus pro debito, vt satisfaceret creditori (ad cuius instantiam filius detinebatur in carceribus) an possit se iuuare beneficio S. C. Velleiani, vide Vincen.de Fran. decis.279. part.2. & Papon. lib.12.tit.5.arrest.fin.

Mulier hæres cum beneficio inuentarij, si proprio nomine promittat, an possit se iuuare (vt non teneatur vltra vires hæreditatis) exceptione Velleiani, vide Vincen. de Franc. decis.323.part.2.

Quando mulier fuit causa mutui, intercedendo non iuuatur Velleiano. Papon. libr. 12. titu. 5. arrest. 2.

Marito,& vxore se obligãtib.solis, vel cũ alio, quando ipsa vxor possit se tueri exceptione Velleiani, vide ibid.arrest.4.

Hoc beneficium S.C.Velleia. nõ debet esse causa decipiendi creditores, quia tunc mulier illo non iuuatur.ibid.arrest.5.

Dicta exceptio cessat ĩ fideiussiõe de euictiõe. idẽ Papo. lib.12. tit.5. arrest.6. Et in cõtractu geminato.ibid.arrest.7.vide tamen Perillust. D.P.Tessa.decis.223.nu.6.

Exceptio Velleiani habet locum in vxore obligata, vt liberaret maritum à carceribus: & in Regno Frãcię conceditur talis exceptio, non obstante iuramento.idem Papon. lib.12. tit.5.arrest.8.& 9.

Mulier condemnata, quæ ante sententiam non opposuerat exceptionem Velleiani, post sententiam, illam opponere poterit. Bar. in l.1. nu.5.C.de iur.& fact.igno.

An mulieris intercessio pro coniuncta persona mariti teneat, vide Perillust. D. P.Tessau.decisio.223.num.5.

Exceptio Velleiani non tollit naturalem, neque ciuilem obligationem. Bart.in l.1.nu.28. ff.de condict. indebit.

Mulier fideiubens non iuuatur Velleiano ipso iure, sed ope exceptionis.Bart.in l.3.nume.5. ff.de fideiusso.

Mulieribus tunc succurrendum est cùm defraudantur; non vt facilius calumnientur, idest alios decipiant.l.in eo 111.§.fin.ff.de reg.iur.

Mulier constituens se principalem debitricem, an perdat beneficiũ Velleiani, vide Perillu. D.P.Tessau.decis.222.nu.fin.

De materia huius tit. vide per Bar.in Rub.C.ad Velleianum,& ibid.per totum.

Ad Senatusconsultum Mascedonianum.

Exceptio Macedoniani quando obstet, vide Ias. de actio. §. actiones autem,nu.34.& seqq.

Si filiusfa. receperit pecuniam mutuo cum consensu patris, non poterit restitui in integrum. Petr. de Rauen. sing.228.

Pro mutuo facto filiofa. propter necessitatem

ipsius

ipsius,ille efficaciter obligatur,non obstante Macedoniano.Hippol.sing.670.

Mutuare filiofa.non est prohibitum, sed repetere mutuum. Bart. in l.non dubium,nume.27. C.de legib.

Exceptio Macedoniani potest opponi, etiam post sñiam.Bar.in l.1.n.6.C.de iur.& fact.ign.

Pacto non potest fieri, q mutuũ factũ filiofa. repetat. Bart. in l.ius publi.39. n.6.ff.de pac.

Exceptio Macedoniani, non tollit naturalem, nec ciuilem obligationem. Bart.in l.1.nu.28. ff.de condict.indeb.Nam Senatusconsultum Macedonianum nõ impedit naturalem obligationem.idem in l.frater 38.nu.15.eod.titu.

Filiusfa.maior non iuuatur in mutuo exceptione Macedoniani contra minorem:quia restitutio minoris præfertur huic beneficio.l. verùm 12.§.fin.ff.de mino.23.ann.

Exceptio huius S.C.habet locũ, ne dum in mutuo,sed etiam in pretio mercium emptarum per filiumfa.& procedit etiam post mortem patris,comprehenditq; fœminam, & cæteras res,quæ veniunt appellatione mutui.vide Papon.lib.12.tit.4 arrest.1.

Hæc exceptio non habet locũ in peculio filiifa. Papon.ibid.Sed an habeat locum,quãdo paterfa.in fraudem Macedoniani interuenit in contractu vnà cum filiofa. pro mutuo illi facto,vide eundem lib.16.tit.1.arrest.15.

Si filiusfa.contra Senatusconsultum mutuatus, pecuniam pertinentem ad patrem soluerit, ipsi patri competit vendicatio nummorum extantium; secùs pecunia consumpta. l.si filiusfa.14.ff.si cert.pet.

Si quis mutuauerit filiofam.pecunias,vt se aleret,vestiret, & alia sibi necessaria compararet,pater tenetur de in rem verso.l.3.§. quod sed & si. ff.de in rem verso.

Obligans rem pro filiofa. cõtra Senatusconsul. habet priuilegium,quod habet ille.l.2.ff.quæ res pignori oblig.pos.

Exceptio Macedoniani datur etiam fideiussoribus.l.exceptiones 7.ff.de except.

Ex contractu mutui filiusfa. non potest conueniri,nec eius pater, etiam de peculio ꝓlectitio, obstante Maced. §. illud, Institut. quod cum eo. Sed limita conclusionẽ in vndecim casibus,de quibus vide ibid.per glo.

An renunciatio facta per filiumfa. Macedoniano etiam cum iuro valeat, ex eo quia eius fauore illud inductum non sit;sed odio creditorum,vide glos.in §.item sacramenta,de pace tenenda inter subditos,&c. in vsib.feudo.

Vtrum S. C. Macedonianum in Gallia locũ habeat, & in quibus cesset etiam de iure communi,vide quandam decisio. Senat.Parisien. in decisio. diuerso. fol.230.

De non numerata pecunia, & eius exceptione.

Geminatio arguit validitatem actus, qui geritur:quia vbi secunda interuenit consideratio,ibid.plena præsumitur adesse deliberatio. Ozas. decis.39.nu.16. Quare excludit exceptionem hanc non numeratæ pecuniæ.Afflic.decis.110.Capic.decis.19.nu.6. Gram.deci.103.nu.3.Capel.Thol.q.375.in additio.Ias. de actio.§.in personam,num.50.Rebuff.in cõstitutio.Reg.trac.de chyrog. & cedul.recog. art.2.nu.62. Tom.1. Rol.consi.17.volum.1.& Ant.Trig.sing.59.

Geminata confessio excludit hanc exceptionẽ, nisi debitor posset probare sibi nihil fuisse numeratum.Cabal.milleloq.675.

Numeratio pecuniæ non probatur per confessionem,quum aliud sit cõfessio,aliud numeratio.Ozas.decis.79.nu.30. Tamen si non fuerit opposita exceptio nõ numeratæ pecuniæ, procedit iudicium, & sententia. Rot.Genuẽ. decis.26.nu.3.

Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest contra confessionem propriam factã in contentioso iudicio, præcedente citatione;secùs autem contra confessionem factam etiam in iudicio voluntario coram Iudice, nulla præcedente citatione. Ozas. decis.134. nu.6.vide Marc.de Mant.sing.337.

Confessio facta in instrumento ex alia causa, quàm mutui, vel dotis, facit plenam fidem. Bald.in l.cùm aliquis.C.de iure deliber.nu.5. vide Afflic.decis.105.

Verba,accepisse, & habuisse, fauore liberationis, inducũt liberationem post triginta dies. Afflic.decis.94.vide Rot.Genu.decis.26.

Confessioni per duos testes probatæ, standum est contra confitentem principaliter, & non enunciatiuè.Afflic.decis.105.

Confessio facta in epistola, præiudicat etiam inter absentes.Marc.q.904.part.2. Ideò promittens per apocham creditori absenti, tenetur.Rot.Genu.decis.37.nu.25.

Quando lapsum est biẽnium, nec ante fuit opposita exceptio non numeratæ pecuniæ, tũc confessio de recepto probat veram numerationem,seu factũ realis numerationis.ead. Rot.d.decis.26.

Confessio facta hoc modo,habui,vel recepi,nõ est simplex cõfessio; sed confessio probatoria actus naturalis.ibid.nu.3.

Mutui cõfessio factã in cõtractu inutili, probat mutuũ.Bar.i l.certi cõdictio.§ si nũmos.n.16. ff.si cer.pet.& in l.126.§. Chryso.ff.de ver.obl.

Quando

Quando quis vult probare pecuniam non recepisse, licèt aliter instrumentum sonet, quomodo procedatur, vide Barto. in l. singularia 15. ff. si cert. pet.

Si Officialis Fisci vendens confiteatur sibi pretium fuisse numeratum, perpetuò est securus emptor, nec potest illi obiici exceptio non numeratæ pecuniæ. l. pen. §. ad hæc. ff. de quadrien. præscipt.

In facta confessione tributi, non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ. l. fin. C. de apoch. publ. lib. 10.

Confessio ex causa mutui, non probat intra biēnium. Maran. in suo Spec. part. 6. de confessione, tit. et producuntur confessiones, nu. 9.

Confitens se recepisse centum, & post confessionem partem illorū recipiens, ex hoc confessio simulata præsumitur, etiam quo ad residuū partis nō receptæ. Ludo. Rom. sing. 26.

Exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi, & si in confessione dictum fuerit, quòd quis cōfitebatur habuisse, recepisse, & habere centum mutuo. Roma. sing. 642. Idē, si debitor confiteatur apud se habere. Roma. d. singul. 642. vide tamen ibid. quando dictum limitetur, & Bar. in l. si ex plurib. 89. ff. de solu. & lib.

Hæc exceptio potest opponi regulariter. Anto. Trig. sing. 59. vbi scribit reg. cum ampliationibus, & limitationibus.

Notarius si dicat in instrumento pro centū Florenis sibi datis, & solutis, & postea probetur, quòd illo tempore non interuenit numeratio, an instrumentum sit falsum, vide Bart. in l. si non 5. C. si cert. pet.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, potest opponi contra confessionē in scriptis factam. Bar. in authen. rogati C. de testibus.

Instrumentum, in quo est facta confessio, qua quis confitetur recepisse, quod non recepit, probat, quòd ille, cui est facta confessio, promisit dare. Barto. in l. 4. C. de dot. promis. & nud. pollicit.

Si in instrumento quis confiteatur se habuisse mutuo centum, intelligitur de præsenti. Bart. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. pet.

Stipulatio, qua promitto tibi dare centum ex causa mutui, quæ confiteor me accepisse, nō probat mutuum: ideò per Procuratorem cōfitentē se recepisse mutuum, non præiudicatur domino, nisi dicat in instrumento, & in veritate recepit, & illi numeratum fuit. Bart. in l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraudem.

Confessus sub spe futuræ numerationis, debet exceptionem non numeratæ pecuniæ, intra biēnium opponere, & qñ actor differt agere, pōt reus corā Iudice ꝓtestari, qđ licèt cōfessus fuerit, tñ fecit spe futurę numeration. inde non sequutę, quo facto, hęc exceptio perpetuat. Hartm. c. 2. lib. 2. Et ad hæredes trāsit. Bar. in Auth. de tēp. nō solut. pecu. super dot.

Debitor conuictus super chyrographo, lapso biennio dato ad proponendam exceptionē non numeratæ pecuniæ, non potest compellere actorem ad iurandum, quòd fuerint pecuniæ numeratæ. Capic. decis. 15. vide tamen Franc. Marc. quæst. 698. part. 2. & Papon. lib. 9. titu. 6. arrest. 20. & infr. tit. de iurament. iudi. verit. part. parti delat.

Si in instrumento iuratum fuerit omnia, & singula esse vera, cessat omnino exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ. Gram. decis. 103. nu. 4. vide Cabal. milleloq 670. Aliās simplex confessio quantitatis iurata, non tollit hanc exceptionem, Ozas. decis. 134. Saltē obtenta absolutione à iuramēto. Cabal. d. milleloq. 670. vide tamen Gram. d. decis. 103.

Renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ cum iuramento, non potest excipere ipsam exceptionem, maximè si iurauerit nunquam contrauenire; secùs esset si confessus fuisset pecuniam recepisse, & iurasset illam reddere. Capel. Thol. q. 375. vide Rot. Genu. decis. 26. Mohe. decis. 285 & Hippo. sing. 327.

An debitor possit renunciare huic exceptioni non numeratæ pecuniæ, vide Ias. de actio. in §. fuerat, nu. 75 Rebuff. in constitut Reg. tract. de chyrog. & cedul. recog. art. 2. nu. 27. Tom. 1. Natt. consi. 196. Tom. 1. Barto. in Authen. de tempo. non solut. pecun. nu. 10. & in l. ex eano ne. C. de non numera. pecu. Abb. consi. 71. par. 1. nu 2. facit l. fi. C. eo. de non nume. pecu.

Licèt debitor renunciasset exceptioni non numeratæ pecuniæ, adhuc illā opponere posset: operatur tamen illa renunciatio præsumptionem iuris, & de iure, contra quam nō admittitur probatio in contrarium, nisi per cōfessionem. Cabal. milleloq 671. & Hippol. singul. 222.

In instrumentis dotalibus solet hodie renūciari exceptioni non numeratæ pecunię, & tunc sufficit sola confessio. Barto. in l. 1. C. de dot. caut. non nume.

Excipiens de non numerata pecunia contra obligationem in forma Cameræ, tenetur id probare, etiam obtenta absolutione à iuramento. Ioan. Mohed. decisio. 31. vide tamen eundem, decis. 80.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ aduersus Thesaurari quitationē an admittatur, vide Fran. Marc. q. 203 part. 2. nu 5.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an possit à delegato opponi, aut peti obligationis delegatę releuatio, vide Put. decis. 428. lib. 2.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ, qui scit

se

se habere, & se subdelegare patitur ex interuallo, illi renunciat. Put. d. decis. 428.

Notarius si asserat in instrumento pecuniā realiter numeratam fuisse, dicta exceptio non admittitur. Cabal. milleloq. 679.

Licèt statutū tolleret hanc exceptionē, tamen in foro conscientiæ creditor non esset tutus. Cabal. milleloq. 676.

Quamuis is, qui iurauit verè pecuniam solutā non sit audiendus, allegans exceptionē non numeratæ pecuniæ, tamen si sit admissus ad probationem negatiuæ, debet audiri. Hierō. Mago. decis. 128. nu. 6. Rot. Floren.

Negatiua, nempe quòd pecunia numerata non fuit, probatur, probando de tempore cōfessionis nullā interuenisse numerationē. Crau. consi. 1. num. 9. & consi. 117. nu. fin.

Quando super renunciatione apponitur iuramentum, debitor non potest opponere hāc exceptionē, sed cogitur soluere, tamen post solutionem poterit repetere pecuniam solutam. vide Ias. de actio. §. fuerat, nu. 85.

Licèt debitor non possit opponere ipsam exceptionem, tamen poterit allegare instrumentum simulatum. Ias. ibid. num. 86. & Anto. Trigo. sing. 120.

Exceptio non numeratæ pecuniæ intra quę tēpora opponi possit, & in quibus casibus locum habeat, & an inter mercatores opponi possit, vide Maran in suo Spec. part. 6. titu. de exceptio. num. 35. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de chyrog. & cedul. recog. art. 2. nu. 11. & seqq. Tom. 1.

Licèt exceptio hæc possit opponi contra cōfessionem liberatoriam intra 30. dies: tamen hoc fallit, quando post confessionem pretij recepti sequuta est quitatio, vel pactum de non petendo, vel alia dispositio liberās debitorem. Natt. consi. 196. Et quando ipsi exceptioni fuit renunciatū; secùs in exceptione non numeratæ pecuniæ in contractu mutui. Natt. ibid.

Contra dictam confessionem, & liberationem modo suprascripto factam, admittitur probatio. Natt. ibid.

In deposito confessionato nōn admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ. Rol. cōsi. 17. nu. 7. vol. 1. vide eundem, cons. 4. vol. 4.

Dicta exceptio locum non habet in aliis casibus, quàm in dote, vel mutuo. Rolan. consi. 4. vol. 4. Ideò cessat, quando in chyrographo exprimitur debitum ex causa de præterito. Rol. ibid. nu. 11. & 12.

Hæc exceptio non habet locum in cōfessione facta in testamēto. Guid. Pap. sing. 70. & Ant. Trigo. sing. 59. Vel in alia vltima voluntate. Cabal. milleloq. 672.

Debitor, & creditor si in fine instrumenti iurēt in eo cōtenta esse vera, non poterit amplius opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Fran. Cremen. sing. 153.

Si defunctus confessus est mutuum, non poterit eius hæres opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Pet. de Rauen. sing. 322.

Hæc exceptio post biennium non potest opponi: fallit in pio loco. Ant. Corset. in suis singu. littera E. sing. fin.

Exceptio non numeratæ pecuniæ an habeat locum, etiam si promissio fuerit facta non spe futuræ numerationis, vide Barto. in l. 3. C. de postul.

Hæc exceptio limitata tempore, non habet locum in contractibus non celebratis in scriptis. Bar. in l. si non 5. C. si cert. pet.

Ipsa exceptio opponi potest contra scripturā priuatam continentem pecuniam numeratam fuisse; secùs in scriptura publica hoc continente. Bart. in l. 3. & 1. C. de dot. caut. non numera. Alias exceptio non numeratæ pecunię opponi potest intra biennium, siue cōfessio summæ fiat in scriptura priuata, siue publica. Ozas decisio. 134.

Promittens centum sub spe futuræ numerationis, si creditor voluerit numerare, debitor tenetur recipere si creditoris interest, & creditor dare, si debitoris interest. Bar. in l. si fideiussor 43. ff. de fideiu. sso. & mand. nu. 4.

Obligatio quâ creditor tenetur numerare promittenti spe futuræ numerationis, vnde nascatur, vide Bar. ibid.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, quando non cōpetat, vide Bar. in §. 1. Instit. de litte. oblig.

Condemnatio facta in iudicio, non patitur exceptionem non numeratæ pecuniæ, vide Ias. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn. Iudi.

Quando obligationi mutui subiicitur stipulatio, non videtur esse locum exceptioni non numeratæ pecuniæ: quia agitur ex ipsa stipulatione; non ex numeratione. glo. in §. fin. l. a. ff. si cert. pet. vide tamen §. idem iuris, Instit. de exceptio. & Barto. in l. 9. C. de non nume. pecu.

Dicta exceptio opponi potest in cōtractu mutui per debitorem etiam post biennium, si probatum fuerit de non solutione. Afflic. decis. 110. Natt. consi. 305. & Hippol. sing. 463. vide tamen Rot. Genu. decis. 26. & Azo in summa tit. C. plus valere. nu. 5.

Destituto exceptione non numeratæ pecuniæ per lapsum biennij, subuenitur ex officio Iudicis. Guid. Pap. q. 292. vide Hippol. sing. 277. Imò de iure Canonico etiā post bienniū pōt opponi ipsa exceptio; secùs de iure Ciuili. Cabal. milleloq. 673. vide milleloq. 673. ibid.

Exceptio

Exceptio non numeratæ pecuniæ non impedit litis contestationem. vide Cape.Thol.q.187.

Creditor etiam post 30. dies de iure Canonico poterit opponere ipsam exceptionē. Capel. Thol.q.419.Non autem de iure Ciuili. idem Cabal.milleloq.669.

Soluens partem debiti cautionem agnoscit. Hiero.Mago.decis.Luc.24.num.21.vide Nat. consi.77.Tom.1.Sed non ob id cogitur soluere aliam partem debiti.vide eundem Mago. decis.143.Rot.Floren.

Debitum agnoscens ex interuallo, ipsam exceptionem opponere non potest. Put.decisio. 428. lib. 2.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ causatur ex facto,vel non facto.Bart.in l.5. C. quib. caus.in integ.restitut.non sit necessa.

Petens centum ex causa mutui, debet probare mutuum factum, antequam libellū obtineat. Barto.in l.8.§.sed vt probari.ff.de oper. nou. nunciat.num.5.

Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponens,non tenetur illam probare. Bart.in l.8. nu.5.ff.de verb.oblig.Sed actor tenetur probare numerationem.Abb.in sua Pract.c.97.

Exceptio nō numeratæ pecuniæ opponi debet in scriptis,& proponi etiam potest,& si contra opponentē nihil petatur. Bar. in Auth. de tempo.non solut.pecun.super dot.nu.5.

Vbi is, contra quem debet opponi querela nō numeratæ pecuniæ,sit in administratione positus, poterit aduersarius ad eius pscriptionem interrumpendam adhibere alium administratorem , per quem similis denunciatio fiat. l. si præsens 18.C.de Episcop.audien.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, non videtur dari pro omnibus rebus, in quibus consistit mutuum.glo.ibid.in verbo,aliàs.

Dicta exceptio dicitur esse fauorabilis.glo.in l. 3.ff.de constitut.pecu.

Debitor potest creditorem.(qui pecuniam nō numerauit) ad restitutionem pignoris conuenire, nec ille potest exceptione dati pignoris se tueri, nisi probet pecuniam se numerasse,quod obtinet etiam debitore possidente.l.1.C.si pign.cōuent. numer.seq.nō sit.

De dote cauta non numerata.

Maritus confitendo dotem recepisse ab extraneo,videtur cōtra se probare solutionem , & receptionem. Ozas.decis.20.nu.fin.Maximè quando confessio non est facta sub spe futuræ numerationis,vel exceptioni non numeratæ dotis fuerit renūciatū,aut lapsum fuerit tps opponēdi ipsam exceptionē. Oza.ibi.

Non habet locum præsumptio donationis , & fraudis in confessione receptionis dotis facta ante matrimonium præsertim,si ex interuallo esset renunciatum spei futuræ numerationis , vel lapsa essent tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, aut ante confessionem præcesserit promissio. Ozas. decis.172.num.11.

An valeat renunciatio non numeratæ dotis, vide Ias.de actio.§.fuerat, num.75. & Craue. consi.282.

Si maritus futurus antequam cōtrahat per verba de præsenti, promiserit dotare vxorem, cùm habeat contrahere per verba de præsenti,quia vxor nobilior est viro , talis promisso valebit , & poterit exigi ab hæredibus viri,etiam non consumato matrimonio. Afflic.decis.61.nu.3.

Dos promissa constitui,& non constituta,debetur vxori post annum renubenti. Afflic. ibid. nume.6.

Ratio lucrorum nuptialium,& dotis datæ prætextu nobilitatis vxoris,est eadē. ibid. in fin.

Pater repellit,mortua filia,à petione dotis confessæ,& non receptæ per maritum cum iuramento,qui etiam renunciauerat exceptioni non numeratæ dotis.Afflic.decis.323.

Si maritus, constante matrimonio,confiteatur se dotem recepisse, quæ sibi fuit promissa tēpore matrimonij,statim sibi præiudicat, nec amplius poterit opponere exceptionem nō numeratæ dotis.Afflic.decis.402.

Lapsis temporibus opponendi exceptionem non numeratæ dotis , tantum operatur confessio mariti de dotis receptione (etiam in præiudicium quorūcunq; creditorum)quantū operatur vera,& realis numeratio , & hoc casu dos confessa habet omnia priuilegia , quæ habet dos numerata.Affli.decis.402.nu. 10.vide Boer.decis.330.& Barto.in l.6. C.de compensa.Quod procedit, licèt fuisset facta confessio,constante matrimonio.Vera.deci. 196.part.1.

Confessio mariti de dote recepta , constante matrimonio, non valet regulariter,etiam facta cum iuramēto.Gome.Leo.decis.6. in decisio.diuerso. Ideò creditores possunt opponere ,& probare dotis confessæ simulationē, etiam post lapsa tempora.Papon.lib.21. titu. 3.arrest.8.vide Rot.Auenio.decis.25.in decisio.diuerso. Tamē quòd confessio mariti de dote recepta,constante matrimonio,præiudicet creditoribus posterioribus,quādo mulier agit hypothecaria contra tertios possessores,lapso tempore dato ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, vel renūciatum fuerit ipsi exceptioni,scribunt Craue.

consi.

consi.49.nu.6.Rol.consi.74.vol.4.Menoc.cōs. 154.vol.2.num.20.vide Dec.consi.536.Ias.de actio.in § fuerat.num.74.Cassan.in consuetu. Burg.tit.*Des droicts*,Rub.4.§.7.gloss.6.Henric. Boer.in suis singul.tit.confessio,Hippol.sing. 326.& Vera.d.decis.196.part.1.

Confessio viri de dote recepta post contractum debitum,non nocet anterioribus creditoribus,opposita exceptione non numeratæ dotis,seu pecuniæ,sed quādo talis exceptio sit opponenda,vide Mago.deci.68. Rot.Flo, Quod etiam habet locum , licèt maritus renunciasset exceptioni non numeratæ pecuniæ.ibid.num.9.

Conclusio limitatur primò , si creditores sciuerint renunciationem, & intra legitima tēpora non exceperint.Mago.ibid.nu.8.

Secundò limitatur,quādo præcessit dotis promissio,& inde ex interuallo sequuta fuit confessio: nam tunc talis confessio nocet creditoribus , qui cum viro medio tempore contraxerunt.Mago.d.decisio.68.nume.10. Rot. Auenio.decisio. 25. in decisio. diuerso. vide Afflic.decis.402.

Tertiò limitatur,quando creditor etiam solùm se fundasset super sola confessione viri, nam tunc in pari causa melior esset conditio mulieris.Mago.d.decis.68.nu.12.

Exceptio non numeratæ dotis , licèt possit opponi contra confessionem factam per maritum, durante mrimonio,id tñ declaratur locum non habere , quando maritus confessus fuisset se dotem recepisse à tertio.Rol.consi. 93.nu.26.vo.1.Tunc enim talis confessio omnibus nocet.ibi.Rol.nu.29.& Hipp. sing.345.

Confessio dotis facta, constante matrimonio, quę valet in vim donationis,cōfirmatur morte mariti prædecedentis,quando interuenit constitutum,& retrotrahitur ad tempus confessionis , omnibusq; præiudicat. Rol. consi. 93.nume.30.

Si in instrumento iuratum fuerit, omnia,& singula esse vera, cessat exceptio non numeratæ dotis.Gram.decis.103.num.4.vide Ioseph. Ludo.decis.Perus.66.

Maritus si præstiterit alimenta vxori, tam ante matrimonium,quàm post, & fuerit confessus recepisse dotem,non poterit vlterius opponere de non numerata dote. Gram.d.decis. 103. nu.6. Tamen quando hæc exceptio possit opponi,vide Crauet.consi.282. circa finē, & Ias.de actio.§.fuerat,nu.75.

Si secunda vxor agat ad restitutionem suarum dotiū,quas confessus fuerat maritus habuisse ante,vel post matrimonium,an filij primi matrimonij possint opponere , dictam confessionem sapere donationem , & in eorum fraudem factam,vide Crauet.consi.40.& infra lib.2.tit.de pęnis secundò nuben.

Fiscus etiam tenetur ad solutionem dotis confessæ,vbi renunciatum est exceptioni nō numeratæ dotis, vel lapsa sunt tempora opponendi ipsam exceptionē. Natt.cons.28.To.1.

Donatio facta à viro vxori,& resultans ex confessione de dote recepta,firmatur iuramētō promissorio;non autē assersorio. Natt.d.cōsi. 28.nu.6.vide Rol.cōsi.93.vol.1.& cōsi.76.vol. 2.Rom.sing.599.Et hęc donatio tacita nō reuocatur ex reuocatione confessionis factæ, ex qua resultat ipsa donatio. Roma. d.sing.599.

Ille , qui confitetur ex causa dotis plus recepisse,quàm receperit,potest agere,vt id , quod non recepit,recipiat.Bart.sing.171. & Barth. de Capu. sing.88.

Licèt dos confessa non habeat priuilegia veræ dotis,attamen si vltra cōfessionem interuenerint cōiecturæ aliquæ, quibus coniici possit dotem fuisse numeratam verè,huiusmodi dos potiri debet priuilegiis dotis numeratæ. Menoch. consi. 154. nume.18. lib. 2. vide Mathe.Mathes.sing.192.

Confitens habuisse dotem,vel centum nomine dotis,& post confessionem partem dotis recipiens, confessio simulata præsumitur , etiā quo ad residuum dotis. Ludo.Roma.sing.26

Exceptio non numeratæ dotis potest per maritum opponi , nisi postea in alio instrumēto fuerit cōfessus.Amanel de Clarisaq.sing.136.

Instrumentum , in quo quis confitetur se recepisse,quod non recepit,probat,ꝙ ille promisit dare illi,cui est facta confessio. Bar.in l.4. C. de dot. promissio. & nud. pollicit. Et ille, qui confitetur potest agere,vt id , quod non recepit , recipiat.Bart.sing.171.& Bartho.de Cap.sing.88.

Confessio dotis receptæ facta per diuitem vilē vxori pauperi nobili, statim valet.Bart.in l.si diuortio 21.nu.4.ff.de verb.oblig.

Dos promissa,& nō recepta, quādo repeti possit, soluto matrimonio,vide Bart.in Auth.de non eligendo secundò,&c.§.illud.

Tēpus opponendi exceptionē dotis nō numeratæ,fauore dotis currit minoribus,tñ aduersus talem cursum ipsi,& hæredes eorum restituuntur intra tempora, de quibus in authen. si minor.C.de tempo.in integ.restitut.

Dotis confessio , & promissio à marito facta rēstitutionis tempore,quæ per errorem maior ipsa dote soluta reperiebatur , an teneat,vide Perillust.D.P.Tesla.decis.112.

Vide de materia huius titu.in Auth. de tempo. non solut.pecu.sup.cau.dot.& ibid.Bar.Abb. consi.79.part.2.& Azo.in summa tit. de tēpo. in integr.restitut.

De

De cōpensatione, & eius exceptione.

Clausula, quæ est in principio decretorum Ducalium, vt procedatur, sola facti veritate inspecta, operatur, vt possit opponi exceptio compensationis, non obstante iuramento. Ozas. deci. 1. nu. 27. & decis. 92. num. 35.

Compensationem posse opponi (etiam de iure communi) iuramento non obstante, scribūt idem Ozas. decis. 92. nu. 18. Marc. q. 148. part. 2. Cabal. mille. 223. & Bart. in l. 15. ff. rem rat. haber. Contrariam tamen opinionē tenent Afflic. decis. 163. & decis. 381. Capic. deci. 167. Ioseph. Ludo. deci. 15. Perus. Borg. Caual. decis. 28. de contract. part. 2. num. 43. vide Rot. Auenio. decis. 111. nume. 9. in decisio. diuerso. Boer. consil. 14. num. 8. Ias. de actio. §. in bonæ fidei, num. 85. Math. Mathes. singu. 54. Hippol. singul. 208. Natt. consi. 54. Tom. 1. Sed ad conciliandas opiniones adfertur notabilis distinctio, quando admittatur compensatio, vbi quis præcisè ad soluendum iureiurando se obligauit, per Ozasc. d. decis. 92. num. 34. vide Afflict. d. decis. 163. vbi etiam distinguit inter debitorem diuitem, & pauperem. Capic. decis. 167. qui pariter distinguit, & Mago. decis. 42. Rot. Floren. num. 7.

Qui compensat, soluit. Rot. Genu. decis. 16. Et promissio dandi, seu faciendi, habet à iure tacitam conditionem, vt promittens liberetur, siue compensando, siue soluendo. Ozasc. d. decis. 92. num. 7.

Cōditio & si impleri debeat in forma specifica, tamen quando qualitas, seu solutio est in conditione, dicitur adimpleta, si iussus dare, compenset. Ozasc. ibid. num. 3.

Compensatio licèt non admittatur in debito iurato, admittitur tamen retentio: ideò conductores possunt retinere id, qđ cū iuramento debebant soluere, excusanturque à caducitate, & pęnarum incursu. Put. decis. 292. li. 2. vide Cabal. milleloq. 222. Aliàs compensatio directè prohibita, nō permittitur indirectè, idest iure retentionis. Capic. deci. 88. nu. 4.

Debitum naturale est potens ad inducendam compensationem contra petentem debitū ciuiliter, & naturaliter: fallit, quando fuit præstitum iuramentum. Franc. Crem. sing. 117. vide tñ Bar. in l. 8. §. si Procurator. ff. rē rat. habe.

Debitum naturale, quòd opponi possit compēsando contra petentem, (non contra repetētem) scribit idem Bar. in l. 1. ff. de condict. indebit. nu. 18. & in l. interdum 29. eod. nu. 5.

Compensatio debiti naturalis opposita, quando admittatur, & plenariè cognoscatur, vide Bartol. super constitutione, ad reprimendum in verbo, summariè, num. 28. fol. 100.

Compensatio ficta solutio dicitur. Ozasc. decis. 92. num. 11. & 14. Capic. decis. 167. nume. 6. Et habet vim solutionis. Capel. Tholos. q. 93. Ideò compensatione opposita, tollitur debitū, & obligatio. Ozasc. d. decisio. 92. nu. 16.

Compensatio opponi potest contra executionem rei iudicatæ. Ozasc. deci. 92. Fran. Marc. quæst. 148. part. 2. Andr. Gail. obseru. 17. lib. 2. num. 10. Mago. decis. 42. Rot. Floren. nume. 8. Bar. in additio. ad l. 1. C. de iuris, & fact. igno. & glos. fin. in l. 1. §. fin. ff. quæ senten. sine appellat. rescin. poss. vide tñ Capic. dict. decis. 167. Capel. Tholos. q. 263. & Affli. deci. 121.

Compensatio an in causa appellationis admittatur, vide Ozas. d. decisio. 92. num. fin. Capel. Tholos. q. 93. & q. 263. Guid. Pap. q. 436. nu. 12. Hieron. Mago. decis. 42. Rot. Floren. num. 8. & & Guid. Pap. sing. 440.

An compensatio opponi possit ab eo, qui spontaneam subiuit condemnationem, & intra certum terminum soluere cum iuramento creditori promisit, vide Ozas. d. decis. 92.

Compensatio debiti liquidi ad liquidum fit ipso iure, & actionem extinguit. Affli. deci. 121. Et Iudici necessitas ad compensandum est imposita: ideò ex officio debet facere compensationem, licèt illi sit renunciatum. Afflic. dicta decisio. 121. vide Rot. Genu. decisio. 34. Tamen quod non fiat ipso iure, scribit Ioa. Mohed. decisio. 8. vide Beninten. decisio. 37. num. 22. Nisi opponatur ab homine. Rot. Genu. decisio. 15. num. 6. & 19. Guid. Pap. q. 221. DD. de Rot. deci. 24. aliàs 295. de appellatio. in antiq. latè Ias. de actio. in §. in bonæ fidei, num. 77. & in §. sunt præterea, vers. compensationes. Bar. in l. 5. ff. de impen. in reb. dotal. fact. nume. 10. & Felin. consi. 25. num. 11.

Compensatio impedit initium, & cursum præscriptionis, quia hoc casu fit ipso iure. Mohe. decisio. 200.

Pariter ad impediendam pignoris distractionē fit ipso iure: ideò ratio continens distractionem, compensatione nō facta, non admittitr pro bene reddita. Rot. Genu. deci. 4.

Creditore imbursante pecunias debitoris, cōpensatio fit ipso iure. ibid. d. decis. 4. nu. 22.

Vno existente creditore, & debitore, extinguitur actio per compensationem; tamen quando dictum procedat, vide eandem Rot. decis. 190. nu. 10. et 19.

Cōpensatio ad euitādā pęnā fit ipso iure. Gasp. Cabal. millel. 334. Sed in qb. aliis casib. fiat ipso iure, ēt nulla facta oppositione, vide Ias. đ actio. in §. in bonæ fidei. n. 80. & seq. Vel sit necesse, vt opponatῦ, vide Bar. ĩ suis qq. q. 10. n. 14.

Kk Com-

Compensas dicitur soluere,& compensatio extinguit debitum,sicut ipsa solutio, & fit ipso iure; facta tamen oppositione, & non antè: ius enim non reponit compensationis ortū in homine; sed ipso iure lex operatur; tamē bene in hominis voluntate, exercitium, & vsum ortæ compensationis, remittit,Mago. decis.5.Rot.Floren.

Res emphyteotica nō cadit in commissum per cessationē solutionis census,si Dominus debeat tantundem emphyteotæ: quia tunc fit compensatio ipso iure sine facto hominis. Ias.de actio.in §.in bonæ fidei, nume.85. Sed an emphyteota,seu Vasallus posit opponere exceptionem compensationis,vide Ioan. de Perus.sing.3.& 5.

Debitum hincinde ex causa vsuraria, compensatur.Bart.in l.in insulam 43.§.vsuras.ff.solut, matrimonio.

Creditor debens pecuniā suo debitori,an possit illam compensare, in quam causam vult, vide Bart.in l.cùm ex pluribus 103. num.4.ff. de solutio.& liberat.

Ne currant vsuræ,vel quicquam pęnale,fit compensatio ipso iure pro rata debiti, qđ pōt cōpensari,& hoc casu fit ipso iure, ea nō opposita.l.eius 7.& ibid.glo.C.de solutio.& libera. vide l.in insulam 43.§. vsuras.ff.solu. matrim.

Per compēsationem quis non liberatur ipso iure,nisi implorato Iudicis officio.l.95.§.si creditor,& ibid.glo.ff.de solutio.& liberat.

Hodie compensatio opposita ab homine,perimit omnes actiones vsque ad concurrentes quantitates ipso iure, siue actio bonæ fidei sit,siue stricti iuris,excepta actione depositi, quæ per compensationem non tollitur. §. in bonæ fidei,Institut.de actio.& ibid.glo.

Compēsans non venit contra instrumentū dotale,contra quod nulla exceptio opponi potest.Afflic.decis.122 nu.4.

Opponens compensationem videtur confiteri.Rot.Genuen.decis.213. Boer.decis.43. nu. 14.Hiero.Mago.decis.Flo.44.Quia exceptio compensationis vim habet solutionis:& cōpensare,vel soluere,nihil differt.Afflic.decis. 121.& Ioseph.Ludo.decis.Perus.15.

Debitor ex dispositione legali,creditori suo legans, an videatur animo compensandi reliquisse, vide Afflic. decisio. 138. nume.penu. & Manti. de coniect.vlti.volunt. lib.10.tit.2.

Debitor instituendo creditorem hæredem,vel cohæredem,in dubio non videtur hoc facere animo compensandi. Rot. Auenio. decis. 45.in decisio,diuerso.Tom.3.

Debitor legans,vel donans, non videtur donare,vel legare animo compensandi,nisi aliter colligeretur ex coniecturis, quas plures adducit Craue.consi.149.vide Hippol.sing.162. & Bart.in l.vnica.C.de rei vxor.actio.nu.10.

Legatum factum vxori, quando videatur factum animo compensandi cum dote, vide August.Bero.q.92.

In dubio videtur legatum relictum animo cōpensandi cum debito, quando illud erat necessarium;secùs si voluntarium;idest ex proprio facto liberè contractum.vide Hartma.c. 1.tit.de legat.lib.2.& Craue.consi.131.

Legatum paternum an sit compēsandum cum legato auito, vide Raud.tracta.de Analog.c. 33.nume.48.

Datum per fratrem in dispositione inter viuos sororibus,censetur datum animo compēsandi cum supplemēto legitimæ debitæ ipsis sororibus.Craue.consi.131.nu.14.

Compensatio fit ex coniecturis, vbi aliàs non fieret:& compensandi animus præsumitur in fratre dotāte sororem,cuius negotia gerebat.Craue.d.consi.131.nu.fin.

Legatum non censetur factum animo compensandi cum eo,quod debetur legatario per testatorem.vide Menoc. cons.195.lib.2. Fallit, si ex coniecturis constaret de contrario animo testatoris. vide eundem,consi.236.lib.3.

Debiti,& dotis compensatio ideò non fit,quādo maritus legat vxori,quia eius est debitor voluntarius, & ex cōtractu voluntariè inito, ꝙ secùs est in patre.Marc.de Mant. sing.147. vide Bar.in l.huiusmodi 86.§.cū pr̄, de leg.1.

Institutio facta de parte hæreditatis animo cōpensandi totum debitum,petitionem debiti excludit. l. si compensandi 6. C. de hæredi. instituen.

Ille,cui relictum est animo compensandi, non poterit petere legatū, nisi hæredem liberet, aliàs agens doli exceptione repellitur.l.pen. §.qui.ff.de aliment.& cibar.legat.

Compensatio peti potest per hæredem administratoris duarum stationum publicarum, seu Fiscalium,vnius cum altera.Afflic.decis.192.

Compensatio liquidi ad non liquidum vana. Afflict. decis.381. nu.6. Ideò non admittitur. Ioseph.Ludo.decis.Perus.15.nu.15.Rot.Genu. decis.191.nu.6.& decis.213. Sed tunc erit locus reconuentioni.Bart.in Authen. de executoribus.§. illud, de qua reconuentione vide supra tit.de reconuentio.

Liquida esse,vel breui tēpore liquidanda, æquiparantur.Ozas.decis.92.nu.penu.vide Hiero. Mago.decis.Luc.1.nu.34.

Compensatio locum habet,vbi debitum est liquidum, non aliter, ac vbi debetur genus, & non species. Maran. in suo Specu. parte. 4. distinctio. 6. iudi.tit.an sit iudi.conuentio. vel reconuentio. vide Menoch. de Arbitra. lib.2.

lib 2.cas.14.num.fin. Quod limitatur, quando debitum actoris esset liquidum per confessionem rei, quia tunc admittitur compensatio de debito rei illiquido, quod venit liquidandum in processu. Maran.ibid.num.3. & 4. in additio.& nu.27.

Conclusio procedit, quando id, pro quo cōpensationem fieri petitur, liquidari non posset intra breuem terminum Iudicis arbitrio statuendum, sed prolixam indaginem requireret; secus si breui tempore liquidari posset, quod totum Iudicis arbitrio relinquitur. Maran.ibid.in additio.nu.2.vide eundē Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.14.

Compensatione opposita alterius debiti incōtinenti liquidandi, intra quātum tempus debeat fieri liquidatio, vt compensatio admittatur, vide Bar.in l.aufertur 46.§.qui compēsationem.ff.de iure Fisci, Vbi tenet esse faciēdam intra tempus, quod datur reo condemnato ad soluendum.

Compensare prohibitus occasione contractus, in quo renūciauerat exceptioni cōpensationis,& omni legum auxilio oībusq; exceptionibus, et est prohibitus retinere. Capi.dec.88.

Renunciatio cōpensationis extenditur ad debita præterita;& non futura. Capic.deci.167. nu.8. Et tunc compensatio non potest opponi. Put.decis.452. lib.2.

Creditor factus debitor eiusdem debitoris intrat in hypothecā quam ipsemet habet, contra eundem; tamen non potest nomen suum retinere, vel cōpensare debitū cum debito. Capi. decis.88.vide Rot.Genu.decisio.34.

An compensatio fiat ad instantiam tertij, vide Rot.Genu.decis.8.nu.16.

Consequutum pendente lite per modum prouisionis, non compensatur cum summa adiudicata per sententiam, nec eam minuit. Boe. decisio.324.

Compensatio de specie ad quantitatē non admittitur, inuita parte. Ioseph.Ludo.decisio. Perus.15.nu.5.& decis.88.nu.17. Fit tamen ipsa volente, vel officio Iudicis. Bar.in l.1.§.itē. ff.si pars hæred.pet.

Compensationem obiicere non potest retinēs iniustē possessionē rei alicuius. idem Ludo.d. decis.15 num.fin.

Vt compensatio locū habeat est necesse, vt res illæ, in quibus opponitur compensatio, recipiant functionē in genere suo,& non in alijs: imò nec dum de specie ad quantitatem habet locum compensatio, sed nec etiā de vno genere ad aliud genus, & per consequens nec de vino ad oleū, minus de oleo ad pecuniam. Boer.consi.14. Ias.de actio.§.in bonæ fidei, nu.62. vide tamen Guid.Pap.sing.293.

Vbi cessat cōpensatio (vt quando debetur species) recurrimus ad reconuentionem; sed an ipsa compensatio aliquam habeat similitudinem cum reconuentione, vide Maran.in suo Spec.part.4. distinct.4. iudi. titu. an sit iudic. conuentio. vel reconuent.nu.4.

Quādo in alternatiua obligatione est species, & quantitas, an possit fieri compēsatio, vide Bart.in l.1.C. si maior factus alienationem.

Compensatio non fit, etiam quando pecunia petitur, vt species,& sic de specie ad quantitatem. Barto.in l.qui pecuniam 30.§.seruum, nu.8.ff.si cert pet.

An compensatio quātitatis debitæ in pecunia, ad quantitatē fructuum fieri possit, vide Bar. in l.8.§.ob.ff.solut.matrim.

Compensatio inter species fieri non potest, & actiones reales tunc compēsantur, quum rebus peremptis, deuenitur ad æstimationem. glos.in verbo, compenset, in §.si quis autem voluerit, Authen.de non alienando, aut permutan.reb.Eccles.

Creditum alienum compensari non potest, seu retineri pro debito illius, penes quem est dictum creditum. Rot.Genuen. decisio.10.nu. 3. Sed quando possit compensari, vide eandem Rot.decis.28.

Replicatio compensationis, an admittatur contra exceptionem compensationis, vide ibid. decis.11.nu.7.

Compensatio non admittitur inter debitum sociale,& creditum proprium. Rot.Genuen. decis.26.num.30.

In pœnalibus compensatio fit ipso iure. Guid. Pap.quæst.171.num.5. Nam paria delicta mutua compensatione tolluntur. Franc.Marc.q. 494.nu.41. Hippol.sing.234 c.4. ex.de diuor. & ibid.gloss. Tamen quòd compensatio non habeat locum in delictis, habetur in c. 1.ext. de conuers.infidel.

Mora cum mora, quando compensetur, vide Rot.Genu.decis.144.num.13.& 17. Et an dolus cum dolo, vide Barto.in l.7.C.ad leg.Iuli. de vi publi.

Dolus cum dolo, delictum cum delicto, neglig ētia cum negligentia, pœna cum pœna compensantur. l.fin.§.pen. ff.de eo, per quem factum erit,& l.quod 37.ff.de dolo malo.

Non fit compensatio damni prouenientis ex culpa administratoris, cum lucro ex lege, vel ex consuetudine; sed cum prouenientе ex contractu, & diligentia administratoris sic.l.Caius 11.ff.de vsuris.

Sicut dolus dolo compensatur; sic culpa culpa; non autem dolus cum culpa, quia dolus prægrauat: item, si vnus sit in lata culpa, alter in leui, præponderat lata, & in omnibus

vbi vterque non est in pari causa, is, qui minus deliquit, est in meliori causa. glo. in l. cùm par 197. ff. de reg. iur.

Exceptio compensationis potest opponi contra cessionarium. Guid. Pap. q. 567. Capel. Thol. q. 93. Rot. Genu. decis. 120. vide Mago. decisi. 42. nu. 10 Rot. Flor. Papon. lib. 12. tit. 6. arrest. 2. & fin. Guid. sing. 564. Quia cessionarius in exceptionibus repræsentat cedentem, & cessio trasit cũ suo onere. Rot. Genu. d. dec. 120.

Debitor cõuẽtus potest opponere debiti cessi compensationem. Afflict. decis. 163.

Fideiussor excõmunicati, potest opponere cõpensationem de credito ipsius excommunicati. Capel. Thol q. 1. in additio.

Procuratori in rem suam in casibus, in quibus non tenetur defendere dominũ, potest obijci cõpensatio. Barto. in l. si quis inter 34. ff. de Procurato.

Si quis vti successor singularis ex titulo lucratiuo, agat contra debitorem, cuius nomen fuit sibi donatum, vel legatum, & ipse debitor obijciat compensationem, vel aliquam defensionem, legatarius, vel donatarius debet defendere dominum auctorem. l. pater 70. ff. de Procurato.

Compensationis rationem si Iudex non habuerit, salua manet petitio in alio iudicio, nisi expressè illã reprobauerit: tñ tutius est, quòd Iudex in sententia referuet reo in alio iudicio ius prosequendi dictam compensationẽ, Fran. Marc. q. 157. par. 2.

Compẽsatio potius exceptionem, quàm petitionem respicit. Marc. ibi. Et non videtur reiecta eo ipso, quòd pronunciatur super principali Bar. in l. si autem 8. §. quocunque. ff. de nego. gest.

Exceptio compensationis non admittitur de credito, quod probatur per scripturam, in qua etiam de alio debito cõstat. Rot. Genu, decis. 120.

Si Titius debitor Sempronij instituerit hæredẽ Caium, si ipse Sempronius deinde efficiatur debitor dicti Caij, an possit Sempronius opponere compensationem, si illum conueniat creditores dicti Caij, vide Vincen. de Franc, decis. 53.

Quando non admittatur compẽsatio, vide Cabal. milleloq 222.

Fructus in debitum non compensantur per gratuitum. Rot. Auenio. decisio. 45. nume. 6. in decisio. diuerso.

Contra depositum an, & qñ possit opponi compensatio, vide Rot. Genu. deci. 34. nu. 9.

Ille, in cuius manibus fuit factum depositum iudiciale, non potest opponere exceptionem compensationis: fallit in casu, de quo per Papon. lib. 12. tit. 6. arrest. 4. vide Ias. de actio. in §. in bonæ fidei, nu. 10 Natt. consi. 438. Rolan. consi. 17. volum. 1. & cap. fin. ext. de deposito. Quare contra agentem actione depositi nõ admittatur cõpensatio, vide Bart. in l. cùm is 32. §. fideiussor. ff. de condict. indebit.

Depositarius non potest obiicere compensationem: idem in plurib. depositariis, qui pariter inter se sibi inuicem non possunt opponere ipsam compensationem de rebus depositatis. l. si quis 11. C. depositi.

Qui se obtulit soluere, potest exinde cõpensare in credito, Rot Genu. deci. 120. num. fin.

Attentare non dicitur Iudex, cui est præsentata cõmissio ad instantiam debitoris cõtinens, vt fructus vineæ compẽsare debeat cum credito liquido, si ad vlteriorem executionem processerit, si commissio habeat clausulam, Prout de iure, &c. Vera. decis. 50. part. 1.

Creditores vnius negotiationis, possunt participare de bonis alterius negotiationis, satisfactis prius creditoribus illius; ideò in eo, qđ superest admittitur compensatio; & non aliter. Hiero. Mago. decis. Luc. 1.

Proprium est creditoris, & debitoris compensare, non soluere iterum. idem Mago. decis. 25. Luc. num. 20.

Creditum natum post primam obligationem, cedit in compensationem. idem Mago. decis. 42. Rot. Flore.

Compensationi aliquando nõ obesse, quòd cesserit quidem; sed non venerit dies, veluti si ex gratia fuerit tempus ad soluendum prorogatum, habetur in libris placit. Curiæ. li. 10. de solutio. tit. 6. cap. 4. in decisio. diuerso. & per Papo. lib. 12. tit. 6. arrest. 3.

Exceptio compensationis est formalis, & potest opponi, sine reconuentione. Papon. libr. 12. tit. 6. arrest. 1.

Quando vtrunque debitum consistit in quantitate, & est liquidum, fit compensatio, quod procedit in fratre debitore, qui simpliciter erogauit pecuniam fratri creditori, vel legatario quia ille non præsumit animo donandi erogare. Crau. consi. 86.

Culpa in vtroq; admissa, actore scilicet, & reo, reus culpę accusari nõ dẽt, qa cõpẽsatio ĩ pari culpa est admittẽda. Cra. cõsi. 1. ꝑ gen. n. 18

Cõpẽsationẽ si qs opponat Fisco, intra quãtum tẽpus sibi debitũ esse ꝓbare dẽat, vide Ias. de actio. in §. bonę fidei, nu. 72. Tñ Fisco non posse opponi cõpẽsationẽ, scribit Ro. sin. 551.

Compensationis oppositio intra quantũ tempus liquidari debeat, vide Ias. ibi. nu. 74.

Non admittitur cõpẽsatio cõtra agẽtẽ interdicto recupera. Ias. ĩ d. §. in bonę fidei. n. 12. Nec cõtra solutionẽ decimarũ. Lud. Ro. sing. 257.

&

& 551. Iaſ. ibid. num. 13. Sed de aliis caſibus, in quibus non admittitur cõpenſatio vide ibi. Iaſ. nu. 62. & ſeqq.

Compenſatio fieri non debet de debito, & credito diuerſarũ perſonarũ. Meno. cõſ. 195. li. 2.

Quod præſcriptum eſt, non venit in compenſationem. Barth. de Cap. ſing. 42.

Compenſatio an, & quando fiat in libro mercatoris continenti debitum, & creditum, vide Maran. in ſuo Spec. part. 4. diſtinct. 9. iudic. nu. 146. tit. an Iudex ſit competens.

Compenſans dicitur ſoluere, nõ tamen dicitur realiter numerare: ideò quando requiritur vera, & realis ſolutio, ſeu numeratio, non eſt locus compenſationi. Natt. conſi. 60. Tom. 1.

Debitor alteri olim ſuo debitori, & moroſo, nõ poteſt opponere illius temporis (quo in mora fuerat) compenſationem. Roma. ſing. 647.

Excommunicatus, & bannitus non poſſunt opponere exceptionem compẽſationis. Guid. Pap. ſing. 866. vide tamen Bar. in l. 14. ff. de in ius vocando.

Compenſatio opponi nõ poteſt à debitore negante debitum, ſi poſtea fuerit de debito cõuictus, aliter quàm per ſuam confeſsionem. Guliel. de Lud. ſin. 96. Nec admittitur contra repetentem indebitum. Bar. in l. cùm quis 10. C. de iuris, & fac. igno. nu. 19. vide eundem in l. 32. §. fideiuſſor. ff. de condict. indeb.

Si in actione commodati petatur quantitas an poſsit cũ alio debito compenſari, vide Bar. in l. prætextu 4. C. commod.

Compenſatio de debito puro ad debitum conditionale non admittitur, niſi impleta conditione. Bar. in l. 3. ff. de ſtatu liber.

Debitor ex cauſa collectarum, non poteſt compenſare id, quod ſibi à communi debetur ex alia cauſa, cum debito collectarum. Bart. in §. 1. Authen. de collecto.

Reus ſi ſoluerit creditori, ex eo non oritur præſumptio, quòd nihil debeat recipere à creditore, cui ſoluerat. Barto. in l. ſi quidem 24. C. de tranſactio.

Creditor cõpenſat ſibi fructus, quos percipere poterat ex pignore. Bar. in l. 1. C. de pign. act. vide infra lib. 2. tit. de pignoribus.

Compenſationem de viginti (quæ tibi debeo) ſi mihi agenti ad decem opponas, non condemnabor in aliis decem, niſi agatur per viam reconuentionis. Barto. in l. in rebus 18. §. quod. ff. commodati.

Compenſatio fit in dote, quãdo quantitas debetur vtrique. Barto. in l. ſi conſtante 25. §. ſi vxor. ff. ſoluto matrimonio.

Cõpẽſatio pro dote vnius tutoris, poteſt obiici alteri tutori, etiam tutela durãte. Bar. in l. inter 37. ff. de adminiſt. & periculo tuto.

Cõpenſationẽ põt opponere, nedum ſecundus creditor, ſed etiam primus. Bart. cõſi. 7. vol. 2.

Poteſt hæres grauari, vt Falcidiam ſibi compenſet in debito. l. ſi pupillus 21. ff. ad leg. Falcid.

Vſuræ ab vno debitæ cum fructibus perceptis ab aliis, compenſantur. l. 41. §. fin. ff. de mino. 25. ann. Sed an poſsit creditor fructus pignoris in vſuras compenſare, vide legem 8. ff. in quib. cau. pig. vel hypot. tacit. contrah.

Maritus conuentus actione de dote, pro rebus amotis, poteſt obiicere compenſationem. l. 1. C. rer. amot.

De parte fructuũ reſtituenda vxori obiici põt per virũ compenſatio, pro rebus à viro vxori donatis, vel per eam amotis, & viro reſtituẽdis. l. diuortio 8. §. ob donationes. ff. ſol. matr.

Hæres mariti poteſt obiicere compẽſationem vxori ipſius ob res donatas, & amotas, nõ ob mores. l. rei 16. §. hæredi. eod. tit.

Erogata à tutore bona fide, poſſunt cõpenſari per cohæredẽ pupillo, vel contrario iudicio repeti. l. fin. C. de contra. iudic. tutel.

In iudicio familiæ erciſcundæ valet ſententia, qua portiones inuicem compenſantur, ſeu adæquantur, & in ſuperfluo alter tantummodo condemnatur. l. Mæuius 53. §. Arbiter. ff. famil. erciſcun.

Quod per in integrum reſtitutionem quis poſſet conſequi, illud nondum petitum, & obtentum, non poteſt in compẽſationem deduci. l. fin. §. fin. ff. de condict. indeb.

Quod poteſt in contrario iudicio commodati peti, poterit in compenſationem deduci. l. in rebus 18. §. quod autem. ff. commodati.

Lucrum contingens ex induſtria, non compenſatur cum damno contingente ex culpa. l. de illo 23. ff. pro ſocio.

Si venditor in vna re decipiatur per ignorantiam, & in alia decipiat, debet harum rerum fieri inuicem compenſatio. l. ſi duorum 43. ff. de actio. empt. & vend.

Correus ſocius opponit compenſationẽ de eo, quod alteri correo debetur; ſecùs ſi non eſt ſocius. l. ſi duo 10. ff. de duobus reis.

De ſolutionibus, & liberationibus.

Cedentis confeſsio, ſiue liberatio facta poſt ceſsionem, non nocet ceſſionario, ſi debitor habebat notitiam ceſsionis. Ozaſ. deciſ. 45. vide infra lib. 2. tit. de ceſsionib.

Solemnitas, quæ requiritur in contractu, pariter & in diſtractu interuenire debet, vt eiuſdem naturæ eſſe iudicetur. Ozaſc. deciſio. 53. nume. 10.

Solutio de cõtentis in inuẽtario, niſi p ſcriptu-

 ram

rā probari poteſt, vel per quinque teſtes.idē deciſ.53.num.14.

Generalis quitatio, ſiue liberatio extēditur ad omnia,quæ adminiſtrationem reſpiciunt,ſuper qua talis liberatio fuit facta.Ozaſ. deciſ. 58.num.10.

De generali quitatione, quid operetur, & veniatan ea, vide Afflict. deciſ.319. Rot.Genu. deciſ.33.Natt.conſi.102.Tom.1. & conſi.113. Bar.in l.emptor. §.Lucius. ff. de pact.& Abb. conſi.114.part.2.

Liberatio,& quitatio generalis, non extēditur ad res dolo occultatas: & facta propter rationes redditas, non porrigitur vltra contēta,& deducta in ipſas rationes. Gom.Leo.deciſ.78.in deciſio.diuerſo.Tom.2.

Talis liberatio,qualiter,& quando reſtringatur propter æquitatem,ne contineat iniquitatē, vide Craue.conſi.221.nu.7.

Creditor recipiēs creditum acceptilationem, & quitationem facere cogitur, quod limitatur in acceptilatione generali,quam non tenetur facere creditor, niſi reſpectu vnius cauſæ, aut adminiſtrationis.Rebuff. in conſtitut. Reg.tracta.de famul.ſalar.gloſſ.5.Tom.2.fol. 473.vide Periluſt.D.P.Teſſau.deciſ. 74. Non poteſt tamen debitor plures quitationes petere. Rebuff.ibid.num.fin. Sed quid, quando creditor paratus eſt reſtituere inſtrumentū, vide ibid. num. 4.

Licèt liberatio generalis regulariter referatur ad rem,& cauſas prius ſpecificatas,& expreſſas,tamen hoc non procedit,vbi verba generalia ſunt ita ampla,& lata, vt ſalua ratione recti ſermonis,non poſsint reſtringi ad ſpecificata: quia tunc verba ipſa generalia operantur ſecundum proprietatem verborum,à quibus nō pōt recedi. Natt. cōſ.113.Tom.1.

Liberatio generalis facta per verba amplisſima, comprehendit etiam cauſam dotis. Natt.conſil 410.

Verba generalia reſtringuntur,vbi poſſunt, ſalua ratione latini ſermonis, alioqui non reſtringuntur.Natt.ibid.

Liberatio extenditur etiam ad id, quod fuit in genere cogitatum.ibid.num.8.

Cōductor, vbi ratione locationis liberatur virtute verborum generalium in liberatione appoſitorum(quæ ſe referunt ad ipſam liberationem) nō cēſetur liberatus à mutuo in pecuniis,& aliis rebus facto,etiam contemplatione dictæ locationis.Natt.conſi.546.

Remiſsio generalis liberat à dolo,& culpa,quādo abſque dolo,partibus ignorantibus,apud liberatum aliquid remanſit.Bar. in l.tres fratres 36.ff.de pact.

Quitatio generalis inter fratres alteri facta, nō comprehendit feuda,& bona emphyteutica. Bar.in l.idem 20.§.nunc.ff.de peti. hęred.

Verba liberationis generalia,referūtur ad omnes obligationes.l. pluribus 6.& ibid. Bart.ff. de acceptila.

Acceptilatio porrigitur ad omnes obligationes,etiam quas quis ignorabat, ſi hoc fuit actum.Bar.in l.& vno 18.§.eius rei, eod.tit.

Ad ſpeciem de nouo reperta dolo contrahentium in diuiſione nō comprehenſam, generalis quitatio non porrigitur effectu. l. tres fratres 36 ff.de pact.

Liberatio generalis reſtringitur ad ea, de quibus cautū eſt. l.emptor pretij.§.1.ff. de pac.

Per Aquilianam ſtipulationem omnes obligationes tolluntur; ſed in dubio non tolluntur, niſi illę,de quibus eſt cogitatum.l.Aquiliana 4.& l.5.ff.de tranſactio.

In dubio ſolutio videtur facta ex pręambula cauſa,& pręexiſtenti,ſeu pręcedenti contractu.Ozaſ.deciſ.58.nu.18.Rot.Genu.deciſ.6.& 91.Hiero Mago.deciſ.5 Luc.nu.22.vide Crauet.conſi.158.num.fin.Bar.in l.29. C.de tranſactio.& in l.21.§.Caius.ff.de libera.legat.

Solutio ſimpliciter facta applicari debet in caſum eligendum per ſoluentem. Rot. Genuē. deciſ.6.num.11.& 16. Aut in grauiorem cauſam.ead.Rot.deciſ.121. Sed quæ dicatur grauior cauſa, vide ibid. & Menoch. de Arbitra. lib.2.caſ.493.

Solutio in dubio ſemper cenſetur facta in eam cauſam,in quam ipſe creditor, ſi eſſet debitor, ſolueret, & ſic in durior, & grauiorem. Vincen.de Franc.deciſ. 164. nume. 15. Vide Hiero.Mago.deciſ.39.Rot.Flor. num.7.& 20. Papon.lib.10.tit.5.arreſt.6.

Quod dicitur ſolutum præſumi in duriorē cauſam ſolutum, poſſeq; ſoluentem declarare, cuius debiti extinctioni cedere velit, locum habet,nō facta electione à creditore. Mago. deciſ.39.Rot.Flor.nu.18.

Quis ſoluendo,cenſetur habere notitiam contractus,cuius cā ſoluit.Rot.Genu.deci.6.n.9.

Pluralitas debitorum, & cauſarum non præſumitur: ideò ſolutio in dubio præſumitur facta ex cauſa præambula, & neceſſaria, de qua conſtat; ſecùs ſi conſtet de alia cauſa. Mago.deci.Luc.5.nu.22.

Solutio quantitatis proportionata ad vnū debitum,creditur facta in extinctionē dicti debiti;non autem diuerſi.Hieron. Mago. deciſ. 13.nu.26.Rot.Floren.

Pecunia pro auro ſoluitur ſecundum generalē cōſuetudinē:iō ſolutio de floren.facta.cōuertitur in extinctionē aureorū ꝓ rata,& valore tpis ſolutiōis.Rot.Auen.dec.41.ī deci.diuer.

In dubio ꝓſumitur quis potius ſoluiſſe debitū pro-

proprium, quàm fideiussorium, & prius debitum pœnale, & vsurariū, quàm non pœnale, & prius debitū magis antiquum. Maran. in suo Spec. in proœmio, nu. 20.

Debitor potest soluere, in quam vult causam. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 493. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tracta. de præcon. & licit. glos. 1. num. 3. fallit, si soluat Procuratori. Marc. de Mant. sing. 542.

Debitor ex duplici causa, necessaria scilicet, & voluntaria soluendo, præsumitur soluere ex necessaria. Menoch. consi. 346 nu. 25.

Soluens potest dicere legem, quam vult circa electionem causæ, in quam soluit: aliam verò legem non posset dicere, si soluerit ciuiliter, & naturaliter debitum. Bar. sing. 34. & Pet. de Rauen. sing. 629.

Non admittitur, quod simplex solutio pro rata sortis, & interesse facta esse videatur: sed cedit in principale debitum insolidum: ideò recipiendo quis sortem simpliciter, videtur remittere interesse, & pœnam. l. fi. ff. de eo, quod certo loco.

Pecunia exacta ex vēditione pignoris, prius in vsuras, deinde in sortem computatur. l. cùm ex 35. ff. de pigno. actio. vide l. si vsuras 21. C. de vsuris.

Cōtraxisse in eo loco quis videtur, in quo quis sóluere se obligauit. Ozas. decis. 114.

Creditor in diem ante diem agere potest, vt die adueniente, soluere debitor condemnetur. Ozas. decis. 139. nu. 9.

Tempus in stipulatione appositum, censetur adiectum gratia promissoris. Ozas. d. decisio, 130. num. 6. Et quum tempus in testamento adiicitur, credēdum est pro hærede adiectū, nisi alia mens fuerit testatoris. Reg. cū tēpus.

Obligatus ad aliquid faciendum sine termino, tenetur facere quamprimum poterit: & obligatus soluere sine termino, tenetur incontinenti soluere. Craue. consi. 192. num. 17. & 18. Nam in omnibus obligationibus, in quibus dies non opponitur, præsenti die debetur. Reg. in omnibus.

Termino constituto ad soluendum, si ante debeat præcedere aliqua liquidatio, non currit terminus, ante factam liquidationem. Crau. consi. 212. nu. 5.

Promittens soluere tribus terminis, quomodo sint termini distinguendi, relinquitur arbitrio Iudicis Menoch. de Arbitra. cas. 53.

Si non fuerit adiecta dies soluendi, intra quod tempus, & dilationem solutio sit facienda, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litte. oblig. ar. 2. glos. 1. nu. 25. Quid, si fuerit dictum, vt solutio fieret ad creditoris voluntatem, vide ibid. nume. 27.

Cancellatio instrumenti parit liberationē. ibid. nu. 58. & Natt. consi. 101. Tom. 1.

Si aliquid debeatur tali anno, non debetur, nisi anno finito: fallit in libertate. Pet. de Rauen. sing. 614.

Debitor in diem, non potest cogi soluere ante diem: fallit in Fisco, qui propter suas necessitates occurrentes, potest debitores suos ante diem exigere: imò & debitorem sui debitoris, relicto tamen interusurio medij temporis: idem in Repub. admittitur contra conductores gabellæ. Hippol. sing. 355. & Anto. Trigo. sing. 7.

Debitū annua, bima, trima die, an debeat solui in primo termino, vel quando: & tempus præstationis legati, quando debeat currere, vide Bart. in l. si cui 51. de legat. 1.

Quod quis aliquo anno dare promisit, aut dare cōdēnatur, habet potestatē soluēdi quolibet eius anni die. l. quod 49. ff. de actio. & obliga.

Promissio facta de soluendo in nundinis, intelligitur de vltima die nundinarum. l. eum, qui 138. ff. de verb. oblig.

Apochæ tutorum fidem faciunt contra pupillos, licèt ipsi habeant regressum contra tutores. l. 47. ff. de adminis. & peric. tuto.

Tutor si est creditor pupilli, potest sibi ipsi soluere absque Iudicis decreto de bonis pupilli: & creditor administrans bona sui debitoris, præsumitur sibi soluisse: & idem in tutore. Afflic. decis. 13. num. 14. 16. & 18. Hiero. Mago. decis. 121. Rot. Floren. & Craue. cōsi. 129. nu. 5.

Depositarius potest restituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur. Afflic. decis. 147.

Debitor pupilli soluens tutori, vel curatori nō legitimè constituto, vel qui non impleuit adimplenda, non consequitur liberationem. Vincen. de Fran. decis. 206.

Quando solutio facta patri, vel tutori, aut curatori, liberet debitorem, & quid, si fuerit facta liberatio per simplicem confessionem, vide Natt. consi. 543.

Solutio facta minori iussu Iudicis facit, vt aduersus solutionem minor non possit petere restitutionē in integrum. Paul. de Castr. sing. 13. & Guid. Pap. sing. 95.

Debitor pupilli soluens tutori est ipso iure liberatus, si bona fide soluerit; secùs si dolo. Petr. de Raue. sing. 632.

Pupillus non potest obligari sine tutoris auctoritate, sed liberari bene potest. Anto. Corset. in suis sing. litera P. sing. pupillus.

Tutor licèt non possit remittere debitum liquidum; non liquidum tamen potest. Abb. consi. 39. part. 1.

Minor causa cognita restituitur aduersus solutionem eius tutori factam. l. 1. C. si aduersus

solu-

ſolution. Et aduerſus ſolutionem debiti naturalis, quam fecit lapſus errore iuris. l. fin.eod.titu.

Minore reſtituto aduerſus aditionem hæreditatis,ſolutiones creditoribus hæreditariis factis non reſcinduntur; neque alii creditores poterunt petere, vt inter omnes communicetur pecunia exacta ab illo,qui vigilauit.l.ſi mulier 32.ff.de minoribus, vide l. ſancimus 25.& l.conſtitutiones 27.C.de adminiſt.tuto.

Per ſolutionem factam minori poſtquam fuit declaratus maior à Iudice, liberantur debitores, etiam ſi adhuc re vera eſſet minor.l. minor 33.ff.eo.de minorib.

Minori ſoluens qualiter plenam liberationem conſequatur,vide Bart.in l.ait Prætor 7.ff.de mino.25.ann.

Per interceſsionem minoris, primi debitores liberantur;ſed minore reſtituto,reſtituit actio in priſtinum debitorem in eo ſtatu, in quo erat tpe nouationis.l.fin.ff.de mino. 25. ann.

Solutione facta per pupillum ſuo creditori ſine tutore,non liberatur ipſe pupillus, niſi ſequatur conſumptio.l.non omnis.§. ſi pupillus, & ibid.glo.ff.ſi cert.pet.

Tutor poteſt creditori patris pupilli ſoluere, & in eius locum in pignora ſuccedere.l.non ſit 12.ff.de rebus eorum,qui ſub tutela.

Quitatio tutoris valet, niſi inter ipſum, & illū, cui fuit facta quitatio fuerit coluſum.l.qui filium 22.ff.de manumiſ.teſtamen.

Geſta per pupillū obſeruant, licèt poſtea ille abſtinuerit:& ſolutio facta vni creditori,altero negligente,non reuocatur;ſed vtroque inſtante,in ſubſidium cõmunicatur quod ſolutum eſt,vel pupillo reſtituitur, ſi de ſuo ſoluerit. l. 6. §. ſi pupillus. ff. de bon. autto. Iudic.poſsid.

Soluens pupillo ſine tutore non liberatur; niſi quatenus pupillus efficiatur locupletior, & tunc inſpicitur tempus litis conteſtatæ. l. is, qui 4.ff.de exceptio.

Soluere totum qui ſibi potuit, & partem ſolùm ſibi ſoluerit,an integrè ſibi ſoluiſſe præſumatur,vide Afflic.deciſ.13.nu.20 & 22.

Solutio cenſus erronea eſt, ſi conſtet de proprietate ſoluentis,nec nocet. Afflict.deciſio. 83.nume.10.

Verba, accepiſſe, & habuiſſe,fauore liberationis,inducunt diſpoſitionē poſt triginta dies. Afflic.deciſ.94.

Confeſsioni per duos teſtes probatę, ſtandum eſt contra confitentem, dummodo non ſit facta enunciatiuè.Afflic.deciſ.105.

Confeſsio ſolutionis eſt probanda per teſtes rogatos in obligatione in ſcriptis redacta. Affli.ibi.nu.3.Sed cõtractus in ſcriptis, quãdo dicatur celebrari, vide ibid. in fine.

In his,quę in genere ſuo recipiunt functionem, videtur actum,vt non idem, ſed tantundem reddatur.l.res in dotem 42.ff.de iure dot.

Monacho poteſt ſolui, licèt actio quęſita ſit Monaſterio.Afflic.deciſ.147. & Bar.in l.filius 23.C.de pact.

De debitore moroſo, qui tenetur de caſu fortuito propter non factam ſolutionem ſuo loco & tempore,ſi poſtea coactè ſoluerit,puta tyranno,& an liberetur vide p Affli.deciſ.150. Mago.deciſio.Luc.69.nume.29.& Papon.lib. 5.tit.6.arreſt.2.

Debitori exacto in iniuriam creditoris, an imputetur,quòd ſoluerit,an verò creditori noceat iniuria, vide eundem Afflic. d.deciſio. 150.nu.8.12.17.19.25.& 26.

Debitor ſoluens alteri,quàm creditori,propter ſimplex mãdatum Iudicis pęnale, vel aliter, an liberetur,vide ibid. nu.18. Rot.Genu.deciſ.33 Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.137.nu.8. & conſ.68.vol.1.Dec.conſi.407.vol.2.

Debitor ſpoliatus, vel eiectus, non liberatur. Afflic.d.deciſ.150.nu.21.

Soluens alteri, quàm creditori metu ſtatuti pęnalis,iuſto metu videtur ſoluere. Afflic. ibid. num.22.& 37. Aliàs ſoluere alteri, quàm illi, cui debet fieri ſolutio,eſt non ſoluere.Ioſep. Ludo.deciſ.Luc.25. nu.16.

Debitor exactus bona fide, ab alio debet eſſe munitus.Afflic.d.deciſ.150.nu.23.

Debitor moroſus ſoluens inuitus creditori ſui creditoris,an liberetur,vide Afflic.d.deciſio. 150.nume.25.

Quando debitor ſoluens Fiſco (ad quem bona creditoris ſpectãt) liberet,vide Dec. cõſ.25.

Confeſsio non probat numerationem in tertij, & creditoris præiudicium: quia eſt differentia inter cõfeſsionem,& numerationē.Afflic. d.deciſ.150.nu.35.

Solutio facta ſecundo creditori, pecunia bona fide conſumpta, non reuocatur per primum creditorem non priuilegiatum,idem Afflict. deciſ.190.vide Menoch.conſ.25.vol.1.

Adiectus quis videtur ad ſolutionem, non obligationem,quæ ex ſolutione reſultat. l. ſi mulier 60.ff.de iure dot.

Adiectus ſolutioni licèt omittatur in libello, non ob id libellus vitiatur.Frau.Marc.q.467. Sed quando ſolui poſsit adiecto, vide Barto. in l.cum quis 55.§. qui ſibi.ff.de verbo. oblig.

Adiectus ſolutioni non poteſt agere,ſed ſolùm à ſponte ſoluēte ſolutionem recipere: fallit, quando ipſe contraxit,vel fuit adiectus ſolutioni in rem ſuam, quia tunc poteſt etiã agere.Mago.deciſ.34.Luc.vide Rot. Auenio.deciſ.149.in deciſio.diuerſo.

Appo-

Appositus solutioni, videtur adiectus tanquam simplex Procurator. Rot.Genu.deci.10.nu.7. Sed quando solutio facta adiecto pariat liberationem, vide Mago.decis.Luc.5. & deci. 106.Rot.Floren.

Contestatio litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionē, & circa personam.Bart.sing.36.Math.Mathes.sing.172. vide tamen Pet.de Rauen.sing.631. Bar.in l.itē 22.§ idem rectè. ff. de petit.hæredita. & in l. si quando 112.§ hæres, de legat.1.

Quando quis stipulatur sibi, & alteri quoquo modo, ille extraneus semper censetur adiectus ad solutionē solummodo.Bar.in l.Caius 46 ff.solut.matrimo.

Adiecto promissor soluere potest (etiam stipulatore inuito) & liberatur; sed ipse adiectus agere non pōt.& qñ recipit, tenetur stipulatori pecuniam receptam restituere. §. planè, & ibid.glo.Institut.de inutilib.stipula.Actione mandati, vel nego.gesto.Rot.Auenio.decis.149.in decisio.diuerso.nu.6.

Qui soluit adiecto alibi, quàm in loco destinato, liberatur, sed propter interesse loci durat petitio.l.3.§.item. ff.de eo, quod certo loco.

Adiecto non potest cōstitui, sed principali creditori: & postquam creditori fuerit constitutum impeditur facultas soluendi adiecto, vel actori correo credendi.l.7.§. fin. & seq.ff. de constitut.pecun.

Per solutionem factam adiecto in constituto, qui nō erat adiectus principali, tollitur actio principali, ope exceptionis; non ipso iure.l. si quis duobus 30.ff.de constitu.pecu.

Cùm aliquid mihi, aut Titio stipulor, solutione facta Titio, sequitur liberatio, non ipso iure, sed ope exceptionis.l. obligationū 43. §. accessio, ff.de actio.& oblig.

Facultas soluendi adiecto non transit ad hæredes eius; ideò si quis soluerit hæredi adiecti, non liberatur.l. cùm quis 55.ff.de verb.oblig.

Filio adiecto ad solutionem, etiam post emancipationem potest solui; secùs si adiiciatur ad obligationē.l.cùm qui 56.§.qui sibi.eo tit.

Qui est positus ad recipiendum, non potest terminum prorogare, nisi tempus, & locus fuerint in eius voluntatem collata. l. qui Romæ 122. §. Callimachus.ff.de verb.obli.

Si persona, vel res ad obligationem adiiciatur inutiliter, non prodest ad solutionem, vt si alter ex duobus reis stipulandi inutiliter sit stipulatus, & alter vtiliter, tunc enim non poterit solui inutiliter stipulanti. l. si duo rei 128.eod.titu.de verbo.oblig.

Alternatiua posita inter duos, quorum vni potest acquiri obligatio. alteri non, facit, vt primo obligatio acquiratur, & alter vt adiectus ad solutionem habeatur.l. fideiussor 17.ff.de fideiusso.& mandat.

Adiecto potest solui, etiam inuito creditore, si lis per creditorem non erat contestata contra soluentem.d.l.17.

Per delegationem non liberatur debitor, nisi illi, cui fit delegatio, quæratur actio contra delegatū.l.si mulier 60.§. ex asse.ff.de iu.dot.

Debitor liberatur, tertio creditori promittente.Afflic.decis.353.vide Rot. Genu. decis.37. & Put.decis.126.num.5. lib.3. Quia delegans soluit, & sic liberatur. Rot.Genu.decis.60.nu. 11. Dec. consi.421.vol.2. Et solutionis vices continet delegatio.l. qui libertinus 37.§. sed si creditor. ff. de oper. liber. Debitoremque liberat.l.3.C.de nouatio. Fallit, quando quis delegasset decoctum, vel de proximo quasi decocturum.Mago.decis.39. nu.10. Rot.Flor.

Bancha nummularia cābij de solutione respondēs, an habeatur loco solutionis, vt omnimodo debitor liberetur, etiā si antequam esset satisfactum litteris cambij, alia bancha fefellerit, vide Afflic.d.decis.353. Iac. Put.decisio. 126.& 137.lib.3.Barth.de Cap.sing.75.& Bar. in l.singularia 15.ff.si cert.pet.nu.15.& 19.

Remissio de credito alieno facta vni ad soluēdum sibi ipsi, non liberat debitorem remittētem, nisi facta solutione: neque scriptura in libro soluere debentis ad creditum illius, cui facienda erat solutio, probat solutionē. Rot. Genu.decis.1.nu.7.Et per consequēs ille, qui mandat alteri suo debitori, vt soluat creditori suo, non censetur liberatus, nisi facta solutione.ibid.d.decis.1.& decis.2.vide Put.decis.126.lib.3.& decis.137.ibid.

Per responsionem in duobus casibus tātùm, inducitur liberatio: primo, quando interuenit delegatio: secundo, quando absque delegatione promittitur per hæc verba, promitto tibi loco Titij: igitur exceptis his duobus casibus non liberatur primus debitor.ead.Rot. Genu.d.decis.2.nu.21.

Promissio facta per campsorem pro alieno debito, an habeat vim solutionis, vide ibid.nu. 4.9.10 & 15.

Promissiones loco solutionis scriptæ in libris creditoris, & debitoris, important solutionē. ibid.nu.13.sed promissio facta pro extinguēdo debito, an illud extinguat, vide ibid.

Debitor soluens virtute epistolæ sibi directæ, quæ obseruare debeat, vt sit tutus, & censeatur liberatus, vide Papon lib.6.tit.5.arrest 3.

Mandatum factum à creditore debitori, quòd creditoris mandato soluat, non videtur adimpleri per promissionem factam à debitore prædicto creditori, vide tamē Crescen.deci. 15.aliàs 283. tit.de Procurato.

Credi-

Creditori facta assignatione crediti super certa re, non ob id liberatur debitor à personali obligatione. Raud. tractat. de Analog. cap. 33. nume. 16.

Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli, si fuerit facta bona fide. Bar. sing. 38.

Debitor tuus soluens id, quod tu debes alteri (etiam inuito) liberaris ab obligatione. Guliel. de Lud. sing. 85.

Debitor non dicitur liberatus, licèt tertius se constituat pro eo soluturum. Amanel de Clarisaquis sing. 77.

Debitor debitoris mei, si sciat nomen suum mihi esse delegatum, licèt illum non admonuerim, non tamē licitè potest creditori suo soluere. Bart. in l. nomen 4. num. 7. C. quæ res pignori, vide etiam d. l. 4.

Creditori creditoris sui soluēdo quis, qñ liberetur, vide Bart. in l. solutum 11. §. solutam. ff. de pigno. act. in l. 3. & 11. §. sed si pecunia. ff. soluto matrimonio.

Debitor, cuius nomen est obligatum, nō potest soluere primo creditori, si illi fuerit denunciatum, ne solueret suo creditori, sed quando debeat ei denunciari, vide eundem Bart. in l. græcę 13. §. cùm pignori. ff. de pignoribus.

Delegatio facta per stipulationem, obligat delegatum, & liberat debitorem delegantem, etiam si debitor delegatus non esset soluendo: quia bonum nomē facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. l. inter 26. §. abesse. ff. mandati. Quod procedit, quādo creditor nomen debitoris sequutus fuit sui periculo; secùs si periculo debitoris. l. si mandato 45. §. quod mihi, eod. tit.

Debitor, qui dimidiam summæ debitæ solutæ probat per apocham, & alteram per testes, non liberatur in totum, sed pro medietate: quia præsumitur vna quantitas solummodo soluta. Afflict. decis. 198.

Aditio hæreditatis vim solutionis habet inter creditorem, & debitorē, si alter alteri succedat, sed quomodo, vide Afflic. decis. 237.

Hæres debitor succedens creditori, quando cēseatur liberatus, vide Afflic. ibid.

Soluens partē debiti, cautionem agnoscit. Mago. decis. Luc. 24. num. 21. vide Barto. in l. cùm fidem 4. C. de non numer. pecu. Et potest ad totius solutionem astringi. Dec. consi. 618. Sed quādo dictum procedat, & limitet, vide Hartma. cap. 4. & 5. tit. de debitoribus lib. 2.

Creditor recipiens partem debiti cum pacto de non petendo, an vltra solutum videatur promisisse, vide Afflict. decis. 285. nu. 8.

Solui potest pecunia illi, qui illam mutuauerat. Afflic. decis. 335. nu. 21.

Petens in iudicio certam quantitatem, non tamē ex hoc videtur cōfiteri se in maiori quātitate non esse creditorem, siue scienter, siue ignoranter petierit. Gram. decis. 68. nu. 3 vide Marc. q 911. part. 2. Guid. Pap. q. 157. Rot. Genu. decis 60. Papon. lib. 8. titu. 1. arrest. 1. & Ias. de actio. in §. si minus. Et per consequens sibi non præiudicat in residuo, nisi debitore opponēte, vt totam summā peteret. Ioseph. Lud. decis. Luc. 46. Vel petierit ꝓ resta. Guid. d. q 177. Aut quando adiiecit dictionem taxatiuam, tantùm. idem Ioseph. d. decis. 46. num. 21. vide Iaff. Lanf. Balb. deci. 413. Franc. Marc. q. 273. part. 2. & Rot. Genu. decis. 70.

Creditor, inuito debitore, nō potest in iudicio partem debiti petere. Cabal. milleloq. 262. vide Bart. in l. si seruus 14. §. boue. ff. de condict. furt. & in l. in commodato 17. §. duabus. ff. cōmodati, & in l. 29. ff. de verbo. oblig.

Creditor nō cogitur recipere particularem solutionem: fallit in decem casibus, de quibus per Cabal. millelo. 264. vide l. 3. ff. famil. ercisc. & l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris.

Recipiens partem debiti tantùm, non videtur remittere moram, & pęnam, nisi pro parte soluta. Natt. consi. 335. Imò in debito iurato recipiens sortem, non præiudicat sibi in pęna. Natt. ibidem.

Creditor iustè recusat debitum recipere, si totum nō offeratur, & idem, si totum offeratur sine interesse debito creditori. Guid. Pap. sing. 781. Vide tamen Bart. in l. quidam 21. ff. si cert. pet. & glo. in l. acceptam 19. C. de vsuris, & in d. l. 21. si cert. pet.

Solutio particularis non admittitur, vbi debitū est liquidum, & certùm; aliàs secùs. Hartma. c 1. tit. de debitoribus lib. 2.

Integra solutio dicitur fieri, quando fit sine aliqua deductione, ac diminutione. Ant. Corse. in suis sing. litte. I. sing. integrè.

Creditor remittens aliquid debitori, videtur tantùm id remisisse, de quo expressè inter eos agebatur. Guliel. de Ludo, sing. 15.

Si vni debitori successerunt plures, quilibet liberat à personali obligatione, soluendo partem suam. Bar. in l. siue pro 3. C. de nego. gest.

Soluens partem rei, aut totam rem, quando, & pro qua parte liberationem consequatur: & recipiens rem deteriorem in solutione à soluente, quomodo præiudicet sibi in æstimatione deteriorationis, vide Bart. in l. exhibitionis 7. C. ad exhibi.

Solutio partis in obligatione generis, nō facit actoris petitionem esse in pendenti: & pęna in obligationibus facti diuidui, si pro parte fiat, an in totum committatur, vel pro parte tantùm in iudiciis, & quid in stipulationibus conuentionalibus, vide Bart. in l. si seruus 9.

§. si plurium. ff. si quis cautionibus.

Liberatio de vna obligatione facta alicui, aut de vna re in vno instrumento contenta, non intelligitur facta de aliis. Fel. consi. 20. nu. 7.

Solutio partis debiti ex causa transactionis, inducit liberationem à toto; secùs in alia confessione. l. si quidem 24. C. de transact.

Gratuita solutio partis, non grauat in solutione alterius partis: ideò licèt mater solueret partem debiti filij sui, non propterea potest compelli ad solutionem residui. l. fin. C. ne vxor pro marito.

Si res debita soluatur deteriorata, agitur ex stipulatione doli, si est interposita, aliàs in contractibus bonæ fidei, agitur actione primæua; in stricti iuris, de dolo. l. & eleganter 7. §. non solum. ff. de dolo malo.

Quando vni cõpetũt plura iura, si ille vnũ remittat, aliud remittere non videtur. l. si domus 20. ff. de seruit. vrb. prædio. l. si mihi 20. ff. de seruit. rustico. prædio.

Sicut non admittitur particularis solutio, ita nõ admittitur particularis receptio, reo inuito. l. Celsus 5. §. item. ff. ad exhib.

Creditor tenetur partem debiti confessam recipere, de parte verò dubia litigare. l. quidã 21. ff. si cert. pet. & ibid. glo.

In obligatione alternatiua solutione partium in diuersis rebus, liberatio non contingit. l. si non 26. §. fin. ff. de condict. indebiti.

Vna, ex rebus alternatiuè debitis, soluta simul perempta, quæ superest, remanet insolidum, & nihil repetitur. l. cùm is 32. ff. de condict. indebit.

Si species debita perfectè non soluatur, talis solutio non parit liberationem; nec indebiti repetitionem. l. Neratius 63. eod. tit.

Quando vnus est debitor ex pluribus causis, cogitur creditor recipere (si offeratur totum) quod ex vna causa debetur. l. fi. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solu.

Si in re soluta deficiat aliquod ius, adhuc ipsa res peti poterit. l. Iulianus 131. §. qui fundum. ff. de verbo. oblig.

Minus soluit, qui tardè soluit; nam & tempore minus soluitur. l. si cui 12. §. fin. ff. de verbo. & rer. signific.

Procurator constitutus ad recipiendam solutionem, non potest confiteri sibi solutum à debitore: ideò eo in casu sua confessio non nocet domino. Capic. decisio. 16. num. 7. vide Fran. Marc. q. 571. part. 2. & Barto. in l. 4. C. de nouatio. & delega. & in l. 2. § creditum. ff. si cert. peta. Fallit in Procuratore cum libera. ibid. & Capic. decisio. 16. num. 10. vide Vera. decis. 423. part. 2.

Quitandi potestas in Procuratore qualiter intelligatur, vide Boer. decisio. 281. nume. 18.

Solutiones falso Procuratori factæ, nõ inducũt liberationem. Marc. q. 842. Sed soluentes habent actionem, etiam furti, contra simulatũ Procuratorẽ. l. si hæc ratio 3. § nam si is. ff. de donatio. int. vir. & vxo. Quid, si solutio fiat, patiente domino, vide Marc. d. q. 842.

Mandatum in actu extraiudiciali enunciatum (etiam cum lapsu 75. annorum) non præsumitur, vt quitatio per Procuratorem facta, valeat. Put. decis. 363. lib. 3.

Procuratori falso soluens liberatur, si dominus factus certior ratũ habuerit, sed intra quod tempus ratum habere debeat, vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 32.

Procuratori dato ad lites, solui non potest. Bar. in l. sed si tantùm 14. ff. de pact.

Soluens habenti mandatum (licèt reuocatum) liberãdus est. Bar. in l. cùm fundus 30. § seruũ. ff. si cert. pet. vide eundem in l. si Procuratori 14. ff. de condict. cau. dat.

Quod falso Procuratori soluitur, tanquam à fure condicitur, & ipse falsus Procurator ad pœnam dupli tenetur. l. falsus 19. C. de furtis.

Si Procuratori falso in rem suam soluatur indebitum, ab eo condicitur, nisi domini ratihabitio subsequatur: & vbi debitor dat alicui, vt eum faciat liberari, ab eo repetitur, nisi causa subsequatur. l. si Procuratori 14. ff. de condict. cau. dat.

Id, quod debitor tradit alicui vt nũcio, si is ad creditorem deferat, condictione furtiua repetitur. d. l. 14.

Si Procurator soluerit indebitum repetitur, & contrà: secùs si debitum; quia tunc statim sequitur liberatio, etiã domini ratihabitione non facta, & ipso domino ignorante. l. si Procurator 6. ff. de condict. indeb.

Ignorans mandatum reuocatum soluens liberatur; sciens verò non liberatur, nec indebitum repetit. l. si nõ sortè 26. §. qui filiosa. ff. de condict. indebi.

Mandatum de soluendo ex causa donationis, morte mandantis finitur. l. 2. §. sed si quis. ff. de donatio.

Si creditor, qui mandauerat debitori, vt solueret donatario, decessisserit, & post eius mortem debitor ignorans mortem sui creditoris mandãtis soluerit, valebit solutio, & sequitur liberatio; aliàs secùs, quia morte erat finitũ mandatum. l. cùm pater 79. § Mæuio, de leg. 2.

Solutionis exceptione, qui vtitur, debitum fateri videtur. Marc. quæst. 842. Tamen quòd solutionem allegans, debitum fateri non videatur, scribunt idem Marc. quæst. 453. par. 2. Mago. decis. 44. Rot. Flor. vide supra titu. de exceptio. in genere.

Con-

Confesſio ſolutionis Prælati à debitore, præiudicat Ecclesiæ;ſicut confesſio tutoris, & adminiſtratoris.Capic.decisio.16.nume.8.vide Franc.Marc.quæſt.56.Sed quando dictum locum habeat in confesſione adminiſtratoris, vide Rot.Genu.deciſ.142.& l.22.C.de pact.

Confesſio liberatoria licèt abſente parte facta, non valeat.Bart.in l.generaliter 13. C.de nõ numerat.pecu.& Capic. deciſ. 133. Valet tamen pactum liberatorium. Capic. d. decisio. 133.vide eundem Bar.conſi.114.vol.2.

Dicta confesſio liberatoria valet, vt exceptio doli opponi poſsit.Mago.deciſ.Luc.25.num. 50.vide Papon.lib.10.tit.5. Idem, ſi fuerit acceptata ab aliquo; aliàs ſecùs. Ioſeph.Ludo. deciſ.Peruſ.82.vide tamen Guid.q.176.

Calculatio ſępius facta cum lapſu longi temporis,& ſanguinis coniunctione, videtur inducere debiti remisſionem.Capic.deciſ.180.nu. 15.Marc.q.273.& q.911.part.2.nu.4.

Noua calculatio,& obligatio cõtracta per creditorem erga ſuum debitorem, nulla facta mentione de præcedenti debito, non inducit illius liberationem,niſi tribus concurrentibus,nempe lapſu temporis,iterata ratione calculi,& coniunctione ſanguinis. Mago.deciſ.42. Rot.Flor.vide Barto. in l.libertis 18.§. manumiſſus.ff.de alimen.& ciba.lega. & in l. Procula 26.ff.de probatio.

Si coniunctus à coniuncto debitum, quod ſibi debebatur,diu non petierit,&rationem, ſeu computationem inuicem habuerint, & de tali debito nulla facta fuerit mentio, præſumitur remisſio debiti. Hartma. cap. 6. titu. de præſumptio.

Confesſio creditoris dicentis ſe debere conſequi centum à Titio,an præiudicet, ſi ille deberet conſequi plus, vide Capic. decisio. 180.nume.16.

Debitor quandocunq; illud, quod petebatur, offerat vſque ad ſententiam, liberatur. Capic.decisio.202.

Soluere pro complemento quid operetur,vide Rot.Genu.deciſ.27.nu.5.

Creditor confitens ſe creditorem alicuius ſummæ pro reſiduo,oſtendit totum debitum eſſe ſolutum.Natt.conſi.192.Tom.1. nu.6. vide Roma.ſing.706.

Debitor ſi dicat creditori,ecce centũ,quæ tãtũ tibi debeo, licèt creditor illa ſimpliciter receperit,& nihil dixerit,tamen ſibi non præiudicat in reſiduo. Gram. deciſ.68. num. 5. Ioſeph.Ludo.deciſ. Luc.46. nu.22. Iaſ.de actio. §.ſi minus,num.3. & Bart. in l. ſi cùm dos 8.ff. de actio.rer.amot.

Sententia alternatiua lata,& facta ſolutione in vno, non poterit alterum peti, Gram. deciſ. 68.num.7.Nam alternatiuorum altero ſoluto,cõtingit liberatio ab alio. Gram. ibi.nu.fi.

Banniti noſtri tẽporis, quibus omnia bona adẽpta ſunt, ab eorum creditoribus cenſentur liberati.Gram.deci.85.Quod procedit,publicatis bonis.Bar.in l.1.C.de fideiuſsio.& mãd.

Confiſcatione bonorum quis liberatur ab omni obligatione,qua tenebatur ſuis creditoribus: ideò ſi poſtea habuerit gratiam de vita ſolùm,non poterit amplius cõueniri.Caſſan. in conſuetud.Burg.tit.*Des confiſcations*, Rubr. 2.§.1.gl.fin.nu.33. vide l.2.ff.de ſenten. paſsis.

Qui bonis ſuis tempore belli ſpoliatus fuit, à ſuis creditoribus conueniri non poteſt inſolidum.Hippol.ſing.241.

Promittens non contrauenire quacunque ratione, occaſione, vel cauſa, & tam de iure, quàm de facto,ex quauis cauſa cõtraueniat, committitur ſtipulatio ad intereſſe. Gram. deciſ.101.nu.80.

Affirmatiua hominis,licèt verificetur in primo actu,tamen intelligitur,ſi primus actus fuerit validus;ſecùs ſi nullus.Gram.ibid.nu.84.

Promisſio tunc verificatur in primo actu,quando diſpoſitio in ipſo conſumit effectum ſuũ, ſecundum intentionem partium. ibid.nu.85.

Vnum implementum ſufficit,ad diſſolutionem obligationis.ibid.nu.92.

Promittens ſub pęna locare,vel vendere, ſi locauerit,vel vendiderit, & deinde contrauenerit,non tenebitur ad pęnam.Gram.d.deci. 101.nume.95.

Medicus, qui promiſit infirmum à podagra liberare, qñ ille ſanus euaſit, eſt liberatus, licèt ex interuallo ſuperuenerit ei podagra. ibid.num.99.

Hæres ſciens alios creditores,non poteſt ſoluere primus venientibus.Tho.Minad.deciſ.9.

Filius inſtitutus in aliquo,rogatusq́;,vt amplius petere non poſsit, acceptãdo illud relictũ ſimpliciter, ſibi nõ præiudicat in alio ſuo credito.Guid.Pap.q.93.

Quod debetur filiofa.vel alteri,nõ poteſt ſolui patri, vel alteri,qui ſine mandato poteſt agere.Guid.Pap.q.526.

Promittens ſoluere in vno bono,& decenti loco proximo, ſiue propinquiori ſignoriæ creditoris, qualiter ſoluere debeat,vide Boer. decisio.99.

Obligationis inſtrumentum afferenti,an teneatur debitor ſoluere,vide Boer.deci.154.nu.9.

Debitores ſoluentes famulis creditorum per litteras credentiæ; an liberentur, vide eundem,deciſ.282.

Si pignus non valet debitum,non liberatur debitor,illud creditori cedendo. Boer.decisio. 309.nume.4.

Soluens

Soluens scienter non vero domino, non liberatur. Rot. Genu. decis. 83. nu. 14.

Legatum annuum in principio anni debet solui, & legatum grani, & pecuniarum, tempore recollectionis. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 23.

Solutionem incertam probans, non liberatur: quod etiam procedit in iuramento incerto. idem Ioseph. decis. Luc. 25.

Solutio potest fieri alteri consocio, & soluere mihi videtur, qui alteri soluit meo mādato. idem d. decis. 25. nu. 13. & 14.

Pactum liberatorium factum hoc modo, fateor te mihi non teneri, inducit quitationem, & liberationem. Aegid. Bellam. conclusio. 691.

Soluto debito, creditor tenetur restituere debitori instrumentū obligationis. Capel. Thol. quęst. 47. & l. fina. C. ad exhibend. Sed an teneatur debitor ad solutionem mercedis instrumenti, distingue, aut fuit in mora, & tenetur; aut non, & non tenetur. ibid. d. q. 47. in additio. vide Fran. Marc. quæst. 369. & 370. Iaffr. Lanf. Balb. decisio. 35. D. Sol. in antiquit. constitutio. Sabaudiæ titu. de iure emphyte. super decreto, Rempub. gloss. 4. part. 2. nu. 11. & Rebuff. in constitut. Reg. tit. de famul. sala. glo. 5. nu. 5. Tom. 2.

An teneatur creditor inducere instrumentum debiti, vide Marc. d. q 370.

Creditor tenetur facere instrumentum quitationis post sibi factam solutionem. Ioan. de Arnono sing. 77.

Condemnatus ad ęstimationem rei, quam perdiderat, liberatur soluendo ipsam rem postea repertam. Capel. Thol. quæst. 207. & Ludo. Roma. sing. 197.

In alternatiuis soluendis, electio est debitoris. Capel. Tholos. d. quæst. 207. vide supra tit. de electio. & varia.

Instrumentum obligationis etiam si inueniatur apud debitorē, si debitor fuerit persona domestica, non præsumitur creditori soluisse, secùs in debitore nō domestico. Capel. Tho. quæst. 230. vide Franc. Marc. quæst. 370. Vinc. de Franc. decisio. 361. part. 2. gloss. in l. 1. §. ille autem. C. de lati. liber. tolle. & Hartma. cap. 22. titu. de creditorib. lib. 2. Imò debet probari traditio instrumenti ad consequendam liberationem, secundum Guid. Pap. sing. 159. & 572. Tunc enim tradens scripturam crediti liberat debitorem, ac si pecuniam crediti recepisset. Rot. Genuen. decisio. 179. num. 10. vide Andr. Gail. obser. 37. & Bar. in l. §. sed etiam. ff. de pact.

Restitutio instrumenti obligationis, non liberat debitorem ipso iure, sed ope exceptionis: & quamuis ex restitutione instrumenti, vel eius incisione probetur liberatio, tamen huiusmodi probatio satis fragilis est, & contrariam probationem admittit, potestq; fortioribus præsumptionibus elidi. vide Andr. Gail. obser. 37. lib. 2. nu. 5.

Habens instrumentum inductum, & annullatum, quando præsumatur liberatus, vide Bar. in l. si de possessione 20. C. de probatio. & in l. fullo, & sarcinator 84. §. qui tutelas. ff. de furtis.

Creditor quando reddit instrumentum debiti debitori, potest petere ab eo, vt sibi faciat instrumentum, vt illud, quod soluit, erat sibi debitum. Barto. in l. plures 18. C. de fide instrumento.

Chyrographo debitori reddito, ius pignoris remittitur, & debitor liberatur. l. 7. C. de remissio. pigno. Sed contrà, reddito pignore, debitor non liberatur. gloss. ibid.

Soluens pensionem, seu censum trium annorum præcedentium, præsumitur soluisse pensionem omnium annorū præteritorum, si dicta solutio sit facta vna quæquę singulo anno; aliàs non. Capel. Tholos. quæst. 236. Marc. quæst. 587. Mysing. obser. 39. centu. 5. Barto. sing. 21. l. 3. C. de apochis publi. & ibid. Barto. lib. 10. Creditor tamen potest probare contrarium. Barr. sing. 128. & Pet. de Rauen. sing. 21. vide infra lib. 2. titu. de censibus, & Craue. consi. 313.

Emphyteota debet p seipsum soluere. Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 35. Nisi intersit soluere volentis. Hippol. sing. 368. Sed pro intelligentia conclusionis, vide eundem Ludo. decis. 92. ibid. Aliàs soluens pro alio illum liberat, & acquirit aduersus eum actionem negotiorum gestorum. l. si negotium 16. C. de nego. gest. Rot. Genuen. decisio. 6. num. 7. decisio. 123. & 135. Et quilibet potest soluere: quia mandatum ad soluendum regulariter vnusquisque censetur habere. Ioseph. Ludo. d. decisio. Perus. 35. facit l. soluendo 41. ff. de nego. gest. Quod mandatum præsumitur. DD. de Rot. deci. 2. aliàs 23. titu. de cau. poss. & proprie. in antiq.

Soluere quis pro alio tunc demum admittitur, quādo fit sine incommodo creditoris. Gasp. Cabal. milleloq. 228. nu. 9.

Soluens pro alio inuito, repetere solutum non potest. Ludo. Roma. sing. 124. num. 5.

Quando debitor pecunię possit soluere in alia re, & dare in solutum meliorem rem (quam habeat) creditori etiam inuito, vide Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 64. Natt. consi. 344. Perillustr. D. P. Tessa. decis. 153. & infra lib. 2. titu, de dationi. in solutum.

Transactio nisi obseruetur, potest repeti actio primęua, & subuenitur etiam actori conditione ob causam. Ioseph. Ludo. decisio. 101. Perus. vide tamen ibid.

Qui soluere tenetur, non liberatur præstando fideiussorem de soluendo: fallit, quando debitum non erat liquidum. Beninten. decisio. 77.

Creditor, & debitor, vbi instrumenta debiti, & solutionis perdiderunt, vt reficiantur cogi possunt. Fran. Marc. q. 370.

Propter diuersitatem summarum, præsumitur diuersa quantitas in quitationibus, quando sumus in dubio, Marc. q. 437. nu. 5.

In delictis quando solutio vnius liberet alios, & quando quilibet teneatur insolidum, vide Marc. q. 775. part. 2.

Debitor tenetur adferre debitum ad domum creditoris sine petitione. DD. de Rot. decis. 1. tit. de decimis, in antiq. Rot. Genu. decisio. 144. vide tamen distinctiones, de quibus per Cabal. milleloq. 304. Mago. decisio. 78. nu. 18. Luc. Hoc verum, quando debitor, & creditor sunt eiusdem fori. Natt. consi. 513. & Cabal. d. milleloq. 304.

Stipulatio bis super eodem concepta, licèt nō obliget promissorem amplius, quàm semel; attamen si prima pactio sit nulla, aut præscriptione sublata, agi poterit ex secunda. DD. de Rot. decis. 23. de appellatio. in antiq.

Soluens in dubio præsumitur soluere de suo. Rot. Genu. decis. 10. nu. 7. vide ibid. decis. 154. num. fin. & Craue. consi. 129.

Confessio facta contemplatione soluentis, an valeat ad beneficium illius, cuius erant pecuniæ, vide Rot. Genu. deci. 26.

Creditor recipiens pecuniam à debitore per manus Titij, tūc dicitur Titius soluere de pecuniis debitoris, nudum ministerium prętās, Mago. decis. Florē. 43. nu. 14.

Quitare quis non tenetur, nisi de receptis. ead. Rot. decis. 95. nu. 4.

Debitor sub vsuris, si fiat creditor sine vsuris, liberatur ab illis. Rot. Genu. deci. 34.

Allegans solutionem, debet illam probare, & narrare particulariter qualiter fuerit facta solutio. eadem Rot. decis. 69. nume. 4. vide tamen ibidem.

Soluens alienas pecunias de ordine domini, nullam acquirit actionem contra ordinantē, nec cōtra eum, cui soluit. Rot. Genu. deci. 91.

Solutio non dicitur creditori facta in aliquo, si pecuniæ in eum peruenerint, nō nomine creditoris, sed soluentis. ead. Rot. decis. 92.

Statutum nullam exceptionem admittens, non tollit exceptionem solutionis. ibidem decisio. 104.

Consensus filij, ad quem procurandum pater tenebatur, si semel sit præstitus, sed nulliter, an pater promissis suis satisfecisse dicatur, vide Put. decis. 258. & 259. lib. 3.

Solutio facta vni socio de integro debito, soluentem liberat ab alio socio. Vera. deci. 384. par. 2. vide Hiero. Mago. decis. Luc. 5.

Quando solutio præsumatur facta per socium de pecuniis societatis, vide Craue. cons. 129.

Soluens pecuniam, de suo proprio soluere intelligitur, etiam si esset socius omnium bonorum. Cassan. in consuetu. Burg. tit. *Des droicts*. Rub. 4. §. 14. gloss. 2. num. 5.

Quitatio limitata ad certam recompensam, valet. Vera. decis. 422. par. 2.

Quitatio est stricti iuris, ideò limitata ad certam causam, non extenditur ad eādem quantitatem, quæ ex alia causa debetur. ibidem dicta decis. 422.

Pensionem soluens nomine Rectoris pensionario, inscio Rectore, vel non ratificante, non præsumitur soluisse de mandato Rectoris. requiritur enim debitoris scientia. Vera. deci. 165. par. 3.

Solutiones decennales non probant contractum, quando tractatur de præiudicio tertij, & contra Ecclesiam. idem Vera. deci. 166. part. 3.

Si debitor hæreditaris ignorans soluerit venditori hęditatis, emptori obstabit exceptio solutionis: idem in debitore, mandato reuocato ipso inscio, soluente Procuratori. Vincē. de Franc. decis. 119. num. 17 & 18. vide Borg. Caual. decis. 32. num. 81. de contract. part. 2.

Debitoris liberatio suspenditur, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione, potest molestari: quia solutio non dicitur facta creditori, quando ab eo pecunia auocari potest: & solutione eius, quod debetur, tūc tollitur obligatio, quando irreuocabiliter fuit facta solutio. Vincent. de Franc. decisio. 209.

Creditori, qui vt creditor vendidit pignus cum pacto de restituendo pretio recepto, vel cum promissione euictionis, est consulendum per cautionem præstandam à debitore de seruando ipso creditore indemni, alias ipse debitor non censetur liberatus. Vincent. de Fran. d. decis. 209.

Si in instrumento venditionis non exprimat pretium, sed simpliciter dicatur, factam esse venditionem pretio, ipsi venditori bene soluto, tale instrumentum probat solutionem legitimi pretij interuenisse. Mysing. obser. 74. cent 4.

Creditor tenetur recipere solutionem in pecunia minuta: quia postquam minuta pecunia appro-

approbatur à Principe, non potest recusari; aliàs recusans punitur extra ordinem: fallit, si in contractu moneta certa fuerit promissa. Cabal.milleloq.636.

Non videtur perfectè cuiusque id esse, quod ex causa auferri potest. l. omnes 182. §. fina. ff. de regul.iur.

Duobus cōtendentibus, neutri soluendum est, sed debitor in iudicio debet offerre, & consignare, & protestari se velle soluere victori. Cabal.milleloq.648.

Creditor in solutione tenetur facere fidem, & cartam debitori de solutione, expensis petentis. Borg. Caual. decisio.27. nume. 89. de contract.part.2.

Solutio facta illi, cuius persona mediatè, nobis est acquisitum ius, rectè facta dicitur, sed vide Mago.decis.5.Luc.nu.20.

Statutum excludens creditorem tacentem per decennium, præstito iuramento per debitorem super solutione, valet, & etiam habet locum in debito iurato. Mago.decis.60.Luc.

Pensionis solutio ad fauorem recipientis, possessionem, & dominium probat. Magon.decisio.79.Luc.

Debitorem non ideò minus liberatum, quòd eius tergiuersatione factum esset, vt creditore hoste iudicato, & postea in gratiam reuerso, debitum interea Quæstor ærarius exigerit, decisum reperitur in libris placit. Curiæ libr. 10. titu. 6. de solutio. in decisio. diuerso.

Aestimata specie die dicta non soluta, si creditor velit non speciem; sed pecuniam, esset audiendus.ibid.eod.tit.cap.2.

Soluendo creditori creditoris liberor, etiam si non constet de numeratione pecuniæ, sed solùm de confessione creditoris mei creditoris.Gom.Leo.decis.41. in decisio. diuerso.

Res vendita, & tradita iussu mariti vxori, venditor liberatur; licèt donatio inter virum, & vxorem non teneat. l. si eum 27. ff. de donatio.int.vir. & vxor.

An liberatio sit facienda sine vlla iuris reseruatione, vide Rot. Auenio. decisio.88. in decisio.diuerso.

Soluta summa principali, adhuc superest actio pro pensione in chyrographo ad partē promissa, & sic hoc casu remanet accessorium separatum, extincto principali. ibidem decisio. 101.

Solutio ante terminum fieri non potest, in alterius præiudicium.ead.Rot.decis.117.

Debitor, qui duobus simpliciter promisit soluere, non potest tutè vni soluere.Rot.Auenio. decis.149 in decisio.diuerso.

Quando debitor allegat solutionem, de qua dicit apparere per confessionem creditoris scriptam super instrumento obligationis, & creditor allegando amissionem ipsius instrumenti petit à Notario sibi expediri aliud instrumentum, quid iuris, vide Papon. lib.10. titu.1. arrest.6.

Si per transactionem recedatur ab aliquo instrumento, censetur ab illo recessum, si pars impleuerit ex parte sua contenta in transactione, & hoc probauerit, aliàs adhuc agi poterit ex illo instrumento abolito per transactionem.Craue.consi.83.

Administrator non valde diues præsumitur soluisse de pecuniis eius, cuius bona administrauit. Crauet.consi.129.num.3.

Licèt ex eo solùm, quod quis alteri soluerit nō præsumatur soluens non esse creditor eius, cui soluerit, tamē secùs est, aliis cōcurrentib. coniecturis.Crau.consi.129.num.9. vide Bar. in l.si quidem 24.C.de transact.

Cessante causa quitationis, reuocatur quitatio. Crauet.consi.221.num.7.

Ex diuersitate quippe summarum, diuersitatē debitorum præsumi, incertum non est. Crau. consil.1.num.177.pro genero.

Actione pęnali quādo plures tenentur, an vno soluente, cæteri liberentur, vide Ias.de actio. in §.pęnales quoque actiones, nu.21.

Actio rei persecutoriæ non tollitur per pęnalē, sed actio vna; quando tollatur per aliam, vide Bartol.in l.ancillæ 12.C.de furtis, & gloss. in l.ei cuius 45. ff. pro socio. Quando persecutoria non tollatur per pęnalē, & quid contrà, vide l.7.§. furti.ff. de condict. furt. dict. l. 45.& ibidem glo. ff.pro socio, & l. nunquam 173.de regul.iuris.

Solutio simplex non cedit in pęnam, quæ venit cōtra naturam actionis, sed sorte soluta, quādo remaneat petitio pęnæ, seu interesse, vide Bar.in l.11.ff.de eo, quod certo loco.

Pęnam quando vnus ex pluribus debet, alius rem, alter æstimationem ex dispositione legis, an solutione vnius, alij liberētur, vide Bart.in l.quoties.ff.si famil. furt.fecis.dic.

In obligatis ex quasi delicto, solutione vnius, alij liberantur.Bart.q 9.nu.2.

Quando plures tenentur ex quasi delicto, vnus soluens reperit partem ab alio.l. perceptione 4.ff.de his, qui deiec.vel effu.

Soluens pro suo maleficio, vel pro culpa, non repetit ab alio. l. si communis 9. ff. de noxal. actio.

Qui soluit propter delictum suum, vel contumaciam, pęnam suam soluit: ideò aliis non prodest eius solutio.l. fin. & ibid.gl.ff.ne quis eum, qui in ius vocan.

Censum non tenet emphyteota ferre ad domū

directi Domini extra locum, quamuis Dominus alibi domicilium habeat. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ, titu. de iure emphyteot. super decreto Rempub. par. 2. gl. 8. nu. fi.

Dilatio non conceditur illi, qui se paratum offert soluere. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cent. 1. cas. 8. nu. 3.

Actiones descendentes ex maleficio, ipso iure tolluntur per pactū. l. si tibi 18. §. 1. ff. de pact.

Per Aquilianam stipulationem omnes tollūtur obligationes, si actum est, sed in dubio non tolluntur, nisi illæ, de quibus est cogitatum. l. 4. & 5. ff. de transact.

Solutio facta cū decreto præsumitur legitima. Dec. consi. 209.

Pro bono pacis potest Princeps, vel Ciuitas bona, & iura priuatorum remittere, quando de hoc constat; licèt in dubio non sit præsumendum; quia potest remitti pœna, adhuc remanente interesse partis læsæ. Dec. consil. 520. volum. 2.

Error causæ, effectū liberationis impedit. Dec. consi. 600. num. 5.

Qui petit dilationem ad soluendum, videtur acquiescere sententiæ, & contrauenire postea non poterit. Dec. consi. 618. vol. 2.

Debitor quantitatis non potest soluere in specie: quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest. Natt. cons. 344.

Testes & si recipi nō possint, stante pacto iurato, quòd solutio debiti non possit probari per testes, tamē officio Iudicis poterunt recipi. Rol. consi. 88. vol. 3.

Quādo principalis obligatio tollitur ipso iure, tolluntur etiam accessoriæ, tam personales, quàm reales; non contrà. l. in omnibus 43. ff. de solu. & libera. Nā liberatio facta de principali, vr facta ď accessorijs, licèt nihil dictū sit de illis. Fely. cōsi. 10. nu. 5. vide l. 1. C. de iudi.

Confessio liberatoria facta per Abbatem in extremis laborantem, non liberat debitorem à debito contracto, causa ipsius Abbatiæ. Menoch. consi. 39. vol. 1.

Debitor, in cuius manib. fuit factum sequestrū in odio sui creditoris, soluēs illi, ad cuius instantiam fuit factum sequestrum iussu Iudicis, liberatur. Menoch. consi. 68. vol. 1.

Si virtute sententiæ arbitramentalis duo colligitantes, (qui simul fecerāt compromissum) teneantur facere quitationem parti aduersę, si vnus sit paratus illam facere, & alter recuset, illæ, qui obtulit se paratum facere talem quitationem, dicitur adimplere ex parte sui, & nō tenetur pro facto alterius litis consortis. Menoch. cons. 123. cum sequen. libr. 2.

Obligatio semel extricta, amplius non reuiuiscit, etiam si consensus partium accesserit, vt reuiuiscat. Menoch. consil. 389. nume. 14. libr. 4.

Solutum vbi potest repeti, vel redditum retineri, talis solutio non parit liberationem. Bartol. sing. 31.

Habens duo quitationis instrumenta eiusdem summæ, in dubio præsumit̄ bis soluisse: ideò illi datur repetitio. Roma. sing. 553.

Obligatio ipso iure extinguitur, quando vnum pro alio volenti creditori soluitur, vel ope exceptionis, quando alteri eius voluntate. Mathe. Mathes. sing. 112.

Oblatio facta pręsēti de pecunia in iudicio, vel in alia re mobili, non inducit plenam liberationem, sed quando interuenerunt oblatio, consignatiò, & depositio. idem, sing. 127. vide Bart. in l. si crediti ici 6. C. de vsuris, in l. si rem 9. §. qui autē. ff. de pign. actio. & in l. 10. ff. soluto matrimo. Hartma. cap. 1. titul. de debito. lib. 2.

Liberatio paterni debitoris facta per filium in vita patris ex causa gratuita, non nocet ipsi filio, licèt postea existat hæres patris. Héric. Boer. in suis singularib. tit. fin. nu. 9. vide Bart. in l. cùm dominus 19. §. filius. ff. de pecul. lega.

Quælibet obligatio dissoluitur eo modo, quo ligatur. l. 8. ff. de solutio. & liberat. & Reg. nihil.

Qui sine adiectione bonitatis promittit granū, vel vinum, aut olium, quodlibet dando, liberatur; secùs in mutuo. Guid. Pap. sing. 294.

Actiones descēdētes ex pacto, ipso iure tolluntur per pactum. Pet. de Rauen. sing. 380.

Exactionem qui intra certum tēpus facere tenetur, si non fecerit, cogitur soluere de suo. Anton. Corset. in suis singularibus litera E. singul. exactio.

Restituere obligatus, liberatur restituendo pauperibus, non superstitibus illis, quibus facienda erat restitutio. idem, litera R. singular. restitutio.

Debitor Monasterij, vt non soluat, & tamen à debito liberetur, debet ingredi ipsum Monasterium. Marc. de Mant. sing. 30.

Pactum de non petendo, actionem ipso iure non tollit: fallit in casu, de quo per Marc. de Mant. singul. 607.

Causa an requiratur in pacto liberatorio, vide eundem, singul. 670.

Causa in pactis liberatoriis, non consideratur; sed in pactis obligatoriis secùs. Bartol. in l. creditoris 5. C. de pact. vide l. tale pactum. ff. de pact.

Qualiter per successionem tollatur, & confundatur obligatio, vide Bartol. in l. debitoris 7. C. de pactis.

Præ-

Præstatio, seu solutio longi temporis, non inducit, neque confirmat obligationem: fallit in minore recipiente in certis casibus, de quibus vide per Barto. in l. si certis 28. C. de pac. in additio.

Actio, quæ per litis contestationem transit ad hæredes, extinguitur, quando conuentione partium à lite receditur. Barto. in l. cùm mota 6 C. de transact.

Pactum factum de vlterius non petendo, tantùm refertur ad quantitatem solutam. Abb. consi. 97. part. 2.

Quando fit quitatio, seu conuentio alia de dependentibus ex testamento, vel alio contractu, apponi debet in instrumento quitationis hæc verba, inspectis, & cognitis verbis ipsius testamenti; aliàs conuentio, vel transactio non valeret. Barto. in l. sub prætextu 19 C. de transactio.

Pacta liberatoria si non valeant vt agitur, valebunt vt valere possunt. Bart. in l. si causa cognita 32 C. de transact. & in l. 1. §. si quis. ff. de verbo. oblig. l. si vnus §. fin. ff. de pact.

Coniunctæ personæ non potest solui. Bart. in l. exigendi 12. C. de Procurat. nu. 14.

Solutio non potest parere obligationem, & liberationem. Bar. in l. cùm te 2. nu. 5. C. de his, quæ vi metus.

Vbicunque potest in solutione subesse alia causa, quàm approbatio primæ promissionis, quis non præsumitur illam approbare. Bart. ibid. num. 10.

In liberatoriis etiam requiritur bona fides: sicut enim dolus dans causam contractui bonæ fidei, reddit cõtractum ipso iure nullum, ita dans causam liberationi. Bart. l. bonam fidem 4. C. de actio. & obliga.

Actoris intentio non est fundata ex eo, quòd reus opponit solutionem. Barto. in l. 1. C. de probatio.

Diuturna solutio per longum tempus facta, quando ius inducat, vide Bart. in l. creditor 7. C. de vsuris, & in l. 6. §. non verò. ff. de offic. Proconsul.

Confessio facta in testamento, parte absente, an probet solutionem, vide Bart. in l. 1. C. de fal. cau. adie. leg.

Instrumentum quitationis debet causam continere, quando fit ab illo, qui donare non potest, & requirit diem, & Consulem; secùs in priuata scriptura. Barto. in l. 1. C. de apoch. publ. lib. 10.

Solutio collectarum, non potest probari per testes. Bart. ibid.

Tertij facto si quis liberetur, primò contra tertium agitur, & vbi non esset soluendo, cõtra pristinum debitorem datur actio, Bar. in l. ex hoc 3. ff. de eo, per quem fact. erit.

In mutuo regulariter aliud pro alio in genere suo soluitur; in cæteris verò rebus cõtrà: quia tunc regulariter aliud pro alio inuito creditori non soluitur: fallit in casibus, de quibus vide per gloss. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet.

Qualiter res debita debeat solui, an possit solui deteriorata, & quando est auctus eius valor, aut æstimatio, quid iuris, vide DD. in l. cùm quid. ff. si cert. pet.

Solutio vnius liberat alium, quando plures tenentur ad vnum interesse. l. 1. §. si plures. ff. de eo, per quem fact. erit, & Bar. in l. 3 eod. tit.

Qui promittit soluere in tribus terminis cum iuramento, si non soluerit in primo, potest cogi ad totum soluendum debitum ante vltimum terminum. Alber. Brun. consi. 46. inter feudalia.

Principalis si est liberatus pacto personali, quãdo fideiussor possit cõueniri: & pactum personale, vt non egrediatur personam, debet fieri cum dictione taxatiua. Barto. in l. nisi 23. ff. de pact. Aliàs reo principali liberato, liberatur & fideiussor: quia liberatio semel cõpetens, est perpetua. gloss. in l. fin. ff. de pact.

Liberato vno ex contrahentibus, cæteri remanent obligati, quando omnes insolidum tenebãtur; secùs si in viriles. Bar. in l. ab omnibus 107. de legat. 1.

Si fideiussor occiderit animal debitũ ante moram principalis, ambo liberantur, tenetur tamen ipse fideiussor actione de dolo. l. si fideiussor 20. ff. de dol. mal.

Solutio, quę fideiussori parit repetitionem, non parit reo liberationem. l. cum is 32. §. fideiussor. ff. de condict. indeb.

Licet in actum hypothecaria, non liberatur fideiussor. l. etiam 9. C. de fideiusso. Et electo mandatore, non liberatur reus principalis, nec contrà. l. si mandato 14. ff. eo. de fideiusso. & mandat.

Fideiussor soluens solidum, non agit contra confideiussores, nisi actiones sint cessæ. l. cum alter 11. C. de fideiusso. & mandat. Et soluendo pro reo, illum non liberat ipso iure. gloss. ibid.

Sicut fideiussor de substantia principalis debitoris, eo ignorante, potest soluere; ita hæres partem cohæredis, quam debet in eadem specie, potest l. 8. §. si ignorantes. ff. mandati, & Bar. in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. nume. 15.

Mandatario cedendæ sunt actiones contra reũ principalem: & eius solutionè in dubio, ipse reus principalis non liberatur. l. si quis 27. §. fin. ff. mandati.

Solutio quando non liberat debitorem, nō parit actionem mandati, sed reconciliata solutione, nascitur actio. l. Iulianus 47. §. si, is qui. ff. mandati.

Liberato vno ex contrahentibus ex dispositione legali, alter effectualiter nō tenetur. l. bona fides 52. ff. de actio. empt. & vend.

Si persona vnius ex reis debendi ab obligatione eximatur, alter remanens non liberatur; secùs in solutione, in qua vnius solutio liberat alium. l. fin ff. de duob. reis.

Successor tenetur ad id, quod antecessor soluere consueuit: & si ad vnam mensuram solui debet, quod debetur ad illam in posterum soluēdū est; si verò ad diuersas, liberat̄ soluēs & ad minorem. c. ex parte 18. extra, de censi.

Liberatio odio aduersarij facta, vitiatur ipso iure; sicut contractus bonę fidei. Bar. in l. si cùm te 52. ff. de pact.

An, & quando partes videantur recedere à cōtractu, qui solo consensu contrahitur, vide Bart. in l. ab emptione 59. ff. de pact.

Condemnatus ad speciem dandam in actione personali, non liberatur, nisi faciat rem accipientis, ita vt auocari non possit, quod intellige, si ad dandum sit condemnatus; secùs si ad tradendum. Bar. in l. Pomponius 40. §. sed. ff. de Procurat.

Condemnatus in reali, liberatur sola traditione. Bartol. ibid.

An possim soluere nomine alterius & de bonis eius, & quando ille cogatur habere ratum, vide Doctores in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.

Actio vna, quando tollatur per aliā, in qua plus est, vide Bar. in l. 2. §. nouissimè. ff. naut. caup. stabul. vt recep. rest.

Clausula generalis subiecta post casus speciales, illos casus comprehendit, sed quando non comprehendat, vide Bartol. in l. vbicunque 22. in repet. ff. de in interrogat. act. nu. 6.

Actio, quæ oritur ex numeratione, de facili nouatur, & tollitur per stipulationem sequentem, vel præcedentem, Bar. in l. singularia 15. ff. si certum pet. nu. 8.

Quando solutioni certæ quantitatis adiiciuntur plures termini, in fine cuiuslibet termini, debet fieri solutio, & incipit mora. Bar. in l. lecta 40. ff. si cert. pet.

Liberationis causa fauorabilior est, quàm obligationis. Bar. in l. eius q 41. nu. 18. ff. si cer. pe.

Debitor in genere, potest soluere quamlibet speciem eiusdem generis. Bar. in l. cùm is 32. §. qui hominem. ff. de condict. indebit. Et habet electionem. §. huic autem, Instit. de actio.

Obligatus ad genus, tradendo rem minimam liberatur. Ozasc. decis. 96.

Pro materia potest solui materiatum, & cōtrà: & qui promisit certum pondus argenti, potest illud dare in massa, vel in cyphis iusto pretio æstimandis. l. si quis 35. C. de donatio.

Debitor generis, re oblata perēpta, liberatur. l. huiusmodi 86. §. si cùm homo, de lega. 1.

Pecunia potest solui illi, cui debetur aurum, & argentum, cum hac tamen distinctione, nempe aut debitor vult soluere aliam pecuniam eiusdem ligæ, aut bonitatis in materia, licèt esset diuersæ formæ, & tunc creditor cogitur illam recipere; aut vult soluere de moneta alterius materiæ, quæ non est eiusdem ligæ, & tunc non est audiendus. vide gloss. & Bar. in l Paulus. ff. de solutio. facit l 21. ff. loca.

Quod indeterminatè promittitur, pessimum solui non potest, nec optimum solui debet; sed mediocre. l. si quis in principio 35. §. similiq; modo. C. de donatio. Tamē in obligatione generis, liberat̄ quis dando vilissimū, qđ est in ipso genere. l. si fideiussor 52. ff. māda.

Petere rem qui potest, quando possit etiam solutionem recipere: & filiofam. potest solui in his, quibus non acquiritur vsusfructus patri: & solutionem recipere est alienare. Bartol. in l. non solum 3. ff. solut. matrimo.

Genus vnum, potest solui pro alio, quando genus est eiusdem naturæ; secùs si diuersę. Bart. in l. diuortio 8. §. ob, eod. tit.

Casus non liberat debitorem generis generalissimi, sed debitorem speciei sic: & etiam liberat debitorem generis subalterni, illo genere perempto. l. ratione 30. §. diligenter. ff. ad leg. Falcid.

Petens quod restituturus est alteri, quàm ei, à quo petit, non videtur dolo facere. l. si socer 45 §. Lucius. ff. soluto matrimo.

Obligatus ad decem, vel ad certam quantitatem, respectu certæ speciei, dando speciem liberatur. Bart. in l. si verò 65. §. quod ait. ff. soluto matrimonio.

Plures si conueniantur ex aliqua administratione, inter omnes sufficit vna solutio. Bart. in l. tres tutores 56. ff. de adminis. & peric. tuto.

Si debitor soluat pupillo cum tutoris, & Iudicis auctoritate, habet plenissimam securitatem: si verò soluat sine Iudice, & tutore liberatur, si pecuniam est salua, aliàs secùs. §. at ex contrario, Instit. quib. alien. licet. & gl. in l. 7. ff. de minor. 25. anno.

Acceptilatio habet vim solutionis; pactū non: & liberato vno ex illis, ad quos peruenit cōmune negotium, an talis liberatio prosit, si non sint socij, vide. Bar. in l. 3. §. nunc. ff. de liberat. legat.

Liberatio si fiat inter contrahentes, vt habeat locum exceptio pacti, requiritur consensus duorum, & partis præsentia, sed in exceptio-

ne

ne doli secùs: quia in illa non requiritur partis præsentia. Bar. in l. non solum 9. §. si liberationis. ff. de liberat. legat.

Quando fit liberatio in vltima voluntate, non requiritur partis præsentia. Bar. ibid.

Exceptio doli datur, si aliquo adhibito, facio pactum de non petendo tibi recipienti pro illo, vel si confiteor mihi solutum esse, tibi recipienti pro illo. Bart. ibid. nu. 13.

Liberatio facta ab vna causa particulari, in qua sunt aliqua accessoria, complectitur omnia. Barto. in l. Aurelio 21. §. Caius, nume. 13. ff. de liberat. legat.

Liberatus iure Ciuili, veluti quando statutum prohibet petere post certum tempus, nõ est liberatus iure Canonico: ideò creditor potest tunc procedere per viã monitionis. Bar. in l. sequitur 4. §. si viam. ff. de vsucapio.

Qua actione teneatur communicare creditor, qui totum recepit, altero negligente, vide Bart. in l. si nõ 6. §. si pupillus. ff. de bon. aucto. iudi. possid. & in l. 4. ff. quæ in fraud. credi.

Clausula, Cõfitetur habuisse, & recepisse centũ à debitore, quem liberauit per acceptilationem appositam instrumento, non probat numerationem. l. 1. ff. quæ in fraud. credito. Tamen hæc confessio inducit liberationem. Bart. ibid.

Liberato principali acceptilatione, nõ liberatur ille, qui promisit animo nouandi. Bart. in l. eum, qui 55. §. si hominem. ff. de verb. oblig.

Obligatio etiam quando est commissa ad interesse, admittitur solutio fundi, quãdo quãtitas respectu illius erat in obligatione. Bart. in l. si insulam 84. ff. eod. nu. 14.

Præstatio fideiussorum idoneorũ, habetur pro solutione. vide Bar. in l. 6. ff. de mune. & hono. sed istud est speciale ibid.

Promissor an statim possit conueniri, vide Bar. in §. 1. Institut. de verbo. oblig.

Causa præsumitur ex diuturna præstatione, & consequenter debitum. Bart. in §. omniũ, nu. 4. & in §. æquè, nu. fin. Institu. de actio.

Creditor si non fuerit conquestus post confessionem per ipsum factam de soluto post triginta dies, ex hoc oritur præsumptio, quòd sit illi satisfactum. Bar. in consi. 160. vol. 1. facit l. 14. §. super. C. de non numerat. pe cu.

Oculis, & aspectu dicitur quem recep isse solutionem, licèt corpore non tangat. Bart. consi. 18. volum. 2.

Liberatio contingens in vno, non debet referri ad reliquum. Abb. consi. 10. part. 1.

An testes deponentes de solutione soluti, debeant esse rogati, vide cap. testes 3. quęst. 9. & authen. rogati. C. de testib. & ibid. DD.

Hypotheca præcedens extinguitur per nouationem, & liberatio inducitur: idem per præstationem fideiussoris, & quomodocunque fit satisfactũ creditori. Fel. consi. 10. nu. 5. & 6.

Nouatione liberatio inducit à tota obligatione. idẽ, cõs. 21. & l. in persona 31. §. 1. ff. de pac.

Acceptatio renunciationis, est actus continens liberationem in se, & licèt non præiudicet acceptanti in iure deteriorationis, hoc tamẽ procedit, si fiat simpliciter; secùs quando fit specificè. Fel. d. consi. 21.

In præiudicium alterius creditoris, non statur confessioni creditoris. idem d. consi. 21.

Obligans se soluere pretium frumenti, quando creditor ab eo petierit, non tenetur soluere tempore caritatis: quia non videtur de eo tempore cogitasse. Fel. consi. 43. nu. 10.

Filius recipiendo patris debitum, debitorẽ nõ liberat. l. filius. ff. de pact.

In reciproca remissione æqualis speciei, nullus intelligitur lędi, iuuenis, nec senex. l. de fideicommisso 11. C. de transact.

Præsumitur facta solutio, & restitutio ei, qui longissimo tempore siluit, nõ petendo res sibi debitas, & si sunt mobilia, an habeat locum ius Canonicum requirẽs bonam fidem, vide Afflic. decis. 13.

Administrator Ciuitatis potest super re dubia transigere; non autem debitum liquidum remittere. l. Pręses 12. C. de transact.

Sentẽtia tollitur per acceptilationem. l. si eam 32. C. de transact.

Spontanea solutio, metum in promissione adhibitum purgat. l. 2. C. de his, quę vi, metusuè causa gest. est.

Vnius solutio etiam in pęnis, an liberet alios, vide glo. fin. in l. penu. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. & in l. 9. §. 1. ff. si quis cautionibus.

Quando plures tenentur ad interesse, vnius solutio liberat alios. l. 1. §. si plures. ff. de eo, per quem fact. erit.

Soluens pro alio pensionem publicam, non efficitur rei dominus. l. soluentibus 25. C. de rei vendicatio.

Dominus soluendo ex contractu falsi Procuratoris, siue gestoris sine mandato, videtur approbare contractum. l. indebitum 9. C. de condict. indeb.

Per pactum liberatoriũ, potest quis vni ex hęredib. suis prouidere. l. auus nepris 34. ff. de pac.

Plures eandem rem furto subtrahentes, insolidum obligantur: & solutio vnius, non liberat alios quo ad pęnam. l. 1. C. de condict. furt.

Pro tempore, pro quo vsura soluitur, inducitur tacitum pactum de non petendo. l. qui in fundum 58. ff. de pact.

Solutum ex causa transactionis inualidæ, in debiti solutionem conuertitur, l. & post 7. §. si tamen.

tamen. ff. de transactio. & l. cùm ij 8. §. si eidem, eod. titu.

Quando debitores Fisci, vel priuati teneantur soluere ipsi Fisco, vel priuato, vide tot. titu. C. quando Fiscus, vel priuatus.

Sicut creditor tenetur facere debitori soluenti apocham solutionis; ita contrà, debitor creditori tenetur facere vnã antipochã, in qua contineatur se soluisse debitum creditori, quod procedit in annuis, vel menstruis debitis. l. plures 18. C. de fide instrument.

Soluto debito, competit debitori actio pignoratitia ad pignus repetendum. l. nec creditores. C. de pigno. act.

Mulieri pro alio soluenti, non datur repetitio. vide l. 4. & 9. ff. ad Senatusconsul. Velleia.

Liberatio facta debitori per confessionem creditoris, etiam extra iudicium, adhibitis, & rogatis duobus testibus, valet. authen. rogati. C. de testibus.

Exceptio solutionis debiti (etiam post bieniũ) potest opponi. l. asseueratio 10. C. de non numer. pecu.

Qui paratus est soluere, non cogitur iudicium suscipere. l. si reus 73. ff. de Procurato.

Per solutionem minorum vsurarum, intelligit recessum à maiorib. l. aduersus 5. C. de vsuris.

Ex solutione vsurarum, an præsumatur promissio earum, & sortis, vide l. cùm de in rem 7. ff. de vsuris.

Quod vni soluitur voluntate plurium, omnibus videtur esse solutũ. l. si secundũ 14. C. mãdati.

Negotiorũ gestor tenetur domino restituere quod eius nomine exegit, etiam si sit indebitum; sed si indebitum soluat, à domino non repetit. l. si quis 24. ff. de nego gest.

Per solutionem factam gestori, non liberatur soluens, nec dominium acquiritur creditori, nisi facta ratihabitone. l. si ego 25. eod. tit.

Qui soluit creditori creditoris sui ex eadẽ cã, liberatur ipso iure. l. si liber 38. ff. de neg. gest.

Qui habet actionem pro alio, ad eius petitionem debitorẽ cogitur liberare. l. pen. eo. tit.

Creditor, qui per vim pecuniã, vel rem sibi debitam solui fecit, creditum perdit, & omne ius, quod habet in re, vel pro rę, sed vide gl. in l. extat 13. ff. de eo quod metus causa.

Exactum per vim ab apparitore indebitè illatã, Iudicis officio rescinditur, quatenus quis damnum patitur, & non vltrà. l. fin. §. fin. ff. de eo, quod metus causa.

Plures dolum committẽtes tenentur insolidũ, tamen vnius solutione, cæteri liberantur. l. si plures 18. ff. de dol. mal.

Contra illum, cuius persuasione in debitum soluitur, actione de dolo succurritur. l. si legatarius 24. eod. tit.

Qui prętextu falsarum litterarum est liberatus, ipsa actione de dolo tenetur. l. quidam 39. de dol. mal.

Post solutionem simpliciter factam, non potest fieri, nec valet cessio; secùs si soluatur, pacto facto, vt cedat actio. l. 1. C. de cõtrar. iud. tute.

Quando vnum est in obligatione, aliud in solutione ex dispositione legis, permittitur potestas soluendi, donec super actione iudicati lis fuerit contestata. l. item veniunt 22. §. item rectè. ff. de petit. hæred.

Quid iuris, quando possessor hæreditatis soluit creditoribus hæditariis, & postea ille conuẽnatur ad restitutionem ipsius hæreditatis, vide l. si quid possessor 34. ff. de petit. hæredita.

Quod possessori hæreditatis est solutum, debet restitui, & debitores liberantur. d. l. 34. §. fin. ff. de petit. hæred.

Solutio ęstimationis facta à non possessore, non liberat verum possessorẽ, nisi hoc fecerit nomine ipsius. l. si is, qui 7. ff. de rei vendic.

Bonæ fidei possessor debet soluere, & restituere rem, vbi est, vel vbi petitur, sumptibus petẽtis; malæ fidei verò, vbi est, vel vbi petitur, sumptibus suis. l. si res 10. ff. de rei vendic.

Species debet solui, vbi reperitur, quãtitas vbi petitur: nisi aliud actum sit. l. quod legatur 38. ff. de iudi. Sed legatum vbi solui debeat, vide glos. ibid.

Legatum vnum soluens ex minus solemni voluntate relictum, an sibi in aliis præiudicet, vide glo. fin. in l. non dubium 16. C. de testam.

Filius soluens simpliciter debitum patris defuncti, præsumitur soluere vt hęres. l. cùm debitum. C. de iure delibe.

Solutio triennalis alimentorum, concurrente fauore vltimæ voluntatis, facit legatum deberi (etiam in futurum) ex minus solemni voluntate. l. 1. C. de fideicom.

Debitor si offerat, & creditor nolit accipere, si res oblata pereat, an liberetur debitor, vide glo. in l. fin. C. de conditionib. insertis.

Non dicitur habere facultatem soluendi ille, qui non habet pecuniam ad manus, licèt habeat multas possessiones. l. si seruus 22. ff. de noxal. actio.

Sententia lata contra vnum ex sua cõfessione, non liberat verum debitorem, vel dominũ. l. qui ex parte 19. ff. de interro. actio.

Si ex variatione personæ conuenti, non variatur causa, vnius confessio, vel solutio liberat verum debitorẽ: secùs si ex variatione personæ, cõtingat variatio causæ, nisi veri debitoris nomine factũ fuerit. l. qui seruũ 21. eod. tit.

Si accepero argentum ad pondus, nunquid potero soluere pecuniã, vide glos. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet.

In

In mutuo sunt quædam singularia contra regulas mutui nempe, quòd iubendo debitorem meum tibi soluere, facta solutione, mutuum contrahitur, licèt non fiat de meo tuum. l. singularia 15. eod. tit.

Qui in defectum alterius soluere promisit, petitione aduersus illum facta, non liberatur; sed facta exactione tantùm: idem contrà, si accipiatur à secundo. l. fin. ff. si cert. peta.

Iuramentum habet naturam solutionis. l. iusiurandum 27. ff. de iureiurau.

Si causa, propter quam debitor liberatur, nõ impleatur, agitur, vt in pristinam obligationem creditor reponatur. l. si qui 4. ff. de condict. cauß. dat. & l. si mulier 10 eod. tit.

Soluens indebitum ignoranter, repetit; sciẽter non. l. 1. ff. de condict. indeb.

Si mihi aliquid deberes, & res tua sine vitio ad me peruenerit, propter debitum retentionem habeo. glo. in verbo, retinetur §. si centum. l. si non sortem 26 eod. tit.

Qui habet solam retẽtionẽ, soluens non repetit. l. ex quibus 51. eod.

Si res, pro qua solui æstimationem, ad eum redeat, cui solui poterat, agi actione ex eo cõtractu, vel cõdictione sine causa, ad rẽ solutam debet. l. 2. ff. de condict. sine cau.

Falsus creditor accipiẽdo scienter in debitum, furtum committit. l. quoniam 18. ff. de condictio. furt.

Actor dicitur in mora recipiendi, si tẽpore debito, ad locum solutionis non venerit. l. item illa 18. ff. de constitu. pecun.

Contra debitorem liberatum in fraudem creditorum, datur reuocatoria illius naturæ, & vitæ, cuius erat actio, qua primò tenebatur. l. fin. C. de reuocan. his, quæ in fraud. credit.

Debitor non liberatur, licèt velit pignus dimittere pro soluto. l. 1. C. de pigno. & hypothe.

Solutio pecuniæ reprobatæ, soluentem non liberat; sed ille nõ cogitur soluere debitũ, nisi pecunia reprobata reddatur. l. eleganter 24. §. qui reprobos. ff. de pign. act. Quid, si ab electore illa fuerit approbata, vide glo. ibid.

Qui actionem habet, eam cedendo liberatur. l. quod debetur 52. ff. de pecul.

Qui fideiussit, vel soluit, ante diem non potest agere, nisi adueniente die. l. si mandauero 22. ff. mandati.

Solutio facta de pecunia creditoris, vel eius nomine accepta, non liberat debitorem. l. 22. §. si mandauerim. ff. mand.

Illud, quod creditor percipit ex venditione pignoris, liberat debitorem, & mandatorem, si de euictione non est obligatus; aliàs secùs. l. si mandato 59. §. creditor, eod. tit.

Dies, adiecta causa limitandæ obligationis, nõ liberat debitorem existentem in mora. d. l. 59. §. ille, eo. tit.

Qui tenetur ratione culpæ, nòn liberatur cedẽdo actionem. l. de illo 23. ff. pro socio.

Si creditor fingat sibi solutum nõ esse, quum sit, in pœnam falsi incidit, licèt hoc de consciẽtia debitoris fecerit. l. si creditor 15. C. ad leg. Cornel. de fals.

Liberor soluẽdo alteri, dummodo pecunia ad creditorem peruenerit. l. non solum, & ibid. glo. fin. ff. solut. matrimonio.

Liberatus ob causam, conuenitur actione, præscriptis verbis, vt faciat quod conuentũ fuerat. l. ob eam 9. ff. de præscript. verb.

Pignus potest dari pignori, sed si debitor pignoratus soluat suo creditori, non ei, cui fuit hypothecatus, liberatur ab hac vtili hypothecaria, nisi iam ei esset denunciatum, ne solueret. l. grege 13. §. cùm pignori, & ibid. gloss. ff. de pignoribus.

Si debitor est suspectus, ante diem, vel conditionem, cõpetit persecutio pignorum. l. quæsitum 14. eod. tit.

Possessor, qui soluit litis æstimationem creditori, excipit contra dominum vẽdicantem, nisi sibi debitũ offerat. l. si creditor. ff. quibus modis pig. vel hypothe. sol. vide l. si propter 22. ff. de act. rer. amot.

Qui soluit litis æstimationem primo creditori, non liberatur à secũdo. l. creditor 12. §. si quãdo. ff. qui potio. in pigno. habea.

Qui soluit quod debet, non prohibetur petere quod sibi debetur. l. si cùm dos 8. ff. de actio. rer. amor.

Qui tenetur ad quãtitatem respectu certæ speciei, offerendo speciem, nõ liberatur, neque auditur, nisi conseruet partem alteram indẽnem. l. emptori 67. ff. de euictio.

An debitor sibi præiudicet per solutionem, vel ꝓlationẽ diu factã, vide gl. in l. 6. ff. de vsuris.

Sola patientia operatur liberationem à debito otioso. l. qui seruisses 13. eod. titu.

Donatio potest fieri, liberando quis suũ debitorem. l. 17. ff. de donatio.

Per responsionem factam in iudicio, inducitur confessio: & qui confitetur debitorem suum sibi nõ teneri, videtur ipsum liberare ex causa donationis. l. quidam 30. eod. tit.

Confitenti fit præceptum de soluendo, & datur terminus ad soluendum: & ex causa permittit, vt soluatur æstimatio pro specie, sine causa non. l. si domus 74 §. in pecunia, de legat. 1.

Facultas soluendi aliud pro alio, transit ad singularem successorem. l. si quando 112. §. hæres, eod. titu.

Si creditor consequutus fuerit, quãtum sibi debet à debitore, vel ab alio, licèt nõ ex causa debiti,

debiti, sed propter dolum suum, quia nō permiserat creditorem venire in possessionem bonorum, non potest de æquitate amplius agere ad debitum. l. si quis dolo 51. §. si quis. ff. de re iudic.

Qui pecuniam sibi debitam à debitore fugiente abstulit, illā cōmunicare non cogitur aliis creditoribus, ante bona possessa; secùs si post. l. ait Prætor 10. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credito.

Quod vni ex creditoribus est solutum per gratificationem, vel extorsionem, est communicandum cæteris; secùs si creditor ille non extorserit: quia vigilandò potuit suam conditionē meliorē facere. l. pupillus 24 eod. tit.

Qui locupletior factus est solutione sibi facta, si interim petat, submouetur doli exceptione. l. apud 4. §. si quis pupillo. ff. de dol. mal. exceptio.

Liberatio vnius, non prodest alteri non socio. arg. l. 4. §. nunc, & ibid. glos. ff. de liberat. legat.

Acceptilatio solutioni comparatur. l. nō solum 8. §. si is, eod. tit.

Omnes debitores, qui speciem ex causa lucratiua debent, liberãtur, vbi ea species ex causa lucratiua ad creditorem peruenisset; secùs si ex causa onerosa: & dos dicitur causa onerosa. l. omnes & seqq. 16. 17. & 18. ff. de actio. & obligatio.

Stipulatio ita facta, si fundum non dederis, vel tale quid non feceris, centum dare spondes, sola centum sunt in stipulatione; in exsolutione fundus. l. obligationum 43. §. si ita stipulatus, eod. titu.

Debitor speciei liberatur, si ante moram species interierit, etiam si in ea debitor dolum commiserit. l. is, qui 44. de actio. & obligat.

Promptiores debemus esse ad liberãdū, quàm ad obligãdum. l. Arianus 46 ff. de act. & obli.

Per sententiam, & acceptilationem, vnus ex hęredibus promissoris, qui tenebatur in genere, & insolidum, potest liberari, cæteri obligatis remanentibus. l. stipulationum §. si tamen. ff. de verbo. oblig.

Si vnum ex alternatiuis debitum efficiatur stipulatoris, non liberatur promissor, quo ad aliud. l. si stichum 16. ff. de verbo. oblig.

Quando vna præstatio est facienda, petitur in fine temporis. l. qui homo 42. ff. de verb. obli.

Debitum in diem certum potest solui ante diē; secùs si in diem incertum, & sic vbicunque temporis dilatio continet in se vtilitatem creditoris, non tenetur creditor recipere debitum sibi oblatum ante illud tempus: & non cogitur etiam recipere solutionem debiti in alio loco, quàm destinatæ solutionis. l. stipulatio 38. ff. de verbo. obligatio. §. item certam; & ibid. gloss. vide l. qui Romæ 122. eod. titu.

Vbi solutum potest repeti, vel redditum teneri, talis solutio non parit liberationem. l. si testamēto 50. §. ex duob. ff. de fideius. & mãdat.

Si stipulor ab vno quod mihi debetur à duobus animo nouandi, vterque liberatur. l. à te hominem 32. ff. de nouatio. & delegat.

Falsus creditor si quid acceperit furtum facit, nec nummi eius fiunt: quia error in qualitate personæ existentis in mala fide, impedit dominij translationem; aliàs secùs. l. falsus 44. ff. de furtis, vide Bart. in l. si ego. ff si certū pet. & in l. cùm fundus §. seruum. eod. tit.

Si debitor Fiscalis debitori suo soluerit, Fiscus poterit hanc pecuniam à tali creditore repetere, & sic remanebit debitor obligatus creditori suo, & eius fideiussores, pignoraque, ac si nihil soluisset. l. deferre 18. §. fin. ff. de iure Fisci.

Soluens Fisco pro alio, habet priuilegium Fisci de prosequendis bonis eius, pro quo soluit. l. in fraudem 45. §. qui pro alio, eod. tit.

Si in reatu constitutus bona sua administrare potest, eique debitor rectè bona fide soluere potest. l. aufertur 46. §. in reatu. eod. tit.

Assignatio operis perfecti facta à conductore, liberat eum à casu fortuito postea superueniente. l. 1. §. fin ff. de pollicita.

Liberationis verbum, eandem vim habet, quā verbum solutionis. l. liberationis 47. ff. de verbo. & rer. signific.

Solutionis verbo, satisfactionem quoque omnem accipiendam placet: & soluere dicitur, vbi quis id facit quod facere promisit. l. solutionis 176 eod. tit.

Definit debitor esse is qui nactus est iustam exceptionem, non ab æquitate naturali abhorrentem. l. Marcellus 67. ff. de reg. iur.

Si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. l. si quis 116. eod. tit.

Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipse soluisset, vel ipsi solutum esset. l. quod iussu 141. eod. titu.

De augmento, & æstimatione aurei, & monetarum vide infra titu. de augmento, &c. Et de remissionibus iurium, infra libr. 2. titu. de renunciationibus.

De acceptilationibus.

Stipulatio tollitur per aliam stipulationem, si hoc agatur. Bart. in l. si vnus 28. §. pactus. ff. de pact. Tamen acceptilatio non extinguitur per aliam acceptilationem. Bart. ibid. nume. 24.

Liberatio

Liberatio facta per acceptilationem, tollit obligationem ipso iure. Barto. in l. si cùm te 52. ff. de pact.

Acceptilatio non tollit obligationem iurisgentium, nisi prius in stipulationem Aquilianam illa deducat. Bar. in l. Aquiliana 4. ff. de trāsac.

Actio, quæ tollitur ex numeratione, de facili nouatur, & tollitur per stipulationem. Barto. in l singularia 15 nu. 8. ff. si cert. pet.

Acceptilatio habet vim solutionis. Bart. in l. 3. §. nunc ff. de libera. lega.

Acceptilatione tollitur sententia. l. si causa 32. C. de transactio.

Aquiliana stipulatio perimitur per acceptilationem. l. Aquiliana 4. ff. de transac.

An acceptilatio crediti in Aquilianam stipulationem deducti, liberet debitorem, etiam si nihil sit solutum, vide l. si obligatū 13. & ibid. glo. C. de solutio. & liberat.

Acceptilatio facta causa remunerandi fideiussorem, illi tribuit actionem mandati; secùs si simpliciter causa donandi. l. idem quę 10. §. fin. ff. mandat.

Qui est liberatus acceptilatione mortis causa, non potest vti præscriptione, qua vteretur, si liberatus non esset. l. quod debitori 24. ff. de mor. caus. donat.

Acceptilatio solutioni comparatur. l. nō solùm 8. §. si is, qui ff de libera. legat.

Acceptilatio expressè non recipit diem, vel cōditionem. l. actus. ff. de reg. iur.

Per acceptilationem tollitur obligatio. vide §. 2. & ibid. gloss. & tot. titu. Institut. quib. mod. tol. oblig.

De materia vide supra tit. prox. de solutio.

De augmento, valore, & bonitate aurei nummi, & monetarum.

Solutio debet fieri de pecunia currente tempore contractus; & non solutionis: & vbi antiqua moneta est mutata, soluitur eius æstimatio, nisi aliter se habeat consuetudo. Afflic. decis. 90. vide eundē, deci. 194. Benint. decis. 39. Rot. Genu. decis. 119. nu. 7. Guid. Pap. q. 493. Put. decis. 149. lib. 2. Borg. Caual. decis. 16. de contract. part. 2. nume. 41. Andr. Gail. obser. 73. lib. 2. Mysing. obser. 1. cent. 4. Crauet. consi. 47. nu. pen. Menoc. consi. 137. lib. 2. Nat. consi. 156. nume. 18. consi. 302. & consi. 456. nume. 6. Abb. consi. 56. part. 2. & Perillust. D. P. Tessau. decis. 174.

Limitatur cōclusio in credito vsurario, aut pro quo soluitur interesse, de qua limitatione, & quando locum habeat vide per eundem Perillustr. D. P. Tessau. d. decisio. 174.

Ad declarationē huius materiæ monetarū, afferunt quatuor cōclusiones quarū prima erit, quando pecunia reprobatur in totum, & in perpetuum, & tunc est soluenda æstimatio in noua pecunia. Boer. decis 327. nume. 12. vide Bart. & Dec. in l. quod te. ff. si cert. per.

Secunda, quando non tollitur in totum, sed deterioratur valor ipsius monetæ propter diminutionem ligæ, vel ponderis, & tunc periculum omnino, & in omni casu pertinet ad debitorem, qui tenetur soluere æstimationē prioris monetę. Boer. d. deci. 327 nu. 13. Borg. Caual. decis. 16. de contract. nu. 41. part. 2.

Tertia erit cōclusio, quando ante moram aureus nummus, & moneta argentea, sunt alterata in valore, & æstimatione, & non in pondere, vel liga, & hoc casu, siue in perpetuum, siue ad tēpus sit diminutus valor, vel auctus, periculum, seu detrimentum, & etiam cōmodum, spectant ad creditorem. Boer. d. decis. 327. nu. 13. Cabal. milleloq. 448. part. 1. Borg. Caual. d. decisio. 16. num. 42. Andr Gail. obser. 73. num. fin. lib. 2. vide Afflict. decisio. 194. & Natt. consi. 454.

Quarta, quando pecunia, seu eius valor mutatur post moram debitoris, & tunc debitor tenetur soluere æstimationem summi cuiuscunque valoris à die moræ Boe. d. decis. 527. nu. 13 Borg. d. decis. 16. num 42. & seqq. Andr. Gail. d. obser. 73. nu. fin. Afflic. decis. 194. vide Bart. & Paul. de Castr. quos citat Afflic. ibid. Nam mutatio monetæ moroso semper est nociua. idem Afflic. decis. 280. nu. 8.

Bonitas intrinseca, & extrinseca, quæ dicatur, & quomodo cognoscatur, vide eundē Borg. d. decis. 16. num 41.

Canon, seu census debet solui de moneta antiqua, aut de noua ad æstimationē antiquæ. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ s. per decreto, Rempublicam part. 2. gloss. 8. tit. de iure emphy. Natt. consi. 302. Guid. Pap. quęst. 493. Marc. quæst. 432. part. 2. Put. decisio. 149. lib. 2. Borg. Caual. d. decis. 16. nu. 42. de contract. part. 2. Andr. Gail. obser. 73. lib. 2. & Natt. consi 664. vide cap. olim, cap. fin. & ibid. glo. ex. de censib.

Conclusio limitatur primò, qn̄ ex conuentione esset actum solutionē esse faciēdā de moneta currenti tempore solutionum faciendarū. idem D. Sol. ibid. nn. 2.

Secundò limitatur, vbi esset præscriptum, vt solutio fieret de moneta currenti, quæ præscriptio contra priuatum completur spacio annorum 30. & contra Ecclesiam 40. D. Sol. ibi. num. 3. Natt. consi. 664. vide Ias. de actio. in §. præiudiciales, num. 68. Bart. in l. is, qui 20. ff. quib.

quib. mod. vsusfruc.amit. & in l.17.ff.de aqu. plu.arcen.facit c.olim,ex.de censib.

Tertiò, quando esset consuetudo soluendi de moneta currenti, prout refert Curtius in tota Italia esse huiusmodi cõsuetudinem. vide eundem D.Sol.ibid.nu.4.

Quartò, quando contractus esset ambiguus respectu monetæ; tunc enim solutiones subsequutæ declarant ambiguitatem contractus. idem D.Sol.ibid.nu.5.

Quando census est exiguus, & minutus, nõ debet attendi augmentum monetarum. vide eundem D.Sol.ibid.Qui in dictis suis cômět. & in titu.de pact. inter empt.& vendit.super decreto,ex frequentioribus fol. 120 scripsit amplum tractatum de augmẽto monetarũ.

Decima vbi debetur alicui ex priuilegio Pontificis,est soluenda de moneta antiqua, non de noua, nisi secundum æstimationem antiquæ.Natt.consi.664.num.5.

Si quis debeat pro cẽsu florenos nongentos, & quindecim soluendos quolibet anno in tantis scutatis auri valentibus dictam summã, tunc augmentum aurei, vel monetarũ non debet:ideò sufficit soluere ipsam summã in tot aureis, cõsiderato valore ipsorũ tpe solutionis; non autem valore currẽti tempore contractus.vide Menoch.consi.49 vol.1.

Pecunia debita Superioris mandato, lege, vel statuto, si mutetur,attenditur tempus solutionis; sed quæ sit ratio,vide Marc.de Mant. sing.577.

Si quis debeat aliquid annuatim nomine census,& per aliquot annos non soluerit, & interim valor monetarum mutatus sit, quid iuris,vide Bart.in l.penu.C.de vsur.

Pacto inito,si dati sint floreni æstimati, vt reddantur sub eadem æstimatione,tunc licèt florenus sit deterioratus, tamẽ debet reddi sub æstimatione facta tempore traditionis. Bar. in l.in ijs rebus 67.§. mancipia.ff.solu. matri.

An in sententia,in vltimis voluntatibus, in rescriptis,in constitutionibus, & in statutis,debeat inspici valor monetæ,qui erat tempore rei cõstitutę vel debeat fieri solutio de vsuali pecunia,vide in additio.ad Bar. ibi. Quòd æstimatio pęnæ statutariæ ad tempus statuti refertur,scribit Andr.Gail.obser.73.nu.5.

In dote constituta in florenis, debetur etiam augmentum aurei nummi,& monetarum;nã debet restitui ipsa dos secundum valorẽ aurei,& monetæ, qui currebat tempore cõtractus;& nõ restitutionis. Afflic.decis.194. vide tamen Boer.decis.327.nu.4.& 11.

Si dos fuit data in moneta antiqua, de illa debet fieri restitutio, quod intellige, si postea esset variata moneta in materia, vel forma;

sed si esset eadem moneta,tamen valor, puta floreni, creuisset, vel decreuisset,non erit attendendus talis valor, nisi à tempore moræ Bar. in l.res in dotem 43.ff de iure dot.

Si pater promiserit pro dote filiæ mille aureos auri, & recti ponderis certæ formæ, & ligæ, vno quolibet aureo computato, & existente valoris viginti, puta solidorum monetæ currentis,quos aureos promiserit soluere in tẽpus:tunc aurei sunt in obligatione, & debẽt solui,seu eorum æstimatio, quæ currebat tẽpore solutionis, siue aureus sit auctus, siue minutus: quia illa expresio valoris fuit potius facta causa demonstrationis, quàm taxationis. Boer.d.decis.327.

Si dos fuerit promissa soluenda diuersis temporibus,pacto adiecto,vt solueretur de moneta currente tempore promissionis, seu solutionis faciendæ,quid iuris,vide eundẽ Boer. ibid.in fine.

Pactum de restituenda dote de moneta currente tempore faciendæ restitutionis,nõ obstat mulieri,quominus petere possit augmentũ monetarum;quia pactum doti appositũ contra dispositionem legis, non operatur ad mulieris incommodum. Natt.consi.37. Tom.1.

Monetam non debet Princeps facere minoris valoris in forma,eo,quod est in massa,expẽsis deductis, imò nonnulli tenent expensas esse faciendas de publio.vide Afflic.decisio. 90.nu.4.& Franc.Marc.q 152.

An Princeps possit reprobare cursum monetæ alterius Patriæ,vide Marc.d.quæst.152.par.1. & q 614.part.2.

Monetarum valorem solus Princeps mutare potest. Boer. decisio. 327. nume. 4 vide Marc.d.q.152.De quo valore monetarum vide etiam in constitut. antiq Sabaudiæ tit.de monetis,& monetariis Domini lib.2.

Aestimatio,quæ ab initio est, non potest decrescere, nisi auctoritate Principis: & moneta debet capi pro ea quãtitate, quam iubet Superior: sed facta in alia Ciuitate, quando quis cogatur accipere, vide Bart. in l.2.& 3. C.de vete.numismat.lib.11.

Moneta facta ab habente auctoritatem,vt non dicatur falsa,debet esse talis in forma,qualis est in materia, deductis expensis cudendi. Barto. in l. qui falsam 19.ff.ad leg.Cornel.de fals.num.3.

Pecunia ære viciata, non venit in solutionem argenteæ, nec cogendus est quis eam recipere.Afflic.decis.90.in fine. Aliàs de consuetudine seruatur, quòd pro pecunia minuta,soluatur aurum,& contrà. Afflic. d.decis.90.nu. fin.Boer.decis.327.num.3. vide Rot.Auenio. decis.41.in decisio.diuerso.Papo.lib.10.tit.5. arrest.2.

arrest.2.& fin.& Bart.in l.10.ff.de auro, & argen.legato (nã aurei cõtinẽtur appellatione monetarum) quod procedit, quando creditor ex hac commutatione nullum patitur damnum. D. Sol. in antiquis constitutio. Sabaudiæ, glo.super prima part.decreti, ex frequentioribus tit.de pact.int.empt. & vendit. nu.71.& 72.fol.120.

Quando debitor offert vnam speciem pecuniæ pro alia, an sit audiendus, vide Rebuff.in constitutio. Reg. tracta. de litte. oblig.art.5. glo.2. Et quid, vbi offert debitum in pecunia minuta, vide ibid.

Qui dedit certum argenti pondus ad ligam Perusinam, potest soluere pecuniam argenteam eiusdem ligæ: quia quando fit pecunia de argento fieri debet, vt sit eiusdem æstimationis in forma, cuius est in materia, & expẽsa debet fieri de publico, licèt de consuetudine contrarium seruetur. Boer.deci.327.nu.3.vide Marc.q.614.part.2.

Si antiqua moneta, quæ fuit tempore contractus, non currat amplius tempore solutionis, vel cum magna difficultate reperiatur, solutio in alia vsu recepta moneta, ad valorem tamen intrinsecum antiquæ monetæ, fieri potest. Andr.Gail. obseruatio.73.nume.6.lib.2. vide Ioan. Gal. quæst.302. in decisio. diuerso.& Borg.decisio.16.nume.46. de contract. part.2. Quod non admittitur, quando aurei sunt deteriores in æstimatione, substantia, & bonitate intrinseca; quia hoc casu præstari debet æstimatio priorum. Gail.d. obseruatio.73.

Quando quis promisit in obligatione, puta aureos cẽtum, solutio debet fieri in aureis, nec tũc potest debitor soluere monetam pro aureis. Menoch.consi.138.lib.2. vide Perillustr. D.P.Tessau.decis.174.

De augmento monetæ, & circa modum soluendi quid obseruandum, quando valor pecuniæ est mutatus, vel soluitur vna pecunia pro alia, vide per Barto. in l. Paulus 99. ff. de solutio.

Valor aurei antiqui hodie est diminutus: ideò quingenti antiqui, hodie constituunt 700. Ioseph.Ludo.decis.Perus.66.nu.9.

Moneta fraudari quot modis dicatur: & de sui essentia requirit materiam, seu ligam, pondus, & formam. Fran.Marc.q.186. part.1. vide eundem q.87.part.2.

Conductor, qui prędia in perpetuum conduxit, an teneatur ad augmentum monetæ, si pẽsio in immensum creuerit, vide Perillustr. D. P. Tessau.decis.226.

Condemnatus debet soluere de illa moneta, quæ currebat tempore sententiæ; & non solutionis, seu executionis. Afflict. decisio.194.

Solutio legati debet fieri secundum valorem monetæ currentis tempore testamenti conditi; & non mortis, vel solutionis. Afflic.d.deci.194. Cabal.milleloq.450. Andr.Gail.obser.73.lib.2. Ideò pecunia legata, si in substantia fuerit effecta deterior post testamentum, debet præstari æstimatio prioris monetæ currẽtis tempore testamẽti; sed si non sit deteriorata in substantia, verùm in æstimatione extrinseca, talis auctus valor non attẽditur, nisi à die mortis testatoris. Natt. consi.156.num.16.Tom.1.vide eundem, cons.664. & Menoc. consi.138.lib.2.

Legatis florenis, qui tempore testamenti minus valebãt, quàm tempore solutionis, quod tempus attendatur, vide Roma.sing.519. Henric.Boer.in suis singularib. titu.fin. nume.14. vbi de materia.

Magistri monetarum qualiter puniantur, si falsificent monetam, vide Marc. quæst.87. 260. & seqq.part.2.

Venditori cum pacto de retrouendendo, reemens tenetur restituere de moneta recepta, licèt valor mutatus sit. vide Boer. decis.327. nume.4.& D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudię fol.120.num.70.

Si in solutione pretij rei venditæ cum pacto de retrouendendo fuerint aurei soluti æstimati, & postea eorum valor auctus, in retrouenditione haberi debet ratio aucti valoris in fauorem emptoris reementis virtute dicti pacti. vide in libris placit. Curiæ lib.10.titu.6.de solutio.cap.5.in decisio. diuerso. Secùs si aurei non essent æstimati, vide tamen Papon. lib.10.tit.5.arrest.fin. & Perillustr. D.P.Tessau. decisio.174.

Denarios grauiores à leuioribus eligere, & grauiores in massam conflare, leuiores expendendo, non licet, etiam si cusor tales denarios mixtim ediderit. DD.de Rot.deci.2.alias 848.tit.de pact.in antiq.

Moneta soluẽda est in dubio de minuta. Cabal. milleloq.451.

Pecunia minuta, quando recusari possit, vide eundem, milleloq.636.

Si tempore obligationis currebãt varię monetæ, & tempore solutionis aliquæ ex illis etiã currant, & expendantur, debitor potest de illis currentibus soluere. Borg.Caual.decis.16. de contract.part.2.nu.47.

Debitor põt soluere de moneta currẽti tpe cõtractus, si reperiatur, licèt valor aurei creuisset: quia monetę antiquæ variatio contingẽs circam æstimationem extrinsecam, non imputatur debitori non moroso. Natt.cõsi.454.

Valor aurei debet inspici, & attendi secũdũ tps

solutionis faciendæ. Rot. Auenio. decisio. 49. in decisio. diuerso.

Moneta æstimata crescit ad vtilitatem debitoris. vide Papon. li. 10. tit. 6. arrest. 2. Sed an augmētū monetę debeatur, si aureo sit prefixa æstimatio, vide Perillust. D.P. Tessau. decisio. 174. num. fin.

Vbi aliqua pecunia est in obligatione, & non in facultate soluendi, sine difficultate debetur augmentum monetę. Crauett. consilio 47. nume. 5.

Augmentum pecuniæ, an in gabellis debeatur, vide Perillustr. Dominū Præsidē Tessau. decisio. 214.

Solutio facienda in moneta, semper intelligitur de probata; ideò illa verba, quæ solent apponi instrumentis, boni, & iusti ponderis, nihil operantur. Bartol. in l. lecta 40. nume. 5. ff. si certum peta. Sed vno casu hæc verba operantur, vide Dec. in d. l. lecta. nume. 9. si cert. pet.

Pondera florenorum quando in loco sunt diuersa, intelligitur promissio facta de minori pondere. Bartol. ibid. num. 6.

Soluens pecuniam reprobatam, nō liberetur, licèt campsor illam approbauerit: & vbi recipiens illam expenderit, non ob id cēsetur soluens liberatus, sed an expendens falsam monetam sit falsarius, vide Bartol. in l. eleganter 24. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. & infra tit. de fals. mone.

Aurei intelliguntur promissi secundum consuetudinē regionis, & ad pondus illius. Bar. in l. stipulationum 74 ff. de verb. oblig.

Qui tenetur ad aureos, tenetur illos numerare secundum pondus cechæ. Menoc. consil. 258. lib. 3. num. 13.

Illæ, qui debet recipere meliorem monetam, si per errorem iuris, receperit deteriorem, sibi non præiudicat, licèt in hoc errore longo tempore perseuerauerit. Guid. Pap. sing. 999.

De mora, eius effectu, & qualiter committatur.

AN ille, qui promisit intra certum tempus aliquem iudicio exhibere, elapso tempore, ipso iure sine aliqua interpellatione in mora constituatur, & an talis mora purgari possit, vide Ozasc. decisio. 49. & Borg. Caual. decisio. 14. num. 18. de contract. par. 2.

Interpellatio non requiritur, vbi in contractu apposita est dies, vel pœna. Ozasc. dicta decisio. 49. nume. 6. Quia dies interpellat pro homine, & constituit in mora. l. magna. C. de contrahend. & committen. stipulat. Rot. Genu. decisio. 1. num. 44. & decisio. 139. 144. & 206. Mysing. obserua. 95. centur. 3. cap. fin. & ibidem gloss. extra, de loca. & conduct. Felin. consil. 34. Sed de limitationib. ad d. l. magna vide per Ozasc. d. decisio. 49. Afflict. decis. 150. num. 34. Et pro intelligentia ipsius legis, vide Perillust. D.P. Tessau. decis. 212.

Dies non interpellat pro homine, quando dilatio est nimis breuis: quia angustiæ temporum impediunt moram. Ozasc. decisio. 71. nume. 44. vide eundem D.P. Tessau. decis. 212. nume. 4.

Moram quis statim non incurrit, lapso die apposito ab homine; sed debet expectari adhuc modicum tempus, intra quod quis veniendo, quasi pro eo habetur, ac si die statuta venisset. Ozasc. d. decis. 71. num. 50.

Dies expressa in scriptura interpellat pro homine; fallit, quando solutio debet fieri in loco, in quo non habitat creditor, quia tūc per diem debitor non constituitur in mora; nisi actor probet, quòd die destinatæ solutionis fuerit in illo loco paratus illam recipere. Afflict. decisio. 316. Moheda. decisio. 307. Rot. Genuen. decisio. 89. & decisio. 175. nume. 17. Dec. consil. 566. & Menoch. consi. 355. lib. 4. nume. 5.

Si promiserim tibi dare centum vsq; ad Pascha, & deinde post ad tui petitionem, adueniente die Paschatis, ero in mora: quia pariter tunc dies interpellat pro homine. Granima. decis. 103. num. 163.

Promissor tenetur memoria conseruare promissa; ideò debitor magis constituitur in mora à die dicta, quàm ab interpellatione. Rot. Genu. decis. 144.

Obligatio non committitur ex lapsu temporis sine interpellatione, (etiam quòd esset promissio sub pœna) sine qua hoc casu non dicitur commissa mora. Vera. decis. 231. part. 2.

Debitor, qui non soluit in tempore, incidit in moram, & tenetur ad interesse quanti plurimi, quando ille, & creditor sunt eiusdem fori, vel promiserit soluere in foro creditoris, etiam si creditor post solutionem aliquid adimplere deberet. Borg. Caual. decis. 14 num. 15. de contract. part. 2. Fallit, quando non creditor, sed alter suo nomine, vult recipere, & non ostendit potestatem, vel si esset hæres, non probet se hæredem. Borg. ibidem, num. 16. & Barto. in l. si quis 13. ff. depos. Idem in Procuratore. Bartol. ibidem. Fallit etiam, quando debitor esset obligatus soluere speciem, quæ requireret onus, vel expensas. Borg. ibid. num. 17.

Mora productiua intereſſe non dicitur commiſſa, creditore in die præſcripta non comparente. Mago.deci.Luc.78.nu.7. vide ſupra, tit.de eo, quod certo loco.

Aeſtimata ſpecie die dicta non ſoluta pp morā debitoris, ſi creditor velit non ſpeciem, ſed pecuniam illam deberi, deciſum reperitur in libris placit.Curiæ lib.10.titu.6.de ſolutio. cap.2.in deciſio.diuerſo.

Dies nō interpellat pro homine, nec in mora conſtituit circa præparatoria iudicij, minus quando apponitur cauſa finiēdæ obligationis. Boer.conſi.22. nu.7. & fin. vide Perilluſtr. D.P.Teſſau.deciſ.212.nu.3.

Quando dies nō interpellet pro homine, vide Dec.conſi.2.

Dies etiam incertus à principio, ſed ex poſtfacto certificatus, interpellat.l.cuictis 18.ff.de vſur. Aliàs ſecùs.vide Bart.in l.ita ſtipulatus 115.nu.43.ff.de verbo.oblig.

Termino conſtituto ad ſoluendum, ſi ante debeat præcedere aliqua liquidatio, ille termi nus non currit ante factam liquidationem. Craue.conſi.212.nu.5.

Tempus adiectum miſerationis cauſa, vt eſt tēpus anni dati ad reſtituendam dotem in pecunia conſtitutā, ita conſtituit in mora, ſicut aliud tempus obligationi adiectum. Math. Matheſ.ſing.121.

Dies tacita interpellat prò homine; ſicut expreſſa.Pet.de Rauen.ſing.159.

Quando ſolutioni apponuntur plures termini, in quolibet incipit mora. l. lecta 40. ff. ſi cert. pet.

Ad conſtituēdum quem in mora interpellatio non eſt neceſſaria, vbi adſunt dies, & pęna: fallit in tempore diuturno, quòd facile inducit obliuionem. Auguſt. Bero.q.73.nu.3. vide Perilluſt. D P.Teſſa.deciſ.212.

Curſus diei appoſitæ cauſa multiplicandæ obligationis, quando conſtituat quem in mora, vide Bar.in l.ita ſtipulatus 115.num.45. ff. de verbo.oblig.

Vt quis in mora conſtituatur regulariter interpellatio requiritur.l.mora 32.ff.de vſur.l.ſi ex legati 23.ff.de verb. oblig. Quod multo magis in facto negatiuo locum habet. Ozaſ.deciſ.49.vide Affli.deciſ.150 nu.fin. & deci.399. Rot.Genu.deciſ.193.nu.11.Hiero. Mago.deciſ.Luc.31.nu.6.& Dec.conſi.516.nu.21.

Promiſsionis verba attendi debent, vt intelligatur, an interpellatio requiratur.Oza.d.deciſ.49.num.10.

Per interpellationem etiā extraiudicialē quis in mora conſtituitur. Rot.Genu.deciſ.24.68. 175.nu.13.& Aluiſ.de Alber.ſing.39.

Cōtrahens cum minore, re ipſa conſtituitur in mora ſine interpellatione. Capic.deciſio.14. nume.19.

Minor, re vendita nondum tradita, non poteſt maiorem interpellare, vt eum conſtituat in mora: quia non plus operari poteſt mora irregularis, quàm regularis. Capic.ibid.nu.20.

Quando quis promiſit ſoluere ad requiſitionem, non poteſt dici in mora, niſi præcedente interpellatione: quia non potuit diuinare debitor, quando creditor velit interpellare. Gram.deciſ.103.nu.166.

Obligatus ad aliquid faciendum ſub certa pęna, non incurrit in illam propter ſcientiam, niſi illi ſit facta intimatio. Mohed. deciſ.196.

In fideicommiſſo, & obligatione conditionali, adueniente conditione, quis non conſtituitur in mora, ſed eſt opus interpellatione. Guid.Pap.q.497.

Facere quando quis tenetur aliquid, non poteſt dici contumax, niſi requiratur. Vera.deciſio.284.part.2.

Moram committit obligatus ad faciēdum ſine interpellatione ex eo, quòd non præſtitit diligentiam in faciendo, quod procedit, vbi agitur ad intereſſe; ſecus ſi ad pęnam. Craue. conſi.64.

Mora cōmittitur ſine interpellatione, vbi adeſt iuramentum. Crauet.d. conſi.64. nume.2. Quia iuramentum interpellat pro homine, & conſtituit quem in mora. Franc. Cremen. ſing. 123.

Quando promittit quis ſe facturum, & curaturum aliquid, nō eſt neceſſaria interpellatio, vt in mora conſtituatur, imò tenetur facere, & curare ſine alia interpellatione. Crauet. conſi.272.num.10.

Licet per interpellationem extraiudicialem in his, quæ veniunt iure actionis, conſtituatur pars in mora; tamen per huiuſmodi interpel lationem factam parti, quando ſolùm competit officium iudicis, non conſtituitur ipſa pars in mora.Iaſ.de actio.§.ſupereſt, num.64. vide eundem ibid. in §.ſic itaque, nume.40. Barto.ſing.1.Marc.de Mant.ſing.307. & eundem Bart.in l.ſi depoſita 4.C.depoſiti, facit l. cùm poſtulaſſem 44.ff.de dam.infec.

Interpellatio Iudicialis, ſiue extraiudicialis, ſine mandato non conſtituit debitorem in mora, imò interpellatio extraiudicialis exigit traditionem copiæ mandati. D. Sol. in conſtitutio. antiquit. Sabaudiæ gloſſ.1. ſuper decreto, licèt, tit.de iure emphyt.fol.36.vide Afflic.deciſ.316.

Mora quādo commiſſa dicatur, quibus caſibus re ipſa, & ex perſona committatur; & an vnica interpellatio ſufficiat, & quæ iuſtæ cauſæ moroſum excuſent, vide Menoch.

de Arbitra.lib.2.caſ.220. Bart.in l.qui Romæ 122.§.Seia.ff.de verbo.oblig.Abb. conſi.8.nu. 4.part.2.& l.Titia 89.§.vſuras,de lega.2.

Per tempus ſolutionis incertum,quis nõ poteſt conſtitui in mora,niſi per interpellationem. Rot.Genu.deciſ.61.nu.fin.

Vt quis conſtituatur in mora ſoluendi, quibus verbis interpellari debeat, vide Menoch.de Arbitra.caſ.461.

Regulariter ſufficit interpellatio extraiudicialis,ad conſtituendum quem in mora.Caſſan. in conſuetud.Burgun.tit.*Des droicts*. Rub.4.§, 23.glo.7. num.8. Quod ampliatur in ſeptem caſibus,de quibus ibid.num.43. & ſeqq.Et limitatur in aliis ſeptem ibid.

Alia traditur regula, nempe ſufficere vnam interpellationem ad conſtituendum quem in mora, ſed cõcluſio limitatur in vndecim caſibus,de quibus vide per Caſſan, ibid. nume, 12.& ſeqq.

Quando ad conſtituẽdum aliquem in mora requiruntur plures interpellationes, illæ non poſſunt fieri vnico contextu: quia factæ hoc modo habentur loco vnius, Caſſan. ibid. nu, 22.& ſequent.

Aliquando ſola notitia debiti extraiudicialis habita facit,vt in mora debitor cõſtituatur, Hippol.ſing.538.

Mora, vbi electio loci eſt creditoris, per debitorem nõ committitur, niſi ſequuta electione loci cum interpellatione.Natt.conſil.670. nume.4.

Quando agitur de priuatione iuris alicui competentis,requiritur interpellatio ad hoc, vt ille cõſtituat in mora faciendi id,quod facere tenebatur. Menoch.conſil.381. nume.25. & ſequentib.

Licét interpellatio vnica regulariter ſufficiat ad conſtituendum aliquem in mora, tamen an hoc locum habeat, qñ inferior vult conſtituere Superiorẽ ĩ mora,vide Ro.ſing.429.

Debitor videtur interpellatus, & in mora conſtitutus,ſi creditor dicat, indigeo pecunia illa,quam mihi debes.Bart.in l.ſi quis 25.§.pater.ff.de acquir. hæred,

Mora iure Ciuili non fit re ipſa, ſed interpellatione, & iure Canonico in tarda ſolutione decimarum. Bart.in ſuo tracta. de different, int.ius Cano.& Ciuil.num.107.

Pęnalis diſpoſitio,quæ loquitur negatiuę, vt ſi quis nõ fecerit aliquid perdat certum quid, requirit monitionem.Fel.conſi.34.nu.11.

Abſurdũ reputatur,ꝙ quis vno,& eodẽ tempore obligetur,& in mora conſtituat.Ozaſ.deciſ.49.nu.5.& Gram.deci.103.nu.165.

Cõmiſſa mora odioſior eſt in faciendo, quàm in negligendo.Ozaſ.deci.71.nu. 38,

Mora temporum anguſtijs impeditur, nec proſunt anguſtiæ ad conſtituendum reum in mora.Ozaſ.ibid.nu.44.

Moroſus nõ dr̃,qui differt, qñ de ſui natura dãnum dilatio non infert.Ozaſ.deci.71.nu.51.

Impedimentum vbicunq; notoriũ eſt, neceſſaria proteſtatio,ſiue aliqua diligentiæ probatio non eſt,ad hoc,vt à mora quis excuſetur, Ozaſc.deciſ.9.& 177.num.12.

Moroſus nõ dicitur,qui eſt impeditus facto aduerſarij. Vera.deciſ.108.part.2.nu. 6. Tamen poſt moram ſemel commiſſam, non excuſatur debitor propter impedimentum ſuperueniens in perſonam creditoris, vel ſuam. l. euictis 18.§.fin.ff.de vſuris,vide l.23.ibid.

Debitor moroſus, qui tenetur de caſu fortuito propter non factam ſolutionẽ ſuo loco,& tẽpore,ſi poſtea alteri, puta tyrãno,ſoluat coactus,non liberatur, ſed quando dictum procedat,vide Afflict.deciſ.150,

Caſus fortuitus poſt moram eueniens an, & qñ liberet debitorẽ,vide Affl.ibi.nu.7.10.11.& 13.

Mora contrahitur in non reddendo rationem ſtatuto tempore.Afflict.d.deciſ.150.nu.3.

Fur,& moroſus debitor æquiparantur. Affli.deciſ.150.nu.4. Ideò debitor moroſus tenetur, ſi res pereat.ibid.d.nu.4.

Debitor moroſus,ſuperueniente caſu, tenetur de illo, ſed quid, ſi ſolũ fuerit in culpa,vide Affl.ib.nu.5.facit l. penult. C.de vſur. & fruct. legat. & fideicommiſ.

De differentia inter morã, & culpã vide per Afflict.d.deciſ.150.num.5.& 9.

Mora quando trahat ad ſe periculum caſus fortuiti, vide Affl.d.deciſ.150.nu.6.& 32.

Periculum interitus proueniens intra tempus purgandi morã debitorem non liberat.Affl. d.deciſ.150.num.7.& Bar.in l.25.C.de fideiuſſo.& mandato.

Debitore exacto in iniuriam creditoris, an ipſi creditori imputetur, vide Afflict.d.deci.150. nu.8.12.17.25.& 26,

Oblatio debiti non congruo loco, & tempore facta,habetur pro infecta.Affl.ibi.num. 11.Et oblatio,per quam quis vult euitare moram, debet eſſe integra de tota sũma liquida, pura,& non conditionalis.Vera.deci.268.par.2

Oblatio verbalis an, & qñ liberet debitorę ab intereſſe, vide Rota.Genu. deciſ.24.nu.12.

Oblatio verbalis offerentẽ releuat,qñ res, quæ offertur ſeipſam offert,vt res immobilis: idẽ ſi mobilis,qñ ſolutio eſt facienda alibi, quàm in iudicio, & vbi debitum non eſt liquidum, ſed incertum, & intricatum quantum debeatur,& qñ creditor reſpõdit ſe nolle recipere, Iaſ. Lanf.Balb.deciſ.359. vide Math. Matheſ. ſingul.187.

Obla-

Oblatio facta in iudicio inducit liberationem, sicut faciunt oblatio, & consignatio extra iudicium. Barto. in l.si rem 9.§. is quoque.ff.de pigno.actio.

Mora debitoris cum culpa creditoris compensatur. Affl.deci.150.nu.24. Et vna mora extinguit aliam, nec non vna cum altera cōpensatur, sed qñ, vide Rot.Genu.decis.144.nu.13.

Hincinde mora existente, quæ sit attendenda, vide ibid.d.decis.144.nu.16. Et morosus non tenetur ad pęnam, altera parte etiam in mora existente. Vera.decis.233.part.2.

Mora debitoris, vel creditoris non inspicitur, vbi etiam venditor, vel creditor est in mora. l.si & per 53.ff.de actio.empt.& vendi. Morā enim non potest morosus allegare. Raud.tracta.de Analog.cap.21.nu.75.

Creditoris vltima culpa, præponderat præcedēti culpæ debitoris. Affli.deci.150.nu.30. Solitum quoque excusat à mora.ibid. num.33.

Potens se tueri ope cōpēsationis, non est in mora. Rot.Genu.deci.4.nu.24. Vel aliqua legitima exceptione. Vera.deci.108. nu.10.part.2.

Mora non committitur, quando debitum non est liquidum: quia in liquidandis non cōmittitur antequam per Iudicem sit liquidatum, & declaratum quid, & quantū debeatur. Affl. decis.205. Vera.decis.108.nu.9.part.2. Hiero. Magon.decisio.Luc.3.nume.3. sed vide Rot. Genu.decis.118.num.fin. & decis.164. Et oblatio debiti illiquidi, qualiter fieri debeat, vide Afflic.d.decis.205.

Debitor summæ non liquidæ adimplet, promittēdo, & fideiubēdo. Rot.Genu.deci.177.nu.5.

Venditor in mora tradendi cōstitutus, tenetur emptori ad interesse contingens post morā. Afflic.decis.280.nu.7.

Obligatio ad interesse post moram, non statim succedit in obligatione rē restitui, sed quum reus desinit habere facultatem rei præstandæ. Afflic.decis.347.nu.3.

Debitor, qui tenetur realiter offerre rem immobilem, liberatur constituendo se nomine creditoris possidere. Capic.decis.14.nu.13.

Iusta causa litigandi in parte rei petitæ facit, vt reus non constituatur in mora, etiam in alia parte; in qua nullam iustam causam habebat. Guid.Pap.sing.446. Bart.in l.3.ff.de vsur. vide tamen l.qui solidum 80.de lega.2. Ideò litigare licet super tota summa occasione partis, si aduersarius non se offerat velle recipere partem debitam. Vera. decis. 108. part.2.num.13.

Hæres antequam constituat debitorem in mora, probare debet se hæredem, vide Boer. decis.10.nu.5.

Non est in mora quis, si alter nō seruat pro parte sua. Mohed.decis.218. Rot.Genu.decis.79. & decis.144.nu.12.

Negligens in faciēdo, nisi præfigatur terminus à iure, vel ab homine ad illud faciendum, nō incurrit pęnam priuationis. idem Moheda. decisio.348.

Licèt quis per libellum non constituatur in mora, tamen per litis contestationem constituitur. Rot.Genu.decis.16.nu.17.

An sola oblatio sufficiat ad constituendum aliquem in mora, vel requiratur consignatio, & depositio: & iustū impedimentū qñ excuset à mora, vide Ioseph. Ludo.decis.Perus.105.

Oblatio quomodo fieri debeat, vt quis in mora constituatur, vide Capic.decis.19.

Si creditor est in mora recipiendi, quādo possit iterum petere, vide Bart.in l.cùm quidam 7.C.de conditio.insertis.

Actor dicitur esse in mora, quando recusat recipere sine iusta causa; sed q̄ dicat̄ iusta causa, vide Bar.in l.sed & si illa 17.ff.de cōstit.pecu.

Difficultas non excusat actorem à mora; sicut excusat reum, sed de ratione diuersitatis vide per Bart.in l.item illa 18.cod.tit.

Reus volens euitare moram, & commissionē pęnæ, quando debeat adire domum actoris cum re debita, vide Bart.ibid.nu.9.

Creditor, & debitor qñ vadunt ad locum destinatum solutioni, alter debet alterū perquirere: & si nō probāt se fuisse die statuta ibi, mora nō cōmittitur per lapsum diei, sed postea est opus noua interpellatione. Bar.ibi.nu.12.

Ille terminus decē dierū, qui datur in cōstituto, cōstituit debitorem in mora, eo lapso. Bart. in l.Procur.21.§.si sine in fin.ff.de cōsti.pecu.

In pari mora melior est cōditio rei, quàm actoris. Rot.Genu.decis.118.

Habens iustam causam credendi se non debitorem, non dicitur constitutus in mora, nisi post sententiam.ibid.d.decis.118. Nam ad cōstituendum quem in mora, duo requiruntur, nempe vt quis sciat se debere, & creditor petat debitum.ead.Rot.decis.197.nu.3.

Moram non incurrit is, qui ignorat, seu non intelligit, se debere, vt est hæres. Raud. tract.de Analog.cap.21.nu.72.& 73.

Iusta dubitatio excusat à mora: ideò quando quis habet multas exceptiones, & excusationes, non dicitur in mora. Craue.consi.320.

A die moræ debitor tenetur ad interesse quāti plurimi. Rot. Genu. decis.67.& 117. Sed pretium quanti plurimi, quomodo probetur, & attendatur, vide eandem Rot. decis.144.

In alternatiuis electio est debitoris, quam amittit si non elegerit, vel non soluerit die statuta, qua constituitur in mora. Rot.Genu.d.decis.144.nu.8. vide supra tit.de electio.& varia.

Iudex recedit à regulis iuris, quando mora est allatura periculum, ead. Rot. Genu. decisio. 155. nume. 6

Oblatio in iudicio sufficit ad euitandam morā. ibid. num. 5. vide eandem Rot. decisio. 164. & Bar. in l. 19. C. de vsuris.

Mora alia regularis, quæ contrahitur interpellatione, alia irregularis, quæ contrahitur ex implemento, & obseruatione partis implentis contra non implentem. Vera. decisio. 108, part. 2. Absque interpellatione, Bar. in l. curabit 5. C. de actio. empt. & vendi.

Moram non committit promittens, qui, vt adimpleret, fecit quicquid potuit, etiam si talis promissio esset iuramento vallata. idem Vera. decisio. 230. par. 2.

Mora committitur ex implemento alterius partis, quando agitur ad interesse; non vbi agitur de pena. Craue. consi. 246.

Vltima mora nocet, nisi dolus aduersarij intercesserit. l. si & per 53. §. fin. ff. de actio. empt. & vend. vide l. Prætor 20. §. si aliquando. ff. de oper. nou. nunciat. & Roma. sing. 387.

Mora cœpta cum defuncto maiore, transmittitur ad eius hæredem minorem. Vinc. de Frā. decisio. 16. num. 9. vide l. cùm paterfamil. 27. ff. de vsuris.

Debitor tenetur creditori soluere mercedem instrumenti leuati, quando illud fuit captum à Notario post moram debitoris; secùs si ante moram. Iaff. Lanf. Balb. decis. 35. vide supra tit. de solutio.

Morā non incurrit minor, siue obligatio sit ex propria persona, siue ex persona defuncti, cui successit, nisi interpelletur legitimè. Rauden. tracta. de Analog. cap. 21. num. 69.

Moram non potest morosus allegare, Raud. ibi. num. 75. Licèt instrumentum habeat executionem paratam. ibid. num. 76. Minus ille, qui actione caret. ibid. num. 77. & 78.

Mora facit transire periculum in aduersarium, & facit actum infectum haberi pro facto in odium morosi. Craue. consi. 1 pro genero, nu. 267. vbi scribit multa exempla.

Mora sicut fauore minoris re ipsa contrahitur absque interpellatione; ita fauore Ecclesiæ, Ias. de actio. in §. sequens, vers. ex maleficiis, num. 31. & 33. Et in aliis casibus piis. Ludou. Roman. singul. 117.

Difficultas excusat à mora: ideò moram non incurrit quis propter difficultatem, Maran. in suo Specul. disputa. 7. num. 11. vide Bartol. in l. continuus 137. §. illud. ff. de verb. oblig.

Quando præcessit dispositio de dādo aliquid, vel faciendo, & si quis nō dederit, vel nō fecerit, aliud ꝑmittat pro pœna, intelligit̄, si ille fuerit ī mora faciēdi, vel dādi. pec. cōs. 566.

In dotis solutione (seclusa tamen interpellatione) lapso biennio à die traductionis vxoris ad domum mariti, promittēs efficitur morosus, & consequenter incurrit omnes pœnas morosi. Ludo. Roma. sing. 302.

Contumax, seu morosus nō potest allegare pēdentiam litis. Hippol. sing. 239.

Quod dicitur æstimationem crescere post sententiam, intelligendum est, deducto tempore, quod datur iudicatis ad soluendum. Bart. in l. 3. §. in hac. ff. commod. Et quòd æstimatio crescat à tempore moræ vsque ad sententiam, intelligitur, nisi mora sit purgata, veluti si res desierit extare, sed mora actoris, quādo faciat æstimationē decrescere, & de practica probandi æstimationem propter moram. vide per Bar. ibid. num. 13.

Qui est in mora offerendi, & consignandi quod debet, puta Titio, non potest moram Titij allegare in eo, quod Titius debebat. Bart. in l. 14. §. offerri, ff. de actio. empt. in additio.

Solutionis locus inspicitur circa ea, quæ veniūt propter morā adhibitam in his, quæ veniūt in contractu. Bar. in l. 1. ff. de vsuris.

Denunciatio Procuratori facta, quando constituat dominum in mora, vide Bar. in l. 1. §. mariti. ff. de liber. agno.

Qui differt solutionem ex iusta causa, non committit moram; secùs si ex ficta. l. sciendum 21. cum seq. ff. de vsur.

Qui sine dolo malo ad iudicium prouocat, non videtur moram facere: & ex mora rei etiam fideiussor tenetur. l. si quis 24. eod. tit.

Fideiussor an teneatur ex mora principalis, & quando ex sua, vide Bar. in l. cum filiusfa. 49. §. si stipulatus, in l. si seruum 91. §. nunc. ff. de verbo. oblig. & in l. si testamento 50. §. quæsitum. ff. de fideiusso. vide etiam d. l. 49. & 88. & glo. ibid. eod. tit. de verbo. oblig.

Mora principalis obligationē perpetuat quo ad se, & fideiussores, & eorum successores; mora fideiussoris quo ad se, & suos hæredes. l. si seruum 91. §. nunc videamus. ff. de verbo. obliga. l. si à colonos 59. §. fin. ff. de fideiusso. & manda. vide glo. in l. condemnatione 134. §. penul. ff. de regul. iur.

Interpellatio, quæ non constituit principalem in mora (vt si fiat pupillo sine tutoris auctoritate) non nocet fideiussori: quia nulla intelligitur mora fieri, vbi petitio nulla est. l. si pupillus 127. ff. de verbo. oblig.

Euentus conditionis constituit quem in mora: & adultus super eo, quod per se expedire potest, interpellatur; aliàs requiritur curator. Bartol. in l. si ex legati 23. ff. de verbor. obligationib. vide eundem in l. quoties 59. & 115. eodem.

Mora

Mora cõmissa in vna ex rebus alternatiuè debitis, non videtur commissa in alia. Bar. in l. Stichum 95. nu. 4. ff. de solutio. & libera.

Mora non dicitur, vbi cessat ex probabili causa. Fel. consi. 34. nu. 12.

Fauore minoris re ipsa (sine interpellatione) in bonæ fidei contractibus mora contrahitur: idem in testamentis, licèt actiones ex illis prouenientes sint stricti iuris. l. 3. C. in quib. cau. in integ restit. non sit necessa.

Mora quinq; principales effectus hẽt, de quib. vide per glo. in l. mora 32. ff. de vsur. Et morosus semper de periculo tenetur: & mora alia communis, alia specialis. glo. ibid.

Mora tutoris impedit cursum vsurarum, quę veniunt ex mora debitoris. l. si per te 9. C. de vsuris.

Perfecta emptione, ad emptorem spectat periculum rei venditę, nisi mora venditoris pręcesserit. l. 4. C. de peric. & commod. rei vend.

Venditor ex mora traditionis tenetur ad interesse emptori, iuxta arbitrium Iudicis de causa cognoscentis. l. si traditio 4. C. de actio. emptio. & vendit.

Propter moram, ex pacto emptor arrhas perdit, & rem traditam restituere tenetur. l. 1. C. de pact. int. empt. & vendit.

Si casu, vel facto creditoris steterit, quominus intra diem pecunia soluatur, ex posteriori mora rei, pęna committitur; quia posterior mora nocet. l. Celsus 28. §. idẽ ait. ff. de recep. Arbit. l. illud 17. ff. de peric. & cõmod. rei vẽd. & l. 91. §. sequitur. ff. de verbo. oblig.

Re perempta, tenetur possessor post moram ad fructus, & cæteras accessiones. l. Iulianus 17. §. idem Iulianus. ff. de rei vendic.

Hæres tenetur ex mora tarditatis aditionis. l. si vsufructu 42. ff. de vsufru.

Legalis dilatio nemini debet esse damnosa; & mora hæredis non officit libertatibus, vel legatis. l. pen. C. de his, quib. vt indig. hęred. auf.

Magis perpetuat actionem mora, quàm culpa, l. electio 26. §. si is. ff. de noxal. actio.

Si tempore sententiæ, vel tempore mortis res plurimi fuit, illud tẽpus inspicitur; aliàs quanti plurimi fuit à tempore moræ. l. 3. ff. de condictio. tritic.

Actor non dicitur esse in mora recipiendi, si tẽpore statuto, debitor ad locum solutionis nõ venerit. l. item illa 18. ff. de constitut. pecu.

Dies adiecta causa limitandæ obligationis, nõ liberat debitorem existẽtem in mora, & per consequens mandatum tempore limitatum, post moram erit perpetuum. l. si mãdato 59. §. ille. ff. manda.

Si duo sint rei promittendi, alterius mora, alteri nõ nocet. l. mora 32. §. sed si duo. ff. de vsur.

Si mora particularis auferat cõmodum totius, obligatio statim ad totale interesse committitur. l. 2. ff. de annu. legat.

Vino legato, & legatario in mora existente, hæres illud effundere nõ põt, aliàs tenetur: sed ipse legatarius postea agens, repellitur exceptione doli, si nõ præstiterit hæredi interesse passum propter moram ipsius legatarij. l. si hæres 8. ff. de triti. vino, & ole lega.

Res perẽpta post morã põt condici, & in stipulationem deduci. l. inter 83. ff. de verb. oblig.

Mora filij perpetuat obligationem contra patrẽ. l. si seruum 91. §. an filiusfa. ff. de verb. obli.

In obligatione dandi, res perempta post morã durat in obligatione, quo ad petitionẽ, acceptilationem, & nouationem. d. l. 91. §. fin.

Stipulatio facti habentis factum successiuum, committitur ad particulare interesse, statim quando quis fuit in mora incoandi, licèt non transierit totum tempus, quo potuit perfici. l. existimo 98. §. ex hac. ff. de verbo. oblig.

Qui tenetur sub pęna alicui alienare, illo existẽte in mora, potest alienare cui vult, & pęna non committitur. l. qui Romæ 122. §. cohæredes. ff. de verbo. oblig.

Non currunt vsuræ, creditore existente in mora. d. l. 122. §. Seia.

Culpa largè accepta etiam moram comprehẽdit. gloss. in l. fundum 28. in verbo, siue. ff. de nouatio. & delega.

Qualiter mora committatur, interpellatione, vel sine, & ad quid obliget debitorem, vide Azo. in summa tit. C. in quib. caus. in integr. restitu. non sit necessa.

Hæres post morã tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos, ad interesse, de interitu, & omni casu. l. cùm verò 26. §. apparet. ff. de fideicom. liberta.

Qualiter mora remittatur, quomodo, & quãdo purgari possit, vide infra tit. seq.

De moræ remissione, & purgatione.

Mora potest remitti non solùm expressè, sed & tacitè, puta dissimulatione, receptione non solùm totius pecuniæ, sed etiam partis, interpellatione facta à creditore debitori in mora iam constituto, & noua dilatione concessa ad soluendum. Rot. Genuen. decis. 27. nume. 11. vide Hiero. Magon. decisio. 62. Luc. nume. 22.

Vitium morę purgatur per stipulationem. Bart. in l. etiam 9. C. de furtis.

Mora præcedens quando videatur remitti per nouam denunciationem, seu protestationẽ de soluendo: & in protestationibus, vel denuncia-

nunciationibus de soluendo est cautela, vt inseratur certum tempus, vide Bar. in l. Aemilius 39. ff. de mino. 25. ann.

Stipulatio sequens, quando tollat effectum moræ præcedentis stipulationis, vide Barto. in l. cùm quis 55. §. si homine. ff. de verbo. obligat.

Mora commissa in præcedenti stipulatione, purgatur per secundam factam nouandi animo, si res erat præsens. Bart. in l. quoties 14. ff. de nouatio. & deleg. & in l. si rem 31. eod.

Oblatione, & nouatione purgatur mora furis. l. 17. ff. de condictio. furt. Et fur semper dicitur esse in mora. l. fin. ibid. & l. 27. ff. solu. matrimo.

Stipulatio conditionalis facta animo nouandi, moram præcedentem non purgat. l. eum, qui 56. §. fin. ff. de verbo. oblig. vide tamen l. quoties 14. & l. si rem 31. ff. de nouatio. & delega. Sed pro conciliatione, vide l. qui decem 72. §. si cùm mihi. ff. de solutio. & liberatio.

Mora potest purgari de æquitate Canonica, nō obstante iuramento, si creditor passus nō fuerit damnum. Vera. decis. 230. & 231. part. 2. Hippol. sing. 643. idem Ozas. decis. 71. nu. 58. Pet. de Rauen. sing. 305. vide Bar. in l. si pacto. C. de pact. Tamen iuramētum impedire moræ purgationem, scribunt Ioseph. Ludo. deci. 90. Perus. Afflict. decis. 174. num. 5. Guid. Pap. sing. 554. & idem Barto. in l. si quis maior. C. de transactio.

Iuramentum, quod purgationi moræ aduersatur, promissorium esse debet, & non accessorium, & dicitur promissoriū, si iurauerit debitor de non contraueniendo: assertorium, quādo solummodo iurauerit hoc modo, quæ omnia dixit fore vera, &c. D. Sol. in constitu. antiq. Sabaudiæ super decreto, licet tit. de iure emphyt. glo. 1. 3. part. nu. 26. fol. 39.

Creditor morosus cōsequi nequit nisi id, quod res minimum valuit inter moram, & tempus interpellationis. idem, glo. super vltima parte decreti, census eod. tit. fol. 48.

Iuramentum excludit facultatem purgādi moram in foro iudiciali; secùs in foro pœnitentiali. Roma. sing. 449. vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 212.

In pœnis legalibus admittitur purgatio moræ. Ozas. decis. 5. num. 4. Etiam post sententiam ad euitandam pœnam. idem, decis. 71. nu. 56.

Mora commissa in causa principali, potest purgari in causa appellationis. Ozas. decis. 14. nu. fin. Tamen Ludo. Roma. sing. 509. scribit contrarium, vide Afflic. decis. 174. nu. fin.

Moræ purgatio non admittitur, vbi appositus est dies, & pœna, quod maximè procedit, quādo tempus datur per secundam denunciationem ad purgandam primam morā. Ozas. decis. 71. nu. 7. & 57. Vbi quando regula procedat, vide Boer. consi. 22. August. Bero q. 73. Bart. in l. 8. ff. si quis cautionibus, & in l. si insulam 84. ff. de verb. oblig. Perillust. D. P. Tessau. decisio. 77.

Quod dicitur non posse moram purgari intelligitur, quando pœna, & dies sunt appositi ab homine; secùs quando dies est apposita ab homine, & pœna à lege: quia tunc admittitur purgatio moræ vsque ad litem contestatam. Guid. Pap. q. 171.

Citatio, & monitio, quando est tempus etiam à lege statutum, non est necessaria: quia dies interpellat: & pœna in facto negatiuo sufficit pro monitione. Cassad. decis. 2. tit. de pensionibus, num. 9.

Mora commissa purgari potest, re integra, licèt in proclamationibus dictū fuisset, quòd post lapsum tēporis quis non audiatur. Ozas. decis. 71. nu. 55. & Aegid. Bellam. conclus. 662.

Contumax in respondēdo positionibus, potest purgare moram, si aduersarius nō sit in probando grauatus. Ozas. d. decis. 71. nu. 56.

Moræ purgatio admittitur, præterito tempore à Iudice statuto, si res est integra, etiā si præcesserit comminatio; secùs si à lege statutus sit terminus. Ozas. ibid. nu. 59. & 63.

Terminus vtrum statutus sit à Iudice, vel à lege, maximè differt: & mora tollitur per oblationem sequētem. d. decis. 71. nu. 64. & 65.

Moræ purgationi fauorabilis opinio, in dubio amplectanda est. Ozas. d. decis. 71. nu. 68.

Mora non purgatur, resoluto contractu, veluti quando emphyteota non soluit canonē per triennium: quia tunc non potest purgare moram. Afflic. decis. 174. vide tamen Guid. Pap. q. 123. c. fin. ex. de locat. & conduc. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 90. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ, glos. 1. super decreto, licèt, titu. de iure emphyt. fol. 39.

Mora non purgatur ab emphyteota, quando adest certum tempus iuratū; & est facta declaratio caducitatis, aut est factum pactum, si ille nō soluerit, cadat ipso iure. Borg. Caua. decis. 14. de contract. nu. 46. vide tamē Mag. decis. 61. Rot. Floren.

Vasallus, & emphyteota alienationem statim reuocando, non incidunt in pœnam commissi. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 7.

Clausula, Rato manente pacto, moræ purgationem impedit. Afflic. deci. 174. nu. 4. & Ioseph. Ludo. decis. Perus. 90. nu. 21.

Mora non venit purganda, quando purgationi est renunciatum. Afflic. d. decis. 174. Ios. Ludo. ibi. nu. 22. Put. decis. 465. lib. 2. & Maran. in suo Spec. lib. 6. nu. 38. tit. de exceptio.

Mora purgari potest vsque ad sententiam, non obstante l. si insula. ff. de verbo. obliga. quæ pro-

procedit quo ad pœnam; secùs quo ad alios effectus, in quibus potest purgari vsque ad sententiam. Aflic. decis. 187. nu. 4.

Mora, quæ potest ex æquitate purgari, non purgatur, quando fuisset geminata, propter geminatam interpellationem. Capic. decis. 19. nu. 4 & Boer. consi. 22. nu. 3.

Mora modici tpis pôt purgari arbitrio Iudicis. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 5. nu. fin. vide Vera. decis. 232. par. 2. Qui Iudex minus tempus arbitrabitur ad fauorem diuitis, quàm pauperis. idem Ludo. decis. 8. ibid.

Status negotij, cùm sit mutatus occasione moræ, nô est locus purgationi ipsius moræ. Aegi. Bellam. conclusio. 688. nu. 30.

Clausula, Renuncians omni legum auxilio, impedit moræ purgationẽ. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 90. nu. 15. vide Put. decis. 465. lib. 2.

Mora non potest purgari, quando pars fuit passa damnum, & interesse. Ioseph. d. decisio. 90. nu. 26. Et idem, quãdo adest clausula resolutiua contractus. ibid. nu. 27. Put. decis. 66. lib. 3. & Vera. decis. 235. part. 2.

Mora quando possit purgari circa tempus, remittitur arbitrio Iudicis: & tale tempus non debet ascendere ad annũ. idem Ludo. d. decis. 90. Perus. part. 2. nu. 32.

Patiens executionem expediri ab homine, vel à iure, non admittitur ad moram purgandã. Vera. decis. 234. part. 2. & decis. 414. ibid. Magon. decis. 61. Rot. Floren. nu. 11. Craue. consi. 216. num. 23. & Bart. in l. qui ob rem 35. ff. de condictio. indebit.

Oblatio verbalis non sufficit ad purgandã moram, vbi opus est facto. Vera. decis. 405. part. 2. Aliàs oblatio debitoris purgat morã suam, & tollit omnem eius effectum. l. semel 27. ff. soluto matrimonio.

Celeri satisfactione potest mora purgari, non obstantibus verbis, ipso iure, solutioni, vel priuationi, appositis. vide Mago. decisio. 61. Rot. Floren.

Contumax in non respondendo, non potest, facta declaratione pœnæ, moram purgare. Rot. Auenio. decis. 115. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Mora non potest purgari per inobedientẽ, vbi agitur de priuationis pœna. Raud. tractat. de Analog. cap. 37. nu. 71.

Moræ purgatio est admissa de iure Canonico ad effectum, ne quis amittat res suas, ibi. nu. 73. Sed qualiter, & quando possit mora purgari, vide Bart. in l. interdum 73. §. Stichi. ff. de verbo. oblig. & in l. si insulam 84. eod. tit.

Terminus iuris, seu à iure limitatus, per Iudicẽ prorogari nô potest, nec eo lapso, admittit moræ purgatio. Craue. consi. 179.

Mora semel commissa non purgatur, quando res desijt esse integra. Craue. côsi. 246. nu. fin.

Moræ purgatio admittitur soluendo id, quod interest. Craue. consi. 3. pro genero. nu. 6.

Promittens in plures terminos soluere debitũ, & si non soluerit in primo termino, teneatur ad totum, an possit purgare morã, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de exceptio. n. 39.

Quando lex concedit facultatẽ purgandi moram, intra quod tempus hoc fieri possit, vide per Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 7. Vbi concludit hoc esse relinquendum arbitrio Iudicis, nume. 13.

Morosus per solutionem incontinenti factam, moram purgare potest, sed quando dicatur hoc facere incontinenti, vide eundem Menoch. ibidem.

Moram in côtractibus purgatur, etiã vbi adest dies certa. Menoc. de Arbitr. lib. 2. cas. 8. nu. 6.

Debitor per interpellationem statim in mora non constituitur, sed per modicum tempus expectari debet. idem Menoch. ibid. cas. 36. Et Iudicis arbitrio statuitur tẽpus, intra quod morosus expectetur. Menoch. ibid. & Bart. in l. 8. ff. si quis cautionibus.

Mora potest purgari, vbi terminus statuitur à Iudice ad aliquid faciendum, puta ad producendum instrumenta, si modò omnia sint integra, & ius aduersarij non sit effectum deterius. Natt. consi. 338. nu. 12.

Moræ purgatio admittitur, vbi obligatio principalis collata est in personam vnius, & pœna in personam alterius. Natt. d. consi. 338. nume. fin.

Stipulatio conditionalis animo nouandi, non tollit effectum moræ, si res erat præsens, aliàs secùs. Bart. sing. 37.

Qui promittit alium exhibere ad tempus, finito tpe, potest intra sex menses moram purgare eum exhibendo, vel eum idoneè defendendo, quo tempore elapso, nô auditur. Pet. de Rau. sing. 214. l. sancimus 26. C. de fideiusso. & mandat. Sed quid, si in promissione interuenerit iuramentum, & an tempus datum per ipsam legem ad purgandam moram sit tãtundem, atque primũ, vide Ozas. decis. 49.

Moram intra quantum tempus quis offerendo purget, & intra quod tempus moræ purgatio admittatur, & an post sententiam, vide Bart. in l. si maior 37. C. de transact.

Moræ purgatio non admittitur, quando pœna cômittitur propter maleficium. Bart. in l. ubi pactum 40. nu. 5. C. de transact.

Possessor intra sex mẽses, potest moram purgare. Bart. in l. 9. C. de anno. & tribut. lib. 10.

Licèt moræ purgatio admittatur intra paucos dies, dummodo ius actoris non sit factũ deterius, tamen talis purgatio non liberat aliquem

quem ipso iure, sed ope exceptionis. Bart. in l. si post 8. ff. si quis cautionibus, facit l. si in lege 27. §. colonus. ff. de locat. & conduct.

Moræ purgatio in iudiciis, quando est dies, & pęna, non admittitur in pertinētibus ad decisionem, nisi soluto interesse. Barto. in l. si cum 26. ff. de recept. Arbit. §. intra, vide l. & si post 8. ff. si quis cautionibus.

Mora non purgatur, licèt Arbiter in condemnatione exprimat diem, qui tacitè à lege inerat. Bart. in l. 3. de leg. 1. nu. 7.

Hæres negligens in eligendo, potest morā purgare vsque ad litem contestatam. Bart. in l. si quis Titio 17. §. si hæres, de legat. 2.

Is, qui habet facultatem eligendi personas, si fuerit in mora, potest ipsam morā purgare, donec legatum petatur. Bart. in l. cùm quidā 24. nu. 10. de legat. 2.

Mora purgatur vsque ad litem contestatam in legato, vel debito annuo, sed non potest purgari post euentum diei, quando dies est apposita causa differendæ solutionis. Barto. in l. 1. §. quod. ff. de penu. legat. & Fel. consi. 34. nume. 25.

Conditionem potestatiuam qui non impleuit, cùm potuit, moram purgare potest quo ad exceptionem consequendam; non ad actionem. l. hæc cōditio 29. ff. de cōdi. & demonst.

Moræ purgatio an admittatur, quando vsura cum principali peti potest. vide Bar. in l. traiectitiæ 22. §. de illo. ff. de actio. & oblig.

Mora commissa in faciendo, non purgatur; secùs in negligendo. Bar. in l. si seruum 91. §. sequitur. ff. de verbo. oblig.

Quando adsunt dies, & pęna, mora non purgatur, vbi cursus diei constituit quem in mora. Bar. in l. ita stipulatus 115. n. 45. ff. de verb. obl.

Morę purgatio admittitur, quo ad actionē consequendam ex parte actoris intra modicum tempus, etiam vbi est dies, & pęna. Bar. in l. si ita 135. §. Sęia ff. de verbo. oblig. Si aduersarij non interfit. d. §. Sęia.

Deputatus ad eligendum, potest post tempus purgare moram antiquam. Abb. consi. 93. part. 1.

In stipulatione ob rem non defensam, quando mora posśit purgari vsque ad sententiam, vide Bar. in l. cum quærebatur 13. ff. iudic. solui.

Mora purgari potest, vbi est apposita pęna, & tempus non certi diei, sed annuatim. Fel. cōs. 34. nume. 23.

Fur semper est in mora, quæ non purgatur, nisi res restituatur. l. fin. C. de condict. furt.

Vbi est pęna, & non dies, admittitur purgatio moræ vsque ad litem contestatam: vbi verò est pęna, & dies, morę purgatio non admittitur de necesśitate: sed si spōte receperit creditor, petitio pęnæ tollitur. l. si cùm dies 26. §. fin. ff. de recept. Arbit. vide l. qui Romę 122. §. Flauius. ff. de verb. oblig.

Debitor ante litem cōtestatam potest moram purgare, atque ita euitat pęnam, vel interesse, non sic post litem cōtestatam. l. si insulam 84. ff. de verbo. oblig.

Potestas purgandi moram non facit, vt indebitum videatur esse solutum. l. qui ob rem 35. ff. de condict. indebit.

Transacto tempore, intra quod quis ædificare tenebatur, constituitur promissor in mora: sed postea ædificando, potest moram purgare. l. continuus 137. §. item qui, eod. tit.

Mora commissa in non defendendo, potest purgari vsque ad sententiam: post sententiam verò, vel solutionem, purgari non potest. l. 3. 4. & 5. ff. iudicatum solui.

Ad moram sufficit vna interpellatio, sed aliquando solo cursu temporis purgatur mora, vt in casu, de quo in l. Titia 89. §. vsuras, de legat. 2. & ibid. glo.

De interpellationibus, oblationibus, & notificationibus.

AN protestatio, seu interpellatio vnica sufficiat, vt dicatur stare per iudicē, quominus causam expediat, vide Ozas. decis. 12.

Pęna culpæ an, & quando committatur sine interpellatione, & monitione, vide Afflic. decis. 370. nu. 9.

Interpellatio, vt constituatur quis in mora, potest fieri die feriata, etiā in honorē Dei: quia nō est actus iudiciarius; secùs si deberet fieri iudicialiter. Guid. Pap. q. 215. vide de materia supra tit. de mora, & eius effectu, &c.

Interpellatio non requiritur, vbi in contractu est apposita dies, vel pęna. vide Ozas. decis. 49. nume. 6.

Iuramentum habet vim continuæ interpellationis. Ozas. ibid. nu. 7.

Promisśionis verba attendenda sunt, vt intelligatur, an interpellatio requiratur. Ozas. d. decis. 49. nu. 10.

Citatio, & monitio, vbi est tēpus, etiam à lege statutum, non est necessaria: quia dies interpellat: & pęna in facto negatiuo sufficit pro monitione. Cassad. deci. 2. tit. de pensio. num. 9. Quando tamen dies non interpellet pro homine, vide Dec. consi. 2.

Dies tacita interpellat, sicut expressa. Pet. de Raue. sing. 119. vide supra tit. de mora.

Actor reū extra iudicium interpellare debet, antequā illū in ius vocet. Cabal. millelo. 622.

Inter-

Interpellatio ad defendendum solùm est necessaria, quando quis ageret ad interesse: secùs vt saluum sit ius primæuum. Crauet. consi. 83. nume. 4.

Interpellatio fit tam in iudicio, quàm extra, & facta contra debitorem, prodest contra fideiussorem, & contrà, sed vide Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 2. tract. de famul. salar. gl. 15.

Vna interpellatio sufficit (etiam extra iudiciū) ad constituēdum aliquem in mora, & fit quibuscunque verbis: fallit, quando aliquid debetur officio Iudicis: quia tunc debet fieri in iudicio. Doct. in l. quod te. ff. si cert. pet.

Oblatio inualida est, vbicunque non est facta legitimo loco, vel tēpore. idem Ozas. decis. 135. num. 10. Nam debet fieri congruo loco, & tpe. Barto. in l. si soluturus 39. ff. de solutio.

Iura, quæ volunt, actorem non esse audiendum, nisi oblato pretio, intelliguntur, parte opponente. idem Ozas. decis. 160. nu. 16. & 17.

Restituere qui tenetur, agere non potest, nisi, parte opponente, offerat: & debitum petere non potest, qui quod debet facere differt. Afflic. decis. 220. nu. 4.

Debitor, qui tenetur realiter offerre rē immobilem, liberatur, constituendo se tenere nomine creditoris. Capic. decis. 14. nu. 13.

Debitor offerens pecuniam, non tenetur eam in manu habere, quando creditor denegat recipere solutionem. Hiero. Mago. decis. 118. Rot. Flor. Craue. pro genero, cons. 1. nu. 208. & Rol. consi. 53. vol. 1. Iaff. Lanf. Balb. decis. 359. Et non tenetur eam consignare, nec ostendere, quòd anteà fuerit numerata. Capic. decis. 19. Oblatio enim verbalis tūc sufficit, nisi creditor haberet iustam causam recusandi. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 105. nu. 7.

Vbicunque apparet pecuniam accepturū creditorem non esse, non tenetur debitor realiter offerre, & numerare. Craue. d. consi. 1. pro genero, nu. 210. Aliàs oblatio verbalis nihil operatur, quando debitor offert debitum, & creditor se offert paratum recipere: nam tūc debitor verba, pro verbis reportat. Pet. Gerar. sing. 93.

Oblatio realis facta in iudicio sola, habet effectum oblationis, cōsignationis, & depositionis extra iudicium; secùs in verbali oblatione tantùm. Aluis. de Albertis sing 49. Maximè si aduersarius non replicauerit. Vera. decis. 108. nu. 11. part. 2.

Oblatio quando habeat vim consignationis, vide Boer. decis. 124. nu. 29.

Oblatio, quæ alioquin sufficeret, qua cautela reddatur nulla, vide ibid. nu. 30.

Quando tractatur de euitanda pęna, vel mora, aut de alio damno vitando, sufficit verbalis oblatio. Beninten. decisio. 77. nume. 7. & Pet. Gerar. sing. 92.

Oblatio facta per aliquē dum vult euitare moram, vel quid simile, debet esse integra, & offerre illud totum, quod liquidum est, & debet etiam esse pura. Vera. decis. 268. part. 2.

Oblatio facta locatori pro fructibus vnius anni, nullum operatur effectum, si ipse locator sentiebat de alio anno, idem, decis. 269. part. 2.

Spoliator quam oblationem facere debeat, vt dici possit legitima, vide eūdē, deci. 270. ibi.

Ad commissum vitandū oblatio sola realis sufficit, etiam per tertium facta, dummodo realis sit: sed non sufficit, quòd sit verbalis, nisi dominus expressè recuset; tunc enim nō est necesse vlterius offerre. Cabal. milleloq. 229.

Realis oblatio etiam extraiudicium facta congruo loco, & tempore ipso iure impedit cursum vsurarum, vel reditus. idem Cabal. milleloq. 327.

In debitis ex cōuētione, requiritur cōsignatio, & nō sufficit sola oblatio. idē, milleloq. 330.

In pacto legis commissoriæ, oblatio pretij debet esse realis, presente pecunia numerata, & deposita, nec verbalis sufficit: idē in quouis debitore debente soluere certa die. vide Gom. Leo. decis. 52. in decisio. diuerso.

Qui ad aliquid tenetur, debet offerre, aliàs ipso iure labitur tempus, sine interpellatione. argum. l. 4. §. Marcellus. ff. de lege commisso. Nam vbi quis tenetur ad aliquid soluendum, vel offerendum, debet soluere, vel offerre, nec est opus interpellatione creditoris ad hoc, vt actus sortiatur suum effectum. l. traiectitiæ 22. ff. de actio. & oblig.

Oblatio ad multa valet, vide glos. in §. fin. Auth. vt exact. instan. & Azo. in summa tit. de vsur.

Sola oblatio sufficit ad purgationem moræ, sed vbi debeat fieri: & oblatio verbalis, quē effectum habeat, quid, si fiat sine consignatione, & depositione, & de effectu ipsius depositionis, vide Bart. in l. acceptam 19. C. de vsuris, & supra tit. prox.

Oblatio facta in iudicio inducit liberationem; sicut facit oblatio, & consignatio extra iudiciū. Bar. in l. si rē 9. §. qui ante, ff. de pign. actio.

Oblatio si per Procuratorem fiat, constare debet, quòd tempus oblationis fuerit exhibitū mandatum, Ozas. decis. 175.

Oblatio debiti illiquidi, qualiter fieri debeat, vide Afflic. decis. 205. & Crauet. consi. 1. pro genero, nu. 207. & 209.

Transactionem ex capite lęsionis rescindere volens, receptum offerre tenetur. Afflic. decis. 220. num. 4.

Quando agitur ad rescisionem contractus ab initio validus, petens rescisionem tenetur

offerre

offerre omne id, quod ad eius manus peruenit: sed quando contractus ab initio erat nullus, pro obtinenda declaratione dictæ nullitatis, non est necessaria talis oblatio. vide Natt.consi.631.

Quando aliquid debet offerri ad actionem cõsequendam, vel exceptionem, an sufficiat sola oblatio, vel requiratur consignatio, & depositio, vide Boer.decis.124.num.72. & seqq. Quid, vt faciat quem constitui in mora non recipiẽdi, vide Ioseph.Ludo.decis.Perus.105. & Rot.Genu.decis.24.nu.12.

Oblatio verbalis non sufficit actori ad consequendam actionem, sed requiritur consignatio, & depositio, sed quid, quando ex aliqua causa pars recusat recipere, vide Rol.consi. 53.vol.1.Mathes.sing.128.& Hippo. sing 479. Et an sufficiat realis oblatio, facta numeratione, vide Rol.d.consi.53.

Oblatio pretij retrouenditionis, nõ requiritur antequã quis agat, dũ tamen fiat ante sñiam. Put.decis.140.lib.2. vide Hippol.sing.479.

Sola realis cõgrua oblatio extra iudiciũ sufficit, quo ad recuperationẽ fructuũ, dũmodo emptor, vel eius successor interpellatus sciuerit, vel scire debuerit se teneri reuẽdere. & in mora constitutus fuerit. Cabal.milloq.333.

Oblatio, aut depositũ, vbi fit pro aliqua re luenda, debet prius constare in ipsa re ius luendi competere deponẽti, ita vt oblatio, vel depositum valeat. Menoch.consi.301.lib.4.

Dilationem non concedi ad soluẽdum illi, qui se paratum dicit soluere, scribit Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.8.

Oblatio, & depositio fieri debent tempore congruo, & parte citata, circa quam depositionem, octo obseruari debent, de quibus vide per eundem Menoch.ibid.cas.232.

Creditor priuati, debitum sibi congruo tempore oblatum accipere recusans, illud petendi ius non amittit; secùs in creditore Reipub. Ludo.Roma.sing 703.

Oblatio facta de pecunia in iudicio, vel de alia re præsenti, non inducit pœnam liberationẽ, sed quando interuenit oblatio, consignatio, & depositio. Math. Mathes.sing.1?7.

Creditor iustè recusat creditum recipere, si totum non offeratur: idem si totum, sed non interesse creditoris. Guid.Pap.sing.781. vide tamen supra tit.de solutio.

Si debitor offerat debitum creditori, & ille sine causa recuset recipere, extinguitur hypotheca, ita quòd debitor possit alienare rem obligatam. Pet.de Rauen.sing.154.

Oblatio in contractibus innominatis, non impedit pœnitentiam, & non habetur pro implemento, vt competat actio ei, qui obtulit: nisi facta consignatione, & depositione. Pet.de Rauen.sing.465.

Oblatio cadit in rebus mobilibus; sed non consignatio, quæ non cadit in æquo, & similibus; sed oblatio. Bar.in l.si mora 10.num.6. & 7.ff. soluto matrimonio.

Oblatio sola quando sufficiat, si dos est in pecunia numerata, vt liberet solùm à casu fortuito, vide Bart.ibid.nu.8. Vbi multa alia de materia oblationum.

Maritus an teneatur de leui culpa, etiam re perempta post oblationem, vide Bar.in l.semel mora 27.ff.solut.matrimonio.

Hæres si sit grauatus vendere Titio, Titius, oblato pretio, agit rei vendicatione. Barto.in l. vxorem 39 § agri, de legat.3.

Oblatione a qua culpa quis liberetur, vide eundem Barto.in l.qui decem 72.ff.de solutio.& liberat. Et oblatione facta per alterum, debitor liberatur. Bart.in d.l.72.§.si cum.

Nisi id totum, quod debetur offeratur, creditor iure pignoris illud vendicare potest.l. hæredes 26.§ idem iuris.ff famil.ercisc.

Qui tenetur ad quantitatem respectu certę speciei, offerendo speciem non auditur, nisi cõseruet partem alteram indemnem.l.emptori 67.ff.de euictio.

Notitia sola non sufficit ad incurrendam pœnã ei, qui ad aliquid faciendum est obligatus, sed necessariò illi est intimatio facienda. Mohed.decisio.160.

Scientia vera, & plena cum suis qualitatibus esse debet, vbi notificatio fit pro forma facienda: secùs vbi non sit necessaria, & pro forma; quia tunc sufficit scientia vndecunque veniat. Hiero.Mago.decis.40.Rot.Floren.

De protestationibus.

PRotestatio declaratoria voluntatis, nullum habet effectum in his, quæ à voluntate protestantis non procedunt. Ozas.deci.39.nu.28. Craue. consi 272.nume.14.Marc.de Mant. sing.303. Barto.in l.alimenta 11. C. de nego. gest. & in l.36.ff.eod. In reliquis autem conseruat ius protestantis. Pet. Beninten. decis. 72. Guid.Pap.q.55. num.fin. Quod procedit, quando tale ius futurum est possibile de iure exerceri per ipsum protestantem, seu consistit in potestate ipsius: secùs si impossibile; quia tunc talis protestatio non valet, nec cõseruat ius futurũ. Guid. Pap.q.172. vbi scribit multa exempla.

Protestatio licet conseruet ius, quod protestanti competit; tamen ius nouũ nõ tribuit. Dec. consi.516.nũ.19.

Actus

Actus cōtrarius proteſtationi, non nocet; ideò proteſtatio iudicialis contraria facto, iuuat proteſtantem. Afflic.deciſ.78.in fine. Tamen proteſtationem contrariam facto nihil operari, ſcribunt DD.de Rot.deciſio.6. aliàs 250. tit.de cauſ.poſſeſ.in nouis. Put.deciſ.380. lib. 1.vide Guid.Pap.ſing.933. Barto.in l.licèt 24. C.de Procur. nu.4.& in l.1.C.de lit.conteſtat.

Comparens coram Iudice recuſato citra conſenſum iuriſdictionis, & nonnullos actus faciens cum proteſtatione, talis proteſtatio nihil operatur, & proceſſus tenet. Put.deci.380. lib.1.vide cap.olim 20.ex.de cenſib.

Proteſtatio vnica ſufficit in extraiudicialibus, pro iuris ſui cōſeruatione; in iudicialibus, vt actus proteſtationi contrarius valeat, requiritur noua proteſtatio. Put.deciſ.218. part.2.

Proteſtatione mediāte, impeditur natiuitas diſpoſitionis, tam in contractibus, quàm in vltima voluntate, & remouetur conſenſus ab actu. Alex. Raud.tractat. de Analog. cap.27. nume.13.& 15.

Proteſtatio præcedēs, limitatur per obligationem ſequentem. Raud.ibid.cap.27.nu.17.

Proteſtatio facta contra alterius proteſtationem, an primam proteſtationem ceſſare faciat, vide Ludo.Roma.ſing.737.& Bart.in l.1. §.mariti.ff.de liber.agnoſcen.

Quando proteſtatio derogatoria præcedens, tollat actum ſequentem, vide Bart.in l.pacta nouiſsima.C.de pact.& in l. qui in aliena 6.§. Celſus.ff.de acquir.hæred.

Proteſtatio non prodeſt illi, qui facit contra ipſam proteſtationem.c.cùm M.9. ex. de conſtitutio.& ibid.gloſſ.

Actus factus contrarius proteſtationi, quando tollat proteſtationem, vide Barto.in l.5.C.de hæred.actio.antiq.lect.

Proteſtationem qui facit, ꝙ non intelligit ſe gerere pro hærede, ſi poſtea fecerit actum contrarium proteſtationi, videtur ab ea recedere. Bar.in l.pro hærede 20.§. Papinianus.ff.de acquir.hæred.

Proteſtatio probat voluntatis noſtræ ſententiā; ſed an ille, qui fecit ſepelire defunctū, ſi non velit eſſe hęres, teneatur proteſtari hoc non facere, vt hæres; ſed pietatis gratia, vide l.at. ſi quis 14 §.plerique.ff.de Relig.& ſumpt.fun.

Proteſtatio clàm facta, quæ potuit palàm fieri, nō valet. Affli.deciſ.282.nu.8. Imò in actu, qui pendet ex voluntate mea, & alterius, debet fieri, præſente parte, vide Franc.Marc.q.613. nu.4. Tñ ꝓteſtatio clādeſtina vnius valet, qñ ille ꝑp iuſtū metū, nō audet proteſtari parti præſenti; imò ſi clàm ꝓteſtari timet, ꝓbato metu, pōt venire cōtra actū. Pet.Gera.ſing.81.

Proteſtatio ſatis eſt quòd fiat coram Iudice, & deinde notificetur parti. Bart.in l.in contractibus 14.C.de non numer.pecu.

Proteſtatio per aliquem facta, poteſt probari iuramento. Guid.Pap.q.205. vide Bart.in l.ſi quis 11.C.depoſiti.

Proteſtatio nihil prodeſt, ſi poſtea qs quieſcat. Ioſeph.Ludo.deciſ.Peruſ.50.nu.10.

Proteſtatio, & denunciatio extraiudicialis an, & quando malam fidem inducat, vide Petr. Beninten.deciſ.9.

Proteſtatio depēdēs à ſola volūtate, facta intelligit̃, qñ fit mādatū ad illā faciendā, & nō exigit cauſę inſertionem, appoſitaq; clauſula falſa, nō vitiatur. Rot.Genu.deciſ.1.nu.25.& 26.

An negotiorū geſtor poſsit proteſtationes facere, & quas, vide eandem Rot.deciſ.6.nu.14.

Proteſtatio ſimplex præcedens, non trahitur ad actum ſequentem ex interuallo factum. Rot. Genu.deciſ.6.nu.3.

De proteſtatione incitatoria, qua debitor interpellatur ad ſoluēdū, & quibus verbis fieri debeat, vide per Menoc.de Arbitr.lib.2. caſ. 461. Et de materia proteſtationum per Henric.Boer.in ſuis ſing.tit.proteſtatio.& Bart.in l.non ſolùm.§.morte.ff.de noui oper.nuncia.

Proteſtatio nō valet, niſi exprimatur cauſa, quare fiat; ſicut nō valet petitio ſine cauſa. Gui. Pap.ſing.928.

Proteſtatio operatur ſuos effectus, ſiue fiat in principio, ſiue in fine, dummodo fiat ante cōſumationem contractus. Guid.Pap.ſing.933.

Proteſtatio tantum valet, quantum valet actus, ſuper quo interponitur. Pet.de Rau.ſing.505. Ac ſi actus verè interceſsiſſet. Barto.in l.facta 63.§.ſi ſub.ff.ad Trebellia.

Fideiubere rogatus, ſi proteſtatur ei, apud quē fideiuſſurus erat, quòd non intendit ſe velle obligare, ſi poſtea fideiubeat, non tenebitur. Pet.Gerar.ſing.52.

Proteſtatio fieri poteſt domui. Barto. in l.6. ff. de repudi.

Proteſtatio tollit actionem negotiorum geſto. ſed an poſsit fieri ſine ſcriptis, vide Bart.in l. ſi quis nolente 24.C.de nego.geſt.

Proteſtatio quando ſuccedit loco actionis, debet in ſcriptis fieri; ſi verò loco exceptionis, poteſt fieri ſine ſcriptis. Barr.in authen.hanc autem.C.de non numer pecu.

Atteſtationes in ſcriptis fieri debent: de vi autem, & auctoritate proteſtationis vide per gloſſ. in verbo ſcriptis.§. ſi quis de prædictis, Authen.vt cùm de appellatio.cognoſ.

Proteſtatio ementi rem meam, quando fiat, & quid operetur, vide Bartol. in l. 17. C.de rei vendicatio.

Proteſtationes, quæ fiunt in genere, nihil releuant. Bar.in authen.ſi teſtis. C.de teſtib.

protestatio defuncti, quando transeat ad hæredē. vide Bar. in l. si intra 8. C. de non num. pec.

Contemnens protestationē, seu denunciationem, amittit ius suum, si est facta per habentem ius protestandi. Bar. in l. edicimus 7. C. de murileg. lib. 11.

Protestatio Procuratoris facit incidere protestatum in pęnam; sicut protestatio domini, si ostendat mandatum. Bar. in l. cùm satis 22. C. de agricol. & censit. num. 8.

Liber rationum in dependentibus à mea volūtate, plenè probat. Bar. in l. Nesennius 36. nu. 4. ff. de nego. gest.

Protestationibus, seu denunciationibus de soluendo, vt insetatur certum tempus, est cautela, de qua vide per Bar. in l. Aemilius 39. ff. de minor. 25. annor.

Protestatio facta viro pro vxore prodest, vt denuncians à dolo excusetur; non autem ad pręiudicium mulieris: sed facta Syndico, vel Procuratori Reipub. nocet ipsi Reipub. Bartol. in l. aut qui 5. §. & si fortè. ff. quod vi, aut clàm.

Interpellatio facta die feriata, vel alio loco, quàm vbi destinata fit solutio, vt soluat debitor in loco conuento, an valeat, & an facta ante diem, vt soluat in diem, profit, vide Bartol. in l. cùm filiusfa. 49. §. fin. ff. de verb. oblig.

Nō valet creditoris protestatio super eo, quod non apparet. l. apud eos. C. de fide instrumēt.

Protestatio non habentis ius protestandi, non afficit cōtractū. l. si maior 13. C. de rescin. vēd.

Protestatio, cui aduersarius consensit, liberat protestantem. l. fin. §. item si. ff. naut. caupo. stabul. vt recep. rest.

Protestatio inhibitoria eius actus, ad quē quis est obligatus, nullius est momenti. l. vtrum 27. ff. de cōstit. pec. vide l. 1. & 2. C. debi. vēd. pign.

Protestatio de non posse interpellare, pro interpellatione habetur. l. 2. ff. de naut. fęno.

Ille dicitur interpellatus, qui facit, vt nō interpelletur. l. 1 §. sed & Aristo. ff. quod vi, aut clā.

Denunciatio an causet malam fidem, vide glo. in l. 1. ff. de litigios.

Interpellatio facta pupillo sine tutoris auctoritate, ipsum non constituit in mora, & ideò nō nocet fideiussori d. pupilli. l. si pupillus 127. ff. de verbo. oblig.

Protestatio appellationi æquiparatur. glo. in l. in omnibus 40. ff. de. reg. iur.

De Reseruationibus.

SI mater dederit omnia bona sua genero pro dote filię, reseruatis centum dandis filię tempore matrimonij, mater nō poterit agere ad illa centum contra generum: quia conditio, sub qua reseruatio fuit facta, nempe matrimonij, non fuit impleta. Crau. consi. 15.

Reseruatio iuris tertij nihil operatur, quando ipsi nullum ius competit. Crau. d. consi. 15.

Ex pacto reseruatiuo in fauorem tertij absentis, illi ius non quæritur. Crau. d. cōs. 15. nu. 4.

Quando maritus alienat rem hęredi postea instituto, reseruato vsufructu, sibi; & post mortē, vxori, qualiter valeat hęc reseruatio, quę nō reuocatur p generalē reuocationē donationum factam in testamēto. Crau. cons. 25. n. 16.

Reseruatio ius nullū de nouo tribuit, sed tantū conseruat, si quid sit. Crau. cōsi. 127. n. 7. & cōs. 144. nu. 15. D. Sol. in antiq. constit. Sabaud. gl. 2. super decreto, Rempub. par. 1. nu. fin. tit. de iure emphyt. fol. 13.

De reseruatione illius, q acceptauit hęditatē, reseruato iure restitutionis, & q nō noceat, & qn possit cōficere inuētariū, vid. Cra. cōs. 33

Licèt quis consenserit reseruationi, ex tali cōsensu non obligatur; sed solummodo operatur, vt non possit venire contra ipsam reseruationem. Crau. d. consi. 33. nu. 19.

Reseruatio operari non potest, nisi prius appareat de iure reseruato, & quatenus illud cōpetat. Crauet. d. cons. 33. num. 20. Aliàs nihil operatur. Natt. consi. 338.

Si filia in quitatione reseruauerit ius succedendi, casu quo fratres morerentur sine liberis, tale ius reseruatum ad hæredes transmittitur. Crau. consi. 127. num. 9.

Reseruatio præsupponit ius reseruatum antecedere: quia quod non est, reseruari nō pōt. Crau. consi. 216. nu. 6.

Reseruatio non valet circa ea, quæ sunt specialiter declarata. Gram. decis. 66.

De interesse damni emergentis, & lucri cessantis.

VBi agitur de modico pręiudicio, interesse poterit probari per iuramētum. Ozas. decis. 57. nu. 4. Idē in causis summariis. l. 15. ff. ad exhiben.

Quando debeatur interesse quanti plurimi valuit fundamentū debitū à die moræ, quando debitor dicatur in mora constitutus, quomodo hoc casu creditor debeat formare articulos, & quid probare, vide Affl. deci. 316. & Rot. Genu. deci. 117.

Interesse potest Iudex ex suo officio ex circunstantiis liquidare. Grā. decis. 58. nu. 9. & decis. 103. num. 94.

Iudex super interesse incerto debet pronūciare, & ex cōiecturis suū animū informare, quātitatē definire, & taxare. vide Mago. decisio. 32. Floren. num. fin. Nam quantitas interesse

ple-

plerunque remittitur arbitrio Iudicis. Rot. Genu.decis.117.num.fin.& §.plus autem, Institut.de actio.

Mora committitur per interpellationem, & postea morosus tenetur ad interesse, & tale interesse potest considerari, quia creditor potuisset ponere pecunias ad negotiãdum, vel ad comparationem prædiorum, sed tunc esset necessarium probare, quòd habebat prędiũ, qđ emere potuisset. Cra. cõs.89.nu.4.vide tamen Natt.cõsi.450. & Rol.cõsi.35.vol.1.

Dãna, & interesse prius liquidari debent, quàm exequi possint, sed hæc cognitio erit summaria, & actor dat per declarationem damna, & interesse, & reus suas diminutiones. Boer. decis.52.num.8.

Licèt de mora constet, quæ alia necessaria probari debeant ad hoc, vt interesse debeatur, vide Rot.Genuen.decis.37.& 139. Sine mora enim interesse non debetur. ead. Rot. decis. 61.nu.9.decis.139.& decis.192. Vinc.de Fran. decis.23.nu.5.Borg. Caual. decis.10. de contract.part.2.nu.20.& 22. Crauet.consi.320.Maran.in suo Spec. part.6.tit. de testium productione, nume.70. Sed ad hoc vt debeatur interesse, quando dicatur cõtracta mora, vide Cabal.mılleloq.291.

Quando agitur ad interesse singulare, siue dãni emergẽtis, siue lucri cessantis, debet probari causa ante sententiam, aliàs super eo illa non potest ferri; secùs est in interesse communi, quod continet rei æstimationem communem, & damnum, quod quisque facta sibi mora sensisset, super quibus potest ferri sententia, etiã illis nõ probatis, reseruata liquidatione in executione sententiæ. Rot.Genuen. decis.9.num.16.

Multa requiruntur ad consequendum interesse lucri cessantis in mercatore solito negotiari, de quibus vide per Borg.decis.2.nume.28. & 30.de cõtract.par.2. Secùs in damno emergenti, quia in illo sufficit probare, ꝙ qs accepit sub vsuris, vel ad cambium pecunias, & tot quis soluit singulo anno. Borg. ibid.num. 29.& Ludo.à Pegue.cap.32.nu.33.

Interesse, vltra taxatum à lege, potest peti, quãdo est probatum tantum sua interesse ratione lucri cessantis, & damni emergẽtis. Borg. decis.13.nu.69.de contract.part.2.

Interesse debet plenè probari in tantum, quòd in eius probatione non deferatur iuramentum suppletiuum. Crauet. consi. 320. in fine. Roland.consi.35.vol.1.& Ias. de actio.in §.curare, num.59.

Interesse aduersus dolosum probatur per iuramentum, si dolus in faciendo consistat; secùs si in omittendo. Ludou. Roma. sing.406.Sed vide ibid.in additio. & Bart.in l. denique 15. §.in hoc interdicto.ff. quod vi, aut clàm, & l. non à Iudice 64 ff.de iudi.

Interesse licèt pro parte non probetur, Iudex tamen arbitrabitur ex officio suo.Bart.in l.4. C.de actio.empt.& vendi.

Si interesse debeatur ex maleficio, probatur solo iuramento petentis: sed si ex contractu, testibus probari debet. gloss. in cap. fin. ext.de his, quæ vi metusuè causa fiunt, vide Bart.in l.5.§.docere.ff.ne quis eum, qui in ius vocat. & in l.fin.ff.de in lit.iurando.

Interesse singulare quomodo probetur, & testes deponere debeãt, vide Barto.in l.nemo 5.ff.de duobus reis, nu.8.

Petenti interesse incumbit onus probandi quãtitatem certã: & probatur, aut per testes, aut per sacramentum in litem, si propter dolum partis interesse debeatur. §. fin. & ibid.gloss. Institut.de verbo.oblig.

Interesse quando in stipulationibus pęnalibus inspiciatur, & de illo ratio habeatur, vide Ozas.decis.70.nume.14. & infra lib.2.titu.de stipula.pęnali.

Promissio quantitatis in obligationibus factorum, censetur facta ad taxandum interesse. Ozas.ibid.num.15.

Taxatio interesse futuri, quando valeat, vide Rot.Genu.decis.34.nu.3.& 5. decis.91.nu.32. & decis.193.nu.6.& 10.

Pactum, quòd super interesse stetur dicto partis cum iuramento, reducitur ad viri boni arbitrium, si debitum modum excedat interesse. Afflict.decis.91.nu.10. Et tale pactum valet. Rot. Genu.decis.78.num.8. Tamen hoc casu iuramentũ nõ admittitur, extra tempus probationis.ibid.decis.79.

Debitor, dilatione pendente ad soluendũ, non incidit in moram: nec interesse aliquod debetur, etiam si creditor sit solitus negotiari, & sibi sit promissum, durãte dicta dilatione: quia sit à principio de iure prohibitũ. Borg. decis.2.de contract.part.2.nu.27.

Interesse, pensio, & affictus possunt taxari à statuto, à lege, & à partibus in contractu licito, & permisso, vsq; ad octo pro centenario. idẽ Borg.decis.13.nu.38.de contract.part.2.

Conuentio de eo, quod interest, contractus tẽpore facta, vsuraria est, si sit interesse lucri cessantis; secùs si damni emergentis. Andr. Gail.obser.5.lib.2.nu.16.Crauet.consi.87.nu. fin. vide & cons.189.

Debitor potest dare facultatẽ creditori, quòd possit accipere pecuniã sub cambiis, & talis facultas non restringitur ad primam vicem: & non potest debitor opponere, ꝙ creditor debuerat alienarẽ pignora.Dec.consi 562.

Quæstio super interesse dicitur separata, à quæstione principali. Ozas.decis.129.num.4.

Interesse intrinseci maior habetur ratio, quàm extrinseci. Ozas.d.deci.129.num.12.

Interesse lucri cessãtis, debet solito negotiari, & mercatori.idem Ozas.decis.143.nume.fin. Francis. Marc.q.167.par.2.Rot.Genu.decis.1. nu.43.& 45.decis.16.nu.16.&19.deci.30.41.& 59 Mohed.decis.102.& Abb.consil.39. nu.fin. part. 2.

Tale interesse à quo,& quando licitè peti possit, & quæ in articulis illius,sint deducenda, & probanda,vide Affl.decis.20. Bart.in l.3.§. nunc de officio.ff.de eo, quod certo loco.

Debitor pauper non tenetur ad interesse lucri cessantis,secundum Theologos.Afflict.d.decis.20.num.3.& Natt.cons.599.num.25.

Interesse lucri cessantis in solito negotiari circa contractus bonæ fidei,an consideretur,& quid in contractibus stricti iuris,vide Capic. decis.19.num.7.& Put.decis.237. lib.1.

Mercator volens probare lucrum cessans, tria probare tenetur: primò,quòd sit solitus negotiari: secundò,quòd debitor fuerit in mora:tertiò,ꝙ habuerit merces paratas ad emẽdum, & ob defectum pecuniarũ, omiserit illas emere. Mohed.deci.208.vide Rot.Genu. decis.16.nu.18.& 19.deci.37.& decis.139.Vbi referuntur duæ opiniones, vide etiam Put. decis.237.lib.1.Cabal.milleloq. 290. Ludo. à Pegue.in suis quæstio.crimina. cap. 32.& 33. Crauet.consi.320.Maran. in suo Spec. part.6. de testium productio.nu.60. Natt. cons.370. Rol.consi.35.vol.1.Menoch.de Arbitra.lib.2. cas.119.& Mysing.obser.56.cent.4.

Ad hoc,vt debeatur interesse lucri cessantis solito negotiari,oportet probare, ꝙ ille negotiaretur de tempore moræ. Crauc.consi.320.

Interesse lucri cessantis non debetur, nisi solito negotiari. Rot.Genu.decis.37.num.13.

Propter moram irregularem,interesse lucri cessantis debetur minori;nõ maiori. Rot. Genu. decis. 30. num. 7. Sed an interesse debeatur minori iure actionis, vide eandem Rot. decisio. 61.

Omni iure debetur interesse lucri cessantis solito negotiari. Rot.Genu.decis.41.num.7.decis.78.num. 16.& decis.139.

Hoc interesse debetur etiam mulieri negotianti,sed post moram;non ante. eadem Rot.decisio.28.num.4.

Aestimatio lucri cessantis Iudicis arbitrio committitur. Andr.Gail.obseru.6.lib.2. vide Mago.decisio.103.Rot.Floren. Gome.Leo.deci. 98.in decisio.diuerso.Tom.2. & Bar. in l.1.C. de colon.Illyric.lib.11.

Interesse damni emergentis, & lucri cessantis, mercatori,& solito negotiari debet,in omnibus contractibus. Hieron. Mago.decisio. 32. Rot.Flor.

Interesse damni emergentis, & lucri cessantis differentia est, quia damni emergentis à tẽpore moræ omnibus debetur;lucri cessantis solùm mercatoribus debetur; debet tamen in libello articulari, & postea probari. Andr. Gail.obser.6.lib.2. vide glos.in l.3.§. nunc de officio.ff.de eo,quod certo loco. Et melius, quando interesse debeatur creditori, vide Crauet.consi.189.Menoc.de Arbitra.cas.119. & Maran.in suo Spec.part.4. tit. an sit iudic. ciuil.vel crimin.distin.3.nu.37.& seqq.

Emptor rei non soluens, nõ tenetur ad duplex interesse,nempe pretij nõ soluti, & lucri cessantis;sed tantùm ad interesse pretij non soluti respectu fructuum perceptorum, tempore executionis liquidandorum. Afflict. decis. 20.vide tamen Mysing.obser.55. cent.4. facit l.fin.ff.de peric.& commodo rei vendi. Ideò si emptor nullos fructus percepisset, ad vsuras non teneretur. Natt.consi.494.

Depositarius post moram tenetur ad interesse. Rot.Genu.decis.34.

Interesse pretij non soluti debetur, tam de iure Ciuili,quàm Canonico.Afflicti. d.decis.20. nume.4.

Emptor,pretio rei emptæ non soluto,an faciat fructus suos, vt non teneatur ad interesse pretij non soluti, quando imminet periculum euictionis in limine contractus, & emptor non obtulit fideiussorem euictionis, vide Afflic.decisio.20.in fine, Mysing.obser.58. centu.4. infra titu. de vsuris in genere, & lib. 2.titu.de actio.empt.& vend.

Emptor petens interesse frumenti,debet soluere interesse pretij non soluti, nisi constituisset in mora venditorem offerendo pretium. Capic.decis.19.

Venditor non potest petere vsuras pretij pro tempore, quo percepit fructus rei venditæ, Capic.ibidem.

Venditor ad interesse tenetur,quando emptori rem non tradit, sed ad quod teneatur, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.120.

Interesse pretij conuenti,duplum excedere nõ potest.Bart.sing.204.

Si dans arrhas non seruauerit promissa, quando etiam teneatur ad interesse, vide Barto. in l.contractus.§. illud. C.de fide instrument. & ibid.glos.

Habetur ratio pœnæ, in quam incidit ille, qui pretium rei venditæ recipere debebat ab emptore, & non receperit. Bar.in l.1.§.Papinianus.ff.de vsuris.

Stipulatio sanum esse, vel furem non esse, non

non continet quod verbum ſonat, ſed intereſſe; ſi res aliter ſe habeat. l. ſi ita quis 31. ff. de euictio.

Intereſſe quomodo probetur, vide Fran. Marc. q. 484. nu. 5. 7. 32. & 44. Rot. Genu. deciſ. 9. nu. 16. & deciſ. 139. Iaſ. de actio. in §. curare, num. 54. Quòd non debeatur, niſi illo plenè probato, ſcribit Natt. conſi 490.

Obligatio ad intereſſe poſt moram non ſtatim ſuccedit in obligatione rei reſtituendæ; ſed cù reus deſinit habere facultatē reſtituendi rem. Afflic. deciſ. 347. num. 3. Ideò re perempta, adhuc agitur ad ipſam rem; licèt in condemnatione veniat intereſſe. Affli. deci. 347.

Aeſtimatio præſtatur, quādo quod debetur nō poteſt dari. Afflic. d. deciſ. 347. nu. fin.

Non adimplens litteras cambij, tenetur ad intereſſe. Rot. Genu. deciſ. 1. nu. 42.

Intereſſe, cuius habetur ratio, poteſt creſcere, durante Iudicis officio vſque ad executionē. Capic. d. deciſ. 19. nu 9.

Intereſſe non debetur iure actionis; ſed Iudicis officio, in contractibus bonæ fidei. Capic. d. deciſ. 19. num. fin.

Pupillus an teneatur ad intereſſe creditori patris à die moræ paternæ, & quid de intereſſe poſt mortem patris, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 247.

Promittens non contrauenire quacunque ratione, occaſione, vel cauſa, tā de iure, quàm de facto, ex quauis cauſa contraueniat, committitur ſtipulatio ad intereſſe. Gram. deciſ. 101. num. 80.

Debitor ſummæ cum qualitate ſibi præſtanda, non tenetur ad intereſſe, qualitate non adimpleta. Rot. Genu. deciſ. 79. Quia non adimplens in mora conſtituere non poteſt. ibid.

Difficultas an à mora ſolutionis intereſſe quanti plurimi excuſet, vide Franc. Marc. q. 208. nu. 18. part. 2.

Pendente dilatione, non debetur intereſſe etiā conuentum. Rot. Genu. deciſ. 91. nu. 31.

Creditori debenti releuare debitorem ab aliquo, non debetur intereſſe, niſi poſt factam releuationem. ead. Rot. deciſ. 118.

Dubius cui ſoluat, & offerens ſoluere, non tenetur ad intereſſe antè declarationem. Rot. Genuen. deciſ. 123. nu. fin.

Intereſſe quoddam propinquum, & quoddam remotum: ſed de remoto nulla eſt habenda ratio. Rot. Genu. deciſ. 139.

Debitor ſummæ non liquidæ, adimplet fideiubendo, & promittendo. ead. Rot. deciſ. 177. Imò oblatio ſufficit ad euitandam moram, debito non liquidato. ead. Rot. deciſio. 192. nume. 14.

Quando rationes, & computa ſunt incerta, & intricata, non poteſt debitor conſtitui in mora: & intereſſe non debetur, niſi facta liquidatione. Rot. Genu. deciſ. 193.

Frater pro debito fratris non tenetur; ſed ſi voluntariè ſoluerit, non poteſt agere ad intereſſe, etiam ſi ſoluiſſet dotem communem ſorori. Borg. deciſio. 10. nume. 19. de contract. part. 2.

Quòd vnus poſsit venire ad ſucceſsionem alterius, in æſtimatione intereſſe nō debet inſpici. l. 7. §. illud. ff. de libera. lega.

Durante tempore, quo non litigatur, intereſſe non debetur. Papon, lib. 15. tit. 4 arreſt. 2.

Acceſſorium non debetur, quando quis ad principale non tenetur: ideò qui ab obligatione principali excuſatur, ab acceſſoriis liberatur. Crauet. conſi. primo pro genero, nume. 289.

Intereſſe, & valor quanti plurimi non debetur, niſi à tempore moræ, & iuſta cauſa litigandi excuſat à mora, & cōſequenter ab intereſſe; nemo enim tenetur ius ſuum indiſcuſſum relinquere. Natt. conſi. 599.

Actio competēs ad intereſſe extinguitur, quādo ex poſt facto deſinit intereſſe, & ceſſat damnum de præterito: ſecùs quando non ceſſat. Bar. in l. ſi cum. §. qui. ff. ſi quis cautionibus, vide tamen eundem in ſuis quæſtio. q. 9. num. 8. & 12. § fin. ff. eod. ſi quis cautionib.

Intereſſe, quod non eſt cauſatum ex rationabili cauſa, non dicitur intereſſe. l. 3. §. ſi mecum. ff. ad exhibendum.

Promiſsio de aſſociando aliquem in officio intelligitur, quando promittens tenet officium nomine proprio: fallit, ſi hoc fecerit in fraudem ſocij, quia tunc teneretur ad intereſſe: & fraus poteſt probari per cōiecturas. Crau. conſil. 100. vbi ſcribit multas coniecturas.

In obligationibus facti poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe. vide l. fin. ff. ſi quis in ius vocatus, & infra libr. 2. titul. de obligat. fact.

In illis obligationibus, quī fuit adiecta pœna, an poſsit peti intereſſe, quod eſt ſupra pœnam, vide Crauet conſi. 1. pro genero, nu. 281.

Quando id, quod intereſt iure actionis, debetur, nempe ex promiſsione, iuſta cauſa ab illo non excuſat. Crauett. conſil. 3. pro genero, nume. 19.

Noſtra intereſt fundos vicinos habere, pretio etiam longè maiori. Craue. pro genero, conſ. 3. nume. 49. Ideò ratione vicinitatis conceditur intereſſe, Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *Des retraicts*. § 1. glo. 1. nu. 4.

Vſura pro concurrenti quantitate intereſſe, eſt debita, cōſtito de tali intereſſe damni emergentis. Rol. conſi. 35. vol. 1.

An vsuræ iure petantur à debitore, si creditor propter moram debitoris acceperit pecuniam sub vsuris, vide Rol.ibid.

Interesse medij temporis, potest petere solitus negotiari: fallit in piscatore, venatore, & aucupatore. Ludou.Rom.sing.637.

Matheus Mathesilanus scripsit ad l.1. C.de senten.quæ pro eo, quod interest, & sua scripta sunt impressa post singularia illius.

Creditor iustè recusat debitum recipere, quando illi etiam non offertur interesse. Guid. Pap.singul.781.

Certi condictio datur, quando agitur ad interesse, & tunc non est necesse in libello scribere certã quãtitatẽ.Bar. in l.certi cõdictio,nu. 30.ff.si cer.pet. & in l.1. §. si dicat̃. ff. de iniur.

Interesse extra rem, quando habeatur ratio, & in quo habetur etiam ratio lucri, vide Barto. in l.3.ff.de in lit.iuran.

Creditor recipiendo sortem cum protestatione, quòd vult sibi saluum esse ius super interesse, an sibi ius conseruet pro ipso interesse, vide Bar.in l.si post 11.ff.de eo, qđ certo loco.

Aestimationem crescere post sententiam, est intelligendum, deducto tempore, quod datur iudicatis ad soluendum. Bart. in l.3.§.in hac. ff.commodati.

Vitiosam rem tradens, tenetur ad interesse.Bartol.in l.in rebus 18.§.item.ff.commodati.

An cõtra Procuratorẽ agat̃ ad interesse, vide Bart.in l.si Procuratorẽ 8. §. mandati.ff.mãd.

Vide de materia interesse per Bart. in l. 1.ff.de actio.emp.& vend.

Sententia, quando agitur ad interesse post moram, quomodo formetur, & an ferantur duæ sententiæ, vel vna sufficiat, vide eundem Bartol.in d.l.1.ff.de act.empt.num.10.

Sententia super interesse ferri potest, licèt res petatur, & interesse particulare de interesse totali deducitur. Bartol.in l. ex empto 11. §. & ex empto.eod.titul.

Interesse commune, ab interesse particulari, differt: & interesse singulare, quando non potest venire, habetur ratio interesse extra rẽ. Bar.in l.Iulianus 14.eod. titul.

In stipulatione rem dari, non committitur stipulatio ad interesse, sed quis tenetur ad dandum præcisè: verùm stipulatione rem tradi, venit interesse à tempore moræ. Bar.in l. videamus 38.§.si actionem.ff.de vsuris.

Interesse quando consideretur in stipulationibus pœnalibus, vide Barto.in l.stipulationem. §.item & §.ff.de verbo.obliga.

Quando obligatio succedat ad interesse, vide plenè p eũdẽ Bar.in l.stipulationes 72.eo.tit.

Interesse debetur ẽt de iure Canonico.Abb.cõsil. 7.part.2. num.4.

Si in contractu facio, vt des, non seruetur fides facienti, & factum non sit de se repetibile, datur actio de dolo ad id, quod interest.l.4. C.de dolo malo.

Vendens rem alienam causa mutandi iudicij, tenetur domino ad interesse, quanti sua interest fuisse factam alienationem. l. 1. C. de aliena.mut.iudi.cau.fac.

Creditor petendo in iudicio sortem principalẽ sibi non præiudicat in interesse, & damnis, nec in aliis accessoriis; secùs in receptione solutionis, quia recipiẽdo sortẽ simpliciter, sibi præiudicat in istis accessoriis.l.1. C.de iudi.vide l.9.§.fi.ff.de eo, quod certo loco.Rot. Gen.deci.61.68.nu.8.93.nu. 11.& deci.200.ib.

Iudex post latã sententiã, an possit postea iterum super interesse iudicare, parte petente; & quid in fructib.vide D.P.Tessau.decis.35.

Interesse peti potest ab eo, qui non solùm sortẽ petiit, & obtinuit, nulla facta mentione de interesse; sed etiam qui exegit cum protestatione tñ.Rot.Genu.decis.87.vide ib.decis.89.

Creditor per receptionem sortis, non censetur renunciasse interesse, fructibus, & alimẽtis, quando adest iuramentum, vel vbi debetur interesse iure actionis; secùs si officio Iudicis debeatur. Borg. Caual. decis. 6. de contract. nu.11.Vide Mago.deci.42.Rot. Flor. & DD. in l. cẽtum Capuæ.ff.de eo, quod certo loco.

Quando damna, & interesse fuerunt cum expensis petita, & Iudex pronunciando nihil de illis dixit, amplius de ipsis non est quærendum. Boer.decis.52.nu.7.vide Rot. Genu.decis.87.& Crau.consil. 310.

Interesse nõ debetur de interesse. Tho. Minad. decis.17.vide tamen ibidem, Rot. Genu.decis.78.num.15.& deci.87.num.fi.Raud.tracta. de Analog.cap.12.nu.36.& seqq.

Interesse alterius interesse an debeatur, quæstio est inter Doctores, sed quicquid sit de iure, Concil.Neap.solet iudicare pro parte negatiua; quod tamẽ intelligendum est in vno eodemq; debitore, & creditore: secùs quando quis pro alio soluisset debitum, & interesse, & postea repeteret ab eo, pro quo soluit. Vincen.de Fran.deci.254. part.2.

Iudex potest condemnare ad interesse, etiam non petitum, & super illo fertur sentẽtia incerta.Guid.Pap. q.405.

Sequestra impediunt interesse sortis sequestratæ.Rot.Genu.decis.61.nu.4.

Cõdemnatus ad rei restitutionẽ, an censeat̃ condemnatus ad damna, & interesse, vide Boe. d.decis.52.

Si frumentum debitum non fuerit solutũ in termino, quando, & quomodo debeat̃ eius æstimatio quanti plurimi, vide Boe.deci. 68.

Qui

Qui tenetur ad rem, puta ad quantitatem granorum, & huiusmodi, non præstans rem, tenetur ad interesse quāti plurimi res fuerit à die moræ, dummodo petatur tale interesse intra trienniū à die ipsius morę; postea.n.non auditur creditor: quia frumentum post triennium præsumitur cōsumptum. Rot. Genu. deci. 144.

Quando simpliciter est ꝓmissa certi grani quātitas creditori eiusdem fori (secùs si diuersi) certa die soluenda, & non fuerit eadem die soluta, debetur cum æstimatione quanti plurimi à die morę, & sufficit probare hoc interesse quanti plurimi in executione. Hiero. Mago. decis. 78. Luc. Nam contra morosum consideratur interesse quanti plurimi res fuerit à tempore morę. l. si calendis 11. ff. de re iudic. vide de hac æstimatione quanti plurimi infra in tit. de pretio, & æstimatione rerum.

Quando agit pro interesse debito ratione æstimationis, auctæ, vel diminutæ rei debitæ, quo tempore debeat fieri ipsa æstimatio, vide per Bart. in l. vinum. ff. si cert. pet.

Qui tenetur ad faciendum, potest ad ipsum factum præstandum condemnari dato, ꝙ post sententiam liberari possit, soluendo interesse. Boer. decis. 182. num. 29.

Interesse rei legatæ, vel alterius iam solutæ, an, & quando peti possit, vide Capel. Thol. q. 50.

Tēpus cōtractus, quo ad interesse, quod petitur vigore obligationis, inspicitur. Capel. Thol. q. 368. Sed quando nōn debetur iure actionis, sed officio Iudicis, quod tempus inspiciatur, vide ibid. in additio.

Damna, & interesse mutuatæ pecuniæ, quæ ob cessationem solutionis ad præstitutam diem causa cambij, atque recambij, incursa sunt, necessariò debentur, si in obligatione deducta fuerunt, atque etiam non deducta, si modò ex tali causa fuisse contracta legitimè sit probatum. Mohed. decis. 102. & 103.

Cambia solita, & vsitata, non vsura vsuræ, sed sortis principalis, interesse vocātur. Mohed. d. decis. 102. num. 3. Quod interesse debetur. Rot. Genu. decis. 16. nu. 16.

Obligatus ad certam diem ratione mutuatæ pecuniæ, si pacta non præstiterit, tenetur ad omne interesse. Mohed. d. deci. 102. & 103.

Promissor facti alieni (etiam cum iuramento) excusatur, quādo omnem adhibuit diligentiam. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 27. num. 9. Sed an possit adhiberi cautela, vt teneatur ad interesse, vide ibid.

Attestationes si deperditę sint, an is, qui perdidit, ad interesse teneatur, vide Marc. quæst. 193. part. 2.

Obligatus cedere, & nō cedens, tenetur ad pretium rei, & ad interesse. Rot. Genu. decis. 21.

Quem teneri ad interesse, dupliciter contingere potest, nempe ex interpellatione, ex qua in mora ille cōstituatur regularis, aut ex implemento, & obseruantia partis, ex qua cōtrahit mora irregularis. Vera. decis. 108. part. 2.

Debitor, qui promisit soluere intra certum tēpus, si nō soluat incidit in moram, & tenetur ad interesse quanti plurimi; licèt promiserit intra tale tempus, & quandocunque postea ad omnem simplicem requisitionem creditoris. Ias. in l. vinū. ff. si cert. pet. nu. 9. & Borg. Caual. decis. 14. nu. 16. de contract. part. 2.

Interesse, damnum emergens, & pęna, quando, & quomodo possint peti contra illum, qui promisit opus facere, & non fecit, vide plenè per eundem Borg. decis. 26. de cōtract. par. 2.

Interesse non transcendit duplum sortis principalis. Hiero. Mago. decis. 78. nu. 10. Rot. Floré.

Fideiussor de iudicio sisti datur ad verum interesse, nisi pro certa quantitate intercesserit. l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisda. cogant.

Quando plures tenentur ad interesse, vnius solutiò liberat alium. l. 1. §. si plures. ff. de eo, per quem fac. erit.

In confessoria venit interesse damni, scilicet quanti actoris interest, quòd non sit vsus seruitute. l. 5. C. de seruit. & aqua.

Stipulatio Procuratoris, ad dominū interesse refertur. l. si Procurator 14. ff. si quis cautionib.

Contra non edentem datur actio ad interesse in factum. l. si quis 6. §. ex hoc. ff. de edendo, & l. 10. §. cum, eod.

Si mandatum non impleatur, datur actio ad interesse in factum. l. ad comparandas 16. C. mandati.

Propter interesse affectionis minor restituitur. l. 36. ff. de minor. 25. ann.

In pęnis non inspicitur interesse, quādo offenditur is, cui principaliter est promissa pęna, quod etiam in pęnalibus stipulationibus locum habet. l. cùm pęna 43. ff. de recep. Arbit. & l. fin. ff. de Præto. stipulat.

Commissio pęnæ non impedit, quin possint peti pęna, & interesse. l. Lucius 48. ff. de actio. emp. & l. ex contractu 49. ibid.

Pęnalis stipulatiò adiecta obligationi factæ cū adiectione diei, committitur adueniente die: aliàs cùm cœperit debitor esse in mora incoandi, ad particulare interesse committitur. l. stipulationes 72. §. si quis. ff. de verbo. obligatio.

Malæ fidei possessor tenetur ad rem, & ad interesse deteriorationis. l. non solùm 13. ff. de rei vendicatio.

Vbi petitur vsusfructus contra hæredem, ad interesse deteriorationis Iudex condemnare illum potest. l. 2. ff. si vsusfruc. pet.

Quæli-

Quælibet vtilitas dicitur intereſſe. Bald. in l. 3. ff. fin. regu.

Omne intereſſe cauſatum à proprietate poſſeſſionis, vel quaſi, præbet actionem ad exhibendum. l. 3. §. Pomponius. ff. ad exhiben.

Illi, etiam qui nō eſt in mora, labitur terminus: tamen ille, per quem labitur, tenetur ad intereſſe. l. ſi optione 10. eod.

Qui ſoluit adiecto alibi, quàm in loco deſtinato, liberatur, ſed propter intereſſe loci, durat petitio. l. 3. §. item Iulianus. ff. de eo, quod certo loco.

Si agatur in loco non deſtinato, actio eſt arbitraria, & in illa habetur ratio intereſſe actoris, & rei. d. l. 3. §. nunc.

In actione cōmodati ex natura officij Iudicis, quod deſeruit actioni bonæ fidei, habetur ratio intereſſe loci, & temporis: l. ſi vt certo 5. ff. commodati.

Si venditor eſt in mora tradendi rem, poteſt cōueniri ad intereſſe ſingulare ipſius emptoris, quod eſt circa rē, quod poteſt excedere pretium commune, & conuentum. l. 1. ff. de actio. emptio.

In emptionibus intereſſe petitur propter moram in non tradendo commiſſam, & non habetur ratio intereſſe extrinceſi. l. ſi ſterilis 21. §. cùm per venditore, eod. tit.

An intereſſe debeatur per emptorem pro fructibus perceptis in re vendita, dum pendet illius æſtimatio, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſio. 258.

Intereſſe ſumptuum, & expenſarum factarum in re euicta, nō debet excedere duplum rei, contra venditorem ignorantem, nec poteſt ab eo repeti, ſi poteſt ab euincente recuperari. l. Titius 44. 45. & 46. ff. de actio. empt.

Quando obligatio committitur propter non factum ab initio, & certum eſt non poſſe fieri ex poſt facto, ſtatim agitur ad totale intereſſe, vt in contractibus bonæ fidei. l. ſi in lege 27. §. ſi domus. ff. locati.

Si emptor repellat conductorem, venditor tenetur ad intereſſe. l. ſi merces 28. §. qui fundum, eod. titu.

Damnum patitur qui perdit lucrum. gloſ. in verbo, legatarij, l. non amplius 26. §. ſi certum, de legat. 1.

Qui promiſit ſatiſdare, tenetur ad intereſſe, qđ eſt quatenus reus principalis facere non poteſt. l. ſi quis 13. ff. de re iudic. l. ſi quis ſtipulatus 112. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig.

Si mora particularis auferat cōmodum totius, obligatio committitur ſtatim ad totale intereſſe. l. 2. ff. de ann. legat.

Obligatio dandi, quando mea non totaliter intereſt, ad intereſſe cōmittitur, vt ſi quis promiſerit credere pecuniam, & poſtea non crediderit; quia tunc agitur ad intereſſe, quantum interſit creditum non eſſe. l. ſi pœnam 68. ff. de verbo. obligat.

Stipulatio factorum, partis præſtatione non impletur; ſed poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod diuiditur, & in petitionē deducitur. l. ſtipulationes 72. eod. tit.

Stipulatio facti habentis factum ſucceſsiuum, committitur ad particulare intereſſe ſtatim, quando quis fuit in mora inchoandi; licèt nō tranſiuerit totum tempus. l. exiſtimo 98. §. fin. ff. de verbor. obligatio. ſed vide l. inſulam. 124. eod. titu.

Stipulatio ſemel ad intereſſe commiſſa, ſi factū eſt reiterabile, iterum committitur, quoties contrà fiat, niſi aliter actum ſit. l. ſi ſic ſtipulatus 133. eod. tit. vide tamen l. iam tamen 5. §. in hac. ff iudic. ſolui.

Quanto tempore opus promiſsio fieri poſsit, Iudicis arbitrio relinquitur; & ſi non inchoatur, ad particulare intereſſe ſtipulatio committitur: & poſt moram quis ædificando, admittitur illius purgatio. l. cōtinuus 137. §. itē qui inſulam. ff. de verbo. oblig.

Quando quis impugnat promiſsionem de rato nomine ſuo factam, committitur ſtipulatio contra promiſſorem ad intereſſe conſiſtens etiam in lucro. l. ſi commiſſa 13. & 19. ff. rem ratam haber.

Stipulatio, quæ ad particulare intereſſe committitur, poteſt ſępius committi. l. ſi Procurator 18. eod. tit.

Dolus malus in quocunque contractu, ſiue iudiciario, ſiue extra, ſi promittatur abeſſe, & committatur; agitur contra doloſum ad intereſſe. l. 19. eod. tit.

Hæc verba, quanti eam rem apparet eſſe, non ad intereſſe, ſed ad rei æſtimationem referūtur. l. inter hęc 179. & 193. ff. de verb. & rer. ſig.

Quatenus cuiuſque interſit in facto, non in iure conſiſtit. reg. quatenus.

De vſuris in genere.

QVando contractus præſumatur vſurarius, vide infra lib. 2. tiru. de pact. int. empt. & vendit.

Crimen vſuræ contra vſurariū, quomodo probetur, & de probatione ipſius vſuræ, vide Ozaſ. deciſ. 72. Afflic. deciſ. 91. Capic. deciſ. 19. & 175. Craue. conſi. 73. & conſi. 156. Menoch. conſi. 109. vol. 2.

De ſolutione vſurarum facta per mandatarium vigore mandati, & an teneatur ipſam probare, & nominare vſurarios, qui receperunt vſuras, vide Afflic. deciſ. 91.

Dictum

Dictum testatoris, se teneri ad restitutioné vsurarum à multis extortarum, non inferre illú fuisse vsurarium manifestum (cùm possit intelligi, quòd voluerit dicere se teneri tanquam hæredem alterius) scripsit Raud.tract. de Analog.cap.30.nu.159.

Probatio aliquem fecisse contractum fœneratitium, non concludit illum vsurarium esse. ibi. num.160. vbi plené de materia vsurarum, de qua vide etiá Clar.in sua Pract.crim.§. vsura.

Vsurarum exactio non probatur, testibus deponentibus vsuras soluisse. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ, gloss.1. super decreto, rem duram, tit. de vsur.num.6. Roland.consi.95. vol.4.& consi.98. Ludo. Roma.sing.360.vide Natt.consi.369.num.13.& 14. Nisi testes affirmarent, quòd ex eorum depositionibus non intelligant aliquod commodum sibi acquirere. Rolan.d.consi.95.num.4. Sed quãdo isti testes non probent, etiam facta hac declaratione, vide Rol.ibid.

Vsuras repetens si probet reum consuetum fœnerari ad decem pro centenario, & quòd ipse habuit mutuum ab eo, & soluit, non ob id præsumitur vsuras soluisse, vt reus condemnari possit. Roma.sing.364.

Si in emptione redituum modus excedatur, reductio fieri debet ad quinque pro centenario, secundum Andr.Gail.obser.5.nu.10.lib.2. Sed quando talis emptio censeatur vsuraria, & illicita, vide Papo.lib.12. arrest.8. & de materia, infra lib.2.tit.de censibus.

Pensiones licitè emi possint, seruata tamé bulla Iuliana, aliàs reducendæ sunt secundú terminos illius bullæ, vt non excedant septem pro quolibet cétenario, facta omni anno cóputatione. Rot. Auenio. decis.66. in decisio. diuerso. Et dicta bulla habet etiam locum in contractu emphyteotico.ibid.decis.94.

Vsura non dicitur emptio certi annui reditus, dummodo non interuenerit modicitas pretij, aut non fiat in fraudem vsurarum, & fieri potest talis cótractus etiam ab Ecclesia. Cra. consi.145.num.20.

Cósuetudo nó pót vsuras permittere, nec Princeps. Rebuf.in cóstit.Reg.To.2.trac.de cóstit. redit.gl.1.nu.4. vide Afflic.decis.291.nu.3. Tñ quæ sit vsurarú taxa, vide eúdé Affli.decis.91.

An vsuræ, quæ iure Diuino prohibentur, permitti humanis cóstitutionibus possint, vide Petr. Roy.decis.5.Litua.nume.220.& seqq. Et quid Papa circa vsuras possit, vide ibid.

Iudęis vsuram exercere nunquid liceat, & an Princeps secularis tale exercitium expressè suo priuilegio cócedere possit, vide Perillu. D. P. Tessaur.decisio.57. cum duobus consil. ibid.impressis.

Vsuræ de iure fforum, & Codicis, sunt permissæ, sed iure Authenticorum prohibitæ. Ozas.decisio. 137. Et sic omni iure prohibitæ censentur. Andr.Gail.obser.5.lib.2.

An contractus initus inter Vniuersitatem, & Ciues particulares (qui Vniuersitati mutuauerant pecuniam) pacto adiecto, quòd pendéte restitutione dictæ pecuniæ ad solutionem collectarum non tenerentur, tam respectu præsentium, quàm futurarum, dicatur vsurarius, vide Ozas.decis.95.

Ciues si tempore necessitatis compellantur subuenire Vniuersitati, & Ciuitas postea liberè statuerit dictis Ciuibus lucrum, puta quinque pro centenario, non committitur vsura. vide Ozas.d.decis.95.nu.8.

An pactum de non computandis fructibus in sorté aliquádo licitú sit, vide Ozas.decis.143.

Filiæ acceptanti legitimam in quantitate, licitè debétur vsurę, seu interesse loco fructuum, sicut debéntur fructus legitimæ in prædiis cósistentis. Ozas.d.decis.143.nu.3.

Vsura, seu interesse permittitur in recompensationem vsusfructus, quando naturaliter ipsa res erat commoditatem allatura. Capic.decisio.65.num.6.

Differunt percipere vsuras ratione vsusfructus, & percipere ipsum vsumfructum: quia vsura semper est certa, sed vsusfructus non. ibid. Capic.nume.11.

Quando emptor, vel venditor pluris, vel minoris, non teneatur, vide Boer.decis.142. nu.4.

An liceat aliquid capere loco vsurarú pro re legata (donec illa soluatur) ex dispositione testatoris, vide Ioseph. Ludo.decis.Luc.24. & Cabal.milleloq.423.& 424.

Cambia solita, & vsitata, non vsura vsuræ, sed sortis principalis interesse, vocantur. Mohe. decis.102. num.3.

Obligatus ad certam dié ratione mutuatę pecuniæ, si pacta non præstiterit, tenetur ad restitutioné, nedum sortis principalis; sed etiá vsurarum (alteri per creditorem solutarum) tanquam interesse. ibid.d.decis.102. num.fin. & decisio. 103.

Contractus, quo pecunia datur, vt lucra, & damna sint cómunia, licitus est. Marc.q.887.nu.12.

Cambia sunt licita dum tamé non fiant in fraudem, & vltra modum, & etiam cambia campsorum, seu mercatorum sunt licita cábiádo vnum florenum ad rationem vnius denarij pro singulo floreno. idé Marc. q.889. Sed an cambia sint vsuraria vide Cassan.in consuet. Burg.tit. *Des droicts* Rub.4.§.23.glo.1. num.53. Et sicca sapiunt vsuram, quæ autem dicátur sicca, & quæ realia, vide Borg.decis.2.de cótract.part.2.

Supra

Supra mutuum licet aliquid recipere ratione iusti interesse. Cabal. milleloq. 288.

Pro periculi susceptione, potest creditor aliqd accipere. idem Cabal. milleloq. 298.

Mercator volens ire ad nundinas, requisitus ab aliquo, vt illi mutuaret pecuniã sub promissione restituendi in certo termino cum lucro, potest licitè hoc facere, & tale lucrũ percipere tanquam interesse lucri cessantis. Cabal. milleloq. 426.

Valet pactum (etiam cessante mora) ꝙ debitor vltra restitutionem sortis, teneatur indẽnem reddere creditorem, tam de damno imminenti, quàm de lucro cessante, puta, si erat impensurus pecunias in mercaturas, vel emptionem prædiorum, vnde tantum erat lucraturus. idem d. milleloq. 426.

In societatibus communiter solet dimidium lucri attribui industriæ, & dimidium pecuniæ. Cabal. milleloq. 427.

Interesse, pensio, & affictus possunt taxari à statuto, à lege, & à partibus in contractibus licitis, & permissis vsque ad octo pro centenario. Borg. decis. 13. nu. 38. de contract. part. 2.

Promittens soluere, vel aliquid dare cum iuramento, non potest impedire solutionem, & executionem vsurariæ prauitatis, nisi notoriè constaret de vsura. ibid. Borg. nu. 49. vide cautelam, ibid. num. 50.

Dans pecuniam de mense Septembris alicui, vt det de mense Ianuari tot oleum ad valutam currẽtem eo tempore, non dicitur committere vsuram: sed quid, si post aliquot tempus debitor emerit tale oleum, certo pretio, & promiserit de nouo pretium illud soluere in tanto oleo, vide Borg. decisio. 14. de contract. part. 2.

Aestimatio quanti plurimi, non potest excedere veram sortem. Borg. ibid. num. 26. fallit in casu, de quo ibid.

Vsuræ vsurarum non debentur; sed si facto calculo ponantur, & vniantur cum capitali, an producãt vsuras in casibus licitis, vide Borg. d. decis. 14 num. 24.

Vtile per inutile non vitiatur in materia vsurarum. Borg. decis. 24. de contract. part. 2. nu. 22. Andr. Gail. obser. 4. & 5. lib. 2. Ideò sors non amittitur propter stipulationem vsurarum. idem Gail. obser. 5. nu. 7.

Vsurarius propriè non dicitur, qui fecit contractum vsurarium, & vsuras non petiit, aut non exegit; aliàs secùs. Borg. decis. 32. nume. 78. de contract. part. 2.

An vsuræ moderatæ in mutuo coacto, peti, & licitè percipi possint, vide Gail. obser. 5. nu. 17.

Qui nullas pactus vsuras, & nihil sperãs ex post facto vltrò quid oblatum à debitore recepit (Baldo auctore) fęnoris crimen contrahit, sed contrarium verius est, vt tradit Pet. Roy. deci. 3. Litua. nũ. 535. in decisio. diuerso. Tom. 2. fol. 411. & plenius decis. 5. ibid. nu. 55 Secùs si aliquid sperabat. ibidem d. decis. 5. nu. 56. & seqq. vide Ludo. à Pegue. in suis quęstio. crim. cap. 32. num. 19.

Creditor non prohibetur recipere vsuras donatas sibi à debitore, quando debitor sponte, & gratis donat, ita quòd creditor non haberet intentionem aliquam huiusmodi lucri. Natt. consi. 417. num. fin. & Fran. Marc. q. 167. part. 2. num. fin.

Non modò damnum emergens, sed lucrũ etiã cessans, absque vitio vsurarum iure petitur. Pet. Roy. decis. 5. Litua. num. 178. & 184. in decisio. diuerso. Sed quando dictum procedat, vide Ludo. à Pegue. cap. 32. in fine, & cap. 33. Nam vsuræ ex causa damni vitandi peti possunt. glo. in c. quoniam 14. q. 4.

Vsuræ materia, forma, & effectus nõ est, vbi nõ est mutuum, nec aliquid simile mutuo, ad illud reducibile, & creditor nihil numerauerit. Raud. tract. de Analog. cap. 12. nu. 24.

Vsuræ relictæ à testatore debẽtur personis, ad quarũ alimenta ille tenebatur, nõ habẽtibus aliquod exercitium, ex cuius proueniẽtibus se possint alere. Raud. ibid. nu. 28.

Vsuræ suspicio cessat ratione dubij euẽtus. Cra. consi. 47. num. fin. faciunt scripta in consi. 145. eiusdem, vide Dec. consi. 111.

Vsura non præsumitur in foro contensioso, imò in dubio contractus, qui solent fieri, debent iudicari liciti, nisi quis solitus sit fęnerari. Craue. consi. 48. num. pen. vide consi. 145. ibi. Roland. consi. 75. lib. 1. nume. 42. Sed quando contractus dicatur vsurarius, vide eundem Crauet. consi. 156.

Vsura non dicitur, fructus ante tempus emere, dũmodo iusto pretio illi emantur. Crau. cõs. 48. num. fin. Sed vtrum sit licitum emere fructus futuros incertos, soluendo pretium tempore contractus, vide Guid. Pap. sing. 496.

Vsurarius non arguitur contractus ex eo solũ, quòd quis sit consuetus fęnerari. Craue. cons. 73. num. 3. tamen vide ibid. num. 8. 9. 17. & 18.

Vsura non dicitur, quãdo disponitur super eo, quod de iure communi conceditur. Crauet. consi. 89. 145. & 189.

Vsurarius non dicitur contractus, quando emptor bouum illos locat venditori ad affanagium, pretio certo bladi singulis annis, addito pacto, quòd periculum mortis pertineat ad emptorem, nisi hoc euenerit culpa venditoris conductoris. Craue. consi. 145. nu. 3.

Vsuræ suspicio cessat in eo, qui rei periculum in se suscipit, excepto contractu mutui. Crau. ibid.

ibid.num.5. glos. in cap. si fęneratoris 14.q.3. Nam casus dubius fortunæ facit licitū, quod aliàs esset illicitum,& reprobaretur.Dec.cōs. 115.nume.4.

Vsura non committitur,nisi in mutuo vero, vel ficto ex conuentione partium. Crau.d.consi. 145.nu.6.& nu.17.

Cessat vsuræ suspicio,vbi est Iustitia pretij:& valor rei dicitur minor ratione oneris adiūcti, & ratione difficultatis in exigendo. Crauet. d.consi.145.nu.7.& 9.

Vsurarius non præsumitur contractus ex vnica coniectura; sed pluribus opus est. Crauet. d. cōsi.145.n.10.Sed an in dubio cōtractus p̄sumatur vsurarius, vide Rol. consi.90. & consi. 95.vol.4.Menoch.consi.109.nu.24.

Insolita pacta arguunt malam fidē, & suspicionem inducunt:& cōtrà, vsuræ suspicio cessat, quando in contractu quis se refert ad solitū Patriæ super talibus contractibus.Crauet.d. consi.145.nu.14.

Vsurarius an dicatur contractus socidæ, in quo fit conuentio, quòd liceat tradenti animalia in socidam de tēpore diuisionis aliqua præcipua detrahere,vide Craue. d.consi.145.nu. 15.De hoc contractu,& omni specie contractus socidæ vide per Cassan.in consuet.Burg. tit.*Des droicts* Rub.4.§.23.glo.1.nu.54. & seqq. & infra lib.2.tit.de societa.

Quando opponitur contra aliquem contractū, illum esse vsurarium, ad sciendum an sit huiusmodi,vide Crauet.d.consi.145.

Vsura non dicitur mutuare bladum,vt illud restituatur in mense Maij: item non dicitur, vēdere bladum pretio, quod valebit in eodem mense, quando aliàs quis bladum vēditurus non erat.Craue.d.consi.145.nu.23.

Quando toleretur vsura, & quando non, vide Crauet.consi.189.Cassan.in consuetud.Burg. tit.*Des droicts* Rub.4.§.23.glo.1.Quò loci idem Cassan.scribit casus, in quibus asserit vsuras esse licitas, vide etiam Ias.de actio.§ fuerat, nume.18.

An salua conscientia,quis possit maiori pretio vendere ad tempus, quàm si de præsenti, & statim pretium solueretur, vide Dec. consi. 111.Quòd tunc vsura cōmittatur,scribit Natt. consi.417.num.4.

Rusticus excusatur à præsumpta vsurarum fraude,propter iuris ignorantiam, quod procedit etiam in minore, & muliere. Natt.consi. 586.& Ioan.de Arnono sing.91.

Vsurarius actus dici non potest, qui communiter existimabatur vt licitus in regione, & inter mercatores frequentabat̄.Natt.cons.586.

Vsura pro concurrenti quantitate interesse est debita omni iure,& p̄missa,probato interesse: ideò si creditor propter moram debitoris acceperit pecuniam sub vsuris,eas à debitore licitè petere potest. Rol.consi.35. vol.1.

Vsura an sit permissa de hoste,ad hostem, vide Ludo.Roma.sing.269.

Vsurarius ille non dicitur, qui pecuniam accepit sub vsuris, & illam dedit alteri eius socio hoc pacto, quòd ipse vsuras solueret. idem Roma.sing.342.

Vsuræ quando possint de mente iuris Ciuilis exigi,& vt interesse peti,vide Bar.in l.1.C.de summa Trinit.nu.6.& 8.

Vsuræ an possint peti post sententiam, licèt Iudex possit sine libello ad vsuras licitas condēnare,vide Bart.ī l.si deposita 4.C.depositi.

De iure Ciuili in contractu bonæ fidei secundū opinionem Barr.veniunt vsuræ, seu interesse à tempore moræ, & ex nuda cōuentione. idē Bart.in l.Lucius 24.ff.depositi.

Quàdo debetur, & relinquitur pecunia ad percipiendum aliquid, & mutuo traderetur sub vsuris,quomodo hodie procedat̄, vide Bart. in l.diui 88.ff.ad leg.Falcid.

Mutuum implicitè potest etiam esse in contractibus emptionum, ita vt illi dici possint cōtinere vsuram propter intentionem lucrādi. Ozas.decis.95.nu.36.

Fructus pro vsu pecuniæ non debentur:quia pecunia caret vsu.Afflic.decis.87.

Vsurarius contractus an præsumatur continēs pecuniam debitam ex mutuo, & ex venditione alicuius rei,& constat in facto, ꝙ confessio dictæ rei fuit facta sub spe futuræ consignationis,vide Capic.decis.175.

Vsurarij, qui recipiunt promissionem de vera sorte habentes rem sterilem,& nomina debitorum, & iura sua vendunt mutuum recipiēti, malè faciunt, & talis contractus rescinditur.Capic.d.decis.175.

Iudex supplere potest,nedum post vsuras solutas,vt fiat earum restitutio, sed etiā ante solutionem,vt earum nulla fiat exactio. idē Capic.d.decis.175.

Vsura an dicatur,si vidua non habens aliunde vnde se alat, paciscatur cum hæredibus mariti de dando certum quid annuum, donec soluatur dos,vide Crauet.consi.89.nume.3.& cons.189.Rol.consi.55.vol.2. & infra titu.seq.

Qui ex mutuo aliquid præter sortem accipit, vsuram committit.Franc.Marc.quæst.887.nu. 16.Quæ propriè in mutuo habet locum. idē quæst.21.part.2.

Sicut pęna adiecta dationi quantitatis, præsumitur in fraudem vsurarū; ita interesse à principio taxatum.Iaff.Lanf.Balb.decis.355.

Vsura dicitur nequissima rapina, & furtum, & omni iure prohibita:& vsurarius, qui credit

vsuram

vsuram non esse peccatũ,est hæreticus.Borg. decis.1.& 2.de contract.part.2.

Contractus iudicatur vsurarius, cõcurrentibus tribus coniecturis simulationis, de quibus vide per Borg.d.decis.1.nu.7.

Contractus quot, & quibus coniecturis dicatur vsurarius,& pignoratitius,licèt sit celebratus sub nomine emptionis, & venditionis, vide Borg.decis.13.de contract.part.2.

Coniecturæ approbatæ à lege,& à Doctoribus, reddunt contractum pignoris simulatum, & vsurarium; sed quæ sint,vide eundem,decis. 32.nu.57.& seqq.de contract.part.2.

Locatio, seu conductio præsumitur simulata, & sapere vsurariam prauitatem,& naturam pignoris ex coniecturis, sicut quilibet alius cõtractus;sed quæ sint hę coniecturæ,vide eundem Borg.ibid.nu.55.

Emens, vel recipiens ab aliquo rem suspectam vsurariæ prauitatis,eo modo,quo primus receperat,dicitur subintrare in locum primi recipientis,& cõtractus dicitur vsurarius, sicut primus.Borg.ibid.nu.74.

Conuentio de eo,quod interest,contractus tẽpore facta, vsuraria est, si sit interesse lucri cessantis; secùs si damni emergẽtis. Gail.obser.5.nu.6.lib.2.

Vsuræ tam humanis,quàm Diuinis legibus sunt prohibitę regulariter:sed quid sit vsura,quid fęnus,vnde dicatur, & ferè totam materiam vsurarum vide per Pet. Roy. decis.5.Litua.in decisio.diuerso.fol.457.& seqq.

In quibus casibus cõmittatur vsura, vide Ludo. à Pegue.in suis quæstio.crimin.cap.31.

Vsura per prius,seu strictè, & propriè,accipitur pro eo,quod accedit vltra sortem in mutuo: sed per posterius,seu largè,accipitur pro accessione, vel augmento successiuo sortis in quantitate existentis, ex quacunque causa. Raud.tract.de Analog.cap.1.nu.6.& 9.

Vsura quãdo arguatur ex qualitate creditoris, vide Craue.consi.73.nu.10.

Non est licitum etiam mercatori pręcisè de aliquo interesse pacisci ante moram restituẽdæ pecuniæ, etiam si mercator ex illa tantum lucrum fuisset verisimiliter facturus, & vbi talis pactio fiat dicitur vsuraria,& non habetur loco interesse.Craue.consi.87.num.fin. vide plenius in consi.189.num.7.Nam licitum minimè est ab initio cõuenire,vt soluatur certa quãtitas pro vsura,seu interesse.Dec.cõs.119.

Vsura dicitur quando testator mandat,vt legatarius percipiat fructus rei hypothecatæ, donec solutum sit legatum.Craue.consi.89.

Aequalitas pactorum fidem bonam in contractibus arguit:& contrà,vsura arguitur ex inęqualitate pactorum,vt quando vnus sociorũ vult in lucro tantùm participare, non etiam in damno.Craue.consi.145.nu.13.

De quodam contractu illicito, quem solent facere mercatores cum Principibus,& aliis Magnatibus, quòd eis liceat capere pecuniam mutuatam ad cambium, & illã possint cambiare,& recambiare semel,& pluries, vide ꝑ Ludo.à Pegue.in suis quæstio. crimin. cap.33.

Vsurarius an præsumatur cõtractus ex pacto de retrouẽdendo,& ex modicitate pretij, vide Craue.consi.156.& infra lib.2.tit.de pact.int. empt.& vendi.

Vsura toties committitur,quoties aliquid (etiã modicum) sorti accedit. D. Sol.in constitut. antiq.Sabaudię glo.2.super decreto,rem duram tit.de vsu.fol.180.& Menoch. consi.109.

Vsura iure ordinario, & propriè solũ in mutuo cadit, tamen ex decreti dispositione potest cadere iure indirecto in aliis contractibus. idem D.Sol.ibid.Imò hoc etiam procedit de iure communi.Menoch. d.consi.109. vol.2. & Gail.obser.5.lib.2.

De speciebus cõtractuum fęneratitiorum vide per eosdem D.Sol.ibid.& Menoc. d. cõs.109.

Vsura arguitur ex præcedenti tractatu. Menoch de Arbitra.cas.470.nu.11.vide tamen ibid.

Fęnorum improbatione, creditor non potest repetere, & exigere lucra manantia ex pecuniis à se mutuo datis.Dec.consi.116.

Vsurarius videtur,qui personis indigẽtibus frumento,dat pecuniam,ita vt ea conuertat in frumentum,& illud censeatur datum cum pacto,quòd solueretur pretiũ ipsius per mẽsem Maij.Natt.consi.369.

Vsurarius censetur creditor mutuans frumentũ cum pacto de recipiendo illud eo tempore, quo verisimiliter erit preciosius, & aufert libertatem debitori soluendi ante illud tempus.Natt.d.consi.369.

Emptio grani facta viliori pretio propter dilationem datam ad mensurandum, & illud tradendum, quando dicatur prohibita, & vsuraria,& contrà,vide Natt.consi.670.

Contractus vsurarius esse præsumitur,vbi pacta in eo inserta tendunt omnia ad fauorem creditoris, & onus ad debitorem spectat. idem ibid.nu.10. vide Menoch.cons.109.lib.2.

Coniectura fęnoris ducitur à persona emente, quia tanti bestias non emisset, si mutuũ aliàs habere potuisset:quia quod plus pretij numerare ꝓmisit,ob causam mutui promisit; ideò talis contractus dicitur fęneratitius. vide Menoch.d.consi.109.vol.2.

Iuramentum quando adhibetur contractibus suspectis, illi redduntur magis suspecti.Menoch.ibid.nu.17.

Fęneratores recipiunt promissiones de vera sorte,

te, deinde res ſteriles, vel nomina debitorũ non ſoluendo, vendunt illi, qui mutuum ſuſcepit. Menoch. d. conſi. 169. nu. 18. Nam venditio nominis debitoris non ſoluendo à conſueto fęnerari, præſumitur in fraudem vſurarum facta. Roma. ſing 445.

Dominium rei datæ in ſolutum à debitore creditori vſurario, non tranſit in illum. vide Tamen Menoch. conſi. 300. lib. 3.

Doctor mutuans Scholari, vt intret ſecũ, committit vſuram. Anto. Corſet. in ſuis ſing. litera D. ſing. Doctor, & Pet. Roy. deciſio. 5. Litua. nu. 65. in deciſio. diuerſo.

Quando dicatur contractus factus in fraudem vſurarum, adeò quòd præſumatur ſimulatus, & qualiter hoc probetur per coniecturas, vide Bart. in conſi. 19. vol 2.

Contractus licèt ex ſui forma non appareat vſurarius, iudicatur tamen ſimilis propter mentẽ contrahentiũ: & vendens rem plus, quàm valeat, cenſetur vſurarius. Abb. conſi. 5. par. 1.

Ex eo, quòd emptor locat rem emptam venditori, & diù patitur venditorem poſsidere, vẽditio videtur ſimulata, & pręſumitur contractus vſurarius, maximè ſi ab vſurario fiat. Abb. conſi. 12. part. 2. Aliàs vſura non oritur ex vno contractu locationis. Abb. conſi. 15. part. 1.

Quicquid ſupra datum recipitur, vſura dicitur: idem, quando amplius, quàm debetur, exigitur. c. 2. 3. 4. & fin. 14. q. 3.

Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit, vt plus vẽdat, veluti ſi quis emat tẽpore meſsis granum vilius, & ſeruauerit, donec carius vendatur. c. quicunque 14 q. 4.

Si aliquis vẽdat merces, quæ modo valent quatuor, & faciat pactum, vt illi dentur quinque ad terminum præfixum, hoc non eſt vſura, ſi dubium eſt, quanti poſſent valere merces illæ in termino præfixo, quod procedit ſi tempore contractus venditor non erat vendíturus; aliàs eſſet vſura. glo. in d. c. quicunque.

Vſuræ dicuntur acceſſoriæ principalis debiti, adeò ꝙ dilatio conceſſa ſuper ſorte, dicatur conceſſa ſuper vſuris. Ozaſ. deci. 129. num. 11.

Iudex laicus poteſt ſuper cauſa vſuraria cognoſcere (cùm ſit mixti fori) & vſurarios punire, & Princeps ob ſubditorum vtilitatem vſurarios tolerare non debet. Ozaſ. deci. 137. vide Fran. Marc. q. 535. Cabal. milleloq. 305. Ludo. à Pegue. in ſuis quęſtio. crim. c. 30 & 35. D. Sol. in ſuis cõment. gl. ſuper decreto, rem duram tit. de vſur. Maran. in ſuo Spec. part. 6. titu. & peruenit aliquando per viã inquiſitionis, nu. 108. & alibi ibid. in 4. diſput. fol. 569. Rol. conſ. 75. vol. 1. & cõſ. 95. vol. 4. Natt. cõſ 369. Sed an punitus de vſura per Iudicẽ Eccleſiaſticum, poſsit denuo puniri per ſeculare, vide Marc. d. q. 535. num. 13.

Vſurarum exactio non permittitur propter malum vitandum: & inferior non poteſt permittere quod vetuit Superior. Afflic. deciſ. 22.

Iudex Eccleſiaſticus; & non ſecularis debet cognoſcere de contractu vſurario, niſi ſtatutũ imponeret pęnã vſurariis, aut ageret ad declarationem pignoris ſolùm, vel notoriũ, aut manifeſtum eſſet contractum eſſe vſurarium. Borg. deciſ. 24. nu. 25. de contract. par. 2. vide deciſ 32. nu 77. ibid.

Cùm agit de vſuris, põt Iudex in qualibet parte litis ex officio ſuo (deficientibus probationibus) exigere à partibus iuramentum de veritate dicẽda. c. ex litteris 32. ex. de iureiuran.

Vſurariis variæ pęnæ inductæ ſunt, tam de iure Canonico, quàm Ciuili, vide Ozaſ. d. deciſio. 137. nu. 2. Quod intellige, vt ibid. num. 14. Sed qualiter criminaliter illi puniri poſsint, vide Cabal. milleloq. 306. Ludo. à Peg. in ſuis quæſtio. cap. 30. nu. 18. & cap. 31.

Vſura eſt contra legem Diuinam, Naturalem, Canonicam, & Ciuilem, ſed quare, vide Oza. d. deciſ. 137 nu 6 Et crimẽ vſurarũ, eſt grauiſſimum, & rapinę ſimile. Abb. conſi. 113. part. 2.

Conſuetudo ſuper vſuris non valet. Afflic. deciſ. 91. nu. 8. Ideò talis conſuetudo non excuſat etiam à pęna tẽporali. Ludo. à Pegue in ſuis quæſtio. criminalibus, cap. 34. vide Pet. Roy. deciſ. 5. Litua. nu. 87. in deciſio. diuerſ. & Cra. conſi. 145. nu. 12. Rol. conſi. 75. D. Sol in antiq. conſtitutio. Sabaudiæ, titul. de vſuris, gloſſ. 1. fol. 179.

Peccatum non eſt in promittente ſoluere vſuras. Guid. Pap. q. 581. Et per conſequens pęna dantis ad vſuras, non extenditur ad recipiẽtem. Boer. deciſ. 48. nu. 4.

Teſtis, Aduocatus, Procurator, mediator, & auxilium præſtans vſurariis ſcienter, ſunt periuri, & infames, & mortaliter peccant, ita refert Borg. deciſ. 13. nu. fin. de contract. part. 2.

Mediatores interuenientes in cõtractibus vſurariis, etiam tenentur ad reſtitutionem; tamẽ ſolùm tenentur de dolo, & lata culpa. vide Pet. de Rauen. ſing. 546.

Notarius recipiens inſtrumentũ vſurarũ, periurus, & infamis efficitur, & perdit officium. Andr. Gail. obſer. 4. lib. 2. Sed quibus pęnis puniatur, vide Ludo. à Pegue. in ſuis quæſtio. cap. 33. Notarius enim non poteſt ſcribere inſtrumentum continens vſuras. Menoc. cõſi. 300. num. 84. lib. 3.

Ex ſolo contractu vſurario, nullis perceptis adhuc vſuris, quis non punitur criminaliter, licèt contractus declaretur nullus, & fęneratitius. Rot. Auen. deciſio. 48. in deciſio. diuerſ.

Tom.3.vide D.Sol.in antiq.cōstitutio. Sabau diæ, gloss. 1. super decreto, rem duram, tit. de vsuris,nume.fin.

Vsurarius manifestus non potest testari,nec donare causa mortis: sed qualiter cognoscatur vsurarius manifestus,vide Raud.trac.de Analog.num.43. & seqq. Et hæc conclusio multis modis ampliatur, & declaratur per Ludo. à Pegue.in suis quæstio.crimin.cap.31.

Principes seculares possunt in suis Principatib. arbitrariè imponere pęnas contra vsurarios. idem Ludo.à Pegue.d.cap.31.

Vsuræ, quæ committuntur circa mutuum, vel alios contractus, omnino decreto antiquo Sabaudiæ,prohibentur,sub tit.de vsuris,li.3. vide D.Sol.in suis comment. super ipsis constitutio.fol.179.

Vsurarius criminaliter vtrū puniri possit,tradūtur diuersæ opiniones per eundem D.Sol.ib. glo.1.super decreto,rem duram eod.fol.179. vide Crauet.cons.6.nu.101. Sed qua pęna puniri possit,vide Sol.ibid.num.8.& seq. & Rol. consil.75.vol. 1.

Domini terrarum cogere possunt vsurarios ad edendum libros rationum,si iam præcesserit informatio eos esse tales; alias secùs. idem D.Sol.super ipso decreto, rem duram.glo.2. fol.181.

Priuilegia, ac constitutiones fauentes exactioni vsurarum, inualidæ sunt: tamen inhibitio Iudicibus, & Fiscalibus facta, ne quempiam sub prætextu vsurarum molestent,debet valere. D.Sol. ibidem.

Hæredes vsurarij tenentur etiam vsuras restituere,idem ibid.num.fin.

In crimine vsurarum deuenitur ad torturam, stantibus indicijs.Maran.in suo Spec. part. 4. distinct.9.iudi.num.167.vide ibid.part. 6. tit. & peruenitur aliquando per viā inquisitionis, num.127.

Vsurarius potest inquiri per Iudicem etiam ad commodum partis.Maran.ibidem part.6.tit. & peruenitur aliquando,num. 106. Et compelli potest ad vsurarum restitutionem.ibid. Maran.num. 107.

Vsurarij de iure Canonico, qua pęna puniantur, vide Maran.ibid.num.111.116.& 121.

Quis sit vsurarius manifestus, quibus probationibus talis probetur,& quib. pęnis (maximè spiritualibus)puniatur,vide Menoch. de Arbitra.li.2.cas.235.& cas.398.vbi plenè de materia vsurarum.

Vsurarij hodie ipso iure sunt infames, infamia ciuili. Math.Mathes.sing.49.

Vsuræ indistinctè sunt prohibitæ de iure Canonico,& dicens cōtrarium,vt hæreticus punit. ibid.d.sing. 49. Et lex earum obligationi resistit. Bartol. in l. si non sortem 26.ff. de condi. indebit.

Testamentum fratris instituentis vsurarium,potest per querelam inofficiosi à fratre rumpi. idem Mathes.d.sing.49.

Vsuræ quædam sunt meræ lucratiuæ, quædam damni restitutiuæ,& aliæ commodi percepti recompensatiuæ. Ioseph.Ludo.deci.Luc.21. num. 28.

An licitum sit dare pecunias mercatoribus, & campsoribus in depositum cum certo lucro, quando mercator aliquid reddit de lucro, saluo capitali, nullo ab initio pacto interueniente,vide Franc.Marc.q.887.

Quis non potest dare pecuniam negotiatori, vt aliquid sibi daret, vel partem sibi faceret de lucro faciendo ex pecunia,nisi contracta sit societas ad hoc, vt periculum pecuniæ sit commune.vide Abb.consi.114.part.2.

Mutuans pecuniam ad mercandum, & ad medium lucrum,& damnum, non dicitur cōtractum vsurarium facere,sed societatis, secundum Guid.Pap.q.186.Sunt tamen qui tenent contrarium, vt ibidem refert idem Pap. vbi fit mentio, de quodam tractatu materiæ vsurarum.

Debitor sub vsuris,si fiat creditor sine vsuris,liberatur ab illis.Rot.Genu.decis. 34. Et debitum hincinde vsurarium, compensatur. l. in insulam 33.§.vsuras.ff solut.matrimo.

Non solùm qui exigit vsuras, sed etiam illius hæredes, tenentur ad restitutionem. Rot. Genu.decis.193.nu.7. vide Bar.in l.vnica,nu. 12. C.ex delictis defunctorum.

An vsura formalis, & in pactum deducta, non obliget ad restituendum, facta postea spontanea remissorie vsurarum solutarum, vel liberali solutorie animo donandi facta post mutui restitutionem,vel liberationem,vide Gasp.Cabal.milleloq. 285.

Hæredes an ad vsuras legati, vel fideicommissi teneantur, vide Ias.de actio.in §. sequens, versi.ex maleficiis,num.23.

Iudex cogere non potest creditorem vsurarij ad accipiendum in solutum creditum manifestè vsurarium. Menoch.cōs. 300.n.64 lib.3.

Vsurarius tenetur restituere,ne dū rem sibi datam in solutum; sed & fructus. Menoch. ibid. num.4.Et vsuras soluens repetit: quia quadā necessitate soluere dicitur.ibid.nu.13.

Vsurario prodest remissio vsurarum, sed potest Episcopus extorquere vsuras remissas, & dare pauperibus.Roma.sing.796.

Si debitor faciat pactum creditori,quòd lucretur, & faciat fructus suos rei hypothecatæ, an tale pactum sit validum, vide Guig. Pap. singu. 502.

Qui

Qui ſe obligat ad vſuras, ſoluere illas non cogitur, niſi iuraſſet, quo caſu cõpellitur, ſed repetit. c. debitores 6. ex. de iureiuran.

Qui iurauit vſuras non repetere, poteſt iuramẽto nõ obſtante, ex noua cauſa repetere. c. ad noſtram 20. eod. tit.

Debitor repetens poſſeſsionem ſuam alteri pignoratam, non obtinet condemnationem ſuper fructibus, niſi probet quantitatem perceptam per creditorem. Abb. conſi. 113. part. 2.

Quando contractus præſumatur vſurarius, & quid tunc agendum circa reſtitutionem rei, & fructuũ cum vſuris, vide Abb. ibid.

Hæres an teneatur ad vſuras poſt moram: & Iudex qualiter taxare, & ſtatuere vſurarum modum debeat, vide l. apud 40. §. in vſurarum, de legat. 1.

An vſuræ rei iudicatæ debeantur ipſo iure, licèt non ſint deductæ in condemnatione, & debeantur & ſi recepta ſit ſors abſque proteſtatione, vide Vincen. de Fran. deciſ. 21.

Hæres, & non fideicommiſſarius, tenetur ſoluere intereſſe, decurſum durante tempore reſtitutionis, creditoribus hæreditariis, ſi ipſe hæres fuerit interpellatus, & denegauerit ſoluere; aliàs ſecùs. Vinc. de Fran. deciſ. 49.

Non modica eſt inter Doctores altercatio, ſi debitor non habeat cui ſoluat, an teneatur ad vſuras, in qua quęſtione tradũtur nonnullæ diſtinctiones, per eũdẽ de Fran. deciſ. 227.

Sola oblatio impedit commiſsionem pęnæ, & curſum vſurarum futuri temporis. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 359.

Dies regulariter interpellat pro homine, etiã quo ad curſum vſurarũ, ſeu intereſſe. Myſing. obſer. 95. cent. 3.

Debitor offerens creditori ſortem cum reliquis etiam extra iudicium, liberatur à curſu vſurarum, & reditus. Cabal. milleloq. 327. part. 1.

In debitis ex conuentione, requiritur conſignatio; & non ſufficit ſola oblatio. idem, milleloq. 330.

De interuſuris quidam particulares caſus referuntur per Cabal. milleloq. 425.

Doctores Canoniſtæ, & non Theologi, attendi debent in materia vſurarum, & pignoris, quo ad forum iudiciale; ſecùs in foro conſcientiæ. Borg. deciſio. 2. nume. 33. de contract. part. 2.

Eo quòd venditor rem tradidit omni iure vſuras, ſiue intereſſe pretij non ſoluti, repetit, æquitate dictante, quod procedit etiam ſi emptori mora deſcribi nequeat, quòd pretium non ſoluerit, veluti quia venditor promiſſum fideiuſſorem non dederit. Mago. deciſ. 143. num. 17. Rot. Floren.

Vſura toleratur tanquam intereſſe in venditione, & emptione, ſed commenſurari debet ad valorem fructuum, non ad pretij quantitatẽ. Crauet. conſi. 105. nume. 11. Natt. conſi. 494. Sed an ſemper hoc verum ſit, vide eundem, Crauet. conſi. 189. & Rot. Genuen. deciſio. 193. nume. 3.

Soluta parte pretij rei venditæ, remittitur pars vſurarum. Abb. conſi. 66. in fine part. 1.

Emptor pretium rei non ſoluens tenetur ad intereſſe ratione fructuum perceptorum. l. 5. & 13. C. de actio. empt. Afflic. deciſ. 20. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 53. Et tunc vſuræ ratione intereſſe licitè peti poſſunt. Rot. Genu. deciſ. 136. num. fin. & deciſ. 184. Capic. deciſio. 183. Marc. q. 889. Bart. in d. l. 5. C. de actio. empt. & in l. 20. ff. eod. vide Abb. conſ. 66. par. 1. facit l. fin. ff. de peric. & commod. rei vend.

Fallit, quãdo imminet periculum euictionis in limine contractus, & venditor non obtulit fideiuſſorem de euictione, tũc enim emptor facit fructus ſuos, ſecundum Afflic. d. deciſio. 20. in fin. vide tamen infra lib. 2. titu. de actio. empt. & vendi.

Venditor non poteſt petere vſuras pretij pro tempore, quo percepit fructus rei venditæ. Capic. deciſ. 19.

Tertius poſſeſſor an teneatur offerre creditori hypothecario etiam vſuras, ſi vult habere rẽ, vide Rot. Auenio. deciſ. 109. in deciſ. diuerſo.

Intereſſe non debetur, pendente tempore ſuperſeſsionis factæ in cauſa. Papon. lib. 15. tit. 4. arreſt. 2.

Debitor, vt vſuris, ſeu intereſſe liberetur, ſortẽ offerre, & deponere tenetur, & circa hoc depoſitum, octo obſeruare debet, de quibus vide per Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 232.

Soluentes vſuras nõ poſſunt illas repetere à filia dotata de ipſis vſuris. Hippol. ſing. 67.

Vſuræ in depoſiti actione; ſicut in cæteris bonæ fidei Iudiciis, ex mora veniũt, ſecundum ius Codicis. l. 2. & l. Lucius 24. C. depoſi. Quo iure deductæ in pactum contractui incontinenti appoſitũ, iure actionis debetur; aliàs ex mora officio Iudicis in contractibus bonę fidei. l. in initio 5. C. de pact. int. empt. & vendit.

De vſuris legatorum, & fideicommiſſorum vide in tit. C. de vſur. & fruct. legat. Et de vſuris rei iudicatæ, in tit. C. de uſur. rei iudic.

In cõtractibus bonæ fidei ex nudo pacto iure fforum debentur uſuræ. l. Publia 26. §. Lucius. ff. depoſiti.

Eo iure in actione pro ſocio poſt morã uerã, uel fictam, ueniunt uſurę, & intereſſe contra ſociũ; ſecùs cõtra hæredes. l. ſociũ 61. ff. pro ſocio.

Quando pęna conſiſtens in quãtitate ſolutioni quãtitatis adiicitur, in fraudem vſurarum vĩ

adiecta.l.Iulianus 14.§.idē Papinianus.ff.de actio.empt.& vend.

Quæ veniunt Iudicis officio (vt vsuræ) mercenario principaliter peti nō possunt.l. qui per collusionem 51.§ fi.eod.tit.

Creditor petens pro tempore, quo iam recepit vsuras, repellitur exceptione doli.l.2. §. non malę. ff.de dol.mal.excep.

Non currunt vsurę, creditore existente in mora recipiendi. l. qui Romæ 122. §. Seia. ff. de verbo:obliga.

Cursus vsurarū ex natura actionis præcedens, in stipulatione nouante non intelligitur repetitus. l. emptorem 27. ff. de nouatio. & delega.

Vsuræ prohibitæ regulariter sunt, & penitus à Christianis debent extirpari.glo.in l.cùm stipulati 90 ff.de verbo.oblig.

De vsuris latè scribunt Doctores in l. vnica. C. de senten.quæ pro eo, quod interest.

De interesse vide supra tit. proxim.

De vsuris dotium.

Vsuræ ratione retardatæ solutionis dotium promissarum, licitè à marito peti possunt.Ozasc.decisio.132. Boer.consil.6. vide Crauet. consil. 189 num.9.Ias.de actio.in §.fuerat, num.17.Natt.consi.495. Et hoc ratione damni, quod ille sensit ex eo, qa præstat alimenta vxori ex proprio.Cassan. in consuetud. Burg. tit.*Des droicts* Rub.4.§.23.glo.1.nu.8.Bart. in l. atqui 20.§.non tantum.ff. de nego. gest. & in l.43 §.vsuras.ff.soluto matrimo.& Abb.consi. 39.part.2. Sed quæ requirantur ad hoc, vt debitor dotis teneatur ad vsuras, vide Capic. decis.65.& Bar.in l.pater 17.ff.de dol. mal. & & met. except.

Vsuræ, seu alimenta pro dote non soluta, debētur per totum tempus, etiam si maritus, vel mulier steterit per viginti annos, & non petierit ipsam dotem. Gram.decis. 70. vide tamen decis.103.num.29.ibid.sed an per lapsū decennij censeantur remissę, vide Mago.decis.83.Rot.Flore.Ias.de actio.in §. fuerat, nu. 20. Rol.consil.65.volum.4.Dec.consi. 571. & infra in hoc tit.

Maritus sustinens onera matrimonij, potest interusutium dotis petere post biennium à tēpore contracti matrimonij.Capic.decis.183. vide Franc.Marc.quæst. 308. Gramma. decis. 70.& Boer.consil.6.

Quod dicitur vsuras pro dote deberi currere post biennium à die contracti matrimonij, quomodo intelligatur, vide Ias. de actio. in §.fuerat,num.20.Cassan. in consuetud. Burg. tit.*Des droicts*. §.23.glo.7.

Ipsa conclusio limitatur primò, quando dies fuit dicta.Ias.& Cassan. ibid.

Secundò limitatur, quando interuenit interpellatio, tūc enim incipiunt currere à die interpellationis.Ias.in d.§.fuerat,nu.20. & Cassan. d.glo.7.num.6.

Interesse dotis non solutæ potest taxari conuētione partium, dummodo non sit excessiuū, & debetur etiam si maritus nō sit solitus negotiari.Ioseph.Ludo.decis.Luc.21.nu.37.Hiero.Mago. decis.83.Rot. Floren. num. 3. uide Dec.consi. 119. Et dictum interesse debetur, licèt dos fuerit collata in arbitriū tertij, vel fuerit deposita penes mercatorem. idem Ludo.d.decis.21.num.48.50.& 54.

Cessionarius mariti an possit vti beneficio c. salubriter, vide Cabal.milleloq.434.

Statutum valet, quòd ob moram dotis, soluatur certum quid. ibid. milleloq. 435. Sed an per statutū possit induci, quòd pro dote soluatur ad rationem decem pro centenario vide Ias.de actio.in §.fuerat,nu.19.

Vsuræ dotis à patre promissę sine præfinitione temporis, debentur viro à die traductionis suæ vxoris ad domum, & ita constituitur pater in mora irregularis; secùs erit ī extraneo dotem promittente. Mago.decisio.83. Rot. Floren.

Ad interesse (quod debetur iure actionis) maritus agere potest, etiam recepta integra dote, nulla facta protestatione, & reseruatione. vide Mago.d.decis.83.

Vsuræ promissæ marito, seu interesse pro oneribus matrimonij, debentur hæredibus mariti, quando maritus in vita illas non exegit. Dec.consi.571.& Natt.consi.495.

Dote non soluta suo tēpore, maritus licitè vsuras, seu interesse petere potest, quod declara primò, vt procedat solùm in marito; secùs in successore, ipso viuente, vel mortuo; nam vsuræ nō debentur ex dote, nisi ꝓpter onera matrimonij: & quia in alio successore cessat causa, illa sublata, debet cessare effectus. Cassan.in consuetud. Burg. tit. *Des droicts*. Rubr. 4.§.23.glo.1.num.16.

Secundò limita conclusionem, quando mulier aliquid operatur in domo, quod posset sufficere ad onera matrimonij suportanda. Cassan.ibid.num.17.

Tertiò limita, quando maritus per totum tempus matrimonij tacuit, & non petijt vsuras, seu interesse dotis sibi non solutæ; quia tunc ipsum silentium continuum inducit tacitam remissionem vsurarum. Cassan. in consuetu. Burg.tit.*Des droicts*.Rub.4.§.23.glo.1.nu.17.facit l.vir vsuras 55.ff.de dona. inter vir.& vxo.

Sed

sed Natt.in hac vltima limitatione tenet cōtrarium,consi.495.

Qui promittit vsuras dotis,seu interesse, videtur ipsam dotem promittere. l. 2. C. de dot. promissio.

Si vir, vt vir alit vxorem, debet habere vsuras dotis integras: sed si alit vt minister, debet habere ipsas vsuras solùm vsque ad concurrentem quantitatem alimentorum. l. creditor 60.§.si inter.ff.mandati.

Marito non debentur vsuræ,qui non alit vxorē. l.in insulam 43.§.vsuras.ff.solut.matrimo.Vel aliter non sustinet onera matrimonij; nā pro illo tempore,illi non debentur vsuræ dotis.l. cum post 70.§.in domum.ff.de iure dot.

Alens filiam, quam nuptui tradidit,non tenetur ad vsuras tardius solutę dotis,licèt per errorē promiserit.l.pr 17. ff. de dol. mal.excep.

Debitum ex causa dotis transfusum in causam mutui, vt quia fuit facta confessio dotis, & deinceps stipulatio ipsius, an transeat cum eisdem priuilegijs,quo ad cursum interusurij dotalis,vide Capic.decis.183.

Interesse, vel vsura dotis non solutæ propter moram commissam in restitutione,an possit exigi per mulierem viduam,vide Afflic.deci. 284.Fran.Marc.q.308. Capic.decis.65. nu.fin. Gram.decisio.103.nume.91.97.& 98. Cabal. milleloq.433. Papon. lib. 15. titu. 4. arrest. 1. Borg. Caual. decis.24. de contract.part.2.nu. 22. Rot.Auenio. decis.95.in decisio. diuerso. Tom.3.num.8.Ias.de actio.in §.fuerat, nu.17. 18.& 24.Rol.consi.35.volum.1.num.6. Bar.in l. in insulam 43.§. vsuras. ff. soluto matrimo. & consi.128.volum.2. Abb.consi.39. part.2.& Perillust.D.P.Tessau.decis.43.

Vsuræ meræ lucratiuæ sunt omni iure prohibitæ,etiam in materia dotis.Ioseph.Ludo.deci. Luc.21.nu.29.30.& 52.

An valeat consuetudo,vel statutum, ꝙ si hæredes mariti post solutum matrimonium non restituerint dotem,teneantur ad certam vsurā,vide Cassan.in cōsuetu.Burg.tit. *Des droicts* Rub.4.§.23.glo.1.nu.18.

Vsuræ dotis,quas vulgus alimēta appellat, sunt fauorabiles, adeò quòd illas toleret ius Canonicum.Rol.consi.65.vol.4.

Vsuræ augmenti nuptialis, non debentur, neq; solui debent:quia solueretur vsura vsuræ, qđ nusquam permissum est.Afflic.decis.291. Sed contra Afflic.fuit postea decisum,vide Perillust.D.P.Tessau.decis.45.

An id,quod ratione morę soluendæ dotis legatur,sit vsura,vide Put.decis.106.lib.1.

Pro legato dotis facto ab extraneo,non debētur vsuræ, tamen, pendente lite,subuenitur mulieri,cui fuit factum tale legatum, de aliqua parte ipsius per modum prouisionis. Papon.lib.15.tit.4.arrest.2.

Fructus dotis filiæ per patrem relictæ, debētur à die mortis patris: quia cedunt loco alimentorum.Menoch.consi.81.nu.60.vol.1.

De vsuris pupillaribus.

Respectu minoris ætatis cōtrahitᷣ mora irregularis,per quā debitor re ipsa dicitur morosus,& tenetᷣ ad vsuras pupillares in casibus licitis, seu interesse,dummodo adsit legitima persona,cui soluatur, aliàs secùs.Vincen.de Fran.decis.16.Tamen debitor,qui posset esse tutor,si vellet, & non petiit sibi decerni tutelam,semper tenetur ad interesse.ibid.

Irregulares vsuræ cessant,pupillo effecto maiore, nisi creditum esset debitum ratione legitimæ.de Fran.d.decis.16.nu.4.& 11.

Tutor pecuniam pupillarem occiosam iacere passus, sit ne vsuris plectendus, quid de iure Ciuili, & quid de iure Canonico, vide Petr. Roy.decis.5.Litua.in decisio.diuerso.Tom.2.

Tutoris negligentia quomodo probetur, népe quòd non emerit prædia pupilli nomine, sed reliquit pecunias in capsa, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.49.nu.6.

Tutor tenetur, vel conuertere pecunias pupillares in emptionem prædiorum,vel dare ad honestam partem lucri mercatori, aliàs tenetur ad interesse;sed ad quale, vide Roma. sing.179.

Vbicunque aliqui de iure Ciuili tenentur fęnerari pecuniam illius, cuius negotia administrāt,vt sunt tutores,& alij similes (quum vsuræ sint hodie prohibitæ) debent illam dare ad mercatores ad licitum quæstum. Petr. de Rauen.sing.754.

Statim atque tutor pecuniam pupillarem conuertit in vsus suos,hoc ipso videtur in mora, & incipit teneri ad vsuras, seu ad interesse.l. 1.§.Papinianus.ff.de vsuris.

Quando tutor pecuniam pupillarem occiosam relinquit,uel in usus suos conuertit, tenetur huius pecuniæ interesse præstare. l. tutor 8.§. si post. ff. de administratio. & peric. tuto. uel curato.

Negligentia in non conueniendo debitores, & in non mutuando pecunias,imputatur tutori.l.si tutor 16.eod.tit.

De usuris pupillaribus uide per Franc. Marc. q. 167.part.2.

Per receptionem usurarum, pupillus non perdit priuilegium. l. qui nominibus 45. §. sed si pupillus. ff. de administratio. & pericul. tutor.

Finita tutela ante solutionem, currunt vsuræ, quę prius currebant. l. Lucius 47. §. quæsitum. eodem tit.

Vsuræ possunt à Magistratibus exigi eo pacto, quo exiguntur à tutoribus, quando conueniuntur actione tutelæ. l. fin. ff. de Magistra. conuenien.

Curator pupilli, vel tutor pecuniam mutuare non cogitur, & si illā mutuauerit, infra duos menses post annum, an fęnerari cogatur, & periculum pertineat ad eum, vide §. quoniā, Authent. vt hi, qui obligat. haber. perhib. res minor.

De pretio, & æstimatione rerum, & quanti plurimi.

Res semper minoris ęstimatur, ratione oneris iniuncti. Ozas. dec. 83. nu. fin. & decis. 91. num. 10.

Aestimatio fundi non debet fieri respectu mensurę; sed respectu bonitatis fundi. Afflict. decis. 58.

Ab æstimatorib. appellatur, & dantur alij, qui reuideant æstimationem. Afflict. decis. 188.

Aestimatores debēt iurare; sed cum distinctione, de qua vide per Cabal. milleloq. 142. Et etiam simul conuenientes, communicato cōsilio, deliberare debent, & sic æstimationem facere: quoniam alter ab altero instrui, vel in sententiam suam trahi potest. Cabal. ibid.

Aestimatores, si vnus deponat de decem, alter de viginti, & alter de triginta, quomodo sint concordandi, vide Borg. decis. 13. num. 47. de contract. part. 2.

Aestimatores possunt variare, & ab vno potest appellari. & per alium fieri æstimatio, quæ, si non appelletur, transit in iudicatum. idem Borg. decis. 20. ibid. nu. 44.

Aestimatio facta ab aliquibus, an valeat (etiā vocatis partibus) si plures fuerint electi, vide Crescen. decis. 2. aliàs 80. tit. de Arbitr.

Aestimatio à pluribus facta separatim, quando non valeat, vide Crescen. ibid.

Valor rei, & æstimatio Iudicis arbitrio taxatur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 143. Quādo inter partes est discordantia. Guid. Pap. singu. 572. vide Bart. in l. & si equo 69. de lega. 1.

Aestimatio rerū debet fieri per duos ab vtraq; parte electos, qui æstimatores debent iurare. Bar. in l. hac edictalis 7. §. his illud. C. de secund. nupt.

Ponderatori, vel æstimatori Communis, statur super approbatione, vel improbatione rerum. Bartol. in l. 1. C. de ponderatoribus, & aur. illa. lib. 12.

Dictio vnius prępositi à communi statur: idem, si eligatur ex partium consensu: & duo æstimatores debent eligi, quando proponitur electio à Iudice. Bar. ibid.

Si æstimator malè ęstimat, tenetur nomine proprio. l. 1. C. de discussorib. lib. 10.

Aestimatio rei eiusdem censetur cum re, & succedit loco rei. Afflict. decis. 58. num. 6. Etiam in particularibus, sed quando, vide eundem Afflict. decis. 369. num. 4.

Publicatis testibus super valore alicuius rei, potest pars aduersa producere alios testes sup illo, si dicat rē valere plus. Guid. Pap. q. 585.

Testes deponentes super valore, debent reddere causam sui dicti, etiam irrequisiti: quia difficile est scire verum valorem. Guliel. Cassad. decisio. 19. tit. 1. Aliàs non probant. Bart. in suo tracta. testimo. num. 7.

Valor beneficij necessariò nō probatur per arrendamentum. idem Cassad. decis. 20. eo. ti. 1.

De modo probandi valorem rei immobilis, vel mobilis: & si per testes pbet̄, qualiter illi debeant deponere; & quid, quando sunt dispares: & an debeāt deputari æstimatores p partes, vel per Iudicē, vide Marc. q. 484. Bart. in l. 2. §. nonnullam. C. de rescind. vend. & in l. pretia rerum 63. ff. ad leg. Falcid.

Testes vbi deponūt de maiori, vel minori summa, Iudicis arbitrio standum est. Marc. quæst. 484. nu. 24. par. 1.

Valor rei etiam per vēditiones factas in loco, eodem tempore, probatur. ibid. num. 38.

Rei valor etiam libro æstimi, auctoritate publica facto, probatur. Marc. d. q. 484. num. 41. & q. 63. part. 2. vide Bar. in l. 3. C. de præd. & omnibus rebus nauic. libr. 10. In dubio enim præsumitur res tantum valere, quantum est æstimata in cōmuni æstimo. Ias. de actio. in §. si quis agens, vers. plus autem, num. 9.

Testis deponēs super valore rei, non probat, si dicat ego expenderem mille pro ipsa re, sed debet deponere de communi æstimatione: nā nō valet cōsequētia, res fuit tāti empta, ergo tanti valet: neque valor rei probatur per testem deponētem de auditu: quia ille non percipitur ex auditu. Vera. decisio. 264. par. 3. seu 1.

Testis debet deponere de valore rei circa tempus, de quo agitur. ibid. num. 9.

Valor rerū quomodo probetur, & qualiter testes deponere debeant, vide Ias. de actio. in §. si quis agens, vers. plus autem, nu. 7. & 13.

Probatio æstimationis rerum, vi ablatarum, pręcedere debet sententiam. Mysing. obseru. 100. centur. 4.

Iustū pretiū, & valor rei per subhastationē probantur; nō tñ verè: quia vera ęstimatio fieri debeat

debet per appretiatores; nã in subhastatione plerunque fit fraus: ideò licitationi tunc erit locus, quando aliud remedium nõ adest. Vincen.de Fran.decis.54.

Valor, & æstimatio bonorum probatur per documenta, & instrumenta facta de aliis locis vicinis æquè bonis. Borg.Caual. decis.16. de cõtract.nu.48.& decis.24.nu.4. de cõtract. part.2.vide Marc.q.484.Ias.de actio.§. si quis agens, vers.plus autem, nu.13.

De probatione ptij frumenti, & aliarũ rerũ mobilium vide per Maran.in suo Spec.lib.6.titu. de testium product.nu.81.

Testis, qui deponit super valore rei, quod tantum dedisset, non probat valorem, nisi essent decẽ testes ita deponẽtes: quia tunc commune pretiũ diceretur probatũ. Guid.sing.654.

Testis deponẽs rem tanti valere secundũ suam opinionem, probat, sed quando, vide Anto. Corset. in suis singul. litera T. sing. testis 17. Qualiter debeat fieri rei æstimatio, vide l.si quos 16.C.de rescind.vend.

Testes non dicuntur cõtrarij, quando super valore rei, vnus dicit de centum, alius de centum quinquaginta. Barto. in l. testator 92. §. qui, de legat.2.

Testis deponens de valore rei, si deponat de credulitate, vel opinione, probat. Bar.in tracta.de pertinent.ad mater.test.nu.7.

Aestimatio quanti plurimi proueniens à tempore moræ, inspicitur, quando debitor est in mora, sed quando creditor est in mora recipiendi, à tempore illius moræ, inspicitur ipsa æstimatio. Fran. Cremen.sing.95.

Mora non committitur, debito non liquidato: ideò & si granum debitum sit soluendũ pretio, quo plurimi valuit post moram: tamẽ hoc fallit, quando quantitas debita est liquidanda. Afflict.decis.205. Aliàs enim debetur æstimatio quanti plurimi à die moræ. Rot.Genu. decis.67.nu.5.decis.117.& 144. Etiam si modico tempore durauerit, & ita valuerit. eadẽ Rot.d.decis.144.nu.7.Natt.cons.599.& Bart. in l.ratio.§.per venditorem.ff.de actio.empt.

Ad hoc vt debitor, puta frumenti, teneatur ad æstimationem, quanti plurimi fuit frumentum à die moræ, quæ debeat probare creditor, & quando ipse debitor dicatur in mora constitutus, vide Afflict. decis. 316.& Boer. decisio 68.

Quando creditor elegit se velle pretium frumẽti debiti, qualiter debeat formare articulos, & probare, vide Afflict. d.decis.316.nu.5.

Aestimatio debetur officio Iudicis mercenario, & æstimatio quanti plurimi venit à tempore petitionis. Boer.d.decis.68.nu.5.

Nulla legitima causa existente, valor quãti plurimi debetur à tempore moræ, in qua debitor constituitur per lapsum diei, absque hominis interpellatione. Natt.consi.599.

Aestimatio quãti plurimi nõ debetur post triẽnium. Rot.Genu.decis.144.nu.fin.vide tamen D.Sol.in constitutio.antiq. Sabaudiæ glos.super 4.part.decreti, census, tit.de censu. solutio.& Natt.consi.599.

Quando petitur æstimatio rei, attenditur tempus moræ, & æstimatio ipsa refertur ad locũ, in quo res consignari debet. eadem Rot. decisio.117.

Pretium grani in mercatis maius offerentes, quàm sit commune, puniri possunt, pęna criminis stellionatus. vide D.Sol. in dd.suis comment.fol.46.

Caritas, quę modico tempore durat, non est ad pretium taxandum consideranda. idem D. Sol. ibid. super 3. part. d.decreti, census.titu. de censu. solutio. fol.47. vide l.pretia rerũ.§. fin.ff.ad leg.Falcid. Tamen moratores interpellati ad soluendũ, tenentur etiam ad illud pretium, quod modico tempore durauit. idẽ ibid.super 4.part.d.decreti, census.fol.47.

Interesse quanti plurimi non debetur, si aliqua rationabilis causa debitorem excusat à mora. idem ibid.nu.5.fol.47. & Natt.consi.599.

Creditor morosus cõsequi nequit, nisi id, quod res minimum valuit inter moram, & tempus interpellationis. idem D.Sol. super d.decreto, census glo.vltim.fol.48.

Aestimatio quanti plurimi tunc per totum tempus moræ debetur, cùm frumentum debetur in genere; secùs si in specie debeatur. Natt.d. consi.599.num.5.

Obligans se soluere pretium, quando creditor ab eo petierit, si creditor illud petat tempore caritatis, non tenetur eo tempore soluere. Fel.consi.43.nu.10.

Aestimatio vini debiti, incipit crescere à tpe moræ secundũ vnã lecturã, vel à tpe litis contestatæ, secundũ aliã, & hęc locum hñt, qñ de termino nihil conuẽtum fuit, aliàs inspicitur tẽpus termini, & habetur consideratio loci, vbi res debet solui, vel vbi petitur. l. vinum. ff.si cert.pet. & l.4.ff.de condict.tritica.

Si tempore sententiæ, vel mortis res plurimum fuerit, illud tempus inspicitur; aliàs quanti plurimi fuit à tempore moræ. l. 3. ff. eod. de condict.tritic.

Venditor tenetur quãti plurimi res fuerit à tẽpore moræ: item, quo loco plurimi fuerit, & contrà, si emptor fuerit in mora recipiendi. l. 3.§.si per venditorem.ff.de actio.empt.

In actione rerũ amotarũ, inspicitur quantũ res valuit tempore amotionis, & postea quanti plurimi fuerit. l.pen.ff.de actio.rer.amota.

Quantum

Quantũ frumentum valeat, & aliæ res venales, nunquam debet inſpici, niſi in loco publici fori, & quanti ibid. vendi potuiſſent: vnde ſi poſſunt vendi multo plus, vel multo minus extra forum, non debemus illud inſpicere; ſed conſiderare debemus æſtimationẽ loci, vbi debet fieri ſolutio, ad pretium publici fori. Afflic. deciſ. 23. & 316. nu. 7. Fran. Marc. q. 484. nu. 3. Rot. Genu. deciſ. 144. nu. 6. Iaſ. de actio. in §. ſi quis agens, verſ. plus autem, nu. 7. Ant. Corſet. in ſuis ſingul. litera V. ſing. venditio 2. Caſtren. ſing. 4. & Bart. in l. ſeptem 12. C. de errogatio. milit. anno.

Euicta Baronia, qualiter fieri debeat æſtimatio ædificiorum, an ſecundum valorem, vel ſecũdum reditus, quando emptor agit reſpectu euictionis contra venditorem, vide Boer. deciſio. 19.

Ad rem quis debet condemnari, & non ad æſtimationem rei: nam rẽ ſoluere obligatus, non eſt ad æſtimationem condemnãdus, licèt ad æſtimationem perueniendum ſit Iudicis officio. Maran. in ſuo Spec. de ordine iudicio. part. 4. tit. an ſit iudicium ciuile, vel crimina. diſtinct. 3. num. 34. Boer. deciſ. 68. vide tamen Boer. ibid. nu. 4. & Afflic. deci. 23. nu. 17. Papo. lib. 10. tit. 5. arreſt. 1. & lib. 18. tit. 4. arreſt. 19.

Vinum mutuo accipiens liberatur, ſi tantundẽ in eadem bonitate reddat, licèt pretium ſit mutatum. Boer. deciſ. 327. nu. 5. Idem in cæteris rebus, in quibus conſiſtit mutuum. ibid.

Agi poteſt contra illum ad æſtimationem, qui, irrequiſito domino, rem aliquam accepit, ſi dicta res non extet tempore petitionis. Capel. Thol. q. 203.

Quando æſtimatio faciat emptionem, & transferat dominium, vide Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 10.

Aeſtimatio, quæ currit tempore cõſignationis; non autem ea, quę currit tempore reſtitutionis, eſt attendenda. idem Ioſeph. deciſio. 63. Peruſ. num. 23.

Domus magni valoris, & parui fructus, dicũtur ideò non debent æſtimari ex valore ædificij, ſed ex reditu. idem, deciſ. 65. Peruſ. nu. 11. Nã æſtimatio rerum debet fieri ſecundum reditus ipſarum. Caſtren. ſing. 47. & Guid. Pap. ſing. 103.

Pretium iuſtum dicitur illud, quod percipitur ex penſionibus, & reditibus, per ſpacium viginti anno. Ioſeph. d. deciſ. 65. nu. 14. & Borg. Caual. deciſ. 1. de contract. part. 2. nu. 20.

Fructus, & penſio dicuntur iuſti, quando reddũt quinque pro quolibet centenario. Ioſeph. d. deciſ. 65. num. 15.

Pretia rerum variantur, & tanti valet res, quanti vendi poteſt; tamen annonę iuſtum pretium imponi poteſt caritatis tempore. Fran. Marc. q. 154. & q. 539. part. 1. Sed à quibus, vide D. Sol. in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ, titu. de cenſu. ſolut. fol. 46.

Frumenti, aliarumq́; frugum pretium tempore penurię Princeps poteſt moderare, etiã pretio viliori. Vincen. de Fran. deci. 9. Sed an talis conſtitutio Principis comprehendat etiã Clericos, vide ibid. num. 3.

Pretium iuſtum eſt, quod à Superiore taxatum eſt. Gaſp. Cabal. milleloq. 417.

Pretia rerum non ſecũdum affectionem cuiuſque conſtituuntur. Marc. q. 484. nume. 1. & 37. Sed ſecũdũ cõem ęſtimationẽ. l. pretia rerũ. §. fina. ff. ad leg. Falcid. & l. ſi ſeruum 33. ff. ad leg. Aquil.

Res, quæ fructum non ferunt, tanti æſtimantur, quanti vendi poſſunt. Marc. ibid. num. 13. & Bart. in l. 2. nu. fin. C. de reſcind. vendit.

Quod dicitur rem tanti valere, quanti vendi poteſt, quomodo intelligatur, vide Marc. d. q. 484. nu. 17. Bart. in l. 14. ff. de condict. furt. Iaſ. de actio. in §. ſi quis agens, verſic. plus autem, nume. 5.

Res tanti valet, quanti vendi poteſt, quando emit ille, qui ſcit vitia; ſecùs ſi ignorabat. Bald. ſing. 51. vide l. mortis 18. §. fina. ff. de mort. cauſ. donat.

Pretia rerum ex temporis varietate mutantur. Franc. Marc. q. 63. part. 2. Nam ex loco, & tẽpore rerum pretia variantur. l. pretia rerum. §. fin. ff. ad leg. Falci. Et ſecundum varietates regionum. Iaſ. de actio. in §. ſi quis agẽs, verſ. plus autem, nu. 5.

Iuſtum pretium vt dicatur, qualitas rei, introituum quãtitas, & venditionis tempus, inſpici debent. Vincen. de Fran. deciſ. 54. num. 10. Ozaſ. deciſ. 42. num. 5. Marc. q. 483. num. fin. & q. 484. nu. 36. & 40. vide Cabal. milleloq. 300. & 301. Bart. in l. ſi quos 16. C. de reſcin. vendi.

Mutatio valoris non præſumitur ex breuitate temporis: & contrarium alleganti, incumbit onus probandi. Borg. deciſio. 1. de contract. part. 2. nume. 22.

Pretium cuiuſcunque rei eſt illud, quod communi æſtimatione res valet. Gome. Leo. deci. 97. in deciſio. diuerſo.

Quando alicui debetur rei pretium, deberi cẽſendum eſt intereſſe commune intrinſecum; ſed intereſſe extrinſecum (quod in futurum poſſet ſuccedere) nõ cõſideratur. Gom. ibid.

Cenſum plurium annorum debetur, ſecundum magis communem æſtimationem cuiuſcunque anni: nec attendendus eſt valor maior, qui fuit minori parte anni. Papon. lib. 13. tit. 2. arreſt. 12. & 13. vide eundem lib. 18. titu. 4. arreſt. 17. Quod non habet locum, ſi debitor fuiſſet

fuisset in mora constitutus per legitimam interpellationem factam, lapso tempore dato ad soluendum. idem Papon. d. arrest. 13. d. lib. 13. titu. 2.

Census victualium non exacti tempore fertilitatis, recuperari non debent tempore caritatis, & contrà; sed tunc agi debet ad valorem, habemus in hac patria decretum in antiq. constitutio. Sabaudiæ, titu. de censu. solutio. vide D. Sol. in suis comment. super ipsis constitutio. fol. 45.

Nostra interest fundos vicinos habere longè maiori pretio. Crauet. cons. 3. pro genero, nu. 49. Rebuff. in constitutio. reg. tracta. de litter. oblig. art. 1 1. glo. 4. nu. 4. Tom. 1.

Caritas, quæ raro accidit, non debet imponere pretia rebus, sed debet haberi consideratio ad ea, quæ communiter accidūt. Ias. de actio. in §. si quis agens, vers. plus autem, nu. 6.

Pretium, quod fuit tempore penuriæ, venit in contractum, dummodo penuria non fuerit insolita: tunc enim non venit, etiam data mora: quia promittens æstimationem, intelligitur solitam promittere. Natt. consi. 21. Tom. 1.

Circa æstimationē rerum fideicommisso subiectarum, quæ fuerunt alienatæ ad soluendum æs alienum, & legata, attenditur tempus alienationum; & non eueniētis casus restitutionis. Menoch. consi. 245. nu. 11. lib. 1.

Fructus pendentes, dicuntur pars rei, & rem faciunt preciosiorem; secùs in partu existente in ventre. Bart. sing. 93.

Fundus dicitur maioris, vel minoris æstimationis, ratione vicinorum. Marc. de Mant. sing. 7.

De practica in modo iurandi super æstimatione rei contra violentos vide per Barto. in l. si quando 10. C. vnde vi.

Cùm Iudicis officium imploratur, vt declaretur iustum pretiū rei, expeditur res summatim, causa cognita. Bar. in l. 3. secunda lect. nu. 29. C. de pignor.

Probata violentia per testes, res amissæ probātur per iuramentum, & super valore ipsarum rerum, taxatione Iudicis præmissa, & præstito petentis iuramento, fit condemnatio. c. si. ex. de his, quæ vi, metusuè cau. fiu.

Pretia rerum quando dicantur decrescere, vel accrescere ex diminutione monetæ, vel eius augmento, vide l. 2. C. de veter. numis. potest. lib. 11. & ibid. Bart.

Quando debet fieri æstimatio rei debitæ, an tēpore contractus, vel morę, aut litis contestatæ, aut sententiæ, vel solutionis fiat, & quod tempus inspiciatur, & qui locus, si æstimatio est aucta, vel diminuta, vide Bart. & Doct. in l. vinū. ff. si cer. pet. & l. 3. §. in hac. ff. cōmodati.

Aestimationem crescere posse post sentētiam, intelligendum est, deducto tempore, quod datur iudicatis ad soluendum. d. l. 3. §. in hac. & ibid. Bart. nu. 12. ff. commod.

Ea est vis obligationis rei restituendæ, & natura, vt in ea deueniatur ad æstimationē, non apparente re, sicut non extante. Barto. in l. si constante 25. §. si vxor. ff. solut. matrimo.

Res cùm tanti valeat, quanti vendi potest, qualiter dicatur iustum pretium, vbi res emptorem non inuenit, vide Barto. in l. & si æquo 69. de legat. 1.

Vendita res tanto minus valet, quantum soluitur in proxenetis, subhastationibus, vel aliis expensis. Bar. in l. quantitas 72. ff. ad leg. Falc.

Aestimatē res cum qualitatibus suis, sed de cautela probandi valorem, quando quis dicit se deceptum vltra dimidiam iusti pretij, vide per Bart. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellia.

Frumento percepto ex fundo alieno per plura tempora præterita, an percipiens teneatur ad illius æstimationē p̄ tēpora, vel sufficiat, q̄ reddat frumentum, vide Barto. in l. 5. §. qui legatorum. ff. vt in possessio. legat.

Corpora, si quæ sint in bonis defuncti, secundū rei veritatem æstimanda erunt, hoc est secundum præsens pretium. vide l. in lege 62. §. fin. ff. ad leg. Falcid.

Alia est æstimatio possessionis, alia fundi, seu proprietatis. l. si mulier 21. §. qui possessionē. ff. de eo, quod met. cau.

Quando agitur de re data in dotem reddenda, æstimatio non facit, quin in restitutione veniat partus rei. l. 1. C. soluto matrimonio.

In præiudicium tutoris non statur æstimationi bonorum, quam testator in suo testamento fecit, vel dixit se habere. l. 1. C. de arbit. tutel.

Si Notarius, qui inuentarium scripsit, minorem æstimationem rerum fecerit, & secundum illam fideiussorem acceperit, tenetur minori, actione in factū. l. fi. C. de Magistra. cōuenien.

Tutor, vel curator vendens rem æstimatam auctoritate publica, excusatur, licèt plus valeat. gloss. ibid.

Aestimatio, quæ fit tempore diuisionis, non facit petitionem. l. seruos 35. ff. famil. ercifcun.

Res debet æstimari, prout valet vnita; nō prout valet diuisa. l. Męuius 53. §. cùm familiæ. eod. titul.

In cōstitutum potest deduci æstimatio rei peremptę post moram. l. promissor 21. & 29. ff. de constitut. pecun.

Cùm deuenitur ad æstimationem rei per iuramentum in litem, quod est affectionis (vt in actionibus bonæ fidei) inspicitur tempus sententiæ: quando verò per iuramentū in litem, q̄d est veritatis, vel stricti iuris, inspicitur tp̄s litis contestatæ. l. 3. § in hac. ff. commodati.

Quando

Quando æstimatio debetur iure obligationis, tempus contractę obligationis inspicitur: sed si debetur officio Iudicis, inspicitur tempus moræ. l. fundum 28. ff. de nouat. & delegat. & ibid. gloss. vide l. quoties 59. & 60. ff. de verbo. obliga.

Dominus rei, qui recipit æstimationem litis à commodatario, tenetur cauere de re restituenda, si illa ad suas peruenerit manus. l. si is, qui 13. ff. commodati.

Si mandauero, quòd emas rem, quam habes communem cum alio certo pretio, aliorum partibus emptis, tua pro residuo pretio dare teneris: sed si pretium determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio debet æstimari. l. si fundum 35. & 36. ff. mandati, vide supra tit. de Procurato. ad nego.

Aestimatur incertum, antequam certificetur, postea æstimatur ipsa res, vt si iactum retis emero, & iactare rectè piscator noluerit; nā tunc incertum huius rei æstimandum erit. l. si iactum 13. ff. de actio. empt.

Aestimatio facit in dubio emptionem. l. 3. ff. locati. Et facit transire periculum rei in recipiētem. l. quæro 56. §. Paulus, eod. tit.

Damnatus vendere, intelligitur iusto pretio. l. si fideiussor 52. §. fi. de legat. 1.

Aestimatio testatoris, nihil operatur. l. si fundū 83. §. si libertus, eod. tit.

Valet legatum rei vēdēdæ pro iusta æstimatione. l. si cui 56. de legat. 2.

Si res æstimetur supra veram æstimationē, quid iuris, vide l. qui grauatos. C. de censib. lib. 11.

Promisisti mihi decem corbes olei Mutinæ vsq; ad carnispriuium, dato fideiussore, qui simpliciter promisit, tunc debet inspici quantum valebit oleum in carnispriuio. l. cùm quis 21. ff. de actio. & obliga.

Inter hæc verba, quanti ea res, vel quanti eam rem esse apparuerit, nihil interest; in vtraque enim clausula, placet veram rei æstimationē venire. l. inter 179. & l. hæc verba 193. ff. de verbo. & rer. signific.

Ab onere æstimandi patrimonialia, nullus excusatur. Bar. in l. fin. C. de discusorib. lib. 10.

Si mensor falsum modum dixerit.

Aduersus mēsorem agrorum, qui falsum modum dixit, datur actio: idē aduersus mensorem aliarum rerū, de qua actione vide per Io. Crisp. de Mont. in suo tract. termino. act. post volumen Ias. de actio.

Fundus mensuratus, allegata per partem lęsione, vel deceptione mensuræ, debet iterum mensurari. Natt. consi. 489.

Præscribitur potestas reclamandi aduersus mēsuræ defectum de re vendita, spacio 60. dierum, quando fuit actum inter partes, ipsam rem mensurari debere; secùs si nihil fuerit dictū: quia hoc casu requiruntur 30. ann. Natt. consi. 569. vide infra tit. seq.

Agrimensor, qui falsam fecit relationem, qualiter teneatur, vide D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ glos. 1. super 3. part. decreti, omnibus, titu. de censu. solutio. fol. 52.

De mensuris, & ponderibus.

Mensuræ debent fieri æreę, vel lapideæ, & poni in locis publicis, debentq; esse iustæ, & signari signo, seu armis Domini. Guid. Pap. q. 490. vide DD. in c. 2. ex. de empt. & vēdi. & Marc. q. 279.

Quando quis vtitur duplici mensura fraudulenter, nempe maiori mensura recipiēdo, & minori vendendo, videtur incidere in pęnam falsi; sicut dicimus de illo, qui mutat nomen fraudulenter. Franc. Marc. q. 279. Et vlterius duplici pęna mulctandus est. ibid. Marc.

Mensura victualium in vno, eodemq; loco duplex quandoque est: tamen prohibitum est habere vnam mensuram pro emendo, & alteram pro vendendo. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glos. 1. super 1. parte decreti, omnibus tit. de censu. solutio. fol. 49. vide eūdem ibid. fol. 52.

Vtens falso pondere, vel mensura, qualiter puniatur, vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 317. & Bar. consi. 155. lib. 1.

Iudex sciens, & tolerās pondera illicita, & non puniens tenetur, & punitur: quia de suo emēdabit, & etiam vtens illis punitur pęna falsi. Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 11. iudic. nume. 44.

Mensura, vel pondere lęsus, debet cōquęri intra annum, & ad quid agere possit, vide Maran. ibid. num. 45.

Re alienata ad mensuram, intra quod tempus ipsa mensura fieri debeat, vide Papon. lib. 11. tit. 4. arrest. 17. in fin. August. Bero. q. 15. Perillu. D. P. Tessau. decis. 185. & Natt. consi. 569.

Falsas mēsuras habere graue crimen, & grauiter legibus vendicatur, sed ab hoc crimine excusantur magister, & conductor molendinij, qui mensuras (etiam falsas) à domino ipsius receperunt, & bona fide vsi sunt, prout vsus fuerat eorū antecessor. Nat. cōs. 72. To. 1.

Instrumentum locationis non est liquidum, facta promissione certæ summæ, & reseruata mensura maiori, vel minori, illa non legitimè facta. Vincen. de Fran. decis. 292.

Conuentio

Conuentio de mensura facienda, interim suspẽdit alienationẽ. Papon. lib. 11. tit. 4. arrest. 17.

Mensura necessaria pro diuisione facienda, fit sumptibus ambarum partium, licèt vna tantùm requirat diuisionem. Papon. lib. 15. titu. 7. arrest. 3.

Mensuram stabilire in tota Patria, pertinet ad Principem. D. Sol. in dd. suis commenta. gloss. 1. super 1. par. decreti, omnibus, tit. de censu. solutio. num. 3. fol. 49.

Qualiter debeat esse mensura, vide ibid. num. 4. & 5. Et quid sit, ibid. nu. 7.

Mensura, vbi simpliciter nominatur, intelligere debemus de communi. idem D. Sol. ibi. nu. 8.

Census, & victualia mensurabilia, non exiguntur, nisi cum mensura loci, in quo debentur. ibid. d. decreto, omnibus.

Ad quam mẽsuram in dubio intelligatur facta venditio, si plures sint, & quid, si contractus vno loco sit celebratus, & traditio rei alibi fieri debeat, vide eundem D. Sol. ibid. nu. 10. fol. 50. Sed quòd sit attendenda mensura loci contractus; & non loci, vbi res vẽdita erat sita, scribit Rol. consi. 100. vol. 3. Nisi consuetudine aliud cautum reperiatur. idem, consi. 13. volum. 4.

Mensura, quę extabat tempore venditionis, attendi debet; non ea, quæ extat tempore traditionis rei. Ioan. Baccan. sing. 1.

De mensura rerum immobilium vẽditarum vide per eundem D. Sol. ibid. super d. decreto, omnibus. Et cuius expensis fieri debeat, an venditoris, vel emptoris, vide ibid. nu. 18.

Mensurã venditor quærere tenet, & debet fieri partibus pſentibus, & hora assignata: & agrimensor ipsis partibus præsentibus iurare debet; licèt, illis absentibus, possit mensuram Iudici referre. idem D. Sol. ibid. numero 19. & seq.

Mensura est repetenda, si altera partium allegat lęsionem; sed an sint mensuranda fossata, ripa prædij, & sępes, ac muri, quibus res clauditur: & qua pęna puniẽdus sit falsificans põdera, & mensuras, vide eundem D. Sol. ibid.

De prorogatione solutionis, & cæteris prorogationibus.

PRorogato termino, nõ cẽsetur prorogata fideiusſio, nisi fideiussores de nouo consentiant. Capel. Thol. q. 182. Sed an tunc fideiussores liberentur per ipsam prorogationem, vide Fran. Marc. quæst. 538. & Andr. Gail. obser. 30. lib. 2.

Quando fideiussor ad certum tempus, puta ad annum, se obligauit, quia tunc anno trãsmisso, amplius non tenetur, si fiat prorogatio, in ea requiritur eius consensus, alioqui non tenetur: secùs si fideiussor ipse se obligasset purè, licèt in certum tempus destinata sit solutio: nam tunc termino prorogato, etiam eo ignorante, non liberatur. Mysing. obseruatio. 53. centu. 6.

Nouatio non inducitur per prorogationem termini, quam facit creditor debitori ad soluendum, nec fideiussores prius dati liberantur. Dec. consi. 400. vide infra tit. prox.

Prorogatio post terminũ, dicitur nouus actus. Gasp. Cabal. milleloq. 127. & 161.

Prorogatio nõ nocet tertio. Caba. d. milleq. 161.

Procurator non potest terminũ solutionis prorogare. idem Cabal. milleloq. 220. & Marc. de Mant. sing. 627.

Tempus prorogatum simpliciter, intelligitur tãtum, & secundum tempus, in primo contractu appositum. Borg. Caual. decis. 16. de contract. part. 2. nu. 36.

Nam prorogatio non potest esse maioris tẽporis, quàm sit principale tempus. ibid. num. 37.

Petens tempus ad soluendum id, in quo fuit cõdemnatus, dicitur sententiæ acquiescere, & appellationi renunciare. Hiero. Mago. decis. Luc. 24. nu. 18.

Terminus ad soluendum præfixus per creditorẽ, prorogari potest, etiã iuramẽto firmatus, vt debitor non incurrat periurium. Mysing. obser. 52. cent. 6. Amanel de Clarisaq. sing. 52.

Debitor, qui se constituit debitorem duobus tutoribus, & cuilibet ipsorum insolidum, non potest se iuuare prorogatione termini obtẽta ab altero tutore, si alius tutor agat contra ipsum debitorem, virtute dictæ obligationis. Vincen. de Fran. decis. 281. part. 2.

Terminus iuris, seu à iure limitatus, per Iudicẽ prorogari non potest, nec eo lapso, admittitur purgatio moræ. Craue. consi. 179.

Prorogatio in iure multis modis accipitur, de quibus vide per Maran. in suo Spec. par. 4. distinct. 12. iudic.

Quãdo debitor obtinet litteras à Principe prorogationis solutionis, quid in precibus narrare debeat, vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 203. n. 14. & sup. tit. de inducial. & ꝓrog. litte.

Prorogatio debet fieri, parte præsente, vel citata. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. titu. de caus. benefi. posse. art. 4. glo. 1.

Papa prorogando gratiam ad triennium, non dicitur nouam gratiam facere, sed primam extendere. Dec. cons. 497.

Dilatio concessa super sorte, intęlligitur etiam concessa super accessorio vsurarum; fallit, si debitor esset suspectus de fuga, vel de dilapidatione

datione sui patrimonij. Ludo.Rom.sing.176.

Prorogatio termini impedit pœnam commitii; sed cômissam non perimit.Guid.Pap.sing.23.

Etiam dilationis termino elapso, Iudex dilationem prorogare potest. Anto.Coser.in suis singul.litera P.sing.prorogatio dilationis.

Prorogatio intelligitur facta iuxta qualitatem primæ obligationis.Afflic.decis.110. nume.fi. Franc. Marc.q.538. Rot.Genu. decis.3.nu.22. Et cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ. Dec.consi 344.num.5. Idem in obligatione à principio facta insolidum. Rot. Genu. decis. 176.num.20.Fallit quo ad iuramentum,& pœnam;nam hæc non intelliguntur repetita,nisi de nouo interueniant.Hippol.sing.300. vide tamen Ias.in l. 1. §. & post. ff. de noui. oper. nunciat.

Prorogatione termini per creditorê facta, terminus cum suis accessoriis censetur prorogatus.Mysing obser.53.cent.6.

Terminus videtur prorogatus cum suis qualitatibus,& accessoriis,dependentibus tamen à voluntate prorogantium; & non alterius. Henric.Boer.in suis sing.tit.prorogatio.

Prorogatio dicitur fieri,quando nondum est finitum tempus: & nihil aliud est, quam prioris termini extensio;sed de prorogatione dilationis vide per Boer.decis.294.

Prorogatio non fit de eo, quod non est. Rot. Genu.decis.3.nu.22.

Prorogatio facilius fit, quàm de nouo concessio.Boer.d.decis.294 nu.8.

Res prorogata non censetur innouata per prorogationem;sed potius eadem reputatur; sicut antè. Aegid.Bellam.conclu.751. nu.3.

Prorogatio compromissi non potest fieri maioris temporis, quàm fuerit primum tempus compromissi.Hippol.sing.52.

Prorogato compromisso, non intelliguntur repetita iuramenta, nec pœnæ,nisi de nouo interueniant. Hippol. sing.300. Nam prorogatio compromissi eandem solemnitatem requirit, quam & ipsum compromissum. idem Hippol.d.sing 300.

De nouationibus, & delegationibus.

Satisfactum dicitur legi finali. C. de nouatio.requirenti esse faciendam expressam mensionê de nouatione per contrahentes, si per coniecturas appareat partes voluisse nouare Ozas.decis.142.num.11. Nam quando constat de nouatione per coniecturas,dicitur fieri expressè. Hiero. de Mont. varia. iuris quæstio.q.20.vide Borg.decis.20.de iudi.

Nouatio non fit interuentu nouæ personæ, etiã ope exceptionis,nisi expressè agatur;vbi tamen ex præsumptionibus, & coniecturis euidentissimis, & efficacibus aliter non constaret.Rot.Genu.decis.197 vide Vinc.de Franc. decis.15.Andr.Gail.obser.30.lib.2. Fel. consi. 21.l.vbi 28.ff.de constitu.pecu.& §. præterea, Institut.quib.mod.toll.oblig.

Licèt nouatio nunquam præsumatur (nisi inter partes fuerit ita conuentum) tamen quando in secunda obligatione plus côtinetur,quàm in prima, tacitè nouatum videtur, & prima obligatio tollitur. Hier. de Mont.d.quæst.20. Borg.Caual.deci.20.de iudi. vide l.qui vsumfructum 28.ff.de verbo.oblig.

Nouatione facta, an prima obligatio tollatur ipso iure,vel ope exceptionis,quãdo,& quomodo præsumatur nouatio, vide Bartol.in l.Valerianus 10.ff.de Præto stipula.

Actus subsequentes contrarij præcedentibus, faciũt videri recessum à præcedentibus,quãdo de illis facta reperitur expressa mentio. Ozas.decis.142.nu.10.

Per secundum contractum obligationis,transactionis, vel dationis in solutum, fit nouatio primæ obligationis, & censetur recessum à prima hypothecaria: nisi ex pacto esset conseruata.Boer.decis 332.circa finem, & decis. 337 Bar.sing 209 Fallit, quando datur in solutum species pro specie, & in causa dotis. Boer. d. decisio. 332. vide infra lib.2. titu.de datio. in solut.

Transactione nouatur prima obligatio,& nouatio facta cum vno ex correis, alios liberat. Pet.Beninten.decis.81.nume.21.& 22. Sed an tunc actio primæua sublata censeatur, vide Bart.in l.tutoris 10.ff.in quib. caus.pigno. vel hypothe.tacit.contrah.

Obligatio secunda quantitatis diuersæ inter easdem partes facta,& alio tempore, posterior ex causa, qua prior facta fuit, esse nô censetur, neque prior obligatio per secundam nouatur; imò ambæ peti possunt. Fran.Marc. quæst.437.

Per secundum instrumentum constitutionis dotium, non videtur recessum à primo antè facto.Craue.consi.282.vide Dec.consi.195.

Nunquam primæ conuentioni, & cõtractui derogatum videtur per secundam conuentionem, nisi quatenus in ipsa secũda expressum fuerit.Dec.consi.97.& consi.195.nu.3. & Menoch.consi.381.nu.31.lib.1.

Pactum aliud (à primo diuersum) ex interuallo vbi quis fecerit, à primo recedere videt. Dec.consi.464.nu.5.

Nouatio contractus præcedentis,quando dicat facta per stipulationem sequêtem, vide Bar. in l.singularia 15.nu.10.ff.si cert.pet.

Stipu-

Stipulatio si præcedat, & sequatur pactum, vel contractum de eodem facto, quando videatur inter partes facta nouatio, vide ibid. nume. 11.

Stipulatio, & contractus, si fiant simul, & semel, nec alter præcedat alterum, quādo inducatur nouatio, vide Bart. ibid.

Stipulatio sequens nouat actionem ex contractu, quando continet illud idem, quod principaliter veniebat; secùs si contineat illud, quod contractum infirmat. Barto. in l. prædia 29. ff. de actio. emp. & vend.

Actio ex vendito non nouatur per stipulationē pœnalem. vide Bart. ibid. Sed an stipulatio pœnalis nouet præcedentem contractum, vide eundem in l. ita stipulatus 115. nume. 26. ff. de verbor. obligat. & in l. a. C. de iure emphyt. & ibid. Castren.

Conuentio liberatoria, non nouatur per stipulationem pœnalem sequentem. l. rescriptum 11. §. si pacto. ff. de pact.

Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationē, nisi ex causa non onerosa factā: & exactione facta per vnā, tollitur altera, quatenus illę concurrāt. l. si quis à socio 41. ff. pro socio, & l. duo 72. eod. tit.

Licèt stipulatio pœnalis sit commissa, præcedēs tamen obligatio, & actio iure nouationis, nō est sublata, sed ex illa agi potest; & vbi actor fuit consequutus nomine interesse tantum, quantum erat in pœna, tollitur stipulatio pœnalis, ope exceptionis. l. prædia 29. ff. de actio. emptio. & vendit. Sed an stipulatio pœnalis habeat nouare, & extinguere præcedentem obligationem, vide Franc. Marc. quæst. 412.

Nouatio, vel delegatio tollit præcedentem obligationem, ipso iure. Bartol. in l. si cùm dotem 23. §. si mulier. ff. soluto matrimonio.

Stipulatio sequens quando tollat effectum moræ præcedentis stipulationis: & liberato principali, non liberatur ille, qui promittit animo nouandi. Barto. in l. eum 55. §. si hominem. ff. de verbo. oblig.

Per stipulationem nouandi animo interpositā, prima tollitur, vel eliditur, si sequens cōmittatur, vel cōmitti posse speretur; aliās secùs. l. in persona 31. §. 1. ff. de pact. vide l. si ita stipulatus 97. & l. si ita stipulatus la 2. §. fin. 126. ff. de verbo. oblig.

Aquiliana stipulatio omnino omnes præcedentes obligationes nouat, & perimit, si hoc actum est. l. Aquiliana 4. ff. de transactio.

Si contractui iurisgentium subijciatur stipulatio continens idem, nouatur prima, si actum est; non alias. l. duo societatem 72. ff. pro socio.

Si secunda obligatio contineat minus, quàm prima, nō præsumitur nouatio, nisi actum sit. l. qui vsumfructum 58. ff. de verbo. obliga. & Craue. consi. 167.

Sententia non inducit nouationem primę actionis. Afflict. decisio. 93. nume. 3. & Vincent. de Franc. decisio. 155. numero fina. vide tamen Bartol. in l. 3. numero 3. C. de vsur. rei iudic.

Nouatio licèt non fiat per sententiam, tamen adiicitur noua forma. Barto. in l. 6. ff. de tric. vin. & oleo leg.

Per sententiam fit nouatio, hoc est nouę actionis acquisitio; non autem quòd actio prima tollatur. idem Bar. in l. 13. §. etiam si creditor. ff. de pignorib. vide glo. in l. 3. C. de executio. rei iudic.

Nouatio prioris obligationis non inducitur, nisi expresse dicatur. Afflic. decis. 130. Vincen. de Franc. decis. 155. nume. fin. Dec. consi. 400. Bart. in l. certi condictio. § quoniam. ff. si cert. pet. & l. item illa. §. fin. ff. de constit. pecu. Tamen quòd etiam hodie fiat nouatio tacitè ope exceptionis, scribunt Fran. Marc. q. 412. & 537. Ozas. deci. 142. Fel. consi. 21. vide glos. in l. defensor 22. ff. de tutel. & ratio. distrahen. & in §. præterea, Institutio. quib. mod. toll. obli.

Stipulatio, quæ succedit in locum contractus bonæ fidei, assumit eius naturam, vt veniant fructus à tempore moræ; licèt aliter fit in cōtractu stricti iuris. Capic. decis. 183. nume. 4. Nam stipulatio descendens ex emptione, & venditione, quæ nouat actionem, cum omnibus qualitatibus, & priuilegiis (quæ habebat primò ex natura contractus, vel rei in obligationem deductæ) illam nouat, nisi animo tollendi priuilegia sit facta. Capic. d. decisio. 183. nume. 3. vide Bart. in l. prædia 29. ff. de actio. empt. & vend.

Debiti nouatio an videatur facta, quando fideiussor de iudicato soluendo debitum in se assumit cum sponsione, ne in posterum debitorem creditor conueniat, vide Marc. quæst. 1062.

Facta nouatione liberantur fideiussores. Dec. consi. 397.

Nouatio nō inducitur per prorogationem termini, quam facit creditor suo debitori ad soluendum, nec fideiussores, qui erant prius obligati, liberantur. idem Dec. consi. 400.

Non dicitur nouatio legitimè facta, vt liberetur fideiussor, nisi debitum præcedens in aliam personam transferatur. Guid. Pap. sing. 717.

Nouatione cessante, creditor ex vtraque obligatione agere potest, & tunc primi fideiussores non liberantur. Andr. Gail. obserua. 30. libr. 2.

Nouatio non dicitur facta, si post datos fideiussores, alios dem, nisi prima sit reuocata obligatio, & de illa facta mētio. Bar. in l. Valerianus. ff. de Præto. stipulatio.

Prorogatio termini non est nouatio; quia si esset nouatio perimeret obligationem pignoris, & pęnam tolleret. Ias. in l. 1. §. & post, nu. 7. ff. de oper. nou. nuucia. de qua prorogatione vide supra titul. proxim. & libr. 2. titul. de pignoribus.

Obligatione nouata, fideiussores non sunt obligati, nisi illi se de nouo obligauerint. l. nouatione 4. C. de fideiusso. & mandat.

Quando fideiussor facit debitum proprium, videtur facere animo nouandi, & tunc liberatur principalis. Marc. q. 1062. num. 3.

Tertius si promiserit soluere ꝓ alio intra certū tempus, cùm prima obligatio esset simplex, an inducatur nouatio, vide Crescen. decisio. 4. alias 77. de solutio.

Quando quis promittit, puta centum, copulato omni alio instrumento, intelligitur facta nouatio. Crauet. consi. 294.

Nouatio etiam hodiè fit, quando contractus se non compatiuntur. Dec. consilio 564. nume. 15.

Nouatio potest fieri per quemcunque contractum, etiam stipulatione non interueniente. Math. Mathes. sing. 178. Bar. singu. 32. & Petr. de Raue. sing. 268.

Nouatio per alium contractum, quàm per stipulationem non inducitur, nec per interuentū nouæ personæ, nisi expressè agatur. Rot. Genu. decis. 2. num. 19. & 26. Tamen quando fit promissio præsenti, & acceptanti, tūc est delegatio, per quam nouatio inducitur. ibid. nu me. 20. Et eo casu sequitur liberatio, & non habet locum l. fina. C. de nouatio. Rot. Genu. d. decisio. 2.

Nouationum alia voluntaria, alia necessaria, de quibus vide per Marc. de Mant. sing. 611. & glo. in l. 1. C. de iudi.

Promittens de mandato alterius tenetur, etiā si de tempore promissionis esset, & postea desijsset esse debitor mandantis. ead. Rot. decisio. 13.

Pęna in dubio non censetur apposita, animo nouandi. Gasp. Cabal. milleloq. 276.

Si vnum debeatur, & aliud promittatur, non fit nouatio, nisi expresse agatur. Bart. in l. vt responsum 15. nu. 3. C. de transact.

Triplex est nouationis spes, sed de eius effectu, vide ꝑ Bar. in l. 1. C. de iudi. n. 7. & l. 11. §. si pacto. ff. de pact. Et nouatio tribus modis sumitur, sed qui sint, vide eundem Bar. in l. 3. C. de vsur. rei iudic.

Stipulatio, vel pęna, non nouatur per præcedētem conuentionem, quando præcessit contractus à iure Ciuili inductus. Bart. in l. 2. nu. 13. C. de iure emphyt.

Stipulatio nouans sententiam, non habet paratam executionem. Barto. in l. 2. C. de execut. rei iudica. & l. minor annis 41. ff. de minor. 25. ann.

Nouatione quando tollatur prima obligatio ipso iure: & stipulationis nouantis potest effectus restringi ex voluntate partium. Barto. in l. in personam 31. §. qui. ff. de pact.

Stipulatione quando nouetur actio prima, vide Bart. in l. certi condict. §. qui. ff. si cer. pet.

Actio, quæ oritur ex numeratione de facili nouatur, & tollitur per stipulationem. Bar. in l. singularia 15. nu. 8. eod. tit.

Omnes illi modi, quibus antiquitus inducebatur nouatio (quamuis hodie non inducatur, nisi expresse agatur) inducunt exceptionē; non autem actionem, & per consequens vbi olim præsumebatur nouatio ipso iure, hodie præsumitur, vt fiat ope exceptionis. vide Bartol. in l. 36. nu. 4. ff. si cert. pet.

Condemnatus ad locandum ex compromisso pęnali, si locauerit, deinde contrauenerit locationi, an ab illa prima obligatione pęnali sit liberatus nouatione, vide Bar. in l. si hęres 5. ff. de actio. emp. & vend. Vbi scribit pro negatiua.

Quando legatum extinguatur per nouationē, vide Bar. in l. 6. ff. de trit. vin. & ole. legat.

Nouatio quando locum habeat, in cuius materia tria iura considerantur, vide Bart. in l. qui vsumfructum 58. ff. de verbo. oblig.

Stipulationes Prætoriæ non nouant primam actionem; sed illā nouationem faciūt, quam facit litis contestatio, & sententia. Bar. in l. 1. §. iudiciales. ff. de Pręto. stipula. num. 6.

Stipulatio, quæ ex necessitate interponitur nō nouat, nisi expresse agatur. Bart. ibidem. Sed quid in stipulatione legatorum, rem pupilli saluam fore, rem ratam haberi, damni infecti, & de iudicio sisti, vide Bart. ibid.

Vna actio in aliam deuoluitur, quando actoris interest; alias secùs. Bart. in l. non quasi 4. §. si quis. ff. rem pupil. sal. for.

Post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatā, non potest trāsigi: actio tamen ex ea competēs nouari potest, & acceptilatione perimi. l. si causa cognita. C. de transact.

De plurium debitis vno instrumento contentis, vnum solùm potest exigi, vel stipulatione nouari. l. eo quod to. C. si cert. pet.

Per

Per nouationem vnius ex duobus reis credendi sociis, alteri praeiudicari non potest. l. si vnus.ff.de pact.

Si masculi permixtim cum foeminis obligationẽ paternam in se transferant, animo nouandi, valet nouatio pro parte masculorum, & pro illa parte, pignus veteris obligationis liberatur; sed pro parte foeminarum, non. l. si paternã 8.C.ad Senatusconsul.Velleia.

Si mulier alienam obligationem in se transtulerit animo nouandi, creditori contra debitorẽ restituitur vtilis actio.l.si mulier 16. eo.tit.

Per intercessionem minoris fit nouatio, & à primo contractu receditur: sed minore restituto, restituitur actio in pristinum debitorem in eo statu, in quo erat tempore nouationis. l.fin.ff.de minor.25.ann.

Stipulatio conditionalis obligationem praecedentem puram suspendit, & eam nouat in cõditionis euentum. l. pecuniã 36.ff.si cert.pet.

Iuramẽtum habet de natura nouationis, & delegationis.l quiiurasse 26. §.fin.ff.de iureiur.

Stipulatio nouans sententiam, illam tollit, & eius executionem impedit: & ex stipulatione, quae nouauit, lex agere permittit.l.2.C.de executio.rei iudicat.

Nouatio necessaria non perimit pignus; secùs in voluntaria, nisi contrarium actum sit. l. solutum 11.ff.de pigno.actio. Nam pignus obligationis nouatae, non transfertur in nouantẽ, nisi sit inter partes actum.l.vnic. C. etiam ob chyrog. pecun. pign. retin. poss. vide Marc. quaest.537.

Nouatio, quae in effectu non valet, non perimit ius pignoris.l.aliquando 13.§.de pignoribus. ff.ad Senatusconsul.Velleia.

Pignora in nouatione repetita, retinent priuilegium temporis. Andr. Gail. obser.30.lib. 2.nume.10.

Pignus non perditur per nouationem hypothecae. Aegid. Magistr.tracta.subhasta. cap.45.in decisio.diuers.fol.214.Tamẽ hypothecã praecedens extingitur per nouationem, & inducitur liberatio à totali obligatione.Fel.cons. 20.num.5.& cons.21.

Si quis aliquem alteri soluere iusserit, & is promiserit, si quidem debeatur ex causa, cuius solutio in qualibet re posset impleri, tunc statim dicitur contractus perfectus, & in eã causam cedit.l.cùm pater 39.ff.de iur. dot.l.dicet 44.§ quoties.l.si pater §.1.l.mistura, & l.si spõsalibus.§.1.eod. tit. vide Bart. in l.singularia. ff.si cert.pet.

Dotem à patre, vel à quouis alio promissam, si vir nouandi causa stipuletur, incipit viri esse periculum, cùm ante mulieris fuisset. l. dotẽ 36.ff.de iure dot.

Priuilegium tutelae pupillo competens, nõ perimitur nouatione necessaria, quae fit per sententiam condemnatoriam latam in tutoris praeiudicium. l. defensor 22. ff de tutel.& ratio.distrah.

Promissio eius, quod alius debebat, obligat promittentem, & tollit primam obligationem, etiam si haec secunda esset inutilis.§.praeterea, & ibid.glo.Institut.quib.mod.toll.oblig.

Si nauim stipulatus sim, & si non feceris centũ, nunquid hoc casu fiat nouatio, vide glos.in l. obligationum 43.§.fin.ff.de actio. & oblig.

In stipulatione nouante dies praecedentis obligationis, repetita intelligitur.l.qui sic stipulatur 47.ff.de verbo.oblig.

Quod solutum non inducit liberationem, illud promissum non inducit nouationem. l. cùm qui ita 56. §. si à te stipulatus. ff.de verborum obligatio.

Per nouationem debitor inuitus, & contradicens, potest liberari.l. si debitor 91.ff.de solutio.& liberat.

Delegans soluit, & liberatur. Rot.Genu.decis. 60.num. 11. Sed quae requirantur ad hoc, vt sequatur liberatio, vide ibid.decis.19. num.7. Nam solutionis vicem obtinet delegatio.gl. fin.in l.quod debetur 52.ff.de pecul.

Delegatio interuẽtu nouae personae, quae delegãtis nõ sit debitrix, an fiat, vide Affl. decis.353.

Bancha cambij nummularia de solutione respondente, an habeatur ac si esset facta solutio, vt debitor omnimodo liberetur, etiam si antequam esset satisfactum, alia bancha fefellerit, vide Afflic. d.decis.353.

Per nouationem voluntariam, seu delegationẽ, debitoris stipulatione interueniente, liberãtur fideiussores, nec prodest protestatio contraria.Fran.Marc.q.537.

Vbi formiter non est seruatum mandatum per debitorem delegatum, delegans non est liberatus à suo creditore. Rot. Genuen. decis. 1.nume.18.

Hodie si promitto tibi id, quod debeo ex instrumento habente executionem, non fit nouatio, nisi expressè à partibus dicatur: tamẽ si delegauerim tibi meũ debitorẽ, & tu illum acceptaueris, ac ipse tibi promiserit, licèt non exprimatur animo nouandi factum esse, fit tamen nouatio; nec postea fieri poterit executio contra debitorem principalem. Rebuff.in constitutio.Reg.tract. de litter.oblig. art.1.glo.9.nu.20.Quod procedit etiã in debito procedenti ex sententia.idem Rebuff.ibi. tracta. de senten. executo. art.vlt. gloss.vnic. num.16. Tom.1.

Per delegationẽ nouatio inducitur, in qua delegatione requiritur stipulatio inter debitorẽ

delegatum, & illum, cui fuit facta delegatio: & qui delegat soluit, & nomen debitoris videtur dare in solutum. Dec. consi. 421.

Exceptio, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui fuit facta delegatio: nisi contra eum eadem ratio concedendi exceptionem subsistat. Bar. sing. 33.

Si debitor meus campsori mandet, vt mihi soluat, & ille promittat, postmodum aufugiat, hac promissione nō obstante, possum habere recursum contra ipsum debitorem. Barth. de Cap. sing. 75.

Debitor si delegatur alteri, intelligendum est, stipulatione interueniente: idem est in nouatione, & quæ sit ratio, cùm nouatio sit genus, cuius species est delegatio, vide Marc. de Mant. sing. 403.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an possit à delegato opponi, aut peti obligationis delegatæ releuatio, vide Put. decis. 428. lib. 2.

Delegatio, etiā sine stipulatione, inter mercatores fieri potest. Put. deci. 124. lib. 3.

Debitor delegatus ante diem solutionis, non liberatur in mandato de soluendo; secùs in litteris cambij, quæ sunt irreuocabiles. idē Put. decisio. 126. nume. 4. libr. 3. vide decisio. 137. ibidem.

Mandatario plenè credente debitoribus, illi liberantur à mandantibus, seu delegantibus, & efficiuntur ipsius mādatarij debitores. Put. d. decis. 126. num. 5.

Per delegationem factam, stipulatione mediante, fit nouatio: & in nouatione p delegationem facta, iura antiqua non sunt correcta. Andr. Gail. obseru. 30. lib. 2.

Delegans quasi decoctum, vel quasi de proximo decocturū, nō liberatur: & delegatio debiti iuramento firmata, est irreuocabilis. Hieron. Mago. decis. 39. num. 10. & 11. Rot. Flore.

Delegatus indebitè vero creditori delegantis, à delegante condicit. l. 2. C. de condic. indeb.

Exceptio doli, quæ obstat deleganti, nō obstat ei, cui facta fuit delegatio ex causa onerosa, nisi quatenus ad delegantem res est reuersura, sed delegato contra delegantem succurritur. l. si donaturus 9. §. si quis. ff. de condict. caus. dat.

Delegatione liberatur debitor delegans à creditore suo, cui fit delegatio, etiam si debitor delegatus non esset soluendo: quia bonum nomen facit creditor, qui admittit ipsum debitorem delegatum. l. inter causas 26. §. abesse. ff. mandati, vide l. cum ea 68. §. creditor. ff. de euictio. Quod procedit, quando creditor nomē debitoris sui periculo sequutus fuit; secùs si periculo ipsius debitoris: quia tunc non liberatur debitor; sed adhuc tenebitur ad id, quod minus ab illo debitore delegato seruari potest. l. si mandato 45. §. quod mihi. ff. mandati.

Per delegationem non liberatur debitor, nisi ei, cui fit delegatio (idest creditori) quæratur actio; item restitutio fideicōmissi ex Trebellianica, delegari non potest. l. si mulier 60. §. ex affe. ff. de iure dot.

Exceptio, quæ obstat deleganti, obstat ei, cui est facta delegatio ex causa lucratiua, & etiam ei, cui ex causa onerosa, putatiua tñ, & non vera, vt si ei, quem creditorem tuum putabas iussu tuo pecuniam, (quam me tibi debere existimabam) promisero. l. 2. §. item si ei. ff. de donatio.

Si vt mihi donares creditori meo, me delegante, promisisti, promissio valet; ille enim suum recipit: vetus autem debitor delegatus, non habet exceptionem donationis immoderatæ, nisi rescissoria sit conuentus à creditore delegante. l. vt mihi 21. ff. de donatio.

Exceptio merè personalis, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui facta est delegatio. l. qui id, quod 34. §. fin. eod. tit. Et hoc verum licèt esset facta delegatio ex causa lucratiua. l. Nesennius 41. ff. de re iudic.

Si debitor aliū induxerit dolo, vt creditori suo responderet de debito, creditor petens non repellitur doli exceptione commissi à suo primo debitore; suum enim recipit. l. 4. §. itē quæritur lo 3. ff. de dol. mal. & met. excep. Idē in eo, qui respōdit pro muliere marito dotē. ibid. §. sed & si mulier. Sed hæc procedunt, si creditor, cui fuit facta delegatio, erat verè creditor; aliàs secùs. l. Iulianus 7. §. fin. eod. titul.

De causis summariis, & summaria cognitione.

DE causis summariis, & quomodo in illis procedatur, vide Ozasc. decis. 1. Guid. Pap. q. 369. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. execut. art. 9. glo. 2. Bart. super constitutione ad reprimendum, in verbo summariè fol. 100. Abb. in sua Pract. cap. 123 glo. in §. sciendum. l. 3. ff. ad exhibendū. & Marā. in suo Spe. de ordin. iudic. par. quarta. distinctio. 9. iudic. fol. 152.

In hac Patria Pedemontana omnes causę vigore decreti, sunt summariæ. Ozasc. d. decis. 1. num. 11.

In summario remedio, sufficit semiplena probatio. Ozasc. decisio. 38. num. 7. Bartol. in l. 9. C. de iudi. Sed qñ dictum procedat, vide eundem

dem. Bart.in l.3.§.causæ.ff.de Carbo. edic.
Etiam in summariis causis, personæ litigantium sunt legitimãdæ. Rot.Genu.decis.155. & Bar. in l.2.§.si verò post.C.vbi in rem actio.
Summariæ causæ debent iuramento partis terminari, si sint modici præiuditij. Guid.Pap.q. 64.nume.fin.
Quando aliquid debet statim, vel de proximo probari, relinquitur probatio arbitrio Iudicis. Guid.Pap.q.132.
Prouisionis factæ, pendẽte lite, non habetur ratio in condemnatione, vel executione: ideò expensas prouisionis nomine initio adiudicatas, non restituit succumbens, nec computat in sortem, si vincat. Boer.decis.324.
In quibus causis pẽdente lite fiat prouisio actori de aliqua parte rei (de qua contenditur) per modum prouisionis, vide Papon. lib.18. tit.1.& Boer.decis.324.
Quando committitur causa, vt terminetur summariè, & terminis non seruatis, quid iuris, & de causis summariis, vide Cassad.decis.8.tit. de rescript.& DD.de Rot.deci.2.aliàs 33.eo. tit.de rescript.in nouis.
Iudicium quantumcunque summarium sit, neque probationes necessarias, neque defensiones excludit. Fran. Marc.q.714 vide Bart. in l.Iudices 9. C.de iudi.& in l. 9. §. vbi. ff. de officio.Proconsul. Quia summaria causa differt tantùm ab ordinaria, circa iudicij abbreuiationẽ; non autem circa solemnitates.Pur. decis.130.lib.3.
In causis summariis Iudex ad eius arbitrium potest terminum coarctare. Vera. decis.58. part.3.num.7.
Iudex procedens via summaria, potest, illa dimissa, ad ordinariam conuolare. Hiero.Mag. decis.52. Luc. Ideò licèt statuto cautum sit, ꝙ in causis summariè procedi debeat; processus tamen ordinariè factus valet. My sing. obser.17 cent.6.
Per commissionem factam de procedẽdo summariè, non tollitur Iudici facultas procedendi ordinariè. Henric.Boer.in suis sing.tit.summariè, & de plano, vbi de materia.
Testium reprobatio non habet locum in causis summariis. Bar.cons.40.nu.133.vide Menoc. de Arbitr.lib.1.q.32.& Ludo.Roma. sing.388.
Causa alimentorum est summaria. Ias.de actio. in §.præiudiciales, num.24.
Causæ, quæ dicantur summariæ, vide Ias.ibid.in §.præterea, nu.56.& Guid.Pap.q.369.
Princeps solus, & non inferior, causam summariè committere potest. Maran.in suo Specul. part.4.distinct.9.iudic.nume.3. Et non censetur causas summariè cõmittere, nisi expressè hoc dicat. Maran.ibi, nu.5.
Clausula, Simpliciter, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, quid importet, vide Marã.ibi.n.8.& seqq.& Hippol.sing.102.
In causa summaria potest ferri sententia per Iudicem deambulando. Ludo. Roma.sing.736.
Iudex laicus in causis Spiritualibus, regulariter non potest cognoscere: fallit, vbi summaria est cognitio; tunc enim Iudici laico non est prohibita cognitio. Hippol.sing.70.
Cognitio summaria qualis esse debeat, ad cognoscendum de iuribus actoris, vide Bart.in l.2.§.si verò post.C.vbi in rem actio. Et summariè cognosci, quando dicatur, vide eundẽ in l.1.§.quod si.ff.de Præto.stipul.
Contra violentos possessores proceditur summariè, non obstante quauis exceptione, & sine libello. Bart.in l.mométaneę 9.C.vnde vi.
Priuatus (etiam debitor Fisci) nõ potest impetrare, vt debitores sui summariè exigantur. Bart.in l.4.C.de cõuenié. Fisc.debitor.lib.10.
Attestationes receptæ in summario iudicio, fidem non faciunt in plenario, & illarum publicatione non obstante, ijdem, vel alij testes super eisdem capitulis, recipi possunt. c.veniens 38.ext.de testib. Neque acta. Abb. consi.50.part.1.
Litis cõtestatio requiritur in causis summariis. Bar.in l.9.§.de plano.ff.de offi.Procons. Et libellus. idem Bartol.in l.si quis à liberis 5.§.si quis.ff.de liber agnosc.
In causa matrimoniali, & in tangentibus illam quoquo modo, proceditur summariè, sine strepitu, & figura iudicij. Bar. in l.si constante 25.num.82.ff.solut.matrimo.
Sententia lata in causa summaria, nõ facit præiudicium, si postea agatur ordinariè. l. si quis à liberis 5.§ si vel parens.ff.de liber.agnos.
In summario iudicio etiam admittit exceptio requirens altiorem indaginem, quando qs est paratus incontinenti probare. l.3. ff. vt in possess.legat. & ibid. Bar. Et iuramentum est summaria probatio.ibid.
Causa dotis est summaria, & in illa summariè proceditur. scribũt DD. in l.1.ff.solu.matrim.
Processus in causis summariis non irritatur, licèt non seruetur ordo, & procedatur solemniter. Bart.super constitutio. extraua. ad reprimendum in verbo, possit, num. 23. fol.98.
Ex summaria cognitione peruenitur ad bonorum possessionem Carbonianam. l. fin. C. de Carbon.edict.
Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginẽ in causis summariis non admittuntur; sed in causis principalibus reseruãtur. l.3. §.ibidem. ff.ad exhib.
In causis sũmariis ꝓbatur interesse per iuramẽtum, quod est intelligendum, si Iudici consi-

derata qualitate personę,& præiudicij,videatur iuramentum esse deferendum.l. Thesaurus 15.ff.ad exhiben.

Debitores Fisci exiguntur summariè.l.pe.C.de côueniend.Fisc.debito.lib.10.

De causis minimis.

Dicto vnius testis, vel apparitoris in causis breuibus, & vilibus,standum est. Franc. Marc.q.456.part.2. vide Mathe.Mathes.sing.1.

Statur soli informationi, & relationi Iudicis,in causa modica: & testis vnus facit fidem in causis modici præiudicij. Maran. in suo Spec.part.4.distin.9.iudi. num. 190. In quibus etiam fama probat.ibid.num. 192.

Causa leuis, & modica expedienda est sine scriptura, & expensa, tam respectu processus, quàm sententiæ. Natt.consi.182.Tom.1. vide Papon.lib.9.tit.2.arrest.1.& 2.

In causis leuioribus de actis statur simplicis Iudicis relationi, & creditur scripturis per eũ factis,licèt non sit Notarius.Natt.d.côsi.182. Imò Iudex, si sit Tabellio in causis breuioribus acta,& sententiã suã scribere potest,eiq; plena præstatur fides. Mathe. Mathes.sing. 1.

Præiudicium modicum vbi versatur, multa conceduntur côtra regulas iuris, quod pluribus exemplis exornatur,per Crauet. consil. 182. nume.15.

Testes singulares probant,vbi agitur de modico præiudicio, & etiam liber rationum tunc probat, sufficitq; probatio per iuramentum, vel per famam,& de alijs exemplis vide per Crauet.d.consi.182.nu.15.

Causæ breues,seu modicę summę, sunt summariæ;sed quæ dicantur breues,modicæ, & quæ magnæ, vide Maran. in suo Specu. part. 4. distinct.9.iudic.num.188.

De bonis auctoritate Iudicis possidendis,& ex quibus causis in possessionem eatur pendente lite.

Missio in possessionem,quę fit officio Iudicis,ab ea possessione,quę ideò fit, quia expressè petitur, maximè differt. Ozal.decis.4.num.8.

Probatio, quæ incontinenti fieri offertur, si requirat altiorem indaginem, non impedit missionem in possessionem. Ozasc. decis.26.num. 15.

Quando dicatur probatio posse fieri incontinenti,vide Pet. Beninten.decis.83.

Legitimus contradictor ad impediendam missionẽ in possessionẽ,quis dicatur,vide Ozal. decis. 26. num.fin.

Hæreditate iacente, quo ad primum decretum agi potest.Frã.Marc.q.32.& l.7.C.de iudic.

Missio in possessionem nulliter facta, si de nouo concedi debeat,an sit confirmanda,vide Ozasc.decisio 34.

Missio concessa in plura bona, quorum aliqua erant obligata,& alia nõ,est in totũ nulla:q2 tunc decretũ erat nullũ. Affl.decis. 218. Licèt missio facta ĩ vno debito in re maiori, quàm sit debitum, valeat vsque ad concurrentem quantitatem debitam. Afflic.ibid.nu.2.

In actione personali fit missio pro mensura debiti;in hypothecaria in totum.Fran. Marc.q. 194.vide c.fin.§. fin. ext.vt lite non contestata,& Bar.in l.18.ff.si seruit. vendic.

Decreta,q̃ hodie interponunt̃ super appretio, vel assistẽtia virtute legis, creditores. C. de pignorib.sunt in totum nulla, si fuerit petitũ aliquid plus debito.Capic.decis 51.

Missus in possessionem (etiam auctoritate Iudicis) regulariter non priuat possessorem possessione rei apprehensæ, etiam in odium illius, contra quem res apprehenditur.Gram. decis.51.vide Fran.Marc.q 304.Cabal.milleloq.26.& 181.Sed quid,si missio fiat ex causa iudicati, vide ibid.d.milleloq.181.nu.8.

Pariter missus in talem possessionem,non facit fructus suos.idem Marc.q 14.& q.194.vide gl. in §.semel, Authen.de exhiben. & introduc. reis, Potest tamen illos lucrari ex consuetudine Marc.d.q. 194. de qua testatur Bal.sing. 119.Nam secundũ canones missus, est verus possessor.c.fi §.in aliis,ex.vt lite nõ côtestata.

Ille qui mittitur in possessionẽ causa custodiæ, intra annum non facit fructus suos;sed custodire eos debet.gl.in c.2 ex de sequest. posse. & fruct.vide Abb.consi.84 part.2.

Missus in possessionem ex primo decreto non possidet;ex secũdo sic: nam qui creditorem rei seruãdę causa mittit in possessionem,vel quia damni infecti non caueatur, vel ventris nomine, non possessionem; sed custodiã rerum,& obseruationẽ,illi concedit.l.3.§.fin.ff. de acquir. vel omitten. possessio. & l. 12. ff. quib.ex cau.in posses.eat.

Per secũdum decretum missus acquirit possessionem,& in ea debet per Iudicem immittẽtem defendi.l.pen.§.fin.ff.de acquir. vel amitten posses.

Missus in possessionem causa rei seruandæ, nũquam præscribere incipit, & hæc missio reuocatur, refectis expensis. Gasp. Cabal.milleloq.181.

Missus in possessionem Iudicis decretò nulliter interposito (veluti parte non citata) nõ acquirit

quirit ciuilem, neque naturalem poſſeſsionẽ: ideò tenetur ad fructuum reſtitutionẽ. Hier. Mago. decif. 120. Rot. Floren. Aliàs propter nimiam contumaciam poteſt Prætor decernere, vt ex primo decreto miſſus in poſſeſsionẽ, fructus lucretur. Barto. ſing. 18. Anto. Coſet. in ſuis ſingul. litera C. ſing. contumacia 3. & Pet. de Rauen. ſing. 167.

Actor miſſus in poſſeſsionem propter cõtumaciam rei, intra annum nõ poſsidet: ideò reus veniens intra ipſum annum recuperat poſſeſsionem, ſolutis expenſis, etiam ſi non ſint vtiles. Roma. ſing. 413. Sed nõ veniens actor dicitur poſſeſſor. idem, ſing. 410.

Si creditori miſſo in poſſeſsionem ex ſecundo decreto in actione perſonali, debitor offerat debitum, recuperabit bona intra annũ. Guid. Pap. ſing. 882.

Si reus, lite non conteſtata, erit cõtumax, & agatur reali, mittitur actor in poſſeſsionem rei debitæ causa cuſtodiæ, quam tamen recuperat reus veniens intra annũ ſi offerat cautionem de ſtando iuri, & reſtituat expẽſas: poſt annum verò non auditur, niſi ſuper proprietate. c. fin. §. in aliis, ex. vt lite non conteſtata, & l. ſi quis emptionis 8 § ſed & ſi quis. C. de præſcriptio. 30. vel 40. ann.

Sequeſter neceſſarius rei contentioſę per Iudicem appoſitus, non poſsidet ciuiliter, neque naturaliter; ſed prior poſſeſſor. Gramma. deciſio. 51.

Quãdo hæres debeat mitti in poſſeſsionem bonorum hæreditariorũ, vide infra tit. de edict. diui Adrian. toll.

Iudex in poſſeſsionem tanquam vacantem, immittere actorẽ poteſt, quando reus negat ſe poſsidere. Fran. Marc. q. 305.

Immiſsio ex primo decreto, dẽt fieri intra biennium, & immiſſus ex ipſo decreto, non ſuccedit pleno iure. Hiero Mago. deciſ. 97. Luc.

Ne vis fiat ei, qui in poſſeſsionem miſſus eſt, datur interdictum, de quo vide per Ioan. Criſp. de Mont. in ſuo tract. termino. actio. poſt volumen Iaſ. de actio.

Si mulier in poſſeſsionem ventris nomine per calumniam miſſa dicatur, datur actio, de qua vide per eundem de Mont. ibi. nu. 111. & 112.

Ex contumacia debitoris, ſolet Iudex contra eum procedere ad primum, & ſecũdum decretum, de quibus vide per Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 6. & Bart. in l. properandum. §. ſin autem. C. de iudi. Et talis immiſſus ſpoliatus (ſaltem ſi ſit creditor hypothecarius) debet reſtitui. Menoch. conſi. 104. volum. 1. num. 70. & ſeqq.

Miſsio in poſſeſsionem non poteſt probari per teſtes, ſicut cætera acta iudicij. Ludo. Roma. ſing. 6. & Bart. in l. 3. §. ſin autẽ. C. de edict. diui Adria. toll. nu. 24.

Si reus ſit contumax in reſpondendo, actor in poſſeſsionẽ rei petitæ à Iudice mittitur, præmiſſa inquiſitione ſummaria, quod limitat in gr̃a, ſeu dignitate beneficiali. Rom. ſing. 400.

An poſsit reus compelli ad recuperãdam poſſeſsionem, & ſic ad agendum intra annum, vide Roma. ſing. 410. Et an poſsit dictum tempus prorogari, ibid. ſing. 414. Et quid, ſi actor impediatur, vide ibid. ſing. 415.

Primum decretum eſt prima Iudicis aggrauatio punitiua contumaciæ: nam nõ poteſt interponi, niſi contra contumacem. Abb. cõſi. 84. part. 2. Et ita ſecundum poteſt definiri, qđ non poſsit interponi, niſi contra latitantem, & quando periculum eſſet in mora: latitatio autem eſt debitoris abſconſio fraudulenta in damnum creditoris Roma. ſing. 595.

Miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto ante litis conteſtationem, vel poſt, dicitur nudam detentionem habere: ſecùs ſi pro executione diffinitiuæ ſententiæ victor in poſſeſsionẽ mittatur; quia is ſtatim poſsidet naturaliter, & ciuiliter. Math. Matheſ. ſing. 85. Quæ cõcluſio procedit in crẽditore actionis perſonalis: ſecùs erit in creditore actionis realis, ꝙ miſſus ſem per dicitur poſsidere. ibid. in additio. vide Bar. in l. 2 §. ſi verò poſt. C. vbi in rẽ actio.

Si reus neget ſe rẽ poſsidere, & probetur contrarium, actor mittitur in poſſeſsionem rei in odium mẽdacij; ſed quando dictum procedat, vide Gui. Pap. ſing. 609.

Miſsio in poſſeſsionem eſt extraordinarium auxilium: ideò nunquam habet locum, vbi poteſt aliter principalis quæſtio expediri. idem Guid. ſing. 710.

Miſſus in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, poteſt petere, ꝙ reus citetur edocturus de dominio intra certum tempus; aliàs lapſo termino, non audietur. Guid. ſing 854.

Tenuta data ex proceſſu nullo poteſt retineri, donec verum debitum ſoluatur. Franc. Cremen. ſing. 93.

Corporalis apprehenſio, ſi impediatur, ſufficit primum, vel ſecundum decretum interponi verbo tenus. Pet. de Rauen. ſing. 120.

Ex contumacia Procuratoris peruenitur cõtra dominum ad primum decretum: ſecùs in cõtumacia negotiorum geſtoris. Barto. in l. 3. C. de Procurato. nu. 6. & 9.

Falſi exceptio non impedit iudicium poſſeſſorium. Bart. in l. 2. C. de edict. diui Adria. toll.

Actor ſi elegerit mitti, & miſſus ſit in poſſeſsionem bonorum rei abſentis cõtumaciter, ſibi non præiudicat, quin poſsit petere, vt reus perſonaliter capiatur. Bar. in l. 8. C. quomodo, & quan-

& quando Iudex.nu.17.Et absentia contumaciam inducens,quę requirat,vide ibid.nu.18.

Reus præsens non potest cogi litem contestari, sed peruenitur ad misionem in possesionē ex primo decreto; quando verò posit pro motu Iudicis puniri, vide Bart. in authen.qui semel.C.quomodo,& quando Iudex.nu.19.

Pęna cōtumacis, est misio in possesionem rei petitæ:& vbi non potest fieri misio, an reus debeat excommunicari,vide cap.3.ex.vt lite non contestata.

Reus,qui mittendum in possesionem ad mandatum Iudicis,non admisit,non mulctabitur de æquitate canonica, si intra annum cauerit stare iuri.c.1.ex.de dolo,& contumac.

Si reus post litem contestatam est contumax, si aliàs liquet de causa,fertur diffinitiua sentētia; si non liquet,actor in veram possesionē inducitur.c.4.eod.tit.

Actor non admissus in possesionem sibi decretam per Iudicem causa rei seruandæ, vel ab ea expulsus, per lapsum anni verus efficitur possessor.c.contingit 9.ex.de dolo,& contuma.vide de materia per tot.tit.ex.de eo,qui mitt.in posse.cau.rei serua.

Secundum decretum non interponitur,nisi cōtra latitantem animo fraudandi creditores. Abb.consi.84.part.2.nu.3.

Decretum secundum non interponitur parte non citata, etiam quando constat ipsum in causa esse interponendum:sed primum quādo interponitur,pars non debet citari,si appareat de eius contumacia. Bar.in l.ne quicquā 9.§.vbi.ff.de offic.Procons.in repet.nu.9.

Cautio præstari debet pro relictis in vltima voluntate ante diem, vel conditionem aduenientem;ex alia causa,non.Bar.in l.inter omnes 12.ff.qui satisda.cogant.

Ad hoc,vt quis dicatur verus cōtumax, & posit perueniri ad secundum decretum,debēt requiri amici. Bart.in l.item ait 21.ff.quib.ex causis maiores.

Dominium transfertur per secundum decretū. Bar.in l.2.§.si absens.ff. si ex noxali causa.

Latitatio requiritur tempore primi, & secundi decreti ad hoc, vt venditio locum habeat. Bart.in l.ait Prætor 23. §. deinde.ff.quibus ex causis maiores.

Latitante aliquo,in confessoria, quæ competit pro seruitute constituenda, fit misio contra eum, de qua vide in l.is cuius 18.ff.si seruitu. vendi.& ibid.Bart.

Viro vergente ad inopiam, & contumace existente,mulier in possesionem bonorum mittitur. Barto in l.si constante 25. nume. 90. ff. soluto matrimonio.

De primo, & secundo decreto, & qualiter per misionem ad vtrunque, vel ad primū perueniatur,vide Bart.in l.si finita 15.§.Iulianus.ff. de dam.infec.Et effectus secūdi decreti,qualis sit, vide eundem Bar.ibid.nu.53.

Si ex causa fideicommisi sit apud aliquem hęreditas,nec legatorū nomine ille satisdet,in possesionem aduersus eum legatarius mittitur. l.4.& tot.titu.ff.vt legato.seu fideicom. cau. cauea. vide DD. in l. iubere. ff.de iurisdict.omn.Iudic.

In possesione, quæ conceditur legatariis, vel fideicommissariis causa legati,vel fideicommisi seruandi,requiritur, vt omnes mittātur in possesionem: secùs in pluribus creditoribus mittendis in possesionem crediti seruādi causa;quia tunc vno misso, ille pro omnibus posidet.l.is,cui legatorum.§.si plures.ff. vt in posses.legato.seu fideico. seruand.caus. esse liceat,vide Bar.ibi.& Cabal.millelo.181.

Qui prius missus est legatarius,nō præfertur ei, qui post mittitū; secùs in creditore misso, qui præfertur legatario.d.l.is,cui §.qui prior.

Fideicommissario conditionali in possesionē misso ob contumaciam hæredis non cauentis,ea,quæ tempore peritura sunt,venundantur, vel quæ mora deteriora futura sunt, ita vt pretium ex his redactum apud fideicommissarium in causa depositi sit, donec de fideicōmisso,quod ei debetur,constet.l.si Magistratus 11.ff.de priuileg.credito.

Si aliquis moriatur,relicta vxore prægnante,vēter mittitur in possesionem bonorum defuncti,sed quando,& qualiter,vide l.1. & tot.tit. ff.de ventre in posses. mitten. & infra tit. de vent. inspic.

Mortuo patre relicto filio impubere, si moueatur quæstio status ipsi impuberi, talis quæstio differtur in tps pubertatis, & interim ille mittitur in possesionem bonorum defuncti.tot. tit.ff.de Carboniano edicto,de quo vide inf. prox. Idem,si moueatur quæstio ventri. ibid.

Ventris nomine muliere in possesione missa,si eadē possesio dolo malo ad aliū translata esse dicatur, quid iuris, vide per tot.ff.si mulier vētris nomine.Sed quid,si mulier vētris nomine calumniæ causa in possesione esse dicatur,vide ibid.

Misio in possesionem, vim cautionis habet.l. de bonis 6.§ qui.ff.de Carboniano edict.

Non defenso minore, fit misio in possesionē eius bonorum; sed negligens administrator remouetur.l.3.C.de Procurat.

Bonorum defuncti separatio à bonis cohæredum,qualiter,& quando petatur, vide glo.in l.pen.C.de hæred.actio.

Contra eum, qui habet exceptionem declinatoriam, non potest interponi secundum decretum,

cretum. l.nõn videtur 3.ff.de iudic.

De materia pertinenti ad hunc tit. vide in titu. de Prætor.pigno.

Domino domus vicinæ ruuinosæ non cauente, proceditur ad missionem in possessioné ipsius domus. vide tot.tit. ff. de damn.infect.& supra eod.de damn.infec.

Hæres missus in possessionem, pendente conditione, potest omnia facere, quæ curator datus posset. l.si quis instituatur 23. ff. de hæredita.instituen.

Pendente conditione casuali, Iudex statuet terminum, intra quem, si non petatur bonorum possessio, vel hæreditas nõ adeat, creditores in possessionem mittuntur, & curator bonis cõstituitur.l.23.§.item.ff.de hæredib. institué. Et aduersus facta per talem curatorem non restituitur pupillus; sed absens, vel aliter impeditus.d.l.23.§. fin.ff.eod.tit.de quo curatore vide infra lib.2. titu. de curato. in genere.

Hæres suspectus cogitur satisdare, causa cognita, & contra non satisdantem proceditur ad missionem, & véditionem.l. si creditores 15. ff.de priuileg.credito.

Potest capi de bonis pupilli pro eius alimentis, licèt bona ipsius sint à creditore possessa. l. si pupillus 17.eod.tit.

Bonis debitoris à creditoribus possessis, si satisdederit debitor de iudicio suscipiendo, debent creditores à possessione discedere, & defendere d.l.17.

De Carboniano edicto.

CVm extraneus in petitione hæreditatis obiicit contra filium impubere de filiatione incidenter, ad Carbonianum deuenitur. l. si contrà 3. §.quia.ff.de liber. agnoscendis.

Carboniana bonorum possessio est extraordinaria, & non tribuit ius, vt scribunt Doctores in Rub. C.qui admitti.

Licèt dicatur mulier calumniæ causa in possessionem venisse, eo quòd non sit pregnãs, vel non ex defuncti semine, nihilominus ad exéplum præsumptionis Carboniani edicti, ventri possessionem Prætor pollicetur.l.3.§.fin.ff. ne vis fiat ei, qui in possessio.miss.est.

Mulier meritrix habens maritũ si pariat, partus ex ea, præsumitur ex matrimonio natus.l.miles 11.§.defũcto marito.ff.ad leg.Iul.de adul.

Missus in possessioné ex Carboniano, agit contra debitores, qñ satisdedit. & res erat tépore peritura.Bar.in l.qdé 20.ff.de inoffic.testa. vide eundem in l.15.ff.de Carbon. edic.

Practicã materię Carboniani, & de libello in illo, vide apud Bar.in l.3.§.duæ, eo.ti.de Carb.

De ventre inspiciendo, & in possessionem mittendo, & de eius curatore.

VEnter non mittitur in possessionem bonorum defuncti passim; sed cùm causæ cognitione, si ille, qui facit controuersiam sit de liberis. vide Bart. sing.102.

Quando vẽter est pariturus suum, qui vult mitti in possessionem, vt in ea sit vsque ad tempus pubertatis, debet adhiberi plena causæ cognitio.Pet.de Raué. sing.767. Secùs si vult mitti, & in ea permanere vsq; quo nascatur partus.ibid.d.sing.767.

Missus in possessionem ex hoc edicto, debet custodire fructus: fallit in casu, de quo ibidem sing.768.

Is, qui in vtero est, habetur pro iam nato, cùm de eius commodo, & fauore agitur; non si de alterius etiã patris: fallit in casu, de quo per Marc.de Mant.sing.325.

Ventre præterito, hæreditatis aditio stat in suspenso, & vocatus interim potest petere bonor.posse.secũdum tabulas: aliàs curator bonis, & ventri datur, & mater hoc casu cæteris est pferéda, Hiero.Mago.decis.139. Rot.Flor.

Quemadmodum procedatur in hac missione, vide l.cognitio, & ibi. Doct.ff.de officio eius.

Cùm venter in possessione est, nullus legatorũ seruandorũ causa in possessione esse potest. l.cùm venter.ff.vt in possessio. legatorũ, seu fideicommiss. Sed quid, quando delatũ fuit iuramentum mulieri asserenti se prægnanté, & illa iurauit hoc verum esse, vide l. 3. ff. de iureiurando.

Ventri non datur tutor; sed curator.l. ventri 20. ff.de tutor.& curato.dar.ab his.

Curator ventris si ratione curæ aliquid de suo impenderit habet vtilem actionem.l.1.§.idé in curatore.ff.de contra.& vtil. actio.tutel.

Curator ventris nomine solet dari, qui tenetur satisdare.l.bonorum 8.ff.de curato.furio.

Cùm Prætor vẽtrem in possessionem mittit, interdictũ, ne vis fiat ei, & restitutoriũ, & prohitorium est.l.3.§. cùm Prætor.ff.ne vis fiat ei.

Si mulier dicatur calumnię causa esse in possessione, vel si de statu mulieris aliquid dicatur, nihilominus ad exemplum præsumptionis Carboniani edicti, ventri Prætor possessioné pollicetur.§.si mulier d.l.3.

Iudex dubitãs de partus suppsitione, eligit domum ad instantiam substitutorum, vel veniétiũ ab intestato, & aliter prouidet, prout plenè habetur in deci.332.Vinc.de Fran.part.2. Et tũc expensæ sunt faciendæ sumptibus petentium, vide ibid.

De

De interdictis, & remediis possessoriis in genere.

AN posſit appellari à ſententia ſuper poſſeſſorio lata, ita vt impediatur executio, vide Ozaſ. deciſ.25. Myſing.obſer.13.cent.6.& Vincent.de Fran.deciſ.288. part.2.

A ſententia lata in iudicio poſſeſſorio habente annexam cauſam proprietatis, licita eſt ſupplicatio; non tamen ob id retardatur executio Ozaſ.deciſ.47.

Petitorij cauſa, videtur abſorbere cauſam poſſeſſorij ibid.

Petitorio, & poſſeſſorio, quando ſimul actum eſt, ſuper vtroque eſt pronunciandum. Ozaſ. deciſ.47.num.3.

Poſsidens vigore conſtituti, remedia poſſeſſoria intentare poteſt. Ozaſ.deciſ.133.nu.7.

Si venditor cõſtituat ſe nomine emptoris poſſidere, & deinceps alteri tradat rem, dicitur interuertere poſſeſsionem ciuilem primi emptoris: ideò competit illi remedium poſſeſſorium, quod tamen debet proponi in libello, ad hoc vt competat. Affli.deciſ.40. nu.13.

Poſſeſsio ſolùm reſtitui petitur in concluſione libelli, in iudicio poſſeſſorio; tãmẽ ſuſtinetur libellus, quo fuit narratum ſpoliũ, & poſtea concluſum, partem ſpoliantem condemnari ad reſtitutionem rei petitæ. Afflic.deciſ 77.

Poſſeſſoria duo adipiſcẽdæ, & reſtituendæ poſſeſsionis poſſunt in eodem libello cumulari, & adinuicem concurrere. Afflic.deciſ.118.

Conuentus iudicio poſſeſſorio, quando liberet, nominando dominum, vide Afflic.deciſ.217.

Poſſeſſorium nihil habet commune cum petitorio. Afflic.deciſ.395.nu.fin Sed quo caſu petitorium poſſeſſorium abſorbeat, vide Put.deciſ.82.lib.1.

Interdicta omnia ſunt in rem ſcripta: ideò etiã contra ſucceſſorem agitur, quocunque interdicto. Capic.deciſ.1. Iaſ.de actio. in §.omniũ, nu.7.& Bar.in q.6.nu.12.

Qui obtinuit in ſummario, non propterea liberatur ab onere probandi in ordinario, licèt ſit reus. Rot.Genu.deciſ.103.nu.5. Quia probationes, ſeu teſtes examinati in poſſeſſorio, non faciunt fidem in petitorio. Iac.Put.deci.171. lib.1. vide Guid. Pap. ſing.624. Hippol. ſing.555.cap.veniens 38 ex.de teſtib. Neque præiudicant. Rot.Genu. deciſ.3.nu.5. Sed an transferant onus probandi in aduerſarium, vide ibid.d deciſ.3.nu.7.& deciſ.103.

Teſtium repulſa, vel impugnatio ſcripturarum, non competit in iudicio poſſeſſorio ſummario. Capic.deciſ.55.& Roma.ſing.388.

Quæ ſint probanda ad hoc, vt quis obtineat in poſſeſſorio, vide Ioſeph. Ludo.deciſ.Luc.65. Beninten. deciſ.61.& Dec.conſ.663.

In poſſeſſorio non eſt neceſſarium probare, ſed ſufficit allegare ſe hæredem. Put. deciſ. 463. lib.2.num.5.

Probatio per famam, vel per vnum teſtem, videtur habere vim plenæ probationis in iudiciis poſſeſſoriis, in quibus de leui præiudicio agi dicitur. Matth. Matheſ.ſing.2.

Teſtis deponens ſuper articulo poſſeſsionis, ſi deponat etiã de proprietate, an valeat eius dictum, vide Barto.in l 3. C.qui legit.perſon. ſtand.in iudi.habe.nu.6.

Illa interdicta dicuntur habere rei perſecutionem, quæ habent cauſam proprietatis, & in his actor debet probare proprietatem; aliàs non vinceret. Bart.in l.2.ff.de interdict.

Poſſeſſorio, & petitorio cumulatiuè intentatis, poteſt Iudex ſuper poſſeſſorio tantùm liquidato pronunciare, ſuſpenſo petitorio nondum claro. Capic.deciſ.86.nume.6 & 16. Sed quando, vide Put.deci.29.lib.3. Hartma.cap. 5.tit.de poſſeſsionib.lib.2.

Petitorio ſuſpenſo, non poteſt Iudex poſtea tã in petitorio, quàm in poſſeſſorio procedere, vide tamen Vera. deciſ.322. part.2. & deciſ. 143 part.3.

Petitorium poteſt ſuſpendi in quacunque inſtãtia, ante concluſionem in cauſa. idem, deciſ. 323 part.2. Et tunc ſuſpenſo petitorio, poteſt intentari poſſeſſorium. Bald.ſing.7.

Petitorium, & poſſeſſorium, quando à principio fuerunt deducta, & probata, & actor ante cõcluſionem in cauſa non ſuſpendit petitoriũ, Iudex debet ſuper vtroque iudicare. Vincen. de Fran.deciſ.199.nu.fin.

Intentato petitorio, non poteſt ferri ſententia ſuper poſſeſſorio, ſed quid, ſi in libello adſit clauſula; Ius & Iuſtitiam miniſtrari, omni meliori modo, vide Dec.conſi.62.

Qui primò cępit agere de proprietate, poteſt redire ad iudicium poſſeſsionis, ſuſpenſo petitorio. cap. ſignificauerunt 36. ex.de teſtib. & atteſtat.

Poſſeſsio propriè licèt non detur in iuribus incorporalibus, tamen datur quaſi poſſeſsio, & cõcedũtur remedia quaſi poſſeſſoria. Gram. deciſ.59.num.45.& Vincen.de Fran.deciſ.90. Nam in præſtationibus perſonalibus (etiam annuis) datur iudicium poſſeſſorium. Capel. Thol.q.59.Put.deciſ.180.lib.2.& Barto.in l.fin. ff.vti poſsidetis.

Poſſeſsio illi adiudicari debet, qui potiora iura oſtendit. Guid.Pap.q.85.

In poſſeſſorio iudicio adducens vnã cauſam, & ꝓbãs aliã, põt obtinere. Boer.deciſ.42.nu.22.

Poſſeſſorij

Possessorij sententia, non affert præiudicium irreparabile, cùm illa possit reparari in petitorio. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 3. num. 36. Menoch. cons. 307. nu. 62. lib. 4. vide Hippol. sing. 555. l. 5. §. solent. ff. de liber. agnos. Natt. consi. 473. nu. 11. c. querelam 24. ex. de electio. Vbi in dicto possessorio non fuerit plenè cognitum. Rot. Genu. decis. 3. num. 6. Secùs si plenè, sed quando dictum procedat, vide Vincen. de Fran. decis. 289. lib. 2.

Sententia absolutoria super possessorio est diffinitiua, adeò quod actor non poterit amplius agere possessorio; sed petitorio. Rebuff. in cō stitutio. Reg. tract. de caus. benefi. art. 8. num. 16. Tom. 3. Et succumbens in possessorio, non prohibetur agere petitorio. l. & an eadē 14. §. fin. ff. de exceptio. rei iudic.

Sententia possessorij lata contra defunctū, non est executiua contra eius hæredem. Rebuff. ibid. art. 11. fol. 803.

De proprietate vsque ad quātum tempus quis audiatur, quando fuit actum super possessione, vide Barto. in l. 2. §. si verò post. C. vbi in rem actio.

In causa possessionis fertur sententia, saluo iure proprietatis. c. bonæ 51. ex. de appellatio.

Possessorium summarissimum dicitur iudicium præparatorium, ad aliud iudicium possessorium plenarium. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 20. nume. 3.

Duplex est species possessorij, quorum alterum summarium dicitur: alterum plenum, seu plenarium, de vtroque, & quando dicatur summarium, & quando plenarium, & Iudex quāliter procedere in illo debeat, vide per eundē Ioseph. decis. 20. Perus. & Rol. cons. 8. vol. 4.

In possessorio summario victoria vnius, non nocet alteri. Ioseph. ibid.

Non est quis audiendus in petitorio, donec satisfecerit de omnibus, de quibus fuit condēnatus in possessorio. Rebuff. in constitut. Reg. tracta. de mater. posses. art. 12. Put. decisio. 143. lib. 1. Craue. consi. 1. pro genero, nume. 8. limita tamē dictum, vt ibi. per Craue. d. consi. 1. nu. 236. & seqq.

In possessorio ex pacto competenti, obstat exceptio, Dolo facis, quia petis quod restituturus es. Put. decis. 54. lib. 2.

Sententia inter alios lata, mihi scienti præiudicat in possessorio. idem, decis. 155. lib. 2.

Possessorium quando est dumtaxat cognoscendum vigore commissionis, non admittitur cumulatio, etiā parte non opponente. Vera. decis. 143. part. 3.

Causa possessorij, & petitorij, quando videatur commissa, vide Hartma. cap. 3. titu. de possessio. lib. 2.

Quæstio nudi, & meri possessorij super re Spirituali, potest tractari, ac cognosci coram Iudice laico; quia non censetur spiritualis. Iaffr. Lanf. Balb. decis. 274. vide supra tit. de beneficialibus in genere.

Possessorium retinendæ, vel recuperandæ, etiā in beneficialibus, potest tractari coràm Iudice laico; secùs in possessorio adipiscendæ. Natt. consi. 411.

Princeps mandare potest, vt omisso possessorio, cognoscatur de petitorio. Gásp. Cabal. milleloq. 928.

Possessorium, & petitorium simul cognosci, & terminari possunt, ex commissione Superioris Iudicis ex iusta, & legitima causa. August. Bero. q. 100. num. 10.

Actore solùm iudicium possessorium intentante, si probationes etiam in petitorio receptę sint, super vtroque iudicio pronunciatur. Mysing. obser. 93. cent. 6.

Petitorium, & possessorium si concurrant, vtrūque eadem sententia terminari debet; præualet tamen petitorium, exceptis expensis litis Natt. consi. 206. Tom. 1.

Possessionis, & proprietatis causa coram eodē Iudice est terminanda, quod procedit, quando actor, & reus sunt eiusdem fori, vel quando vni competit possessorium, & petitorium. Hartma. c. 4. tit. de possessionibus lib. 2. Alias actor obtinens in possessorio coram Iudice rei, non tenetur coram eo Iudice super proprietate respondere, si est prorsus alterius fori. cap. fin. ex. de iudi.

Consultius est agere possessorio, quàm petitorio. l. is, qui destinauit 25. ff. de rei vendic. Qd prius definiri debet, quàm petitoriū. Papon. lib. 4. tit. 9. arrest. 7. Nam iuri conuenit, vt possessoriū prius finiatur, & exequatur, sed quare, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de senten. execut. art. 6. glo. 1. Tom. 1. & in tracta. de mater. possess. art. 12. Dec. cons. 424. & 467. l. ordinarij 13. C. de rei vendic. l. si de vi 37. & ibi. Bart. ff. de iudi. & l. 1. C. de appellatio. Vtilius etiam est, vt possessorium prius finiatur. Rebuf. de senten. execut. d. art. 6. Quod intelligendum est, si possessorium fuerit probatū, antequam probationes fuissent factæ super petitorio. Bart. in l. fin. §. possessionem. C. de compensatio.

Possessorium, & petitoriū, an possint simul intentari, & quō differat quæstio possessionis, à quęstione petitorij, vide Bar. ī d. l. si de vi 37.

Possessorium ante petitorium intentari debet, nec tunc quærimus, an iustè, vel iniustè quis possideat; sed sufficit possidere. glo. in l. si coloni 14. C. de agric. & censit. lib. 11.

De præscriptione, & instantia in possessorio vi

de per Papon.lib.12.tit.3.arrest.16. Et de materia interdictorũ p Io.Crisp. in suo trac.termino.act.n.44.& seq post volumẽ Iaf.de acti.
An,& quando agenti possessorio,exceptio dominij obiici posit.vide Craue. consi.248.
Causa quælibet possessoria est summaria.Marã. in suo Spec.part.4.distinct.6.iudic.nu.46.
Possessorium iudiciũ est, vbi ag t de mera possessione, & istud iudicium possessorium est triplex,nempe adipiscendæ possessionis,retinendæ,& recuperãdæ. Maran.ibid. distin.7.
Possessorium non transit ad hæredes, nisi possessio apprehendatur: fallit tñ, quando defunctus possidebat per colonum. Maran. ibi. d.distinct.7.num.3.
Possessorium quid sit,& quid petitorium, quomodo,& in quibus differant, vide Rebuff. in constitutio.Reg.tracta.de mater. possess.art. 7.glos.1. Dec.consi.62. Quando vnum intelligatur intentatum,& quãdo aliud, vide etiã Rol.consi.41.& Dec.consi.663.
Causa possessorij non dicitur magna; licèt de magna re contendatur.Dec.consi.56. Imò dicitur parui præiudicij. vide Hippol.sing.620.
Agenti possessorio, non obstat exceptio concernens defectum personæ. gloss.in cap.fina. ex.de ordin.cognit.
An confessio in possessorio facta, præiudicet in petitorio,vide Hippol, sing.580.
Iudicium momentaneæ possessionis, quare sic dicatur,& quomodo circa illud agatur; & minor licèt posit agere in causa possessoria,nõ tamen potest conueniri; sed in causa possessionis, quando posit fieri articulus de proprietate,vel dicatur impertinens, vide Bart. in l.3.C.qui legitim. perso. stãd.in iudic.hab.
Possessione rei mobilis amissa, nullum interdictum possessorium est introductum; sed alia remedia dantur. Bart. in l.manifestissimi 22. §.sed cum.C.de furtis.
Possessione translata in casu legis in rem. ff.de rei vendic.(hoc est quando reus negauit se possidere) reus auditur in petitorio: sed cõuictus de mendatio, si dicat se non esse grauatũ in translatione possessionis,quia affectat velle probare statim de dominio ,illum non esse audiendum, scribit Bar. in l. in rem 80.ff.de rei vendic.nu.10.& 12.
Exceptio,Dolo facis,petere qd restituturus es, non habet locũ in possessoriis remediis, præter in interdicto adipiscendæ. Barto. in l.3. §.causæ. ff. ad Carbonian. Vel si quis statim vellet probare de iure suo.Bart.in l.1.ff.quorum legato.facit l.ille à quo 14. §. si de testamento. ff. ad Senatusconsul. Trebellia. vide glos.in l.198.ff.de reg.iur. & eundem Bart. in l.37.ff.de iudi. De materia interdictorum vide per eundem in l. naturaliter.§. nihil.ff.de acquir.possessio.
Ingrediens possessionem vigore sententiæ nullæ,an incidat in pœnã l.meminerit, vide Bar. in consi.91.vol.1.
Accusatus de turbata possessione inducta ex forma statutorum,an absoluatur,si doceat se ingressum aliqua ratione,ita quòd dolus malus absit,vide Bar.in l.1.§.nõ autem. ff.si quis testamen.lib.ess.iuss.fuer.
Probans de antiquiori possessione cum tit. obtinere debet,idem Bart.in consi.121. volum. 1.Quia tũc possessio iunior, præsumitur clãdestina.Ioseph Ludo.decis.Luc.14.nu.5.
Minor potest mouere possessorium; sed non petitorium, nec sibi moueri,sine auctoritate tutoris,vel curatoris.l.3.C.qui legit.perso. stand.in iud. hab.
Causa violentiæ debet tractari, vbi est possessio,vel vbi vis illata est.idem in qualibet alia possessione.l.vnic.C.vbi de possessione. & l. fin.C.vbi in rem actio.
Possessor,qui rem eius esse, de quo actor affirmar,negauit,& post probationem actoris,cõfitetur,ad exceptionem deueniens,prius rei possessione priuatur, quàm de iure suo audiatur.§.illud quoque in iudiciis, Authen.de trient.& semis.

De interdictis adipiscendæ possessionis.

Exceptio proprietatis, quæ incontinenti probanda offertur, opponi potest intentanti remedium, quorum bonorum.Ozas.decis.26. vide Afflic.decis.14.num.4. Capic.decis. 121. Boer. decis.338. nume.5.& Natt. consi. 502.nume.12.
Interdictum, quorum bonorum,non datur contra tit.possidentem.Ozas.d.decis.26.num.12. Natt.consi.439. & consi.502.num.12.& Rolã. consi.75.vol.3.Quòd procedit, quando possessor habuit titulum ante mortẽ defuncti; aliàs secùs,Ozas.d.decis.26.num.21. Quid, si post,vide Pet.Benint.decis.35.
Probatio,quæ incontinenti fieri offertur, si requirat altiorem indaginem,nõ impedit missionem in possessionem. Ozas. d. decisio.26. numẽ.15.
Interdictum, quorum bonorum, quam probatione requirat, & quando habeat locum, vt scriptus hæres in possessionem bonorum hæreditariorum mittatur, vide Afflic.decis.14. & infra tit.prox.
Interdictum,quorum bonorum, an habeat locum,

cum, si opponatur, pendente quæstione falsi testamenti, in alio iudicio, vide ibid. nu. 3.

Libellus interdicti, quorum bonorum, quam cõclusionē requirat, vide eund. Afflic. deci. 118.

Interdictum hoc adipiscendæ, quādo detur hęredi, vide ibi. d. decis. 118.

Substituto, vel fideicommissario non competit dictum remedium, nec possunt impedire hæredem, quominus mittatur in possessionem. Boer. decisio. 156.

Si testator possideat tēpore mortis, hæres agere debet interdicto adipiscendæ. Pet. Beninten. decisio. 12.

Per hoc interdictum etiam fœminæ sunt in possessionem bonorum feudalium mittēdæ, nisi agnatus statim de iure suo ostēdere paratus sit. Iac. Put. decis. 229. nu. 5. lib. 1.

Remedio possessorio adipiscendæ ab intestato agi potest, etiam stante testamento, si spacio 30. ann. additio hęreditatis sit præscripta. idē Put. decis. 54. lib. 3.

Hoc interdicto non datur contra pacificū possessorem, post 30. ann. quia tollitur hoc tempore. Vera. decis. 332. part. 2.

Titulum non habens audiendus non est in hoc interdicto. idem Vera. decis. 342. Sed sufficit titulus inutilis. idem, decis. 309. part. 3.

Immissus à Iudice in possessionem hæreditatis tanquam hæres ex testamento defuncti, manutenendus est, etiam quòd alius fuerit spoliatus, & esset restituēdus. idē, deci. 347. par. 2.

Hæres producēs exemplum testamenti extractum ab eodem Notario à suo originali, debet obtinere in materia l. fin. C. de edict. Diui Adria. tol. Vera. decis. 351. part. 2. vide tamen infra tit. prox.

In possessionem non est imittendus ille, cui obstat exceptio inobseruātiæ trāsactionis, nec potest alium impedire, quin immittatur in possessionem virtute d. legis final. Vera. decisio. 349. part. 2.

Possessorium adipiscendæ possessionis exēplificatur, primò in interdicto, quorum bonorū, quod competit hæredi, cui delata est hæreditas ex testamento, vel ab intestato pro acquirenda possessione rerum hęreditariarum, & ipsius hæreditatis, & ad hoc, vt cōpetat hoc interdictum, sunt cōsideranda aliqua ex parte actoris, & nonnulla ex parte rei, de quibus vide p Marā. in suo Spec. part. 4. distin. 7. iudi. tit. an sit iudiciū sup petit. vel possess. fol. 137.

Hoc interdictum reperitur directum, & vtile: directū datur bonorum possessori de iure Prætorio: vtile datur hæredi de iure Ciuili: item directum datur ei, qui agit ad vniuersam hæreditatē; vtile verò illi, qui agit ad vnā rem particularem. Maran. ibid. num. 7. Rol. consi. 75. vol. 4. facit §. sequens. Institut. de interdic.

Vtile est intentare hoc interdictum, ex quo est remedium possessorium, & à sententia lata super illo non appellatur, ad effectum retardandæ possessionis; secùs si ageretur petitione hęreditatis. Maran. ibid. num 9.

Secundò, exemplificatur hoc interdictum in interdicto, quorum legatorum, quod competit hæredi ad auocandam possessionem legati à legatario, qui illud occupauerat propria auctoritate. Maran. ibid. num. 7.

Tertiò, habet locum hoc interdictum adipiscēdæ in Saluiano interdicto, quod datur, quando conductor intulit bona in prædium conductum, si ille bona ipsa inde extraheret. ibi. nu. 11. vide §. sequens, Institut. de interdict.

Quartò, exemplificatur in remedio l. fin. C. de edict. Diui Adriani toll. quod competit hæredi tantùm scripto in testamento, qui producit ipsum testamentum in forma publica. Maran. ibid. nu. 12. de quo remedio vide infra in tit. prox.

Quintò, procedit interdictū in eo, cui facta est collatio alicuius beneficij, vt mittatur in possessionem, seu quasi ipsius beneficij. Maran. ibid. num. 13.

Soror vtrinque coniuncta fratri decedenti ab intestato, nullo extante proximiore in gradu succedendi, succedit, estq; in possessionē mittenda: postea verò aduersarius, si quid fideicommissi, aut legati, vel feudi iure prætendat, experiri poterit: idem in filia. Dec. consi. 424. vol. 2. cons. 467. & cons. 498. vide infra ti. proxi.

Hoc interdictū in beneficialibus, non potest tractari coram Iudice laico. Nat. cōs. 411. n. 3.

Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus, non obstat exceptio criminis, nisi de illo sit infamatus. c. accedens 23. ext. de accus.

Non datur hoc interdictum hæredi, qui semel possedit rem hęreditariam. Natt. consi. 448. Rol. cōsi. 75. vol. 2. & §. sequēs. Insti. de interdi.

Remedium l. 3. C. de edict. Diui Adrian. toll. est adipiscendæ possess. Bar. in d. §. sequens. n. 24.

Hæredi pro adipiscenda possessione bonorum hæreditariorum, competit duplex remediū, alterum ex testamento; & alterum ab intestato, vide tit. ff. quor. legat.

Exceptio, Dolo facis, petere quod restiturus es, habet locum in possessoriis adipiscendæ, in aliis nō. Bar. in l. 3. §. causæ. ff. ad Carbonia.

Possessoria duo adipiscendę, & restituendæ possessionis, possunt in eodem libello cumulari, & adinuicem concurrere. Afflic. decis. 118.

Appellatio nō admittitū in iudicio adipiscēdę; sed quare, vide Vera. deci. 223. par. 1.

Interdictum adipiscendæ, datur pro qualibet

possessione, quam obtinet ille, in cuius locũ quis subrogatur, etiam si fuisset detentator, idem Vera.decis.346.part.2.

De edicto Diui Adriani tollendo, & quemadmodum scriptus heres in possessionem mittatur.

Haeres debet mitti in possessionẽ, licèt sit de restituẽdo grauatus.l.filiã fratris 56. ff. ad Senatusc.Trebellia. Nec fideicõmissarius põt impedire hanc missionem.Boer.decis.156.

Si hæres petat se induci in possessionẽ rerũ hæreditariarum, debet mitti, neque admittitur appellatio, per quam retardetur missio,l.fin, ff.de appellatio.recipien.vel non, Guid.Pap. q.132.nu.8.& Vera.decis.223.part.1.

Interdictũ quorũ bonorũ,q ã probationẽ requirat,v scriptus hæres in possessionẽ mittat, vide Affli.deci.14 & de materia, suprà tit.prox.

Immissionem an possit quis consequi ex testamento nuncupatiuo, vide Pet.Benin.deci.83.

Remedium l.2.C,de edict.Diui Adria. toll.non datur contra titulo possidentem, si titulus sit quæsitus ante mortẽ testatoris; secus si post, nã tunc non impedit immissionem. Affli.decis.119 nu.6. Guid Pap.q.132. Natt.consi.502. nu.12.vide tamen Pet.Beninten.decis.35.

Omni substituto directo competit beneficium l.fi.C. de edict. Diui Adri. toll. Hartma.cap. 12 tit.de testamentis lib.2,

Oĩa opposita contra dictũ remediũ,quæ requirũt turtã indaginẽ, nõ officiũt ipsi possessorio Affli.c.d,decis.119.num.7 Dec.consi.84.& 218 Rol consi.2.vol 3. & consi 98. vide tamẽ Guid.Pap q.132.Vbi tenet contrarium, vide ẽt Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.12. & cõs.180. lib 2.nu.46.Natt.cons.236.Tom.2.& cõsi.352.

Si producãtur duo testamẽta,& altera pars alleget errorẽ, & petat se summariè admitti ad probãdum, est admittẽda,& probato errore, si habeat potiora iura, mittitur in possessionẽ bonorũ, quę possidebat testator.Gui.Pap. q.132.Quid, quãdo allegaret primũ testamẽtum reuocatum, vide Beninten decis.83.

Possessori hæreditatis cõpetit hoc interdictũ, ad cõfirmãdã possessionẽ.Guid.ibid.d.q.132.nu. 4.q.219. & sing.286 Et hoc max.qñ possidet partẽ bonorũ, & petit se mitti in possessionẽ aliorũ,& cõfirmari in possessione. ibid.Guid.

Beneficiũ huius edicti non cõpetit fideicõmissario vniuersali.Guid.d.q.132. nu.fi. & q.323. in fi vide Papo.lib.20.tit.3. arrest.21.& seqq. Alex.Raud,tract.de Analog.c.15.Limita,vt procedit Papon.arrest,24.ibid.Minus agẽti ex codicillis.Guid.ibid.Boer.deci.156. nu.20.vide Bart. consil.67. vol.2. sed an competat substituto, vide Boer.d,decis.156.

Possidens ciuiliter impedit hanc missionem in possessionem.Guid.Pap.q.356.in fine.

Vitiũ testi inuisibile, non impedit hæredẽ mitti ĩ possessionẽ, licet appareat legitimus cõtradictor.Cassad.decis.4.tit.vt lite pẽdẽte, nu.4.

Fideicõmissi taciti exceptione, missio in possessionem non impeditur. Fran. Marc.q.256.

Hæres est mittendus in possessionẽ, in quã prædecessor vigore decreti ex sua confessione, fuerat missus.Put.decis.461.lib.2.

Constitutio Aegidiana habet locum in remedio l.fin. C. eod. sumus enim in notorio iure (quod inducitur ex testamento) in quo non requiritur titulus.Vera.decis.223.part.1.

Aegidiana reducit nos ad terminos iuris Ciuilis,& tollit obstaculum iuris Cano. Vera, ibi.

Mittendus est in possessionem filius legitimus institutus in testamento, & à patre ita nominatus, hoc etiã in bonis feudalibus, edocto dicto testamẽto.idem Vera.decis.342. par.2.

Qñ quis venit ad successionẽ vigore codicillorũ, ex quibus censetur rogatus scriptus hęres in testamẽto de restituẽda hæreditate descripto in codicillis, cessat dispositio huius edicti.Vinc.de Fran.deci.204. vide Papo.lib.20. tit.3.arrest.23.Boe.dec.156.& Gui.Pap.q.132.

Cõtradictor legitimus põt impedire missionẽ in possessionẽ;sed qñ,& qũo, vide Meno. cõs. 180.li.2.nu.57.Bar.sing.186 Sed qs dicat legitimus cõtradictor, vide Gui.Pap.sin.789.790.

Hæres ex vltimo testamẽto institutus, mittẽdus est in possessionem, non obstante clausula derogatoria ex primo testamẽto proposita. Rot.Auenio. decis.81.

De hærede mittendo in possessionẽ, nõ obstantibus exceptionib. debitę legitimæ,& reparationum in hæreditate factarũ, vide eundem Rot. decis.104.

Remedium d.legis fin.non impeditur per exceptionem spurietatis, nec per exceptionem defectus testamenti, vel impotentię testatoris, aut incapacitatis hæredis, minus præteritione filij.Alex.Raud.tracta.de Analog. cap. 36.num.37.& seqq.vide tamen Menoch. cõs. 180.lib.2.nume.23.

Remedium ipsius legis fina. competit instituto sub conditione, ipsa purificata.Raud. ibidẽ. c.37.num.3.& 48,

Mors testatoris præsumptiuè probatur, si hæres producat testamentum leuatum, & expeditum,& agatur possessorio. D. Sol. in constitu. antiq. Sabaudiæ, glo.super decreto, vt defuncti, titul.de Tabellio. fol.141.

Hæredem mitti in possessionem ex edictio Diui Adriani,

ui Adriani, cùm testibus se hæredem probat, scribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 63. nu. 4.

Fideicommissarius etiam si manifestè constet de fideicommisso, si nō possideat sine vitio, hanc immissionem impedire nō potest. Dec. cōsi. 218. Rol. cōsi. 78. vol. 3. & Bar. cōs. 91. vo. 1.

Filia instituta debet mitti in possessionem omnium bonorum, etiam feudalium, quo facto, disputabitur de proprietate. Dec. consi. 467. Fallit, si agnatus paratus fuerit incontinenti probare de feudo. Natt. consi. 502. Vide Rol. consi. 98. vol. 3. & cons. 48. vol. 4. & infra libr. 2. tit. de feud. in genere.

Remedium prædictum intentans, non astringitur specificare bona in suo libello, quæ possidebat defunctus tempore mortis; sed Iudex potest committere nuncio, vt illum immittat in possessionem corporalium rerum possessarum per defunctum, tempore mortis suæ, & ante. Natt. consi. 654.

Hæres etiam extraneus fidem faciens de testamento non deleto, nec abolito, debet mitti in possessionem bonorum, non solùm allodialium, verùm etiam feudalium, reseruata cognitione plenaria in alio iudicio. Rol. cōs. 11. vol. 3. & consi. 98.

Filius naturalis institutus in feudis sub conditione, cum capax fuerit, legitimatus, patre viuente, faciens fidem de testamento non viciato, debet mitti in possessionem bonorum feudalium, non obstante oppositione agnatorum, quorum fuit facta mentio in legitimatione. Rol. consil. 23. vol. 3. vide Menoch. consil. 180. libr. 2.

In hoc remedio d. l. fin. admittuntur exceptiones contra testes hæredis, quando ipsę exceptiones colliguntur ex dictis testium. Menoch. d. consi. 180. num. 38.

Vt quis possit mitti in possessionem, debet exhibere originale testamentum in publica forma. Menoch. d. consi. 180. nu. 53.

Quando hæres detinet bona, & petit se confirmari in possessione, omnes exceptiones, quę impediunt hanc missionē, impediunt etiam confirmationem. Menoch. consi. 180. nu. 57.

Hæres potest auctoritate propria apprehendere possessionem hęreditatis, & bonorum, ipsius. Henric. Boer. in suis singularibus, tit. auctoritas, licentia, & consensus, nu. 7. Sed quando dictum procedat, vide Hartma. cap. 5. tit. de hæredib. li. 2. & Ioseph. Lud. deci. Perus. 69.

De materia huius edicti vide per Guid. Pap. singul. 898.

Licèt hæres auctoritate propria possit occupare bona defuncti, quando contradictorē nō habet, tamen si petierit coram Iudice incōpetenti se mitti in possessionem eorum, illi obstabit exceptio incompetentiæ. Marc. de Mant. singul. 227.

Hoc edictum non habet locum ab intestato. Bartol. consi. 82. vol. 2.

Beneficium d. legis fin. datur substituto vulgariter, sed quando detur substituto compendiosè, vide Bar. consi. 5. vol. 1.

Iudex competens quis sit, quando petitur missio in possessionem bonorum defuncti ex d. leg. fin. vide Hartma. cap. 7. tit. de iudi. lib. 2.

De Saluiano interdicto.

Saluianum interdictū competit locatori aduersus conductorem ad euocandam possessionem earum rerū, quas ille exportauit, quę erāt obligatæ locatori ratione pensionis: & eodē mō cōpetit creditori aduersus debitorē pro rebus sibi obligatis, & istud remediū est pinguius, quā remediū seruianę hypothecariæ: qa sufficit ī illo, q creditor ꝓbet illas res fuisse possessas tāq̄ suas tpe obligationis contractæ: sed in hypothecaria oportet probare de dominio debitoris. Io. Crisp. trac. termino. actio. num. 84. post volumen Ias. de actio. Rol. consi. 14. vol. 1. vbi de differentiis inter hoc interdictum, & hypothecariam, vide glo. in §. item seruiana, Instit. de actio, & Perillust. D. P. Tessau. deci. 175. & 176.

In Saluiano interdicto solùm est necessarium probare possessionem defuncti debitoris, vt agi possit contra tertium possessorem. Put. decis. 207. libr. 1.

Saluianū interdictum nō admittit appellationem. Vera. deci. 106. part. 3.

Saluianū interdictum solùm videtur competere locatoribus aduersus bona colonorū, vel inquilinorum pro mercede rei conductæ, vide Menoc. consi. 295. lib. 3.

Interdictum Saluianum directum cōpetit pro reb. coloni; vtile ꝓ rebus inquilini. Bar. in l. solutum 11. §. solutam. ff. de pign. actio. Et est adipiscendæ. Bar. ibi. num. 5.

Quando competat Saluianum interdictum, & in quibus casibus, vide D. P. Tessau. deci. 176.

Saluianum interdictum dicitur intentatum, per clausulas salutares descriptas in fine libelli. Borg. Caual. decis. 27. de contract. part. 2.

Saluianū interdictum vtile, & habet locum, nō solùm inter colonos; sed etiam in quolibet contractu, & contra quemlibet tertiū possessorē. Borg. ibi. vide Perill. D. P. Tessa. dec. 176.

Saluianum interdictum est possessorium, & dicitur interdictū adipiscendæ, & nō requirit excussionem; sed contra quē det, vide Borg. ibi. Et quid in eo sit probandum, ib. nu. 3.

De interdictis retinendæ possessionis.

IN interdicto retinendæ in beneficialibus, an sufficiat probare antiquiorem possessionem, an verò requiratur probatio tituli saltem colorati, ad ipsam possessionem iustificandam, vide Ozas.decis.55.

In hoc interdicto cognoscit Iudex secularis Superior. Guid.Pap.q.85. Afflic.decis.2. vide supra tit.de beneficialibus in genere.

In ipso interdicto nō obstat exceptio defectus proprietatis. Ozas.decis.55.nu.3. Capic.deci. 121.num.30.vide Boer.decis.238. nu.5. Bart. in l.1.C.si per vim, vel alio modo, nume.11.& in l.37.ff.de iudi.

In hoc interdicto retinendæ, extrema requisita probanda sunt, Ozas.decis.99, nume.14. vide Afflic.decis.394.

Iura potiora qui probat in petitorio, obtinebit in possessorio, in materia huius interdicti, Guid.Pap.q.71.

Testes examinati in iudicio retinendæ, nō probant in iudicio recuperandæ. Iacob.Put.decisio.362.lib.3.

In interdicto retinendæ petitoriū suspendi non potest, stāte cōsensu probationis super proprietate, Put.deci.29.lib.3.vide Vera.decisio. 324.part.2.

Probatio non ita exacta requiritur in mandato de manutenendo, sicut in iudicio recuperandæ.idem Vera.decis.382.part.2.

Duobus cōtendentibus de possessione, Iudex dēt summarias informationes capere, vter eorum melius possideat, vt de possessione probet, & illum faciat fungi vice possessoris, alteri inhibendo, ne ad possessionem accedat, saluo iure vtriusque partis tā in proprietate, quām in possessione, & melius facit, quā sequestrare rem, vel inhibere parti, ne ad rē ipsam accedat. vide Borg.Caual.deci.23.nu. 109.de contract.part.2.& Natt.consi.121.

Vt qs obtinere possit in hoc interdicto, vti possidetis, necesse est, q probet primò, se possedisse tempore turbationis, & litis contestatę. Rol.consi 9. vol.3.nu.18. Ozas.decis.43. vide eundem Ozas.deci.99.nu.fin. Beninten.deci. 42.Capic decis.72.& 209.& Natt. consi.572. nu.16.Fallit in eo, qui probauit se olim possidere, & nūc allegat se possidere.idem Ozas. decis.43.nu.2.vide Capic.d.decis.209.& Nat. d.consi 572.nu.10.

Secundò, debet probare turbationem sibi illatam ab aduersario. Rol. d.consi.9. num.28.& Mago.decis.Luc.54.

Tertiò, est necesse probare de antiquiori possessione. Rol.d.consi.9.nu.29. Et tunc de illa probans debet obtinere, licèt fidem non faciat de titulo. Ozas.decis.55. vide Beninten. decis.42. Fallit in eo, qui possidet mala fide. Mago.decis. Luc.54.nu.5. & 7. Tamen secundum Capic. sufficit possessio sine bona fide, vide eundem Capic.decis.209.nu.10.

Quartò, quis non potest obtinere in hoc interdicto, nisi sit in bona fide. Roland. d.consi.9. num.37. Mago. d.decisio.54. Et iniusta causa in materia, vti possidetis, non excusat.Mago. ibid.num.19.

In hoc interdicto inspiciendum est, qui melius possessione probauit: quia ille obtinebit, etiam si nullo modo titulum, & proprietatē probauerit, & aduersarius se dominum esse ostēderit.vide August.Bero.q.71.nu.3.

Si actor, & reus in hoc interdicto retinēdæ possessionis ꝓbauerint, obtinebit is, q antiquiorē possessionē probauit, titulo maximè iustificatā, vel meliores probationes respectu possessionis adducit.c.licet 9.ex.de probatio.

De possessorio, vti possidetis, & de turbatione facta per Clericū laico vide per Affli.decis.2.

Turbans asserit se possidere ad turbationis effectum; non possessionis. Affl.decis.394. nu.6.

Interdictum, vti possidetis, competit cōtra dicentē se ius habere in re, vel possidere. Affli. d.decis.394 in fine.

Si iudicatum est hoc interdicto, vt aliquis non turbet, dabitur contra hæredem illius victi actio in factū ex re iudicata, & ex turbatione defuncti, contra quem fuit lata sententia; sed non dabitur ex turbatione ipsius hæredis, vide Capic.decis.1.nu.12.

Sētentia lata contra defunctum in interdicto, vti possidetis, non mandatur executioni cōtra hæredem, & ita aliās fuit iudicatū. quod procedit, quando possidet alio iure, quàm hæreditario: secùs si possideat ex persona defuncti. Vincen.de Fran. decis.199. vide Cabal.millelo q.927.

Hoc interdictum, vti possidetis, illi tantùm datur, qui turbatur in sua possessione: ideò qui de tali possessione sua nō probauit, illud nō potest habere, nec sufficit possessio defuncti patris; sed quid, quando defunctus possidebat per colonum, quo casu videtur continuata possessio in hæredem, vide Rol.consi. 46.volum.2.

Possidēte rē à me vi; clàm, aut precario, rē ipsam in aliū alienante, possum cōtra successorem agere hoc interdicto, sicut poterā cōtra auctorem. Capic.decis.1.nu.4.

Possessorium retinendæ differt à Iudicis officio, procedentis armorum timore. Capic. decisio.96.

Inter-

Interdictum retinendæ,& officium impetratum ab illo, qui timet ſpoliari totaliter ſua poſſeſsione, differunt inter ſe. Capic.d.decis.2.

Decretũ, quòd altera pars debeat eſſe in poſſeſsione, lite pendente, debet continere clauſulam, Citra præiudiciũ poſſeſsionis, & proprietatis. Capic.decis.55.nu.7.

Poſſeſſorium iudicium, & iudicium, quòd altera pars ſit in poſſeſsione, lite pendente, differũt in aliquibus inter ſe. Capic.ibid.nu.fin.

Attentatorum iudicium non impedit cauſam principalem, ſuper remedio retinendæ poſſeſsionis intentatam. Capic.decis.72.nu.fin.

Poſſeſſorium retinendæ ordinarium, & officium Iudicis extraordinarium, an proponi poſsint poſt litem conteſtatam, vide Capic.deciſio.96.nume.10.

Interdictum retinendæ poſſeſsionis, quando locum habeat, vide Hartma.cap.3. titu.de interdict.lib.1.

Reus licèt nihil petat, actor tñ nõ probans in d. interdicto condemnabitur. Hartma.ibid.c.4.

Sequeſtrum poſſeſsionis non fit, etiam ob timorem armorum, altera partium ſtante in poſſeſsione: ſed vbi neuter, aut incertum eſt quis poſsideat. Capic. deciſio.96. nume.11. & Guid.Pap.q.578.

Sequeſtri remedium differt ab eo, quando proceditur ad examinationem, per quam alteri parti, lite pendente ſuper vti poſsidetis, eſſet ad rem prohibendus acceſſus. Capic. d. deciſio.96.num.12.

Poſſeſsio litigioſa ſequeſtrari poterit, ne partes ad arma veniant: ideò in Camera Imperiali adeſt conſtitutio de tali poſſeſsione ſequeſtranda; ſed quando locum habeat, vide. Andr.Gail.obſer 5.lib.1.& Hippol.ſing.543.

De modo procedendi in Camera Imperiali ſuper litigioſa poſſeſsione vide per eundem Gail.obſer.6 ibid.

Pendente iudicio retinendæ poſſeſsionis, vel vti poſsidetis, an poſſeſsio ſequeſtretur, vide Barto. in l. 5.ff.vbi pupil. educ.debea in lect. Nicol. de Neapol.

Remedium poſſeſſorij ſummarij an competat, pendente iudicio retinendæ poſſeſsionis, vide Capic.decis.209.

Interdicto vti poſsidetis agens contra illũ, qui eſt fundatus in iure communi, niſi probet titulum ſuccumbet. Capic. d. deciſio. 209. nume.5.

Nemo poteſt agere interdicto retinendæ, niſi poſſeſsionẽ realem habuerit, quamuis prędeceſſor ſuus, vel auctor habuiſſet. Gui.Pap. q.552.num.3. Et per conſequens hæres, ante apprehenſionem, non poteſt agere. Gail.obſer.129.lib.2.

In hoc interdicto retinendæ, quis debet narrare in libello factum ſapienter, & ſuper omnia cauere, ꝙ non narret tale factum, per quod videretur expulſus, & deſiiſſe poſsidere, quia tunc ſe excluderet ab hoc interdicto. Guid. Pap. quæſt.552. nume.4. vide Barto.in l.1.C. vti poſsidetis.

In dicto interdicto, data paritate probationũ factarum per partes, quid agẽdum, vel qualiter tunc debeat Iudex pronunciare, vide Boer. decis.239. Menoch. de Arbitra.q.56. & Perilluſt.D.P.Teſſau.decis.206.

In ipſo interdicto debet obtinere ille, qui oſtẽdit de titulo, data paritate probationum. Vera.decis.336.part.2. vide Guid. Pap.ſing.948. & 960. Perilluſt.D.P.Teſſau.decis.206.

Poſsidens cum titulo in hoc interdicto, pręfertur habenti antiquiorẽ poſſeſsionem ſine titulo. Natt.conſi.419. Declara per Rol.conſi. 9.vol.3.nu.36. & 45. Aliàs regulariter poſſeſſio antiquior probata, duobus contendentibus de poſſeſsione, iuniori præfertur, & qui probauit de antiquiori debet obtinere. Nat. coſi.572 & Rol.conſi.9.vol.3.

Exceptio dominij, ſeu dolo facis, &c. nõ admittitur contra agentem interdicto retinendæ, & dicentem ſe turbatum: fallit, quãdo hincinde eſſet pares probationes in poſſeſſorio: quia tunc ille obtineret qui etiam de dominio probaret. Iaſſ. Lanſ. Balb. decis.75. vide Papon.lib.17.tit.2.arreſt.5.& ſeqq.

Poſſeſſorium retinẽdæ, exemplificatur in duobus interdictis, nẽpe vti poſsidetis, & vtrobiſ ſed cui competant, quando, & quis in illis obtinere debeat, vide per Maran. in ſuo Spec. par.4.diſtin.9. iudic. tit. an ſit iudicium ſuper petit. vel poſſe.nu.14. & Dec.conſi.303.

In iſto poſſeſſorio retinendæ, admittitur articulus de proprietate. Maran.ibid.num.26. vide Dec. conſi.303. Barto.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſ.num.10. & in l. 40.§.ſi ſeruum, eod. Sed quòd petitorium in hoc interdicto, non poſsit cumulari cũ poſſeſſorio, ſcribit Rebuff.in conſtitu. Reg.tract. de reſcript.art.5.gloſſ.1. Tom.2. fol.363. vide Auguſt.Bero.q.71.

Multa de materia huius interdicti, de effectu, & quid, quando timetur, ne partes veniant ad arma, vide per Pet. Beninten. deciſio.73. Et quomodo ſit pronunciandum, quando partium iura ſunt dubia, vide Fran. Marc.quæſt. 405.part.2.

Quando denegatur ſolutio penſionis, ſi penſionarius adiuerit Iudicem, per talem acceſſum retinet ciuilem poſſeſsionem, & propter talem retenſionem, illi competit hoc interdictum retinendæ. Put.decis.419.lib.3.

Recuperandæ, & retinendę possessionis remedium, pro spolio competit. Put. ibid. nu. 4.

Lite super litterarum surreptione pendéte, eas impugnans est manutunendus in possessione. idem, decis. 497. lib. 2.

Vti possidetis interdicto, agi potest contra turbantem de facto in possessione. Put. ibid.

Prohibitio, stante petitorij suspensione, legitimè facta dici non potest. ibid. nu. 3.

Instrumentum non faciés ad causam possessorij, non impedit manutétionem in possessione, & statu antiquo. Put. decis. 501. lib. 2.

Accessus ad molendinum intermissus post proclama, non vigore prohibitionis; sed ex aliqua causa (si aliqua subest) censetur intermissus. ibid. d. decis. 501.

De vno actu ad alium non est arguendum in his, quæ sunt meræ facultatis. Put. ibid.

Exceptio dominij incótinenti probandi in interdicto retinendæ, non admittitur quidem; sed admissa, obstat. Put. decis. 29. lib. 3. nu. 12.

Mandatum de manutunédo vbi datur, cogitur quis ad cauendum, ne in futurum molestet: ad damna verò, & interesse, agendum est via ordinaria. idem Put. deci. 61. lib. 3.

Manutentionis mandatum, habet naturam interdicti retinédæ: & possessionem antiquam continuans, nihil innouat. Vera. decis. 198. part. 2. & decis. 199. ibid. Sed tale mandatum non datur, quando possessio non est clara; sed intricata: quia tunc partes possent venire ad arma, quo casu, omisso possessorio, debet cognosci de petitorio. idem Vera. decis. 200. part. 2.

Manutenendus est in possessione immissus in illa legitimè, etiá quòd alius fuerit spoliatus, & esset restituendus. Vera. decis. 347 part. 2.

Quando propter litigiosam possessionem periculum subest, ne partes ad arma deueniát, neutra agere volente, Iudex potest illis inhibere ex officio, vel eas citare ad dádum articulos super possessione. Mysing. obseru. 96. cent. 2.

Soluere denegans non dicitur spoliare, quádo agens non prætendit se spoliatum; imò se esse in possessione percipiendi: tunc enim potest peti mandatum de manutenendo. idem Vera. decis. 167. lib. 3.

Turbare dicitur quis aliquem in possessione rei ponendo cedulas, & faciendo banna pro locatione ipsius, adeò quòd sufficiat possessori hoc probare, ad finem obtinendi sñiam in iudicio turbationis. Vinc. de Frá. deci. 163.

Ille, contra quem intentatur interdictum retinendæ, potest intentare iudicium proprietatis. idem, decis. 193.

Licèt ille, qui proponit tale interdictum sit persona Ecclesiastica, tamen poterit reconueniri iudicio petitorio super proprietate, corá Iudice seculari. ibid. d. decis. 193.

Oppositione, quam mihi facit aduersarius conuentus vti possidetis, negando meam intentionem, dicor turbari, & constat de turbatione. Iaff. Lanf. Balb. decis. 181.

Libellus, in quo possidens ciuiliter tantùm, petit se manuteneri, & non turbari in possessione, & etiam se introduci ad corporalem possessionem per alium occupatam, de iure procedit. idem Iaff. decis. 490.

Quando quis dicatur me turbare in mea possessione, vide Cabal. milleloq. 915. & 916. Rebuf. in constitutio. Reg. tract. de remed. possesso. art. 1. glo. 2. Tom. 3. Et quomodo probanda sit possessio in turbatione, vide Cabal. milleloq. 917. Vt quis teneatur de turbata possessione, & quibus modis quis dicatur turbare possessionem, vide Bar. consi. 112.

Interdictum, vti possidetis pro decimis, & alio iure Ecclesiastico, datur. Cabal. milleloq. 921.

Possidens tempore præcepti, & molestationis, debet manuteneri in sua possessione, & alter debet agere via ordinaria, si quod ius prętendit contra eum, & ita possessorē esse manutenendū Iudex debet pronunciare. Borg. Caual. decis. 19. de iudi. Et tunc non potest accusari de turbata possessione. idem Borg. decisio. 23. nume. 101. & 110. de contract. part. 2. Et contrà, hoc interdictum, vti possidetis, non datur contra possidenté tépore turbationis, & litis cóteststatæ. Borg. ib. n. 101.

Duplex est possessorium retinendæ, vnum ordinariū, siue plenarium; alterum summarium, siue extraordinarium, de quo in cóstitutione Imperiali: ordinarium est, in quo iuris ordine seruato proceditur, & principaliter, atque absolutè de possessione partium disceptatur, plenęq; probationes requirútur: summariū autē est, in quo iuris ordine nō seruato, & summariè proceditur. Andr. Gail. obser. 7. lib. 1.

Sententia super momentaneo possessorio lata, est interlocutoria. ibid. nu. 6.

In hoc interdicto retinendæ, appellanti nō dēt cócedi inhibitio vná cum citatióe; quia nemo prohibetur vti sua possessione, etiam appellatione pendente. idé, obser. 144. nu. fin.

Interdicto vti possidetis veniút fructus ét percepti ante lit. contest. Rot. Auenio. deci. 119. in decisio. diuer. Tom. 3. vide tamen ibidem, vbi auctor tenet contrarium.

Possessio clandestina non attenditur, & iunior præsumitur clandestina: & victoriæ palmam reportat, qui est prior in possessione. Raudē. tracta. de Analog. cap. 40.

Hoc

Hoc interdictum competit quando duo contẽdunt de possessione, de quo vide per Ioan. Crisp. de Mont. in suo tracta. termino.actio. post volumen Ias.de actio.nu.66.

Pro rebus mobilibus hoc casu competit interdictum, vtrobi.ibid.nu.67.

Inhibitio ante causæ cognitionem, ne quis turbetur in sua possessione de facto, & citra iudicialem cognitionem, est valida. D.Sol. in constitut.antiq.Sabaudiæ gloss.1.super decreto, Carolus, titu.de clausul.mandat.prin. sig. nu.fin.fol.152.

Quæ opponi possint in materia huius interdicti, vti possidetis, vide Rebuff.in constitutio. Reg.Tom.3.tract.de remed.possesso.art.5.gl. 1.num.25.De requisitis vide ibid.art.8. glo.1. fol.785.& per Dec.consi.663.

Cautus Aduocatus debet semper (si potest) cõcludere in turbatione possessionis: quia tunc reddimus partẽ aduersam petẽtem, & sic illa probare tenetur; alias erit reus absoluendus. idem Rebuff.ibid.art.13.fol.791.

Vtile interdictum, vti possidetis, pro incorporalibus datᷣ; pro corporalibus, directũ.idẽ Rebuff. ibid.tract. de caus.beneficial.fol.793.

Si Dominus alicuius loci turbetur in sua iurisdictione, illi cõpetit vtile interdictum, vti possidetis.Dec.consi.694.num.11.& Bart.in l.13. ff.de iniur.& famo.libe.

Iudicis officium implorari potest ab illo, qui timet vim sibi fieri in possessione sua, vel etiã in detentione.Natt.consi.121.Tom.1.

Tituli probatio admittitur in interdicto retinẽdę, & ille possessionẽ iustificat, & cęteris paribus, is vincit, qui iustiorem habet possessionem.Natt.d.consi.121.num.5.

Mortuo vsufructuario, proprietario datᷣ interdictum, vti possidetis, virtute ciuilis possessionis, quam habebat.Natt.consi.419.

Quasi possessio in iuribus incorporalibus, non acquiritur, nisi sciente, & patiente illo, de cuius præiudicio agitur.Rol.consi.9.nu.43.

De hoc interdicto, & de materia vide per Henric.Boet.in suis singularib. tit.de petitorio, & possesso. & Bart.in l.naturaliter.ff.de acquir. possessio.

In interdicto retinendæ succumbit reus, illius abiuratione probata. cap. audita 4.ex.de restitutio.spolia.

Si agatur contra aliquem interdicto, vti possidetis, qualiter perueniatur ad primum, vel secundum decretum, vide Bart. in l. si prius 15.ff.de oper.nou.nunciat.nu.32.

Interdictũ, vti possidetis, prout datur ad interesse, nõ datur nõ possidenti, & in hoc interdicto requiritur quẽ possidere tpe litis cõtestatæ. Bart. in l.clàm 6,§.qui.ff.de acquir.possess.

In retinendæ possessionis remedio, vterque est actor, & vterque est reus, vide Perillust. D.P. Tessa.decis.206.

Possidens ciuiliter agit interdicto, vti possidetis, & accusat de turbata possessione. Barto. consi.81.

Agenti hoc interdicto, vel de turbata possessione, non obstat exceptio dominij tertiæ personæ.Bart.ibid.

Licèt accusatus de turbata possessione, quia intrauit, dicat, quòd intrauit in rem suam, quę fuit aui sui, & probauerit, tamẽ si accusator ꝓbauerit antiquiorẽ possessionẽ, debet obtinere.Bart.in consi.112.vol.1.

Possessionem rei naturalem tantùm habens, & non ciuilem, nõ potest incurrere pęnã legis, si quis in tantã.C.vnde vi. Fel.consi 50.nu.15.

Si inter eosdem esset quæstio de proprietate, & possessione, causa possessionis dẽt prius terminari.l.si de vi 37.ff.de iudi.Et in specie, possessorium retinendæ debet prius terminari, vt postea petitorium terminetur.l.exitus 35 ff.de acquir.posse.

Possessorium retinendæ dicitur, vti possidetis, & vtrobi: nam cùm inter aliquos de proprietate quæstio est mouenda, & vterque se possessorem cõtendit, propter magnum possessionis commodum, nõ potest aliter super petitorio disceptari, nisi vnus sit petitor, alius possessor: Et vti possidetis, pro immobilibus, & vtrobi, pro mobilibus competit, & is obtinet, qui tempore litis contestatę, non vi, non clàm, non precario ab aduersario, possidet.§.retinendæ, Institut.de interdict.

De interdictis, & remediis recuperandæ possessionis.

Clausula (de qua in principio decretorum) vt procedatur, sola facti veritate inspecta, operatur, vt agenti possessorio recuperãdę, obstet exceptio dominij, & proprietatis, vel alia concernens petitorium, cuius probatio incontinenti offertur.Ozas.decis.1.nume.27. Craue.consi.299 nu.8. facit l.ille à quo 13.§.si de testamento ff.ad Senatuscons. Trebellia.

Notorius defectus proprietatis, & exceptio dominij (etiã de iure cõmuni) impediunt possessionis restitutionem spoliato fieri, idem Ozas.decis.116.Afflic.decis.303.& 403.nu.19. Fran. Marc.quæst.406.part.2.Boer.decis.238. Aegid. Bellam. conclusio.36.Ioseph. Ludo. decis.Perus.17.DD de Rot.decis.1. de ordin. cogni.in antiq.Craue.consi.301. num.6. Dec. consi.449. num.20. Natt.consi.563.nume.29.

Menoch.

Menoch.consi.180.lib.2.num.70. Hippo.sing. 11. vide Bart. in l.si de vi 37.ff.de iudi.Et declara dictum,vt per eundem Ozas.d.decisio. 116.nume.8.

Qualiter opponatur dicta exceptio dominij,vide eundem Ozas. d. decisio. 116. Et quando spoliato denegetur beneficiũ restitutionis, Beninten.decis.12.

Defectus proprietatis dicitur, de quo constat in actis.Craue.consi.299.num.fin.Quo sublato, spoliatus ante omnia est restituendus, & antè non tenet aduersario respondere.Ozas. d.decis.116.nu.6.Tho.Minad.decis.27. Capic. decis.77.Ioseph. Ludo.decisio.Perus.17. Iaff. Lanf.Balb.deci.28.Andr.Gail.obser 75. lib.2. Craue.consi.124.140 & 154. Rol. consi.6.vol. 2.& consi.6.vol.3. Maran. in suo Spec. part.4. 6.distinct.tit.an sit iudic. cõuentio. vel recõuentio. num.42. cap.querelam 24.ex.de electio. cap. causam matrimonij 16. & 37.ex.de offic.Delega.Bart.in l.14 §.fin. C.de compensatio.Nec reg.Dolo facis,&c.habet locum in spolio,odio spoliatoris.Vera.decis.18.part.3. Sed de ratione vide per eundem Bart. in l. si quis 25.C.de locat.& cõduc. Quòd limitatur pluribus in casibus, de quibus vide p Capic. d.decis.77. Iaff.Lanf.Balb.d.decis.28. Papon. lib.8.titu.5.arrest.1.Maran.in suo Spec.part.4. distinct.6.tit.an sit iudic.conuentio. vel recõuentio.num.47.& 48.glo. in c.1.3.q.1.& Aegi. Bellam.conclusio.36.

Exceptio dominij non admittitur regulariter contra agentem possessorio recuperãdæ.Capic.decis.69.nu.39. Dec.consi.57. vide Vera. decis.144.part.3.& decis.174.ibid.Fallit,quando talis exceptio tendit ad petitoriũ simul, & possessorium,& vbi elidit ius actoris,& fundat ius reo.Capic.d.decis.69.num.39.

Possessorio recuperandæ agenti, & iustificanti suam possessionem ex priuilegio, non potest opponi exceptio de proprietate. Capic. decis.121.num.27.

Causa possessionis absorbetur à causa proprietatis, quotiescunque ex parte proponentis possessorium, proponitur etiam petitorium, vel ille idem consentit de exceptione proprietatis discuti, vel in causa proprietatis,ab alia parte propositæ, iudicari. Tho. Minad. decisio.37.

Spoliatus à Iudice nulliter,iuris ordine non seruato,ante omnia est restituẽdus. Boer.decis. 238.num.4.Verá.decis.186.part.3.Andr.Gail. obser.76.lib.2.Craue.consi.18.nume.8. consi. 124.& 302.Rol.consi.6.vol.1. & consi.6.vol.3. num.33.D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudię, super decreto,pręsenti, tit.de restitutio.spoliato.Aliàs spoliatus à Iudice non petit restitutionem,prout spoliatus à priuato:quia præsumitur pro Iudice, & eius sententia. Dec. consi.125.Quando illa valet,& si fiat oppositio contra ipsam sentẽtiam, super tali oppositione, ante restitutionem debet cognosci, causæ cognitione præcedente. Craue. consi. 5.nu.8.vide Capel.Thol.q.491.

Contra possessorem possidentem,auctore Prætore,virtute licentiæ concessæ,parte non citata,datur remedium reintegrãdæ.Fran.Marc. q.219. Quia Iudex nulliter procedendo spoliat,& spoliatus est restituendus. Vera.decis. 112.part.2.Etiam antequam de nullitate sententiæ cognoscatur. DD. de Rot. decisio. 1. titu.de ordin. cogni.in antiq.vide Dec.cons. 125.num.fin.

Si constat de non iure petentis se restitui ad possessionem beneficij,per modum attentati ex priuilegio litis pendentiæ, talis petens repellitur.Aegid.conclusio.101.

Exceptio proprietatis admittitur in hoc interdicto, quando agitur de restitutione castri, fortalitiæ,& territorij,vbi esset difficilis restitutio,seu recuperatio.idem Marc. q. 316. nu. 11.Menoch.consi.180.num.73.lib.2.& Pet.de Rauen.sing.683.

Spoliatus à Iudice incompetenti est restituendus;tamen in dubio præsumitur pro competentia Iudicis.Dec.consi.125.Et spolium non dicitur, quod fit auctoritate Regia. Afflict. decis.302.

Possessorio p tres sententias cõformes deciso, suspenso prius petitorio,non est amplius sententia dicenda super illo. DD. de Rota decis.14.aliàs 368.de caus.possesso. & proprieta. in antiq.

Spolij actio nõ competit spurio,aut illegitimo. Put.decis.278.lib.2.

Cùm notoriè constat de non iure spoliati, ad possessionem ille non est restituendus, tamẽ nunquam dicitur constare de non iure, ante conclusionem causæ.Put.decisio.283.lib.2.& Vera.decis.325.part.1.

Exceptio reseruationis obstat agenti spolio. Put.decis.197.lib 3.

Exceptio omnis possessionem respiciens, etiã in interdicto recuperãdæ,est admittenda,dũ tamen incontinenti probatio sit parata. Put. ibid.num.4.& 6.

Commendatarius non agit spolio contra commendantem.Put.decis.206.lib.3.

possessio ex contractu minoris trãsfertur; ideò illi non potest competere remedium possessorium recuperandæ, nisi cõtractus esset nullus ex defectu consensus. Put.decis.277.lib.3.

Cedenti,qui facto suo semel possessionem amisit,non datur remedium possessorium,etiã si

rçs

res ad vitam cessa, post mortem ad eum redeat. idem Put. decis. 321. lib. 3.

Spolij iudicium est priuilegiatum, & spolio agẽti non obstat exceptio tertij. Vera. decis. 325. part. 1. nu. 9. & 10.

Sententia lata in possessorio recuperandæ in profanis ex iniusto titulo, est exequẽda, quãuis ex nouiter deductis constet de tituli iniustitia. Vera. decis. 144. part. 3.

Spoliatus licèt regulariter sit restituendus, tamen quando possessio spoliantis nulliter data confirmari debet, non est restituendus. Vera. decis. 175. part. 3. Idem, quando eum iure carere non dubitatur. Craue. consi. 1. pro genero, num. 220.

Dominium probatum obstat in possessorio; sed non probandum. Craue. consi. 299. nu. 8.

Licèt exceptio concernens petitorium admitti non deberet in spoliatione facta à Iudice, qui nulliter processerat, tamẽ si fuerit admissa, & super illa fuerint receptæ probationes, Iudex super eã debet cognoscere, & de petitorio iudicare. Craue. consi. 302. nu. 5.

Probata antiquiore possessione, spolium probatum censetur. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ glos. super decreto, præsenti, nu. 9. tit. de restitutio. spoliato. Dec. consi. 252. Et tunc spoliatus debet restitui, & reintegrari. Rol. consi. 41. volum. 2. & consi. 6. volum. 3. Natt. consi. 562. Etiam prædo. Vera. decisio. 178. part. 3. Sed quando dictum locum habeat, vide Guid. Pap. sing. 188.

Spoliatum esse ante omnia restituendum, & illi obiici non posse exceptionem altiorẽ indaginem requirentem, scribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 20. Sed quæ dicatur talis exceptio, vide Menoch. ibid.

Possidens ex primo decreto, saltem si sit creditor hypothecarius, spoliatus debet restitui. Menoch. consi. 104. vol. 1. nu. 70.

Quando cognitio causæ fuit demandata per rescriptum Imperatoris, vt cognoscatur in ea, sola facti veritate inspecta, spoliatus non restituitur; sed cognosci debet super proprietate. Menoch. consi. 180. nu. 74. lib. 2.

Spoliatus agens cõtra Titium spoliantem, qui opponit rem ad spoliatum nõ pertinere; sed ad Sempronium, qui assistit spolianti, & proponit rem ad se pertinere, non est hoc casu reintegrandus. Guid. Pap. sing. 276.

Spoliator ab alio spoliatus, restituitur, & competit illi interdictum recuperandæ. Guid. Pap. sing. 540.

Spoliatus si confiteatur aduersarium esse dominum, non debet restitui. Per. de Rau. sing. 679.

Spoliatus, quòd ante omnia restituatur, quomodo intelligatur, & prima violentia, quando absorbeatur per secundam, vide Bart. in l. si quis ad se 7. C. ad leg. Iul. de vi public.

Spoliatus ante omnia restituendus, nec sub prætextu criminis debet quis inuadere possessionem alterius de facto, & sic obiectus criminis nõ impedit restitutionem. l. si maritus 10. C. de donatio. int. vir. & vxor.

Priuilegium spolij, vt prius de eo cognoscatur, ita demum competit, si agẽs possessorio excipiat de pendentia, & priuilegio possessorij: vide Hartma. cap. 6. tit. de possio. lib. 2.

Spoliatio potest bifariam deduci in iudicium: primò, per viam exceptionis, & ea probata, repellitur actor; sed ipse reus non restituitur: secundò, per viam actionis, & illa probata, consequitur restitutionem; non autem repellit agentem. vide Hartma. cap. 7. eod. tit.

Exceptio spolij est dilatoria: ideò vt habeat priuilegium suum, ante litis contestationem, est opponenda. ibid. cap. 8.

Virtute clausulæ, Sola facti veritate inspecta, possessorium, & petitorium simul intentari possunt. Ozas. decis. 1. nu. 28.

Possessio per exequutorem minus legitimè data non facit, vt missus incurrat in pœnam l. meminerit. C. vnde vi Ozas. decis. 34 nu. 26.

Officium Iudicis detinentibus tantùm non habentibus ius in re, veluti cõductoribus, & similibus, ad recuperandam tenutam rei detẽtæ, competit. Ozas. d. decis. 40. nume. 4. vide Hippol. sing. 406. Et etiam remedium cap. reintegranda 3 quæst. 1. Natt. consi. 161. Tom. 1. Barto. in l. si coloni 14. C. de agric. & cens. libr. 11.

Remedium recuperandæ possessionis nõ competit ei q facto suo, & culpa à possessione cecidit. Ozas. decis. 47. nu. 4.

Remedium cap. reintegranda 3. q. 1. an contra tertium bonæ fidei possessorem titulum habentem, intentari possit, diuersis opinionibus adductis, diffusè tractatur, & quę nam sit communis opinio ostenditur, per Ozas. deci. 93. Et Excel. Senatus pro affirmatiua pronunciauit, pro qua etiam tenent Cassad. decis. 7. titu. de restitutio. spoliat. Capel. Thol. q. 488. Mysing. obser. 85. cent. 3. Hiero. de Mont. Varia. iuris quæstio. q. 21. Crauet. consi. 299. Dec. consi. 252. Rol. consi. 6. volum. 3. num. 40. vide Beninten. decis. 33. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 59. & Perillust. D. P. Tessau. decis. 29. Sed pro negatiua scribit Menoch. consi. 3. vol. 2. vide eundem, cons. 314. lib. 3.

Dictum remedium cap. reintegranda, non cõpetit amittenti possessionem iusta causa. Afflic. decis. 392. nu. 27.

Remedium ipsum, & cap. sępe, ex. de restitutio. spoliat. datur ad recuperandam possissionẽ

amissam

amissam sine vi. Afflic.decis.250.nu.3. Et contra singularem successorē. Put.deci.176.lib.2.

Remedium reintegrandæ sicut competit Domino directo, ita competit emphyteotæ. Ioseph.Ludo.decis.Luc.14.

Singularis successor potest agere de spolio: nā can.reintegranda cōpetit successori. Mohed. decis.40. Etiam vniuersali, si testator fuit spoliatus in vita, secùs si posidebat tempore mortis. Pet. Benint. decis. 12. vide Ioseph. Ludo.decisio.Perus.39. Hiero.Mago.decisio. Luc.4. nume.9.& 14. vide Crescen. decisio.4. aliàs 84. titu. de restitutio.spolia.Natt.consi. 439.& consi.562. Rolan.consi.6.vol.3.nu.14. & consi.32. vol.4.

Recuperandæ remedium competit illi, qui ex voluntate sua cecidit à possessione, quando contractus nō fuit per partē aduersam adimpletus. Vera.decis.6.part.3.

Remedium can. reintegranda, habet locū etiā in laico, & re profana, & datur illi, qui amisit possessionē ex iniusta causa. Cabal.milleloq. 709. Hiero.de Mont.q.20. Mago.decis.Luc.4. nu.12. Rebuff.in constit.Reg tract.de senten. executo.art.5.glo.1.& Dec.consi.252.

Dictum remedium competit ciuiliter tantùm, vel naturaliter tantùm posidentibus. idem de Monte in suis quæstio. q.21. nu.7. Et videtur intentatum ex clausula, Ius, & Iustitiam ministrari, omni meliori modo. ibid. nume.8.

Post viginti annos filij possunt intentare d. remedium contra emptorem habentem titulū ab eorum matre, relicta omnium bonorum administratrice, & vsufructuaria. idem de Monte quæst.21.

Remedium can.reintegranda competit pro pēsionibus denegatis, & possessorium reintegrandæ pensionis habet mixturam petitorij, & nō potest reintegrari possessio; quin & petitorium reintegretur. Mago.decis. Luc.4. vide Andr.Gail.obser.75.lib.2.

Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, non parit remedium recuperandæ, nisi hoc expresè dicto statuto caueatur. idem Mago.decis.45.Luc.

Licèt plura remedia recuperandæ possessionis in iure nostro prodita sint, tamen omniū plenissimum, & tutissimum remedium est cap. reintegranda 3.q.1. quia illud conuenit cum omnibus aliis remediis spoliationis, & competit generaliter ei, qui iniustè à possessione cecidit, siue Clericus, siue laicus sit, & datur etiam contra singularem successorem, & titulo posidentem. idem Gail.d.obser.75. nu. 9. Craue.consi.299.num.8. Rol.consi.50.vol.2. Fallit in successore bonæ fidei habente titulum, & causam à non vitioso; sed à bonę fidei auctore. Gail.ibid.num.11. vide tamē de hac limitatione per Rol.consi.6.vol.3.nu.14.(vbi illam impugnat) & consi.32. nume.17. vol.4. Ozal.decis.93.

Cadenti à possessione quæ remedia dentur, vide Bart.in l.14.C.de agric.& censit.lib.11.

Hæres ante realem apprehensionem rerum hæreditariarum, non potest agere hoc interdicto recuperandæ. idem Gail.obseruatio.129. nume.8.lib.2.

Agens restitutorio iudicio virtute remedi cap. reintegranda, debet in libello exprimere specialiter speciem spoliationis, nec sufficit generaliter illam proponere. vide Hippol. sing. 600.

Ex generali conclusione præcipuè videtur intentatum remedium c. reintegranda 3. q. 1. Dec.consi.57. Sed qñ, vide Menoch.consi.314.

Remedium reintegrandæ non datur ei, qui rē petitam remisit, licèt id factum esset per metum. Nat.consi.386.

Agens interdicto recuperandę, & intentans remedium d.cap.reintegranda sufficit, vt probet antiquiorem possessionem, & illam nūc esse penes conuentum, & non habet necesse probare spolium: idem, quando agit ad recuperādam posessionem officio Iudicis. Affli. decis.327. & decis.361. Boer. decis.238. vide Ioseph. Ludo. decis. Perus.59. Pet. Beninten. decis.10. Put. decis.270. lib.3. Borg.decis.23. num.37. de contract.part.2.& Andr. Gail.obser.75.lib.2. Tamen quòd spoliatus duo regulariter probare debeat, nempe possessionē, & se spoliatum, scribūt Afflic.decis.85. Iosep. Ludo.decis.Perus.17. vide Crauet.consi.140. Rol.consi.6.vol.2. Menoch. consi.2.vol.1.nu. 162. D.Sol.in constitutio. antiq. Sabaudiæ tit. de restitutio.spoliato.fol.190. Rebuff.in constitutio. Reg.tracta.de senten. executo.art.5. glo.1.num 9. Dec.consi.125.& 253. Abb.consi. 23. part.2. Imò tria, secundum Gasp. Cabal. milleloq.710.

In interdicto recuperandæ, si partes æqualiter probauerint, qualiter Iudex debeat pronunciare, vide Boer.decis.239.

Posesio vbi non est legitimè probata, minus dicitur probatum spolium. Ioseph. Ludo.decis.14.Luc.num.16.

Spoliatus agens posesorio, probabiliter tenetur fidem facere de titulo. Capel.Thol.quęst. 471 Si contra tertiū agat; secùs si contra spoliantem. Iac.Put.decis.457.lib.2.

Succumbens in interdicto retinēdæ, potest agere iudicio recuperandę: sed testes in illo examinati, in hoc non probant, nisi repetantur. Mohed.decis.174.

Probationes super petitorio, non admittuntur

mentione ad

ad coroborationem possessorij, quando sumus in spolio; aliàs secùs. Pet. Beninten.decisio.53. Quia violenta possessio non potest confirmari.ibid.nu.2.

Probatio semiplena nō sufficit in causa possessoria.Pet.Benint.decis.61.Imò ex parte actoris, requiritur plena probatio in hoc interdicto recuperandæ.Rol.consi.6.vol.3. num.41. Tamen quòd sufficiant semiplenę probationes cum iuro,scribit Borg.decis.23.nu.41.de contract.part.2.cum limitatione, de qua vide ibidem.

Spolium, si ciuiliter agatur, potest probari per instrumentum Notarij.Put.decis.19.lib.2.

Spoliatoris articuli super petitorio pducti non admittuntur, etiam si incontinenti eos probare paratus sit spoliator, si suspēsum sit petitorium.Put.decis.293.lib.3. Quia probationes extrinsecæ (petitorio suspenso) non admittūtur,si nondum sint factæ.Put.ibid.nu.2.

Possessio iunior præsumitur clandestina, & in practica contra huiusmodi possessorem articulandum est, cum clàm possidere respectu anterioris possessionis, aliàs actor nō ita articulando, succumberet. Ozas. decis.93.nu.3. Et præsumitur etiam vitiosa. Afflict. decisio. 324.nume.8.

Iudex secularis in remediis possessoriis beneficiorum præsertim retinendæ, & recuperandæ possessionis,cognoscere potest. Ozas.decis.216.Guid.Pap.q.171.& 85. Afflic.decisio. 85. vide supra tit. de beneficialib. in genere.

Ad obtinēdū in hoc interdicto in beneficialib. sufficit titulus coloratus,& dicit talis, qn processit ab habente potestatem, nec exigitur, quòd alius ostēdatur validior, nisi quo ad formam extrinsecam,nec admittitur quęstio de validitate. Guid. Pap.q.85. Sed qualis titulus requiratur,vide Pet.Beninten.decis.23.& de materia,supra in tit.de beneficial.in genere.

Possessio cōtinuatur contra successorem in beneficio,vel re profana: ideò potest quis agere hoc interdicto contra ipsum successorem, licèt ille nunquam soluerit,& actor nihil receperit ab eo,sed solùm ab antecessore,Gui. Pap.q.629.vide Beninten.decis.12.

Quādo spoliatus restituatur in beneficialibus, vide Cassad.tot.tit.de restitutio.spoliat.

Spolio agere potest Monasterium, etiam quòd ceciderit à possessione facto Prælati: quia Ecclesia verè possidet;& non Prælatus.Vera. decis.170.part.3.Imò Prælatus, qui cecidit à possessione ex cōtractu inutili, agere potest, idem,decisio. 181. par.3.Sed quid, si iurauerit,vide ibid.d.decis.182.

Spolio agere non potest ille, qui est eiectus à possessione beneficij, ab executore breuis Apostolici.Vera.decisio.180.part.3.

Articuli concernentes dominiū præsentati per reum in causa recuperandæ possessionis, nō dicuntur impertinentes:ideò debent admitti in possessorio,& in fine litis videbitur, quæ ratio habenda sit de exceptione dominij. Afflict.decis.7.

Exceptio contrarij spolij de rebus mobilibus, admittitur cōtra agentem de spolio per aliū facto rei immobilis.cap.frequens,de restitutio.spolit.in 6.Afflic.deci.19. Quod non procedit in controuersia feudi.Afflic.ibid.

Exceptio de re priuata, non admittitur contra agentem spolio pro re Ecclesiæ. Afflic. ibid. nume.4.

Casus,in quibus exceptio spoliationis, vt suspēdatur in causa, non habeat locum vide per Afflict.decis.19.nu.5.

Exceptio spoliationis solùm repellit illum, qui tenetur interdicto vnde vi. Afflict. d.decisio. 19.nume.fin.

Exceptio spoliationis,non obstat agenti remedio attentatorum.Afflic.decis.98.nu.4.

Exceptio conuenti dubia, non releuat opponentem contra probantem possessionem, & spolium.Afflic.decis.116.nu.5.

Interdictū recuperandæ intentari potest,omisso iudicio retinēdæ, & super illo iudicari debet.Afflic.decis.156.

Protestatio ante litem cōtestatā in interdicto recuperandæ non facta, locum præstat iudicio super proprietate: ideò cautus debet esse actor, ne fiat lis contestatio super exceptione proprietatis: quia tunc videtur cōsentire. Afflic.decis.193.

Possessio recuperandæ cōuentus,an possit euitare iudicium nominando dominum, vide Afflic.decis.217.

Tempus spolij per actorem debet declarari, quando agitur interdicto vnde vi, quod est famosum,saltem infamia facti.Afflic.decisio. 250. Fallit,quando proceditur, sola facti inspecta veritate.ibid.Afflict.in fine.

Possessione vi eiectus,fingitur semper possidere.Afflic.decis.403.nu.21.

Agens interdicto vnde vi, non tenetur titulum possessionis colorare: secùs in interdicto reintegrandæ,quando agit ad beneficium, vel ad aquæductum ex castello publico; sed in aliis rebus non est opus ostendere de titulo. Aegid.Bellam,conclusio.17. & conclusio.49. vide Cassad.decis.1.tit.1.

An in interdicto vnde vi, vltima violentia debeat attendi,& an tollat primā, & quid,quādo est facta ex interuallo, vide Franc.Marc. q.407.part.2.

Occupās vi, & violentia rem ab alio possessam, amittit

amittit omne ius, quod habet in ipsa re: fallit, quãdo occupat rem ratione præsumptionis iuris, quod habet in re, non solùm in proprietate, sed etiam in ciuili possessione. Hippol. sing. 167.

Interdictum, vnde vi, non posse exerceri contra eum, qui statim suam possessionem recuperat, scribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 11. vide Dec. consi. 460. num. 17. Sed quando dicatur possessio incontinenti recuperata, Iudicis arbitrio relinquitur. Menoch. ibid.

Interdictum, vnde vi, datur contra immissum à Iudice, iuris ordine non seruato, tanquam cõtra violentũ possessorẽ. Natt. consi. 412. nu. 12.

Interdictum, vnde vi, cõpetit ei, qui aliquo tpe fuit in possessione. Barth. de Capu. sing. 24.

Lex, si quis in tantam. C. vnde vi, etiam vendicat sibi locum in feudis: & iussus Iudicis non excusat occupantem possessionem propria auctoritate, qui incidit in pęnã d. legis. vide Marc. de Mant. sing. 287. vbi de materia.

Interdictum, quod vi, aut clàm, datur possidenti aduersus eũ, qui vi, aut clàm opus aliquod fecit, siue destruxit, vt opus factũ, aut destructum, restituat, siue in pristinum statum suis sumptibus reponat. August. Bero. q. 3 & 4.

Interdicto, quod vi, aut clàm agens, quid probare debeat, vide ibid. d. q. 4.

Violentus possessor non potest referre quęstionem dominij. l. si quis 8. §. sed hæc. C. de præscrip. 30. vel 40 ann. & ibid. Bar.

Miserabilis persona, vt vidua, potest laicum interdicto, vnde vi, coram Iudice Ecclesiastico conuenire. c. ex parte 15. ex. de foro cõpetẽ.

Si probetur violentia, passo violentiam nõ adiudicatur proprietas rei, quando agitur interdicto, vnde vi, nisi implorato remedio illius constitutionis, si quis in tantam. gl. in verbo, intentare, in cap. pastoralis 5. ex. de caus. possessio. & propriet.

Ingrediens possessionem vigore sententiæ nullæ, an incidat in pęnam l. meminerit, vide Bart. consi. 91.

Vis, quæ præcessit, non attenditur, quando post vim sequitur actus voluntarius, approbans factum, in quo fuit commissa vis. Bart. in l. Cęsar 15. nu. 9. in repetit. ff. de publica. & vectig.

Absenti non admisso ad possessionem per ingressum, succurritur ad recuperandam ciuilẽ possessionem per interdictum, vnde vi. Bart. in l. clàm possidere 6. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possessio. nu. 4.

Expulso de quasi possessione viæ, succurritur per hoc interdictum, vnde vi: idem in expulso à quasi possessione alicuius iurisdictionis, qui etiam habet vtile interdictum, vnde vi: Bart. in l. sequitur 4. §. si viam. ff. de vsucapio.

Exceptio dominij non potest opponi contra agentem interdicto, de vi, & vi armata. Bart. in l. eadem 4. §. Cato. nu. 4. ff. de verbor. oblig.

Actio, quod metus causa, concurrit cum interdicto, quod vi, aut clàm. l. metum 9. §. idem. ff. de eo, quod metus causa.

Creditor, qui per vim pecuniam, vel rem sibi debitam accipit, vel sibi solui fecit, ius debiti perdit, & omne ius, quod habet pro re, & in re. l. extat 13. eo. tit. Sed de limitationibus vide per glo. in c. 2. ex. de restitutio. spoliato.

Expulsus contra expulsorem potest ciuiliter, & criminaliter agere, & accusare: & si expulsus ex interuallo suum deiiecerit expulsorẽ, poterit interdicto recuperandę ciuiliter conueniri, & postea criminaliter agere. l. si quis ad se 7. C. ad leg. Iul. de vi publ.

Per edictum de noui operis nunciatione, quatenus est prohibitorium, succurritur aduersus futura opera; pro præteritis non: sed per interdictum, quod vi, aut clàm, vel aliis remediis, succurritur. l. 1. §. hoc autem ff. de oper. noui nunciatio.

Qui alium deiecit de fundo, non tenetur furti condictione; tenetur tamen triticaria actione ratione fundi possessionis, quam abstulit. l. verum 25. ff. de furt.

Qui possessorem à possessione deiecit per vim factã armis, tenetur lege Iul. de vi public. l. in eadem. §. fin. ff. ad leg. Iul. de vi. publ. Si sine armis, tenetur lege Iulia de vi priuata. l. si quis 5. ff. ad leg. Iul. de vi priuat.

Si de vi, & possessione, vel dominio quæratur, ante cognoscendum est de vi, quàm de possessione, vel dominio. l. qui cętu 5. §. si de vi. ff. ad leg. Iul. de vi public.

Vi factum intelligitur, quod quis cùm prohiberetur fecit, clàm, quod quisque cùm controuersiam haberet, habiturumuẽ se putaret, fecit. l. quo tutela 74. §. vi factum. ff. de reg. iu.

Nihil consensui tam contrarium est, quàm vis, atque metus, quem comprobare contra bonos mores est. l. nihil 117. eod. tit.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in ius publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat: deiecit, & qui vel iussit, aut mãdauit, vel ratum habuit. reg. hoc inter 195. eod. titu.

Actio vi bonorum rapto. competit pro violẽtia dolo commissa; secùs si quis bona fide rem suam rapit: tamen raptor, si dominus est, cadit à dominio suo; si verò non est dñs, tenetur ad tantundem, siue res fuerit mobilis, siue immobilis. §. quia tamen, Institut. de vi bonorum rapto.

Recuperandę possessionis dicitur interdictum, vnde vi, competens spoliato pro possessione

etiam, quam à spoliante habet vi, vel clàm, aut precario ex interuallo, licèt hodie per vim spolians, si dominus sit, à dominio cadat, aliàs rem spoliatam, & eius æstimationem restituat, vel etiam lege Iulia de vi publica, vel priuata, criminaliter puniatur. §. recuperandę, Institut. de interdictis.

Interdictum recuperandæ, competit ratificanti captam possessionem post spolium, etiam si possessio fuerit capta, ipso ratificante ignorante. Afflict. decis. 300.

Interdicto recuperandæ agere potest ille, cuius homines, seu famuli expoliati sunt. Afflict. d. decis. 300. in fin.

Hoc interdictum cõpetit spoliato à possessione, quam cęperat eius Procurator nomine alterius, quia animus accipientis plusquam tradentis operatur. Afflict. decis. 301.

Ecclesia agens interdicto recuperandæ contra spoliantis hæredem, qui lõgo tempore possedit cum cõfirmatione Regis, quid debeat probare, vide Afflict. decis. 324.

Restitutio rei non fit, quãdo spoliatus est inhabilis illius rei, cuius possessionẽ petit. Afflict. d. decis. 324. num 3.

Competit interdictum recuperãdæ possessionis feudi Ecclesiæ, non ostenso titulo, sed solum ostensa longa possessione 30. anno. cum præstatione seruitij, & allegatione tituli. Afflict. ibid. num. 7.

De statu, qui datur loco possessorij pro annua pensione personali, aduersus spoliantem ipsius annuæ præstationis, vide per eundẽ Affl. decis. 305. Raud. tractat. de Analong. cap. 39. nu. 157. Nam possessorium competit pro annua præstatione. Afflict. ibid. vide Pet. Beninten. decisio. 27.

Possessionem non perdit, qui in facti resistentia Prætorem addit. Affl. c. d. decis. 396. nu. 7.

Tutor pupillum spolians, qualiter puniatur, & quid in curatore, vide eũdem, deci. 403. n. 20.

Commendatarius spolians in commenda, non potest agere remedio c. reintegranda. Capi. decisio. 3.

Possessorio intentato per spoliatum (qui passus est discuti de exceptionibus concernentibus dñium, vel quasi, & ideò succubuit in prima instantia) ille potest in secũda petere, vt solùm pronuncietur super possessorio per se intentato, suspenso petitorio in exceptionibus deducto. Capic. deci. 28.

Possessorio, & petitorio intentatis simul ab eodem in eadem instantia, potest actor petere petitorium suspendi vsque ad cõclusionem, in odium spoliantis saltem dolosi. Capic. d. decis. 28. num. 2. & 7.

De interdicto possessorio, seu de causa possessionis, & quãdo petitorio suspenso, quis possit redire ad possessoriũ, & contrà, vide DD. de Rot. tit. de cau. possess. & propriet. in nouis, & antiq. vide etiam de materia ibid. in ti. de restitutio. spolia.

Stante suspensione petitorij, non admittuntur testes in possessorio ad discolorandum titulum. Put. decisio. 76. lib. 2.

Possessorium recuperandæ intẽtatum, an suspẽdatur per exceptionem spolij alterius rei, vide Maran. in suo Spec. part. 4. distinct. 6. num. 51. tit. an sit iudi. conuentio. vel reconuentio.

Spoliatus citatus per spoliantem in alia causa, potest in illa contra citationem opponere, & non tenetur comparere, & respondere. Maran. ib. nu. 52. vide eund. distinct. 20. nu. 8.

Data pręsumptione verisimili contra agentem possessorio recuperandæ, quòd possessionẽ (ad quam petebat se restitui) occupauerat iniustè, quia de iniustitia cõstaret ex eius assertione, illi restitutio nõ fit, nisi iustam probet possessionem. Capic. decisio. 45. nu. 5.

Promittens cum iuramento non petere restitutionem, non potest agere hoc interdicto recuperandæ. Capic. deci. 69 num. 7. & sequen.

Spoliatus, cui denegatur audientia propter capitulationem Regis cum Barone, non potest petere restitutionem. Capic. deci. 69 nu. 10.

Spoliantem, qui de spolio tacuit in supplicatione, impetratio non releuat, nisi Princeps sciuerit inuasionem, & occupationem. Capi. ibid. num. 40. & 30.

Spoliatus quando post sex menses possit recuperare possessionem à tertio possessore, vide ibid. num. 19.

Iudex, à quo, nõ debet executionem reintegrationis retardare propter appellationẽ. Guid. Pap. q. 37. Sed tertius potest ĩ hoc casu interuenire opponendo de dominio, vt impediat reintegrationem Guid. d. q. 37. nu. 4.

Spoliatus (etiam post longissimum tempus) potest agere remedio reintegrãdæ etiã contra quẽcunq; possessorẽ. Cassad. deci. 5. & 6. tit. de restitutio spoliato. & Mohed. deci. 342.

Spoliato colono, succurritur per officium Iudicis, vel remedium reintegrandę, etiam hæredibus domini. Ioseph. Ludo. deci. Luc. 20.

Quando dominus priuetur possessione sua, expulso colono, vide ibid.

In iudicio restitutorio, quod requirit probationem tituli, sufficit titulũ probare summariè. Aegid. conclusio. 99

Restitutio dẽt fieri ad eũ statũ, in quo quis erat tempore spolij. Mohed. decis. 127. fol. 638.

Laico cõpetit remedium reintegrãdæ pro sede, seu scamno per eum in Ecclesia, seu Capella, constructo. Franc. Marc. q. 275.

Rr Reme-

Remedium reintegrandæ pro iurisdictione, & iuribus incorporalibus, cõpetit. Marc.quęst. 389.& 447.

Expoliato non expedit,quòd ablata sibi statim in libello specificet: quia probata violentia, stabitur eius iuramento super rebus ablatis, & valore earum: idem in interesse, & damnis.DD.de Rot.decis.1.& 2.tit.de his, quæ vi metus,in nouis,Abb.in sua Pract.cap.45.facit c.fin.ex.de his,quæ vi metus.

Spoliator etiam si fateatur spolium,& illi cesserit,tamen in negotio principali procedi non debet,nisi spolio purgato.Vera.decis.43.par. 1.Et deficiens in vno nummo soluere, nõ potest contra spoliatum obtinere: idem,decis. 150. part.1. nume.8.decis.184. & seq. part.3. Nec ante audiri potest.Ioseph.Ludo.decisio. Perus.61.DD.de Rota decis.15.tit.de restitut. spoliat.in noui. Et per consequens spoliatus non tenetur respondere in principali negotio,nisi facta plenaria restitutione. Vera. decisio.171. part.3. Vincen.de Fran.decisio.90. vide caus.2. quæst.2. Sed qualiter purgandum sit vltimum spolium, vide Pet. Benint. decisio.8.

Spoliatus antequam respondeat super petitorio, debet stare in possessione tanto tempore,quanto steterit spoliatus. Cra.cõsi 140.nu.3.

Probato spolio, plenaria restitutio cum fructibus perceptis,& qui percipi potuerint,& expensis à tempore spolij,fieri debet.Gail.obser.75.num 7 Rebuff.in constitutio.Reg.trac. de sentent.executo.art.6.gloss.1.nume.10. & Rol.consi 6. vol.2.nu.43.

Castri reintegratio vbi datur, etiã datur iurisdictionis reintegratio.Put.decis.300.lib.2.

Licèt per denegationem solutionis faciendæ ab eo,qui tenetur soluere, quis dicatur spoliari non percipiendo, tamen si ille, qui debebat soluere,veluti pensionem, non soluerit,& pensionarius adiuerit Iudicem, per talem aditionem retinet ciuilem possesionẽ. Put.decis.419.lib.2.

Recuperandæ, & retinendæ possessionis vtrunque remedium pro spolio competit. Put. ibi. nume.4.

Possessio rei venditæ reseruata vsque ad certæ quantitatis solutionem, nõ probata solutione, an posit propria auctoritate apprehendi,cùm alius actualiter eam habeat,vide eũdem Put.decisio.443.lib.2. vbi concludit pro negatiua.

Quam oblationem facere debeat spoliator, vt ab expensis postea factis excusetur, vide Vera.decis.270.seu 3.part.2.

Possessio decennalis tribuit titulum coloratum ad possessionem recuperandam, quod procedit,quando ius non resistit.idẽ Vera.deci. 353.seu 26.part.2.

Libellus,in quo possidens ciuiliter tantùm petit se manuteneri, & nõ turbari in possessione, & etiã se introduci ad corporalem possessionem per alium occupatã, de iure procedit. Iaff. Lanf.Balb.decis.490. Qui libellus debet offerri in possessione recuperanda. Bar.sing.132. Sed de forma huius libelli vide per Abb.in sua Pract.cap.43.& Bart.in l.14.C. de agric.& censit.lib.11.

Possessorium remedium,tollitur spacio triginta annorum contra seculares, & contra Ecclesiam cursu 40. anno. Borg. decis.23.nu.42.de contract.part.2.

Colonus,vel conductor, qui denegat rem restituere postquam desiit esse cõductor,vel colonus, dicitur spoliare dominum: ideò contra illum datur interdictum possessoriũ. And. Gail. obser.75.

Si habens causam ab vsufructuario possideat, etiam finito vsufructu,& spolietur à proprietario,an debeat restitui,vide Crescen. decis. 7.aliàs 251.tit.de restitutio.spoliat.

Condictio sine causa competit etiam ad recuperandam possessionem. Crauet. consi. 299. Quia possessio iniusta nemini ꝓdesse debet, quare vbi possessio est vitiosa,vel nulla,quis ad illam restitui non debet.Craue.ibid.

Clausula,Iustitiã ministrari,operatur, vt si quis narret possessionem, & concludat in petitorio tantùm, tunc potest ferri sententia super possessorio,si illud probetur,non habita rõne conclusionis in petitorio. Cra.consi.299.nu.2.

Paria sunt,quòd quis ceciderit à possessione sine aliqua eius causa,vel causa,propter quam ceciderit,redacta fuerit ad non causam. Cra. consi.299.num 8.

De interdicto possessorio recuperandę, in quibus possit exemplificari, & quando competat,vide per Maran.de ordine iudi.part.4.distinc.7.iudi.tit.an sit iudic.super posses.vel petit.num.28.& seqq.vbi plenè de materia.

Omnia interdicta recuperandę possessionis,cõpetunt etiam pro re mobili. Maran. ibid. nu. 46.vide Natt.consi.161.Tom.1.nu.14.

Hoc interdictum competit in remedio l. si quis in tantam. C. vnde vi.ibid. Maran. nume.51. Datur etiam in remedio l.fin.C.de acquiren. posses.per quam inductum est,quòd si is, qui alieno nomine possidebat,alienet rem,& sic possessionem interuertat, possit dominus, seu creditor reuocare possessionem à tertio, conditione illius legis, ex qua inducta est praxis petitionis assistentiæ in creditore, qui habet constitutum: quia illius virtute poterit auocare ipsam possessionem. Maran.

Marau.ib.num.59. Etiam non excusso principali debitore, vide infra tit. de excusßionibus & lib.2.tit. de clausula constituti.

Exceptio spolij non potest reiici à Iudice, qui arbitrium habet. Menoch. de Arbitra. q. 51. libro 1.

Ex medio concludendi intelligitur, an possessorium, vel petitorium sit intentatum. Dec.cõs. 136. Sed quando concurrat petitorium cum possessorio, & ex quibus hoc arguatur, vide Menoch.consil.2.num.190.vol.1.

Quando diceptatur inter partes, an sit intentatum petitorium, vel possessorium, quid iuris, vide Rol.consi.41.vol.3.

Qui vadit ad Iudicem causa recuperandæ possessionis, non videtur tacitè remittere ius, quod habet illam recuperandi propria auctoritate, si hoc protestatus fuerit. Dec. consil.460.

Spoliare non dicitur, qui suam possessionem continuat. Dec.consi.460 num.20.

Spoliatus non potest spoliatorem suum ex interuallo deiicere, & si id faciat, incidit in pœnam l si quis in tantam. Natt.consi.350. Quia possessor (etiam iniustus) non debet priuari sua possessione, nisi citetur. Natt.ibid. Sed incontinenti potest. vide Craue.consi. 154.nu. 4. Et recuperare possessionem. Menoch. cõs. 180.num 61. lib. 2. Et tunc non incidit in pœnam d.legis si quis in tantã. C. vnde vi. Bart. in l.si quis ad se 7.num. 6. C.ad leg. Iul. de vi publica.

Duob. spoliatis, restitutio rei faciẽda est secundo spoliato, & vltimũ spolium prius est terminandum. Natt.consi.396.

Posſidens potest auctoritate propria deiicere missum in possessionem rei suæ, non facto processu contra eum; sed contra alium. Nat. consi.412. Quia quis potest possessionem suã recuperare propria auctoritate incontinenti, vel ex interuallo, si retinuit animo ciuilẽ. Natt.ibid.num.9.

Spoliato licet spoliatorem capere, & ligare, vt nõ possit nocere, vel vt ille præsentet Iudici; non tamen debet retineri à priuato vltra 20. horas. Natt.consi.412.num.15.

Si Prælatus possidentem rem Ecclesiæ spoliauerit, & postea conueniatur possessorio, si allegat exceptionem dominij spectantis ad Ecclesiam offerendo in continenti probationes, debet audiri. Petr. de Rauen.sing.683.

Iudex potest condemnare spoliantem accusatum de spoliatione fundi per spoliatum, in fructibus perceptis, licèt hoc non sit petitum. Marc.de Mant.sing 287.

De interdicto recuperandæ possessionis vide per Io.Pet.de Fera.in sua Pract.tit. de forma libelli in causa spoliatæ possessionis.

Contra asserentem se spoliatum metu competit exceptio, si agatur in petitorio; sed non competit si agatur possessorio. Bar.in l.2. nu. 12.C.de his, quæ vi met.cau.fiunt.

Quando quis agenti non potest in possessorio referre quæstionem dominij, sententia nõ obstante, poterit rem vendicare contra primum agentem, si aliud nõ obstet. Bar. in l.vis cuius 15. C. de probatio. Nam sententia in possessorio, non præiudicat in petitorio. Bar. ibid.

Reo absente nõ per contumaciam, Delegatus datus etiam ad diem, non restituit actorem, licèt deiectionem, & possessionẽ ille ꝓbare voluerit. c.consultationibus 10. extra de offic. & potesta.Iudi. delega.

Quando quis est accusatus de violentia criminaliter, & constat de ipsa violentia, officio Iudicis poterit fieri restitutio possessionis. Bar. in l.7.num.8.C.ad leg.Iul.de vi publ.

Possessorium recuperandę iure Ciuili datur tãtùm contra deiectorem, vel quia mandauerit, vel quia ratum habuerit; iure Canonico aduersus quemcunque, ad quem res illicitè peruenerit. Bar.in suo tracta. de differen. inter ius Cano.& Ciuil. num.3.

Rem propriam quis violenter inuadere nõ potest. Abb.consi 3.num.9 part.2.

Qui post litem cõtestatam in iudicio fin.reg. occupat de alieno illud debet reddere, & tantundem de suo. l.4.C.fin.regu.

Seruus in præiudicium domini, non transfert possessionẽ rei dominicæ; et dominus rei de facto immissum potest expellere. l.6. C. quod cum eo.

Quod fit ad defendendum pœnam non meretur: quia vim vi repellere licet. l. scientiã 46. §.qui cum.ff.ad leg.Aquil.

Si possessorium rei recuperandæ, & petitorium super libertate simul intententur ab eodem, petitorium prius deciditur, & ex eius euentu ad possessorium ꝓuenitur: sin autem possessorium ab vno, & petitorium super seruitute ab aduersario intentetur, possessorium prius terminatur, & postea ad petitoriũ deuenitur. l.fin.C.de ordi.cogn.

Cui damus actionem, eidem exceptionem multo magis competere dicẽdum est: sed in interdicto, seu iudiciis possessoriis distinguit, verum ille, qui conuenitur in promptu habeat probationes sui iuris, siue de possessione, siue de proprietate, & tunc non tenetur restituere; vel nõ habet, & tunc tenetur. l. inuitus 198. & ibid.glo.ff.de reg.iur.

De precario.

IN ſicut precario concedens poteſt propria auctoritate poſſeſsionẽ ingredi, poſsit & eius hęres, vide Put. deciſ.462.& ſeq.lib.2.

Interdictum de precario competit illi, qui precario conceſsit rem alicui vtendam,& fruendam, qui nolet ipſam reſtituere: Io.Criſp.de Mont.in ſuo tract.termino.actio. poſt volumen Iaſ.de actio.nu.80. ſed quid ſit precarium, vide ibid.

Quæ ſit differentia, cur cõmodatũ ad libitũ cõmodantis reuocari non poſsit; ſecùs in precario:& intra quod tempus illud reuocari poſſit cõcedẽs, vide Menoc.de Arbit.li.2.caſ 23.

In quibus conueniant precariũ.& cõmodatum, & in quibus differant, vide Docto. in l.2.ff.ſi cert.pet.glo.in c. fin. ex.de precario, & Bart. in l.17.§.ſunt.ff.commodati.

Poſſeſsio ciuilis perditur, cùm poſſeſſor precarium à ſe conceſſum reuocare neglexit; ſed quanti temporis debeat eſſe hæc negligentia, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.24.

Precarium poteſt reuocari quandocunque ad libitum concedentis: fallit, quando talis concedens precarium vellet ſine cauſa illud reuocare illico, cum maximo damno illius, cui conceſſum eſt.Hippol.ſing.363.

Conceſsio precarij reuocatur voluntate concedẽtis, vel ei ſuccedentis; precariæ (quæ eſt de bonis Eccleſię) aurẽ nõ.c. ſi.ex.de p̃cario.

Qualiter formet̃ libellus in actione p̃carij, vide Bar.in l.in cõmodato 17 §. ſicut ff.cõmodati.

Quam poſſeſsionẽ habeat ille, cui precariũ cõceſſum fuit, vide Bart.in l.Pomponius 13.§. ſi is, qui ff.de acquir.poſſeſ.

Poſſeſsio precaria, donec voluntas durat, nõ eſt vitioſa; ſed quidem illa ceſſante. Bart.ibid.

Pro eo, quod quis precario habet in loco tuo, non eſt locus interdicto de precario, nec ſeruitus vr̃ impoſita: pro eo verò, quod habet precario in ſuo loco ſeruiẽte, hẽt locũ interdictũ de p̃cario.l.ſi precario 18.ff.com: p̃dio.

Habens precarium vſum, non adipiſcitur dominiũ: ideò rẽ alienare, vel ſtatũ mutare nõ põt. l.4.ff.de his, qui à non domin.manu. ſunt.

Poſsidens precario nomine, ſi vſque ad ſententiam in reſtitutione moratur ſine cauſa, condemnandus eſt (vltra rei reſtitutionẽ) in ipſius rei æſtimatione.l.pen.C.vnde vi.

Creditor, qui pignus precario conceſsit debitori, non amittit ius pignoris vendendi.l.2.C. de diſtract.pigno.

Conceſsio ad vſum indeterminatũ dr̃ precariũ, nõ donatio, & tranſit ad hæredes cõcedẽtis, & poteſt reuocari. l. Lucius 33.ff.de donatio.

Hæres ignorans non tenetur hoc interdicto de precario, nec eo interdicto rectè cõuenitur: tamen vſucapere nõ poteſt, qđ defunctus nõ potuit.l.cũ hęres 11.ff.de diuerſ.& tẽp.p̃ſcrip.

Precariũ tantũ dolũ recipit, & datur ſine certi vſus præfinitione.gloſſ.in reg.contractus.

De conſortibus eiuſdem litis.

REſcriptum in cauſa cõi vni de ſupplicantibus directum, ad vtrunque porrigit ſuũ effectũ.l.1.C.de diuerſ. reſcrip & Craue.conſi.45.

Beneficiũ vni collatũ, porrigitur ad conſortem.Bart.in l.1. C.de diuerſ.reſcript.

Conſors eiuſdẽ litis ſine mã lato admittitur ad agẽdũ. Bar.in l.exigẽdi 12.nu.12.C.de Procu.

Victoria vnius, an proſit alteri in cauſa communi,& contra, vide Bar.in l.ſi quis 10.§.quod eſt.ff.de appellatio.

Reſtitutio in integrum, quæ minoris fauore illi conceditur in indiuiduis, trahitur ad conſortem litis maiorem; ſecùs in diuiduis. Afflict. deciſio.213.

Sententia lata in cauſa communi plurium, rata haberi non poteſt per vnum illorum. Aegid. Bellam.concluſio.30.

Beneficiũ ſi eſt cõceſſum litis cõſorti priuilegiato, nõ põt remitti, nec renunciari in præiudiciũ litis conſortis in cauſa indiuidua, cui ius quæſitũ fuerat. Vinc.de Fran.deci.269.par.2.

Sentẽtia lata, Procuratore vnius pro ambobus litis cõſortibus proteſtante, an valeat ſolùm pro domino ſuo, vide Creſcen. deciſ.7.aliàs 121.tit.de Procurato.Et conſors litis an dicatur in beneficialibus.vide ibid.

Sententia an valeat, qñ ſunt duo aduerſarij in actis,& proceditur cõtra vnũ,& illo mortuo, citent̃ intereſſe putãtes in genere, vide Creſcent.de ciſ.13.aliàs 270 tit.de ſent.& re iudi.

Si duo collitigantes ex vna parte fecerint compromiſſum, & ad aliquid teneantur virtute ſententiæ arbitramẽtalis, in rebus diuiduis vnus nõ tenetur pro alio,& ſufficit illũ adimplere pro parte ſua.Menoch. conſi.123. cum ſeq. volum.1.

Inſtrumenta communia debent eſſe apud digniorem, & alteri fieri copia.l.Procurator 7. C.de eden.& ibid. Bart.Et propter diſcordiã conſortum, peruenitur ad ſequeſtrum rei indiuiſibilis.l.5.ff.famil.erciſ.

Tranſactio fratris non nocet fratri ratum non habẽti, nec reſtitutio minoris prodeſt maiori ſecum communem cauſam habenti.l. vnica.C.ſi in communi, eademq; cauſa.

In cauſa ſeruitutis prædij cõmunis, quod vnus ex ſociis expẽdit, ab alio repetit per actionẽ

ꝯego.

nego gesto. l. qui aliena 33. §. fin. ff. de nego. gest. Nam qui expendit in causa communi, repetit expensas pro rata. l. ex parte 40. ff. famil. ercifcund.

Causam communem agens, repetit expensas, quatenus plus expenderit, & est cautela; qd hoc casu promittat Aduocato salarium com muni nomine. Bartol. in d. l. 40. ff. famil. ercif.

Consortes eiusdem litis tenent ad expensas litis pro rata, & corpus vnius Vniuersitatis, & Religionis, pro vno solùm cõputatur. Papon. lib. 7. tit. 3. arrest. 1.

Pariter emẽda temeræ appellationis, debet sol ui pro rata. ibid. arrest. 2. Sed an in criminalibus pluribus reis cõdemnatis, quilibet tenea tur pro rata, vel insolidum, vide ibi arrest. 3.

Pluribus condemnatis in expensis, qualiter inter eos fiat diuisio, & solutio expensarum, vide eundem Papon. lib. 18. tit. 2.

Expendens in causa mota super re cõmuni defendenda tantum quantum fuisset erogaturus in defendendo solummodo partem suã, non potest à consortibus repetere expensas pro eorum parte. Rom. sing. 659. Idem, si sint socij in aliqua re, & moueatur eis controuersia, & vnus duxerit litem, & obtinuerit, tunc enim non poterit partem petere expensarũ à socio. Guliel. de Ludo sing. 30.

De deductionibus, positionibus, articulis, & capitulis iudicialibus.

AN virtute clausulę, Vt procedatur sola facti veritate inspecta, possint fieri deductiones post didicita testificata testium super eadem materia, vide Ozasc. decis. 1. num. 26.

Testibus publicatis, an liceat super materia deducta, & ad probandum admissa facere positiones, illisque teneatur aduersarius cum iuramento respondere, vide eundem decisio. 10.

In causa appellationis huiusmodi capitula admitti non debent. idem, decisio. 14. vide Capic. deci. 15. Sed quid, si super his fuerint examinati testes, & publicati, vide Guid. Pap. quæstio. 14.

Regulariter post didicita, & publicata dicta testium, non licet amplius facere deductiones super eadem materia, & examinare testes super eisdem capitulis, vel contrariis, tam in causa principali, quàm appellationis. Afflict. decis. 33. Guid. Pap. q. 14. vide Capel. Thol. q. 374. eundem Afflict. decisio. 216. DD. de Rota decisio. 30. de probatio. in antiq. Rol. consi. 45. volum. 2. & consil. 52. vol. 4. Menoch. consi. 188. lib. 2. vbi scribit septem conclusiones concernentes hanc regulam negatiuam, vide Abb. consi. 38. in fine.

Regula ampliatur, quòd procedat etiam in rustico. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 194 num. 25. Et quando testes iurassent solùm de veritate dicenda. Hippol. sing. 623. Sed limitatur pluribus in casibus.

Primò, in muliere, Ecclesia, & minoribus, qui possunt per viam restitutionis in integrum ponere idem, & contraria articulis alterius partis. Ozasc. decisio. 87 num. 3. vide Capel. Tholo. q. 249. Afflict. decisio. 89. & 216. Iaffre. Lanfr. Balb. decisio. 187. Crauet. consi. 65. Rebuff. in constitutio. Reg. tit. de publicat. attesta. glo. 1. num. 9. Tom. 3.

Secundò limitatur, quando testes examinati sunt nulliter recepti, & publicati. Afflict. decisio. 33. num. 4. Guid. Pap. q. 72. DD. de Rota decisio. 11. tit. de probatio. in nouis, aliàs 391 & decisio. 13 aliàs 163. de testibus. Iaffr. Lanf. Balb. decisio. 384. Castren. singul. 26. Tamen hanc limitationem declara, vt per Rol. cõsil. 52. vol. 4 num. 12. & Bartol. in l. qui per 33. ff. de iureiuran. vide Perillust. D. P. Tessau. deci. 28. Sed quid, si sentẽtia esset nulla, vide DD. de Rota decisio. 1. aliàs 42. de testibus, & attesta. in antiquis.

Tertiò, limitatur in tertio veniente ad causam pro suo interesse, qui potest dare capitula, & producere testes post didicita testificata, etiam si capitula essent contraria primis, quæ limitatio procedit, si ignorabat litem motam; aliàs secùs: nam tũc tenetur prosequi litem in ijsdemmet terminis, in quibus reperitur. Afflict. decis. 235. Sed an tertius admittatur ad dandum obiectus contra testes iam examinatos, vide Cassad. decis. 1. & 2. tit. de exceptio.

Quartò, limitatur in reo repulso, & non admisso in prima instantia, qui potest examinare in secunda. vide Afflict. deci. 266. nu. fin.

Quintò, limitatur reg. in ciuilibus, in quib. post publicationem in causa, possunt de nouo testes produci super nouis articulis dependentibus à primis, dummodo tales articuli, vel probanda in eis non includantur in antiquis de necessitate iuris probationis, & facti simul; sed solùm de necessitate probationis. Capic. decisio. 81. num. 6. vide Guid. Pap. q. 14. in fine, & Franc. Marc. q. 752. par. 2.

Sextò limitatur, quando testes obscurè deposuerũt: nã tũc põt Iudex ex officio iterum illos interrogare, & examinare. Gui. Pap. q. 72. Bar. in l. 28. §. à fideiussoribus. ff. de iureiuran. num 8. & consi. 37. vol. 2. & glo. in verbo, in criminali, in c. placuit 4. q. 2. & 3.

Septimò, quando testes non fuerunt interrogati super omnibus capitulis, & interrogatoriis traditis:quia tunc super omissis post didicita, possunt repeti. Guid.Pap.q.72.in fin.& q.124.Vel aliter examinati culpa, vel malicia examinantis.Vincen.de Fran.decis.371.part.2.vide eundem Guid.sing.202.

Octauò limitatur,quando testes fuerunt examinati, & publicati super valore alicuius rei; tunc enim pars aduersa producens alium articulum,quòd res plus valeat,debet admitti ad probandum, non obstante publicatione. Guid.quæst.585.& Bart.in l.cùm furti 9. ff. de in lit.iuran.

Nonò limitatur,quia publicatio attestationum in possessorio, non prodest,neque impedit, quominus super iisdem capitulis, vel directè contrariis in petitorio, iidem testes produci possint.DD.de Rota decisio.23.aliàs 437.de testib.in nouis.cap.veniens 38.ex.de testib.& Bart.in consi.37.nu.25.vol.2.

Decimò limitatur, quia post publicationem testium deponentium de re,possunt examinari alij super quantitate,sed quando,vide Put. decis.219.lib.2.

Vndecimò limitatur,quando testes habent cõcomitantiam instrumenti;quia tunc post publicationem possunt examinari. Put. d.decis. 219.Craue.consi.65.Rebuff.in constitut.Reg. tract.de publicat.attestat.glos.1.nu.8. Tom.3. Maran.in suo Spec. part. 6. de instrumento. product.nu.48.& Roma.sing.81.

Decimosecundò, limitatur in interrogatoriis, in quibus publicatio non impedit, quin possint dari articuli continentes id, quod erat in ipsis interrogatoriis. idem Put. decisio. 258. lib.2.

Decimotertiò limitatur, quia testibus publicatis,possunt ipsi, vel alij recipi super eodẽ articulo, si diuerso remedio, & modo,agatur. Iaff.Lanf.Balb.decis.383.

Decimoquartò, limitatur in causa appellationis (secundum opinionem Mysing.) in qua admittendi sunt noui testes super antiquis capitulis,vel directò contrariis, non obstante publicatione.Mysing.obser.41.cent.1.

Decimoquintò, limita reg.in criminalibus, in quibus semper pro defensione licet proponere,& deducere.Papon.lib.9. titu.11.arrest. fin.Hippol.sing.90.Capic.decisio.81.nume.4. Secùs quo ad offensam rei.Hippol.ibid. vide tamen Bart.in l.2.§.si pupillo.ff.ad leg.Iul.de adult.nume.15.& in l.1. §. vltrò.ff.de quæstio. Iul Clar.in sua Pract.crimin.§.fin. quæst.61. & Perillust.D.P.Teslau.decis.262.

Decimosextò limitatur,quando pars non contradicit circa admisionem capitulorum datorum post didicita testium: quia tunc taciturnitas habetur pro consensu, & admissio non debet reuocari. Crauet. consi.14.nume. 7.& consi.65.

Decimoseptimò limitatur, quando examinantur testes super eo, super quo pars diuinare non potuit,ante publicationem.Craue.cons. consi.65. & 74. nume. 4. & Roland. consi. 52. vol.4.num.27.

Decimooctauò limitatur, quia testibus publicatis, potest pars dare nomina testium Iudici,& se absentare, & Iudex postea ex officio poterit testes illos sic nominatos examinare:nam tunc cessat timor subornationis.Cra. consi.134.vide Ioan.Gal.quæst.288.& Barto. in consi.37.volum.2.

Decimononò limitatur, si ex consuetudine aliter seruaret:nam ea consuetudine potest induci,quòd testes recipiantur, publicatis attestationibus.Roma.sing.370.

Vigesimò limitatur in his, quę quis scit ab ipsismet testibus, qui deposuerunt. Roman. sing.786.

Vigesimoprimò limitatur, quando producuntur testes inhabiles,qui fidẽ non faciunt: tũc enim post didicita testificata possunt alij testes produci. Anto. Corset. in suis singularib. litera T.sing.testis 21.

Vigesimosecundò limitatur, quia Medici, etiã publicatis testibus super cicatrice in facie remansura,inquiri possunt.Hippol.sing.66.

Vigesimotertiò, limitatur in causa matrimoniali, in qua possunt testes examinari dummodo ille, qui testes producit prius iuret, ꝙ illos non subornauit.Hippol.sing.128.

Vigesimoquartò, limitatur in testibus de nòuo repertis, qui, etiam post conclusionem causæ, possunt examinari. Hippol. sing.297. & sing.512.

Vigesimquintò limitatur, quando publicato processu, minor restituitur ad nouas probationes inducendas; quia tunc eius aduersarius beneficio minoris vtitur.Marc.de Mant. singul. 525. Capic. decisio. 170. Vincent. de Franc.decisio.269.part.2. num.fin. sed sublimita,vt ibid.

Vigesimosextò,limitatur in probatione prioritatis temporis, quæ potest fieri testibus publicatis,si in primis articulis tempus non fuerit deductum. Barto.in l.1.C.de iure Fisci.lib. 10.nume.9.

Vigesimoseptimò limitatur; quia reus potest producere testes ad probandum cõtrarium eius, quod actor probauit. cap. series 26. & ibid.gloss.in verbo,iuri,ex.de testib. & c.cùm olim 12.de priuileg.vide Bart. in §.omnium, num.fin.Institut.de actio.

Vige-

Vigesimooctauò, limitatur in exceptione peremptoria, quæ probatur, etiam publicatis testibus actoris. glo. in cap. fin. ex. de succesio. ab intestat. & in casibus, de quibus vide per Afflic. decis. 26. Guid. Pap q. 14. in fine, & q. 124. Menoc. de Arbitra. q. 34. vide Spec. in tit. de teste. §. satis vtiliter, Bart. in l. 19. C. de probatio. nume. 11. & in Authen. qui semel C. de probatio.

Declaratur modo reg. primò, quòd licèt articuli directò contrarij articulis partis in prima instantia productis, non debeant admitti ad probandum per testes; tamen pars potest cogi post conclusionem in causa ad respondendum positionibus datis, concernentibus huiusmodi materiam contrariam. Vincen. de Fran. decis. 220. vide Ozas. decis. 97. nu. 7. & distinctionē, quā scribit Mysing. obser. 89. cēt. 6.

Secundò declaratur, quòd publicatio testium, sed nondum decreta copia eorum, non impedit vlteriorem testium productionē. Mysing. obser. 59 cēt. 6. vide Guid. Pap. sing. 109. Barto. consi. 37. volum. 2. & glo. in §. quod verò, Authen. de testib.

Tertiò declaratur, quòd licèt facta publicatione in prima, vel secunda instantia, partes nō recipiantur ad proponendum eadem, vel directè contraria; tamen secùs erit quo ad diuersa. Papon. lib. 9. tit. 11. arrest. 1. & seqq Cra. consi. 74. nume. 5. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de publicat. testi. art. 1. num. 11. Bart. in l. Iulianus 60 ff. de condict. indeb. Nā facta diuersa possunt proponi in prima, vel secunda instantia, post testium publicationem. ibid. Papon. arrest. 4. Idē in nouis deductionibus. Bart. in authen. at qui semel. C. de probatio. nume. 23. vide eundem in suo tracta. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. nu. 11. c. causam, quę 19 ex. de testib. & glo. in cap. 29. & 35. ibi. Sed quando proponens noua facta post publicationem, teneatur ad expensas, & ad quas, vide eundem Papon. ibid. arrest. 6. & seqq.

Quartò declaratur, quòd quando de iure quis admittitur post publicationem ad deducendum de nouo, talis admisio erit fauorabilis, ideò semper debet admitti ante sentētiam. idem Papon. lib. 9 tit. 12. arrest. 1.

Quintò, animaduertendum est, quòd noua deductio, seu productio, non debet retardare cursum processus. ibid. Papon. arrest. fin.

Sextò & vltimò, si contingat testes examinari in genere super bonis hæreditariis in prima instantia, an tunc in liquidatione sententiæ posint testes examinari in specie de ipsis bonis, propter subornationis timorē, vide Pet. Beninten. decis. 3.

Capitula debent admitti, etiam lapso termino ad reducendum positiones negatas ad articulos, si in termino pars contraria non accusauerit contumaciam aduersarij non reducentis positiones negatas ad capitula. Ozas. decis. 3.

Terminus ad probandum elapsus, in quo neutra partium aliquid nō probauit, non est reintegrandus, etiam ad instantiam actoris. Capic. decis. 82. Tamen post conclusionem causæ, possunt aliquando examinari testes. Guid. Pap. q. 201.

Articuli de iure dandis crimen non sapientes (etiam in causa profana) post terminū peremptorium ad articulandum asignatum (re tamē adhuc integra) dati, per Iudicem possunt recipi, & ad probandum admitti. Aegid. Bellam. conclusio. 744.

Obiectus contra quæcunque iura, post terminū exclusiuum producta, dari possunt. Cassado. decis. 1. nu. fin. tit. de exceptio.

Positiones debent fieri, & præsentari intra terminum datum ad probandum, quo elapso, vlterius produci non possunt, sed vide Mysing. obser. 34. cent. 1. Nisi super emergētibus de nouo. Io. de Arnono sing. 6.

Die asignata ad respondendum positionibus, si reus appellet, & eius appellatione nō obstante, iteratis cōminationibus, Iudex à quo reum asigner ad respondendum dictis positionibus, quibus deinceps per reum responsum fuerit, si hac responsione nō obstante, Iudex pronunciauerit positiones pro cōfesis, tenet pronunciatio. Ozas. decis. 5.

Negatiua, quæ regulariter est improbabilis, potest per positionem deduci, & debet admitti. Ozas. decis. 10. Sed de ipsa positione vide per Barto in l. in contractibus 14. nu. 12. C. de non numera. pecu. & in l. 39. ff. de donatio.

Deducta in prima instātia ad probandum admissa, & non probata, possunt in causa appellationis probari Ozas. decis. 14. Et hoc, non obstante lapsu termini dati in prima instantia, tamen hoc videtur esse restringēdum ad primam appellationem. Ozas. ibid. in fine.

Omissum etiam scienter in causa principali, potest deduci, & probari in causa appellationis. Ozas. d. decis. 14. vide tamen Franc. Marc. quæst. 375.

In alia instantia libellus corrigi potest, quia eo casu potest peti id, quod in prima instantia non fuit deductum, vel aliter fuit deductum. Gram. decis. 68. nu. 6. Appellatio enim deducit rem ad tempus litis contestatæ primæ instantiæ. Cassad. decis. 12. nu 4.

Articuli non bene specificati in prima instātia, poterunt melius specificari in secunda. Aegi. conclusio. 725.

Appel-

Appellationis causa est alia à prima: ideò in ea non oppositum opponi potest, & non propositum proponi, si tamen dependeat ex antiquis, vel ea concernat, & ex his trahat originem. DD. de Rot. decisio. 10. de rescript. in antiquio. Azo num. 5. in summa tit. de tempo. & reparatio. appellatio. Nam non deducta deduci, & nõ probata probari possunt in causa appellationis. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de rescript. art. 3. glos. 4. Quò loci traditur reg. cum ampliationibus, & limitationibus, & pulchrè quidem, sed quomodo dictũ intelligatur, & quando locum habeat, vide Hippol. sing. 360.

Sicut non deducta, & non probata in causa principali, possunt deduci, & probari in causa appellationis, ita pariter hoc potest fieri in causa reuisionis. Rolan. consi 94. vol. 1. Tamen in hac Patria Pedemontana deductiones omissæ in prima instantia, debẽt fieri in secunda; in tertia verò non amplius admittuntur, nisi ex causa, vt cauetur in nouis ordinibus titu. *della forma di proceder nelle cause d'appellatio. fo.* 28.

In causa appellationis super nouis capitulis tãtùm testes producuntur, & debent admitti, præstito iuramento, ad probandum. c. fraternitatis 17. ex. de testib.

Capitula vnius partis, an admittenda sint post terminum alteri parti statutum ad publicandos testes, vide Ozas. decis. 22.

Capitula de iure communi in dubio sunt admittenda. Ozas. decis. 109 & Dec. consi. 162. Cum solita tamen clausula, Saluo iure impertinẽtium. idem Dec. consi. 162. Sed quid operetur hæc clausula, vide Marc. q. 564. Affli. deci. 33. & Guid. Pap. sing. 957.

Assignatio ad faciendum deductiones, habet vim assignationis ad proponendum. Ozas. decis. 109. num. 12.

Non dicuntur impertinentes articuli concernentes dominiũ per reum præsentati in causa recuperãdæ possessionis, ideò in possessorio sunt admittendi. Afflic. decis. 7.

Articulis impertinentibus productis, & notificatis parti aduersæ (quæ non opposuit ante cõclusionem causę) postea illa non auditur. Capic. decis. 28. num. 9.

Capitula impertinentia nõ debent admitti; sed reiici. Gram. decis. 45. num. 4. Aegid. Bellam. conclusio. 725. Craue. consi. 1. pro genero, nu. 328 Rol. consi. 34. volum. 3. Bart. in l. 21. C. de probatio. & l. si duo patroni 13. §. idem Iulianus, ff. de iureiuran.

Pariter capitula concernentia simulationẽ contra instrumẽtum, quo fuit iuratum omnia fore vera, non sunt admittenda. Gram. d. decis. 45. Sed quando contra iuramentum admittatur probatio in contrarium, vide Cabal. milleloq. 187.

Impertinentia capitula non debent admitti; dicuntur autem talia, quando neque directò, neque per indirectum quoquo modo causæ adminiculantur: & pertinentia, quando non solùm directè & principaliter faciunt ad causam, sed etiam qualitercunque adminiculantur causæ, etiam leui præsumptione. Andr. Gail. obser. 81. lib. 1.

Articulus, qui de necessitate nõ cõcludit, quãdo debeat admitti, vide Bart. in l. neque 10. C. de probatio. Nam debet de necessitate cõcludere. Bar. in l. non hoc. C. vnde legitim.

Ad probandum quod probatum non releuat, quis non debet admitti. Barto. in l. ad probationem 21. C. de probatio. c. cùm contingat 36. ex. de offic. & potesta. Iudic. delegat. & Gram. decis. 45.

Iudex non debet admittere capitulum impertinens, neque debet pati, vt testes examinẽtur super capitulis contrariis: & si præceperit responderi positionibus, saluo iure impertinentium, & non admittendorum capitulorũ, post responsionem poterit disputari, an debuerit responderi. vide Barto. in l. si duo patroni 13. §. item Iulianus. ff. de iureiur.

An positionibus per Procuratorem litis responderi possit, & quid, si dominus sit absens, & de eius vita dubitetur, & de facili haberi nõ possit, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 17.

Ponens affirmat, & fatetur deducta. Rot. Genu. decis 56. num. fin. & decis. 60. num. 5. Secùs in eo, qui interrogat. DD. de Rota decisio. 41. aliàs 311. de testib. & attestat. in antiq.

Beneficium restitutionis in integrum aduersus probationem omissam, & illius tempus, est Iudicis arbitrarium. Afflic. decis. 124.

Non conceditur repulsa contra testes examinatos in prima instantia, nisi velit pars repulsare ipsos tanquam falsarios, vel quia fuerit petita repulsa, & non concessa. Afflic. decis. 266. vide Guid. q. 500.

Articulis non est respondendum, vbi probatio est impossibilis per lapsum termini dati ad probãdum, nisi Iudex ex officio suo interroget. Capic. decis. 15.

Testis an, & quando admittatur ad corrigendã suam depositionem incontinenti, vel ex interuallo, vide Capic. decis. 61. & Guid. Pap. q. 14. circa medium.

Vbi plura copulãtur in libello, & articulo circa vnum effectum, in quo non sunt omnia de iure necessaria, sufficit vnum verificari. Capic. decis. 140. nu. fin. vide Guid. Pap. sing. 215. & Bart. in l. 3. C. si ex falsis testib. vel instrumen. iudi. fuer. Et hoc verum, si fiant deductiones

citra

citra onus superfluæ probationis; aliàs secùs, secundum Guid. q 365. vide Bar. in l. Diuus 3. ff. de re iudic. & eundem Guid. sing 642.

Quis non potest se iuuare positione per se negata, nisi pars petat errorem corrigi. Guid. Pap. q. 182. vide DD. de Rot. decisio. 42. aliàs 311. de testib. & attestat. in antiq. Rot. Genu. dec. 60. n. 10. & Bar. in l. post 5. nu. 11. ff. de his, quib. vt indig legat. aufer.

Articuli merè obiectiuij sunt specificandi; aliàs non sunt admittendi. DD. de Rota decisio. 1. aliàs 27. de sequestra. possess. & deci. 1. de probatio. in nouis.

De practica deducendi, & probandi exceptionem contra testem, Iudicem, & sententiam vide per Bar. in l. 1. C. de testamen. Et de obiectionibus, quæ solent fieri, & dari cōtra testes, infra tit. de probationū solennitatibus.

Quomodo formetur capitulum contra testem in illo reprobando, quòd tempore confecti instri, ille nō potuit esse testis, vide Bar. in l. ad testium 22. §. cōditionem. ff. de testamen.

Procurator non respondēs positionibus, domino ignorante, non habetur pro confesso ante litem contestatā; secùs si post. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 5. nu. 58.

Contumacia incursa per nō respondentem positionibus, dicitur remissa per instantiam factam à parte, vt illis respondeatur, quod proceditur siue expressè, siue tacitè fuerit instatum. Ioseph. Ludo. decis. 5. nu. 61. Luc. & decis. 44. nu. 39 40 & 41. ibid.

Positioni criminosæ de delicto tertij nō debet responderi, minus super articulis obiectionalibus testium Fran. Marc. q. 389 part. 2.

Positioni criminosæ, an sit respondendum, vide Hartma. c. 3. tit. depositionibus lib. 1. Pro negatiua scribit Ozas. decis. 66. sed vide ibid. num. 11. Capic. decis. 127 Bart. in l. transactione 30. C. de transact. & in l. qui iurasse 26. ff. de iureiuran. gl. in d. l. 26. § si pater, in verbo, acquisiti, & Capel. Thol q. 69. Idem in captiosa. Marc. quæst. 789. part. 2. & Vera. decisio 327. seu vni part. 2.

In quibus casibus quis non teneatur positionibus respondere, vide Bart. in authen. in isto iuramento. §. quod obseruari. C. de iureiuran. propt. calum. dand. & in l. 22. ff. de interrog. actio.

Positioni iuris communis nō est respondendū; quia ius semper est certum: ideò non debet Patronus causę deducere per positiones ea, quæ in iure consistunt. DD. in Rub. ex. de constitutio. facit l. ornamentorum 39. ff. de auro, & arg. legat. & notat Bart. ibid. Secùs in positione iuris municipalis. idem Bar. in d. l. 39.

Quando quis debet respondere de veritate, nō tenetur respondere positioni concernēti factum alienum, ex quo tale est, quòd certam illius notitiam respondens habere non possit. vide Abb. consi. 118. part. 2. nu. 3. circa finē.

Positioni continenti factum alienum, an sit respondendū. quæstio est disputabilis, vide Mysing. obser. 54. cent. 5. Gail. obser. 82. lib. 1. nu. 8. & Bart. in l. Marcellus 11. §. qui rerum. ff. de actio. rer. amot.

Positionibus continentibus turpitudinem respondere debentis, non est respondendum. Mago. decis. Luc. 25. nume. 31. Vera. decisio. 327. seu vni. part. 2. & Mysing. obseruatio. 92. centu. 6.

Positioni, an quis sit rogatus de restituendo incapaci, est respondendum. Bart. in l. 3. §. tacitè. ff. de iure Fisci, & in l. si gener 25. num. 10. ff. de his, quib. vt indig. leg. aufer.

Positionibus pars respondere non cogitur super eo, in quo habet intentionem suam fundatam testibus, vel instrumentis. Ozas. decis. 10. nume. 7.

Non tenetˉ quis respōdere positionibus, nisi illę formentur distinctè, & dispositiuè medio iuramento. DD. de Rota decis. 3. aliàs 31. de sequestra. possess. & fructu. in nouis.

Positioni sine tempore respondere recusans, non habetur pro confesso; quia tali positioni nō tenebatur respondere. Mysing. obser. 92. cent. 1. & Fran. Cremen. sing. 110.

Positionibus in criminalibus quis tenetur respōdere. Bar. in l. lex 5. §. hac lege. ff. de iniur. & famo. libel.

Articulo incerto quis non tenetur respondere. Fran. Marc. q 721.

Quis non tenetur respondere positioni nō criminosæ, per quam peruenitur ad positionē criminosam. Lanfran. de Arnono sing. 3.

Positionibus respondere quis non cogitur, quādo detegeret suam turpitudinem, si illas fateretur: idem in positione criminosa. Vera. decisio. 327. seu vni. part. 2. & Mysing. obser. 92. cent. 6. Limita, quādo interrogaretur quis super eo, super quo, nisi responderet, locupletaretur cum aliena iactura; tunc enim super positione, vel interrogatione criminosa respondendum est. idem Mysing. obser. 82. cent. 6. Et de aliis limitationibus vide ibid. & per Maran. in suo Spec. part. 6. titu. de interrogat. num. 7.

Euictionis in causa quando agitur contra emptorem, ille non tenetur responpere positionibus sibi factis de dominio euictionis. Bart. in l. 20. §. si cum. ff. de neg. gest. num. 5.

Iudex nō dēt admittere, vt qs interrogetˉ super eo, quod iam erat decisūm. Bar. in l. si duo patroni 13. §. item Iulianus. ff. de iureiuran.

Quis

Quis non cogitur respondere, nisi ad eas interrogationes, quę ad quęstionem pertinent. Barto. in suo tracta. de ordin. iudi. nume. 14.

Conscientiæ alicuius vbi aliquid relinquitur, non admittitur alius contra probare volens. DD. de Rot. decisio. 61. aliàs 610. de rescript. in antiq.

Principalis in causa liquidationis non tenetur respondere super articulis instantiam causæ principalis concernentibus. Vincen. de Fran. decis. 220. num. 10.

Cui est via præclusa probandi à lege, statuto, vel Iudice, non admittitur ponendo, seu iuramentum parti deferendo. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 74.

Positioni factæ simpliciter sine expressione tẽporis, quis non tenetur respondere. Mysing. obser. 92. cent. 1.

Articulis ab vtraque parte productis, illi sunt recipiendi, qui exceptionem peremptoriam continẽt, aliis reiectis. Rot. Auenio. decis. 94. in decisio. diuerso.

Deductiones non debent fieri in genere, quia in illis requiritur narratio causarum in specie. Craue. Consi. 3. pro genero, nu. 36.

Continentia instrumenti per positiones, vel articulos non debent deduci, & ille, qui poterat instrumentum producere, & positiones, aut articulos fecit, producto instrumento, expensas suo aduersario reficere tenetur. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabau. gloss. 1. super decreto, ad causarum tit. de ordine processus caus. instrum. nu. 6. & 9.

Doctores inter positiones & articulos differentiã constituunt, vt positiones ad eum effectũ fiant, vt per confessionem, & responsionem partis aduersæ, ponens ab onere probandi releuetur: Articuli verò eò spectant, vt negata testibus, vel instrumentis probentur: ideò positiones præcedere debẽt articulos. Andr. Gail. obser. 79. lib. 1. vide Menoch. consi. 363. num. 13 & 14. lib. 4. Barto. in authen. in isto. §. quod obseruari. C. de iureiu. propt. calum. dã.

Secundò differunt, quia positionis contenta ponens cõfiteri censetur; secùs in articulis. ibi. Gail. nu. 6. & 7. d. obser. 79 de aliis differentiis vide per Bart. in d. authen. in isto §. quod obseruari. C. de iureiuran. propt. calum. dan.

Positiones in contumaciam non respondentis, quando pro confessis acceptari possint, vide eundem Gail. obser. 80. lib. 1.

Positio, articulus, & capitulum differũt: quia positio respicit solùm partis confessionem, & fit per verbum ponit, ad effectum, vt ponens releuetur ab onere probandi, si pars cõfiteatur: articulus verò fit per verbũ, probare intendit, & respicit probationes faciendas per testes: vnde ordo est, vt prius fiãt positiones, & inde datis responsionibus negatiuis, illæ reducentur ad articulos; Capitulum est nomen magis generale, & potest comprehendere vtrũque, scilicet positiones, & articulũ, & multa alia de materia vide per Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de positio. part. 6 fol. 383. Henric. Boer. in suis sing. tit. positio, Ioan. Pet. de Fera. in sua Pract. tit. de forma positionũ, & Abb. in sua Pract. cap. 75.

Omne probabile, est ponibile, & positiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confessiones, & clariorem probationẽ, vsus longeuus in causis admisit. Abb. consi. 118. part. 2.

Super omnibus concernentibus decisionem litium, possunt fieri positiones, vt pars ponens releuetur ab onere probandi per confessionem. Abb. ibid.

Positionum materia est satis arbitraria Iudici. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 40. nu. 13.

Positiones hodie loco interrogatoriorum, quæ olim fiebant, successerũt. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 8. num. 26.

Mora non potest purgari ab eo, qui fuit contumax in respondendo positionibus, quando in decreto fuit apposita dies, & pœna. Natt. consi. 53. num 5 Tom. 1. Vel clausula, Ipso iure. idem, consi. 364. num. 10 & seqq. Alias positionibus potest responderi, & purgari mora vsque quo non sit præclusa via probandi aduersario. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 44. nu 42.

Quando decreto cauetur, vt quis teneatur respondere positionibus intra dietam, aliàs ipso iure habeantur pro confessis, ponẽs in die assignata, tenetur comparere & accusare cõtumaciam non respondentis ad hoc, vt positiones ipsæ habeantur pro confessis. Natt. d. cons. 364. Contrarium tamen scribit Rol. cõs. 90. nu. 16. vol. 3. Quia vbi à lege ipso iure inducitur confessio, non requiritur huiusmodi accusatio contumaciæ Rol. ibid.

Statuto, seu decreto simpliciter disponente, quòd positiones in pœnam contumaciæ habeantur pro confessis, super pronuntiatione requirit declaratio Iudicis: secùs si dicatur, quòd ipso iure habeantur pro confessis; in hoc tamen vltimo adhuc requiritur declaratoria, non super pronuntiatione, sed super facto, scilicet in pronunciando citatum ad respondendum fuisse contumacem. Natt. d. consil. 364. nume. 8. vide Barto. in authen. principales §. quod si. C. de iureiuran. propt. calum. dan. & Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 44. nume. 43.

Nolens respondere positioni habetur pro confesso, non ipso iure, sed per sententiam. Bart. in d.

in d.authen.principales.§.quod,sed quando, vide eundem in Authen. vt litigan. iur.num. 4.Et quæ requirantur, vide Rot.Genu.decis. 161.num.10.

Positiones haberi pro confessis, non arguit reũ debere condemnari ad petita: & positiones debent de necessitate concludere, & totam causam decidere, & haberi pro confessis nõ nocet,quando veritas in contrarium apppa-ret. Ioseph. Ludo.decis.44. Luc. Ideò contra ipsam pronunciationem admittitur proba-tio in cõtrarium, habemus in hac Patria de-cretum in nouis ordinibus,tit.*delle poste*.

Vt contumax habeatur pro confesso, quia non respondit positionibus, oportet eum perso-naliter moneri, nec sufficit monitio in perso nam Procuratoris.Craue.consi.254.

Iussus respondere positionibus, si dicat nõ esse respondendum, ita demum positiones pro confessis habentur, si declaratum fuerit à Iu dice, esse positionibus respondendum.Crau. consi.260.num.4.

Stante statuto, quòd contumax in responden-do positionibus in termino sibi à statuto de-signato, habeatur ipso iure pro confesso, si pars non responderit ipsis positionibus, ha-betur pro confessa, ex cuius ficta cõfessione resultante ab ipso statuto, actor dicitur habe re suam intentionem fundatam. Rol. consil. 90.vol.3.nu.15.Ex hoc ét infertur, vbi statutũ disponit quòd contumax in non responden-do positionibus ipso iure habeatur pro con-fesso, nulla requiratur super hoc pronuncia-tio, seu declaratio Iudicis. Roland. d.consi. 90.nume.20.

Iudex an, & quando possit pronunciare posi-tiones haberi pro confessis,parte per contu maciam absente, vide Mathe. Mathes. sing. 17.in additio.nu.13.

Positionibus respondere debens, si fuerit con-tumax,& ex forma iuris, vel statutorũ pro cõ fesso habeatur,si ante sententiam latam mo-riatur,talis pęna non transit in hęredem.Hip pol.sing 625.

Vbi libellus est ineptus,vel malè ordinatus,tũc dato, quòd reus fuerit contumax in respon-dendo positionibus, tamen non poterit ha-beri pro confesso:quia cùm iudicium sit nul-lum propter defectũ libelli, non poterit pro ferri aliqua sententia valida.Hippol.ibid.

Termino dato ad omnia generaliter proban-da,an illa exceptio probari possit, ad quam probandã specialiter fuerat antea data par-ticularis dilatio,vide Roma.sing 313.

Postquam causa est commissa consilio Sapiẽtis, Iudex nõ dẽt admittere nouas deductiones, & ꝓbationes. Bart.in l.ex illo.13.C.de appel.

Si opposui exceptionem ad impediẽdum pro-cessum, & super ea fuerint testes examinati, & succubui,vtrum post litem cõtestatam po-tero illam opponere, & deducere ad Iusti-tiam causæ in vim peremptoriæ, & de nouo testes producere, vide Bart.in l.elegãter 23. §.si quis post,num.8.ff.de condict.indebi.

Deductio,& probatio contra promissionem in scriptis factam non admittitur, nisi per con-trariam scripturam. Bart.in l.nam de indebi-to 25.§.sed hoc.ff.de probatio.& præsumpt.

Pariter deductio, & probatio contra præsum-ptionem legis,de iure non admittitur, nisi ꝑ partis confessionem. Bart.in §.de augmẽtis, Authen.de nupt.

In termino assignato ad publicandum, an dãda sit per partẽ materia cõtraria, vide Peril-lustr.D.P.Tessau.decis.8. Et quid in causa ma trimoniali,ibid.

Quando lex iubet aliquid non reprobari, facit illud esse verũ pręsumptione iuris,& de iure, contra quam non admittitur probatio. Bart. consi.100.nu.3.vol.1.

Articulus disiunctiuus non admittitur, nisi in & super facto alieno.vide Bart.inter eius tra ctatus fol.169.num.13.

Quãdo fit alienatio simulata,& re vera res fue-rit pignori data,qualiter tunc sit deducendũ ad hoc,vt venditio reuocetur,vide Bart.in l. pacta nouissima 12.C.de pact.

Primò actor deducit, & probat intentionẽ suã, & inde reus exceptionem.Bart.in l.liber 8.C. de petit. hæred. vide eundem in l.19.nu.6.C. de probatio. Sed an actor debeat prius re-spondere positionibus rei, vel reus actoris positionibus,vide Benint.deci.32.nu.4.& 10.

Positionibus actoris, & rei adinnicem sibi ipsis contrariis, an sit respondendum, vide ibid. nume.11.& 20.

Positioni negatiuæ respondendum est, quando onus probandi negatiuam parti incumbit. ibid.num.12.

In positionibus ad probandam præscriptionẽ, debet poni de scientia,& patientia aduersa-rij Bar.in l.1.C.de seruitu.& aqu.nu.10.& in l. 13.& 14.C.de probatio.

Practica deducendi,& probandi quæ sit, quãdo petitur arbitramentum reduci ad arbitrium boni viri,vide Barto.in l. 2. nume.8.C.de re-scind.vendit.

De modo articulandi super probatione solem-nitatum testium, in testamento adhibitorũ, vide per eundem Bart.in l.2.C.de bono.pos-sessio.secun.tabul.

Pro defensione tutorum,& aliorum,qui tenen-tur rationem reddere,quomodo sit deducẽ-da, & probanda corruptio supellectilium

vide

vide Bart. in l. quod 4. C. de murileg. lib. 11.

Omnes deductiones, & probationes, quæ tangunt negotium, sunt admittendę. cap. pen. ex. de probatio.

In actione nego. gest. quæ sit practica gesti vtiliter articulandi, vide per Bart. in l. sed an vltrò 11. §. is autem. ff. de nego. gest.

Vsucapionem fuisse completam ante litem cõtestatam, debet capitulari, & probari. Bart. in l. si post 18. ff. de rei vendic.

Quando quis vult reprobare instrumẽtum, vel probare se non recepisse pecuniam, prout sonat instrumentum, quomodo sint faciendæ deductiones, vide eũdem in l. singularia 15. nu. 22. ff. si cert. pet.

Deductiones quomodo formentur, vt quis teneatur de casu, vide Barto. in l. sicut certo 5. §. sed interdum. ff. commodati.

Contenta in instrumento deperdito, deduci, & probari possunt per testes, qui illud prælegerunt. cap. cùm olim 12. ex. de priuileg.

De practica deducẽdi, & probandi, quãdo quis non fecit aliquid, quod facere poterat per alium, vide per Bart. in l. si ab hostibus 11. §. si vir. ff. solut. matrimo. Et de deducenda, & probanda filiatione, eundem in l. 1. §. quod. ff. de liber. agnosc. & in l. 1. §. quæstio. ff. de q̃stio.

Articuli super communi vsu vtendi, vel intelligendi, qualiter formentur, & super illis debeant deponere testes, vide Bart. in l. Labeo 7. ff. de suppellec. legat.

An, & quando quis possit reuocare positionem suam, etiam post partis responsionem, vide Bart. in l. 5. num. 11. & seqq. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer.

Demonstratio rei, vel personæ, si variatur ex tẽpore, qualiter probabitur identitas, & fiant articuli ad hoc, vt quis obtineat, quando confinia sunt mutata, vide Bart. in l. demonstratio 17. nu. 20. ff. de conditio. & demonstr. & in suo tract. testimonio. nu. 28.

Agens petitionẽ hæreditatis. quæ deducere, & probare debeat, vide eundem in l. 1. ff. quor. bonor. & in l. 2. ff. de bono. possess. furios. infan.

Articuli qualiter debeant formari, cùm quis intendit probare damnum ex eo, quia domus destructa non potuit locari, vide Bart. in l. in hac 28. ff. de damn. infec. Quid, quando quis vult probare aliquod ædificium idoneũ, vel non, vide eundem in l in parietis 35. eod. tit.

Interesse si petatur, quia domus sit destructa, quid deducendum, & probandum, vide Bar. in l. 38. §. deducto, eod. tit. Et quid ad obtinẽdum in seruitute, eundem in l. 1. §. denique. ff. de aqu. plu. arcen.

De practica deducendi, & probandi de dominio rerum mobilium, & immobilium vide p eundem Barto. in l. rem, quæ nobis 15. ff. de acquiren. possess.

In interdicto, vti possidetis, possunt fieri positiones etiam de dominio, & quando suspicatur aduersarium probaturum de proprietate, debent fieri positiones, quòd ille possedit clàm. Barto. in l. si de eo 40. §. si seruum. ff. de acquir. possess.

Libellus quando est incertus, articuli debent esse certi ad libelli declarationem. Bart. in l. 83. §. si Stichum, nu. 9. ff. de verb. oblig.

Capitulum vnũ, vel plura diuersa, vel connexa, quando dicantur, vide Bart. in l. Aurelius 29. §. idem. ff. de liberat. legat.

Cautus debet esse actor in positionibus, ne illę cõiunctiuè copulentur; nam hoc casu poterit pars totum negare. Bar. in suo tracta. de ordi. iudic. num. 13.

Quæ sint deducenda ad probandum aliquem negligentem, vel contrà, ad probandam diligentiam, vide Bart. in consi. 102. vol. 1.

Positio continens prorsus factum alienum, non tamẽ per hoc debet reiici, dummodo faciat ad decisionem causæ, & contineat tale quid, quòd ideò certa opinio cadere possit in respondente. Abb. consi. 118. num. 3. vers. quinimo part. 2.

Ad probandum, quòd instrumentum recipiat aliquam reseruationem, seu qualitatem extrinsecam, debet deduci, & probari, ꝙ illa fuerit facta tempore rogitus instrumenti, aliàs non valeret probatio. Fel. consi. 50. nu. 3.

Procurator tenetur præsentare suum principalẽ, vt positionibus rñdeat. Pet. Benin. deci. 24.

Positionibus concernentibus factum propriũ, quis debet respondere affirmatiuè, vel negatiuè: secùs si cõcernant factum alienum; quia tunc admittitur responsio per verbũ, ignoro. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 8. num. 15. vide Menoch. consi. 363. nu. 10.

Reus tenetur confiteri summam debitam, licèt actor in sua positione plus posuerit, nec licet reo totam positionem negare sub pęna falsi. Mysing. obser. 55. cent. 2. vide tamẽ latẽ Lanf. Balb. decis. 218. & Bart. in l. 1. §. si stipulandi. ff. de verbo. oblig.

Responsio ad articulos faciẽda est, semoto Procuratore, nisi ratio aliter suadeat, inspecta qualitate personæ respondentis. vide Roț. Auenio. decis. 79. in decisio. diuerso.

Responsiones ad positiones, non possunt dari per Procuratorem. Papon. lib. 9. tit. 5. arrest. 3.

Respondere positionibus licèt principalis debeat, nõ eius Procurator; tamen hoc nõ procedit in homine simplici, muliere, minore, & rustico. Hippol. sing. 450. & Ioseph. Ludo. decis. Perus. 81.

Catego-

Categorica forma respondendi positionibus, & hypothetica, quæ sit, & responsio dāda po sitionibus, qualis esse debeat, quando dicat simplex, & de positionū materia vide p Rau. tract. de Analog. cap. 19. nu. 76 & seqq.

Quando statuto cavetur, positioni esse simpliciter respondendum; quid iuris, vide Math. Mates. sing. 37. in additio.

Aduocatus an debeat instruere partem circa responsiones, vide Bar. in l. 2. C. de iureiuran. prop. calum. dan. Vel esse præsens, vide eundem in l. si postulauerit 27. §. quæstioni. ff. ad leg. Iul. de adulter. August. Bero. quæst. 78. nu. 4. & d. l. 2.

Iudex potest statuere terminum Procuratori, ad faciēdum comparere suum principalē, q veniat ad respondendū positionibus. Bart. in l. 12. §. his de præsentibus. C. de reb. credit.

Rusticus, vel mulier nō potest restitui aduersus pronunciationem positionum pro confessis, factam in Procuratoris, vel eorum contumaciam. Ozas. decis. 87.

Contumax in respondēdo positionibus, debet haberi pro confesso; sed hoc non habet locū in causis criminalibus. Capic. decis. 60.

Non sufficit iurare positiones esse veras, & in reliquis habere relationem ad statutum: & non possunt haberi pro cōfessis, quādo Procurator nō habet speciale mādatum. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 44. nu. 35. Minus quando in præsentia Procuratoris non fuerunt lectæ, & vbi Procurator esset legitimè excusatus. ibi. nume. 37.

Agens ad successionem alicuius, debet deducere ipsum mortuum, illi se esse proximiorē, & decessisse sine filiis. Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 12.

Positionibus est respondendum per verbum, credit, vel non credit, quando est factum tale, de quo (dato termino) quis potest habere notitiam: secùs si factū sit alienum, de quo (etiam præsumptiuè) quis notitiam habere non potest. Natt. consi. 59. Tom. 1.

Positionis veritatem se nescire iurans, & ideò nolens ei respondere, per Iudicem compelli potest, quòd respondeat per verbum, credit, vel non credit. Ludo. Roma. sing. 695.

Confessio erronea facta in positionibus, reuocatur vsque ad sententiam, & aliquādo post. Bart. in l. 8. C. de iur. & fact. ignor. nu. 3. & 9. vide Abb. consi. 17. part. 2. & consi. 73. Vbi scribit posse reuocari, sed incontinenti, & edocto de errore, vide etiam eundem consi. 118. & supra tit. de errore calculi, &c.

Parti respondere debenti terminus dari debet ad deliberandum, si per verbum assertiuum respondere velit; secùs si per verbum, credo, vel non. Roma. sing. 69.

Quis non tenetur respondere positionibus ad simplicem requisitionem partis, sed iussus, vel mandatum Iudicis requiritur. August. Bero. quæst. 78.

Filiusfa. & Monachus, quando pater, vel Monasterium agit, possunt interrogari de veritate. Barto. in auth. in isto. §. quod obseruari, num. 15. C. de iureiuran.

In criminalibus non est respondendum positionibus per verbum, credit, vel non credit; sed de veritate. Barto. ibid. Sed an in causa criminali sit respondēdum, vide eundem in l. 11. §. qui rerum. ff. de actio. rer. amot.

Positioni factæ, q creditor non numerauit pecuniam, ille tenetur respondere. Bart. in l. in contractibus 14. nu. 12. C. de non nume. pecu.

Principalis persona potest cogi ad respondēdū positionibus. Bart. in l. 15. §. qui ad cōmuni. ff. de Procurato.

Procurator in rem suam quando possit positionibus respondere; & defendens ex necessitate legis, admittitur ad respondendum positionibus. Bar. in l. nō solùm 39. ff. de Procurat.

Iudex potest comminare respondēti, q nisi verum respondeat, puniet eū aliqua pœna. Bar. in l. in rem 80. nu. 4 ff. de rei vendic.

Respondens inquisitioni continenti plura delicta, confitens vnum, si de aliis dicat se nō esse culpabilem, non dicitur ad interrogata respondere. Bar. in consi. 115. vol. 1.

De responsionibus iudicialibus, quæ dantur positionibus, interrogatoriis, & interrogationibus.

QVomodo, & quando sit respondendū positionibus, vide supra tit. pxi. Comminatus ad respondendū pōt morā purgare, post tempus lapsum respondendo. Ozas. decis. 5. nu. 4. Tñ mora nō pōt purgari ab eo, qui fuit cōtumax in respondēdo positionibus, qñ in decreto fuit apposita dies, & pœna. Natt. cōs. 53. To. 1.

Positiones præsentādi modus ei, qui est absens à loco iudicij, stante forma decreti, q personaliter præsentari debeant, qualis sit, vide Ozas. decis. 113. nu. 11.

Ex forma decreti ob responsiones non cathegoricè factas, resultat tacita ipsarum confessio. Ozas. decis. 178. Sed quando dictum non procedat, vide ibid.

Responsio, quæ dicat cathegorica, & q̄ hypothetica, & an ex responsione negatiua resultet implicita affirmatio, vide eundem, d. decisio. 178.

Decretum disponens, responsiones cathegoricas esse dandas, intelligitur, quando interrogationes, siue positiones sunt simplices, & cathegoricæ; secùs si sunt duplices, & qualificatæ. Ozas. d. decis. 178. nu. 4.

Positione negata non potest se iuuare ille, qui eam negauit, nisi pars peteret errorem corrigi. Guid. Pap. q. 182. & sing. 808. Rot. Genu. decis. 60. nu. 10. & Bart. in l. naturaliter. §. nihil ff. de acquir. possessio. nu. 7. Secùs si eam confiteatur. DD. de Rota, decis. 42. aliàs 315. de testibus in antiq. vide supra tit. prox.

Ex negata dispositione nulla sequitur affirmatiua, nec sumitur argumentum à contrario sensu contra negatiuè respondentem. Ozas. decis. 178. num. 6.

Negans sententiam rectè latam, nō propterea fatetur latam. ibid. num. 8.

Negatiua responsio aliter sumitur, si præcedat qualitatem, aliter verò, si præcedat verbum. ibid. num. 12.

Reus confitendo positionem actoris, potest se iuuare contra actorem eadem positione: secùs si illam negasset, aliter seruatur in interrogatione actoris: quia actor interrogando, nihil contra se confiteri vr̃ DD. de Rot. deci. 42. aliàs 311. tit. de testib. & attesta. in antiq.

Confessionis tacitę, vel expressæ, reuocatio fieri potest. Ozas. decis. 39. nu. 11. Dummodo error, & res aliter se habere probetur. Ozas. ibi. nu. 39. Quæ probatio non requiritur in minore, & Republica. ibid.

Protestationis clausula de reuocandis r̃sionibus, &c. saluat omne ius, & facit r̃siones datas haberi pro non datis. Ozas. d. deci. 178.

Reus, qui respondendo in terrogatoriis actoris negauit possidere, potest negationem (etiam iuratam) reuocare. Natt. d. consi. 381.

Quando aliquid quis confitetur, dato prius termino ad deliberandum, talis responsio, & cōfessio non potest reuocari, nisi interueniente maximo errore. Bald. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. vide tamen de cautela per Bar. in l. 12. §. qui iusto. ff. de interrog. actio.

Respondenti positioni persuasione aduersarij, datur restitutio. Bar. in l. 1. ff. de eo, per quem factum erit.

Positionem si negaui, & negationem reuocaui, non possum hanc reuocationem reuocare, & reuocata positione tua, si meæ positioni cōsensisti, potero meam positionem, post tuā reuocationem, reuocare. Bart. in l. post. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer. nu. 12.

Positionē negata probata, ex illius probationibus possum eā probationē reuocare. Bar. ibi.

Licèt de iure nō esset respondendū, tñ postquā fuerit responsum, respondēs sibi præiudicat, nec potest reuocare cōfessionē, nisi edocto de errore. Abb. consi. 118. nu. 4. part. 2.

Errans in facto cōfitendo, vsq; ad sententiā potest errorem suum corrigere. l. fin. §. iussus, & ibid. gloss. ff. de appellatio. vide supra titu. de errore calculi, &c.

Responsio incerta, & obscura, & interrogantem rursus in incerto relinquens, non admittitur. Afflic. decis. 189. num. 3.

Responsio per verbum, ignoro, quando admittatur, vide Capel. Thol. q. 21.

Responsio si ex statuto debeat esse pura, quas conditiones admittat, vide Boer. decis. 243. num. 13. & decis. 339.

Responsio referens se ad aliquam scripturā est incerta: ideò debet certificari per exhibitionem scripturæ. Rot. Genu. decis. 16. nu. 3. vide Alex. consi. 3. vol. 2. & Ias. in l. admonendi. ff. de iureiuran. in repet.

Responsio in positionibus per verbum, credit, est vera confessio. ead. Rot. decis. 48.

Positioni si est simpliciter respondendum, pars respondens se pecuniam non recepisse, & si appareat eam recepisse, ꝙ soluit, nō rectè respondit, sed debet haberi pro confessa. Cabal. milleloq. 243. vide Boer. decis. 243. nu. 12. & decis. 339. nu. fin.

Positioni per hæc verba respondens, credo, si instrumentū appareat, non dicitur sufficiēter respōdisse: secùs si dicat, nō credo, nisi instrumentū appareat, sed quid, si statutū requirat, ꝙ positioni respondeat per verbum, credit, vel non credit, vide Mathes. sing. 37.

Positionē negās, vel illi ita obscurè respondēs, vt inde veritas haberi nō possit, æquiparant̄ quo ad pęnā incurrēdā. Io. de Arnono sing. 2.

Positionibus si debeat respōderi simpliciter negando, vel affirmando, aliàs respondens habeatur pro cōfesso, si respondēs neget se habuisse pecuniam, & si apparuerit habuisse, ꝙ expenderit in negotiis domini, non dicitur respondisse. Bart. in l. 1. ff. de vulgari, & in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. oblig. nu. 3.

Potest de iure responderi positioni per verbū, credit, vel non: sed si respondens dicat respōdeo, & dico, prout in instrumento super hoc confecto continetur, dicitur sufficienter responsum. Guid. Pap. q. 334.

Quando quis interrogatur de contentis in scriptura per positionē, quid iuris, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 8.

Quando aliquid per positionem deducitur, de quo constat per instrumētum, admittitur responsio relatiua ad ipsum instrumentū. Mysing. obser. 86. cent. 1. & obser. 81. cent. 6.

Quando ponēs in sua positione mētionē fecit alicuius instrumēti, quę danda sit respōsio, vt legi-

legitima dicatur, vide Menoc.cõs.363.nu.4.

Quando quis respondit confitendo positionẽ, addito tamen, prout in tali instrumento continetur, si in illo instrumento non ita contineatur, illa confessio non nocet.l.2. C.de errore Aduocato.

Responsiones etiam iuratæ, an possint per partem pro parte acceptari, & pro parte nõ, vel debeant acceptari cum earum qualitatibus, vide Boer.decis.243. Rol. consi.150. Crauet. consi.150.nu.fi.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas. 93.nu.24.Bar.in l.si quidem 9.C.de exceptio. & in l.116.ff.de verb. oblig. Sed in hac Patria Pedemon. hoc est decisum per nouos ordines, ex quibus debent acceptari cum omnibus qualitatibus, vt habetur in tit. *delle poste*.

Positionibus est simpliciter respondendum, ita statuto dictante, tamen responsio qualificata admittitur, quãdo respondens est idiota, vel vbi est qualificata positio: quia tunc non est plus concedendũ ponenti, quàm respondenti.Ioseph.Ludo.decis.Luc.40.nu.1. & 14.

Quando responsio qualificata admittatur, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.251.& Io.Anto. Grig.sing.3.

Quis excipiendo non videtur fateri intentionẽ aduersarij, & quãdo quis respondet promissionem fuisse factam sub cõditione, pars debet probare promissionem puram.vide Bar. in l.si quidem 9.C.de exceptio.& ibid.gloss.

Respõdẽte aliquo se fecisse homicidiũ ad sui defensionẽ, no statur confessiòni inquantũ is dicit se fecisse ad sui defensionem; sed statur in quantum cõfitetur homicidium; sed quid in ciuilibus, an stetur confessioni pro parte, & pro parte non, vide Barto.in l. Aurelius 29.§. idem.ff.de liberat.lega.

Iudex põt cõfessionẽ cõfitẽtis delictũ, & negãtis qualitatem, non admittere.Bar.q.8.nu.13.

Responsio accipitur in benigniorẽ partẽ, & est faciẽda interpretatio ꝙ vna non cõtrarietur alteri.Ioseph.Ludo.decis. Luc.50.nu.8. Et ita interpretanda, ne contrarietur intentioni respondentis.Rot.Genu.decis.1.nu.4.

Responsio ex interrogatione interpretatur.Menoch.de Arbitra.q.52.nu.12.Et debet adaptari ad interrogata. Barto. in l.certi.§.depositi. ff.si cert.pet.

Respõsio talis esse dẽt, qualis præcessit interrogatio.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.251. nu.8.

Verba enunciatiua si in positione sint expressa, respondens simpliciter videtur tantùm confiteri principaliter deducta in positione; non autem enuntiatiuè narrata. Mathe. Mathes. sing.33.sed vide ibid.

Respondens positioni duo continenti, si vnum negauerit, aliud videtur fateri, quo ad p̃sumptionem, & quo ad simplicem probationem, quæ inducitur ex illa tacita confessione. idẽ sing.76.vide c.nonne bene 5.ex.de p̃sumpt.

Si debitor centum coronatorũ, confiteatur creditori suo se debere tantùm quinquaginta, illos poterit cõsequi creditor, & probare pro reliquis, non obstante illã taxatiua tantùm. Io.Ant.Grig.sing.3.Quia dictio taxatiua non qualificat.ibid.

Positio si est dubia, ex responsione colligitur, qualiter reus intellexerit.Barto.in l.Aurelius 29.§.Sticho.ff.de liberatio.legat. Nam per responsionem apparet, qualiter quis interrogationem intellexerit.d.§.Sticho.

Confessio actoris, illi magis nocet, quàm confessio rei, reo.Pet.Beninten decis.32.

Respondens ad id, quod non debet an, & quando sibi præiudicet, maximè quando fuit responsum cum solita protestatione, vide ibid. nume.15.

In criminalibus quis tenetur pluries respondere, quia licèt hodie quis negauerit, cras poterit habere causam scientiæ: ideò licèt quis semel responderit super libello negatiuè, tamẽ sigillatim tenetur respondere positionibus. Fran.Marc.q.672.nu.8.

Respõdere negatiuè generaliter in criminalib. nõ sufficit, nisi ad singula r̃ndeatur.ibid.nu.9.

Positionibus in criminalibus non est respondẽdum per verbũ, credo. Bart.in l.inter omnes 47.§.rectè, nu.fin.ff.de furtis.

Respondere super inquisitione certè, & clarè ad omnia capita inquisitionum, inquisitus tenetur.Fran.Marc.q.692.

Positionibus vbi semel responsum est, an iterato respondere pars cogi possit, vide DD.de Rot.decis.1.tit.de confes.in antiq.

Præsumitur contra negantem veritatem in vna positione contentam, adeò ꝙ in cæteris præsumatur mendax, & debet luere pœnas.Rot. Genu.decis.60.nu.7.

Probatio per confessionẽ potest fieri post omnes dilationes.Mysing.obser.94 cent.1.

Identitas rei probata præsumitur, si quis respondeat se tenere rem, pro qua interrogatur.D.Sol.in constitut.antiq. Sabaudiæ, glo.3. 2. part. super decreto, Rempub. titu. de iure emphyte.fol.18.

Iudex si præceperit responderi positionibus, saluo iure impertinentium, & non admittendarum, post responsionem poterit disputari, an debuerit responderi.Bar.in l.si duo patroni 13.§.item Iulianus.ff.de iureiuran.

Interrogatus de duobus, potest simul in diuersis oĩonibus respondere: & responsio (ne iuris ordo in respondẽdo puertat̃) cõgrua dẽt fieri. Bar.in l.3.§.si filiusfa.ff.de pecul.

Tutor in iudicio (licèt faciat contra pupillum) debet veritatē respondere. Bart.in l.quoties 10.§.sicut.ff.de administ.& peric.tuto.

Qui negat se teneri in centum,cùm teneatur in quinquaginta , ex propria verborum significatione, non intelligitur negasse se teneri in quinquaginta.vide Iaff. Lauf.Balb.decis.218.

Interrogatus si debeat viginti,& respondeat,ꝙ non,si debeat decem, dicitur deierare.Bart. in l.pupillus 239 §.verbū ff.de verb. & rer.sig.

Ad omnes interrogationes nō cogitur quis respondere , nisi ad eas , quæ ad quæstionem pertinent. Barto.in suo tractat.de ordine iudic.nume.14.

Vide de materia per Abb. in sua Pract. cap. 80. & seqq.

Quādo quis respondidit se nole vti aliquo instrumento, videtur tacitè fateri instrumentū falsum,nec poterit iterato illud producere.l. si aduersarius 3.C.de fide instrument.

Procurator,qui debet defendere , etiā respondere debet, eo casu,quo dominus tenetur,& eius responsio,seu taciturnitas ei prçiudicat. l.non solùm 39.ff.de Procurato.

Quando ratio est idem cum dicto, nihil concludit, vt si qs interrogatus,quo iure possideat, respōdeat , quia possideo.l.qui interrogatus 12.ff.de petit.hæred.

Valet responsio sine interrogatione. l. si sine 9. ff.de interrag.actio.

Per responsionem factam in iudicio, inducitur confessio.l.quidam 30.ff.de donatio.

De cōfessis,& confessionib. in genere.

Negans sententiam rectè laram, non propterea fatetur latam;& negans quali.atem facti,non fatetur factū. Ozas.decis.178.nu.8.

Confessio in parte falsa , an in totū reddatur falsa,vide Rot.Genuen.decisio.26. num.9.& 19.

Confessio iurata , omnē repellit allegationem in contrarium,nisi iusta ex causa.Afflic.decis. 83 nume.3.

Confessio debiti facta in vita,nocet hæredi , & in morte,si iuretur. Afflic.decis.168.num.3.

Cōfessio sine causa,licèt sit inefficax, tamē, interueniente iuramento , erit efficax. Gram. decis.34 num.59.

Confessio iurata,quæ potest tendere ad bonū, & malum,in dubio interpretatur ad malum, & contra confitentem, nisi confitens probet suas excusationes Marc.q.695.

Confessio iurata præiudicat confitenti quo ad omnes Rot.Genu.decis.172.nu.8.

Verba enunciatiua propter aliud emissa, inducunt dispositionē fauore piæ causæ. Affli.decis.83.nu.5.Sed qñ cōfessio enunciatiua probet,& p̄iudicet,vide Ios Ludo.decis.Peru.33.

Confessio enunciatiuè facta , non probat.Affli. decisio.105.

Verba enunciatiua probant dominiū inter partes:& talia verba auctoris,præiudicant singulari successori.Craue.cōsi.29.Dummodo clarè.& specificè quid enuncietur. idem,consil. 157 num.16.Tamen in his,quæ sunt iuris,non præiudicant : ideò non valet confessio ,qua quis confitetur se furtum fecisse , vbi furtum nō est:idem , si quis fateatur executionē esse legitimè factā,quæ nulla erat.idē d.consi.29.

An verba enunciatiua probent inter partes , quando contingit principaliter dubitare de enunciato,vide Dec.consi.539.

Verba enūciatiua propter aliud emissa, vim irreuocabilis confessionis non habent.l.qui familiæ 38.ff famil.ercisc.

Confessioni per duos testes probatæ , standum est contra confitentē. Afflic.decis.105.Et aliquādo admittitē semiplena probatio. ibi. n.3.

Confessio Procuratoris coram Arbitro facta , perempto compromisso non perit. Affli.decis.148.Imò censetur facta iudicialiter.Aegi. Bellam.conclusio.693.

Confessio non probat numerationem in tertij præiudicium : quia est differentia inter solutionem,& confessionem. Afflict.decisio.150. nume.35.

Confessio ad obligandum facta parte absente, valet fauore animæ , & etiam quando fit ad exonerandam conscientiam. Afflict.decisio. 164.nume.fin.

Confessio geminata maiorem veritatem inducit.Afflic.decis.236.Gram.decis.103.nume.3. Etiam facta,parte absente. Fran.Marc.q.864. par.1.n.10.& q.79.par.2. Et plenè probat,sed nō inducit obligationē. idē Afflic.decis.375. vide infra lib.2.tit.de contract.geminat.

Hæredi vt soluat,propter geminatā eius cōfessionem,prçcipi potest. Afflic.decis.337.nu.4.

Quando confessio non tendit ad obligandum; sed ad probādum aliquid , ex qua probatione absenti quæratur obligatio , illa præiudicat.Afflic.decis.375.nu.4.

Instrumentum factum inter alias personas,non prodest tertio, quem constat non fuisse præsentem.Natt.consi.94.nu.6.Tom.1.

Prçsentia partis non requiritur in dependentibus à mera voluntate alicuius. Bart.in l.10.ff. de nego.gest.

Confessio facta in scriptis sine causa non præiudicat confitenti , secùs si fiat cum causa: quia tunc statim præiudicat, præter quibusdam in casibus , & factà , parte absente, non

non nocet, vide l.25.§.fin. & ibid.gloss.ff.de probatio.

Confessio Prælati extra præiudicium Ecclesiæ, an noceat; & quam habeat distinctionem, vide Afflict.decisio.168.& DD.de Rot.decis. 3.aliàs 466.de confessis in nouis.

Confessio non habet vim sententiæ, vbi requiritur Iudicis ministerium in sententiando. Afflict.decisio.182.num.9.

Confiteri tripliciter quis potest. Afflict. decis. 191.num.fin.

Hęres reuocare pôt confessionẽ erroneam defuncti, probando cõtrarium, sed quãdo, vide Affli.decis.233.

Quando confessio prætextu erroris possit reuocari, vide supra tit. de errore calculi, &c.

Confessio facta contra ius, & confitentem, reuocari, & contra illam confitens venire potest. Put.decis.461.num.6.lib.2.

Aduersus confessionem propriam admittitur probatio veritatis in contrarium, quę reperta est attendenda, nõ obstante confessione. Hiero.Mago.decis.2. Rot.Floren.nu.26.

Confessio debet esse certa, & necessariò cõcludens, & facta per errorem reuocatur, edocto de errore. Craue.consi.157.

Confessio prætextu erroris non potest reuocari post diffinitiuam sententiam; secùs post præceptum de soluendo factum à Iudice. Anton.Corset.in suis singularibus litera C.sing. confessio.1.

De cõfessione geminata, vel iurata, & an possit reuocari, etiam post conclusionem in causa, vide Roma.consi.346.391.& 433.& infra lib. 2.tit.de contract.gemin.

Confessio erronea, vel falsa, solutis expẽsis, corrigi potest, si causa erroris sit probabilis. Barto.in l.rura 14.C.de omni agro deserto. li. 11.

De cautela pro illo, qui vult reuocare confessionem, vide per Bar.in l.de ætate iusto. ff.de interrog.actio.

Confessio nõ reuocat̃, nisi edocto de errore; error autem probatur, probando rem aliter se habere. Abb.consi.118.num.5.part.2.

Falsa confessio non immutat veritatem: ideò probata veritate, non præiudicat confitenti. l.5.C.de iuris, & fact. igno. & l. quidam 15.ff. de probatio.

Confessio per errorem facta, an possit reuocari, vide glo.in l. 7.C.eod. de iur. & fact.ignor. Vbi fit differentia inter confessionem factã ex certa scientia, & aliter.

Erronea confessio non facit valere testamentum inualidũ, nec illi vires imponit: & ideò non præiudicat confitenti.l.8.eo.titul.

Facultas reuocandi confessionem erroneam, quæ à lege datur, competit hæredi; sicut defuncto viuenti. Bald.in l. error supra eodem & Ias.in l.si per alium. §. hoc interdictum. ff. ne quis eum qui.

Erronea confessio sæpius repetita, potest reuocari.arg.l.1.C. de errore calculi, vide l.de ætate 11.§.ex causa.ff.de interrog. actio.

Confessionis tacitæ, seu expressę reuocatio fieri potest. Ozas.decis.39.num.11. vide nu.39.

Confessio propria, & Procuratoris reuocari potest, dummodo error, & res aliter se habere probẽtur, quod non requiritur in Repub. & minore.Ozas.decisio.39.vide Franc. Marc.q. 59.part.2.

Minor non restituitur aduersus eius confessionem tanquam læsus, nisi edoceat (saltem semiplenè) veritatem esse in cõtrarium. Ozas. decis.87.num.fin.

Confessio non præiudicat, nisi inter confitentes, sed cõfessio Prælati, siue Capituli, quando præiudicet Ecclesiæ, vide Afflict.decisio. 245.num.11.& Aegid. Bellam.conclu.695.

Probare per testes, vel per hęredis confessionem testatoris voluntatem, idem est, quo ad eius præiudicium.Affl.decisio.337.num.8.

Confessio non verisimilis, non nocet confitenti. Gram.decisio.2.nu.pen. Et non verisimile allegans, non debet audiri. idem, ibid.nu. fi.

Confessio filij an noceat patri, vide Boer.deci. 221.num. 17.

Mulieri se ex aliquo prægnantem asserenti, an credatur, & quid in matre confitentem filiũ non esse mariti, vide Boer.deci.299. Pro parte negatiua (nempe talem matris confessionem non nocere filio) scribunt Andr. Gail. obser.97.lib.2.nu.8. Menoch.de Arbitra.libr. 2.consi.89.num 27. Idem in patris confessione, dummodo filius natus sit in domo ipsius. Rol.consi.11.vol.4.Bar.in l.6.ff.de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.l.1.§.si quis.ff. de Carbon. edict.& ibid.glo.

Si parentes nominent aliquẽ in filium, & ita ille communiter reputetur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium. c. per tuas 10.ext.de probatio. Quia primo dicto alicuius standum est, etiam si postea in contrariũ vellet iurare: quod enim sua quisque voce confitetur, in eundem casum infirmare non potest.ibid. d.c.per tuas.

Standum est verbo viri, & mulieris super filiatione, nisi contrarium ostendatur.c.3. ex.qui filij sint legitimi.

Confessio patris nõ facit plenam, sed aliquam probationem pro filiatione: & facta extra iudiciũ, quã ꝓbationẽ facere possit, vide Bart. in l.1.§.quod Senatus.ff. de libe.agnoscen.

Confessione facta per litteras (quibus aliquis vocauit quem filium suum) nõ ꝓbatur quis

filius, quominus posit contrarium probari, sed bene inducitur quędam pręsumptio.l.nõ epistolis.C.de probatio.

Cõfesio, qua quis alium suum appellat filium, & contrà,non probat què filium,vel facit desinere esse filiũ;sed quasi possessio filiationis transfert onus probandi in aduersariũ.l. non nudis 14.C.de probatio.

Licèt testator aliquem suum filium esse negauerit,si postea illum exhæredauerit,adhuc ipse filius habebit querelã.l.si instituta 27.§.ei qui, ff.de inoffi.testamen.

Confesio,seu assertio alterius,non facit filium eum,qui non est:& quod relinquitur alicui vt filio non debetur, si appareat illum non esse filium.l.neque professio 5.C.de testamen.vide Bart.ibid.

Nemo sibi potest per suam confessionem patrẽ assignare;sed natura assignat;vnde qui se vocat ex aliquo parente natum, non officit veritati.l.parentes 22.C.de liber.cau.

Traditio alicuius rei non operatur effectum, quando verba fuerunt prolata extra fundi conspectum;& Titij cõfessio super receptione pecuniæ,non operatur,nisi probetur vera numeratio.Ioseph.Ludo.decis.Luc.2.nu.23.

Confesio est tantæ efficaciæ,vt nũquam intelligatur reiecta: ideò semper opponi potest, etiam contra præsumptionem iuris,& de iure: nam confessio partis elidit iuris pręsumptionem.idem Ludo.decis.5.Luc.num.44. Et est maior quocunque publico instrumento, quibuscunque testium depositionibus, & vbi est confessio,ibid. est releuatio omnis probationis, nec Iudex potest iudicare confessionẽ nullam esse, & est excellentior omni probatione.Ioseph.ibid.num.50 & seqq.Crauet. consi.61.num.3.& consi.175. vide eundẽ Cra. consi.272.num.15.

Limita dictum in confessione facta super actu prohibito,& certo casu permisso; tunc enim de veritate illius casus permissi aliter constare debet, quàm per cõfessionem partis. Cra. d.consi.175 vide eundem,consi.1.pro genero, num.187. Et tunc pars confitens poterit contra talem confessionem venire.Cra.ibid.

Testes,& instrumenta cedunt confessioni,quin etiam iurispræsumptione, & de iure fortior confessio est, idque locum habet in confessione tacita,fictauè.Crauc.pro genero, cons. 3.nume.42.

Confessioni ore proprio factæ,nemo contrauenire potest:idẽ in confessione præsumpta ex contumacia pcedẽte. Hippol.sing.12.& 257.

Idem operatur cõfessio,quod publicum instrumentum.l.cùm te 5.C.de transactio.

Statur confessioni alicuius contra se licèt non verę.l.de ętate 11.§.si qs.ff.de interrog.actio.

Confessio est tantæ importantiæ, quòd Iudex potest ferre sentẽtiam(etiam post peremptã instantiam)tam in ciuilibus,quàm in criminalibus, ex vi notorij resultantis ex confessione.Ioseph.Ludo.decis.5.Luc.nu.59.

Notorium dicitur, quod per confessionem alicuius apparet.idem Ioseph.ibid.nu.60. Nam confessio notorium inducit.Gram.decis.65. nu.55.& Capel.Thol.q.177.in additio.

Verba narratiua non prolata propter se, sed propter aliud, confessionem non inducunt iuxta distinctionẽ, de qua per Aegi. Bellam. conclusio.125.vide & conclusio.683.

Verba narratiua non inducunt dispositionem, seu obligationem,& tamen probant,seu confessionem inducunt. Aegid. d. decisio. 683. num.2.& 691.

Confessio,quæ non emanauit principaliter,sed relatiuè,& incidenter, vim perfectæ probationis non habet.Marc.q.710.

Narratiua probat contra omnes habentes causam à narrante; quia confessio antecessoris nocet successori.Vera.decis.220. part.2.

Aduersarij sola confessio, non probat. Aegid. Bellam. conclusio. 577. Tamen releuat ab onere probandi.idem,conclusio.650.& Hippol.sing.110.

In his, in quibus quis non potest per se disponere,non valet eius confessio. Aegi.Bellam. conclusio.684.

Confessio non potest facere, quòd dominium rei meæ in te sine traditione conferatur, verùm si confiteor rem certam esse tuam, quæ tamen mea erat,in mei præiudicium confessio pro veritate habetur, licèt dominium verè non transferatur. idem Aegid. conclusio. 683. nume.2. vide Menoch. de Arbitra.lib.2. cas.336.num.30.

Confessio non recipit verborum extensionem. idem Aegid.conclu.733.& DD.de Rot.deci. 3.aliàs 325.tit.de libel.oblat.in nouis.

Confessio facta in carcere super debito, vel aliter,an valeat,vide Capel.Thol.q.400.

Confessio facta,præsente parte,& tacẽte, quãdo est fauorabilis, censetur acceptata,& quãdo tendit ad fauorẽ præsentis. Ioseph. Ludo. decis.Perus.9.nu.22.

Regula,qui tacet nõ fatetur, limitatur quatuor in casibus, de quibus vide per Gasp. Cabal. mille loq.452.

Confitenti creditur in sui præiudicium;non autem commodum.Fran.Marc.q.695.

Testis ex confessione, quam testificando facit, non potest condemnari. idem Marc. q. 439. part.2.vide DD.de Rot.decis.4.aliàs 855. tit. de confess.in antiq.

Con-

Cõfessio tutoris, an noceat pupillo, vide Marc. q.516.part.2.Rot.Genu.decis.142.& Magon. decis.13. Luc.

Confessio Sindici, vel Procuratoris, præiudicat etiam Ecclesiæ.c.2.ex.de Capel.Monach.

Confessio administratoris non inducit obligationem; sed probationem aduersus dominũ, cuius negotia gerit.Ludo.Roma.sing.423.

Quando confessio administratoris noceat domino, vide Barto. in l.6.§. sed an & ipsos.ff. de confessis.

Confessionem qui pro se acceptauit, contra se etiam recipere tenetur. DD. de Rota decis. 17. aliàs 408. de restitutio. spoliat. in noui. Nam confessio partis in ciuilibus diuidi non potest, sed vel in totum recipi, vel in totum reiici debet. Vera.decis.186.& 190. part.1. Papon.lib.8.tit.15.arrest.1.& 2.

Confessio continens duo capita, an possit acceptari quo ad vnum., vide Rot.Genu.decis. 60.num.4.& Bart.in l.9.C.de exceptio. Quòd possit diuidi, habetur ibid. decis.141. Quando capita sunt separata, & diuersa.Natt.cõsi. 31.Tom.1.& Pet.de Rauen.sing.39.

Confitens se debitorem de certa summa, & nõ de maiori, tenetur ad summam confessam absque eo, quòd liberetur à suprapluri. Rot. Genu.decisio.95.

Quis potest confessioni qualitatem apponere, quã vult.ead.Rot.Gen.decis.85. Nec talis cõfessio poterit acceptari, nisi cum sua qualitate.vide ibid.& Guid.Pap.sing.338.

Confessio qualificata pro parte acceptari non potest, & pro parte non, quando est eadem oratione cõnexa, verbi gratia occidi, sed ad meam defensionẽ, accepi, sed restitui.Borg. Caual.decis.16.de contract.par.2.nu.19. vide Ias. de actio.in §.item si quis postulante, nu. 25.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.93.nume.21. & Ant. Trigo. sing.3. Sed in separatis, potest pro parte acceptari, & pro parte non. idem Borg.decis.27.de contract.part.2.

Quando confessio est qualificata, aut in totum debet acceptari, aut in totum impugnari, nisi præsumptio iuris esset contra confitentem. Craue.consi.150.num.5.

Confessio, seu instrumẽtum, an pro parte acceptari possit, & p parte non, vide Ias.de actio. in d.§.item si quis postulante, nu.21. & seqq.

Confessione facta ab aliquo, q ille sit debitor Titij aureorũ quinquaginta, & quòd sit eiusdem creditor de maiori summa, potest confessio acceptari in parte fauorabili, & in parte odiosa repudiari.Natt.consi.365.

Confessio in dubio debet interpretari ad fauorem confitentis.Rot.Genu.decisio.60.nume. 8.Et in confessione dubia, standum est declarationi confitenti. Crauet.consi.1.pro genero, nume.470.

Confessio dubia (etiam geminata) nõ probat. Vera.decis.191.part.1.

Confessio, quæ in genere fit, vt quasi incerta, & obscura confitenti non obest. Craue.consi.1. pro genero, nu.350.

Confessio ad commodum alicuius facta, non potest trahi ad eius præiudicium. Put. decis. 461.lib.1.num.7.

Duo testes plenè probant confessionem, ergo vnus eam semiplenè probat, sed vide eundem, decis.476.lib.2.

Confessio resignantis, non probat vltimum statum beneficij.Vera.decis.185.part.1.

Confessio filij facta, patre viuente, præiudicat sibi vti successori patris. idem Vera. decisio. 193.num.4.part.1.

Confessio nõ dicitur propriè probatio; sed probationis releuamentum. Hiero. Mago.decis. 25.Luc.nu.27.& Ozas.decis.10.

Confessiones factæ inter personas prohibitas contrahere, non valent.Papon.lib.10. titu.2. arrest.1.& 3.

Casus, in quibus confessio non nocet confitenti, scribuntur per Hippol.sing.329.

Confiteri quis censetur per eum narrata in rescripto, quod impetrauit, & talis confessio est ita potens, sicut expressa. Crauet.consi.1. part.2.num.5.

Confessio vnius, alteri nocere non debet. Cra. consi.1.pro genero, num.432.

Ex confessione obligatio noua non inducitur; sed ad probationem tantummodo valet. Craue.ibid.num.466.

Confessio vera pro parte, in totum vera præsumitur; sicut contrà, confessio falsa.Dec.consi. 536.nume.10.

Verum est tam in contractu, quàm in delicto, q vbi ex confessione non potest induci obligatio; sed ex re, vel ex facto, confessoria nõ teneatur qui confessus est.Barth.de Capu.sing. 80.vide tamen Andr.de Yser.sing.7.

Confessio ficta non transit in hæredem confitentis, nisi Iudex illum declaret contumacẽ. Ludo.Roma.sing.306.

Confessio facta ab irato, non tenet.idem Rom. sing.514.

Confessio huiusmodi, confiteor à te recepisse mutuò centum, & plus, vel minus, prout in libro rationum tuarum continetur, facit plenam probationem de receptione centum. idem Roma.sing.541.& Pet.de Rau. sing.107.

De materia confessionũ vide per Henric, Boe. in suis sing.tit. confessio.

Epistola, qua confiteor me esse tuum debitorẽ, si antequã tibi præsentetur, ego moriar, non

præiu-

præiudicat meis hæredibus. Ant.Cofe.in suis singul.litera C.sing confessio.5.

Confessio administratoris facta per epistolam, constitutum inducit.ibid.sing.confessio.6.

Cōfessio facta sine causa, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, non præiudicat cōfitenti. Hippl.sing.220.

Iura realia, quæ possunt solo consensu induci, & tolli, per solam confessionem factam à sciente, inducuntur. Bart.in l.cùm testamentum 8. C.de iur.& fact.igno.nu.7.

Probatio per confessionem est sufficiens; sicut probatio per instrumentum. Bart.in l.cum te 5.C.de transact.

Confessio creditoris dicētis debitorem minus debere, an præiudicet, vide Bart. in l.si quidē 24.C.de transact.

Confessio per metum extorta non præiudicat: & contra matrimonium facta, non tenet. c. causam matrimonij 16. ex.de offi.& potesta. Iudi.deleg.

Casus, in quibus contumax habetur pro cōfesso, vide per Bart.in l.locorum 11. C. de omni agro deserto lib.11.

Causa, est semper exprimenda ad hoc, vt ex cōfessione sua quis obligetur. cap. si cautio 14. ex.de fide instrument.

Confessio facta super ætate alicuius, quando præiudicet aliis casibus, & aliis personis, vide Bar. in l.de ætate 44.n.16.ff.de min.25.an.

Confiteri videtur, qui non facit protestationē, vel denunciationem contrariam. Bart.in l.1. §.quod Senatus.ff.de liber.agnoscen.

Confessio ficta defuncti non nocet hæredi, & ficta filij non nocet patri; & clausula, Habeatur pro conuicto; & confesso, non intelligitur ipso iure, sed per sententiam. Barto.in l.eius 29.ff.de iure Fisci.

Confessio mentientis facit fidē contra ipsum, donec contrarium probetur. Bar. in l.assumptio 6 ff.ad municip.& de incol.

Verba dubitatiuè prolata, puta prout dicitur apparere in tali instrumento, vel huiusmodi, non inducunt confessionem. Barto.consi.90. volum.1.num.6.

Contra cōfessionē ad liberādū, potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ intra 30. dies, à die confessionis. l. in contractibus 14. §.super C.de non numera. pecu.

Confessio facta in carcere non valet, nisi perseuerot. l.qui in carcere 22.& ibid.glo.ff.de eo, quod metus causa.

Confesso etiam non denegantur exceptiones legitimæ: & confessio propria quandoque sibi ipsi prodest. l. si filius 13.§. fin. ff.de interrog.actio.

Confessionibus standum est, quibus ius, vel natura non repugnat; aliàs secùs. l. confessionibus 14.eod.titu.

Confessioni patris alienātis, & dicētis se plura debita contraxisse, non statur, ne aperiatur via fraudandi filios, & agnatos. Ozas.decisio. 172.nume.12.

De confessis, & confessionibus iudicialibus.

Licèt contra præsumptionem iuris, & de iure, non admittatur probatio per testes, tamē admittitur per confessionem. Ozas. decis.10.nu.3. Cabal. milleloq. 585. Barto.in §.de augmentis, Authen.de nupt. & Abb.cons.89. nu.3.part.1.Sed quando dictum procedat, vide eundem Bart.consi.100.num.7.vol.1.& gl. in l.39 ff.de Procurato.

Confessio Procuratoris, aut Syndici, an noceat domino, vel Vniuersitati, vide Ozas.decisio. 39.num.6.34.35. & 36. Ioseph. Ludo.decisio. Perus.82.& Luc.5 Fran.Marc.q 56.Afflι.decis. 148.num.fin.DD.de Rota decis.2. tit.de confessis, in antiq. Mago.decis. Luc.13.cap.suborta 21. ex.de senteut. & re iudic. cap. 21. ex. de Procurato.

Confessio facta per Procuratorem in alio iudicio, & ad alium effectum, non præiudicat. Afflic.decisio.14.in fine, vide Put. decisio.343. num.8. lib.2.

Confessio Procuratoris, tutoris, & curatoris facta per modum contentiosæ iurisdictionis, præiudicat domino, pupillo, & adulto: & si Procurator excesserit fines mandati, qualiter eius confessio possit ratificari, vide Rol. consi.70.vol.1.Bar.in authen.in isto, §.quod, num.6.C.de iureiuran.prop.calum.dan.

Cōfessio potest fieri per nuntium. l. fi.ff.de cessio.bono.Tamen facta extra iudicium nō obligat dominum.l.fin.ff.de actio.& oblig.

Confessio Aduocati præiudicat suo principali, nisi eodem die reuocetur. vide cap.cùm causam 62.ex.de appellatio.& ibid.gloss.

Tutoris confessio an, & quando pupillo præiudicet, vide Rot.Genu.deci.142.& Fran.Marc. q.56.& eadem Rot.Genu. decis.110.nu.3.

Confessio resultans ex productione alicuius scripturæ, non præiudicat producenti, nisi ab aduersaria parte acceptata sit scriptura. Ozas.decis.39.nu.8.De qua confessione vide per Afflic.decis.14.nu.6.Aliàs in omnibus præiudicat, non obstante protestatione contraria.Rot.Genu.decis.1.nume.6. Et ita præiudicat, quòd non admittatur probatio in cōtrarium.ead.Rot.d.decis.1.nu.33.

Venire

Venire contra fuam productionem quis nō potest, quia producens cōfiteri videtur esse vera, quæ producit. Afflic. decis. 25. in fine, Tamen confefsio expressa producētis testamētum minus solemne, non nocet: quia veritatem fateri, vel apparere non sufficit, absque solemnitatibus. Afflic. d. decis. 25. num. fin.

Producens scripturam, censetur confiteri contenta in ea. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 19.

Fallit primò, quando enunciatiuè scriptura reperitur producta. idem d. decisio. 19. num. 25. vide tamen eundem ibid. deci. 35. num. 9. vbi scribit contrarium.

Secundò fallit, quando protestatur producens, eam producere in parte, & pasfibus vtilibus, idem Ioseph. d. decis. 19 Perus. nu. 25. & 26.

Tertiò fallit, quia talis confefsio non præiudicat, qñ actus, de quo in scriptura producta, est inualidus. Vera. decis. 187. & 191. parr. 1.

Quartò, quādo producitur scriptura animo impugnandi. Craue. consi. 175. num. 7.

Producens instrumentum censetur fateri, etiam quæ incidenter, vel enunciatiuè in eo continentur. Craue. consi. 77. num. 8. & consi. 1. pro genero, num. 222. Quod procedit fine dubio, quando sunt necessaria ad actum. Craue. cōs. 134. nume. 8.

Confefsiones ex libello, & positionibus resultantes, in modum cōtentiosæ iurisdictionis, factæ dicuntur. Ozas. decis. 39 nu. 38. Et præiudicant. Rot. Genu. d. decis. 1. nu. 4. Fallit in tribus casibus, de quibus per Ias. de actio. in §. si minus, num. 4.

Confefsio facta in libello probat, & ex probatione ipsius cōfefsionis absenti quærit actio. Ozas. decis. 138. nu. 3. & l. cùm precum 9. C. de liber. caus.

An cōfefsio facta in libello posfit reuocari ante litem contestatam, nullo probato errore, vide Ozas. d. decis 138. nu. 13.

Confefsio facta in rescripto, seu libello, quando præiudicet, etiam in alio iudicio, & inter alias personas, vide Capic. decis. 71.

Producens libellum videtur confiteri omnia in eo contenta. Crauet. consi. 1. pro genero, nu. 223. Sed an talis confefsio posfit pro parte acceptari, vide Ias. de actio. in §. item si qs postulante, num. 23.

Confefsio, quę fit in libello, qui datur Iudici, nō nocet. Bart. in l. 2. §. cùm plura. ff. de iure Fisci.

An excipiens videatur fateri, vide Rot. Genu. decis. 38. num. fin.

Confefsio partis tollit omne vitium nullitatis, & tunc non est curādum de ordine iuris, vel hominis. Ozas. decis. 109 num. 13. vide Afflict. decisio. 372. Guid. Pap. quæst. 120. Et sufficit ad condemnationem. Rot. Genu. decisio. 69. Math. Mathes. sing. 53. vide Bar. in l. si confesfus 5. ff. de custod. reor.

Confefsio iudicialis in iudicio obligat, cùm in eo quasi contrahatur. Ozas. decis. 134. num. 3.

Confesfus iudicialiter habetur pro iudicato, & tunc contra confesfum oritur actio, & obligatio ciuilis in factum. Ozas. d. decis. 134. nu. 4. Tamen si fiat confefsio post litem contestatā, debet postea ferri sentētia. Rot. Genu. decis. 74. & Afflic. decis. 372. num 7. Et ex confefsione iudiciali datur etiam actio cōfesforia. Ozas. d. decis. 134. nu. 5.

Confefsio tenet locum libelli, & litis contestationis, & ex illa solùm potest ferri sententia, licèt procesfus sit nullus. Affli. deci. 191. nu. 9.

Debiti confefsio, quæ fit ante litem contestatam habet executionem paratam, & Iudicis partes nullæ sunt in cōfesfum in ciuilibus, secùs in criminalibus. Fran. Marc. q. 393.

Confefsio iudicialis, quando fit, non oblato libello, habet executionem. l. post rem 56. ff. de re iudic.

Præceptū de soluendo debitori confefsū fit ante litem contestatam, sed hoc non procedit in Iudice deleg. vel Arbitro. Roma. sing. 192.

Valet sententia lata in confesfum, etiam iudicio minus legitimè instituto, & super libello nullo. Guid. Pap. sing. 124.

In confesfum nullæ sunt partes Iudicis, nisi in condemnando, etiam si procesfus sit inordinatus, & data ipsius nullitate; quod limitař, quādo nullitas procesfus proueniret ex defectu iurisdictionis Iudicis. Hippol. sing. 201.

Probatio nulla maior est confefsione aduersæ partis, & super negatiua valet: & virtute confefsionis tenet sententia ex iudicio nullo lata. Marc. de Mant. sing. 366.

Confefsio debiti facta in iudicio, nullo dato libello, præiudicat confitenti; secùs si porrigatur libellus, quia tunc pręsumitur in fraudem facta Bart. in l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraudem patro.

Ante iudicium incoatū si quis veniat ad illud, & confiteatur contra se, facit sibi præiudiciū: quia confefsio ad sui validitatem non requirit telam iudicij hinc dicimus, valere confefsionem, licèt procesfus reperiatur nullus. Abb. consi. 118. part. 2. nu. 4.

In confesfum non est ferenda sententia; sed dāda est illi dilatio ad soluendum. l. si debitori 21. ff. de iudi. Et fit præceptum de soluendo intra certum tempus. l. si domus 74. §. in pecunia, de legat. 1.

Licèt hæres confiteatur in iudicio post aditam hæreditatem se non esse hæredem, tamen illi non præiudicat talis confefsio. l. 4. C. de repud. & abstinen. hæred.

Confitens in iudicio se certam quātitatem debere, pro iudicato habetur.d.l.4.

Confessio apud acta præiudicat, donec contrariū probet.l. interrogatā 24.C.de libera.cau.

Confessio apud acta non in modum iudicij facta, non officit; secùs si fieret solemniter in figura iudicij. ibid.d.l.24.

Nulla maior probatio est, quàm ea, quæ fit per confessionem.Rot Genu.decis.28.nu.1.

Confessio in vna instantia facta, nocet in alia inter easdem partes, nisi Procurator illam fecisset. Afflict.decis.83. nu.4.Capic. decis.179. & Aegid. conclusio.3.

Confessio facta in vno iudicio per principalē inter easdem personas, non facit fidē in alio iudicio, quando contra confessionem illam fuit iudicatum.Vera.decis.197.par.1.

Confessio facta in vno iudicio, probat etiam in alio ad diuersum finem intentato inter easdem personas.Iaff.Lanf.Balb.decis.314.

Confessio vera facta in vno iudicio, prẹiudicat in alio; secùs in ficta.Ludo.Roma.sing.305.facit l.1.§.Diuus.ff.de iur.Fisc.

Confessio facta coram vno Iudice, quādo possit coram alio ad executionē mandari, vide Bar.in l.vnica.ff.de offic. Consul.

Confessio facta coram incompetenti Iudice, non prodest ad cōdemnationem coram cōpetenti: sed an facta per hæreticum corā Inquisitore illum remittente ad Iudicem secularem pro exequutione, probet, vide Bar.in l.diuus Adrianus 6.ff. de custod.reor.

Confessio in causa ciuili nō inducit notorium, nisi facta conclusione in causa, Afflict. decis. 176. num.3.

Confessio facta, absente Iudice, non potest dici facta in figura iudicij. Afflic.decis.245.n.8.

Cōfessio, seu depositio alicuius examinati tāquam testis in vno iudicio, non nocet illi tāquam parti, seu principali in alio iudicio.Capic.decis.52.& DD.de Rot.decis.4.de cōfessis, in antiq.

Confessio facta in iudicio nullo ratione incompetentiæ iurisdictionis an valeat, vide Capic. decis. 179. Quòd talis confessio noceat etiam in alio iudicio, scribit Aegid. Bellam. conclusio. 449.

Confessio facta coram Iudice incompetenti, habet vim confessionis extraiudicialis. Put. decis.288.lib.2.Gasp.Cabal.milleloq.363.vide Barto.in l.2.C.si à non competen.Iudi.iudic.fuer.

Petens in iudicio certam quantitatem, non tamen ex hoc videtur cōfiteri se in maiori quātitate non esse creditorem, siue scienter, siue ignoranter petierit, Gram.decis.68.

Confessio facta, parte præsente, in actis nullis, probat tanquam extraiudicialis. Thom. Minad.decis.37.nu.11.

Confessio facta in vno iudicio inter certas personas, in alio præiudicat inter alias personas. Guid.Pap.quęst.254. vide tamen l. fin.ff. de interrog.actio.

Per confessionem, quam quis facit in iudicio, acquiritur ius aduersario, si in ea consenserit: secùs est in negatione, ex qua ius nō acquiritur aduersario, qui in ea non consensit. Boer.decis.43.num.13.

An in cōfessione requiratur acceptatio partis, vide Rot.Genu.decis.58.nu.6.& decis.70.Capel. Thol.q.352. & Bart. in authen. matri. C. quando mulier offi.tutel.

Confessio facta coram Iudice non iudicialiter sedente, non habet vim plenæ probationis. Boer.decis.90.num.8.

Confessionem rei, an possit actor pro parte acceptare, vel teneatur illam approbare cum suis qualitatibus, vide Boer. decis.243.Rot. Gen.decis.95 141.122.& 201.& supr.tit.prox.

Regulariter confessio iudicialis, vel extraiudicialis nocet confitenti.Aegid.Bellam.concl. 690.Quod limitatur nouem in casibus, de q. bus vide per eundem ibid.

Confessio erronea facta in iudicio, saltem vsq; ad sententiam, potest reuocari, edocto de errore. Aegid. conclusio.692.& 693. facit l. error 7. C. de iur.& fact. ignor.Tamen quando possit reuocari, vide ibid. d. conclus.693. Bart.in l.2.ff.de confessis, & supra tit.prox.

Confessio facta in articulis, & alijs actis, nocet, sed an possit reuocari, vide Vera. decis.148. par 1.& decis.192.ibid.

Cōfessio Procuratoris facta in articulis, potest reuocari, etiam non edocto de errore. idem Vera.decis.198.par.1.

Dę reuocatione confessionis vide etiam supr. tit.de errore calculi.

Confessio erronea ante litem contestatam, nō præiudicat, & potest simpliciter reuocari; nō autem post litem contestatam, nisi probato errore. Vincen.de Franc.decis.60.num.16. & seqq.& Iaff.Lanf.Balb.decis.78.

Confessio iudicialis ad hoc, vt noceat, & reuocari nō possit, requiritur, quòd, instante actore, fuerit assignatus terminus ad ita confitendum, & ad hoc vt noceat confitenti, nedum debet impugnari per aliā partem; sed debet expressè acceptari.Gramm.vot.16.

Confessio solemniter facta in iudicio, non potest reuocari in carcere per confitentē. H.ppol.sing.697.

Confessio ea de re facta in ipsa litis cōtestatione, à qua iudicium formari dicitur, nō potest reuocari.Marc.de Mant.sing.374.

Quan-

Quando fit confessio, dato prius tempore ad deliberandum, non potest reuocari, nisi esset omnino erronea. Bald. in l. error. C. de iuris, & fact. igno. num. 12.

Confessio facta in iudicio animo donãdi, reuocatur, si est facta in fraudem creditorum. Bar. in l. quidam 30. ff. de donatio.

Confessio continens errorem iuris expressum, non valet; & error Aduocati nõ nocet parti. Barto. in l. ornamentorum 39. ff. de aur. & argen. legat.

Desiderium apud acta publicatum, non potest corrigi. l. rura 14. & ibid. gloss. C. de omni agr. deser. lib. 11.

Errans in iure non reuocat confessionem, sed quid, si erret in facto proprio, vide Barto. in l. 2. ff. de confessis.

Confessus, & condẽnatus appellat; potest enim esse, quòd errauerit in facto confitendo, & vsque ad sententiã potest dictum suum corrigere. glo. in l. fin. §. iussus. ff. de appellatio.

Erronea confessio post litem contestatam potest reuocari ex causa iusti erroris; secùs si cõfitens fuerit in dolo. l. de ætate 11. §. qui iusto. ff. de interrog. actio.

Confessio facta in iudicio, aduersario absente, põt reuocari. Bar. & Dec. in l. edita. C. de edẽ.

Confessio partis aduersæ positioni data, in sui præiudiciũ plenè probat, nisi positio per partem aduersam esset negata; tũc enim illa nõ posset se ex ea iuuare. Aegid. conclusio. 740. & Ioseph. Ludo. decis. Perus. 19. nu. fin. vide supra tit. de deductionibus, &c.

Confesso datur terminus ad soluẽdum. Capel. Tholos. q. 351.

Quis potest se iuuare rescripto per partem aduersam producto, & supplicatione, quod procedit, si illud fuerit acceptatum; secùs si impugnatum. vide Fran. Marc. q. 264.

Confessio tituli facta per spoliatorem, pro spoliato ad possessorium colorandum sufficit. DD. de Rota decisio. 19. aliàs 421. de restitut. spolit. in nouis.

Confessio in dubio debet interpretari in fauorem confitentis. Rot. Genu. decis. 60. num. 8. & Vera. decis. 189. part. 1.

Quis potest confessioni qualitatem apponere. ead. Rot. decis. 95.

Confessio præcisa, & non tacita facta etiam in alio iudicio, semper præiudicat confitẽti: qa viro bono nõ cõuenit, vt quod semel ille dixit, postea reuocet. Vera. decis. 190. part. 1.

Probatio per confessionẽ potest fieri post omnes dilationes, & etiam post sententiam. Mysing. obser. 94. cent. 1.

Preceptum de soluendo factum à Iudice in cõfessum, non dato libello, dicitur interlocutoria: secùs si dato libello, emanauerit cõfessio: quia tunc non fit præceptum, sed ferri debet sententia diffinitiua. Iaff. Lanf. Balb. decis. 72.

Regulariter quis contra suam propriam cõfessionem venire non potest: fallit, quando per Iudicem fuit confessio improbata, vel non per partem expressè acceptatã. Mysing. obser. 51. cent. 4.

Casus, in quibus confessio non nocet confitenti, vide per Hippol. sing. 329.

Actio oritur ex confessione iudiciali, quę vocatur vtilis confessoria, secùs in cõfessione extraiudicialis. Roma. sing. 22.

Confessio partium non inducit probationem, si fiat super eo, super quo partes disponere nequeunt, nisi in actibus iudicialibus. Roma. sing. 223.

Renuncians liti, non videtur fateri aduersariũ habere ius. Ludo. Roma. sing. 790.

Cõfessio sine causa facta tam in iudicio, quàm extra, quãdo obliget confitentẽ, vide Math. Mathes. sing. 13. & ibid. in additio.

Confessio facta, non coram Iudice in figura iudicij, sed coram Notario causæ, non præiudicat. Guid. Pap. sing. 573. Facit tamen indiciũ. Per. de Rauen. sing. 94. & Pet. Gerar. sing. 67. Nisi fuerit reuocata, vide Barto. in l. cùm scimus 21. C. de agri. & censit. lib. 11. nu. 6.

Confessio extraiudicialis, qua confiteor dominium rei meæ esse tuum, non præiudicat mihi; secùs in iudiciali. Ant. Corset. in suis sing. litera C. sing. confessio 4 & l. rura 14. C. de omni agro deserto lib. 11. & ibid. Bar.

De confessione iudiciali vide per Bart. in l. 5. C. de iur. & fact. igno. & in l. 8. ibid. vbi, & de reuocatione.

Confessio in iure facta præiudicat. cap. dudum 54. ex. de elect.

Titulus de confessis habet locum post litẽ contestatã; sed edictũ de interrogatoriis actio. habet locũ ante, & post, & ad hoc, vt confessio præiudicet, alia multa sunt necessaria, de quibus vide per glo. in c. fi. ex. de cõfessis.

Qui ex duobus illatis, idest quæsitis, alterum negat, reliquum affirmare præsumitur. c. nonne bene 5. ex. de præsumpt.

Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur: nam qui excipit non cõfitetur de intentione aduersarij. c. cùm venerabilis 6. ex. de exceptio. l. non 9. ff. eod.

Confessus, & condemnatus appellat; non autem confessus, & conuictus. Bart. in l. fin. §. iussus. ff. de appellatio.

Confessio facta in iudicio, aut extra iudicium, non differunt quo ad probationẽ, nisi in criminalibus. Fel. confi. 19. nu. 6.

Si aliquis respondeat confitẽdo, & addat, prout

in tali

in tali instrumento, non intelligitur confiteri, si per ipsum instrumentum non constat de confessio.l.2.C.de error.Aduocat.& ibid.glos.

Confessio præiudicat quo ad personam interrogantis;non quo ad alios: quare confessio facta, aduersario absente, non valet.l.fin. & ibi, glo.ff.de interrog.actio.Prout præsumitur ita facta.Capel.Thol.q.352.

Per responsionem factã in iudicio inducitur cõfessio, & qui confitetur debitorem suum sibi non teneri, videtur ipsum liberare ex causa donationis.l.quidam 30.ff.de donatio.

De confessionibus extraiudicialibus.

Confessio geminata multum operatur, & geminatio arguit validitatẽ actus, qui geritur: quia qui bis eundem actum facit, videtur velle nihil cõtra illum opponi posse, & vbi secunda interuenit consideratio, ibid.plena præsumitur adesse consideratio. Ozas. decis. 39.num.16.vide infrà lib.2. titu. de geminat. contract.

Confessio ex interuallo pluries repetita, habetur ac si facta esset in iudicio. Afflic.decis.164. nu. 3. Et geminata plenè probat. Fran.Marc. q.430.num.5.Nam geminata confessio extra iudiciũ operatur, ac si facta esset in iudicio. Affli.decis.337.nu. 5. Et ideò probat. Ioseph. Ludo.decis.Perus.9.& Fel.cons.19 nu.7.

Confessio hæredis extraiudicialis fauore piæ causę, contra ipsum probat. Afflic. d. decisio. 337.nume.7.

Verba enunciatiua prolata à partibus, inter quas negotium geritur, probationem inducũt:idẽ in verbis enunciatiuis necessariis ad actum.Ozas.decis.39.nu.30.

Confessio recognitionis enunciatiuè facta, an probet rei dominium, vide Afflic.decis.164.

Verba narratiua non prolata propter se, sed propter aliud, confessionem non inducunt iuxta distinctionẽ, de qua p Aegi. cõclus.125.

Confessio extraiudicialis potest quandocunque corrigi, & reuocari ante litem contestatam.Ozas.decis.79.nu.25.

Quando quis in instrumento fatetur omnia in illo scripta esse vera, contra ipsam cõfessionem venire non potest.Craue. consi.1.pro genero,num.11.

Qualiter, & quando confessio extraiudicialis reuocari possit, vide per Barto. in l. 2. ff.de confessis.

Confessio extraiudicialis (etiam sine causa facta) sola sufficit ad delationẽ iuramenti suppletiui.Ozas.decis.96.num.4. Quia talis confessio facit semiplenã probationem. Ioseph. Ludo.decis. Perus.82. Fran. Marc.q.430.nu.5. Etiam facta, parte absente. Afflic. decis.12. & 375.vide Rot.Genu.decis.37. nu.10.47. & 70. & eundem Afflic.decis.337.Fallit, si causa esset magna, idem Afflic. decis. 375. & Math. Mathes.sing.13.

Confessio inter alias personas facta, nõ probat. Ozas.decis.138. nu.14. Nisi esset iurata: quia iuramentum absentiam partis supplet. Rot. Genu.decis.33.nu.8.

Confessio extraiudicialis, licèt non præiudicet confitenti quo ad plenam probationem, tamen, si interuenerit iuramẽtum erit, valida, & præiudicat.Gram.decis.34.nu.59.

Confessio sola non sufficit, vbi actus verus requiritur, etiam si cõfessio fuisset iurata.Ozas. decis.172.num.9.

Confessio facta in instrumento ex alia causa, quàm mutui, vel dotis, facit plenam fidem. Bal.in l.cùm aliquis. C.de iure deliberan.nu. 5.Et in dubio præsumitur vera.ibid.num.7.facit l.generaliter.C.de non numerarat. pecu. Sed quid, si fuerit facta in redditione rõnũ, vide Fran.Marc.q.430.

Verba instrumenti à partibus præsentibus prolata, semper fidem faciunt contra eas, imò confessio instrumentalis ad vnum effectum prolata per partes easdem, nocet ad alium. Afflic.decis.83.nu.4.

Verba accepisse, & habuisse fauore liberationis, dispositionem inducunt post 30.dies. Afflic.decis.94.

Confessio solutionis est probanda per testes rogatos, in obligatione in scriptis redactã. Affli. decis.105.nu.3. Sed quando contractus dicatur in scriptis celebrari, vide ibid.num. fin.& infra lib.2.tit.de contract.in genere.

Promittens per apocham creditori absenti, tenetur.Rot.Genu.decis.37.Idem, si per epistolam, ibid.& Fran.Marc.quæst.904.part.2.vide Marc.de Mant.sing.319.

Epistolæ transmissæ alicui amico continenti cõfessionem, & factum scribentis cum tertio, an stetur contra ipsum scribentem in fauorẽ illius tertij, cuius contemplatione fuit facta confessio, vide DD. de Rota. decis. 18. alias 430.tit.de probatio.in antiq.

Confessio facta per epistolam probat.Rot.Genu. decis.112. vide infra titu.litteræ missiuæ, quam probationem faciant.

Confessiones extraiudiciales licèt non plenè probent, sunt tamen ad obligandum.Afflict. decis.337.num.5.

Confessio in his, quæ pendẽt à voluntate vnius, facta etiam extra iudicium, ipsi confitenti præiudicat, etiam facta, parte absente. Afflic. decisio.375.

Con-

Cōfeſsio liberatoria licèt facta, abſente parte, nō valeat; valebit tamē pactum liberatoriū. Capic. decis. 133. Et confeſsio ſimplex ad liberandum pactum inducit. Bart. in l. tres fratres 36. ff. de pact.

Confeſsio facta, cum cauſa, parte abſente, an ſit ſufficiens ad probandum, vide DD. de Rota, decis. 18. alias 430. titu. de probatio. in antiq. & Rot. Genu. decis. 112.

Confeſsio extraiudicialis facta, parte abſente, & probata per duos teſtes, ſemiplenè probat, & facta, parte præſente, plenè: & in territorio Eccleſiæ in vtroque caſu probat plenè. Ioſeph. Ludo. decis. Peruſ. 9. vide Perilluſt. D. P. Teſſa. decis. 109. & Rot. Genu. decis. 112.

Pro regula traditur confeſsionem factam, parte abſente, nō plenè probare, quæ limitatur, primò in confeſsione, quæ tendit ad liberandum. Rot. Auenio. decis. 62. in decisio. diuerſo. Tom. 2. Papon. lib. 10. tit. 5. arreſt. 4. Hippol. ſing. 202. vide tamen eundem D. P. Teſſaur. d. decisio. 109.

Secundò, limitatur in confeſsione, quæ non tendit principaliter ad obligādum aliquem; ſed ad aliud approbādum, ex qua approbatione obligatio abſenti quæritur. Ant. Trig. ſing. 86.

Tertiò, limitatur de æquitate Canonica, ex qua talis confeſsio nocet, & præiudicat confitenti. Hippol. ſing. 627. vide tamen eundem, cōſi. 281. colum. 4. Et de aliis limitationibus vide per eundem Hippol. ſing. 202. & Guid. Pap. quæſt. 176.

An confeſsio facta coram vicinis ad liberandū valeat, ſi ſit facta, parte abſente, vide Barto. in l. non ſolùm 9. §. ſi liberationis. ff. de libera. legat. gloſ. in authen. rogati. C. de teſtib. & in l. generaliter. C. de non numerat. pecu. Ad obligandum non valet, niſi fiat cum cauſa. idem Barto. in §. licet, Authen. de teſtib. nume. 7. & Iaſ. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdictio. omn. Iudic.

Confeſsio facta in inſtrumento diuiſionis inter fratres per alterum ipſorum confitentem ſe habuiſſe centum ab altero pro dote vxoris, probat dotem pro vxore. Bartol. in conſil. 113. volum. 1.

Cōfeſsio, parte abſente, facta ad liberationem probandam, an valeat: ſed facta præſente fideiuſſore, non dicitur facta, abſente parte. Bart. conſi. 114. vol. 2.

Confeſsio debitoris facta, abſente parte (etiam ſi fiat in inſtrumento) non probat: neque ſtatur confeſsioni creditoris in præiudicium alterius creditoris; nec cōfeſsioni mariti debitoris in præiudicium creditoris ſui. Feli. conſ. 21. num. 5.

An cōfeſsio extraiudicialis acquirat ius abſenti irreuocabiliter; donec ſit à parte ratificata, & ius tertio quæſitum, vide Perilluſt. D. P. Teſſau. decis. 109.

Confeſsio extraiudicialis concurrens cum aliquibus coniecturis veriſimilibus, facit plenā fidem. Capic. decis. 179.

Confitens ſe debitorem, vt in inſtrumento aliquo, ſi in illo nō cōſtet de debito, non nocet confeſsio. Gram. decis. 59. nu. 9.

Licèt confeſsio præiudicet quo ad probationē; non tamē præiudicat quo ad obligationem, niſi verba diſpoſitiua obligationis in ſe contineat. Aegid. Bellam. concluſio. 691.

Confeſsio extraiudicialis cenſetur voluntaria. Aegid. Bellam. concluſio. 694.

Sententia, & confeſsio pari paſſu ambulant. Aegid. ibid.

Quando venditor in inſtrumento venditionis vendidit aliquā rem emphyteoticam, & cenſualem, cum expreſſo onere alicuius cenſus directi dominij, vel penſionis annuæ, per talem confeſsionem non probatur directū dominium, ſeu cenſus. Fran. Marc. q. 614.

Confeſsio in inſtrumento venditionis facta, vbi venditor aſſerit ſe vendere nomine ſuo, & vxoris, cuius erat rerum Procurator, an ſolùm interpretetur ad confitentis intereſſe, vel aliter, vide Put. decis. 30. lib. 3.

Confeſsio facta in tranſactione non nocet cōfitenti, ſi tranſactio non valeat. Vera. decisio. 187. part. 1.

Cōfeſsio erronea ex cauſa tranſactionis putatiuæ, non præiudicat. l. 3. C. de repudia. & abſtin. hæred.

Confeſsio facta in contractu nullo, quando valeat, vide Cabal. milleloq. 363.

Confeſsio extraiudicialis facta, etiā parte præſente, non præiudicat confitenti, niſi fuerit à parte acceptata, licèt Alex. teneat contrariū. vide Iaſſ. Lanf. Balb. decis. 79. Rot. Genu. deci. 212. Sed quid ſi fuerit ante acceptationem reuocata, vide ibid.

An confeſsio extraiudicialis ſufficiat ad condēnandum, vel requiratur, vt probetur realis receptio rei confeſſæ, vide Boer. conſi. 25.

Ipſa confeſsio plenè probat, & ſufficit ad condemnationem, ſi fuerit facta, parte præſente. Craue. conſi. 267. vide eundem, conſi. 272. nu. 15. Dec. conſ. 146. & Bart. in authen. rogati. C. de teſtib. Et dicitur facta, parte præſente, ſi fuerit facta coram nuntio, vel nego. geſtore, aut Procuratore. Craue. d. conſi. 272. num. 15.

Materiam cōfeſsionis extraiudicialis vide per Maran. in ſuo Spec. par. 6. de cōfeſsione, tit. & producuntur confeſsio. fol. 387. Bart. in l. cùm falſa 5. C. de iuris, & fac. igno. in l. 8. ibid. & in l. generaliter. C. de non nume. pecun.

Si debitor receperit litteras sui creditoris, quibus significabatur eum debitorem esse, & receptis litteris, lectisq; protestatus non fuerit se nihil debere, debitum fateri creditur, sed intra quod tempus possit protestari se nihil debere, relinquitur Iudicis arbitrio. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 21.

Si quis in instrumento cõfessus fuerit se habuisse decẽ à Titio, & illa promiserit restituere; si non restituat, ratione huius confessionis nõ exequitur tale instrumentum: quia non dicitur instrumentũ debiti, sed confessionis, quæ non habet executionem. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de litter. oblig. art. 2. glo. 1. nu. 59.

Confessio nihil operatur, si constitutum factũ fuerit ex causa falsa, quam cõstituens esse veram confessus fuerit. Dec. consi. 475. num. 31. Idem, si fuerit facta calore iracundiæ, vel ex abrupto. Natt. consi. 6. Tom. 1.

Confessio extraiudicialis sine causę expressione, non probat; secùs in iudiciali: idem in confessione facta coram Arbitro. Ludo. Roma. sing. 399.

Regulare est, quòd confessio facta sine causa, parte pręsente, extra iudicium non valeat ad obligandum, & quo ad fidem plenæ probationis; inducit tamen semiplenam probationem, quare, probato mutuo per vnum testẽ, & probata d. cõfessione per duos, potest debitor condemnari. Math. Mathes. sing. 33.

Confessio sine causa quando obliget confitentẽ, vide ibid. in addicio. & Guid. Pap. sing. 415.

Confessio facta coram Tabellione non nocet. Guid. Pap. sing. 73. Et quòd cõfessio extraiudicialis non valeat, & nõ obliget, scribit Feli. consi. 19. num. 4.

Confessio extraiudicialis vbi verisimilis est, nõ indicium ad quæstionem tantùm; sed etiam in ciuilibus, & criminalibus facit probationẽ. Hippol. sing. 594. vide infra tit. de indi.

Instrumentum, in quo quis confitetur se recepisse, quod nõ recepit probat, quòd ille promisit dare, cui est facta confessio. Bart. in l. 4. C. de dot. promissio.

Si in instrumento quis confiteatur se habuisse mutuo centum, intelligitur de præsenti. Bart. in l. certi §. si nummos, nu. 9. ff. si cert. pet.

Quando quis vult probare se non recepisse, pro vt sonat instrumentum, quomodo procedatur, vide Bart. in l. singularia 15. ff. eod.

Numeratio probatur ex verbis in instrumento descriptis, cùm dicitur recepisse, &c. & confessio apposita in contractu inutili probat. Bart. in l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus. ff. de verbo. oblig.

Confessio facta ab altera parte se habuisse, & recepisse nomine arrharum, licèt non appareat de numeratione, tenet. Barto. in l. Titia quæ 134. nu. 7. ff. de verb. oblig.

Confessio facta in iudicio, & facta extra iudicium, non differunt ad probationem, nisi in criminalibus. Fel. consi. 19. nu. 6.

Confessio facta in instrumento, an præiudicet, vide gl. in c. Lotharius 31. q. 2.

Confessus se plus recepisse, quàm re vera receperit, potest non recepti liberationem condicere. l. si cùm exiguam 4. C. de condict. ob caus. dat.

Confessio tutoris extra inuentarium non pręiudicat veritati: sed confessio facta in inuentario adeò præiudicat, vt non possit contrà probari, & omnino standum est inuentário. l. fin. C. arbitr. tutel.

Confessio extra ius facta, quando præiudicet, vide distinctionem gloss. penul. in l. 1. ff. de interrog. actio.

Confessio extraiudicialis non nocet, sed facit magnam præsumptionem: ideò si pater confiteatur aliquem suũ esse filium, nõ ob id ille efficitur filius; sed tamen ipse pater tenetur contrà probare: quia propter confessionem stat præsumptio, & probatio pro filio contra patrem. l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agnosc. vide supra tit. de confessis, & confessio. in genere.

Confessio Procuratoris extra iudicium facta, non obligat dominum. l. fina. ff. de actio. & obligatio.

Debitor si dixerit creditori, ecce centum, quæ tantùm tibi debeo, & creditor simpliciter receperit, nõn ob id sibi præiudicat in residuo. Gram. decis. 68. nu. 5.

Confessio extraiudicialis sine causa facta, non inducit obligationem, etiam si stipulatio interuenerit. Guid. Pap. q. 176. Secùs si cum causa, & facta sit, parte præsente. Hartma. cap. 1. tit. de confessio. lib. 2.

De confessionibus factis in vltimis voluntatibus.

IN vltima voluntate cõfessio emissa ad obligandum (etiam sine verbis dispositiuis expressis) operatur dispositionem obligationis, sed an talis confessio possit reuocari per hæredem, vide Aegid. Bellam. conclu. 691. nu. 3. Vel per testatorem, vide Bart. in Authen. de iureiur. à morient. præst. nu. 7.

Talis confessio facta in testamento per testatorem, puta quando vsuras extorsit, vel malè abstulit, non præiudicat, quin reuocando testamentum, illam possit reuocare, quum talis cõfessio non dicat species probationis, sed

sed vltimæ voluntatis: quod limitari fortè posset, si testator iurasset super tali confessione; non reuocando autem testamentum, bene præiudicat ipsa confessio. Iaff. Lanf. Balb. decis. 20.

Testator si confessus est delictū in testamento, an ipso cōualescēte, posit agi ex ipsa cōfessione, vide Bar. in l. 90. §. quisqs mihi, de leg. 2.

Confessio debiti facta in testamento per testatorem, an producat actionem contra hæredem, vide Capel. Thol. q. 212. in additio.

Testator conueniri potest ex sua confessione in testamēto facta, creditore præsente, & acceptante. Fran. Marc. q. 334. nu. 7.

Confessio facta in testamento regulariter non habet effectum probationis, sed inductiuum, nisi talis confessio esset facta cum iuramento, vel præsente parte, aut Notario stipulāte pro ea. Fran. Marc q 460. vide Abb. consi. 85. part. 1. Bart. in Authen. de iureiurā. à moriē. præstit. nu. 7. & l. cùm quis 35. §. codicillis, de legat. 3. Fallit primum dictum, quando confessio emanaret ad exonerationem cōscientiæ, tunc enim præiudicat. Marc. d. q. 460.

Testator si in testamento iurauerit se centum ab vxore recepisse mutuo, non ex hoc probatur debitum. Barto. in l. 29. §. quidam. ff. de liberat. legat.

Testator si dixerit decē tātùm sibi deberi, cùm viginti deberentur, talis (etiam non iurata) confessio prodest debitori. Barto. in Authen. de iureiuran. à moriente præstito, nu. 5. vide glo. in §. 1. ibid.

Confessioni iuratæ testatoris hæres stare tenetur, alias secus: creditoribus autem legem imponere non potest. authen. quod obtinet. C. de probatio.

Si testator confiteatur se esse debitorem in certa quantitate pecuniæ vni ex hæredibus, talis cōfessio nō nocet veris hæredibus. Gasp. Cabal. milleloq. 557.

Confessio debiti facta à testatore non probat debitum (nisi sit iurata) sed inducit fideicōmissum. Fran. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 10. tit. 4. vide Guid. Pap. sing. 835. Bar. in l. q. testamētū 27. ff. de ꝓbatio. & in l. 90. §. quisquis. de leg. 2. facit l. 35. §. codicillis, de leg. 3.

Confessio mariti in testamento facta de maiori summa dotis, quàm acceperit, facit, q̄ tota summa confessa debeatur. Crauet. consi. 149. Quod limita, quando ex coniecturis cōstare posset de voluntate testatoris, aliter sentientis. Craue. d. consi. 149.

Verba enunciatiua defuncti in vltima voluntate, debitores non liberant, neque illis præiudicant. Bart. in l. 6. C. de probatio. Sed quid, si testator iurasset, vide ibid.

An confessio facta in testamento, parte absente, probet solutionem, vide Bart. in l. 1. C. de fals. caus. adiect. leg.

De cōfessione facta per testatorem in testamēto vide, plenè per eundem Barto. in l. cùm quis 35. §. codicillis, de leg. 3. & in §. Titia ibi.

Confessio testatoris confitentis plenè sibi fuisse satisfactū de omnibus, nihil operatur, nisi probetur vera. vide Barto. in l. Aurelio 21. §. Caius, nu. 12. ff. de liberat. legat.

Si testator confiteatur se debere non capaci, talis confessio nihil operatur. l. cùm quis 35. §. Titia, de legat. 3.

De confessionibus in criminalibus.

Reus potest corrigere dictum suum antequam conuincatur argumētis. Ozas. decis. 79. nu. 18.

Confessio criminis, quæ post cōclusionem nō potest reuocari, lata sententia in appellationis causa, reuocabitur. Capic. decis. 28. nu. 5.

Cōfessio facta in criminali causa absque formidine tormentorum, statim præiudicat, sed facta metu, vel vi tormentorum, non præiudicat, nisi constiterit de perseuerantia. Guid. Pap. q. 339. & Bart. in l. 2. C. quor. appellatio. non recip.

Licèt confessio erronea in contractu non valeat, tamen confessio erronea euidenter in delictis valet, nisi errorem quis alleget. l. si adulterum 38. §. iidem Pollioni. ff. ad leg. Iul. de adult.

Confitens crimen potest suam confessionem reuocare, & debet audiri, licèt in hoc Iudices se reddant difficiles. Gram. vot. 7. vide Mago. decis. 88. Rot. Floren.

Confessio solemniter facta in iudicio, non potest reuocari in carcere per cōfitentem. Hippol. sing. 697.

Tortus, & confessus in tormētis, an posit reuocare suam confessionem ante sententiam, vide Bart. in tract. de quæstio. fol. 185.

De confessione facta per reum in tortura, & de eius reuocatione, & an reuocatio illi prosit, vide Gram. decis. 72. & infra tit. de quæstio.

Confessio extraiudicialis vt indicium faciat, probari debet per duos testes: & ipsa confessio in criminalibus facta infamat infamia iuris, quando est facta coram Iudice. Ozas. d. decisio. 79. nume. 29. & 33. vide infra titu. de indic.

Confessio delicti extraiudicialis, & facta absente parte, probat contra confitentem, etiam inter alias personas, vide eundem, decis. 138. nu. 3. & Rot. Genu. decis. 70.

De se confessus fidem non facit super crimine alieno.l.accusationis 17. C.de accusatio.

Confessio extraiudicialis non præiudicat in criminalibus,nisi in certis casibus. Boe.deci.90.

Instrumentum concordiæ producens, crimen fateri non videtur.Franc.Marc.q.233. part.2. vide Barr. in l.si maritus 15. §. si negauerit.ff. ad leg.Iul.de adult.l.quoniam 5.ff.de his,qui notat.infamia, & l.in Fisci 4.ff.de iure Fisci.

Confessió extraiudicialis in delictis non probat,quo ad effectum,vt pęnę ordinariæ infligantur.DD.de Rota decis.1. aliàs 180.de cōfessis. in nou.

Cōfessio facta extra iudicium in criminalibus, facit indicium ad torturam; sed non sufficit ad condemnationem : facta verò in iudicio, sufficit ad condemnationem. Bart. in l. quoniam 5.ff.de his, qui notan.infa. Et talis confessio iuncta cum aliis indiciis, semper probat.vide eundem in l.ictus 22.eod.tit.

Delicti confessio resultat ex narratis in precibus Principi porrectis.Ozas.decis.138.

Confessione delictorum auriculari facta Sacerdoti, dicitur quasi contrahi cum delinquēte ministerio Sacerdotis.idem.Ozas. decis.152.

Adulterium,in iudicio intentato super alio crimine,confessum, non est punibile in eodem iudicio.Afflic.decis.176.

Notorium an resultet ex confessione facta de crimine in iudicio,vide Afflic.ibid.

Minor ex confessione iudiciali facta sine curatore, an possit ad pęnam condemnari, vide Afflic.decis.208.

Minor delictum confitens in iudicio sine curatore, in integrum restituendus est, si alleget se lęsum.Afflic.d.decis.208.

Confessio minoris facta tā in tortura, quàm extra,non valet de iure sine pñsentia curatoris, quod procedit,licèt fuerit adhibitum iuramentum,daturq; ipsi minori restitutio, nullo probato errore.Ioseph.Ludo.decisio.Luc.17. Tamen idem ibid.testatur de contraria consuetudine,vide Fran.Marc.q.792.part.2. Mysing obser.81. cent.3. Clar.in in sua Pract.§.fi. q.55.Ias.in l.error.C.de iuris, & fact.igno.nu. 10.& Alex.in l. ait Prætor.§.si minor,nu.11.ff. de iureiuran.

Confessio minoris in delictis, illi non habenti curatorem nō nocet : & aduersus confessionem delicti factam auctoritate curatoris,ipse minor restituitur. Menoch. de Arbitra.lib. 2.cas.268. Sed confessio maioris se delictum commisisse confitentis plenè probat.Menoc. ibid.cas.268.nu.6. Quid,si dubitetur, an quis sit maior,vel minor,vide ibi.d.cas.268.nu.10.

Confessus in iudicio delictum principaliter, & per se,cōdemnari potest,esto, quòd processus esset inualidus. Capic.decis.179. nume.4.

Confitens delictum, de quo aliter nō apparet, non punitur.Gram.decis.2.nu.38. Guid. Pap. q.339.num.fin. vide Mysing.obser.81. cent.3. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 269. & l. 6. ff. de appellat.

Confessio spontanea sola,est valida ad condēnandum in criminalibus. Gram. decis.34. nu. 58. vide tñ l.nec si volens 6. C.de libera.cau.

Sententia lata in confessum,iudicio etiam minus legitimè instituto, valet in ciuilibus; secùs in criminalibus.Guid.Pap.q.120.vide eūdem,sing.73.

Confessio facta coram Iudice remittente, quādo noceat reo,vide Guid. Pap.q.202. nu.fin. plenius q.419.& Boer.decis.90.

Confessus de crimine debet in carcere stare, donec sentētietur.l. si cōfessus 5.ff.de custod. & exhibi t.reor.

Iudex, qui delicti veniam delinquenti (si veritatem fateretur) promisit, non obstante tali promissione, delinquentem ex confessione condemnare potest de iure; sed quid de cōscientia, vide Fran.Marc.q.516. par.1.Menoc. de Arbit.lib.2.cas.367.& Hippol.sing.201.

Confessio facta in tormentis, sicut nō nisi cum perseuerantia valet,ita nec confessio, quę in compedibus, & in vinculis facta est. Marc. quæst.917.

Quantum credendum sit confitenti delictū in tormentis, vide Menoch.de Arbitr. cas.269.

Sicut confessio facta in tormentis,nullis præcedentibus indiciis,non nocet reo;ita confessio facta hoc casu metu tormentorum,nō nocet.Rol.consi.17.vol.3.vide l.1.& ibid glos.ff. de quæstio.& §. diuus d.l.1. Etiā si ratificetur. Mysing.obser.23. cent.5. Et in illa tortus perseueret.Bar.in l.quęstionis 21.ff.de quęstio.vide infra tit.de quæstio.

Confessus semel delictum sponte, non debet iterum confiteri; secùs si metu tormentorū. Bart.in l.1.nu.5.ff.de custod.reor.

Confessio an tantū sit valida facta cum tormētis,quàm facta sine, vide Barto.in l.1.§.quæstioni.ff.de quæstio.& gloss.fin.in l.fin. C.eod.

Tortus intra quod tempus debeat repeti ad hoc, vt confessio facta in tormentis valeat, vide Bart in d.l.1.§. diuus.ff.de quæstio.

Confessio facta coram Iudice incompetenti, licèt non valeat vt iudicialis, valebit tamē vt extraiudicialis ad duos effectus : primus erit,quia ex ea poterit reus poni ad torturā,sicut esset confessus extraiudicialiter: secundus, quia poterit cogi perseuerare,nisi ostēdat de errore, & de causa variādi. Iass. Lanf. Balb.decis.104.Quod dictum limitatur duobus in casibus,de quibus vide ibid.

Con-

Confeſsio,vbicunque præmiſſa negatiua,emanat,ſiue iu ciuilibus,ſiue in criminalibus,nũquam ex ea reus condemnari poteſt. Iaſ. de actio.§.item ſi quis poſtulante,nu.27.

Quæ exceptiones in criminalibus poſsint adduci contra propriam confeſsionem factã tam in iudicio, quàm extra, vide Iul. Clar.in ſua Pract.crimin.§.fin.q.55.

Quando confeſsio in criminalibus confitenti non noceat,vide Hippol.ſing.329.

Regulariter reus confitens delictum debet cõdemnari; ſed an vnica confeſsio ſufficiat,vide Clar.in ſua Pract.crim.§.fin.q.65.Et quando noceat ipſa confeſsio,Matheſ.ſing.13.

Confeſsio deprehenſi in crimine,ſtatim poſt deprehenſionem facta,non valet. Guid.Pap. ſing 429.

Cõfeſsio facta ſuper crimine plenè præiudicat; quando fit in iudicio, & in præſentia Iudicis ſui,etiam nullo præcedẽte proceſſu;ſed quãdo dicatur facta in iudicio. vide Ant.Corſet. in ſuis ſing.litera C.ſing.confeſsio 2.

Confeſsio incidẽter facta,non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam: fallit in caſibus, de quibus vide ibid.ſing.confeſsio 3.

Confeſsio criminis certa, & ratificata eſſe dẽt; aliàs non nocet confitenti. Aug. Bero.q.126.

Fuga facit quem haberi pro confeſſo. Bart.in l. 3.C.de Aſſeſſorib.vide infra tit.de fuga.

Reus ſi poſt probationem actoris confiteatur, Iudex poteſt illam confeſsionem reijcere: & ille Iudex, qui poſt primam negationem rei, admiſit eius confeſsionem,poteſt adhuc maleficium probare per teſtes.& tũc reus amittit beneficium confeſsionis.Bar.in l.cum,qui 30 nu 6 ff.de iureiuran.

Reus, qui confitetur per torturam,licèt primò negauerit,vel contra ipſum ſit deuentum ad iuramentum in defectum probationis,nõ punitur vt negans Bar.ibid.

Confeſſus de crimine an habeatur pro cõuicto, vide glo.in c.1.25.diſtinct. Vel condemnato, Bar.in l.1.ff.de confeſsis.

Quando confeſſus ſit condemnandus,& quãdo ei non præiudicet confeſsio, etiam in criminalibus,vide glo.in c.2.2.q.1.

Confeſsione facta corã Iudice remittente,quis non poteſt cõdemnari ab eo,cui remittitur: & facta de crimine per Monachum coram Abbate,non probat coram Legato,ad quem fit remiſsio. Bart. in l. diuus Adrianus 6.ff.de cuſtod.& exhib.reo.

Confeſſus crimen ſine tempore,& loco,abſolui debet:idem in confeſſo ad ſui defenſionem, licèt defenſio non probetur. Barto. conſil. 228.vol.1.

Confitens maleficium, & negans qualitatẽ,an dicatur confiteri,vel negare,vt habeat aliquod beneficium, vide Bar.q.8. Sed quando cõfeſſio ſit accipiẽda cum ſuis qualitatibus in criminalibus,vide Alex.Raud.tract.de Analog. cap.31.num.54.

Confitens in iudicio ſimpliciter feciſſe homicidium poteſt ex interuallo interpretari ſuam cõfeſsionem, & dicere,quòd fecit ad ſui defenſionem.Iaſ.in l.Titia §.idem reſpondit,nu. 8.& in l.quod.§.ſi vſumfructum,de legat.1.

Si quis hominẽ in iudicio falsò occidiſſe confiteatur,& poſtea paratus ſit contrariũ probare, quid iuris,vide l.24.& 25 ff.ad leg.Aquil.

Falſa confeſsio Procuratoris ſuper crimine, nõ afficit dñm.l.25.§.ſi Procurator.ff.ad leg.Aqu.

Quando quis confitetur de plano crimen, poteſt illi ciuiliter fieri præceptum, nec eſt opus diffinitiua: quia nullæ ſunt partes Iudicis in confitentes,& ſi confiteatur damnum,remanente contentione de quantitate, illa ſola erit diſcutiẽda.l.pinde 25.§.fin. & l.26.eo.tit.

De commiſsione,& Commiſſario teſtium examinatore.

Commiſsio eſt ſtrictè interpretanda: ideò examinare volens, nõ poteſt demonſtrationes facere, & ſic de aliis.Rebuff.in conſtitu. Reg.Tom. 3.tract. de inquiſi.art.1.fol.839.Vbi plenè de materia commiſsionis.

Commiſſarij in proprio rei loco dandi ſunt,ſed quando,& quomodo dictum procedat,vide Rebuff.ibid.art.3.fol.841.

Fidelis, & ſufficiẽs debet eſſe Commiſſarius,& quas alias habere debeat qualitates, vide ibid.d.art.3.

Non poteſt Notarius ſcribere commiſsionem examinandorum teſtium ſibi factã, nec procuratorium, in quo fuit Procurator conſtitutus.Dec.conſ.42. Ideò non creditur Notario atteſtanti ſibi fuiſſe commiſſam receptionẽ teſtium; ſed talis commiſsio debet fieri per alium Notarium. Afflic. deciſ. 317. Et de illa conſtare debet. Beninten. deciſ.74. & Guid. Pap.q.126.

Inſtrumentũ mentionem faciens in verbis enũciatiuis de commiſsione, an probet, vide Dec.conſi.42.

Iudex non debet committere teſtium examinationẽ in cauſa criminali, & in ciuili ardua, & vbi eſt ſuſpitio.Capic.deciſ.90.

Quando,& cui poſsit committi examinatio teſtium,vide Beninten.deciſ.74.

Examinatio teſtium poteſt committi Iudicibus locorũ, vbi illi habitant, quod procedit, et

in criminalibus, maximè quãdo testes essent de alieno dominio. Thom. Minad. decis. 7. vide Marc. q. 598. part. 2.

Iudex potest committere examinationem absentium testiũ Iudici illius territorij, sub quo testes degunt, & mandare partibus, vt coram eo cõpareant. Andr Gail obser. 96. lib. 1. Sed limita dictũ (secũdũ ipsũ Gail.) in criminalib.

Remissiones concedi debent ad testes examinandos in loco remoto: sed quando hoc concedatur, remittitur arbitrio Iudicis. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 250.

Commissarius, & pars, quæ illum ducit, eodem hospicio, & mensa vti possunt. Fran. Marc. q. 599. part. 2.

Examen testium commissum, in dubio præsumitur in loco deputato factũ. Put. deci. 262. li. 1.

Ad obtinẽdam commissionem ad perpetuam rei memoriam, Iudex causæ principalis adiri debet: fallit certis in casibus, de quibus vide per Andr. Gail. obser. 93. lib. 1. Sed an citatio partis requiratur, vide ibid. obser. 94.

Ille, cui commissa est testium examinatio, illam alteri subdelegare, & committere nõ potest, nisi partium consensu hoc fiat limita, vt per eundem Gail. obserua. 97. lib. 2. vide Cabal. milleloq. 180.

Commissarius ad examinandum testes, an possit officiũ suũ alteri cõmittere, vide Hartma. cap. 15. tit. de testib. lib. 2.

Testium receptio, an à Iudice, & cui committi possit in causis ciuilibus, vide ibid. cap. 17.

Commissarius procedendo ad examen extra Ciuitatem, non tenetur vocare substitutos, facta assignatione in causa principali. Rot. Auenio. decis. 69. in decisio. diuerso.

Si recusetur examinator commissarius, ille non potest pronunciare super recusatione, & eã repellere, sed debet remittere partes ad Iudicẽ causæ, qui cognoscat super causis recusationis. Papon. lib. 9. tit. 1. arrest. 36.

Receptio testium potest committi Notario, & etiam non habenti iurisdictionem de partiũ voluntate; & egregiæ personæ quando examinantur, receptio per Iudicem committitur Notario. Barto. in l. Iudices, & auth. quod. C. de fid. instrum.

Examinans testes debet in actis scribere, quando aliqui deponunt trepidando, aut balbutiendo, vel aliter. Bart. in l. 10. §. plurimum. ff. de quæstio.

Adiunctus qualiter, & quando detur commissario examinanti, & an Iudici ordinario, vel Senatori dari possit, vide Perillust. D. P. Tessau. decisio. 255.

Probandi onus cui incumbat.

Illi, qui negat aliquem fuisse sanæ mentis, incumbit onus probandi. l. nec 5. C. de codicil.

Ex sermonibus incongruis, præsumitur quis non sanę mẽtis, nisi probetur contrarium, & contrà, mens sana ex verbis probatur. l. quidã 27. ff. de cõdit. instit.

Furoris probatio cui incumbat, vide Mysing. obser. 76. cent. 3.

Qualiter quis probetur non sanæ mentis, & qui hoc probare debeat, vide Bart. in l. nec 5. C. de codicil.

Probando quis aliquem fuisse furiosum certo tempore, transfert onus probandi contrariũ in aduersarium. Bart. in l. 2. nu. fin. ff. de bono. possessio. furio. infan.

Probationis onus incumbit nõ possidenti, quo non probante, possessio rei remanet inconcussa. l. nõ ideò 5. C. de libera. cau. & l. qui accusare. C. de edendo.

Sicut actor tenetur probare suam intẽtionem, ita reus suam exceptionẽ. l. 1. ff. de exceptio. Nam dicenti, & allegãti incumbit onus probandi. Hippol. sing. 570.

Actori incumbit onus probãdi, nisi quis neget ius, vel illud præsumat pro actore; tunc enim probat reus negans. §. non solùm, & ibid. glo. Institut. de vsucapio.

Probatio vnicuique incũbit eius, quod est fundamentum suæ intentionis, siue actor, siue reus sit. Ozas decis. 171. nu. 11. Ios. Ludo. decis. Perus. 15. & Bar. in l. 1. C. si aduersus creditorẽ.

Excipiens non semper probare compellitur. gl. pen. in l. si ex caut. 3. C. de nõ nume. pecu.

Exceptio præscriptionis potest opponi in iudicio, sed probanda venit, fundata intentione actoris. l. emptor 9. C. de præscrip. long. temp.

Præscribentis bona fides, quomodo probetur, & qualiter possessio, & quæ in ipsa probatione requirantur, vide glo. in l. penu. eod. titu.

Interesse singulare qualiter probetur, vide glo. in l. vnica. C. de sentent. quæ pro eo, in verbo subtilitatem, & supra tit. de interesse.

Non allegatum, vel probatum in causa principali, potest allegari, & probari in causa appellationis: & si testes producantur, illis sunt per producentem impendia facienda. l. eos 6. §. si quid. C. de appellatio.

De probatione filiationis, & quomodo possit quis se filium probare, vide glo. in l. 1. in verbo, filium. C. quor. bono. & l. 82. C. de cõditio. & demõst. & infra tit. de probatio. in genere.

Difficultas probationis odio delinquentis facit, vt probatio admittatur per iuramentum actoris. l. si quando 9. C. vnde vi.

Reus

Reus si dicat se promisisse sub conditione, an teneatur conditionem probare, vel actor puritatem, vide glos.mag.in l. si quidem 9.C.de exceptio.& Bart.ibid.

Verba enunciatiua non inducunt obligationẽ in contractibus, sed probationem: & priuata scriptura fidem facit contra producentem, non pro, nisi ab aduersario fuerit approbata. l.Publia 26.§.Titius.ff.de positi, vide infra tit. de fide chyrogra.

Verba enunciatiua inducunt probationem eorum, quæ in instrumẽto sunt gesta.l.cùm proponebatur 66.de legat.2.

Allegans qualitatem, debet eam probare, antequam vlterius procedatur, & hoc quando qualitas est causa introducendæ petitionis in iudicio: sed quando est causa pronunciationis diffinitiuæ, debet probari, lite contestata. vide l. non ignorat 9. C. de his, qui accusa.non possu.

Quoties ad aliquem actum requiritur locus, & certum tempus, illa probari debent, maximè quando tempus est fundamentum intentionis alicuius. Ozas.decis.117.nu.6. Rot.Genu. decis.57.& Vera.decis.278.nu.5.part.3.

Qualitates omnes in libello, seu in contractu deductæ, probandæ ab eo sunt, qui sibi incũbentia probare vult; aliàs eas non probando, succũbet.Ozas.decis.108.nu 9 Rot.Genu. decis.1.nu.18.& Mysing.obser.80.cent.4. Idẽ qñ lex, vel statutum, deducit aliquid cũ qualitate. Ozas.decis.71.nu.22. & decis.122. Vel qualitas est fundamentum intentionis. Rot. Genu.decis.5.nu.6.decis. 12. & 54.Aut exceptionis respectu habilitatis personę.vide Bemin. decisio.18.

Probatio qualitatis facti, quando sit necessaria, vide Mysing.obser.40. cent.1.

In criminalibus Iudex nõ debet credere dicto alterius Iudicis, vel Notarij, sed debet inquirere p se.l.singuli 14.C.de accus.& inscriptio.

Scriptura videtur adhiberi loco probationis; non autem est de substantia hypothecæ, quæ valet sine scriptura, si habeat aliam probationem.l.contrahitur 4.ff.de pignor.

Stipulatio potest probari per litteras, & sic non contrahitur obligatio per epistolam; sed cõtracta per eã probatur.l. ea, quæ 58.ff.de donatio.int.vir.& vxo.

Paupertatem allegans, illam probare debet, & contrà, qui allegat diuitias, illas probare tenetur. Afflic.decis.377. Ioseph. Ludo.decisio. Perus.33.num.fin.& decis.56.& Barto.in l.5.§. qui pro.ff.qui satisda.cogant.

Paupertas non præsumitur, sed debet probari. §.sed & propter.Institut.de excusat. tuto.

Nominatori Officialis incumbit onus probãdi, quòd tempore depositi officij ille erat soluendo, & etiam post.Bartol.in l.1.C.de periç. nomina.lib.11.

Testamentum irritum probat voluntatem testatoris.l.fi.ff.de rebus eorum, qui sub tutela.

Præsumptio in reum onus probandi transfert, quando ab initio non se defendit. l. si priusquam 15.& ibid.glo.ff.de oper. nou. nunciat.

Si quis plura proponat, quorum alterum sufficeret ad obtinẽdum in causa, sufficit vnũ probare.arg.l.2.§.fin.ff.de conditio. institutio. Tamen quando aliquis se astrinxit in positionibus suis, vel libello ad plura, debet oĩa probare, licèt vnũ sufficeret, si non se astrinxisset.Bar.in l.3.C.si ex falsis testib. vel instrum.

Onus probandi mutatam esse voluntatem defuncti ad eum pertinet, qui fideicommissum recusat.l.Lucius 22.in fine, de legat.2.

In præiudicialibus actionibus, vel exceptionibus, ille habet necesse probare, qui asserit.l. generaliter 12.ff.de exceptio.

Potest quis vni scripturæ pro parte stare, & pro parte non, probando contrarium.l. Aurelius 29.§.idem.ff.de liberat.legat.

Dominus probatur ex eo, ꝙ ille se gerit vt dominum in re, & percipit fructus, & illos distrahit vt dominus. l. Titia 48.ff.de solutio. & libera. Tamen dominium est difficilis probationis.Ozas.decis.29. nu.19. De cuius probatione vide per Bar. in l.vnica.C.de nauti.Tiberia.lib.11.& in l.1.ff.de his, quæ in testamẽ delent.

Probatio non facit ius, vbi sententia non faceret.l.4 & ibi.gl.ff.de crimine spila.hęreditatis.

Testis, qui non debet examinari propter partis reuerentiam, examinatus non facit fidem Iudici, nec probationem. l. maritus 20.ff.de quæstio.

Testimonium de auditu non recipitur, nisi in act.aqu.plu.arcen. Et cęcus regulariter in testimonium admittitur: & testis debet dicere sic esse, vel non esse; non autem de credulitate: negatiua quoque probatur, si habeat ęquipollentiam affirmatiuę.vide glos.in §.si verò absunt, Authen.de hæredit.& Falcid.

Negatiuam alleganti, seu opponenti incumbit onus probandi, quãdo talis negatiua est fundamentum eius intentionis. Ozas.decis.174. num.5.Pute.decis.390.lib.2. Craue. consi.112. nu.6.Guid.Pap.sing.189.Natt.consi.569.Bar. in l.4.C. de frabricen. lib.11. & in l.5.ff.si quis eum, qui. Etiam allegans qualitatem, illam probare tenẽ, si ea negetur.Rot.Gen.dec. 3.

Intentio vt fundetur, probatio est necessaria, siue affirmatiua, siue negatiua sit: & quando quis habet intentionem suam fundatam de iure, non est opus, vt probet exceptionem contra

contra ipsum oppositam, verbi gratia, opponitur contra Procuratorem, quod est minor, tunc opponens debet probare ipsum Procuratorem minorem. vide Aegid. Bellam. conclusio. 76. Tamen fama faciens pro negante, transfert onus probandi in actorem. ibi. nu. 3.

Missio in possessionem debet probari per instrumentum; non per testes. Bar. in l. 3. §. fin. autem. C. de edict. diui Adria. tollen. nu. fin.

Iudex, vel Notarius si nesciat interpretari dicta testium, debet duos interpretes adhibere. vide §. fin. l. 1. ff. de verbo. oblig.

In probationibus aliquando sufficiunt duo testes, aliquando requiruntur tres, nonnunquã quinque. vide Azo. in summa titu. C. si cert. pet. num. 30.

Voci viuæ an plus, quàm mortuæ credendum sit, vide per glo. in §. sed & si quis, Authen. de instrumen. caute. & fide, Ozas. decis. 128. nu. 8. & Bart. in additio. ad l. 17. C. de pact.

Introducuntur testes ante litem contestatam, si reus vult in se onus probationis suscipere. gl. in §. si verò propositis, Authen. de litigio. in verbo, proferre.

Testis veritatem dicere debet; non autem quod credat tantùm: & pro vtraque parte debet testimonium proferre. gl. in §. nulli, Auth. de Sanctis. Episco.

Ignorantia probatur eo quod contrà nõ probetur. glo. pen. in l. 5. C. qui milit. possu. lib. 12.

Vbi probatur rem apud aliquem semel peruenisse, si is dicat se amplius non habere, ei incumbit onus probandi. Ozas. decis. 40. nu. 5.

Mors illius probanda est, cuius vita obstaret ei, qui allegat se hæredem. Ozas. decis. 108. nu. 5.

Petitione hæreditatis, aut interdicto quorum bonorum agenti, incumbit onus probandi hæreditatem sibi delatam, & se proximiorẽ defuncti. Ozas. d. decis. 108.

Quando hęres, filius, cessionarius, vel alius vult admitti tanquã talis, debet ante omnia probare se talem, aliàs non auditur. Iosep. Ludo. decis. Perus. 15. & Vera. decis. 289. part. 2.

Probatio contẽtorum in precibus Principi porrectis incumbit ei, qui se fundat in litteris. Ozas. decis. 171. nu. 10. Sed quomodo dictum intelligatur, vide cap. olim 25. ex. de rescript.

Narratiua Principis motu proprio facta, licèt non probet, transfert tamen onus probandi contrarium in partem aduersam. Pute. decis. 323. lib. 2. num. fin.

Habens præsumptionem iuris contra se, grauatur onere probandi. Rot. Genu. decis. 5. nu. 4.

Probare tenetur allegans pluralitatẽ factorũ, & personarum eiusdem nominis, ac multiplicationem titulorum. Guliel. Cassad. decis. 5. num. 7. tit. 1. Idem in allegante illos de familia extare. Vera. decisio. 364. part. 2.

Quæ sunt verisimilia, & respondentia experientiæ, ac rationi naturali, non egent alia probatione. Rot. Genu. decis. 27. nu. 10. circa finem.

Aetatem probare debet, qui super illa se fundat. Gasp. Cabal. milleloq. 549.

Pluralitas apocharum, aut instrumentorum, vel contractuum, aut factorum non præsumitur, ideò ipsam pluralitatem allegans, tenetur illam probare. Craue. consi. 198.

Identitas probari debet ab eo, qui se fundat in illa: idem in pluralitate. Craue. d. consi. 198.

Onus probandi fuisse alium eiusdem nominis, pertinet ad aduersarium. Crauet. consi. 249. num. 13. in fine.

Culpam probat, qui illam allegat: & casus contingens circa personam, probatur iuramento, sed manifestæ probationes, quæ dicantur, vide Bart. in authen. si creditor. C. de pig. act.

Si creditor amiserit pignus, an debitor debeat probare culpam, vel ipse creditor casum fortuitum, vide Bar. in l. sicut 19. C. de pignor.

Bona reperta apud debitorẽ, præsumuntur sua: ideò dicẽti cõtrariũ incũbit onus probandi. Bart. in l. 5. §. bonorũ. ff. vt in possess. legatorũ.

De probationũ solemnitatibus, quomodo, & quando testes examinandi sint, & de requisitis, vt illi probent.

PRobationes quamuis non sint iudicatæ, tamen (etiã mortuis testibus) in alia instantia fidem faciunt. Put. decis. 196. part. 2.

Examinatio testium coram Iudice incompetenti facta, est nullius momenti, ex æquitate tamen examen illorum, qui iterum non possunt examinari, vt mortui, vel absentes, sustinetur. Ioan. Mohed. decis. 339.

Pariter testes examinati coram Arbitro, non probant in iudicio ordinario, nisi sint mortui. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 2. nu. 40.

Si testes examinati coram Arbitris viuunt, est in electione eius, contra quem attestationes producuntur, aut illis stare, vel petere, quod de nouo examinentur; sed si sint mortui, attestationibus de necessitate standum est. Bart. sing. 157. & Pet. de Rauen. sing. 702.

Quando testes debent repeti, si interim moriãtur, nullam fidem faciunt. Rebuff. in constitu. Reg. tract. de inquisitio. ar. 16. nu. 5. vide Abb. in c. cùm in tua, ex. de testib. & attestat.

Testis, qui repeti non potuit propter mortem superuenientem, an, & quãdo habeatur pro repetito, vide Natt. consi. 394. nu. 21.

Si testes examinati de re, dicāt se nihil scire de quantitate, quādo post publicationem possint illi, vel alij examinari, super ipsa quantitate, vide Put. decis. 219. lib. 2.

Testes senes, & valitudinarij, possunt examinari ante tempus; debent tamen nominari in commissione. idem Put. decis. 305. ibid.

Examinatio testium ad perpetuam rei memoriam, debet fieri coram illo Iudice, qui est competens rei conuenti. Hartma. cap. 8. titu. de testib. lib. 2. vide Bar. in l. societatem 77. §. Arbitrorum. ff. pro socio, nu. 22.

Testes ad æternam rei memoriam non recipiũtur in causis criminalibus, quando agitur criminaliter; secùs si ciuiliter. Iass. Lanf. Balb. decis. 198.

Testes absuturi super articulis etiam impertinentibus, recipi possunt. DD. de Rota, decis. 5. aliàs 394. de sequestr. possess. & fruct. in nou.

Testes quando antè litem contestatam recipiãtur, & de differentia inter c. significauit, de testib. & c. quoniam frequenter. §. sunt, & alij, vt lite non contestata, vide Mysing. obser. 71. cent. 4. & c. fi. & ibi. gl. eo. vt lite nõ cõtestata.

Quibus licitum sit producere testes ad perpetuã rei memoriã, vide Mysing. obse. 71. cēt. 4.

Regulariter, lite non contestata, testes produci non possunt: fallit, quando ad perpetuam rei memoriam recipiuntur, sed qualiter, & quando hoc fiat, & quæ concurrere debeãt, vt similes attestationes prosint, vide Andr. Gail. obser. 92. lib. 1. Hartma. cap. 10. titu. de testib. lib. 2. Capic. decis. 123. & Bar. in l. sed & si quis. C. de testib.

Quando actor petit examinari testes ad æternam rei memoriam, ad impediendam receptionem, reus potest se opponere offerendo se paratum illico recipere iudicium: tamen arbitrarium est, quales, & quot testes possint in hoc casu examinari. Rot. Auenio. decis. 83. nu. fin. in decisio. diuerso.

Testes valetudinarij ante litem contestatam examinari possunt, sed qui dicantur valetudinarij, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 60. Et antequam examinentur, quid obseruandum, Rol. consi. 24. vol. 3. Et quæ requirantur, vide etiam Cabal. milleloq. 925.

Testes ad æternam rei memoriam examinari possunt ante litem contestatam, ob diuturnã eorum absentiam. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 61. Sed quæ obseruari debeant, vt valeat examinatio, vide Rol. d. cõsi. 24. vol. 3. Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 3. tract. de caus. benef. posse. art. 2. Idem, quando de eorum vita timetur. Menoch. ibid. cas. 61.

Regulariter testes ad æternam rei memoriam recipi non possunt, lite nõ contestata, ad instantiam actoris: secùs quando examinantur ad instantiam rei. Rol. consi. 24. vol. 3. num. 15. Bar. in l. 4. C. de vsur. pupil. vide Hartma. c. 11. tit. de testib. lib. 2.

In notoriis possunt recipi testes ante litis contestationem. Guid. Pap. sing. 228.

Obligatus ad rationē reddendam, aduersa parte nolente agere, potest petere testes recipi ad æternam rei memoriã, per quos fiat probatio sui iuris. l. fin. C. de vsu. pupil.

Testes examinati ad æternam rei memoriã, nõ publicantur. Bar. in l. sed & si quis. C. de testib.

Testes, pendente dilatione ad dandum interrogatoria. examinati, sunt repetendi. Put. decis. 317. lib. 2.

Pars, quæ est vsa testibus, potest dicere de nullitate examinis, ad effectum de nouo examinandi testes super eadem materia. Put. decis. 242. lib. 1. & Iass. Lanf. Balb. decis. 384.

Lex testium. C. de testib. habet locum, quando est actum, quòd actus aliter non valeat, nisi celebretur in scriptis. vide Put. decis. 431. li. 2.

Examen factum cum interrogatoriis, etiam si nulliter sit receptum, sanatur, si pars aduersa interrogatoria dederit, sic vt tacitus interuenerit consensus. Put. decis. 301. lib. 3. nu. 2.

Testibus nulliter examinatis, & in iudicio productis, fides contra producentem adhibetur: quia ex productione ille tacitè censet approbare eorum testificata. Vera. decis. 268. par. 3.

Ex testiũ depositionibus, quas impugnaui, iuuari possum, quoties recedere velim ab impugnatione, & stare dictis eorum allegãdo, per errorem impugnasse. Vera. decis. 281. part. 3.

Comparitio partis, conualidat examen nulliter factum. idem Vera. decis. 293. part. 3. Nam attestationes inualidæ, possunt consensu partium validari. Guid. Pap. sing. 13. vide Petr. de Raue. sing. 755.

Testes sine partis citatione recipi non possunt, licèt Iudex procederet ex officio, & esset in casibus, in quibus proceditur argumentis, & præsumptionibus. Ozas. decis. 79. nu. 19. vide Afflic. decis. 39. nu. 3. Gram. decis. 11. Hartma. cap. 6. tit. de testib. lib. 2. Fallit, quando examinantur vltima die termini, quia tunc extremitas temporis monet. Affli. decis. 47. in fine.

Testis nõ citati dictum valet, si compulsus deposuerit. Capel. Thol. q. 385. Et non est reprobandus talis testis. vide Franc. Marc. q. 487. Si inopinatò in iudicio repertus sit. Mysing. obser. 16. Aliàs sponte veniens testis ad deponēdum, præsumitur inimicus. ead. Capel. d. q. 385. in additio.

Pariter valet dictum testis non citati, si Iudex illi iuramentum deferat, vtraque parte præsente. Iass. Lanf. Balb. decis. 405.

Testium

Testium productio facta in partis absentia, non die, ad quam pars citata fuerat, sed seq. non valet. DD. de Rota, decis. 15. aliàs 174. titu. de testib. in nouis.

Testes non ritè, & legitimè examinati, nullam fidem faciunt. Rot. Genu. decis. 3. nu. 23. & 25.

Productio testium ad hoc citatorum, in præsentia tamen Iudicis, & partium facta, est admittenda, & valent attestationes. DD. de Rota, decis. 22. aliàs 372. tit. de testib. in nouis.

Producendi testes à parte sunt, alioqui si testes sine præsentatione, & citatione se ingererét, eisdem nõ crederetur. Gasp. Cabal. milleloq. 938. Quia præsumerentur inimici. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de testib. art. 1. glo. 4. vide Bald. sing. 144. & Bart. in l. 21. §. cum. ff. de tutor. datis ab his.

Testis depositio nullius est momenti, nullamq; fidem facit, si pars aduersa non fuerit legitimè citata ad dandum interrogatoria, & vidēdum eos iurare: parte tamen citata non comparente, testes nihilominus recipiũtur, & valebit eorum depositio, nisi probato aliquo legitimo impedimento. Gail. obser. 102. lib. 1. Idem, quando examinatur testis infirmus, ita vt vitæ subsit periculum; tunc enim parte nõ citata, potest examinari, sed si inde moriat, qualem fidem faciat, vide eundẽ Gail. obser. 102. Idem, vbi de eius recessu timetur. Marā. in suo Spec. part. 6. tit. de citatione, nu. 19.

Pars citanda est ad videndum iurare testes: fallit, quando quis esset passus aduersam fortunam; tunc enim testes de illo casu audiri debent coram Iudice loci casus, sine partis citatione. Pet. de Rauen. sing. 756. Bar. in l. 2. C, de naufrag. lib. 10. Idem, quando examinãtur ad perpetuam rei memoriam. Rebuff. in constit. Reg. tract. de inquisi. art. 12. gl. 2. nu. 9. Tom. 3. vbi de aliis limitationibus.

Quando testes sunt recepti, parte non citata, possunt repeti, etiam post conclusionem causæ. Rebuff. ibid. nu. 10.

Licèt parte nõ citata testes examinati nõ probēt, tñ si illa fuerit citata, vel monita in personam Procuratoris, & non comparuerit, valebunt depositiones. Rebuff. d. tracta. de inquisi. art. 13.

Citatio partis in examinatione testium requiritur: fallit in septem casibus, quos refert Ludo. Roma. sing. 369.

Quando testes probent examinati, parte nõ citata, vide Hippol. sing. 24. & 30.

Quãdo testes ad æternam rei memoriã examinantur an, & qñ pars debeat citari personaliter, vel ad domũ, & qd, si examinent ad ordinẽ cãæ ante litẽ cõtestatã, vide Bar. in l. dies cautionis. §. Prætor ait, nu. 17. ff. de dãno infec.

Testis repulsus nullam probationẽ facit. Gram. decis. 28. nu. 7.

Testes producti à falso Procuratore, alia parte præsente, an valeant, vide Guid. Pap. q. 342.

Depositiones testium super impertinẽtibus articulis examinatorum, an valeant, & quid, si fuerint inaduertenter examinati super capitulis iam productis, vide Guid. Pap. q. 347.

Testium attestationes non valent, si Notarius tãtummodo expresserit diem, in quo examinati fuerunt, & nõ nomina testium in præsentatione. Aegid. Bellam. conclus. 61.

Admissa probatio per Iudicem, quæ nõ debuerat admitti, parte tacente, nec contradicente, puta quia fuerit facta post dilationem, vel contra iuramentum, valebit. Iass. Lanf. Balb. decis. 244.

Ficta probatio, veluti quando positiones sunt habitæ pro confessis, perit, instantia causæ perempta. idem, decis. 282.

Publicatio testium non rectè examinatorũ, non conualidat eorum depositiones. Mysing. obser. 52. cent. 4.

Testes deponẽtes extra articulũ, non probant. Andr. Gail. obser. 93. lib. 1.

Quod dicitur testes deponentes vltra contenta in capitulis non probare procedit, quãdo deponunt omnino diuersa ab ipsis capitulis; secùs si deponant de pertinentibus ad negotium, de quo agitur, præsertim si iurassent dicere veritatem super tota causa. Gom. Leo. decis. 1. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Adiunctus necessariò debet se subscribere examini sub pœna nullitatis. Papon. lib. 9. titu. 1. arrest. 37.

Testi dicenti se falsum testimonium dixisse, nõ creditur ad infringendam eius depositionẽ. Maran. in suo Spec. part. 6. titu. de confessione, num. 11.

Probatio, quæ non debuerat admitti, si admittatur, erit valida. Mysing. obser. 49. cent. 6.

Testes corrupti carent fide, & puniendi sunt, vt falsarij: sed si testis pecuniam accipiens contra dantem testificetur, valebit eius testimonium. Mysing. obser. 67. cent. 6.

Testis minus solemniter examinatus facit aliquale indicium, imò concludere debet apud viros graues, quoties proceditur, sola facti veritate inspecta. Craue. consi. 198. nu. 11. Aliàs secùs licèt esset omni exceptione maior. Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 3. tract. de inquisi. art. 18. num. 18.

Testes, qui deposuerũt super monitoriis extraiudicialiter, debent inclinare animum Iudicis, aliis cõcurrẽtibus. Cra. d. consi. 198. nu. 11.

Testis corruptus licèt verum dicat, non probat. Feli. consi. 50. nu. 24. Et sufficit probare testẽ fuisse

fuisse pecunia corruptum, vt eius dictum nō valeat. Bart. in l. si quis 13. C. de testib.

Statuto disponente, quòd debitum non possit per testes probari, si super credito examinari fecerim testes, & tu non opposueris, videris ipsi statuto renūciasse. Fran. Crem. sing. 43.

Probatio per testes aliquo casu prohibita, si tamen fiat, parte non opponēte, valebit. Fran. Cremen. sing 152.

Quando lex statuit, q̄ aliquid habeatur pro plenaria fide, & probatione, nō admittitur probatio in contrarium. Ant. Corset. in suis sing. litte. P. sing. plenaria fides.

Statuto cauente, probationem fieri non posse, nisi per publicum instrumentum, quinque tamē testibus fieri poterit, vt qui vicem publici instrumenti præstent. Hippol. sing. 157. Ioā. de Arnono, sing 49. & Ant. Trigo. sing 84.

Testes ad reprobādum dicta priorum testium, quando possint produci, publicatis attestationibus, vide Barto. in l. si quis testib. 13. C. de testibus.

Iuramentum testis probatur etiam per instrumentum Notarij, qui attestatur testem corā Iudice iurasse. Vera. decis. 122. part. 2.

Testis non dicitur iuratus eodem die (pro vt debet) in quo pars est citata ad videndum iurare, nisi de hoc constiterit, nec sufficit, q̄ Notarius dicat in examine, testis iuratus. Vera. decis. 285. part. 3.

Testes debent iurare, & dicere veritatem pro vtraque parte in omni causa. Capic. decisio. 39. nume. 2.

Si testis sine iuramento deponat, non probat, licèt deposuisset sub iuramēto, quod prius suo Domino præstitit. Mysing. obser. 3. cent. 2. & obser. 80. cent. 3. Vbi reg. limitatur, sed quid, si post depositionem accesserit iuramentū, vide ibid. obser. 77. cent. 4.

Testis nō iurans, nullam fidem facit; tota enim substantia depositionis testium, consistit in iuramento Andr. Gail. obser. 101. lib. 1. facit c. pen. 3. q. 9. Licèt partium cōsensu iuramentū remitti possit. Bart. in l. iusiurandi 8. C. de testib. Hippol. sing 470. & Abb. consi. 51. part. 1. Sed an dispensatio summi Pontificis, vt testi iniurato credatur, valeat, vide eūdem Gail. ibid. num. 12. & Crescen. decisio. 4. alias 287. tit. de testib.

Testibus iuramentum de consensu partium remitti potest, nec requiritur in hac remissione auctoritas Iudicis. Mysing. obser. 34. cēt. 6.

Partibus præsentibus, possunt præsentari testes, & illis potest deferri iuramentum, absente adiuncto. Papon. lib. 9. tit. 1. arrest. 1.

Adiunctus debet iurare. idē Papon. ibid. arrest. 2. Et non debet abesse. ibid. arrest. 11.

Quando fides testis est approbata ab vtraque parte, dictum illius sine iuramento valet. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 55.

Testes debent iurare de deponenda veritate, alioqui illis non creditur: quia timore periurij verentur falsum deponere (fallit in informationibus, quæ possunt recipi, etiam testib. non iuratis) & tenentur iurare ante depositionem: ideò & si Notarius scriberet hoc modo, talis testis citatus, iuratus, & examinatus sic deposuit, illi non crederetur, nisi appareret coram quo, & quo die iurasset. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de inquisi. art. 12. gloss. 1. Tom. 3. vide tamen Bart. in l. iubemus 16. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. nu. 7. & seqq. & in l. 15. ff. de dot. præleg.

Testis si iurauerit in manibus Notarij, debet cōstare de commissione per alium Notarium recepta. Rol. consi. 94. vol. 2. nu. 34. Et debet iurare in die iuridica. ibid. nu. 39.

Iuramentum testis, an possit præstari per Procuratorem, vide Ludo. Roma. sing. 8.

Notarius debet simpliciter scribere dictum testis, & sufficit constare de die, & loco iuramēti testis, licèt id nō scribatur in actis. Mathes. sing. 133.

Ad validitatem dicti testis, requiritur iuramentum, & hoc verum in omni teste, & etiam in artis perito. Hippol. sing. 214.

Testis nō iuratus non probat, nec eius dictum quicquā operatur: fallit in personis dignitate p̄ditis, vtpotè in Cardinalib. Hippol. sing. 606.

Testis iurati extra Ecclesiam, & deponentis in Ecclesia, valet depositio, sicut valet, quando ille iurat, & deponit in Ecclesia. Bar. in l. 2. nu. 5. C. de Sacrosanct. Eccles.

Quando testes repetuntur, vel declarant dictū obscurum, non requiritur iuramentum. Bart. in l. hæredes 21. §. si quid. ff. de testamen. vide eundem in l. 18. §. qui se filio. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Testes iurare debent, præsente parte, vel monita, sed illa absente, examinantur. gloss. in c. in primis 2. q. 1. in verbo, si eo præsente.

Testes si in repetitione referant se ad examen primum in omnibus, & per omnia, probant, licèt primum examen esset nullum ex defectu solemnitatum. Vera. decis. 287. part. 3. vide Mysing. obser. 64. cent. 3. & Bar. in l. legata 19. de legat. 1. Tamen q̄ teneantur deponere ad extēsum, scribit Papo. lib. 24. tit. 8. arrest. 6.

Testis examinatus, parte non citata, & sic nulliter, potest repeti, parte citata. Capic. decis. 35. nu. 7. & Cabal. milleloq. 935.

Testis non potest repeti per Fiscum post pronunciatum in causa. Gram. decis. 28. nu. 6.

Iudex quo casu possit facere iterato examinari testem

testem post didicita testificata, & si deponēs se referat suæ primæ depositioni, an valeat depositio, vide Guid. q. 72.

Omissio interrogatoriorum non vitiat examē, sed repetuntur testes, quemadmodum & super articulo omisso, possunt repeti. Mysing. obser. 32. cent. 1.

Cautela est in repetitione testis, q ille dicat testimonium reddo, & dico in hac causa super articulo facto, prout mihi modo illud in mentē recurrit, & si prima depositione appareat me ibi aliter dixisse, quàm nunc dico, volo hoc repetitum testimonium ad primam testificationem reduci, & referri, & hæc salutaris cautela prodest ad euitandum periurium. Andr. Gail. obser. 104. lib. 1.

Testis coram Arbitro productus, & repetitus, non potest se referre ad primum dictū. Gail. ibid. num. 4.

Quando testes examinati ante litem contestatam ad æternam rei memoriam, debeant repeti, vide Papon. lib. 9. tit. 1. arrest. 23.

Testis, qui virtute monitorialium, deposuit, repetendus est in forma iudicij, sed quando liceat testi in secunda examinatione se ad primā referre, vide Menoc. de Arbitra. cas. 109.

Testis interrogatus de ratione sui dicti, assignare debet causam scientiæ, & potest repeti ob rationem dicti non redditam. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de inquisi. art. 17. Tom. 3.

Testis in vno iudicio examinatus, potest se referre ad id, quod in alio deposuerat, & eius depositio valebit, si fuerit à Iudice recepta. Natt. consi. 537.

Stante rescripto Ducali, quòd testes examinandi, qui aliàs propalasse dicebantur, in eorū repetitione ad extensum deponere debeāt, possunt quidem petere in ipsa repetitione sibi legi primam eorum depositionem; nō tamen possunt se ad illam referre, sed tenētur, & cōpelluntur ad extensum deponere. Ozas. decis. 128. Sed quid, si non extaret rescriptū, vide ibid. Et non coguntur deponere ad extensum, nisi prius lecta eorum prima depositione. Boer. decis. 108. & Andr. Gail. obser. 104. lib. 1.

Testes examinati inter Cardinalem, & Franciscum, & Thomam, non faciunt fidem inter Frāciscum, & Thomā. Vera. decis. 194. par. 3.

Testes examinati, sed nō publicati in cā principali, faciunt fidem in causa appellationis inter easdem partes. Iass. Lanf. Balb. decis. 118. Tamen acta facta in vno iudicio, non probāt in alio, etiā inter easdem partes, nisi denuo producātur. Bar. in l. naturaliter. §. nihil, nu. 32. ff. de acquir. posses.

Testium depositionibus in alia causa examinatorum, standum non est; sed iterato deponere coguntur. Ozas. decis. 128. num. 12. Tamen probationes factæ coram Arbitro, fidem faciunt coram Iudice. Bartol. in l. anteā. nu. 8. C. de recept. Arbit.

Productio testium per partem priuatam facta, nō prodest, neque nocet parti Fiscali. Guid. Pap. q. 342. sed vide ibid.

Pronunciari non potest in criminali, ex probatione habita in causa ciuili. Guid. d. quæst. 342. num. fin.

Probationes factę in primo iudicio non pereūt, lata absolutoria ab obseruatione iudicij. Ioseph. Ludo. decis. 44. Luc. nu. 10.

Probationes in vna instantia factæ, perpetuò fidem faciunt, sed quando, & inter quos, vide DD. de Rot. decis. 20. aliàs 410. titu. de re iudic. in nouis.

Testes in summario iudicio examinati, an in plenario fidē faciant, vide Fran. Marc. q. 428. nu. 9. & Rot. Genu. decis. 3. nu. 5.

Testis ex confessione, quā facit testificādo, non potest condemnari. Marc. q. 439. part. 2.

Testes examinati in possessorio non faciunt fidem in petitorio. Put. decis. 171. lib. 1. vide infra tit. de fide depos. & attesta. testi. Tamen testes in momentaneo iudicio recepti, fidē faciunt in ordinario iudicio possessorio: & recepti in prima instantia, fidem faciunt in secunda. Andr. Gail. obser. 103. lib. 1.

Testes solum probant inter partes; & ideò non faciunt fidem quo ad alios; secùs in confessione. Papon. lib. 9. tit. 1. arrest. 22.

Testes inter alios examinati semiplenè probant. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 111. & Bar. in l. si quis 7. ff. de petit. hæred.

Testes examinati coram Iudice laico, fidem faciunt in iudicio Ecclesiastico inter easdem partes. Menoch. consi. 366. lib 4. Tamen ipsi testes iam examinati, non possunt repeti coram dicto Iudice Ecclesiastico propter timorem subornationis. Menoch. ibid. nu. 17.

Testes examinati à Iudice incompetenti, non faciunt fidem coram competenti, nisi essent in Prouincia remota à loco iudicij, & de eorū absentia, vel morte dubitaret. Hip. sin. 211.

Probationes, quæ factæ sunt super emergenti, non probant etiam inter easdem partes, & personas, si ad allium finem agatur. Bart. in l. ex quacunque, nu. 23. in repet. ff. si quis in ius vocan. non ierit.

Testes in vno iudicio examinati, quando fidem faciant in alio, vide Barto. in l. cum lite. ff. iudic. solui.

Probationes factæ in instantia causæ ciuilis, an prosint in causa criminali, vel cōtrà, vide Bartol. in l. 2. §. hoc edicto. ff. de vi bono. rapt.

Vnius testis dictum in vna causa, facit fidē contra eundem testem testificantem in alia causa. Bar. in l. eos, qui 27. ff. ad leg. Cornel. de fal.

Depositio vnius examinati tanquam testis in vno iudicio, non nocet sibi tanquam parti, seu principali in alio iudicio. Capic. deci. 52.

Probatio fieri non debet, nisi precedente petitione, cùm sit de mediis causæ, & sine principio, ad media nō pueniat. Ozas. deci. 1. nu. 23.

Quomodo, quando, & super quibus capitulis possint fieri probationes, & quando deductiones, & capitula sint admittenda, vel repellenda, ét post didicita testificata testium, vide sup. ti. de deductionibus, positionib. &c.

Decretorum Ducalium circumscripta dispositione (quibus cauetur secundam dilationē ad probandum non esse concedendam, nisi ex causa) poterunt fieri probationes post lapsum tempus datum ad probandum, & hoc virtute clausulæ, Vt procedatur, sola facti veritate inspecta. Ozas. deci. 1. num. 25.

Probationum facultas, tempore non est angustanda. Affli. decis. 50. num. fin.

Probationes factæ, finita dilatione, valent, & ét factæ, nulla data dilatione. Affl. deci. 55.

Examinationes testium ad tempus iuramenti referuntur: ideò sufficit, vt testes iurent intra dilationem datā ad probandum, licèt postea deponant: idem, si iurent die non feriata, & deponāt die feriata. Guid. Pap. q. 125. Boe. dec. 294. n. 19. vide DD. de Rota, dec. 13. aliàs 495. tit. de probatio. in nouis, & decis. 8. aliàs 469. de testib. dec. 3. de dilatio. in antiq. aliàs 345. & deci. 1. de testib. in antiquior. Papon. li. 9. tit. 1. arrest. 30. Hippol. sing. 113. Bart. consil. 26. vol 2 Contrarium tamen scribunt Aegid. Bellam. concl. 714. & Bemotē. dec. 11.

Testes post omnes dilationes examinati, an sint à processu reiiciendi: & dilationi sibi concessę, an liceat renunciare, cùm sit iā ius quęsitū parti examinādi testes, vid. Boe. dec. 352.

Tempus datum ad probandum non currit, dū disputatur super aliquo emergēti causę. Iaff. Lanf. Balb. decis. 185.

Post publicationem, & conclusionem non recipiuntur obiectus testium, nec reprobari testes possunt: fallit in causis, de quibus per Cabal. millelog. 939.

Testis examinatus post publicationem, didicitis attestationibus, & super similibus capitulis, non probat. Borg. Caual. decis. 20. nu. 34. de contract. par. 2. Fallit, quando venit ad coadiuuandos veteres testes, & ad declarandū eorum dicta. Borg. ibid. nu. 42.

Ex causa etiam tertia dilatio ad examinādum potest concedi: Papon. lib. 9. titu. 1. arrest. 25. Et talis causa est arbitraria, præstito iure per partē reqrētē super impedimēto ib. arrest. 29

Testes examinati post didicita testificata, faciunt præsumptionem. Roma. sing. 753.

Post terminum lapsum auditur quis volēs probare, nisi Iudex interlocutus sit terminum fore lapsum, & per consequens illum amplius non esse audiendum. Hippol. sing. 283.

Testes de nouo reperti, vel extra probationis tempus, ac postquam etiam in causa conclusum fuerit, admittuntur, sicuti & instrumenta: sed si pars hoc petens iurauerit, ꝙ de nouo fuerint reperti, & postea contrariū probaretur, corruit examen. Hippol. sing. 297. vide Bero. q. 37.

Probationes, vt post conclusionē in causa fiāt, Superior ex causa iusta concedere potest. Bero. q. 37. Et nulla probatio censetur prohibita, nisi cōstet de ꝓhibitione expressa. ib. nu. 7.

Probatio facta in secunda dilatione data, cā nō cognita, qn̄ valeat, & quid de probatione facta sine dilatione, vide Bar. i l. 1. C. de dilatio.

Exceptio peremptoria potest probari, etiam post publicationem testium actoris, si actor probauerit suam intentionem. gl. in c. de testibus 29. ext. de testib.

In causa appellationis, quæ vertit coram Principe, nō dat̄ dilatio ad ꝓbandū. l. 5. C. de dilat.

Probatio quando incontinenti fieri dicatur, vide Ozas. decisio. 26. nu. 16.

Testibus à longinquis partibus venientibus ad locum iudicij, an expensæ victus tantùm, vel etiam operarū mercedes persolui debeant, vide Ozas. deci. 46. & Capic. deci. 90. nu. 4.

Testes non debent habere salarium, Iudex tamen ex officio facit eis dare sumptus: fallit, si testes essent laboratores, quia tunc debēt habere salarium. Guid. Pap. q 68. nu. 5. & Andre. Gail. obser. 99. lib. 1.

Testium productio sumptibus producendis facienda est, & testes quales expensas habere debeant, vide Gail. ibid.

Sententia probari potest per testes, licèt in se scripturam requirat. Ozas. deci. 53. num. 4.

An cōtra scripturā, quæ de necessitate iuris in aliquo cōtractu requiritur, admittatur probatio per testes, vide Ozas. ibi. nu. 7.

Illa, q̄ tēdūt ad obseruātiā cōtract. pn̄t p testes ꝓbari; secùs si ad resolutionē. Ozas. ib. nu. 15.

Pars ꝓducēs testes, censet̄ illos approbare. Rot. Genu. deci. 136. nu. 4. Ideò tūc nō poterit psonas, vel dicta improbare. ead. Rot. d. dec. 136. Etiā si produxerit in faciētibus pro ipsa tantùm. ead. Rot. decis. 1. num. 6.

Teste ab vna parte producto, potest altera vti: & testē, quem produxi, an postea reprobare possim, & contrà, quem reprobaui, possim producere, vide Boer. decisio. 245.

Producens testiũ dicta à se inductorũ cum protestatione in parte,& pasśibus vtilibus, non dicitur illa approbare, queadmodum approbauit personas.Hier.Mago.decis.46.Luc. nume.32. Tamen attestationes productæ per partem,probant contra ipsammet, licèt pro ducatur cum dicta protestatione.Rot.Genu. decis.1.num.6.

Ille,qui produxit, & præsentauit testes, potest reuocare productionem, ne examinentur contra suam voluntatem. Rot. Auenio. decisio. 116. Tamen producens testes citatos, & iuratos, compellitur ad examinari faciendum, ad instantiam partis aduersæ. Capic. decis.39.& Bart.consi.29.vol.2.

Producens testes,censetur eorum dicta approbare, licèt deponerent de credulitate tantùm.Craue.consi.1.part.2.nu.7.

Testes producens,licèt non posśit improbare personas ipsorum, tamen poterit dicta eorũ impugnare.Nat.cõs.31.nu.4. To.1.& cõs.285.

Testis solus productus ab eo,contra quem fuerat corruptus pecunia, ne testimonium dice ret, si contra corrumpentem deponat, plenè probat.Hippol.sing.112.

Accusationes,& testimonia per scripturas proferri non posse, iure Canonico cautum est. Ozat.decis.128.nu.9. Boer.decis.1 nu.38. Nec testis potest manu propria suam depositionẽ scribere, & Iudici mittere.Hartma.c.19.titu. de testib.lib.1. Testis enim coram Cõmissario voce intelligibili testimonium dicere debet, & se subscribere.Fran.Marc.q.378.

Testis quando admittatur ad corrigendam suã depositionem incontinenti, vel ex interuallo,vide Capic.decis.61.& decis.142.

Testis potest ex interuallo reminisci, & informari,licèt ab initio interrogatus,tacuerit veritatem,& dixerit se nihil scire.Boer.decisio. 108.num.3.

Testis postquam dictum suum perfecit,sponte, & per se,poterit iterum redire incontinenti, & dictum suum corrigere,antequam sit locutus cum parte, sed tunc iterato iurare debet. Hartma.c.24.titu.de testib.lib.1. DD.de Rot. deci.19.aliàs 263.ti.de testib.in nou.vide obs. 58.Senat.Tholo.in decisio.diuerso.fol.264.

Testis examinatus,licèt dictum suum ante processus appertură, & antequam cum parte loquatur,corrigere,& emendare posśit,si tamẽ talis depositio sit acceptata per partem,non poterit amplius reuocari. Hippol. sing.315.

Copia testium examinatorum, quando sit parti danda,vide Capic.decis.74.

Vbi plura copulãtur in libello, vel capitulo circa vnũ effectũ, in quo nõ sunt oĩa de iure necessaria,sufficit vnũ verificari.Capi.deci.140.

Probatio tanti temporis, cuius non extat memoria incontrariũ, qualiter fiat, vide Capic. decisio.193.

Quando adest suspicio contra testes, ne deponant falsum,qualiter debeant interrogari, vide Gram decis.34 nu 41.

Testis deponens super negatiua,tenetur reddere rationem,etiam non interrogatus. Gram. decis.73 nu.29.

Testes posśunt interrogari extra articulos,si iurauerint super tota causa; aliàs secùs.Capel. Thol.q.202 Rot.Genu.decis.9.nume.20.vide Bart. in l.1.§. Diuus.ff.de quęstio. & in §.nulli verò,Authen.de Sanctis.Episc.

Iudex ex officio potest interrogare testem; an sit Catholicus, vel aliàs. vide Rot. Auenio. decis.137.& in decisio.diuerso.

Quæ interrogationes testibus sint faciendæ, vide Rebuff.in constitutio. Reg.Tom.3. tracta. de inquisi.art.23.gloss.1.nu.7.& seqq fol.852.

In 13.casibus testis rationem sui dicti (etiã non interrogatus) reddere tenetur; aliàs nõ probat, de quibus vide per Cassan.in cõsuetud. Burg. titu. *des Iustices & droicts* §. 2. gloss. 9. nume.16.

Quando depositio testis valeat sine interrogatoriis vide Natt.consi 537 nu.13.

Testis si deponat sine interrogatione, nullum erit eius dictum.Barth.de Cap.sing.37.

Testis interrogatus de posśesśione, rectè asśignat rationem sui dicti per hæc verba, dico Titium posśidere,quia vidi eum locare, fructus recolligere, & similia. Barto.in l.2.C.de acquir & retin posśes.

Testis de Vniuersitate deponens in causa Vniuersitatis,si interrogatus, an sentiat commodum,si responderit negatiuè, non erit falsarius.Bar.in l.ex quacunque.ff.si quis in ius vocatus non ierit,in repet.nu.12.

Iudex pro habenda veritate potest interrogare de circunstantiis (etiam remotis) & se fingere velle quòd non vult.Bar.in l.de minore 10.§ plurimum.ff.de quæstio.

Quot testes in quolibet actu requirãtur,in quibus casibus debeant rogari,& de interrogationibus testium,vide Bart.in tract.de pertinentibus ad materiam testium.

Testes posśunt cogi ad testificandum, nisi cogãtur super facto proprio.Fran.Marc.q.132.

Clerici, vel Monachi fugientes depositionem, an posśint per Iudicem laicum cogi, vide Guid.Pap q.65.

Testis sciens veritatem, dicens se non recordari,mortaliter peccat,& falsum cõmittit.Fran. Marc.q.379.

Testes vtroque iure ad perhibẽdũ testimoniũ, pęnalib. mãdatis cõpelli posśunt, sed limita-

vt per Gail.obſer.100.vide Bart. in ſuo tract. de offic.Iudic.fol.170.

Aduocatus ,& Procurator an cogantur teſtificari contra clientes,& partem aduerſam,vide Papon.lib 9.tit.1.arreſt.21.& 32.

An quis cogi poſsit ad teſtificandum contra ſe, vel contra alium, & quid , ſi fuerit factū proclama , vt omnes teneantur aliquid facere, vel deponere ſub pęna,vide D.Sol.in conſtitutio.antiq.Sabaudię glo.ſuper decreto,cùm nullus,titu.vt nemo inuitus , & quid in cauſis criminalibus , vide Menoch. de Arbitra.libr. 2. caſ.487.

Teſtimonium ferre nemo cogitur contra affines.Menoch.ibid.

Teſtes cogi poſſunt ad deponēdum, etiam per viam torturæ, ſed quando id locum habeat, vide Perilluſt.D.P.Teſſa.deciſ.42.

Si quis iuraſſet non deponere pro aliquo, poterit nihilominus cogi,non obſtante iuramentò.Rebuff.in conſtitutio.Reg.tract. de teſtib. art.1.glo.10.Tom.3.

Teſtificari certæ perſonæ inuitæ non compelluntur,quod dictum limitatur , quando veritas aliunde haberi non poſſet,tunc enim cōpelluntur,Ludo.Roma.ſing.398.

Cautela eſt , vt teſtes, qui inuiti deponere non tenentur,dicant ſe deponere volentes, vide Bar.in auth.Presbyteros.C.de Epiſc.& Cleri.

Teſtis quando aliquid extra iudicium dixit,debet illud confirmare in iudicio,aliàs punitur. Bar.in l.27.nu.8.ff.ad leg.Cornel.de falſ.

Qui teſtes poſsint ferre teſtimonium , qui non cogantur,quibus credatur,& cōtrà,vide plenè cau.ſi teſtes 4.q.2.& 3.

Teſtimonium ueritatis deponere vnum quemque teneri iuris eſt.Marc.q.593.part,2.

An in cauſa criminali,vel ciuili quis cogatur ferre teſtimonium, vide Marc.q.776.part.2.

Clerici ſine licentia ſui Prælati teſtificari non debent,tamen ſi de facto depoſuerint, valebit teſtimonium , licèt malè fecerint. idem Marc.quæſt.777.part.2.

Clerici quando vocantur ad teſtificandum , in cuius manibus ſacramentum præſtare teneātur,vide Marc.d.q.777.

In materia publicationis proceſſus, & teſtium, multa quotidiana traduntur per Ioſeph, Ludo.deciſ.Luc.4.

Publicari nō debet proceſſus in cauſis annexis, antequam publicetur in aliis. Ioſep. ibi.nu.5.

Omiſſa publicatione teſtium,an proceſſus reddatur nullus,vide Capel.Thol.q 397.

Publicatio teſtium non eſt de ſubſtātia iudicij. ibid. d.quæſt.397. & Andr. Gail.obſerua.103. & 105. lib. 1. vide tamen Papon.lib.9. titu.4. arreſt.1.& 2.

Teſtibus non publicatis non creditur,tamē publicatio ipſorum non fit in magno Regis Cōcilio,& in Curiis ſupremis Galliæ.Fran.Marc. q. 504. Sed an publicatio teſtium fit neceſſaria,vide Menoch.de Arbitra.q.33.

Aperiens teſtificationes ante publicationem, punitur vt falſarius pęna arbitraria . Caball. milleloq.937.

Effectus publicationis eſt,vt ſuper iiſdem capitulis,vel directò cōtrariis in eadem, vel alia inſtantia , iidem , vel alii teſtes produci nequeāt:fallit,quādo pars adhuc nō habuit copiā,de qua limitatione, & aliis vide p Andr. Gail.obſ.105.& ſupra tit.de deductionib.&c.

De publicatione proceſſus , & teſtium vide per Maran.in ſuo Spec. fol.433.

In cauſis ſummariis non requiritur alia publicatio.Rebuff.in conſtitutio. Reg. tract.de teſtib. gloſ.6.fol.855.

Omiſsio publicationis teſtium , non vitiat ſententiam,maximè ſi à parte non fuerit petita. Rebuff. in dd. conſtitutio. Reg.tracta.de publicatio.atteſtat.

Publicatio atteſtationum eſt neceſſaria in cauſis ſummariis , in quibus proceditur ſine ſtrepitu,& figura iudicij,ſi illā pars petierit;aliàs ſecùs.Matheſ.ſing.38.Sed an publicatio atteſtationum omiſſa,reddat proceſſum nullum, vide ibid.in additio.

Dicta teſtium non publicata coram Iudice,qui eos examinauit, poterunt publicari ab eius ſucceſſore;nō ab alio.Bar.in l.6. C.de re iudi.

Iudex , Notarius , & teſtis reuelātes depoſitionem ante publicationem,tenentur pęna falſi.vide tract.Aegid.de reprobatio.teſti.num. 65.inter tractatus Bar.fol.172.

Teſtes ea, quæ depoſuerunt,partibus reuelare non debent, niſi poſt publicationem.Franc. Marc.q.486.nu.6.& 9.

Teſtis corruptus an fidē faciat, & qualiter probetur corruptela,vide ibid.q.487.

Publicatio teſtium in poſſeſſorio , non nocet in petitorio.DD.de Rota,deciſ.23.aliàs 437.tit. de teſtib. in nouis.

Aduocatus Fiſci , & eius Procurator , non debent eſſe præſentes , quando in cauſis Fiſcalibus examinantur teſtes contra Fiſcum.Beninten.deciſ.60.

Alteri parti an præcipi poſsit, vt productionis, & examinationis teſtiū tēpore illa diſcedat, ne teſtes terreat,aut impediat,ne teſtificentur , & quid in Officiali , vide Franc. Marc. quæſt.515.

Teſtes de domo rei aſſumi non debent. Marc. q.789.part.2.

Licèt teſtis inſtructus fuerit à pducēte de veritate facti,vt melius recordet , & ille dicat ſe

sic instructum, non propterea vitiatur eius dictum, dummodo à veritate non recedat. Iaff. Lanf. Balb. decis. 184 Mysing obser. 75. centu. 3. Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de testib. gloss. 7. vide Hartma. c. 16. titu. de testib. lib. 1.

Ius commune loco instrumenti (etiam in probatione statutaria) quinque testes admittit. Mysing. obser. 5. cent. 1.

Quando contra iuramentum admittatur probatio in contrarium, vide Cabal. millelo. 587.

Contra dicta testium opponi potest, quòd sint falsa, contraria, varia, & non verisimilia. idē milleloq 941.

Testes nō debent citari ad locum iudicij, quando plus expenderetur in eundo, quàm sit valor causæ, sed tunc Iudex debet examen delegare. Bart. in l. 8. C. de ann. & tribut. lib. 10.

Non possunt examinari, nisi decem testes super quolibet articulo. Ioan. Gal. q. 325.

Quando testis deponit se aliter dixisse, quàm scriptū reperitur, statur scripturæ, si Tabellio sit bonæ vocis, & famæ; sin secùs, statur testibus. Papon. lib. 9. titu. 1. arrest. 15. vide Capic. decis. 61. & infra tit. ad leg. Corne. de fals.

Per constitutionem poterit moderari numerus testium, sed quomodo talis constitutio sit intelligenda, & qua ratione fiat, vide eundem, arrest. 18. ibid.

Minor post publicationem testium restituitur ad dandum obiectus, contra ipsos testes. idē Papon. lib. 9. tit. 3. arrest. 2. Licèt aliàs contrarium fuerit iudicatum, vt ibid. testatur.

Quando quis non admittatur ad dandos obiectus contra testem, quem aliàs ipse produxit, vide Papon. lib. 9. tit. 3. arrest 3. Sed an in causa appellationis quis admittatur ad obijciendum contra testes, vide ibid. arrest. 4.

Non possunt dari obiectus contra testes in causis summariis, & incidentibus. Papon. ibid. arrest. 5. & 19.

In præsentatione, & delatione iuramenti, quis debet protestari, vt sibi saluum ius sit dandi obiectus, facto examine. Papon. ibidem arrest. 6.

Quando ille, contra quem sunt examinati testes, asserit se illos non cognoscere, non propter hoc ille, qui illos examinari fecit, tenetur ipsos testes denuo præsentare. idem Papon. ibid. arrest. 8.

Quando obiectus possint dari in genere, & quando specificè sint dādi, vide ibid. arrest. 9. & seqq. & arrest. 13.

Obiectus concernens delictum non admittitur, nisi constito de delicto per sententiam, vel per compositionem. ibid. arrest. 12.

Obiectus cōtra testē, quòd ille fuerit inductus ad testificandum pecunia, est admissibilis, licèt non dicatur, quòd deposuerit falsum; sufficit enim pecunia fuisse corruptū pro ferendo testimonio. ibid. arrest. 14.

Obiectus non debent admitti nisi, illis visis, Iudex pronunciauerit esse pertinentes, & admissibiles. idem Papon. d. lib. 9. tit. 3. arrest. 18.

De repulsa testium, qualiter, & quādo petatur, & de pertinentibus ad illam, vide per Maran. in suo Spec. part. 6. titu. de testium, repulsa fol. 435.

Quando obiectus, qui testibus sunt, probari possint, & de interpretatione nouorum ordinum Ducalium vide per Menoc. de Arbit. lib. 2. cas. 239.

Postquam renunciatum fuerit productioni testium, quis debet protestari, vt sibi saluæ sint exceptiones opponendi, tam contra dicta testium, quàm contra personas illorum, aliàs post publicationem ipsorū; nihil poterit opponere. Bar. in tract. de offic. Iudi. nu. 6.

Quas qualitates testes habere debeant, vide Raud. tract. de Analog. cap. 30. nu. 141. vbi scribit 72. qualitates ipsorum.

Testis nimis animosus redditur suspectus. Cra. consi. 2. num. 6.

Testes debent deponere super facto, & non iudicare. Craue. consi. 6 nu. 123. & plenius, cons. 41. Aliàs dicuntur suspecti. ibid. & Rot. Genu. decis. 1. num. 11.

Testium defectus suppletur ex numero, & qualitate aliorum testium. Natt. consi. 166. Tom. 1. nume. 10.

Assertio Iudicis factum partium non probat. Crauet. consi. 265. nume. 3. vide Menoch. de Arbitra. quæst. 76.

De ordine examinandi testes, & de eorum depositionibs vide per Maran. in suo Spec. par. 6. de testium productione, titu. si autem producantur testes fol. 392.

Notario attestanti aliquid à se scriptum creditur: idem in nuntio publico de gestis à se ipso. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 99. vide & cas. 112.

Attestationes sermone patrio scribi debēt. Rebuff. in constitut. Reg. To. 2. tract. vt contract. testament. sentent. gloss. 2. num. 6. Et testes debēt deponere lingua materna vulgari. idē Tom. 3. tract. de inquisi. art. 3. num. 22.

Testes audiuntur, appellatione non obstante. idem ibid. art. 15. fol. 848.

Attestationes clausæ mittendæ sunt, licèt non vitiarentur testificata non clausa, si mitterentur per nuntium fidelem: & si pars aperiret attestationes clausas deberet puniri, & non posset postea illas impugnare. Rebu. ibi. art. 18. fol. 850. Debent etiam attestationes esse partibus secretæ. ibid. Rebuff. nu. 16.

Non

Non est licitum testes subornare, & illos à veritate deuiare, alioqui ea pœna punitur subornans, qua tenetur is, qui falsum deponit. Rebuff tract. de testib. art. 1. gl. 7. nu. fi. fol. 856.

Quando præfigitur numerus testium, supra numerum examinati nō probant, licèt alij probent, quia vtile per inutile non vitiatur in diuiduis. Rebuff ibid. glo. 9.

Si pars minetur testibus, ne illi deponant, malā præsumitur habere causā. Rebuff. ib. gl. 10. n. 3

Examinatio testis potest fieri die feriata, sed non receptio iuramenti, debet tamen secretè fieri: & Commissarius tenetur extensè describere dictum testis, & non per relationem ad alium hoc modo, deposuit vti primus, nā hoc prohibitum est. Rebuff. d. tract. de testib. gl. 10. fol. 857. vide Guid. Pap. sing. 84.

Testi potest dari pecunia, vt veritatem deponat. Dec. consi. 189. num. 12. Tamen recipiēs pecuniam, etiam ob dicendum testimonium verum, incidit in pœnā falsi. Hippo. sing. 353.

Testis per verba facti; non autem iuris, deponere debent. Dec. cons. 529. nu. 2. & Bar. q 14.

Testis debet dicere pro vtraque parte, nisi sup certo articulo sit receptus. Gui. Pap. sing. 681.

Si aduersarius meus impediat testem testificari, quid iuris, vide Pet. de Raue. sing. 960.

Productioni testium, vel instrumentorum quis in iudicio potest renunciare: sed pactum, q contra instrumentum non possit probari, nisi per aliud instrumentum, non valet. Bar. in in authen. iubemus. C. de iudi.

Testis interrogatus de cōditione suæ personę, si dicat contra se, hoc est aliquid, quod illum repellat, statur dicto; sed si dicat pro se, non statur. Bar. in authen. si testis. C. de testib.

De practica interrogandi partem, an velit vti testibus, & de effectu dictæ interrogationis vide per Bar. in l. 8. C. ad leg. Cornel. de fals.

Solutio collectatum non potest probari per testes. Bar. in l. 1. C. de apoch. publ. lib. 10.

Probatio contra instrumentum in scriptis, licèt non admittatur contra præsumptionem, quę resultat ex instrumento; non tamen ex ipso comprehenditur. Bar. in l. 3. C. de apoch. pub. libr. 10.

Testis an interrogetur de die, vide Bar. in l. 17. ff. ad Syllania.

Testes, qui examinantur sine tortura, examinātur limitatè super articulis. Bart. in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæstio.

Si testes non cognoscant illum, de cuius facto deponunt, debet ille eis exhiberi, vt eum cognoscant. vide Bart. in Authen. de hæred. & Falcid. §. hic vobis, nu. 13.

Testibus examinatis per Iudicem ex officio sup accusatione, an pstet fides, vide Bar. q. 14.

Nominatio, & productio testiū, spectat ad partem. Bar. q. 14. nu. 2.

Probatio, quando, & quo ordine fiat in iudicio, vide per Bar. in tract. de ordine iudic. nu. 15.

Ad seriem gestorum, testis de suo nihil addere debet. c. pura. 3. q. 9.

Dominium potest probari per testes, vel instrumenta, & regulariter non minus probant testes, quàm instrumenta. l. 10. & 19. C. de rei vēdic. vide l. 15. C. de fide instrumen.

Propter exceptionem, quæ obijcitur in personam testis, non differtur receptio ipsius, nisi pro opponēte sit de iure præsumptio, vel talis aperta probatio, quæ testimonium etiam latum prorsus euacuaret. authen. si testis. C. de testib. vide Papō. lib. 9. ti. 3. arrest. 17. & 20.

Quando debitum est contractū in scriptis, eius solutio probanda est per scripturā, vel quinque testes, qui deponant quomodo fuerunt præsentes solutioni, sed scriptura perdita casu, illo probato, duo testes de numeratione deponentes, sufficiunt. l. testium 14. C. de testib. Quod procedit, si summa excedat 50. aureos. glos. ibid.

Perditio instrumenti non nocet, si potest fieri probatio per testes, vel alios modos legitimos. l. 1. C. de fid. inst. & l. 7. C. de pscr. lōg. tēp.

Deducens certam speciem contractus in iudicio, dēt illā probare, si ea negeť. l. 2. C. cōmod.

Si mulier confiteať aliquid recepisse causa intercessionis in instrō publico, statur eius cōfessioni, nec admittitur pbatio in cōtrariū, quia extat contra ipsam pręsumptio iuris, & de iure. l. antiquę. C. ad Velleianum.

Qñ quis admittatur ad contrarium probādum contra publicum instrumentum, vide gl. pe. in l. 3. C. de non nume. pec.

Testibus, & non testimoniis credēdum est, hoc est testibus iuratis. c. 8. ex. de cohabi. Cleric.

Minor restituitur, vt omissam allegationē, seu pbationē iterū inducat. l. 37. ff. de min. 25. an.

Mortuum esse aliquem quo probetur, vide glo. in l. 5. C. soluto matrimonio, in verbo, finita.

Confessio tutoris ext. inuentarium non præiudicat veritati, sed confessio facta per inuentarium adeò præiudicat, quòd nō possit cōtra probari. l. fi. C. arbitr. tutel.

De probationibus in genere.

TEstimonium ferre munus publicum esse dicitur. Ozas. decis. 46. nu. 4.

Probatio est ostensio rei dubiæ per argumēta, faciens fidē, & ex duobus insurgit, nempe ex iuramēto, & depositione; iuramenrum enim dat robur depositioni. Aegid. Bellam. concl. 714.

Legitima probatio requirit saltem duos testes, qui sint omni exceptione maiores. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des Iustices*. §. 7. glo. 5. nu. 7. Et sufficiunt in illa, nã in ore duorum, vel trium stat omne verbũ. Deutero. c. 17. Math. cap. 18. cap. in omni negotio, ex. de testib. c. relatum, de testamen. c. 1. 2. q. 5. & Ozas. decis. 53. Ideò probatio per duos testes concludit. Rot. Genu. decis. 195. Gram. decis. 73. num. 8. & 9. cap. inter 11. ex. de excess. Prælat. cap. si testes. §. item 4. q. 2. Et quando patiuntur aliquem defectũ in persona, vel dicto, additur tertius pro supplemento probationis. Rot. Genuen. decisio. 206. Quia testis inhabilis per dictum alterius habilis, validatur, idem Ozas. decis. 99. nu. 41. vide Rot. Genu. decisio. 42. & Rol. consi. 98. vol. 4. vbi de requisitis ad hoc, vt suppleatur.

Quando numerus testiũ suppleat ipsorum defectum, vide Rot. Genu. decis. 42. Quod non procedit in causa criminali, vel ciuili ardua. Hippol. sing. 477. Et ad hoc, vt testis suppleat alterius defectũ, debet esse omni exceptione maior. Craue. consi. 6. nũ. 125.

Præsumptiones, & indicia etiam corroborant dicta testium nõ idoneorũ. Rot. Genu. decis. 195. De septuaginta duabus qualitatibus testium vide per Raud. tracta. de Analog. cap. 30. num. 142.

Probationum fides multum debilitatur, quando agitur contra personam grauem; & contrà, leuiores sufficiunt, quando agitur contra personam vilẽ. Crauet. consi. 73. num. 22. & consi. 75.

Probatio, quæ sit sufficiens quæ euidens, quæ liquida, & quæ liquidissima, vide Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des Iustices* §. 7. glo. 5.

Testes duo amici, qui propter amicitiam non faciunt integram fidem, vbi duo requirũtur, si sunt tres, suppletur per illum tertium (etiã si sit amicus) defectus amicitiæ omnium triũ. Fel. consi. 36. nu. 11.

Testi non deponenti verisimilia non creditur. Ozas. decis. 72. nu. 8. Rot Genu. decis. 24. num. 13. & decis. 106. Gram. decis. 28. & 103. nu. 20. & vot. 14. nu. 8. Quia non verisimile non multũ distat à falsitate. Rot. Genu. decis. 58. num. 9. Imò est quædam falsitatis imago, idẽ Gram. decis. 28. & vot. 14 nu. 11.

Testis non deponens verisimilia, non est omni exceptione maior. Put. deci. 380. lib. 3. Et redditur suspectus de falso. Vera. decis. 276. par. 3. num. 6. Craue. consi. 94. nu. 4. consi. 115. nu. 12. & consi. 281. num. 6.

Verisimilitudo est magnæ importantiæ, & effectus circa materiã probationis. Hippol. sing. 393. Ideò testibus etiam minus dignis Iudex debet adhibere fidem, quando verisimilia deponunt. Ioseph. Ludo. decis. 3. Luc. num. 31. & Hippol. sing. 343.

Efficatior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud, quod non est verisimile. c. quia verisimile 10. ex. de præsumptio.

Ad probandam ingratitudinem delicti cõmissi per Vasallum in Dominum, quinque testes requiruntur. c. 1. tit. quot testes sint necessa. ad proband. feud. ingra. in vsib. feud.

Testis aliàs idoneus examinatus extra tẽpus, non facit fidem: idem, si pars non fuerit monita. Rot. Genu. decis. 3. nu. 18.

Testibus deponentibus per eundem præmeditatum sermonem non creditur. Rot. Genuen. decis. 106. Ozas. decis. 128. nu. 10. Quia præsumuntur subornati. Guid. Pap. sing. 922. vide Fran. Marc. q. 896. & seqq. Fallit in testibus bonæ famæ, qui, etiam si deponant per eundem præmeditatum sermonẽ, fidem faciũt. Marc. q. 897. nu. 17. & q. 898.

Debito probato, an super quantitate stetur iuramẽto creditoris, vide Ozas. decis. 96. & infra tit. de iurament. supplet.

Probatio per iuramentum admittitur in 38. casibus traditis per Cassan. in consuetud. Burg. tit *des Iustices*. §. 5. glo. 13. nu. 176.

Testes in dubio cõtestes esse præsumũtur. Oza. deci 99. nu. 28. Si cõgrua interpretatione hoc fieri potest, licèt in contestes se non nominent. Craue. consi. 78. nu. 9.

Testis deponens se non recordari, non per hoc inualidat propriam depositionem. Ozas. decis. 99. num. 42.

Testes deponentes per verba credulitatis, referentes se ad iudicium proprium, non concludunt, neque probãt. Ozas. decis. 122. Hippo. sing. 19. limita, vt ibid. & sing. 183. Quia de rebus sensatis, non de coniectura animi deponere debent Ias. de actio. in §. sed istæ, nu. 118. vide & nu. 134.

Valet dictum testis deponẽtis de credulitate, si interrogatus reddat bonam rationem sciẽtiæ sui dicti à sensu aliquo, quia ratio dicti illud regulat. Iass. Lanf. Balb. decis. 7. vide Bart. in l. 1. ff. de vent. inspic. & Abb. cõsi. 105. par. 1.

Testis dictum per verbum uidetur, quando ualeat, uide Barto. in l. 25. §. Arbit. ff. de recept. Arbitr. & in l. 1. de uent. inspicien.

Testis, qui assertiuè deponit super facto, licèt quo ad quædam alia deponat per uerbum, credit, nihilominus probat. Barto. in consi. 111. uolum. 1.

Testis deponens iudicando; & secundum eius iudicium non probat; quia eo casu non dicitur uti testis deponere. Gram. decis. 73. num. 28. & decis. 103. nu. 21. Nam testes super facto depo-

deponere debent, & non iudicare, quod est Iudicis. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 28. nu. 6.

Testis debet deponere per alterũ ex sensibus corporis; & non iudicio intellectus. Bart. in l. de ætate 44. ff. de mino. 25. ann. num. 8. vide eundẽ in l. 1. ff. de his, quæ in testam. delent.

Testis deponens per verba iuris, puta, quia Titius stipulatus est, non probat. Bar. in l. 30. nu. 6. ff. de verbo. oblig. Quia debet deponere super facto, & non super iure. idem Bart. consi. 113. vol. 1. nu. fin.

Probatio generalis veluti incerta, & dubia non concludit. Crauet. in quodam consi. impresso post decis. 122. Pedem. nu. 13.

Testium dubia depositio contra producentem est interpretanda. Afflic. decis. 120. Rot. Gen. decis. 42. DD. de Rota, deci. 6. alias 695. de testib. & attesta. in antiq. Etiam in materia fauorabili. Dec. cõs. 524. nu. 9. vide Hippol. sing. 267. Mathes. sing 102. Ideò probatio dubia nõ releuat probantem. eadem Rot. Genu. decis. 3. nu. 8. Vera. decis. 11. part. 1. nu. 6. c. per tuas 6. ex. de conditio. apposit. Nec ipsam dubiam depositionem interpretatur producens ad suam intentionẽ iustificandam. Iaff. decis. 53.

Testis obscurè deponens, potest officio Iudicis repeti. Capic. decis. 61. nu. 4. & Bar. in l. 28. §. à fideiussore, num. 8. ff. de iureiur.

Dubia probatio potest certificari per communem vsum loquendi. Raud. tract. de Analog. cap. 24. nu. 28. & Bart. in l. 2. ff. de duobus reis.

Probatio per possibile non concludit, quia debet concludere per necesse. Mohed. decisio. 193. Raud. de Analog. cap 24. nu. 36. & Guid. Pap. sing. 222. Fallit in his, quæ sunt difficilis probationis, sed quę sint huiusmodi, vide eũdem Raud. ibid. nu. 62. & 65. Et de aliis limitationibus vide per Hippol. sing. 494.

Testis non concludit, cùm dicta per eum possunt esse, & non esse. Vera. decis. 275. seu 12. part. 3. num. 4 Raud. de Analog. c. 24. nu. 22. & 30. facit l. 4. C. vnde legit.

Aequiuocum non probat, nam quod multipliciter intelligi potest, eius veritas ignoratur, scribuntur exempla per Raud. de Analog. c. 31. limita, vt ibid. nu. 64. & seqq.

In testibus indefinita non æquipollet vniuersali: ideò testes dicentes Titium possedisse talem fundũ, si non deponãt de toto, non probant cõcludenter. Gram. vot. 26. vide Raud. de Analog. c. 30. nu. 141. & Hippol. sing. 171.

Testis dicens, nisi fallor, probat, si eius dictum sit clarum, saltem in ratione. Iaff. decis. 10.

Testis dicitur suspectus, quando dicit se non recordari de omnibus, quæ eodem contextu gesta sunt; sed de aliquibus tantùm. Crauet. consi. 134. nu. 13.

Testis, qui per dictionem, vel circa, deponit, nõ probat concludenter, veluti si dicat aliquem possedisse per decẽ annos, vel circa, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 46.

Dictio, & plus, quid significet, cùm testis inquit Caium possedisse per decennium, vel plus, vide ibid. cas. 47.

Quomodo interpretetur dictum testis, qui deposuit hoc modo, oẽs dicũt, vide Bal. fin. 144.

Testium probatio in arbitrio Iudicis posita est. Ozas. decis. 128. nume. 11. Rot. Genu. decis. 36. Gram. decis. 34. nu. 47. & decis. 92. nu. 25. Iose. Ludo. decis. Luc. 3. Boe. decis. 101. nu. 8. & Dec. cons. 94. Ideò si Iudex viderit testibus examinatis (etiam clarè deponentibus in fauorem alicuius) non esse fidem adhibendam, poterit illam non adhibere, si ex causa hoc fecerit. Gram. decis. 34. nu. 46. & decis. 92. num. 24. Debet tamen addere causam, quare fidem non adhibuerit, aliàs teneretur in syndicatu. idem Gram. vot. 14. & Hippol. sing. 114. Quod procedit, licèt pars hoc non opposuerit. Ios. Ludo. decis. Luc. 3. nu. 26.

Probationes omnes sunt arbitrariæ Iudicis; arbitrium tamen illius debet esse iuri consonũ. Rot. Genu. decis. 128.

Quando probationes in Iudicis arbitrio positæ sint, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 90.

Testis productus, & examinatus in vna causa, si in alia causa super eodẽ articulo examinetur, & deponat, dico prout dixi in alia causa, an valeat depositio, relinquitur Iudicis arbitrio. Bart. in l. eos, qui 27. ff. ad leg. Cornel. de fals. nu. 6.

Probatio non est de iudicij substantia. Afflict. decisio. 47.

Confessio solutionis est probãda per testes rogatos, in obligatione in scriptis redacta; sed qñ iudicetur huiusmodi, vide Affli. decis. 105.

Testes deponentes de litera, & literatura alterius ex eo, quòd dicunt habere notam eius manum, an probent, vide Afflic. decisio. 181. & Rot. Genu. decis. 1.

Virgininitas de præterito, qualiter probetur, vide Afflic. decis. 236.

Testes discordantes in summa, an saltem probent de minori, & quando concordentur, vide Afflic. decis. 240. nu. 4. Rot. Genu. decis. 53. & decis. 196. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 151. Quod probent saltem in minori summa, & non vltrà, scribit Mago. decis. 65. Luc.

Contrarietas in teste quando attendatur: & testes discordantes ad concordiam uerisimilẽ reducunt. Bar. in l. scripturæ 14. C. de fid. instr.

Plus est defectus non expressionis loci, quàm temporis: quia tempus de facili exit à memoria, quod nõ est in loco: ideò licèt testis dicat

se non

se non recordari de tempore,probat;secùs si de loco.Afflic.decis.375.nu.9.

Testis, qui eadem depositione deponit varia, vel contraria , non probat. Capic.decis.142. nu.7.limita,vt ibid.vide Rot. Genu. decis.12. Marc.q.486.part.1.& q.305.part.2. Put. decis. 375.lib.3 Gram.vot.31.nu.19. Mysing. obser. 86.cent.2.Hippol.sing. 103.cap. cùm Ecclesia 3. ex. de caus.posses. & proprie. & Feli.consi. 50.num.8.

Testi titubanti non creditur.Aegi.cólu.47.nu.3.

Testis,qui varia,& contraria dixit, non probat, si in substantia negotij hoc fecerit, & absque animo se corrigendi. Menoch. de Arbitr.lib. 2.cas.108.Aliàs variatio,quæ non est circa negotium principale , non præiudicat. Marc.q. 897.nu.7.& Hippol. sing.618. Nisi testis esset suspectus.Hippol.d.sing.618.

Testi varianti, & contrarianti sibimet in depositione sua,non creditur,quamuis contrarietas sit in accessoriis,si super tota causa iuratū sit.Put.decis.28.lib.2.

Si testis in sua depositione sibi sit cōtrarius, nō valet eius depositio ; secùs si testes inter se contrarientur.Guid.Pap.sing.873.

Testes sufficit concordari in eo , quod consistit in substantia negotij principalis,dato , ꝙ in cæteris discordent : nam non ex hoc censent varij,nec reprobantur, imò eo casu videntur testes melius deponere.Gram.deci.43.& decis.103.nu.143. Fran. Marc.q.486.nu.30. Rot. Genu.dec.3.nu.24.& deci.60.Vera.deci.270. seu 7.part.3.Dec.conf.163. Pet.de Raue.sing. 965.vide Hippol.sing.618.Sufficit enim,vt testis dictum concludat à communiter accidentibus.idem Vera. d.decis.270.

Quando respectu àctus,de quo agitur,locus , & tempus non sunt de substantia probationis, diuersitas loci , & temporis inter testes non nocet , neque vitiat. Guid.Pap.quæst.544.& Aegid.Bellam.conclu.391.

Testes discordantes in tempore super actu non reiterabili , non probant ; secùs si super actū reiterabili.Capel.Thol.q.11.

Reus an sit absoluendus , si in libello exprimat dies certus , testibus de alio die deponentibus,vide ibid.d.q.11.in additio.

Variatio,quæ fit per errorem, non vitiat.Crau. consi.65.num.10.

Dicta testium non sunt cauilanda,sed adiuuanda,& debent impropriari , vt ad cōcordiam reducātur , modica quoque contrarietas nō vitiat.Rot.Genu.decis.3.num.24. & Bart.in l. 11.§. item si.ff.de iureiur.

Quando agitur,vt dicta testium reducantur ad concordiam, debent distingui tēpora. Vera. decis.270.seu 7.part.3.

Testibus deponētibus variè circa qualitatem, de qua sit iudicandum , vide Rot. Genu. decisio.53.num.3.

Testis si scienter adderet aliquam falsitatem dicto suo, dummodo illa non tangat substantiā negotij principalis , super quo deposuit, non ob id vitiatur eius depositio super negotio principali facta.Gram.deci.43.nu.3.Nam falsitas non tangens negotiū principale,non facit , quòd dicta testium reprobentur. ibid. nu.fi.& decis.103.nu.144.Dec.cōsi 163. nu.10.

Testes licèt sint discordes etiam in facto principali (in quo cōsistit substantia negotij) dūmodo in modico solùm contradicant, nō ex hoc cēsentur varij, nec falsi, & propterea nō reprobantur.Gram.d.decis.43.nu.6.

Testis varia,aut contraria deponens, an in falsum incidat,vide Fran.Marc.q.486.

Quomodo cōcilientur testes,si nonnulli deponant aliquid factū ante nuptias,vel ante bellum,& alij,post nuptias,& post bellum , vide Raud.de Analog.cap.15.nu.181.Et de interpretatione huius dictionis , post , in materia probationū,vide Perillust. D.P.Tess.decis.30.

Testem in dicti parte veracem , ac in parte falsum , & mendacem , in totum falsum censeri iura volunt, sed quomodo dictum intelligatur,vide Hippol.sing.76.& Bart.cōs.88. vol.1.

Testes possunt quodammodo variare ex tractu temporis:memoria enim hominum est labilis;& non diuturna.Gram.decis.60.nu 9.

Principalis si vnum dicat , & testes contrarium deponant,statur dicto principalis; & non testium.Gram.decis.103. nu.61. & Craue. cons. 171.nume.10.

Notario,aut teste dicente in mortis articulo se dixisse falsitatē,non præiudicatur parti.Fran. Marc.q.585.nu.10 part.1.& q.640.part.2.vide Bart.in l.3.§.si quis.ff.ad Senatusconsul.Sylla. Idem in Iudice dicente tulisse sententiā per pecuniam.Bart.ibid.

Testis deponens , quòd in actu duo erant præsentes,si postea interrogatus de præsentibus responderit,quòd nemo aderat,intelligi debet,præter illos duos iam dictos.Vera.decis. 270.seu 7.par.3.num.8.Et sic probat. Hippol. sing. 571.

Si testis interrogatus de aliquo actu , dicat se interfuisse illi actui, & Titius simul interfuit, probat, licet Titius postea deposuerit se nihil scire.Guid.Pap.sing.895.& Hipp.sing.408.

Falsitas in teste,quando noceat producenti,vide Barto. in l. si ex falsis 42. C. de transactio. nume.fina.

Dictum testis impropriè loquentis , debet coadiuuari,vt non incidat in falsum.Bart.in l.1. num.18.C.de vsufruct.& habit.

Testes

Testes quando concordant in communi æstimatione, licèt quilibet de sua deponat, probant: & de remedio probandi rei æstimationem vide per Bart. in l. 2. C. de rescind vēdit.

Dictum testis semper debet redigi ad sensum congruū, licèt incongruè ipse deponat. in additio. ad Bar. in l. vnic. C. de naut. tybe. lib. 11.

Verba generalia, seu indefinita testium, sunt intelligenda, ne contradicant dictis cæterorū testium. Bart. in l. solent. §. non verò. ff. de offic. Proconsul.

Testes deponentes, vnus in domo, & alius iuxta domum, non sunt contrarij; sed reducuntur ad memoriā. Bart. in l. Gallus. § ille casus. ff. de liber. & posthum.

Testes non sunt contrarij, si vnus dicat ante calendas, & alter in die calendarum. Bart. in l. qui ante 13. ff. de verbo. oblig.

Quando testis variat in dictis, an stetur primo, vel secundo, & quę testimonia falsa dicantur, quæ varia, & quæ diuersa, vide Bar. in l. eos, qui 27 ff. ad leg. Cornel. de fals.

Diuersitas inter vnum testem, & alium reducitur ad concordiam; secùs vnius, & eiusdem. Bar. in d. l. 27. nu. fin. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Si testes eiusdem partis, vel ambarum sint contrarij, quid iuris, vide gl. in c. testes. 4. q. 2. & 3.

Si testis vnus deponat de vno vulnere, alter de pluribus, non sunt contrarij, sed reducuntur ad concordiam: tamen testes in non reiterabilibus, non reducuntur. Barto in consi. 117. num. fin. vol. 1.

Testis si dicat numeratam fuisse alicui pecuniā, & alius dicat numeratam fuisse vxori, eo præsente, huiusmodi testes probant. Bart. consi. 18. volum. 1.

Testes debent concordari, & cōcordantur per possibilem multiplicationem actuum. Felin. consi. 36. num. fin.

De probatione scripturæ perditæ vide per Afflic. decis. 274. & 330. vel actorum. Boer. deci. 13. Fran. Marc. q. 213. Bar. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. nu. 6. & 20. in l. ne in Arbitris. C. de recept. Arbit. & in l. 5. C. de fid. instrumē.

Peritia magna requiritur in teste deponēte de scriptura perdita, & de illa deponens tria debet testificari. Afflic. decis. 302. nu 6. Bar. in d. l. 5. C. de fid. instrument. Aliàs non probat. vide Bart. in l. scripturas 11. C. qui potiores, & in l. 2. ff. si cert. pet. nu. 27.

Contenta in instrumento perdito possunt probari per testes qui illud perlegerāt, si deponant de tenore, & quòd erat sine vitio, vide Barto. in l. 2. §. Diuus. ff. de iure Fisci, & ibid. in additio.

Qui allegat instrumentum casu perditum, debet probare, & nisi probet casum, ei non patrocinatur allegatio ipsius: saluum tamen remanet ius probandi per alias legitimas probationes. l. sicut 5. C. de fid. instrum.

Probatis extremis, intelliguntur probata media. Rot. Genu. decis. 97. nu. 12. Et præsumuntur. Aegi. conclus. 421.

Seruo etiam creditur, si ille deponat de facto proprio. Afflic. decis. 369. nu. 7.

Testis deponens de facto gesto à seipso, an faciat fidem, vide Pet. Beninten. decis. 63. Rot. Genu. decis. 192. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 99. & Bart. in consi. 18. vol. 2.

Tali testi non creditur, si ex ipso facto laus, vel vituperamen illius resultet. ead. Rot. Genu. decis. 3. num. 14.

Testes deponentes, quòd Titius possedit semper, & continuè post mortem Sempronij, & in veritate possederit Seius immediatè post mortē, licèt ipse Titius successiuè possederit, quomodo saluentur, vide Capic. decis. 37.

Testes deponētes, quòd Titius possederit semper, continuè, vel quotidiè non vitiantur, posito quòd per aliquod interuallum Titius nō possederit. Capic. d. decis. 37. nu. fin. Sed possessio continuata, quæ dicatur, vide Bart. in l. 1 nu. 23. ff. soluto matrimonio.

Testes deponentes vidisse tales possedisse nomine Communitatis, non probant, non constito de mandato Cōmunitatis. Borg. Caual. decis. 18. nu. 13. de iudi.

Quando simpliciter probatur bona fuisse possessa per aliquos, veluti per maritum, & vxorem intelligitur, ꝙ illi possederint pro dimidia, sublata præsumptione l. quintus. ff. de donatio. int. vir. & vxo. Craue. consi. 61.

Testis deponens aliquem possedisse fundum vltimis sex mensibus anni, non probat de toto anno. Bart. sing. 8. Contrarium tamen scribit idem Bart. in l. 3. §. possideri. ff. de acq. pos.

Testis deponens super articulo possessionis, si deponat etiā de proprietate, an valeat eius dictū, vide Bar. in l. 3. C. qui legitimā personā.

Tradita possessio an possit probari per instrumentū, vide Bart. in l. 2. C. de acqui. & ret. pos.

In materia præscriptionis qualiter probetꝰ possessio, vide Bar. in l. 9. C. de long. tēp. pręscrip.

Testis, q deponit hoc modo, vidi semper possidere Titium per decem annos, intelligitur, ꝙ vidit eum semper posse possidere. Bar. in l. 1. ff. de aqu. quoti. & æstiu.

Testis deponens super articulo, quod Titius tenuit, & possedit, & interrogatus, quomodo sciat, responderit, ꝙ tenuit, & possedit tanto tempore, probat. Bar. in l. stipulatio. 38. §. hęc quoque. ff. de verbo. oblig.

Testis si vnus deponat, quòd Titius possedit, & alius, quòd Seius possidet, intelligūtur, quòd quili-

quilibet vidit de facto possidere. Barto. ibid.

Vacua possessionis traditio, potest probari testibus, & instrumentis. l. non idcirco 12. C. de fid. instrumen.

Ad probandum quem esse hæredem defuncti, nõ sufficit probare, q̃ possideat bona hęreditaria ipsius defuncti. l. nõ hoc 4. C. vnde legit.

Testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt. Capic. decis. 142.

Præsentia includit actus intelligẽtiam: ideò Notarius non debet dicere rem gestam, præsente tali, nisi sit vulgarizata. Capic. deci. 192. Et testis deponens de præsentia, includit intelligentiam. Marc. q. 327. & Bart. in l. 1. §. tutor. ff. de aucto. & consen. tuto.

Officialis, qui vacat in multitudine agendorũ, potest de facili obliuisci. Gram. deci. 60. nu. 8.

Testes deponentes extra articulum, super quo producti sunt, non probant. Gram. decis. 103. num. 80. Nisi iurassent deponere super tota causa. Rot. Genu. decisio. 9. nume. pen. Aegi. Bellam. conclusio. 457. & Barto. in l. 13. §. item. num. 8. ff. de iureiuran.

Testium dicta deponentiũ sine redditione causæ scientiæ, non probant. Gram. decis. 103. nu. 81. Rot. Genu. decis. 12. glos. in verbo rationibus, in c. 5. ex. de rescript. Contrarium tamen scribit Aegid. decis. 64.

Testis deponens articulũ esse verum, probat, si scientiæ causam reddat. Marc. q. 898. num. fin.

Ratio dicti testis trahit, & regulat ipsum dictũ, ipsumq; destruit, si dicto non congruit, cùm tota vis testis stet in ratione. Iaff. Lanf. Balb. decis. 404.

Testis rationem, & causam scientiæ diuersam à dicto suo assignare debet; aliàs non probat. Maran. in suo Spec. de ordin. iudi. part. 2. nu. 7. tit. de iudi. diffin. Bar. in l. 3. ff. de offic. Procur. Cęsa. & in l. ꝗ interrogatus 12. ff. de peti. hęre.

Testis ratio, q̃a sum vicinus, vel cõsanguineus, concludit. Bart. in authen. ingressi. nu. 68. C. de Sacrosanct. Ecclesi.

Testis quando teneatur reddere rationem sui dicti, & debeat deponere ꝑ alterũ ex quinq; sensib. corporis, vide Bar. in l. solã 3. C. de test.

Testis deponens super publica voce, & fama, si dicat se scire, quia sic dicebatur, non probat. Bar. in l. 2. C. ad Senatuscons. Macedonia.

Testis, qui deposuit scio, quia tetigi manibus, licèt deponat super re incorporali, probat, quia eius dictũ refert ad sensum congruũ illius rei. Bar. in l. 2. C. de peric. nominat. lib. 11.

Licèt testis non reddat causam sui dicti, nihilominus probat, vbi non est interrogatus. cap. sicut 16. ex. de senten. & re iudic.

Testis non redderet sufficientem causam, si diceret, rem tantum valere, quia ipse tantum daret, sed debet dicere, quia tantum solet vẽdi communiter. Bar. in l. filiusfa. 117. §. si quid alicui, de leg. 1.

Licèt testis dicat se nescire diem, vel horam, nihilominus facit fidem, & illi creditur. Bart. in tract. testi. fol. 170.

Testis, qui primò deposuit, & postea iurat, non probat. Boer. decis. 259.

Probationes in criminalibus exactissimę requiruntur. Boer. ibid.

Furor qualiter probetur, vide Iosep. Ludo. decis. Luc. 22. De probatione furoris, & fatuitatis vide per Maran. ad l. is potest. ff. de acqui. hæred. in libro sui Spec.

Alimenta præstita alicui, vel expẽsæ, quomodo probentur, vide Ioseph. Ludo. decis. Luc. 42.

Si testis deponat de iure, & de facto, licèt depositio de iure non valeat, tamen depositio de facto valet. Aegid. Bellam. conclus. 47.

Qualitas rei si in libello non describatur, nec fuerit contrà obiectum, si ex probationibus res fuerit specificata, sufficit ad hoc, vt sentẽtia feratur ꝑ actore. Capel. Tho. q. 201. & 202.

Testis aliquid de nocte factum deponens, addere debet lucis qualitatem; aliàs non probat. vide Rot. Genu. decis. 3. nu. 23. circa finẽ, & nu. 25. Gram. vot. 21.

Testis deponens super qualitate animi, debet testificari per actus exteriores, quos vidit. Bar. in l. 12. §. Diuus. ff. de tut. & cur. dat. ab his.

Quis non debet admitti vt talis, nisi prius probet se talem. l. 9. C. de his, qui accusa. no. poss.

Signa vitæ posthumi, seu partus cęsi ob vtero matris, vel abortiui, quomodo probẽtur, & ꝑ quos, vide Fran. Marc. q. 168. part. 2.

Filiationis legitimæ, vel illegitimæ probandi modus, (in quo mulieris dicto nõ statur) scribitur per Marc. q. 457. part. 2.

Filiatio, & quasi possessio ipsius, ex quibus probentur, vide Put. decis. 518. De hac probatione vide Mago. deci. Luc. 86. Andr. Gail. obser. 97. lib. 2. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 89. Dec. consi. 54. & 272. Rol. consi. 11. vol. 3. Bero. q. 90. & Bart. in l. 1. C. quor. legat.

Filia probatur legitima, si probetur ipsam natã ex legitimo matrimonio, sed vbi debeat hoc probari, vide Bart. in l. Titia 35. ff. solu. matri.

Testes debent deponere pro vtraq; parte. DD. de Rot. decis. 3. de exceptio. in antiquio.

Conscientiæ alterius, vbi aliquid relinquitur, non admittitur contrarium probare volens. DD. de Rota, decis. 61. aliàs 610. de rescript. in antiq.

Testis deponere dicitur animosè, quãdo probat omnes articulos partis, etiam de præsentia. Vera. decis. 276. seu 13. part. 3.

Testis impugnãs instrumentũ debet esse omnĩ exce-

exceptione maior: tamen si ex descriptis in instrumēto sit. facit vacillare fidē instrumēti. Vera.decis.279.seu 16.part.3.

Error Notarij,quomodo probetur, vide Bar.in l.errore 7.C.de testamen.

Venditio,& pretij solutio, probari possunt per testes.Bart.in l.3.C.de fide instrumen.& iure hast.Fisca.lib.10.

Sentētia potest probari per testes, licèt nō deponant de causis,quæ solent Iudicem mouere ad pronunciandum.cap.16. ex.de senten. & re iudic.

Ad probandum, quòd instrumentum recipiat aliquam conditionem, seu reseruationem, debet probari hoc fuisse reseruatum tempore instrumenti; aliàs probatio non releuat. Feli.consi.50.nu.3.

Venditio valet sine scriptura; ideò amisso instrumento,non viriatur, si aliter probetur. l. cum instrumentis 10.C.de fide instrumen.

Statur instrumento donec contrariū probetur per scripturam,vel testes idoneos:& vbi cōstat partes fuisse præsentes, præsumitur stipulatio l.optimam 14.C.de contrahen.& commit. stipula.

Quando veritas aliter haberi nō potest, admittuntur testes etiam inhabiles, & minus idonei, quod procedit, quando ex natura facti, delicti,seu negotij,verisimiliter potentia, & actu,alij interuenire non potuerunt;aliàs secùs. Mysing. obser.16 cent.3. & Hippol. sing. 73 vide infra tit.de testib.

In octo casibus requiritur probatio per visum, de quibus vide per Gasp. Cabal.millelo.514.

Probatio feloniæ debet esse perfecta, & p quinque testes Papon lib.9.tit.1.arrest.16.

Descendētia ab aliquo stipite, quomodo probetur, vide Raud.tract.de Analog.cap.24.nu. 55.Et tunc quę opponi possint contra testes, vide Craue.consi.250.

Consanguinitas vt probetur, requiritur, q testes incipiant à communi parente, vel à fratribus germanis:aliàs non dicuntur reddere causam scientiæ.Natt.consi.388.& Dec.cons. 524.num 4.

Identitas corporis,seu rei,qualiter probetur,& præsumatur,vide Craue.cons.198.& infra tit. de probat.ident.rei,vel perso.

Quādo testes de Vniuersitate pro ipsa probēt, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.106.

Quanta adhibenda sit fides testimonio Iudicis, prolata à se sententia, vide Menoch.de Arbitra.cas.107.

In partu supposito, duo testes plenè probant. Dec.consi.342.Etiam si essent mulieres.ibid.

Regulariter valet testimonium de sensu proprio auditus verborum alterius: quia testis hēbat bene notas voces loquentis,licèt personam ipsius non videat; quod fallit in testamento.Mathes.sing 124.

Ad sciendum quando plura apponūtur, vtrum omnia debeant probari, distingue, vt per Guid.Pap.sing.215.

Exceptio opposita contra testes,debet concludere de tempore depositionis; aliàs nō procedit.Pet.Gerar.sing.70.

Testis dictum asserentis se recognoscere aliquem,quia illum tali tempore vidit, valet,& probat.Anto.Corset.in suis singularib. litera T.sing.testis 19.

Quando tractatur de probando contra illud, quod habet præsumptionem pro se, probationes debent esse efficatiores. Hippol.sing. 451.Nam probare debens, si contra eum est præsumptio,onerat duriori probatione. Bar. in l.non est 23.ff.de eo,quod metus causa.

Probationis species variæ sunt, alia, quæ fit per testes, alia per instrumenta, alia per coniecturas,& alia per iuris præsumptionem:ideò Iudex ad vnam tantùm se applicare non debet. August.Bero.q 90.

Modus probandi contractum venditionis fuisse simulatum,qualis sit,vide Bar.in l.12.C.de pact.& in l.1.C.plus valere.

Testes probantes consuetudinem, quomodo debeant deponere,vide Bart.in l.2 C.quæ sit longa consuetud. & in l. 31.ff.de legib.supra tit.de consuetudine.

Probata violentia per testes, res amissæ probantur per iuramentum:& super valore rerū amissarum,taxatione Iudicis præmissa,& pręstito iuramento,fit condemnatio. c.fin.ex.de iis,quæ vi,metusuè caus.fiunt.

Interesse pariter, quod debetur ex maleficio, probatur per iuramentum, secùs si debeatur ex contractu,quia tunc testibus probandum est.glo.ibid.

Practica recognoscendi hominem, vel animal, in eius probatione,quæ fit, vide Barto.in l.3. C.de fabricen.lib.11.

Quando probatur stipulatio per testes, sufficit testem deponere Titium interrogasse,& Sēpronium rñdisse, nec est opus, vt ille dicat, incontinenti, quia hoc subauditur,& p̄sumit. vide DD.in l.1.§. qui p̄sentes.ff.de verb.obli.

De probatione stipulationis vide per Bar. in l. si vnus 28.§ pactus,nu.19 ff.de pact.

Impedimentum, & casus superueniēs,qualiter probentur, vide Bart. in l.2.§.quod.ff.si quis cautionibus.

Testes deponentes vidisse aliquid per rimulā, scilicet vnus post alium, dicuntur contestes, & probant. Barto. in l. quærebatur 20. ff. de milit.testamen.

Appella-

Appellatione probationis, venit vera ꝓbatio. Bar.in l.Lucius 82.ff.de cōditio.& demonstr.

Testes in effectu probationis tātum valent, quā tum instrumenta, sed in modo probandi differunt. Bart.in l.2 § idē.ff.de aqua pluuia arc.

Fama qualiter probetur,& quomodo testis deponere debeat ad hoc,vt fidem faciat, & dicatur fama probata, vide Bar.in l.de minore 10.§.plurimū.ff.de quęstio.& infra ti.de fama.

Diligentia, & negligentia qualiter probentur, vide Bart.consi.102.vol.1.

Contra instrumentum recipiuntur testes, sed quot requirantur ad illud reprobandum, vide glo.in c.si testes 4.q.2.

Si constat plenè Iudici de debito, & semiplenè de solutione per vnum testem idoneum, eliditur illa plena probatio per semiplenā probationem,qua constat de solutione.Fel.cōsi. 50.num.fin.

Probationes non sunt angustandæ.l. pen. C. de hæreticis.

In causis,in quibus sententia parit plenū pręiudicium,requiritur plena causæ cognitio,& ꝑ consequens probatio.l.Iudices 9.C.de iudi.

Paupertas non præsumitur; sed debet probari. §.sed & propter,Institut.de excusatio.tuto.

Testis tenetur deponere super secreto sibi cōmisso,etiam si iurasset non reuelare.Hartma. cap.28.tit.de testib.lib.1.

Si testis dicat in depositione sua,articulum verum esse secundum suam scientiam, eius depositio valet.ibid.cap.37.

Quomodo dolus probetur interuenisse in vēditione,vide gl.in l.dolus 10.C.de rescind.vēd.

Vide etiam de materia probationum, supra in duobus tit.prox.

De probatione leui,& præsumptiua.

Virtute clausulę, Sola facti veritate inspecta, Iudex pōt credere probationi verisimili, & persuasiuæ, licèt non concludenti. Ozas. decis.1.nu. 30 Natt.cōsi.305.nu.4. Hippol.sing. 494. Et tunc sufficiunt leuiores probationes. Craue. consi.73. nume.23. Sed vide eundem Natt.consi.585.

In delictis occultis proceditur ex coniecturis, seu præsumptionibus, indicijs, & aliis leuioribus probationibus. Ozas. decis.72.Nam in his,quæ sunt difficilis probationis, sufficit ꝓbatio per coniecturas. Rot.Genu.decisio.18. num. 12. & 13. Et iura contentantur ea probatione,quæ haberi potest, vbi probatio est difficilis.Feli.consi.39.nu.18.

Probatio præsumpta sufficit, vbi clara,& liquida haberi non potest. Cassado. decisio. 7. nume. 8. de dol. & contumacia.

Domesticū testimonium admittitur in his,quæ verisimiliter non nisi per domesticos probari possunt.Marc.q.897.nu.27.

Iudex debet esse cōtentus probationibus, quæ ex facti contingentia haberi possunt.Rot.Genuen.decisio.56.

Probatio nunquam concludit per possibile;sed per necesse: fallit in his, quæ sunt difficilis ꝓbationis, sed quæ sint huiusmodi,vide Raud. tract.de Analog.cap.24 nu.62.

In his,quæ non possunt ita liquidè probari, sufficit probatio per coniecturas, vt in probatione facta ad detegendam solutionem vsurarum.Bart.consi.19.vol.2.

Decem,& octo sunt casus, qui difficilis probationis dicūtur, in quibus propterea leuiores probationes admittuntur, quos casus scribit Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.116.

Probationes factæ per indicia, & coniecturas, dicuntur manifestæ. Afflic.decis.13.nu.23.

Præsumptiuè quod cōstat, satis dicitur apparere:& probationes minus sufficientes in facto antiquo sufficiunt.Afflic.d.decis.13.nu.24.

Sententia diffinitiua in causa ciuili, potest ferri ex præsumptionibus,tam legis, quàm hominis:& quando singula non prosunt,tamē multiplicata iuuant.Afflic.d.decis.13.nume.24.& Craue.consi.258.nu.20.

Quando plura concurrunt adminicula, Iudex potest,& debet illis adhibere fidem, cùm ex diuersis motibus, & ex variis sugestionibus partium, testium,ac instrumentorum, Iudex possit deuenire ad vnum conceptum finalē mentis,& plenissimam adhibere fidem actui minus legitimo,& imperfecto. Rot.Genuen. decis.15. num.14.

Casus obscuri,& ambigui,per indicia probātur. Afflic.decis.57.nu.3.

Ex pluribus cōiecturis resultat plena probatio. Rot.Genu.decis.31. nu.fin. Cassad. decis.7.de dol.& contumac.

Probationem apertissimam faciunt coniecturæ à iure approbatæ.Menoch.de Arbitra.lib. 2.cas.115.num.7.

Dolus,& metus ex coniecturis possunt probari, Boer.decis.101.

Probari omnia per coniecturas sufficit, quæ directò nō possunt probari.Boe.deci.101.nu.6.

Sufficiūt probationes leuiores coram Arbitratore circa ea, quæsunt verisimilia. Cra.cōsi. 258.nu.19.Et quæ non prosunt singula,multa iuuant.Craue.ibid.nu.20.

Fauore dotis probatio, quæ aliàs non reciperetur, admittitur, & verba enunciatiua probant,quæ aliàs non probarent.Beninten.decisio.61.nu.6.

De pro-

De probatione copulæ carnalis, & an possit probari per coniecturas, vide Fran Marc.q 897.

Possessio, seu quasi sufficit, ad probãdã fraternitatem. Rot. Genu. decis. 104. nu. 8.

Testis nõ idoneus si habeat præsumptionẽ pro se, efficitur idoneus: idem, quando iuris præsumptio est pro allegante aliquid: quia tunc illud allegans, releuatur ab onere probandi. Hippol. sing. 451.

Filiatio ex parte matris illegitima, ita probari potest præsumptiuè; sicut filiatio iusta ex parte patris, sed ex quibus probetur, vide Augu. Bero. q 90.

Ingenuitas potest probari nõ solùm per testes, sed etiam per alia argumẽta, & præsumptiones. l. 1. C. de testib.

Probationis species variæ sunt, alia, quæ fit per testes, alia per instrumẽta, alia per coniecturas, & alia per iuris præsumptiones, & Iudex ad vnam tantùm se applicare non debet. Bero. q. 90. num. 2.

Præsumptio violenta, quæ secundum ius dicitur habere vim plenæ probationis in causa ciuili, nõ sufficit ad plenam probationem in causa criminali, vt de nudo cum nuda, solo cum sola: nã hoc casu habet vim plenæ probationis in causa ciuili separationis thori; non autem ad condemnandum de stupro. vide in additio. ad Bart. in l. si hi, qui 34. C. ad leg. Iul. de adult.

Titulum non valens probare per testes, potest illum probare per publicam famã, sed quid in dominio, vide Bart. in l. at qui 20. §. si cum ff. de nego. gest.

Quando agitur ad exonerandam animam defuncti, nõ debet exigi probatio multum exacta: Abb. consi. 34 nu. fin. circa medium par. 1.

Coniecturæ probabiles sufficiunt ad probandã scientiam alicuius facti. Abb. consi. 81. part. 1.

De probatione auditus.

Testis de auditu transfert onus probandi in aduersarium. Rot. Genuẽ. decis. 103. num. 8. Crauẽ. consi. 277. Put. decis. 13. lib. 2. Et facit præsumptionẽ Put. ibid. & Hippo. sing. 371.

Testimonium de auditu proprio, seu alieno, nõ probat; sed facit indicium, seu præsumptionẽ, qua transfertur onus probandi in aduersariũ. Ludo. Rom. sing. 345. & Hippo. sing. 557.

Quibus casibus testis de auditu probet, vide Mysing. obser. 58. cent. 6. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 475. Natt. consi. 170. & 245. Bar. in §. hic nobis, Authen. de hæred. & Falcid. nu. 10. & Hartma. cap. 3. tit. de testib.

Testis de auditu à parte, probat. Vera. dec. 267. seu 4. part. 3.

Testis de auditu, vt eius dictum probet, debet deponere se ante litem contestatam audiuisse. Roma. sing. 753.

Regulariter valet testimonium de sensu proprio auditus verborum alterius, quia testis habuit bene notas voces loquẽtis, licèt personam ipsius non viderit: fallit in testamentis, in quibus non valet tale testimonium. Mathe. Mathes. sing. 124. vide Anto. Trigo. sing. 79.

Testis de auditu auditus admittitur, vbi agitur de aliquo probando excedente hominũ memoriam, concurrente fama, & aliis adminiculis iunctis. Capic. decis. 193. nu. 4.

Testis de auditu quandoque admittitur, neque tenetur dicere diem, licèt interrogetur. l. 2. §. item Labeo, & ibid. glo. ff. de aqua plu. arcen. vide glo. in l. testium 14. C. de testib.

Testis depositio dicentis primò se cognouisse tãtùm ex auditu, & postea se non cognouisse, intelligitur secundum prius testimonium, scilicet ex auditu, si de diuersis depositionibus eiusdem testis agatur. Put. decis. 28. lib. 3.

Testibus non creditur, qui deponunt dici audiuisse ab his, quibus non crederetur. Craue. consi. 112. num. 13.

Ratio, quia audiui, in teste est bõna in his, quæ percipiuntur sensu auditus. Barto. in l. 25. ff. de milit. testa.

Testimonium de visu, & non auditu valet. Bart. in §. hic nobis, Authen. de hæred. & Falcid. nume. 10.

De probatione singulari, vel semiplena, & de coniungendis probationibus semiplenis, vel aliter per se imperfectis.

Morti proximus non præsumitur mẽtiri, neque esse immemor suæ salutis. Ozas. decis. 79. num. 20. Tamen teste, vel Notario dicente in mortis articulo se dixisse falsitatẽ, non præiudicatur parti. Franc. Marc. q. 485. part. 1. & q. 640. part. 2.

Testi in articulo mortis affirmanti cum iuramẽto, credi debet, maximè quando non habet interesse. Rot. Auenio. decis. 91. nume. fin. in decisio. diuerso. vide tamen Menoch. de Arbitrà. lib. 2. cas. 97.

Testes singulares in crimine læsæ Maiestatis Diuinæ; & humanæ, admittuntur. Ozas. decisio. 79. num. 38.

Vnicus testis probat contra producentem. Rot. Genu. decis. 106. nu. 6.

Vbi de probanda frequentia actuum agitur, ex quibus inducitur consuetudo, testes singulares de diuersis actibus deponētes, probant. Ozas. decisio. 99. num. 24. & 26. vide tamen ibid. num. 8.

Testium singularitas, vbi agitur de probanda aliqua obseruātia in genere, nō infringit eorum dicta. Ozas. d. decis. 99. nu. 23.

Quando testes singulares probēt, vide Ioseph. Ludo. decis. 9. Perus. Mysing. obser. 76. cent. 3. Crauet. consi. 78. 251. 267. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 99. & consi. 98. lib. 1. Dec. consi. 189. & 649. Ias. in l. admonendi. ff. de iureiurand. Marc. de Mant. sing. 115. cap. 3. & ibid. glos. ex. de Procurato.

Testis singularis dictum dato, quòd probationem plenam non faciat, nihilominus alteri testi adminiculatur, ita vt semiplenè probet, aut saltem pręsumptionem inducat. Ozas. d. decis. 99. num. 29.

Aliquando est in arbitrio Iudicis adhibere fidem vni testi. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 3. nume. 10. Intellige, si plures sunt singulares. vide ibid.

Testes singulares non probant in specie; sed bene in genere. Boer. decisio. 23. nume. 44. & Marc. quæst. 461.

Ad pro bādam mulierem esse meretricem, sufficiunt testes singulares. Boer. d. decis. 23. nu. 46. vide Ioseph. Ludo. decis. Luc. 3. nu. 10.

Testes mille singulares nō magis probāt, quàm vnus. Rot. Genu. decis. 5. nu. 8.

Quando ex aliqua causa creditur vni testi, ille debet esse omni exceptione maior. Rot. Gennuen. decis. 42. Fel. consi. 2. & 3. nu. 8. & 36.

Testes singulares probant in re ciuili, & reiterabili, dum modo tendant ad eundem effectum, licèt regulariter testes singulares non probent. Fran. Marc. q. 461.

Testes non plenè probantes, possunt aliis adminiculis adiuuari Rot. Genu. decis. 3. nu. 13.

Testis vnius dicto vt stetur, consuetudine, induci potest, vel priuilegio. idem Marc. quęst. 455. part. 2.

Testes non plenè probantes possunt aliis adminiculis adiuuari. Rot. Genu. decis. 3. nu. 13.

Vnico testi deponenti de eo, quod ipse egit, cōcurrētibus aliis indiciis, creditur. Rot. Genu. decisio. 13. nu. 16. & 24. vide ibid. decis. 69. 72. 182. decis. 192. nu. 4. decis. 1. nume. 33. decis. 26. nu. 8. 16. & 17.

Testis habēs adminicula nō est singularis. Rot. Genu. decis. 182.

Si vtraque pars in vnum testem certum, & nominatum consensiat, is plenam fidem facit; & Iudex eius assertionem in iudicando sequi potest. Mysing. obserua 26. centu. 5.

Quando Papę, Imperatori, & aliis Principibus, fides sit adhibēda in eorum assertionibus, vide eundem Mysing obser. 34. cent. 5.

Papa solus est idoneus testis, & probat etiam in his, quę vidit ante promotionem ad Papatus apicem. Roma. sing. 127.

Testes singulares circa idem factum dicuntur contrarij. Crauet. consilio 9. nume. 18. & consi. 267.

Testes redduntur singulares ex diuersitate loci: fallit primò, si deponant de auditu reiterabili. Craue. consi. 78.

Secundò fallit, quando locus, vel tempus non est de substantia actus. Crauet. d. consil. 78. nume. 3.

Tertiò fallit, vbi agitur de probando aliquo in genere. Craue. d. consi. 78. nu. 6.

Quartò fallit, vbi Iudex plenam fidem adhibere potest testibus, si ex ipsis inducatur ad ita credendum. Crauet. d. consi. 78. num. 7.

Dictum vnius testis facit plenam probationē, quando nulli principaliter pręiudicium infertur, & tendit in commodum alicuius. Petr. Gerar. sing. 49.

Testes singulares non probant etiam si mille essent: fallit quando essent ita nobiles, quòd Iudicem inducerent ad indubitatam fidem: nam hoc casu Iudex non debet curare, & attendere illam singularitatem; sed secundū eos debet iudicare. Hippol. sing. 114.

Testes sunt semper singulares respectu sensus, per quem actus percipitur. Abb. consil. 42. part. 1.

Ex voluntate testatoris statur dicto vnius testis, etiam si esset fęmina: tamen statim quòd talis testis extra iudicium voluntatem testatoris declarauit, amplius (etiam cum iuramento) in iudicio contrarium dicere non potest, imò tunc teneretur pęna falsi. Abb. consi. 52. part. 1. facit l. Theopompus 15. ff. de dot. prælega.

Dictum vnius dictum nullius, ideò regulariter singulari testi non creditur. Affl. &. decisio. 12. Rot. Genuen. decisio. 13. num. 8. Boer. consi. 40. nume. 90. & 130. Crauet. consi. 41. Licèt esset Cardinalis. Aegid. Bellam. conclusio. 617. DD. de Rot. decisi. 33 aliàs 714. titu. de probatio. in antiq. Gom. Leo. decisio. 51. in decisio. diuerso. Tom. 2. Nisi quo ad iurisdictionem suam. DD. de Rot. d. decis. 33. Vel quando talis testis deponeret de impedimento matrimonij, nam tunc impedit matrimoniū contrahendum. Roma. sing. 622.

Conclusio pręmissa procedit, & intelligi debet quo ad plenā probationē: nam testis vnicus integer

integer probat semiplenè. Afflic. decisio. 12. Gram ma. decisio. 28. vide Barto. in l. admonendi 31. nu. 36. ff. de iureiuran. Vbi plenè de semiplena probatione, & in l. 15. ff. de dot. pleg.

Probationes duæ semiplenæ coniunguntur simul ad vnam plenam probationem faciendam. Afflict. d. decis. 12. num. 3. Tho. Minad. decisio. 43. num. 7. Rot. Genuen. decisio. 119. num. 6. & Vera. decis. 300. seu 32. part. 3.

Vnus testis de visu, & duo de fama coniunguntur, ad plenam probationem faciẽdam. Affli. decis. 83. num. 8. & decis. 337. Dec. consi. 163. vide Bart. in l. 1. C. qui numero tutel. & in l. 2. ff. de excusatio. tuto.

Duæ semiplenę probationes (etiam diuersi generis) ad eundem finem tendentes, inducũt plenam probationẽ. Iaff. Lanf. Balb. decis. 56.

Imperfectæ probationes semiplenè probant. Rot. Genu. decis. 208.

Testes per varia media ad eundem finem tendentes, non dicuntur singulares. Mysing. obserua. 20. cent. 2. Imò tunc coniunguntur ad plenam probationem faciendam, idem, obser. 100 cent. 2.

Testes singulares ad hoc vt coniungantur, debent esse omni exceptione maiores, & debet articulari, & probari hæc qualitas. Borg. Caual. decis. 19. nume. 27. de iudi. & Magon. decisio. Luc. 46.

Testis vnicus non facit semiplenam probationem, nisi sit omni exceptione maior, & hæc qualitas debet probari, aliàs quis obtinere non poterit. Pet. Beninten. decis. 62. num. 14. Rol. consi. 50. num. 17. vide Craue. consi. 281. Et quando ex aliqua causa creditur vni testi, ille debet esse omni exceptione maior. Rot. Genu. decis. 42. Feli. consi. 2. & 3.

Omnis semiplena, & imperfecta probatio plenè probanda est, vt coniungatur ad faciendam plenam probationem, Magon. d. decis. 46. nume. 27.

Probationęs semiplenę, cõcurrentibus aliis indiciis, coniunguntur ad plenam probationẽ, etiam in criminalibus. Ludo. à Pegũe. in suis quæstio. crimina. cap. 17. nu. 44.

Testium dicta supplentur ex præsumptionibus iuris, quæ sunt pro eis, & dictum vnius testis suppletur ex aliis præsumptionibus, ad plenam probationem faciendam. Craue. cons. 6. num. 66. & consi. 198. num. 5.

Testes coniungi non possunt, quando dictum vnius elidit dictum alterius. Crauet. consi. 9. & 15 vide consi. 267.

Testes deponentes de veritate facti, cum deponentibus de confessione, an coniungantur ad plenam probationem, vide Crauet. consil. 73. nume. 34. Pro affirmatiua scribit Petr. de Rauen. singul. 714.

Probationes duæ semiplenæ possunt coniungi in causis capitalibus; sed quãdo dictum procedat, Iudicis arbitrio relinquitur. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 492.

Quando multa concurrunt, dicitur plenè probatum, licèt vnum per se non sufficeret. vide Dec. consi. 163. Sed dictum non procedit in criminalibus, secundum eundem Dec. consi. 186. nume. 13.

Probationes diuersi generis, debent simul iungi, sed quando, vide Ludo. Roma. sing. 205. & Hippol. sing. 585.

Quando testimonia coniungantur ad aliquid probandum, vide Ant. Trigo. sing 66.

Vnus testis cum aliis adminiculis fauore Religionis, sufficit ad fidem faciendam. cap. fin. ex. de successio.

An duæ præsumptiones cum aliis indiciis, faciant plenam probationem in criminalibus, & ciuilibus, vide Barto. in l. 2. §. ætas. ff. de excusatio. tutor.

Dictum vnius testis integri cum aliis indiciis, facit plenam probationem: idem, si concurrat fama. Bart. in l. 1. §. idem. ff. de quæstio.

Fama publica cum aliis probationibus, & indiciis facit plenam probationem, etiam in criminalibus, vide Bart. consi. 2. vol. 2.

Testis vnus de visu, & exemplum instrumenti, coniunguntur ad faciendam plenam probationem. Tho. Minad. decis. 43. nu. 6.

Probationes imperfectæ, seu præsumptiones, indicia, aut fama, quando simul iungi debeant ad fidem faciendam in delictis, vel ciuilibus, vide Franc. Marc. q. 96. part. 2.

Probationes imperfectæ in criminalibus cõiunguntur, quãdo vna quæque species probationis est perfecta in sua specie. Ludo. à Pegue in suis quæstio. crimina. cap. 17. nu 43.

Mulieri se grauidam asserenti est credendum. Afflic. decis. 236. nu. 4. Sed asserenti se ex aliquo esse prægnantem, an credatur, quid in matre asserente filium non esse mariti, & an præiudicet filio, vide Boer. decis. 299.

Si vnus testis deponat de cõfessione in vno loco, & alter in alio, hi testes sunt singulares, reprobata opinione Castren. Affli. decis. 364.

Testis vnus si deponat super facto, & idem testis deponat super confessione, non ex hoc poterit facere plus, quàm semiplenam probationem Gram. decis. 28. nu. 4.

Testes duos sufficit esse contestes in eodẽ actu, licèt non eodẽ tẽpore. Boer. decis. 101. nu. 7.

Probatio semiplena in causa possessoria non sufficit, licèt probatio plena non requiratur in causis, quæ non plenè præiudicant. Pet. Beninten. decis. 62.

Probatio plena, quæ aliâs esset necessaria, non requiritur, vbi de leui præiudicio agitur. Beninten. decis. 62. nu. 7. Ideò dicto vnius testis in causis breuibus, & vilibus, standũ est. Fran. Marc. q. 456. part. 2.

Conscientiæ alicuius vbi aliquid relinquitur, non admittitur alter contrarium probare volens. DD. de Rot. decisio. 61. aliâs 610. de rescript. in antiq.

Testis vnus potest probare aliquid de visu, nec non de publica fama. Vera. decisio. 300. seu 37. part. 3.

Probatio semiplena contra plenam, nihil detrahit plenæ, & perfectæ probationi: quare vnus testis non minuit fidem duorum cõtrarium deponentium. Mysing obser. 93. cent. 1. & obser. 38. cent. 4.

Quilibet minimus defectus testis, impedit semiplenam probationẽ: & cõfessio extraiudicialis, vt semiplenè probet, plenè probanda est. Mago. decis. 46. Luc. num. 20. & 23.

Testis vnus non facit semiplenam probationem, quando non fuit interrogatus de causa scientiæ. Petr. de Rauen. sing. 726. vide Anto. Corset. in suis singul. litera T. sing. testis 3.

Regulariter dictum vnius testis quempiam condemnat, vel iustificat. cap. admonere 33. quæst. 2. Imò non creditur vni testi etiam si synodali pfulgeat dignitate, nec Iudicis verbo, minus scripturæ ipsius, credendum est, cùm ille non habeat officium attestandi; sed iudicandi. Abb. consi. 53. part. 2.

Scriptura domestica, vel priuata, cõparatio litterarum, & vnus testis, facit semiplenam probationem. gloss. in l. admonendi 13. ff. de iureiurando.

Probationum in materia an primæ, vel secundæ eiusdem testis depositioni credendum sit, aut neutri.

Depositioni primę standum esse vt, licèt contrarium in tormentis dixerit socius, vbi de facto proprio, & alieno interrogatur. Ozas. decisio. 79. num. 22. Sed quid, si testis sibi contrarietur in tortura, vide Cra. consi. 6.

Testis, qui sibi contrariatur in diuersis iudiciis, aut instãtiis, quam probationem faciat, vide Capic. decis. 142. nu 8. Sed quid in eodem, si bis iurauerit, vide ibid. nu. 11.

Testis si primò deposuerit vnum cum iuramento, & postea post publicationem deposuerit aliud, statur primo dicto: quia secunda depositio præsumitur facta à subornato. Guid. Pap. quæst. 546. vide tamen ibid. quæst. 593. Craue. consi. 6. num. 4. & Bart. in §. quoniam, num. 28. Authen. de testib.

Testis dicto, quod iuramento coram testibus firmauit extra iudicium, statur, etiam si in iudicio aliter postea deponat, licèt ipse testis teneatur de falso: secùs si in primo dicto non iurasset, quia tunc staretur secundo. Capel. Tholos. quæstio. 377. in additio. vide Marc. quæst. 640. part. 2. Capic. decisio. 142. num. 6. Mysing. obser. 14. cent. 6. & Andr. Gail. obser. 104. lib. 1. num 8.

Quando dictum testis extraiudiciale est iuratum, si postea aliter talis testis deposuerit, illi non creditur in primo; neque secundo dicto. Cra. consi. 6 nu. 15. vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fin q. 53. Rol. consi. 40. vol. 1. num. 9. & Bart. consi. 86. vol. 1.

An statur primo, vel secundo dicto testis, vide Boer. decis. 108. Craue. consi. 74. Clar. in §. fin. quæst. 53. & 54. Meno. h. de Arbitra. lib. 2. cas. 108. Dec. consi. 100. Hippol. sing. 298. Franc. Marc. quæst. 178. part. 1. & quęst. 168 part. 2. nu. 17. & 640. Et an tunc testis sit puniendus, vide Marc. d. q. 168. nu. 17.

Si testis diuersis diebus diuersè deponat, statur eius primæ depositioni; minor tamen fides ei adhibetur. Capel. Tholos. quæst. 281. Mysing. obser. 86. cent. 2. Craue. consi. 6. nu. 46. Sed si dixerit extraiudicium cõtrarium eius, quod dixit in iudicio, ex huiusmodi secundo dicto prius non infirmatur. Capel. Tholo. d. quæst. 281.

Statur dicto testis solẽniter, & iudicialiter examinati, & non depositioni factæ extra iudicium. Crauet. consi 6. num. 6. Quod limitatur, quando primum dictum non solemne esset verisimilius: quia tunc statur verisimiliori etiam non solemni. Craue. d. consi 6. nu. 45.

De probatione negatiua.

Depositio super negatiua nihil releuat, nisi sit coarctata loco, & tempore. Afflict. decisio. 324. nume. 8. Francisc. Marc. quæst. 266. & Bartol. in l. 1. C. de canon. frument. lib. 11.

Qualiter probari possit negatiua, vide Guhel. Cassado. decisio. 5. titu. 1. & Bartol. in l. diem proferre 31. §. si plures. ff. de recept. Arbitr.

Testes deponentes super negatiua non coarctata, sunt suspecti, & reiiciendi. Vera. decisio. 283. part. 3. Nam negatiua directò probari non potest, & testes singulares super illa deponentes, non probant. cap. bonæ memo-

memoriæ 23. ex. de elect. & elect. potesta.

Si testes deponentes negatiuam dicant fuisse præsentes, & non potuisse contrarium dici, quin audiuissent, tunc statur dicto maioris partis. Barto. in l. hæredes palàm 21. ff. de testamen. num. 7.

Negatiua coarctata loco, & tempore, cadit in veram scientiam, & est probabilis. Bart. in l. Pomponius 85 §. rei. ff. de acquir. hæred.

Negans habens præsumptionem pro se, nō tenetur probare negatiuam, quæ non coarctata loco, & tempore, qualiter probetur, vide Bart. in l. in illa 8. num. 11. ff. de verb. oblig.

Testis, qui deponit super negatiua, debet affirmatiuè deponere super actu, ex quo negatiua resultatur. Bar. consi. 102. vol. 1.

Negatiua duobus modis p̄batur directè, & indirectè Rot. Genu. decisio. 3. nu. 26. vide Bar. in authen. actor. C. de probatio.

Testes super negatiua, quo casu probent, vide Affli. decis. 400. num. 9.

Quando ad esse facti requiritur probatio p scripturam, negatiua probatur per solam allegationem: & alleganti affirmatiuam incumbit onus probandi per scripturam, cùm præsumatur factum non fuisse, nisi appareat scriptura. Gram. deci. 59. num. 18.

Affirmatiua, & negatiua non differunt, quando per eadem media probantur. Boer. decisio. 43. num. 94. Sed quando affirmatiua præualeat negatiuæ, & cōtrà, vide infra tit. de probationum prælatione.

Quod dicitur magis credendum testibus affirmatiuam deponentibus, quàm negatiuam, quomodo intelligatur, vide obser. 58. Senat. Tho. in decisio. diuerso fol. 264.

Vni affirmanti quando magis ftetur, quàm mille negantibus, vide Bart. in l. hæredes palàm 21. ff. de testament.

Probare tenetur agendo, vel excipiendo negatiuam, qui se fundat in illa. Cassad. decis. 3. ut. 3. & Bar. ī l. in illa 8. ff. de verb. obl. vide supra tit. de probatio. in genere.

Deponens negatiuam, falsitatis suspicione non caret, nisi reddat causam sui dicti. Francisc. Marc. quæst. 266.

Negatiua tribus modis dicitur, nempe facti, iuris, & qualitatis: & negatiua facti duplex est, puta, & simplex, quæ non habet determinationem loci, vel temporis, aut alterius rei, & hæc est improbabilis: si autē adiiciatur locus, vel tempus, vel aliud consimile, tunc est probabilis. glo. in c. bonæ memoriæ, extr. de elect. & elect. potesta.

Pecuniam non fuisse numeratam, quomodo probetur, vide Bar. in l. si ex cautione 3. C. de non num. pecu. nu. 12. & in l. 35. ff. si cert. pet.

Negatiua habens in se affirmatiuam, probatur. c. super 5. extr. de renunciat.

Negatiua potest probari per obliquum. Bart. in l. 1. C. de fid. instrumē. & iur. hast. Fiscal. li. 10.

Testis deponens, quòd Titius possedit decem ann. tantùm, non probat, quia deponit super negatiua. Bar. in l. vni. ff. si quis Iusdicenti.

Negatiua probatur per inspectionem scripturæ. Bartol. in l. Titiæ 36. de legat. 1. vbi scribit exemplum.

Negatiua probatur per visum, puta talis res nō habet vitium, quia vidi. Bartol. in l. si quando 31. ff. de auro, & argent. lega.

Solutio quando debet fieri neganti sibi solutū esse, siue vt priuato, siue vt Officiali publico, negans non tenetur probare; sed debitor. Bart. in l. in illa 8. nu. 6. ff. de verb. oblig.

Asserens aliquid negatiuum, ad quod quis nō est obligatus, debet illud probare, quando ex tali negatiua delictum alicuius arguitur. Bart. consi. 137. vol. 1. num. 4.

Negationis nulla est probatio. c. accusator 6. q. 5. Fallit in casibus, de quibus per glo. ibid. vide l. 10. C. de non nume. pecu.

Qui probat cautionem ex turpi causa emanatam, per consequens probat pecuniam non numeratam. l. 1. C. de condit ob turp. cau.

Probatio fit aliquando eo ipso, q contrarium non probatur. glos. ibid.

Negatiua in delictis qualiter probetur, vide gl. 2. in l. 1. C. ad leg. Cornel. de sicar.

De probatione ætatis.

DE hac probatione vide plenè per Ioseph. Ludou. decisio. Perus. 55. Vbi scribit multos modos, quibus probatur ætas, & Bart. in l. de ætate 44. ff. de mino. 25. ann.

Aetas probatur per librum Baptismi Ecclesiæ parochialis, & per patris librum. Vera. decis. 314. part. 1.

Aetati probatæ per testes, semper detrahuntur anni decem. idem Vera. decis. 57. part. 3.

Aetatē ex aspectu probari, & Iudicis arbitrio, & quomodo ex ipso aspectu probetur, scribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 117. facit l. minor 33. ff. de minor. 25. ann.

Contra arbitrium Iudicis super ætate, probationes admittuntur. Menoch. de Arbitra. d. cas. 117.

Aetatis probatio in vna causa facta, præiudicat in alia penitus extranea. Barto. in l. de ætate 44. nu. 15. ff. de minorib. 25. ann.

Aetas probatur per eum, qui illam allegat, sed quomodo probetur per testes, & per quos, vide Bar. consi. 92. li. 1. & in d. l. de ætate.

Allegans ætatem ad suã petitioniẽ fundãdam, debet eam probare: idem in eo, qui allegat ætatem ad fundamentum suę intentionis, vel defensionis. l. 4. C. de i integ. resti. min. 25. an.

Mater in probanda ætate filij admittitur, & pater spiritualis. mea pôt esse testis, & etiã consanguineus in probanda ætate admittitur. Bart. consi. 92. vol. 1.

De probatione euidentiæ facti, & loci visitationis.

PRobatio nulla maior est, quàm rei euidentia. Afflic. decis. 107. nu. 6. Et per consequens euidẽtia facti, plus operatur, quàm vocis efficatia. Afflict. ibid.

In casibus octo, requiritur probatio per visum, de quibus vide per Gasp. Cabal. millelo. 514.

Res in libello debet demonstrari, & duo confines describi, & si hoc non sufficiat, debet res ipsa ad oculum demonstrari, & ad digitum, de qua demonstratione, & visitatione vide per Rebuff. in constit. Reg. tract. de dilatio. art. 2. glo. 2. Tom. 3.

Demonstratio per qualitatẽ magis valet, quàm per cõfines: ideò error in finibus non nocet, si veritas qualitatis appareat. Rebuff. ibi. nu. 18. vide infra, tit. prox.

Quamuis omni generi probationum sit derogatum, non tamen intelligitur derogatũ probationi, quæ fit per aspectũ oculorum. Petr. de Rauen. sing. 521.

De probatione identitatis rei, vel personæ.

ALlegans alios de familia extare, tenetur probare, quia fác est ex aduerso allegare alios non extare. Vera. decisio 364. par. 2. Nam pluralitas personarum, vel hominum, non pręsumitur. Rot. Auenio decis. 33. num. 5. in decisio. diuerso. Tom. 3. Nisi probetur plures fuisse eiusdẽ nominis. Natt. consi. 235. To. 2. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 93. nu. 32.

Identitas personæ Procuratoris præsumit. præsentato instrumento mandati. Papon. lib. 6. tit. 2. arrest. 21.

Pluralitas in dubio non præsumitur etiam sententiarum, nisi probetur. Hippol. sing. 439.

Vbi ex pluribus qualitatibus expressis vna discordet, sufficit ad identitatem rei probandam, quod cęterę concurrant: quia identitas rei dicitur probata, si concordet ex duobus confinibus. Hiero. Mago. decis. 80 Luc. nu. fin. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 105 nu. 12.

Ex quibus identitas probetur, & ex duabus cõcurrentibus demonstrationibus probari, scribit Mago. de ci. 2. nu. 22. Rot. Flor.

Probatio, vbi duo noua confinia conueniunt cum duobus antiquis ex quatuor, nõ concludit identitatem bonorum, si alia duo conueniant alteri fundo: nã tũc adest æquiuocatio. Alex Raud. tract. de Analog. c. 30. nu. 297.

Demonstratio rei si varietur ex tempore, qualiter probabitur idẽtitas ad hoc, vt quis possit obtinere, vide Bart. in l. 17 nu. 20. ff. de cõditio. & demonstra. & D. Sol. in constit. antiq. Sabaudiæ fol. 18 tit. de iure emphyt.

Quando ex cursu temporis fines variãtur, debet fieri articulus in probanda identitate, ꝙ possessio, quæ hodie est posita inter tales cõfines, & possessio, quæ erat olim posita inter alios, est vna, & eadem, quo probato, remanet probata identitas. Dec. consi. 109.

Identitas corporum quomodo probetur, vide Natt. consi. 235. Tom. 2. nu. 15.

Confinia duo sufficiunt ad probationem identitatis, etiam mutata facie rei & in alio instrumẽto essent descripta quatuor, quorum duo conuenirent rei petitæ, & alia non. Rol. consi. 67. vol. 2. nu. 14. & seqq.

Enunciatiua verba prolata in aliquo instrumẽto (etiam facto ad alium finem) probant cõfines. Pet. de Rauen. sing. 179.

Non præsumuntur diuersæ partitæ, quàm illæ, de quibus tractatur, quando cõcurrunt cum illis, tam in summa, personis, & nominibus litterarum, quàm in numero quantitate, & tẽpore, imò satis est, quòd in duobus concurrant. Rot. Genu. decis. 26. nu. 25. vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 213.

Pluralitas apocharum, & obligationum nõ pręsumitur. ead. Rot. d. decis. 26. nu. 26.

Pluralitas actorum non præsumitur: fallit ratione vitandæ contrarietatis. Marc. de Mant. sing. 64.

Quando identitas aliàs præsumatur, vide infra tit. de præsumptio.

De probatione mortis.

MOrs qualiter probetur, vide plenè p Boer. decis. 288. (Vbi scribit plures opiniones) Capel. Tholos. q. 313. in additio. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 12. & decis. 30. Cabal. milleloq. 503. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de registra. Baptis. art. 55. & Maran. ad l. is potest. ff. de acquir. hæred. num. 156. in lib. sui Speculi. Et cui incumbat onus probãdi quem esse mortuũ, vide

vide Bart.in l.5.C.soluto matrimonio, in l.4. C.de murileg.lib.10.& in l.2.§. si dubitetur.ff. quemad.testa.aperia.

Mors plenè probari debet, allegata tamen de longinquo probatur per famam. Rot. Genu. decis.36 nu.5.& Marc.q.183.part.2. Et publicam vocē.Put.deci.520.lib.2. & Dec.cōs.652.

Mors probatur ex fama, quando non est de recenti,& pariter vbi quis pro mortuo est habitus per coniunctos,& consanguineos, qui vestes lugubres detulerunt,& per testes cōsanguineos,sed quid in eo,qui fuit absens ꝑ multos annos,vide Craue.consi.127 nu.fin.

Mortis probatio fit, si probet, ꝙ inter liberos,& cōsanguineos,aut socios,qs habebat ꝓ mortuo. Ant.Corse.in suis sing.lite. M.sing.mors.

Mors est probāda per eum, qui se fundat in ea, sed qualiter probetur per hæredem, vide Ioseph. Ludo.decis.Luc.49.

Satis probat mors ab hęrede,si ille producat testamētū.Cabal.millelo.502.Hoc verū,si agat possessorio.D.Sol.in antiq.cōstit.Sabaudię gl. sup decreto,vt defuncti tit.de Tabellio.nu.7.

Intentionem fundās suam ex vita alicuius, debet probare eum viuere. Capel. Thol. q 313. nu.4.Idē in eo,qui fundat actionē super morte.ibi.d.q.313.& Iosep. Ludo.decis.Perus.12.

Mors alicuius dicitur sufficiēter probata ex eo, ꝙ iuuenis bellicosus per mundum vagari cępit,& ab eo tempore,quòd de eius vita dubitari cępit,lapsum erat quinquēnium. Ioseph. Ludo.decis.Perus.30.

Mors alicuius quando probetur ex assertione cōsanguineorū,veluti vbi agitur de modico piudicio,vide Bar.in l.4.C.de naufrag.lib.10.

Testis deponens super morte alicuius probat, si reddēdo causā dicat, quòd vidit fieri luctum in domo, & vxores,consanguineosq; assumere vestes lugubres. Bart. in l.8. num.5.ff. de his, qui not.infa.

Quis præsumitur viuere vsque ad centum annos:tamen contra talem præsumptionē, sufficit vnus testis,qui deponat de morte, licèt non plenè probet. Pet.de Raue.sing.989.

Mors animalium quādo debeat clarè probari, & quando sufficiat probari per coniecturas, vide Bar.in l.4.C.de murileg.lib.11.

Senectus probatur ex aspectu, sicut minoritas. Bar.in l.1.C.de mendicantib.lib.11.

De probatione peritorum in arte.

VNicuique artifici experto in sua arte,credēdū est.Affli.decis.253.n.10. & Rot.Genu.decis.196.nu.4.

Testes peritię artis,simul deponere possunt.Fran.Marc.q.899.

Peritis in arte credēdum, tamen duo ad minus sunt necessarij, vt plena fides eis adhibeat. Marc. de Mant. sing 257.& Barto.in l.1.ff.de vētr.inspic. Dicto vnius periti tamē creditur, & statur, quando plures haberi non possunt. Bart. in l.17.ff.ad leg. Cornel.de sicar.nu.fin. & in d.l.1.de vent.inspic.

Medico attestāti de percussione creditur. Bar. in suo tract.de percussionib.nu.fin.Sed quando illi deponenti de morte vulnerati, credatur,vide Boer.decis.323.nu.14.

Medici denunciatio, ꝙ sit remāsura sicatrix, vel quid simile, nihil operatur, nisi præcedat diligens inquisitio.Ant.Corset.in suis singul.lite. M.sing.Medicus.

Ponderatori,& æstimatori Communis statur super approbatione, vel improbatione: idem in perito electo super vulneribus.Bart.in l.1. C.de ponderato.lib.10.

Dicto vnius prępositi à Communi,statur:idem, si eligatur de partium consensu.Bart.ibid.

Valetudo aduersa probatur per Medicos. Bar. in l.53.§.pęnam.ff.de re iudic.

Quādo peritis in arte credēdū sit, tribus capitibus explicatur per Mysing.obser.34.cent.6.

De probatione in antiquis.

PRobatio plenè in factis antiquis potest fieri per indicia, & cōiecturas: & factum excedens annos 40.dicitur factum antiquum. Afflic. decis. 13.n.23.Imò vt dicatur factū antiq. requiri centū ann. scribit idē Affli. decis.277. vide infra lib.2.titu.de verbo.& rer.significa.

In factis antiquis dominium probatur per indicia, & fama: ideò tunc testes deponentes de auditu, ꝙ erat publica vox, & fama, probant iustissimam credulitatem tituli. Afflict. d.decis.277. vide gloss.in l.at qui natura 20.§. cum.ff.de nego.gest.

In factis antiquis multum operatur fama, & in his opinio generalis habet pro veritate, nec est necessaria alia probatio, dum tamen talis opinio sit vniformis apud omnes nec de illa sit contradictio apud peritos. Afflic. d.decis. 277.num.2.

Testes de fama probant in factis antiquissimis excedentibus hominum memoriam. Capic. decis.193 vide Dec.consi.42.nu.10.

Probatio antiqua, seu centum annorū, quomodo possit fieri, vide Guid.Pap.q.357.

Adminicula ista, nempe cōmunis opinio, fama, scripturæ, columnæ antiquæ, liber antiquus, historialis liber, & depositio auditus probāt factum antiquum. Aegid.conclus.70.

In antiquissimis primum extremum probatur

per

per testes de auditu à maioribus, iũcta fama. Put.decis.76.& 78.lib,1.

Probationes mille possunt in antiquis ad probandum coniungi. Iac.Put.decis.101.lib.2.

Quæ exigantur probationes in antiquis, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cent.2.cas.115.

Probationem præsumptiuam, & adminiculare, sufficere in antiquis, scribit Menoch. ibid.d. cas.115. Nam præsumptiuè quod constat, satis dicitur apparere, probationesque minus sufficientes in facto antiquo sufficiunt. Afflic. decis.13.nu.24.

In antiquis nulla est melior probatio, quàm instrumentũ: & in rebus antiquis sufficiunt probationes, quæ aliàs non reciperentur. Dec. consi.42.num.10.

Probatio in antiquis sufficit per indicia, & coniecturas fieri, sed quomodo, & quando, vide Natt.consi.235.Tom.2.

Testis vt probet memoriam in contrarium extare, vel non extare, quæ requirantur, vide Feli.consi.2.nu.8.

De probationum prælatione.

TEstibus dignioribus, & pluribus numero, standum est. Ozas. decis. 99. num.35 vide Craue.consi.1 pro genero, num.352.

Testibus deponentibus de propriis solutionibus magis credendũ est quàm aliis: cùm enim ad eorum incommodum deponant, illorũ dictum contra alios probationẽ facit Ozas.d.decis.99.nu.36. vide Rot.Genu. decis.92.94.& 136.

Probatio nulla maior quàm rei euidentia, quæ propter euidentia facti plus operatur, quàm vocis efficacia. Afflic.decis.107.nu.6.&7.

Testibus duobus Notariis publicis magis statur, quàm duobus non Notariis aliter deponentibus. Gram.decis.60.nu.10 Ludo Roma.sing. 365.Pet.de Rau.sing.716 Guid Pap.sing.712. Ant Corse.in suis singul litera T sing.testis 5. Notarius enim æquiparatur duobus testibus, Gram.d.decis.60.nu.11.& decis.73.nu.33.

Testibus de sana mẽte testatoris deponẽtibus magis creditur, quàm cæteris contrariũ deponentibus, nempe de furore. Gram.d.decis. 73.nu.22.Ioseph.Ludo.decis.Luc.3.nume.21. Boer.decis.23.nu 71 87.& 93.

Testibus quoque deponentibus conformè iuri cõi, magis statur quàm aliis. Gram.d.deci.73. nu.24.Ioseph.Ludo.d.decis.Luc.3.nu.23.Ant. Corset.in suis sing.litera T.sing.testi. Nam testium dictum præfertur quando cùm eis concurrit præsumptio iuris communis. Ioseph. Ludo.decis. Luc.14.nu.7.Vel alia. Vincen. de Fran.decis.301 num.4.part.2.Ant.Trigo.sing. 79.& Bart.in l.si duo 17.ff de iureiur.

Testes pro vna parte verisimilia deponentes, præferuntur testibus alterius partis. Gram. decis.103.num.78. Etiam si essent pauciores. Craue.consi 1.pro genero nu.372.Feli.consi. 50.nu.27.Ioseph.Ludo.decis. Luc.3.nu.16.vide eundem Ludo. decis.14. Perus.Vel minus digni.idem Ioseph.d.decis.3 nu 31.& Hippo. sing.343.

Testes deponẽtes ad exclusionem delicti, præferuntur. Gram. d.decis.103.num.79.Ioseph. d.decis.3.nu.12.

Testibus duobus in specie deponentibus plus creditur, quàm mille in genere. Boer.decis. 23.nu.45.& Craue.consi.1.pro genero,nu.35. Idem in deponentibus negatiuam. Ioseph. Ludo.decis 3 Luc.nu.20. Tamen affirmatiua, & negatiua non differunt, quando per eadẽ media probantur. Boer.d.decis.23. nume.94. Aliàs duo testes affirmantes præferunt mille negantibus, sed quando dictum procedat, vide Ant.Corset.in suis singul.litera T.sing.15. Marc.de Mant.sing.372. Bart. in l.diem proferre 3 §.si plures,ff.de recept. Arbitr.& Afflic.decis.324.nu.9.

Probatio negatiua coarctata loco, & tempore, affirmatiuæ præualet. Afflic.decis.324.nu.10. vide Fran. Marc.q.266.nu.fin.

Testibus magis creditur deponentibus contin entia instrumenti, quàm contra, Ioseph.Ludo.decis Lu 3.nu.25.vide Hippol.sing.61.

Actoris intẽtione plenè probata, nõ sufficit probare exceptionem semiplenè. Ang.Bellam. conclus.659.Mysing obser.93.centu.& obser. 38.cent.4.vide tamen Fel.consi.50.

Si testes actoris dicát aliquid fuisse promissum, vel confessum, & testes rei deponant illud fuisse promissum sub conditione, erit locus absolutioni, nec hoc casu testes dicuntur cõtrarii. Cap.l.Thol.q 326.

Probationibus paribus stantibus, testes rei sunt præferendi. Mago.decis.65.Luc.nu.4. Corse. in suis singul. litera T. sing. testis 9. Quamuis essent feminæ Hippol.sing.61.vide Put.decisio.428.lib.3.

In cõflictu testium Iudex qualiter se habere debeat, & quibus magis credendũ, vide Mago. decis.17.Rot.Flor. Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.98 glo.1.in c.testes 4.q.2.

In materia probationum quando magis credẽdum sit aliquibus testibus, quàm aliis, & qñ repellantur eorum dicta; vide Craue. consi 6.

Viuæ vocis probatio, præfertur voci mortuæ. Ozas.decis.128 nu.8.

Testi Clerico magis creditur, quàm laico. Crau. consi.169.vide Menoch.de Arbitra.cas.98.

Testes deponentes equum esse bulsum, an præferantur restibus contrarium deponentibus, vide Anto. Corset. in suis singularib. litera T. sing. test. 9.
Testes duo deponentes de metu, præferuntur mille negantibus. ibid. d. sing 9.
Dignitas in testium personis magnæ est importantiæ, sed quid, si testis vnus alteri contradicat, vide Hippol. sing. 488.
Magnæ importātiæ in restibus est ratio per eos reddita, seu assignata: nā illa est, quæ restringit, declarāt, vel ampliat dictum eorum, & hi testes sic deponentes aliis præferuntur. vide Hippol. sing. 621.
Quando sunt plures testes ex vna parte, & ex alia pauciores, sed digniores, quibus magis credendum sit, vide Bar. in l. iusiurandi 8. C. de testib.
Testis senior præfertur iuniori. Barto. in l. cùm quid 3. nu. 8. ff si cert. pet.
Testi deponenti de facto longinquo nō ita creditur, vti deponenti de propinquo Bart. in l. Carbonianum 3. §. duæ. ff. de Carboni. edic.
Testium minorum numero fide digniorum, magis creditur, quàm maiorum numero vilium. Fel. consi. 50. nu. 29.
Probationes certæ, dubiis, & in certis præferūtur. Boer. consi. 11. in fine.

De præsumptionibus.

PRæsumptio iuris, & de iure ita diffinitur, vt sit dispositio legis aliquid præsumentis, & super præsumpto tanquam sibi comperto statuentis. Fran. Mant. de coniect. vltima. volunt. lib. 1. tit. 2. nu 3.
Præsumptionum aliæ sunt iuris, & de iure, aliæ hominum aliæ naturæ. alię facti, aliæ iuris tātùm, de quibus vide per glo. fin. in c. si quis fidem 30. ex. de sponsol. & matrimo.
Contra præsumptionem iuris tantùm, admittit probatio in contrarium. glo. in cap. quantò 8. ex. de præsumptio. Secùs in præsumptione iuris, & de iure.
Præsumptio iuris, & de iure, non tollitur per probationem, nisi sit probatio impedimenti Ozas. decis. 7.
Vir bonus admittitur ad probādum cum iuramento contra præsumptionem iuris, & de iure, contra quā regulariter nō admittē probatio, nisi per confessionē. Ozas. decis. 71. nu. 27.
Præsumptio iuris, & de iure, vbi resultat, nō admittitur probatio in contrarium. Ozas. decis. 101. num. 25. Bart. in authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupti. Nisi per confessionem partis aduersæ. Barto. ibid. & Henric. Boer. in suis singu. titu. præsumptio. Quando confessio fit in iudicio; aliàs secùs. Aluis. de Alber. sing. 461. Sed Potestas non potest iureiurando astringere partem ipsam ad confitēdum. Fran. Cremen. sing 157.
Habens præsumptionem iuris contra se, grauatur onere probandi. Rot. Genu. decis 5. nu. 4.
Præsumptio probationem non excludit. Aegid. Bellam. conclusio. 565.
Præsumptio iuris ꝑ aliquo militās, trāsfert onus probādi cōtrariū in aduersarium, imò tūc durior probatio requirit. My sing. obse. 68. cēt. 5. Fran. Manti. de coniect. vlti. volunt. lib. 2. titu. 1. nu. 14. Cra. consi. 134. nu. 10. vide & consi. 198.
Licèt ex statuti dispositione contra instrumentum non admittatur probatio, tamen bene admittitur contra præsumptionem resultantem ex illo instrumento. Anto. Corset. in suis singul. litera P. sing probatio 1.
Quando præsumptio iuris est pro allegante aliquid, iste illud allegans, releuatur ab onere probandi Hippol. sing. 451.
Quando Imperator præsumit, & super præsumpto disponit, ista erit præsumptio iuris, & de iure quo ad tutelas, & testamenta, & similia. §. 1. Institut. quib. mod. tu el. finia.
Præsumptiones multæ simul iunctæ, plenā probationem faciunt. Boer. consi. 40. num 8 Cra. consi. 73. nu. 19. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 179. Guid. Pap. sing. 178. eundem Craue. cons. 143 nū. 12. & consi. 158. nu. 11.
Coniecturis & præsumptionibus probātur, quæ difficilis sunt probationis, & in animo consistunt. Ozas. decis. 71. nu. 30.
Cōiecturæ, & præsumptiones, sunt liquidissimæ probationes. Vincen. de Fran. deci. 153. nu. 4. & 7. Ideò ex indubitatis, & violentis pręsumptionibus, potest quis condemnari in criminalibus. Papon. lib 24. tit. 8. arrest. 1. Crau. cōs. 158. nu. 11. vide tamen Mathes. sing. 118 Quod procedit, quando non agitur de pęna corporali. Crauet. consi. 178. vide Marc. de Mant. sing. 258.
Scire certò is dicitur, qui per præsumptiones, & coniecturas à iure approbatas, scit. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 89. nu. 17.
Plures coniecturæ simul iunctæ, reddunt rem satis claram, & manifestam, maximè in clàm, & occultè gestis, quę sunt difficilis probationis. Menoch consi. 384. nu 6 & 7. lib. 4.
Præsumptioni tn̄ leui standū nō est. gl. in l. 3. §. & placuit, in verbo, si leuiori. ff. de mino. 25. ann.
Ex præsenti præsumitur in præteritum: & violēta præsumptio, quam lex pro probatione habet, æquiparatur confessioni partis. l. si hi, qui 34. C. ad leg. Iul. de adulte.
Res eorum esse pręsumuntur, quorū sunt signacula.

cula.

cula. Ozas. decis. 40. Rot. Genu. deci. 201. Boe. decis. 105. num. 9. vide Maran. de ordine iudi. part. 6. de testium productione, nu 62. & 63.

Bona à iure præsumuntur allodialia. Ozas. deci. 26. nu. 13. Et libera ab omni seruitute. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 14. nu. 6.

Vbi probatur rem ad aliquem semel peruenisse, si is dicat se amplius non habere, illi incũbit onus probandi. Ozas. d. deci. 40. nu. 5. vide Craue. consi. 112. nu. fin. Quia præsumitur ex præter ito ita durare, vsque quo probetur cõtrarium. Rot. Genu. decis. 6. nu. 6. Et ex præteritis, & præsentibus, præsumitur in futurum. Ozas. decis. 95. nu. 40. Sed quando ex præterito præsumatur in presens, & cõtrà, vide Bar. in l. si cui 7 §. iidem. ff. de accusatio.

Qui probauit possedisse, an adhuc possidere p̃sumatur, vide Rot. Genu. decis. 127. num. 5. & Ozas. decis. 43.

Esse semper præsumitur, quod in meo posse semel fuit. Affic. decis. 13.

Possessio antiqua probata, præsumitur continuata. Boer. decis. 239. num. 6. Put. decis. 17. lib. 2. Vsque ad mortem possidentis. Magon. decis. 47. Rot. Floren.

Præsumitur ab eo aliquid recuperatum nõ fuisse, cui semel datum apparet. Vera. decis. 59. num. 4. part. 3.

Ex actu subsequuto, declarat qualis fuerit animus in preteritum: quia exitus acta probat: & cuius finis malus est, eius præordinatio presumitur dolosa. Crauet. consi. 6. nume. 30. & consi. 319. num. 11.

Presumitur possessio acquisita ex titulo præcedenti: ideò probando quis cõtractum, & suã possessionẽ, censetur illam ex titulo habuisse. Rebuff. in constitutio. Reg. de remed. possessio. in præfat. nu. 123. fol. 764. Tom. 3.

Ea, quæ cursu temporis mutantur, non præsumuntur esse in eodem statu, in quo semel fuerunt. Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de exceptio.

Qui habuit instrumentum tempore litis contestatæ, præsumitur illud apud se habere, nisi iurasset illud amisisse. gl. in l. fin. C. de fid. instr.

Per actum contrarium subsequutum, presumitur aliquid in præteritum, quod aliàs erat incredibile. l. si hi, qui 34 C. ad leg. Iul. de adult.

Ille, qui fuit inimicus patris, præsumitur inimicus filij, etiam patre mortuo, quod extenditur ad quemlibet de genere. glos. fin. in §. inimicitiæ, Instit. quib mod. tutel. fini.

Quæ facti sunt non præsumuntur, nisi probẽtur. Ozas. decisio. 44. ideò dicitur non factum, eo ipso, quòd non probatur cõtrarium. Rot. Genu. decis. 1. num. 17.

Maritus, & vxor, licèt confiteantur pretium rei venditæ recepisse, præsumitur tamen totum pretium ad maritum peruenisse. Ozas. decis. 44 num. 5. & decis. 140. Boer. decis. 23. Afflict. decis. 209 Capic. deci. 78. & Cabal. mille loq. 326. Nec vxor sibi præiudicat in dote. Afflict. d. decis. 23. num. 5.

Vxor emens fundum, præsumitur emere de pecunia viri. Dec. consi. 237. num 8. Ozas. decis. 140. nu. 4. vide Boer. decis. 81. Vbi pleniè quãdo quęsita sint vxoris, Ioseph. Ludo. decis. Perus. 12. nu 16. & seqq. & decis. 28. Cra. cons. 61.

Vxor possidens cũ marito, præsumitur iure familiaritatis possidere. Ozas. d. decis. 140. num. 58

Si pater, & filius vendant rem, medietas pretij præsumit̃ peruenisse ad patrem, & altera ad filium: idem in matre, & filio; nisi parens filiũ gubernasset. Boer. decis. 23. nu. 10. & seqq.

Vidua emens rem intra annum luctus, præsumitur de bonis mariti præmortui emisse, si non appareat de contrario. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des droicts* Rub. 4. §. 14. glo. 2. nu. 6.

Si vir, & vxor habitauerint in vna domo, & domus sit vxoris, massaritię ibid. existentes, presumuntur esse vxoris, & vbi domus sit viri, p̃sumuntur esse ipsius. Cassa. ibid. glo. 2. nu. 9.

Mutuum receptum per virum, & vxorem, presumitur totum ad virum peruenisse, nisi de contrario appareat. Idem ibid. § 20. glos. 3. nu. fin. & Cabal. milleloq 326.

Illud, quod est intra fines alicuius territorij, presumitur esse de finibus illius territorij, cuius sunt fines, vide tamẽ eundem Cassan. tit. *des mains mortes* Rub. 9 § 4. glo. 1.

Vxor non presumitur acquirere de bonis viri, quando in instrumento dictum est de pecunia propria ipsius vxoris, presente viro, & cõsentiente. Natt. consi. 36. Tom. 1. Et tunc non poterit probari contrarium. Pet. de Rau. sing. 946. Idem, si vxor faceret aliquam artem, vel mercaturam. vide Pet. de Rauen. sing. 131. & Pet. Gerar. sing. 99.

Vxor quicquid acquirit, presumitur acquirere de bonis mariti, sed quid in vidua, in concubina, tutore, vel curatore, vide Fran. Cremẽ. sing. 6. Pet. de Rauen. sing. 131. & l. si defunctus 10. C. arbitri. tutel.

Vxor ad effugiendam suspicionem turpis questus, presumitur lucrata de bonis viri, quę presumptio cessat in vidua, acquirente post annũ luctus. Mago. decis. 43. nu. 7. 8 & 12. Rot. Flo.

Res, quę sunt in domo, potius presumuntur esse viri, quàm vxoris, cui alleganti contrarium, incũbit onus probandi. Pet. de Rau. sing. 791.

Res empta per vxorem erit ipsius, & non viri, licèt presumatur empta de bonis viri, quo fit, vt ipsa teneatur ad restitutionem pretij viro. Barto. in l. 3. C. de fid. instrument. & iure hast. Fisca. lib. 10.

Bona

Bona, quæ habet filiusfa. ex quibus bonis, vel industria præsumantur quæsita, vide glos. in l. cum oportet 6. C. de bonis, quæ liber. & l. 2. C. de patri. potest.

Vestimenta etiã ad vsum mulieris facta, & eius cura, censentur, & præsumuntur esse viri. l. sed si 32. ff. de donatio. int. vir. & vxo.

Testator quanto minus potest, hæredes grauare præsumitur. Ozas. decis. 52. nu. 8.

Testatoris voluntas talis esse præsumitur, qualis esse debet, & sic de quolibet alio. Affliċt. decis. 44. nu. 20.

Testator præsumitur magis dilexisse agnatos, quàm extraneos. Afflic. decis. 44. nu. 21. & 27.

Testamentum factum non præsumitur. Franc. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 1.

Probatio per iuramentũ admittitur contra præsumptionem scientiæ eorum, quæ publicè fiunt, resultantem contra eum, qui fuit præsens. Ozas. decis. 71. nu. 28.

Præsumptio contra aliquem resultans, tollitur eius iuramento. Ozas. ibid. nu. 29.

Quãdo quis præsumatur ignorare, vel scire ea, quæ publicè fiunt, vide Ozas. d. decis. 71. & supra tit. de iur. & fact. igno.

Morti proximus non præsumitur mentiri, nec esse immemor suæ salutis. Ozas. decis. 79. nu. 20. & Gram. decis. 42. nu. 7.

Præsumptioni resultãti ex aliqua declaratione statur, & eo ipso verificatur præsumptio, q̃ nõ probatur contrarium. Ozas. decis. 88. nu. 19.

Litem habens ciuilem magnam, aut criminalẽ cum aliquo, dicitur eius inimicus capitalis. Ozas. d. decis. 88. nu. 20.

Inimicus præsumitur damnũ inimico intulisse, vbi ignoratur à quo illatum sit. Ozas. ibid. nu. 21. & Crauet. consi. 35. nu. 3.

Damnum factum in agro, an præsumatur factũ à vicino, vide Fran. Marc. q. 181. num. 7. part. 2. Seu à vicinis, Menoc. cõs. 384 nu. 6. & 7. li. 4.

Semel malus semper præsumitur malus in eodẽ genere mali. Ozas. decis. 88. num. 27. Vbi plura remissiuè pro ornatu regulæ scribuntur, vide Gram. decis. 25. Nisi per tres annos continuos eum fuisse bonæ conuersationis, & vitæ probetur. Anto. Corset. in suis singul. litera P. sing. præsumptio.

Præsumptio cessare dicitur, vbi locum habet probatio, seu veritas. Ozas. d. decis. 88. nu. 28. Quæ vincit præsumptionẽ. idẽ, deci. 154. n. 13.

Filios licet quis ante habuerit, non tamen præsumitur habuisse tempore mortis. Ozas. deci. 108. nu. 1. & in consi. ibid. impresso.

An quis præsumatur decessisse sine liberis, vel hoc debeat probari ab allegante, vide Capic. decis. 159. nu. 11.

Non præsumitur pluralitas nepotum, sicut proprij nominis. Craue. consi. 267. nu. 2. Nàm pluralitas personarum, & nominis proprij, non præsumitur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 93. nu. 32. vide supra tit. de probatio. identi.

Non præsumitur superstitibus filiis decessisse, qui semel filios habuit: ideò qui allegat aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem suam fundatam de iure communi. Bart. in l. qui duos 10. §. cùm in bello. ff. de reb. dub.

Pater, & mater in dubio prius mortui præsumũtur, quàm filij. Ozas. decis. 108. nu. 4.

Ex duobus simul moriẽtibus, in dubio quis præsumatur prędecessisse, vide l. 10. & tot. titu. ff. de reb. dub.

Superuixisse ex simul morientibus aliquis non præsumitur, causa committendæ stipulationis. Ozas. d. decis. 108. num. 7. vide infra lib. 2. tit. de reb. dub. in genere.

Filius quando præsumatur superuixisse patri, vide Ozas. d. decis. 108. nu. 16.

Mortuus prius pater pręsumitur, quando pater, & filius, vel mater, & filius in eodem conflictu, bello, aut mari moriuntur: nisi filius esset impubes; tũc enim præsumitur filius pręmortuus Maran. in suo Spec. in proœmio, nu. 15.

Non est pręsumendum quem velle se corrigere incontinenti, quod pręcipuè habet locum in dispositionibus Magnatum Principũ. Ozas. decis. 141. nu. 5. & Gram. decis. 66.

Præsumptio vna fortior aliam tollit. Ozas. decis. 154. nu. 13. Gram. decis. 103. num. 66. DD. de Rot. decis. 18. aliàs 401. de restitutio. spoliat. in nouis, Aegid. Bella. conclu. 590. Craue. cõs. 320. & consi. 1. pro genero, nu. 238.

Pręsumptio specialis tollit generalem. Crauet. consi. 238. num. 21.

Ex duabus, pluribusuè pręsumptionibus, quando vna alteri pręferatur, & dicatur potior, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 472.

Diuturnitate temporis, an pręsumatur solemnitas interuenisse, vide Ozas. decis. 173. Affli. decis. 345. & l. si filiusfa. 10. C. de pet. hęred.

Mandatum ex diuturnitate temporis non pręsumitur. Ozas. decis. 175. num. 4. Fallit in laudo antiquo, in quo pręsumuntur mãdatum, & compromissum pręcessisse. Cassad. decis. 3. de Procurato.

Pręsumptio oritur ex facto antiquo. Guid. Pap. q. 357. vide supra tit. de probatio. in antiquis.

Temporis antiquitas facit pręsumi rem bene fuisse gestam. Boer. decis. 124. nu. 17. & 18.

Antiquitas non operatur circa pręsumptionem tituli, quando constat de titulo; sed inualido. Vera. decis. 28. p. part. 1.

Instrumentum, in quo solemnitas, & causa licita alienandi non apparet, tollit pręsumptionẽ contrariam nascentem ex longinquitate temporis.

poris. Borg. Caual. decisio. 29. nu. 13. de contract. part. 2.

Præsumptiones ostendentes bona inuentarizata fuisse restituta pupillis factis maioribus, q̃ sint, vide Afflict. decis. 13.

Scriptura penes se habēs, scire præsumit quod in illa continetur. Afflict. d. decis. 13. num. 11. Et quòd fuerit ab eo lecta, & cognita. Gram. decis. 103. nu. 31. & 33.

Legens obiter instrumentum, an præsumatur de contentis in illo informatus, vide Boer. decis. 1. num. 57.

Præsens in Curia præsumit certioratus de omnibus à suo Procuratore factis. Vera. decis. 110. part. 3.

Creditor administrans bona sui debitoris, præsumitur sibi soluisse in dubio: idem in tutore. Afflict. decis. 13. nu. 16. & 17.

Culpa non præsumitur, nisi probetur. ibid. Afflict. num. 18.

Agere in alienis, prout in suis, quis præsumitur. Afflict. d. decis. 13. nu. 19. in fine.

Donatio nunquam præsumitur, vbi potest dari alia coniectura. Afflict. decis. 44. num. 24. vide infra lib. 2. tit. de donatio. int. viuos.

Maritus in ea volūtate vxori præsumitur, in qua permansit in vita. Afflict. decis. 111. nu. 6.

Decretum, & auctoritas Iudicis non præsumuntur, nisi temporis diuturnitate. Afflict. decis. 345. num. 4.

Præsumptio sola non sufficit, vbi de tertij præiudicio, vel interesse agitur. Afflict. ibid. num. 6.

Res præsumitur potius loco pignoris tradita, quàm in solutum data. Afflic. decis. 373. Ideò creditor præsumitur iure pignoris; & non dominij possidere. Afflic. ibid. nu. 3.

Damnosum minus debitori, in dubio præsumēdum est. Afflic. d. decis. 373. nu. 3.

Quando commoditas alicuius rei peruenit ad aliquem, præsumitur, quòd habuerit ratum factum præcedens. Afflic. decis. 376. nu. 5.

Præsumitur actus requirens impēsam factus de mādato eius, cuius interest: & ac ratione præsumitur quis in quasi possessione percipiendi, etiam si nullo modo constet de mandato, quo dicitur pensionem deberi. Cassad. decis. 3. nu. 4. de Procurato.

Ecclesiæ præsumuntur constructæ ab illis, qui tenebantur illas ædificare. Put. decis. 314. lib. 3. Vera. decis. 226. seu 2. part. 2.

Præsumitur actus factus ad executionem præcedentis dispositionis. idem Vera. d. decis. 226.

Negotium in quo explicando requiritur expensa præsumitur factum ab eo, qui illud facere suis expensis tenebatur. Natt. cōsi. 231. To. 1.

Pupillus præsumitur alimētatus à tutore. l. 2. C. de alimen. pupil. præstan.

Expēsa præsumitur in dubio facta de parte expendentis, & alterius. l. sed & si 28. §. adeò autem. ff. de petit. hæred.

An quis præsumatur idoneus, vel non, diues, vel pauper, vide Afflic. decis. 377.

Soluendo aliquem non esse asserenti, incumbit probatio. DD. de Rot. decis. 6. de præben. in antiquio. num 7.

Vnusquisque præsumitur pauper, nisi probetur contrarium: nam cùm quilibet pauper, & nudus à principio nascatur, illa qualitas non intelligitur sublata, nisi probetur, quod fallit, quādo qualitas paupertatis esset fundamentum intentionis alicuius. Pet. Beninten. decis. 22. nu. 11. & seqq.

In dubio non præsumitur quis factus locupletior; sed qui allegat tenetur probare. Cabal. milleloq. 355.

Obligatio præsumitur spacio decem ann. sed quomodo, vide Capic. decis. 52. nu. 3. & infra lib. 2. tit. de actio. & oblig. in genere.

Filius præsumitur gesta patris immitari, tam in vitiis, quàm in virtutibus, eiusdemq; affectionis, & voluntatis fuisse; sicut & pater fuit. Gram. decis. 18.

Filius natus ex patre partiali contra Regem, eodē modo præsumendus erit & ipse. Gram. decis. 18. num 3.

Allegare sufficit ea, quæ præsumuntur. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 48. nu. 43.

Præsumptiones duæ quando concurrunt, quarū vna est inclusiua delicti, & alia exclusiua, semper attenditur exclusiua. Gram. decis. 18. nu. 5. vide infra tit. de defensio. reo. in crimina.

Præsumitur pro aliquo, vel contra aliquē etiam ex consuetudine loci, vbi quis conuersatur. Gram. decis. 34. nu 61.

Ex actibus præcedentibus, & sequentibus, de aliquo præsumi licet in bonam, vel in malā partem. ibid. nu. fin.

Mentis sanæ quilibet præsumitur esse de iure. Gram. decisio. 73. num. 21. & l. nec codicillos. 5. C. de codicil.

Furiosus semel, an semper talis præsumatur, & quomodo illa præsumptio tollat, vide Boer. decis. 23. nu. 86. & seqq.

Prælatus præsumitur de bonis Ecclesiæ acquirere. Boer. decis. 81. nu. 6.

Mulier noctu interfecta, an præsumatur à marito occisa, vide Boer. decis. 261.

Natus domi ex ancilla, an præsumatur esse domini, vide Boer. decis. 299.

Natus in domo ex vxore præsumitur filius, etiā si constiterit vxorem fuisse ab alio cognitā, quàm à marito. Boend. decis. 299. Dec. consi. 289. vide consi. 657. & infra lib. 2. tit. de patri. potesta. Nam filius mariti præsumitur is, qui

natus

natus est in domo ex vxore, vel concubina, licèt illæ ab alio fuerint cognitæ: secùs est in filio nato extra domum ex meretrice. Natt. consi.205.Tom.1.& Bart.in l.104 ff.de verbo. & rer.signific.

Licèt impossibile sit scire verè cuius filius quis sit, tamen si filius est natus in matrimonio, præsumitur esse illius, quem nuptiæ demonstrant.Hartma.cap.1.tit.de præsumptio lib.2. Sed ex quibus aliis præsumptionibus qs probetur filius, vide Meno.de Arbit.lib.2. cas.89.

Bonus vnusquisque præsumit in suo exercitio, etiã carnifex.Ioseph. Ludo.deci.Luc.13.nu.3.

Fama bona cõtinuatur ex origine, & habitudine naturæ; sed mala est accidentalis.Ioseph.d.decis.13.nu.4.

Habilitas non negata præsumitur.Aegid.Bella. conclusio.134.

Præsumitur pro validitate actorum,vt acta potius valeant,quã pereant.idẽ Aegi. deci.135.

Quilibet in sui commodum præsumitur diligẽs. Aegid.Bellam.conclus.653.

Illa est differentia inter præsumptionem, & fictionem, quia fictio semper est contra veritatem, licèt non contra possibilitatem iuris, vel naturæ:præsumptio verò semper,licèt sit in casu dubio, tamen est assumptio alterius partis veræ,& veritati assistit.Aegid.Bellam. conclus 688.nu.24.

Ad validitatem sententiæ processus, & iurisdictio sunt necessarij: tamen præsumitur pro processu in sententia lata, parte præsente, & non appellante.Cassad.decis.1. de præsumpt.

Quisque præsumitur decedere sine liberis:ideò allegans aliquem decessisse sine liberis habet intentionem suam fundatam; secùs si allegaret habuisse,sed inde mortuos esse.Iaco. Put.decis.45.lib.1.

Præsumitur alios non extare de familia, nisi contrarium probetur. Vera. decisio. 364. seu 2.part.2.

Præsumuntur hæredes extare, donec sit proclamatum.Put.decis.216.lib.1.

Faciens id, quod potest esse licitum, & illicitum,in dubio præsumitur fecisse licitum.Put. decisio.223.d. lib.1. vide infra titu.de defensio.reor.

Non omne,quod est intra fines territorij alicuius Domini, ad ipsum spectare præsumitur: quia præsumptio pro Domino solùm extenditur, ad dominiũ castrorum, & iurisdictionis.idem Put.decis.323.lib.2.

Filius præsumitur scire factum patris, maximè quando est hæres illius.Vera.decisio 360.seu 1. part.2. vide supra titu.de iuris, & fac.igno. & contra.

Scientia mortis quando præsumatur, vide Vera.decisio.109.part.3.

Quis non præsumitur voluisse facere actum frustratorium.Vera.decis.131.seu 18.part.3.& §. 2.Institut.quib.ex caus.manu.non lice.

Solutio census trium annorum proximè præteritorum,antequam reus conueniatur,facit,vt præsumatur solutio in præteritum.vide Vinc. de Fran.decis.137.Craue.consi.313. supra tit. de solutio.& infra lib.2.tit. de censib.

Præsumitur mandasse quem delictum committi, concurrentibus attestatione principalis delinquentis, receptione ipsius in domo, & inimicitia inter vulneratum, & ipsum mandantem.Gram.vot.15.

Famulus,seu famula dũ reperitur in domo mortua,præsumitur a domino occisa, vel à domina,si dominus esset absens.Gram.vot.23.

Offendens aliquem semel, præsumitur etiã denuo velle offendere.Gram.vot.24.

Arma deferens præsumitur habere malum animum.ibid.num.6.

Præsumptio est contra eum,qui difert agere,donec aduersarij probatio deperierit. Gasp.Cabal.milleloq.312.

An gratus,& acceptus quilibet pręsumat in dubio,vide Crescẽ.deci.16.aliàs 179.de ꝓbatio.

Pluralitas appocharum, aut instrumentorũ nõ præsumitur: idem in pluralitate contractuũ, & factorum.Craue.consi.198. vide Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.213.

Pluralitas factorum,& scripturarum non pręsumitur; secùs in pluralitate rerum.Rot.Genu. decis. 196. Minus pluralitas partitarum. ead. Rot.decis.189.nu.5.

Identitas contractuum pręsumitur,quãdo fiunt eodem tempore,eodem loco, & coram iisdẽ testibus.Craue.consi.198.

Idẽtitas corporis ꝑsumit̃ ex cõformitate nominũ, & etiã idẽtitas rei præsumitur,non obstãte diuersitate confinium, quando tales confines possunt vni rei conuenire.Craue.d.cõsi. 198.vide supra tit.de probatio.identit.

Identitas personæ facilius probatur,& præsumitur, quàm identitas rerum.Craue.consi.269.

Ex diuersitate quippę summarum, diuersitatẽ debitorum præsumi incertum non est.Craue. pro genero,consi.1.nu.177.& Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.213. Vbi quãdo summæ eædẽ, vel duplicatę præsumantur.

Probato communi vsu loquẽdi per tempus, cuius initij memoria non extat,præsumitur, q̃ fuerit talis vsus de temporę actus.Craue.cõs. 309.nu.3.circa medium.

Tractatus arguit animum contrahentium,licèt contractus talis præsumatur,qualis fuerit cõclusio.Menoch.de Arbitra.cas.470.nu.8.

Cõtractus nõ ꝑsumit̃ celebrat᷒,vt fuit tractatus,

quando talis tractatus antecessit per longũ interuallum. idem Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 470. nu. 16.

Quando res reperitur in domo debitoris, præsumitur esse illius: ideò si alius alleget illam rem esse suam, vel alterius, hoc probare debet ratione præsumptionis, quę trãsfert onus probandi in allegantem. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de litte. oblig. ar. 6. gl. 3. nu. 54. To. 1.

Vulneratus si intra modicum tempus moriatur, præsumitur mortuus ex vulnere, vide tamen Dec. consi. 415.

Confessio vera pro parte, in totum vera præsumitur, & contrà, in confessione falsa. Dec. consi. 536. num. 10.

Mortuus præsumitur ille, qui fuit in bello, & postea non comparet, & non reperitur viuus; nec mortuus, cuius hæreditas per eius proximiores adiri potest, sed quando vide Nat. cõsi. 231. To. 1. & supra tit. de proba. mor.

Matrimonium, & concubinatus de iure nõ pręsumuntur, quia sunt facti. Natt. consi. 421. nu. 9. Sed quando matrimonium præsumatur, vide Bart. in l. 3. ff. de concubi.

Quod dicitur quem præsumi viuere vsq; ad centũ annos, quomodo intelligatur, vide Meno. consi. 343. nu. 54. lib. 4. & glo. in l. 2. §. si dubitaretur. ff. quemadmo. testa. aperia.

præsumit̃ dignus qui est electus à Principe. Pet. de Rauen. sing. 813.

Possidens, sciente venditore, præsumitur, quòd ei fuerit possessio tradita. Bar. in l. 2. C. de acquir. & retinen. possessio.

Mala fides præsumitur interuenisse, quando solemnitas fuit omissa, & ordo debitus nõ fuit seruatus. Bart. in l. 1. C. de fid. instrum. & iure hast. Fisca. lib. 10. nu. 8.

Dolus, vel metus nõ præsumitur illatus, vbi est Iustitia, vel præsentia cõsanguineorum. Bart. in l. 23. ff. de eo, quod met. cau.

Præsumptio est super dubio. Bar. ibid.

Præsumitur cũ coactione fecisse, qui omnia bona sua profudit, nisi probetur sponte fecisse. Bar. in suo tract. de præsumptio. nu. 8.

Præsumitur promissio facta in dubio inter absentes. Bart. ibid. num. fin. Nam præsentia nõ pręsumitur, nisi aliter appareat. Cabal. milleloq. 341. Tamen verbũ, inuestiuit, arguit pręsentiã, idem, milleloq. 342.

Præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia. l. si legibus 16. C. de Episcò. audie.

In ventre in dubio præsumũtur esse tres infantes. l. sed & si 28. §. fin. ff. de iudi. & l. 3. ff. si pars hæred. petat.

Præsumptio violenta est contra tutorem, qui inuentarium neglexit facere. glos. fin. in l. fin. C. arbitr. tutel.

Filius solués simpliciter debitũ patris defuncti, præsumit̃ soluere vt hæres. l. 2. C. de iur. delib.

Non præsumũtur fines antiqui mutati, nisi probetur. l. in finibus. ff. fin. regund.

Fides bona præsumitur, nisi probetur mala. l. penu. & ibid. glos. C. de euictio.

Quis potest verisimiliter ignorare vires sui patrimonij; sępe enim de facultatibus suis amplius, quàm in eis est, sperant homines. §. in fraudẽ, Institut. quib. ex cau. manumit. nõ lice.

Sex modis quis præsumitur in fraudem alienare, de quibus vide per glo. ibid.

Hæres præsumitur ignorare ea, quæ in hęreditate inueniuntur, quo iure ad defunctum pertineant. §. sed tamen, Institut. de vsucapio.

Vide de materia præsumptionũ, infra lib. 2. tit. de reb. dub. in genere cum tribus tit. seqq. & supra tit. de iuris, & fac. igno. & contrà.

De testibus.

Procurator in causa inuitus non potest examinari, non solùm pro constituente; sed etiam contra illum. Ioan. Gal. q. 98. Papon. lib. 9. tit. 1. arrest. 21. vide tamen Put. decis. 294. lib. 2. & eundem Papon. d. lib. 9. tit. 1. arrest. 31. Secùs in Aduocato. Put. decis. 56. lib. 3. vide tamen Ioan. Gal. d. q. 98. in decis. diuersio.

Procurator potest esse testis (finita procuratione) ꝓ principali in alia instãtia, et de his, quę gesta sunt in prima causa. Bart. cõs. 213. vol. 1.

Testes sustinentes litẽ, super qua deposuerunt, non sunt idonei testes, neque illis adhibẽda est fides. Vera. decis. 264. part. 3.

Aduocatus licèt non recipiatur in testem pro suo cliente, tamen pro parte, cõtra quam est Aduocatus, recipitur. Vincen. de Fran. decis. 222. Sed super qua materia teneatur deponete, vide ibid. nu. 11. & 12.

An possit esse testis Iudex, vel Arbiter post sententiam de his, quæ coram eo gesta sunt ante, vide gl. in verbo, sermones, in l. nc in Arbi. 4. C. de recep. Arbit. Et in cã, super qua iudicauit, Bar. ĩ cõs. 213. vol. 1. vbi tenet affirmatiuã.

Quãta adhibeat̃ fides Iudicis testimonio, ꝓlata à se snĩa, vide Menoc. de Arbitr. lib. 2. cas. 107.

Iudici nõ credit̃ super processu, nisi ille sit redactus in scriptis. c. quoniam 11. ex. de probatio.

Iudex, Assessor, Aduocatus, & executor nõ possunt esse testes in causa appellationis. gl. in c. statutum 2. q. 6. in verbo, vel coguntur, vide Bar. in l. deferre 18. ff. de iure Fisci.

Iudicẽ illũ si impetrasti, quẽ habebã in testẽ cõtra te, vt ille in cã non possit testificari, quando possim petere, vt alius Iudex detur, vide Bar. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæstio.

Aduo-

Aduocatus non dicit omni exceptione maior, tamen probat: Craue. consi 56. nu 4. & 13.
Testibus a longinquis partibus venientibus ad locum iudicij, an expensarum victus tãtùm, vel operarum mercedes etiam persolui debeat, vide Ozas. decis. 46.
Testibus debent fieri impendia per producentem. l. Pręses. 5. §. si quid. C. de appellatio. vide supra tit. de probationum solemnitatibus.
Testimoniũ ferre munus publicum esse dicitur. Ozas. decis. 46. nu. 4. Ideò regulariter quis inuitus compellitur ad testificandum. Capel. Thol. q. 413. limita, vt ibid q 355. vide Marc. q 593. part. 2. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 24. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 487. Tamen testimoniũ ferre nemo cogitur contra affines. Menoch. de Arbitra. cas. 487. nu. 5.
Testes iure Ciuili etiam in ciuilibus compelluntur; sed iure Canonico in criminalibus tantùm. Bart. in suo tract. de differ. int. ius Cano. & Ciuil. num. 163. vide l. 1. & ibid. gloss. ff. quẽadmo. testamen. aperia.
Iudęo testi cõtra Christianum vsurarium deponenti creditur. Ozas. decis. 72 Tamen regulariter Iudæorum testimonium contra Christianum non admittitur. Ozas. ibid. nu. 5. vide Afflic. decisio. 214 & Natt. consi 394. num. 8. Idem in alijs, qui sunt extra Ecclesiam. Natt. ibid. num. 10.
Periurus repellitur à testimonio dicendo. Ozas. d. decis. 72. num. 7. Marc. de Mant. sing. 254. Etiam peracta pęnitentia. Marc. quęst. 706. Rol. consi 57. vol. 4. Guid. Pap. sing. 769 & c. quicunque 6. q. 1.
Periurus omnino repellitur à testimonio, etiã quòd sit periurus circa aliqua accessoria tantùm. Crau. consi. 6. num. 14. & 48. vide eundem, consi. 99.
Regulariter socij, & participes criminis, ad testimonium ferendum non admittitur, tam in offendẽdo, quàm in defendendo, quod procedit quo ad plenã probationẽ. Boe. dec. 319.
Socij criminis inhabilitas ad probandum diluitur per reuelationem criminis. Ozas. deci. 79. nume. 7.
Socij criminis, & aliundè inhabiles in crimine lęsæ Maiestatis admittuntur ad testificandũ. Ozas. ibid. num. 8.
Quando socius criminis possit deponere de sociis, vide Bart. in l. 6. §. is, qui. ff. de quæstio.
Socius criminis qualiter probet contra sociũ, maxime si deponat virtute torturæ, vide Gram. decisio. 28.
Exculpatio socij criminis, prodest exculpato. Ozas. decisio. 79. nu. 21.
Socius rixæ non est idoneus testis: idem in socio itineris. Gram. decisio. 25.
Testis faciens se criminis participem, est infamis: quia detegit turpitudinem suam. Gram. decis. 40. num. 16.
In materia ciuili socius potest esse testis in causa socij, in qua nullam habet cõmunionem. Boer. decis. 319. num. 6.
Donator in causa donatarij, & cedens in causa cessionarij, nõ possunt esse testes, nec socius omnium bonorum, vel partis, si habeat interesse: fallit in sociis habitationis tantùm. Capel. Tholos. quæst. 94. Mohed. decisio. 53. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 473. Marc. de Mant. sing. 17. Tamen dependent hi omnes ab arbitrio Iudicis, quanta sit illis adhibenda fides, considerata qualitate personarum, affectionis, & causæ. in additio. d. quæst. 94. Capel. Tholos.
Cedens iura sua titulo donationis, potest esse testis. Guid. Pap. sing. 86.
Socius non est idoneus testis de rebus societatis. Rot. Genu. decis. 9. nu. 11. Iass. Lans. Balb. decisio. 349. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 474.
Testis socius raptoris mulieris, nõ repellitur à testimonio. Paul. Aemil. Vera. deci. 277. par. 3.
Illis, qui proprium crimen de se confitentur, nõ creditur contra eos, quos dicunt criminis mandatores, vel sugestores, nec testibus creditur, qui post depositionem dicũt se falsum dixisse, etiam in mortis articulo. Gom. Leo. decis. 28. in decisio. diuerso.
De se confesso nõ creditur super crimine alieno. cap. nemini 15. quæst. 3 l. fin. C. de accusatio. vide tñ gl. in §. cũ quis l. 1. ff. de quæstio.
Socius interfecti non potest testificari; quia nõ est idoneus testis contra interfectorem; sibi enim iniuria quoque facta videtur. Ioan. de Arnono sing. 97.
Dictum testis in articulo mortis deponentis se falsum dixisse non praeiudicat aliis. Bart. in l. si quis in graui. §. si quis morientis. ff. ad Senatusconsul. Syllania.
Iudicis arbitrio relinquitur, an credendum sit testimonio illius, qui in extremis laborat. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 97.
Morti proximus nõ præsumitur mẽtiri, nec esse immemor salutis æternę. Ozas. decis. 79. n. 20. Gram. decis. 34. nu. 37. vide tñ gl. in §. Vasalli c. in causis, de pac. constan. in vsib. feud.
Testiũ dicta non irritantur, vbicunque de eorũ cõmodo immediatè, & principaliter nõ tractat Ozas. deci 99. nu. 13. & 38 Rot. Gen. deci. 38. Fran. Marc. q. 593. par. 2. & Put. deci. 15. li. 3.
Testis in causa, in qua eius emolumentum versatur, deponere potest, modò protestatione vtatur, quod ex tali depositione nolit se iuuare. Ozas. decis. 99. nu. 40.

Testi non est credendū in his, quæ concernunt eius laudem, vel vituperium, commodum, vel incommodum. Ozas.decis.79.nu.39. Rot. Genu.decis.20.num.8. Gram.decis.40. nu.18. & Craue.consi.99.

Iudex contra aliquem pronuncians, non dicitur illum offendere, nec ex hoc inimicitiæ præsumptio induci potest. Ozas.d.decisio.79. nume.23.

Accusator, seu denuncians testis esse non potest; alter enim accusator, alius testis esse debet. Ozas.d.decis.79.nu.54.

Litem habens ciuilem magnam, aut criminalē cum aliquo, dicitur eius inimicus capitalis. Ozas.decis.88.nu.20. Gram.decis.86.nu.11. vi de Mysing.obseruatio.27. centu.3. & Crauet. consi.31.

Ad repellendum quem vt inimicum satis est probare, quòd quis habeat causam odij capitalis, quamuis odium non ostendat. Gram. decisio.33.num.7.

Inimicitia ad hoc, vt repellat testem requiritur, vt sit grauissima, vel saltē grauis. Gram. decisio.34.num.26.& decisio 86.num.7 vide Ioseph. Ludo. decisio. Perus.73. & 86. Franc. Marc. quæst. 892. & Barto.in l.1.§.si quis.ff.de quæstio. Et per cōsequens testis inimicus ex leui inimicitia, non repellitur. Gram.d.decis. 34.nu.27. Sed quando inimicus repellatur à testimonio, vide Hippol.sing.278.

Inimicitia quando dicatur grauis, & quę repellat testē, relinquitur arbitrio Iudicis. Gram. d.decisio.34 nume.28. & decis.86.nu.10. vide Crescē.deci.3. aliàs 271.tit.de testib.& Meno. de Arbitra.lib.2.cas.110.

Testis dum allegatur, quòd sit inimicus, debet Iudex in eius receptione supersedere, & procedere ad receptionem testium de inimicitia. Gram.decis.86.

Testis ad hoc, vt repellatur tanquam inimicus, debet probari causa inimicitiæ capitalis, ac euidens, & manifesta, nec sufficit probare inimicitiam in genere; sed in specie debet probari inimicitiæ qualitas. Gram. decis. 86. Aliàs non dicitur probata inimicitia. idem decisio. 34 Ideò testis deponens de illa debet reddere causam, & rationem sui dicti, licèt non sit de ea interrogatus. d. decisio.34. num.25. vide eundem Gram.d.decis.86.

An credatur nuntio causę, referēti se fuisse vulneratum, vel iniuriatum in executione faciēda, vide Guid.Pap.q.628.

Testi inimico aliquando Iudex potest fidē adhibere, quando constat per alios testes illū veritatem dixisse: idem, quando testis inhabilis purgatur ratione adiuncti. Ioseph. Ludo. decis.Luc.3.nu.30.

Testis, qui deposuit in causa criminali, seu capitali, dicitur inimicus. & potest repelli à testimonio in alia causa; secùs in eadem. Marc.q. 894.& Bart.in l.5.§.his verò.ff.de his, quib.vt indig.legat.aufer.

Inimicitia, quæ ex partis facto prouenit, neque Iudicem, neque testem repellit. Marc.quæst. 291.part.2.

Testis inimicus capitalis etiam in crimine lęsæ Maiestatis non admittitur. Gram.vot.11.nu. 17.& Papon.lib.9.tit.3.arrest.16.

Procurans inimicitiam testis, vt illi non credatur, non potest vt inimicum eum repellere: sed quanta fides ei sit adhibenda, relinquitur arbitrio Iudicis. Iaff.Lanf.Balb.decis.202.

Iniuria facta vni, respicit omnes de familia, aut cognatione, qui propterea de illa deponendo, videntur deponere in causa propria, & non sunt idonei testes. Craue.cōsi.41. & Bar. in l.5.ff.de iniuriis.

Reconciliatus inimicus, non est testis omni exceptione maior. Craue. consi.73.nu.13. vide Iul.Clar.§.fin.q.24. in sua Pract. Imò talis inimicus nouiter reconciliatus, à testimonio repellitur. Roma. sing.319. Nam inimicum quē esse, vel de recenti consiliatum, parificantur quo ad testimoniū ferēdum. Feli.cōsi.3.nu.10.

Inimici testimoniū etiā in causis arbitrarijs, vel priuilegiatis, repellitur: idē in inimico pſumpto, incognito, & reconciliato. Menoch.de Arbitra.lib.1.q.28.

Testis, qui tulit testimoniū contra inimicū, prę sumitur deposuisse propter inimicitiā. Bar.in l.vnic.C.si propt.inimicit.crea. fact.fue. lib.11.

Cum inimicis meis habitantes, mei inimici præsumuntur. c.repellantur 7 ex.de accusatio.

Inimici nō admittunt ad denunciandū, vel ad testificādū. c.cùm oporteat 19.ex.de accusat.

Testis vt inimicus repellitur, licèt offensa ignoranter facta sit. Bart.in l.1.nu.5.ff.de his, quib. vt indig.legat.aufer.

Suspectus mihi est, nō solùm inimicus meus, sed amicus, vel domesticus inimici mei. Bart.in l. 4.ff.de legatio.

Testes inhabiles admittunt in delictis, in quibus veritas aliter haberi nō potest, sed quando dictū procedat, vide Ozas.decis.79.nu.41.

Testes minus idonei, & inhabiles, qui aliàs non admitterentur, tamen in his, quæ à cōiter accidentibus fiunt, clàm, & secretè, habētur pro idoneis. Gram.decis.34.nu.37 Nam testes minus idonei, si veritas aliunde haberi nō possit, quandoque recipiuntur. Marc.q.1167. Fallit, vt ibid num.9. vide eundem q.94. part.2. & Rot.Genu.decis.195.

Quando domestici admittātur ad testificandū circa ea, quæ fiunt in domo, vide Pet.Benint. decis.

decisio.43.num.3.& 10. Menoch. de Arbitra. q.73. nu.32.

In probatione rei, quæ de sui natura est difficilis probationis, testes inhabiles admittunt. Rot Genu.deci.36.nu.5.Idē circa ea, quę fieri solēt intra parietes domesticos, & similia. Rot. Genu.decis.77.& 130.

Testis aliàs inhabilis admittitur, si fuerit à partibus rogatus.Iaff. Lanf.Balb.decis.375. & Mysing.obser.3.cent.4.

Clericus in causa criminali, qua quis puniri debet pęna corporali, non potest testificari: & quando agitur ratione pęnæ pecuniariæ, admittitur tantùm in subsidium, nempe quando actu,& potentia, alij testes haberi nō possunt.Natt.consi.394.

Testes aliàs inhabiles, qui tantùm in subsidium admittuntur, ita demum recipiūtur, quando ex natura negotij, alij testes non poterunt occurrere actu,& potētia.Natt. dicto consil. 394.num. 7.

Nonnullæ personæ ad testificandum inuitæ nō compelluntur: fallit, quando veritas aliter haberi non posset. Roma.sing. 398. Nam vbi testes habiles non possint haberi, admittuntur testes non idonei, ne veritas occultetur. Math Mathes. sing 188.

Domestici, & familiares admitūtur ad probādū, qd quis habuerit in domo massaritias, & supellectilia. Bar ī l.lex 22.C.d adminis. tut.

Testis (etiam infamis) aliàs inhabilis, si de facto proprio deponat, facit semiplenam probationem.Dec.cons.363.

Testi deponenti de gestis à seipso, & de facto proprio, an credatur, vide Franc.Marc.quęst. 485.num.14. Et in quantum, Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.99.num 8.

Testibus deponentibus de propriis solutionibus, magis credendum est, quàm aliis. Ozas. decis.99.num.36. Ideò baiulis deferentibus merces est credendum.Rot. Genu.deci.121. Et etiam seruo de facto proprio deponenti creditur.Afflic.decis.369.nu.7.

Testis Vniuersitatis in causa ad Vniuersitatem spectante quo ad auctoritatem, sed ad singulares personas, quo ad vtilitatem, nō admittunt.Ozas.deci.99.nu.39.& Frāc.Marc.q.489.

Regula est, ꝙ illi, qui sunt de Vniuersitate, possint esse testes in causa illius, quæ regula limitatur sex in casibus, de quibus vide per Cabbal.milleloq.600.& Cassan.in consuetu.Burgund.ti. *des foresiz* Rub.13.§.5.glo.3.

Testes de Vniuersitate in his, quæ sunt communia pluribus vt vniuersis, probant; secùs in his, quæ sunt communia pluribus vt singulis, nempe in pascuis, & nemoribus. Guid. Pap.q.193.& q.573.Benint.decis. 70. Vincen. de Franc.decis.197.num.4. vide Afflict.deci. 400.Guid.Pap.sing.958.Bar.in l.1.§.seruum.ff. de quęstio.& in §.sancimus, Authen.de testib. & Abb.cons.16.Sed quando testes de Vniuersitate pro illa recipiantur, vide Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.106.Rol.consi.72. vol. 2.Bartho.de Capu.sing.4.Pet.Gera.sing.24.& Hartma. cap. 35.tit.de testibus. lib.1.

Syndicus non potest Consyndicum suum producere in testem.Capel.Thol.q.18.

An illi de Vniuersitate possint astringi ad ferēdum testimonium contra Vniuersitatem, vide Franc.Marc.q.93.par.2.

Testis de Collegio quando possit esse testis in causa Collegij.vide Bar.in l.6. ff.de rer.diuis.

Testis subditus non probat.Ozas.deci.101.n.18.

De Vasallo teste, seu subdito deponente pro Domino suo, & an probet, vel sit idoneus testis, vide Afflict.decis.304.Capel.Thol.q.4.in additio.& Vera.decisio.276.par.3.

In controuersia finium, subditi possunt deponere pro Domino.Gui.Pap.q.193.

Testis emphyteota quis esse nō potest pro Domino directo, quando deponit super re, quā tenet in emphyteosi, vel tenere sperat.Ioseph.Ludo.decis.14.Luc.nu.14.

Vasallus non potest esse testis contra Dominū in criminalibus; secùs in ciuilibus.§.similiter; de consuetu.rect.feud.in vsib. feud.

Testes quando sunt subditi, vel salariati, sunt suspecti. Dec.consi.94.

Amicitia magna repellit testem, & operatur sicut coniunctio.Afflic.deci.304 num.13.Natt. consi.95.nu.13.Tom.1.Guid.Pap.sing.748.vide Pet.de Rauen.sing.961.Idem in nimia familiaritate.Affli.d.deci.304.nu.13.

Familiares honestæ vitæ admittuntur ad testificandum.Hippol.sing.5.

Domesticus, vel familiaris, non potest ferre testimonium de his, quæ fuerunt gesta, postquā fuit domesticus; secùs d antè gestis. Amanel de Clarisaq.sing.114.vide Bar. in l.1.§.ad quęstionem.ff.de quæstio.

Iudex,& testis propter familiaritatem repellūtur.glo.in c.insinuante 25.ext.de offic. & potestat.Iud.delega.

Testis consanguineus, vel multum amicus, non facit semiplenam probationē; sed suspicionem.Bar.in l.admonēdi 31.ff.de iureiu. n.37.

Non conceditur repulsa contra testes examinatos in prima instantia, nisi velit pars repulsare ipsos tanquam falsarios, vel quia fuerit petita repulsa, & non concessa.Affli. deci. 266.vide Perillust.D.P.Tessau.deci.259.

Obiectus contra testes in remedio attentatorū, officio Iudicis implorato, dēt cōcedi in cā attētatorū.Affl.dec.351.Aliàs secùs.Menoch.

de Arbitra.q 32.num.4.Tamen testium repulsa non competit in iudicio possessorio summario; idem in tertio opponente ad impediendam executionem. Capic.decisio 55.vide Afflict.decisio.351.& Menoch.de Arbitra.d.quæst.32.

Testes reprobatorij testium reprobatoriorum partis aduersæ,& confirmatorij suorum,possunt produci.Capic.decisio.62.

Testes repulsati licèt non probent, faciunt tamen præsumptionem. Gram.decis.11.nu.10.

Testem à me productum reprobare non possum, si ab aduersario similiter productus sit. Gram.decisio.34.nume.11.Licèt solùm esset productus. ibid.

Testes à me producti non solùm,si persona,contra quā ipsos produxi primò, contra me producat eosdem; sed etiam in quacunque alia causa,vel alia persona, ex quo semel approbaui, nō possum de cetero reprobare. Gram. decis.34 nume.13.vide in libris placit. Curiæ lib.11.de testib.tit.8.cap.6.in deci.diuerso.

Testem, quē produxi,an reprobari postea possim,& contrà,teste,quem reprobaui, an postea vti possim,vide Boer.decis.245.

Testes improbans protestari debet, quòd non iniuriandi causa id facit.Boer.ibid.nu.8.

Obiectus contra testes non sufficit declarare in genere;sed debent describi in specie, appositis loco,& tempore criminis, & aliis circunstantiis.Boer.decisio.321.Aegid.Bellam. conclusio.122.vidè Maran.in suo Spec.par.6. tit.de testium repulsa,nu.3.

Testes inducti à parte aduersa, plenè probant, nec contra illos aliquid potest obiici.Ioseph. Ludo.decis.28.Perus.nu.6.

In casu, quo non possum reprobare testem, vt quia examinatus est etiam pro me,tamē potero opponere contra dicta.Cabal.milleloq. 940.vide Papon.lib.9.tit.3.arrest.3.

Generalem testium omnium reprehensionem admitti,obseruatū fuisse legitur in libris placit.Curiæ Pari.lib.11.de testib.titu.8.cap.2. in decisio,diuerso.

Testem,quòd criminis compertus sit,non rectè reprehendi,nisi etiam iudicatum dicas,habetur ibid.cap.3.

Testis semel reprobatus in vna causa, an possit per alium in alia causa produci, vide glos.in l.2.C.de fid.instrument.

De exceptionibus, quæ solent opponi contra testes vide per Spec. titu. de testib.& Clar.in sua Pract.§.fin.q.53.

Contra testem per me productum,non possum aliquid opponere.Bar.consi.19.vol.2.

Impugnare quis non potest testes,quos examinari fecit,etiam in alia causa, & inter diuersas personas, licèt eorum depositionibus vti nolit.Cra.cons.188.nu.5.

Producens testem non potest illum reprobare, nisi ex superuenienti causa.Marāt.in suo Spec. par.6.tit.de testium repulsa,nu.10.& 11.

De testium repulsa,& quæ quotidie sint ad eius vsum necessaria, vide Maran.in suo Spec.d. tit.de testium repulsa.

Repulsa testium in casibus arbitrio Iudicis cognoscendis,locum an habeat,vide Menoch. de Arbitra.q 32.

Testium repulsatio non cōceditur,cùm per calumniam obiicitur. Menoch. de Arbitra. lib. 1.quæst.32.

Quādo obiectus,qui testibus fiunt,probari possint, & de intellectu noui decreti vide per eundem Menoch.ibid.lib.2. cas.239.

Edictum de testibus est prohibitorium certarū personarum: ideò omnes ad testificandum admittuntur;nisi sint à iure prohibiti. Rebuff. in constitutio.Reg.tractat.de reprobat. testi. Tom.3.vbi plenè de materia.

Testes an puniantur ratione criminis obiecti, & probati,vide Rebuff.ibid.art.5.nu.8.

Iudex ex officio potest de cōditione testis inquirere.ibid.nu.11.Et debet.arg.§.si præsens, & ibid.glo.in l.1.ff.de Magist.conuen.

An contradicenda sint dicta testium, vel solùm ipsæ personæ reprobandæ, vide Rebuff.ibid. art.vlt.fol.863.

In casu, quo non possum reprobare testem, vt quia examinatus sit etiam pro me, tamē potero contra dicta opponere. Rebuff.ibid.Capic.decisio.62.num.6.& Rot.Genuen.decis.1. nume.24.

Si quis opponat,quòd testes non sunt, neq; fuerunt omni exceptionè maiores,hæc obiectio non concludit: quia quamuis illud verbum, fuerunt,sit præteriti temporis,tamen intelligi potest, post depositum testificatum. Petr. Gerar.sing.76.

De capitulis obiectionalibus vide supra tit. de deductionibus.

Testimonium in causa propria nemini ferre licet.Afflict.decis.400.num.7. Et causa propria dicitur esse alicuius,cuius commodum,& incommodum ad illum spectat. Gram.decisio. 73.num.17.

Testibus interesse non habentibus magis creditur: & in causa propria nō adhibetur fides, & quatuor modis testis dicitur deponere in causa propria.Ioseph.Ludo.decis.Luc.14.

Deponentes ad sui exonerationem, non sunt idonei testes. Rot.Genu.decis.94.& 195. Tamen limita,vt ibid.

Notario,& testibus inuicem contradicentibus, qualis fides adhibeatur,vide Capic.deci.94.

infra

infra tit.de fid. instrumd. quib. test. vel test. contrad.& infra tit.ad leg.Cornel.de fal.

Eadem rõne, qua vnus testis singularis nõ probat, eadem multi reprobantur, si sint plures, qui patiantur exceptiones.Gram.decis.11.

Testi inhonestæ, & reprehensibilis vitæ nõ creditur:& testes viles,seu infames in causa graui testificari non possunt.Gram.d.decisio.11. num.3.& 4.Et etiam infamia facti repellit testẽ à testimonio in criminalibus. Ozas.decis. 79.n.35.vide Bar.in l.1.ff.de his,qui not.infa.

Testes carcerati pro delictis nihil probãt, cùm sint infames, si tamẽ delictum sit tale, quod per sententiam infamaret. Gram.decisio.34. num.19.vide ibid.nu.29.

Testes rustici, & villani repelluntur à testimonio contra Baronem Gram.decis.104.nu.5.

Condemnatus de publico crimine:puta adulterij, est infamis, & à testimonio repellitur. Hattma.cap.3.tit.de accusatio.

Infamis repellitur à testimonio:Bart.in l.6.ff.ad leg.Iul.repetund. vide gl.in l.1. C.de Summa Trinit.& Fid.Cathol.

Testis minus idonei depositio simul cum alio teste legali,non sufficit ad probationẽ, quando agitur de tollenda surreptione,licèt alioqui inhabilitas vnius,suppleatur per capacitatem alterius.Mohed.decis.148.

Infamia iuris, vel facti, quando testem à testimonio repellat,vide Franc.Marc.q.486. num. 22.& Menoch.de Arbitra.lib.1,q.27.

Spurij sunt infames infamia facti:ideò non sunt idonei testes.Ios.Ludo.decis.Perus.18.nu.16.

Testis infamis infamia facti, non est omni exceptione maior.Feli.consi.36.nu.3.

Lenones,ebriosi,histriones,& alij infames, idonei testes non sunt. D.Sol. in constitut.antiq. Sabaudiæ glo.super decreto,ex causis tit. de Tabellio. Ebrietas tamen non repellit à testimonio, nisi quis esset ebrius tempore depositionis.Cra.consi.169.

Testibus inquisitis de crimine, tanquam infamia facti notatis, minus creditur; condemnatis vel infamibus iuris infamia nihil, imò à testimonio repellunt.Nat.cõs.666.n.5.& cõs. 668.vide Bar.in l.3.§.diuę ff.de Carbon.edict.

Testis infamis infamia facti non admittitur; quando agitur de probanda ingratitudine Feudatarij, donatarij, vel filij exhæredati, Roma.sing.469.

Diffamatus publicè apud graues viros de iure Canonico repellitur à testimonio; sed non de iure Ciuili, nisi fuisset cõdemnatus.Marc. de Mant.sing.385.

Testes infames,& aliàs à iure prohibiti, admittuntur ad probandam coniunctionem.Anto. Columb.sing.1.

Hæretici hodię sunt infames; ideò repelluntur à testimonio:& infames de iure etiam omnino repellunt à testimonio:infames verò de facto in ciuili cã admittunt; in criminali non. Bart. in l.1. num.11. C. de Summa Trinit. Sed quæ testimonia sint interdicta hæreticis, vide Bart.in l.quoniam. C.de hæreticis.

Excipiens contra testem, quòd sit infamis, debet addere causam,quare sit infamis. Bart.in l.1.C.de testament.

Testis propter infamiam etiam superuenientẽ intra tempus depositionis,& repetitionis, à testimonio repellitur: & testis incontinenti potest corrigere dictum suum; ex interuallo non.cap 7.ex.de testib.cogen.

Condemnatus infamis, si pendẽte appellatione, dixerit testimonium, erit validum, licèt appellatio remanserit deserta.Barto.in l.6.§. sed.ff.de his,qui notant.infam.

Testes lusores.& blasphematores non probant. Gram.decisio.11. Boer.decis.301.num.13.& Rol.consi.57. vol.4.

Ludus est crimen, & lusor præsumitur bona sua dilapidare,& malè vti substantia sua: ideò in causa criminali non admittitur. Gram.d.decis.11. nu.6. Nam lusores, & qui de ludo vitã ducunt,sunt infames.Gram.ibid.nu.7.

Testes non possunt dici repulsi, ex quo testes examinati ad repulsam, deposuerunt ipsos esse infames, seu lusores,aut aliter criminosos,nisi etiam deposuissent,quòd ita reputẽtur.Gram.d.decis.11.nu.12.

Testis faciens pactum de quota litis, repellitur à testimonio.Gram.decis.73.nu.16.

Venditor nõ potest testificari in causa emptoris sui. Gram.decis.77.nu.6. Bart. in l.ab executore 4 §.alio.ff.de appellatio. Capel.Thol. q 94.Mohed.decis.53.vide Menoc.dę Arbitr. lib.2 cas.473.Vbi de testimonio cedentis.

Quando colonus,vel venditor posisit esse testis in causa domini, aut emptoris, vidę Magon. decis.135.Rot.Floren.

Auctor est idoneus testis in quæstione finium regund. si in tali quæstione non tractetur de eius præiudicio.l.pen.ff.fin.regund.

Testes,si ex actis appareat non esse idoneos, Iudex repellere debet,licèt non petatur.Boer. decis.331.num 4.

Proxenetę,& mediatores (licèt Sacerdotes) nõ sunt idonei testes. Ioseph Ludo. decis.Perus. 95.vide Beninten. decis.61. Rot. Genu.decis. 188.nu.7.Cabal.milleloq 253.& Hippol.sing. 533.Sed quid in causa dotis, vidę Beninten. d.decis.61.& Ludo.d.decis.95.

Testis mediator in facto,quod tractauit,est idoneus.Vera.decis.267 part.3.Ideò licèt proxenetæ non sint idonei testes ante completum con-

cõntractum, tamen illo perfecto, admittũtur pro idoneis. Rot. Genu. decis. 97.

Testes consanguinei, vel affines licèt admittantur ad probandam innocentiam sui consanguinei inquisiti. Boer. decis. 165. & Rot. Genu. decis. 38. nu. 5. Non tamen admittuntur ad reprobationem testium productorum contra ipsum. Gram. decis. 34. nu. 14.

Testis non potest esse vxor in causa viri, & contrà. Gram. d. decis. 34. nu. 17. & Barto. in l. 1. §. si vir. ff. ad Senatusconsul. Syla. Sed quid in sponsa, vel concubina, vide Capel. Thol. q. 3.

Testes affines, & cognati, licèt nõ reprobentur in totum; tamen non erunt integri, sed suspecti. Gram. d. decis. 34. nu. 18.

Testes consanguinei (qui lege Iulia repellunt, tãquã psumpti inimici) intelligi debẽt, qñ cõsanguinitas pcedit ex linea ascẽdẽti, vel descendenti; secus si ex linea transuersali: quia hoc casu ipsa lege non repelluntur. Gram. d. decis. 34. nu. 20. & Rot. Genu. decis. 182.

Testis mihi domesticus potest contra me in testem produci, excipitur tamẽ pater, qui (etiã volens) contra filium non debet examinari. Guid. Pap. q. 45. num. fin.

Vxor, vel mater an cogatur testificari contra maritum, vel filium, vide Papon. lib. 9. titu. 1. arrest. 26 & 27.

Mater pro filio nõ potest esse testis, nisi ad probandam ætatem. in additio. q. 3. Capel. Thol. Nam coniuncti admittuntur ad probandam ætatem aliorum cõiunctorum. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 55. & Barr. in l. 44. ff. de mino. 25. ann. Et in causa status. Bart. in l. 3. §. duæ. ff. de Carbon. edic.

Famulus an posit esse testis contra dominum, vel pro, vide Capel. Thol. q. 4.

Domestici in causa criminali non possunt esse testes: sed qui dicantur familiares, & qui domestici, & illi in quibus casibus admittantur, vide ibid. d. q. 4. in additio. Bar. in l. 8. C. de repud. & in l. de mor. subla. & Rot. Gen. dec. 130.

Domestici patris non possunt testificari contra filium, neque contrà. d. q. 4. in additio. nume. 8. Capel. Tholos.

Testis idoneus non est (etiam volens) filius cõtra patrem. Natt. consi. 499. nu. 9.

Licèt domesticus non posit esse testis pro domestico, potest tamen esse contra illum. Vincen. de Fran. decis. 222.

Personæ, quæ de iure compelli non possunt ferre testimonium, deficiẽtibus aliis probationibus, compelli possunt. Capel. Thol. q. 355.

Coniunctus cõtra coniunctum in criminalibus non admittitur ad testificandũ. Marc. q. 893. Et examinatus nullam fidem facit. ibid. q. 895. Nec pro coniuncto, vide Barto. in l. qui testamẽto 20. §. quæcũque, nu. 7. ff. de testam.

Delictum nõ nisi testibus omni exceptione maiores potest probari: sed pro defensione admittuntur familiares. Fran. Marc. q. 286. par. 2.

Famuli, iuuenes, vel operarij, quando admittãtur pro idoneis testibus, vide Rot. Genuen. decis. 31. nu. 10. Quòd admittantur, habetur ibi. deci. 97. n. 5. & decis. 130. vide & deci. 195.

Domesticus pro domestico probat contra domesticum: & famulus olim, probat nunc pro domino. Rot. Genuen. decis. 77. num. 8. vide ibid. decis. 195.

Testis an sit idoneus mercenarius, qui recipit salarium ab eo, in cuius fauorem deponit, vide Put. decis. 4. lib. 1.

Famulus non habens salarium admittitur pro dño. Hippol. sing. 5. & Vera. decis. 279. seu 16.

Famulus expulsus à domino, vt pro illo testificetur, quando videatur verè, vel fictè expulsus, vide Bart. in l. vir mulieri 65. ff. de donatio. inter vir. & vxo.

Testis non potest esse patruus pro nepote. Vera. decis. 79. la 2. seu 16. part. 3.

Fratres contra fratrem in criminalibus non coguntur ferre testimonium. vide obser. 72. Senatus Thol. in decisio diuerso. fol. 268. Sed volentes admittuntur. Natt. consi. 499. nu. 11.

Licèt quis pro vxore fratris viuẽtis non possit testificari, tamen secùs erit in vidua: quia tũc est absoluta affinitas. arg. §. affinitates l. 3. ff. de postul.

Quis dicatur domesticus testis, & quando domesticus pro domestico possit testificari, vide glo. in § pater, Institut. de ordin. testam.

An testimonio nutritoris pro eius alumno credendum sit, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 101.

Qualitas testis consideratur tempore, quo testificatur. Dec. consi. 163. nu. 10. & 11. Bar. in l. 1. C. de testamen. Non autem tẽpore, de quo deponunt. Bar. in l. 3. §. duę ff. ad Carbonianũ. Ideò licèt quis ante depositionem esset domesticus, tamẽ sufficit ad hoc, vt admittatur, quòd nõ sit domesticus tempore depositionis. Dec. d. consi. 163. nu. 11.

Testes consanguinei esse possunt, super legitimatione probanda ex vero, vel præsumpto matrimonio. Natt. consi. 537. nu. 38.

Licèt domesticus patris repellatur à testimonio, non tamen repellitur domesticus domestici patris. Anto. Corset. in suis singul. litera T. sing. 20.

Testes domestici, & minus idonei, ad rei defensionem in criminalibus admittuntur ad probandam rei innocẽtiam. Ias. in l. 8. §. sciendũ, nu. 9. ff. de oper. nou. nunciat.

Canonicus pro Canonico testificatur, & frater

pro

pro fratre.glo.in c.cùm te 35. in verbo, cùm R. ex.de offic.& potesta.Iudi.deleg.

Septuagenarius excusatur à testimonio ferendo:& testibus familiaribus pluribus deponẽtibus,resultat plena probatio. Nicol.de Neapol.ad l.2.ff.de excusatio. tuto. in lib. Bart.& Feli.consi.36.

Socer pro genero,& cõtrà, an testificetur, vide Bar.in l.qui 20.§.quęcũque,nu.5.ff.de testam.

Coniunctus inter æquales coniunctos testificatur.vide Bart.in d.l.20.§.quæcunque, nu.8. & in l.17.ff.de quæstio.

Domestici dicũtur,qui sunt de agnatione. Bar. in l.1.ff.ad Senatusconsul.Sylla.

An ille,qui desinit esse meus domesticus, possit testificari de his, quæ facta fuere dũ erat domesticus,vide Bart.in l.1.§.idem Nummio.ff. de quæstio.

Qui domestici,vel coniuncti sanguine, aut affinitate, vel inimici à testimonio repellantur, vide glo.in c.1.ã.& 3.3.q.5.c.suspectus c.constituimus,& c.nullus.ibid.d.q.5.

Cautela est pro testibus, qui non coguntur deponere contra certas personas, vt scribatur in actis, quòd volentes,deponunt.Bart.in §. Deo,Auth.de Sanctis.Episc.

Testes non possunt produci pueri, qui à ferẽdo testimonio prohibẽtur.Gram.decis.40.nu.15.

Testis minor ante vigesimum annum in criminalibus,nõ recipitur. Gram.d.decis.40.nu.17.

Impuberis doli capacis testimonium, facit sufficiens indicium in maleficiis, sed quid in patre,vel aliis domesticis, qui nõ admittuntur, vide Capel.Thol.q.238.& Barto.in l.12.ff.de his,quib.vt indig.lega.aufer.

Minor 20.ann. quam probationem faciat in criminalinalibus, vide Franc. Marc. q.890. Sed quid in eo,qui tetigit vigesimum annum, vide ibid.q.896.

Impuberes non possunt ferre testimonium.c.testes,& ibid.glo.4.q.2.& 3.Fallit in quibusdam casibus ibid.scriptis per glo.

Minor 25.ann.licèt non admittatur in criminalibus ex defectu ætatis,tamẽ receptus,& examinatus facit solemne indicium. Feli. consi. 36.num.10.

Delictum probatur per impuberes, quando nõ potest probari, nisi per minores. Anto. Columb.sing.15.

Impubes quando possit testificari factus pubes de eo, quod antè viderat in pupillari ætate: & cęcus potest testificari de eo, quod antè cognouit.Bart.in l.ad testium 22.§. conditionem,nu.5.ff.de testamen.

Impedimentum superueniens testi inter iuramentum,& depositionem,quando impediat ipsum testificari, vide Barto.in d.l.22.§.conditione,nume.7.ff.de testamen.

Minor 20. ann. non potest testificari in crimine publici iudicij.Bar.in l.2. §. pupillus ff.de accusatio. Tamẽ tortus facit indiciũ. idem in l. de minore 10.ff.de quæstio.

Testes,quos vna pars produxit,& iurare,ac examinare fecit, illos altera pars poterit producere,& examinari facere.Boer.decis.245. Et facta productione testium, pars producens non poterit amplius renunciare productioni,per quam illi testes fuerunt effecti communes. Boer. ibid. Et censentur approbati per eũ,qui illos vocari fecit.Gram.deci.34.nu.12.

Mulieri asserenti se ex semine alicuius prægnãtem, an credatur,& quid de matre testificante filiũ non esse mariti, vide Boer. decis.299.

De muliere asserente se cognitam carnaliter ab aliquo vide per eundẽ Boer. deci.319.nũ 7.

Mulieris testimonium in omni negotio ius Ciuile admittit, testamento excepto, siue causa sit ciuilis, siue criminalis:de iure autem Canonico in criminalibus non admittitur, c.ex eo 15.q.3.Fran.Marc.q.900.Papon.lib.9.tit.2. arrest.17. Dec. consi. 163. Tamen in casibus, in quibus mulier admittitur,non dicitur omni exceptione maior. Craue.consi.99.num.5.

Mulier etiã in causa criminali admittitur, quando veritas aliàs haberi non posset.Dec.consi. 363. num.5. Quando aliàs admittatur, vide Hartma.cap.4.titu.de testib.lib.1. & c.5. ibid.

Fęminæ testimonium,& infamis æquiparantur: & fęminę an sint idoneę testes in capitalibus, vide Maran.in suo Spec.de ordi. iudicio.part. 4.titu. an sit iudic. ciuil. vel crimin.distinct.1. indic.num.42.

Mulier regulariter potest esse testis: fallit in criminalibus de iure Canonico, in testamentis, & in scriptura priuata. Fran.Cremẽ.sing.145.

Biruarij reputantur viles,& ideò illis non creditur.Ioseph.Ludo.decis.Luc.1.

Nuntio etiam non creditur,nisi super actu citationis.Fran.Marc.q.51.part.2.gl. in c.cùm parati 19. ex. de appellat.Sed an credatur nuntio publico, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2.cas.112.

Biruarij probant, & sunt idonei testes,vbi examinantur à Iudice ad inquisitionem, & famã ad suas aures reuerberantem, ita quòd quodammodo sub dissimulatione pertransiri nõ possit:secùs autem, vbi proceditur super accusatione.Gram.vot.22.vide Vinc.de Franc. decis.379.part.2.& August.Bero.q.84.

Mala vita,& fama repellit testem. ibid.Bero.d. quæst. 84.

Testibus etiam minus dignis,Iudex debet adhibere fidem,quãdo verisimilia deponunt. Ioseph.Ludo.decis.3.Luc.nu.31.

Vxor,

Vxor, vel soror tutoris, potest deponere in causa pupilli. Abb. consi. 52. part. 1.

Tutor potest esse testis in causa pupilli pro ipso pupillo, si causa pupillaris per alium agitetur, puta per alium tutorem. Capel. Thol. q. 205. vide Barth. de Capu. sing. 57. & Bart. in l. qui testamento 20 ff. de testam.

An Prælatus non habens Capitulum, nec Collegium, sit testis idoneus in causa Ecclesiæ, vide in additio. ad d. q. 205. Capel. Thol.

Testes domestici, & alias inhabiles ad probandum matrimonium admittuntur, quod est speciali fauore matrimonij. Ioseph. Ludo. decis. 95. Perus. nu. 4. & 24. vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 102. Et ad probandam innocentiam rei. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 24. Petr. Gerar. sing. 24. & Natt. consi. 359.

Testimonium testis inhabilis facit præsumptionem. Pet. Beninten. decis. 67.

Testibus ignotis, & vilibus variando veritatem corrumpere satagentibus, non creditur, nisi verberibus cæsis, & tortis. Fran. Marc. q. 486.

Viles personæ in criminibus exceptis ad testimonium ferendum, non nisi cum tormentis admittuntur. Marc. d. q. 486. nu. 10. & 15. Et dicto vltimo in tormentis, standū est. ibid. nu. 12.

Viles personæ an admittantur ad testificandū, vt illis credatur, vide Bart. in §. 1. 2. & 3. Auth. de testib. & in consi. 11 r. nu 3. vol. 1.

Testes extranei, & omnino incogniti, licet à iure non reprobentur (cum non debeant esse noti partibus) tamen adest aliqua præsumptio cōtra ipsos vt minus probet. Rot. Genu. decis. 3 nu. 27. circa finem, Et non sunt omni exceptione maiores. Fran. Marc. q. 791. par. 2.

Consuetudine generali inductum est, quod testes non repellantur, quia forenses, vel ignoti; seu per ignobilitatem, artificium, vel vilitatem. Rot. Genu. decis. 58. nu. fin.

Testes viles, & artifices, licet admittantur ad testimonium sine tortura; tamen minus illis creditur. Natt. consi. 666.

Testis à testimonio non excusatur dicendo se in bonis, de quibus agebatur, substitutum esse. Marc. q. 593. part. 2.

Commissarius, & pars, quæ illum ducit, eodem hospicio, & mensa vti possunt. Franc. Marc. q. 599. part. 2.

Parte non opponente, testis inhabilis admittitur. Rot. Genuen. decisio. 130. & Crauet. consi. 150. num. 2.

Testis sumit fidem à producentis integritate. Rot. d. decis. 130. nu. fin.

Testes, qui dicuntur massarij, si deponant de facto proprio, probant. Put. decis. 125. lib. 2.

Testibus deponentibus de mandato, & commissione sibi factis, vel se corruptos, aut deponentibus de corruptella, an sit credendū, vide Gram. vot. 11.

Testis pauper, si non probetur bonæ vitæ, repellitur. Gram. vot. 22. nu. 8.

Pauper mendicans omnino repellitur. Papon. lib. 9. tit. 3. arrest. 15. glo. in c. prohibetur 2. q. 1.

Paupertas quādo fidem testis minuat, vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 96. & Natt. cōsi. 666.

Propter paupertatem quis simpliciter non repellitur à testimonio, nisi alias esset suspectus. Dec. consi. 163.

Testi diuiti, vel Nobili magis creditur, quia pauper de facili corrūpitur. Craue. cōsi. 6. nu. 28.

Testis idoneus, vt quis sit non minus in bonis habere debet, quàm id, de quo controuertitur, sed quare, vide per Pet. Roy. deci. 4. Litu. num. 219 in decisio. diuerso. Tom. 2. Quò loci plenè scribitur, qualis fides sit præstanda testi pauperi.

Testis vltrò ad testimonium sese offerens, pro suspecto habetur. Mysing. obser. 3. cent. 4.

Quando ex forma statuti statur dicto vnius testis super damno dato, ille debet esse omni exceptione maior. Borg. Caual. decis. 4. n. 49. de contract. part. 2. Nam vbi admittitur probatio contra regulas iuris, testis debet esse omni exceptione maior. Rot. Genu. decis. 36.

Testes à lege non admissi non probant, nec indicium faciunt. Mago. decis. Luc. 39. nu. 37. vide Clar. in § fin. q. 24.

Omnes in testimonio vacillātes possunt, & debent torqueri pro veritate habenda, & non solùm est falsus testis ille, qui falsum deponit; seu etiā ille, qui verū supprimit. l. Presbyteri 8. & ibid. glos. C. de Episco. & Cler. & glos. in l. 2. C. si contra ius.

Si fides attestationibus non est adhibita, non quia testes falsum dixerint; sed qa ita visum fuerit Iudici, testes non infamantur. l. Lucius 21. ff. de his, qui not. infam.

Testes non nisi super eo, super quo producunt, interrogādi sunt. vide supra tit. de interroga.

Dicto vnius testis statur ex voluntate, & dispositione defuncti, cuius solius dispositioni staretur. l. 15. ff. de dot. præleg.

Testis non potest iurare per nuntium, siue per Procuratorem. l. Diuus 10. §. tormenta. ff. de quæstio.

Testis falsidicus, & periurus in causa capitali, & homicidij, si deposuerit contra innocentem dolo malo, vt homicida puniēdus est. l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & ibid. glos.

Criminosi etiam non damnati iure Canonico non repelluntur à testimonio; secùs iure Ciuili. Bart. in suo tract. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. nu. 161. vide Fel. consi. 36.

Quæ personę non admittantur ad testificandū, vel

vel si admittantur illis non credatur, vide Bart. in tract. de reprobatio. testium. Quò loci idem Bart. scribit 68. casus, in quibus testibus non creditur, vide & cap. placuit, & cap. si testes 4. q. 2. & 3.

Monachus, vel alius regularis Canonicus potest reddere testimonium, dummodo iuret authoritate Superioris, aliàs nō valeret eius depositio. gl. in verbo, statuliber. §. 1. Institut. de iure persona.

Ex vna domo plures vni negotio alieno rectè adhibentur in testes. §. pater, Institut. de ordinari. testamen.

An personæ Religiosæ possint testificari, vel cogi ad testificandum, vide Papon. lib. 9. titu. 1. arrest. 32. & 33.

Clericus in causa criminali nón est idoneus testis contra laicum. Craue. consi. 2. Sed quid de infame infamia facti, vide ibid. & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 24.

Testes non idonei, qui aliàs admittuntur in crimine læsæ Maiestatis, nō debent admitti, vbi agitur de probando læsam Maiestatē ex verbis. Craue. consi 6. nu. 9.

Homicida non est testis idoneus etiam cū tortura. Craue. consi. 9.

Religiosus non seruans regulā, non est idoneus testis. Craue. d. consi 9. nu. 4.

Compater dicitur testis idoneus, & omni exceptione maior. Guid. Pap. sing 990. Crau. consi. 169. Tamē quando pater spiritualis, vel compater possit esse testis, vt probet, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 100.

Compater potest esse testis pro eo, quem leuauit ex Sacro fonte. Ias. de actio. in §. pœnalis quoque, num. 68.

Testes in causis criminalibus qui esse possint, vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 24.

An laicus contra Clericum possit esse testis in criminalibus, vide Clar. ibid. d. q. 24. Maran. in suo Spec. titu. an sit iudic. ciuil. vel crimin. distinct. 1. num. 26.

An meretrix, & constitutus in peccato mortali, vel semel conuictus de crimine, possint esse testes, vide d. q. 24.

Quando in subsidium testes inhabiles admittātur, vide ibid. Et quando in causis criminalib. torqueri debeant, vide Clar. q. 25. ibid.

Opponens contra testem crimina, ea non probans, an teneatur actione iniuriarum, vide Clar. d. §. fin. q. 53. vers. caueat, Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de repulsi. testium, num. 5. Pro negatiua scribunt Rebuff. in constitut. Reg. tract. de reprobatio. test. art. 5. Tom. 3. & Guliel. de Ludo. sing. 88.

Testimonium concubinarij, est nullius fidei. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glos. super decreto, omnem, tit. de concubinat. Nat. cōs. 394. nu. 8. & Guid. Pap. sing 796.

Licèt quis palàm daret pecuniam testi, vt veritatem diceret, non propterea præsumeretur talis testis falsarius. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 244.

Testi asserenti se tulisse falsum testimoniū precibus alicuius, non creditur. Dec. consi. 189. nu. 6. vide tamē ibid. nu. 10. & Aug. Bero. q. 58.

Testis, contra quem nihil fuit oppositum, habet pro idoneo. Natt. consi. 167. Tom. 1. nu. 7.

Testis defectum in qualitate supplet numerus testium, quod procedit etiam vbi requirūtur testes omni exceptione maiores. Natt. ibid. num. 10. Sed nō suppletur testis defectus per alium, quando est omnino inhabilis; nō enim suppleri potest quod nihil est. idem Nat. cōs. 298. nu. 10. Craue. consi. 99. nu. 10. Vel quando sumus in causa graui. Gram. decis. 11. Aut vbi omnes patiuntur defectum. Rot. Genu. decis. 130. num. 3.

Testis si non fuerit sententialiter excommunicatus, à testimonio nō repellitur; idem in Notario sententialiter non punito. Castrens. sing. 16. Guid. Pap. sing 97. Sed an excommunicatus occultus sit idoneus testis ante declarationem excommunicationis, vide Put. decis. 3. & 4. lib. 1.

Testes, qui non admittuntur contra aliquem, ipso nolente, vtrum, ipso volente, admittantur, vide Roma. sing. 196.

Redemptor litis, & continuus litigator, nō est idoneus testis. Ludo. Roma. sing. 218. & Anto. Corset. in suis singul. litera T. sing. 13.

Fideiussor potest esse testis pro principali soluendo; secùs si non esset soluendo. Guid. Pap. sing. 748. vide Bar. in l. 51. §. si Titio, de lega. 1. & in l. si is, qui 15. §. si quis. ff. de reb. dub.

Licitum est dicere parti, vel eius Aduocato, tu produxisti viles, & ribaldos testes. Guid. Pap. sing 330.

Integer homo non potest dici emendatus de crimine, nec in causa capitali (etiā ciuiliter mota) testis esse potest. Anto. Corset. in suis sing. littera I. sing. integer.

Testes inhabiles si producantur, Iudex ex officio repellere tenet, etiam parte non opponente. idem Corset. litera T. sing. testis 1.

Vbicunque testis consensu partium fuit adductus, illi non potest opponi crimen, seu aliquis defectus. ibid. sing. testis 2.

Papa potest habilitare periuros, & criminosos ad testificandum, nisi inducantur ad testificādum in Consistorio Principis, vel nisi sint iure naturæ inhabiles. ibid. sing. testis 14.

Testis, qui offert se ad testificandum cōtra aliquem, præsumitur suspectus, & ideò repellit; fallit,

fallit,quando essemus in materia, in qua agetur de peccato euitando.Hippol.sing.140.

Quando spurius (etiam legitimatus) nõ sit idoneus testis,vide Hippol.sing.279.

Licèt testis defectu aliquo laboret, non tamen ex toto repellitur; si verò multis,prorsus repellitur à testimonio.Hippol.sing.385.

Ascendentibus cacumina ædificiorum pro illis reficiendis,& reparandis,non adhibetur plena fides.Hippol.sing.506.

Creditorem in debitoris sui causam testimonium ferre posse,nec suspectum reputari, scribunt Hippol. sing 662.& Ant.Trigo. sing.113. Licèt testis debitor non probet. Ozas. decis. 101.nume.18.

Testi ad testificandum citato,& contumaci, potest imponi pęna bonorum cõfiscationis. Io. de Arno.sing.96.

Apostata à testimonio repellitur, etiam si eum pęnituerit. Marc.de Mant.sing 154.

Testis, qui veritatem vult celare, non punitur de falso. vide Bartol. in l. 2. C. si contra ius, in additio.

Iudex causarum ciuilium potest punire testem deponentem falsum coram se. Bart. in auth. iubemus.C.de probatio.

Si testis interrogatus de conditione suæ personæ,respondeat aliquid contra se,quod illum repellat,illi statur; secùs si dicat pro se. Bar. in authen.si testis.C.de testib.

Testibus de scriptura deponentibus,an credatᷣ, vide Bar.in l.11.C.qui potiores.

Vbi crimen ciuiliter probatur contra testem, ille nõ punitur pęna ordinaria,sed solummodo à testimonio repellitur. cap. cùm dilectus ex.de ordine cognitio.

Si testis de crimine contra eum excepto conuincatur,vel aliàs conuictus appareat, repellitur à testimonio. sed de crimine non punitur, si non tangat negotium principale.cap. 1.ex.de exceptio.

Monachi ꝓ Ecclesia sua possunt testificari. Affl. decis 400.nu.2.

Monachus an possit testificari pro alio Monacho, vel Monasterio, vide Bar.in §.cogitandum,Authen.de Monachis.

Testibus malæ famæ non est credendum.c.licèt 9.ex.de probatio.

Se ingerẽtes nõ admittũtur in testimonium, & quoties admittantur, potius debent admitti contra alios,quàm contra illum, cõtra quem conspirasse dicuntur. c.cùm I. & A. 22. ex. de senten.& re iudic.

Credendum est peritis in arte deponentibus cum iuramento Bar.in 1.constitutione proęmij ff.orum,nu.8 Nã vnicuique in sua arte credendum est.Afflic.decis.253.nu.10. Sed quando vnus solus sufficiat,vide supra tit. de probatio.perit.in art.

Doctori attestanti de consuetudine creditur. Bart.in l.31.ff.de legi.nu.21.

Infidelis non potest esse testis, neque ei creditᷣ. c.1.ex.de hæreticis.

In teste tria considerantur,natura, vita, & consuetudo.cap.forus 10.ex.de verb.& rer.signi.

Correus pro correo testificatur. Barto. in l.si is, qui 15.§.si.quis.ff.de reb.dub.

An testis sit repellẽdus propter crimen sibi obiectum,vide glo.in c.ipsi 2.q.7.

In Christianos testificari non possunt, qui fidẽ acceptam deseruerunt.c.non potest 2.q 7.

Conditio testis inspicitur tempore depositionis,nisi suam conditionẽ in fraudem mutasset.Bart.in l.1.§.si seruus.ff.de quæstio.

Damnati ad mortem possunt examinari cõtra alios ad aliquale indicium. Barto. in l.29. ff. de pęnis.

Qui possint testificari,& contrà,vide Bar.q.5.

Legalitas testium à persona producentis pendere præsumitur. Bart.in §. eos autem,Auth. vt Iudices sine quoquo suffragio.

De testibus testamentariis, & instrumentariis.

Subscribens se vt testẽ, non dicitur fideiussisse;idem in Notario.l.si pater 6.C.de fideiusso.

Qui nõ potest esse testis in iudicio, non potest esse in testamento, in quo mulier testis esse non potest; in aliis sic, nisi sit infamis.l.qui testamẽto 20.§.eum, qui. ff.de testamen. Sed de aliis, qui non possint esse testes in ipso testamẽto,vide ibi.ꝑ totũ ti.

In testamento debent esse testes rogati.l. hæredes palàm 21.§. in testamentis.ff.de testamẽ.

Infamis in testamento testis esse non potest. glo.in l.cùm lege 26.eod.tit.

Testis domesticus reprobatur in testamentis. §.sed neque,Institut.de testament.ordin.

Ex vna domo plures vni negotio alieno rectè adhibentur in testes.§.pater, Institut. de ordinan.testamen.

Legatarius potest esse testis in testamento, in quo sibi legatur.Afflic.decis.400.nu.3.

Religiosi,& Fratres mendicantes possunt adhiberi testes in testamento,codicillis,& cõtractibus.Guid.Pap.q.517.

Testes inhabiles,nempe affines, & consanguinei hæredis,an sint idonei testes in testamẽtis,vide Craue.consi.72.

In qualibet vltima voluntate requiruntur, & sufficiunt (excepto testamento) quinque testes.

testes.l.fin.C.de codicil. Et fœmina potest esse testis in codicillis. Bar. in l.8.C.de iur.codicil.

Conditio testis spectatur secundũ tempus, quo testamentum signatur. l. 1. C. de testamentis, & l.22.§.1.ff.eod.de testament.

Qui se testamento subscribit vt testis, non videtur approbare quę in testamento describuntur. l. Caius 39.ff.de pigno.actio.

Iudæi in actibus iudiciariis non admittuntur in testes regulariter contra Christianos; secùs in contractibus. Afflic.decis.214.

Ad testimonium iudiciale contra Christianum non admittitur hæreticus; sed in cõtractibus, vel vltimis voluntatibus sic. l. quoniam 11. C.de hæreticis.

Testimoniũ testis aliàs improbati à iure, seu inhabilis ad testimonium, admittitur, quando fuit à partibus rogatus pro teste, cũ rogatio videatur eũ habilitare. Iaff.decis.375. Mysin. obser.3. cent. 4. Quare testes instrumentarij possunt esse aliàs inhabiles, quia censentur approbati à partibus. Craue. consi.56.nu.10.

Contra personas testiũ in instr̃is adhibitorum, nihil obijci potest. Natt.cons.95.nu.12.Tom. 1.& consi.166.nu.6.Ant.Trigo.sing.71.

Licèt pater, & coniunctus nõ possint esse testes in causa filij, vel coniuncti, tamen si sunt descripti in instrumento vt testes, adminiculantur instrumento. Anto. Corset. in suis singul. sing.testis 11.

Quot testes requirãtur in instr̃is, & an Notarius connumeretur in numero triũ testium, vide Bart.in auth.sed nouo iure.C.si cert.pet.& in l.8.C.qui testament.facere possu.

Testes quãdo debeant cognoscere cõtrahẽtes, vide Bar.in l.fi.§.cùm igitur.C.de iure delibe.

Testes dicũtur rogati, qui fuerunt adhibiti. Bar. in l.8.nu 6.C.de codicil.

In actis scriptis per Notarium in Curia, non requiritur præsentia testium. Bar. in l.gesta 6.de re iudic.C.num.8.

An testis tam subscribendo, quàm aliter adhibitus, sibi præiudicet ratione illorũ, quæ in instrumento in eius odium scribuntur, vide distinctionem, quam facit gloss.in l. Caius 39.ff. de pigno.actio.& glo.in l.35.de legat.1.

De fide instrumentorum in genere, de forma, & solemnitatibus eorum.

Instrumentum publicũ dicitur probatio probata, & veritas apparens. Ozas.decis.72.& decis.117. Ioseph. Ludo.dec.Luc.54.& Peru.50.Gram. decis.45.num.9.& decis.103. Bald. in l.Imperator.ff.de statu homi. Et ideò in dubio illi standum est. Ozas.d.decis.117. idẽ Ludo.d.decis.14.Luc.Fran.Marc.quæst.51.Vera. decis.421.part.2. Craue. consi.1. pro genero, nu.9.& Bart.in l.1.C.de dot.caut.nõ numeta.

Inter easdem partes, & habentes causam ab eis. D D.de Rot.decis.30.aliàs 410.de re iudi. in nouis. Hinc prouenit, quòd habens pro se instrumentum dicatur habere intentionem suam fundatam. Rot.Genuen.deci.122. Quia instrumẽtum facit rem notoriam. eadẽ Rot. decis.209.Marc.q.51.part.1. vide Ozas.decis. 129.nu.7.Marc.q.208.part.1. & q. 511. part.2. Sicut sententia. Vincen. de Fran. decis.279. part.2. Et illud, quod apparet per instrumentum, dicitur certũ & manifestum. Gram.decis.45.num.11.& decis.103. Rot. Genu. decis. 213. vide Ozas.d.decis.129.

Pro instrumento tres oriuntur præsumptiones, vna quòd sit verum, altera quòd sit solemne. Gram.decis.45.num.10. Rot.Genu.decis.213. nu.fin. Et alia, ꝙ sit scriptum de mãdato cõtrahentium. Rot. Genuen. d. decisio. 213. in fine, Fran.Marc.quæst.51. part.1. q.163. & 511. par.2.Menoch.consi.343.lib.4. & Pet.de Rau. sing.39.

Instrumentum dum producitur, dicitur euidentissimè constare de contentis in illo. Gram. decis.66.num.24. Et præsumitur, quòd sit tale, prout in sui facie apparet. Vincen.de Fran. decis.279.part.2.nu.1.

Vbi est casus instrumenti non videtur dubitandum, sicut vbi est casus legis: habet enim instrumentum vim definitionis causæ, & de eo dici solet, noli me tangere. Crauet. consil. 31.num.fin.& consi.317. Dicitur quoque miraculosa probatio, vt credat testimonio pelis mortuæ. Craue.consi.56 nu.fin.

Instrumẽtum præsumitur solemne, si fuerit obseruatum; & inuocatio Diuini nominis, non est de substantia instrumenti. Gram. decisio. 106.nu.9. Nec viciatur, licèt nomen Imperatoris omittatur. ibid.nu.11.

Notarius præsumitur rogatus, si instrumentum reperiatur descriptum in actis ipsius. Gram. d.decisio.106. num.17. Tamen Notarius debet asserere se rogatum; aliàs non præsumitur. Gram. decisio.106. num.24. & 25. Sed quando præsumatur rogatus, vide Boer.decisio.35.

Instrumentum redditur nullum ex defectu rogitus, ideò si non constat de illo, nullam fidẽ facit. Rol.consi.55.vol.4.

Notarius si dicat, rogatus scripsi, intelligitur, scilicet à partibus. Barto.in l.1.ff. de hæredi. instituen.

Quando Notarius in protocolo dixit, dictum, &

publicatum, præsumitur quòd sit rogatus. Bar.consi.163.vol.1.

Signum Notarij an requiratur in notis, seu abreuiaturis, & quare apponatur in instrumentis, vide Gram.deci.106.num.17.& 18.& 27.

Nota nõ præsumitur lecta, seu stipulata, nisi probetur. Gramma.d.decisio.106 nume.23.Nec fidẽ facit, nisi sit signata signo Notarij, ib.n.27

Subscriptio Notarij an requiratur in notis, vide Gram.d.deci.106.nu.28.& 29.

Notarij signum est de substantia instrumenti. Boer.decis.37.nu. fi.Bar. in l.si quis 6.§.si initium, nu.32.ff.de eden. Nam vis instrumenti à signo, & subscriptiõe Notarij dependit. Frã. Marc.q.163.par.2.Et his deficiẽtibus, nõ erit instrumentum authenticum. Put.decis.186.li.3.Nec publicum. Vera.decis.104.seu 8. par.2, vide tamen Natt.consi.46.Tom.1. Rol.consi, 44.nu.40.Quæ requirantur ad hoc, vt scriptura dicatur authentica, vide Ozas. dec.71.n.9.

Testes deponentes aliquam scripturam scriptam videri manu talis Notarij, non probãt, nisi deponant vidisse Notarium illam scripsisse. Gram.decis.106.nu.33.

Notarius debet esse rogatus ab ambab. partib, nec sufficit ab altera solummodo esse rogatum. Guid.Pap.122.

Locus est de substantia instrumenti, sed quid de loco loci specialis, vide Cap. Thol.q.492. DD.de Rot. decis.6.alias 769. de fid. instrumẽ.in antiq. Vera.decis.97. seu 1.& 98.par.2, Natt.consi.329.& Menoch.consi.288.lib.3.

Testis instrumentarius à partib. approbatus cẽsetur, sed quomodo dictum intelligatur, vide Marc.q.485.num.15.

Publicationes instrumenti sunt, inuocatio Diuini nominis, annus natiuitatis Domini, indictio, dies, mensis, locus, testes, Notarij signũ, nomen, & subscriptio. Raud.trac. de Anolog, cap.28.vide Bero.q.36 Rol.consi. 38.volu.1. glo.in c.acta. de pac.constan.in vsib. feud. & glo.fin.in c.penul.eod.tit.

Instrumenta quatuor continere debent, nempe solemnia, substantialia, naturalia, & accidentalia, sed qualia sint hæc omnia, & qualẽ potestatem circa ea habeat Tabellio, vide Menoch.consi.37.vol.1.

Quot testes requirantur in instrumentis, & Notarius cõnumeratur in numero trium testiũ, vide Bart.in authent.sed nouo iure. C.si cer. pet.& in l.si non 8.C. qui testam.facere poss.

Solemnitas intrinseca, & extrinseca, quando præsumatur interuenisse, & an testes præsumantur rogati, vide Bartol.in l. 1. C.de vsuris.

Tabellio æquiparatur duobus, et an scripturæ Tabellionis sit semper credendum, vide gl, in c.quoniam 11.ext.de probatio.

Tabellioni non creditur, nisi adhibitis testibus, glo. in §.si verò absunt. Authen.de hæredit.& Falcid.

Instrumenta in protocolo aliena manu scripta, fidem faciunt, si Notarius, qui illa recepit in fine protocoli se subscribat, hoc modo, suprascripta instrumẽta, licet aliena manu scripta, rogatus recepi. vide Ozasc.decis.37.Tamen protocolum suspectum redditur. propter diuersitatem manus. Ozas.ibi.nu.2.

Subscribens virtualiter omnia præcedẽtia scribit, de quibus notitiam habuit. Ozas.d.decis.37.& Natt.consi.287. num.4.

An contra scripturam, quæ de necessitate iuris in aliquo contractu requiritur, admittatur probatio per testes, vide Ozas.deci.53. num, 7.Bar.in l.generaliter.C.de non num.pecun. Sed quando requiratur scriptura de substantia contractus, vide infra lib.2.tit.de cõtract. in genere, & tit.de iure emphyt.

Instrumentum, in quo Notarius nõ scripsit diẽ; non est nullum, nisi sit de his, quæ necessariò fieri debent in scriptis. Bartol. cons. 197. vol.1.

Contractus emphyteuticus de substãtia requirit scripturam.l.1. C. de iure emphyteo. Sed quæ sint ea, quæ de substantia requirant scripturam, vide Guid.Pap.q.582.

An contra instrumentum publicum admittatur quis ad probandum, vide gl.in l.antiquæ. C.ad Velleianum, & in l.3.C.de non nu.pec.

Cõtractus de sui natura non requirit scripturã; sed testes, & duo sufficiunt, nisi excederet quinquaginta librarum summam. Boer.deci. 118.Hippol.singu.56. Fallit, si instrumentum fiat in publico Parlamento, vel coram Populo, nam tunc valet sine testibus. Guid. Pap. singul. 56.

Testes non est necesse vt rogentur in contractu, vel vltima võluntate, excepto testamento. Boer, dicta decisio.118. nume.3.vide Capel.Thol.quæst.183.

Scriptura est de substãtia ad validitatem actus, quando ita partes conueniunt, hoc tamẽ nõ procedit simpliciter, sed vbi annullat actus. Ioseph.Ludou.decisio.Perus.101.num.5.& 13. vide Put.decis.43.lib.3.Mago.decis.135. Rot. Flor.nu.fin.Bar.in l.14.C.de testib. & in l.generaliter.C.de non nume. pecun. Aliàs scriptura non est de substantia contractus, licẽt dictum esset, quod inde fieret instrumẽtum. Mago.decis.135.num.fin.Rot.Floren.

Quando scriptura est de substantia actus, si fuerit amissa, poterit actus probari per duos testes, si pars probauerit amissionem ipsius scripturæ. DD.de Rot.decisio.fin.in additio. alias 882.de rescript.in antiq.

Quan-

Quando scriptura requiritur pro forma, subscribens non habetur pro scribēte. Gasp. Cabal. milleloq. 661. num. 4.

Instrumentum publicum si requiratur ad probandum aliquid, loco instrumenti potest fieri probatio per quinque testes, & non minus. Ioannes de Arnono singul. 49. vide supra tit. probationum solemnitatibus.

Pactum, quòd quis contra instrumentum non possit probare, nisi per aliud instrumentum non valet. Bartol. in authentic. iubemus. C. de iudi.

In contrahenda obligatione bonorum, non requirit scriptura, & magis fit scriptura ad probationē, quàm ad obligationem. l. cōtrahitur. ff. de pigno.

Per solum instrumentum regulariter non probatur dominiū rei. Franc. Marc. q. 217. Borg. Caual. decis. 23. nu. 51. de contract. par. 2. Crauet. consi. 57. 124. nu. 11. & cons. 134. nu. 21. vide eundem Crauet. consil. 54.

Fallit dictum primò, in instrumento diuisionis, quod probat dominium. Afflict. deci. 14.

Fallit secundò, inter cōtrahentes. Borg. Caual. decis. 23. nume. 51.

Fallit tertiò, quando agitur contra eum, qui habet causam ab altero ex contrahentib. Crau. d. consi. 57. nu. 3. vide & consi. 157. ibid.

Quando locator agit rei vendicatione contra cōductorē, & producit instrumentum locationis, illud non probat dominium. Afflict. decis. 14. nu. 8. Nam instrumentū locationis non probat dominium, nisi concurrentibus aliis indiciis. Cabal. milleloq. 511.

Instrumenti deperditi tenor ex testibus quomodo probetur, vide Ozasc. decis. 69. Afflict. decis. 274. & 330. Bar. in l. 2. §. Diuus. ff. de iure Fisci, & supra tit. de probatio. in genere.

Solemnitatum à iure requisitarum defectu, vitiatur actus, vel priuilegiū, & tunc actus nullam fidem facit. Ozasc. decis. 101. num. 10. Nisi consuetudine derogatum esset iuris dispositioni. Harmena cap. 3. titul. de iuramento calum. lib. 2. Quòd fieri potest. Guid. Pap. singul. 138.

Attenditur consuetudo loci factæ scripturæ, quo ad fidem ipsius. Rot. Genu. decis. 38. & Marant. de ordine iudic. part. 6. titu. de actio. editio. nu. 19.

De iure communi debet apponi instrumentis nomen Imperatoris, verùm de consuetudine aliter seruatur, sed quomodo debeat cōstare de tali consuetudine, vide Abb. consil. 53. part. 2.

Consuetudo formalis debet seruari, aliàs instrumentum non valet. glo. in c. 1. de pac. constā. in vsib. feud.

Testes de necessitate nō debēt cōtrahētes cognóscere, nisi aliter ex consuetudine, vel statuto sit dispositum. Boer. decis. 118. num. 4.

Circa fidē scripturæ inspicitur locus, vbi facta est scriptura vbicunque illa producatur. Crauet. cōs. 275. Nā attendūtur cōsuetudines loci, vbi instrm fuit rogatum, quo ad solemnia ipsius, & consequenter facit fidē, etiamsi nō habuerit solemnitates requisitas in loco, vbi producitur. Crau. cons. 325. vide tamen Grā. decis. 103. nu. 178.

Instrumentum donationis (etiam iuratū) factū, non seruata forma statuti probatorij, nō valet, neque probat; potest tamen donatio aliter probari per testes. Rol. consi. 43. vol. 3.

Statutum cauens, ꝙ instrumēta publica nō probent, nisi posita sint, & registrata in memorialibus, locum nō habet in dotalibus instrumentis. Hippol. sing 442.

Instrumentum factum in territorio ex forma statuti, valet etiam extra territorium. Bar. in l. nec ei 17. nu. 8. ff. de adoptio.

Vsus attenditur in promissionibus, & renunciationibus, quæ consueuerūt describi in instrumentis. Bar. in l. si pignore 22. §. si creditor. ff. de pign. actio.

Illud, quod quotidie consueuit apponi instrumentis, debet haberi pro apposito, si omittatur. l. fin. C. de fideius. & mandat. gl. in §. in cōmissoria l. 4. ff. de leg. commis.

Notarij forēsis legalitas ex litteris testimonialibus Ordinarij Iudicis, probatur. Ozasc. deci. 117. limita, vt ibid. num. 3.

Instrumentum extra Regnum factum fidē non facit, nisi facta sit fides per Officialem loci, vbi factū est, ꝙ ille, qui recepit illud sit Notarius bonæ famæ, & opinionis; tamen hoc etiā probari potest ꝑ testes repertos in loco, vbi producitur instrumentum. Affl. deci. 251.

Testamentum, seu instrumentum in longinquis regionibus receptum per Notarium, qui negatur Notarius, facit fidem, si cōstet per litteras testimonialium Officialis attestantis ipsum esse publicum Notariū. Boer. deci. 154 nu. 4. Frāc. Marc. q. 511. par. 2. Sed si tale instrumentum fuerit signatum per tres Notarios, an fidem per se faciat, vide Boer. ibi. num. 5. & Franc. Marc. q. 511. nu. 6. part. 2. vbi tenet affirmatiuam.

Instrumento delato ex longinquis partibus statur, etiam si negetur Notarius, maxime extātibus testimonialibus legalitatis. Francis. Marc. q. 51. num. 3.

Notarium quem fuisse tempore rogitus instrumenti probandum est, quia de sui natura non præsumitur notariatus. Ozasc. decisio. 117. nume. 3. & 5. Sed qualiter probetur

fuisse Notarium, vide Aegid. conclusio.193.

Notarium fuisse in quasi possessione notariatus, an probare sufficiat pro instrumentorum robore, vide Afflic.decis.245.num.5. Et quòd sufficiat probare ipsum Notarium fecisse plura instruméta, & fuisse in longa quasi possessione conficiendi illa, scribit idem Afflic. decisio 251.

Notariatus cõsistit in facto: ideò si negetur debet probari qualitas ipsius. Cra.consi.72.Rol. cons.32. vol.2. Secùs si non opponatur; quia tunc statur instrumento. Craue.consi.150.

Protocolũ differt à contractu, & quid sit protocolũ secũdũ ius, & Patriæ vsum: & protocolũ, quod secundum cõmunem vsum loquẽdi dicitur imbreuiatura, de iure debet seruari. D. Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ gl.2. super 3. part.decreti, malitiis, tit.de donatio.fol.111.

Quomodo Iudex procedere debeat, quando quis opponit contra instrumẽtum esse priuatam scripturam, vel illum, qui scripsit, non esse Notarium, in hac Patria habemus decretum, de quo vide per eundẽ D.Sol.in dd.suis comment fol.125.& 127.

Quando instrumentum dicimus, de illo intelligimus, quod publicum est, ac idem, vbi lex instr̃ facit mentionẽ. idẽ D.Sol.in dd.cõmẽt. glossa super decreto, quando, tit.de opposit. cont.form.extrinse.instru.fol.126.

Subscriptio, & signum Notarij sufficiunt, etiam si ipsum instrumentum non scripserit Notarius, sed quid debeat continere subscriptio instrumẽti per alium scripti, vide ibid.d.gl.2. nu 9 fol.127. Et super hoc est editũ aliud decretum, incipiens, & si super, de quo vide ibi.

Signum est de substantia instrumenti, & notariatus probatur priuilegio, sine quo instrumẽta recepta nullius sunt momenti, cùm Notarij creentur à Principe in signum supremæ Potestatis, potest etiam notariatus probari, quòd palàm Notarius, & publicè pro Notario se gerebat.idem D.Sol.ibid.nu.13 fol.127.

Testimonialibus legalitatis probatur notariatus.ibid.num.fin Vt quando instrumẽtũ fuit receptum in alieno Regno.

Instrumentum in publica forma leuatũ suas vires non perdit, licèt protocolum non inueniatur.idem D.Sol.in dd.suis comment. gl.super decreto, falsitatib. nu.10 tit.de Tabellio.

Qñ instr̃m fidem faciat nõ cõstito, qd Notarius iure fuerit approbatus.vide Dec.consi.42.

Notarius præsumitur in dubio, scripsisse vti Notarius, non vt amicus, quando super hoc dubitatur.Natt.consi.146.nu.8.

Instruméta recepta ab eo, qui diù se gessit pro Tabellione, an valeant; vide Barto.in l.3.ff. de offic.Præto.

Regulariter verba enunciatiua emissa propter aliud, non probant.Hippol.sing.442.Tamen enunciatiuis verbis in instrumẽto descriptis, inter ipsas partes standum est, quod maximè procedit, vbi antiquitas longissimi temporis 30.ann.interuenerit.Ozas.decis.165. Vel quãdo sunt necessaria ad actum. Crau.consi.134. nu 8 Fallit, quando aliquid inter ipsas partes prohibetur, & certis tantùm casibus, permittitur.Ozas.decis.172.

Verbis enunciatiuis instrumenti quando stetur, vide Afflic. decis.83. DD.de Rot. decis.9. de fide instrument.in antiq alias 279. Cabal.mil leloq.485.& Rot.Auenio.decis.51.in decisio. diuerso. Et quæ dicantur verba enunciatiua, vide Affli.d.decis.83.& Gram.vot.15.

Verba in instr̃o prolata, partibus p̃sentibus, semper faciunt fidem contra eas; imò confessio facta ad vnum effectum in instrumento, nocet ad alium effectum inter easdem partes. Afflic.decis.83.nu.[illegible]

Quando in instr̃o aliquid attestatur de præterito, super hoc illi nõ creditur. Afflic.deci.40.& 273.nu fin.vide supra tit.de Tauellio.

Verba probant contra confitentẽ, & negatiua per instrumentum probata, probat. Afflic.decisio.324 num.12.

Per instrumentum factum inter te, & Titium, in quo continetur, quòd tu mutuasti ei centum, quæ tibi deposueram, probatur depositum inter me, & te.l.desiderium 7.C.depositi.

Verba enunciatiua ob fauorem dotis probant, & disponunt.Put.decis.419.lib.1.Hippol.sing. 442.vide Ias.in l.ex his.C.de testamen. milit. Et prolata coram tertio, probant dotem semiplenè.Vera.decis.338.seu 4.part.3.

Talia verba descripta in instrumẽto emissa propter aliud, non operantur, nisi quo ad cõtrahentes, maximè quando de enunciato cõtingit principaliter disputari. Vera.decis.19. seu 1. part. 2. vide decisio.328. seu 1. ibid. & decis.335. seu 3.& 336. seu 2.part.3. Sed dictum pluribus in casibus limitatur per Vincen. de Fran.decis.357.part.2.

Verba narratiua (etiã in executiuis descripta,) declarant. Cabal. milleloq.484. Et fidem faciunt inter partes contrahentes. Guid. Pap. sing 950.vide tamẽ Marc. de Mant. sing.365.

Hæc verba, vendidit tot modios tritici, de tritico Titij, an probent triticum ad Titium pertinere, vide Rot.Auenio.decisio.51.in decisio.diuerso.

Verba enunciatiua inter contrahentes plenè probãt, quod procedit, qñ incidenter de enũciato contingit dubitare; secùs si principaliter, vide Mathes.sing.33.in additio.Et quando aliàs nõ probent, vide Pet. Gerar.sing.39.

Verba

Verba enunciatiua disponūt, quando enunciatur aliquid facti incidenter, quod dependet à nudo, & mero animo proferentis. idem Mathes. sing. 34.

Quotiescunque in instrumento sunt descripta aliqua verba, quæ sunt de substantia ad validitatem actus, de quo agebatur, illa probant enuntiatiuè narratum esse verum, ad valorē illius actus tantùm. idem, sing. 79.

Verba ipsa enunciatiua in contractibus, inducunt probationem; non obligationem. Bar. in l. Publia 26. §. Titius. ff. depositi, & l. cū proponebatur 66. de leg 2.

Instrumentū probat inter contrahentes, & statur illi, donec contrà probatur, & si in eo cōtineatur partes fuisse pręsentes, pręsumitū stipulatio. l. pen. C. de contrahen. & cōmit. stipula.

Rescripti tenor in instrumenro insertus, nō probat, nec fidem aliquam facit: ideò cautus esse debet Aduocatus, vt producat originale rescriptum. Ozas. deci. 166 Quod limita, vt ibid.

Notarij assertio, & partium, non probat, nec præiudicat, vbi tractatur de tertij pręiudicio. Ozas. deci. 172. nu. 6. Ideò confessio instrumētalis non probat numerationem in tertij præiudicium. Afflict. decis. 150. nu. 35. Tamen Notario attestanti de assertione partium; nō autem de proprio visu, vel auditu, credit. Ozas. decis. 173. nu. 11.

Instrumentum adeptæ possessionis instrumenti emptionis mentionem faciens, non probat instrumentum ipsum enunciatum in eo. Afflict. decis. 48.

Notarius dicens, prout in contractu per me facto continetur, non probat. Afflic. d. decis. 48. Nā instrumenta non probant, nisi de his, quæ interuenire potuerunt tempore, & loco celebrati contractus, seu instrumenti. Natt. consi. 162. nu. 4. Tom. 1.

Notarius nō potest facere instrm, nisi de his, q̄ coram ipso gesta sunt. Afflic. decis. 245. num. 7. Cabal. milleloq. 60. vide Craue. cons. 88. num. 20. & Natt. consi. 143. Tom. 1. num 4.

Notarius non requisitus per partem, instrumētum sumerę non potest. Afflic. d. decisio. 245. nu. 8. Tamen illi asserenti se rogatum, standū est. ibid. num. 9. Natt. consi. 146. vide Rol. cōsi. 38. & 44. vol. 1. Imò præsumitur rogatus. Bart. in l. 1. nu. 12. C. de vsur.

Instrumentum venditionis narrans procurationem, non probat vendirorem Procuratorē, etiam si dicatur in illo, q̀ tale instrumentum procuræ fuit ostensum Iudici, Notario, & testibus. Afflic. decis. 273. vide Boer. decis. 281. & in libris placit. Curiæ de fide instrument. tit. 9. & in decisio. diuerso. Papon. lib. 9. tit 8. arrest. 6. Vbi tenet contrarium, & in additio. ad Bart. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Tamen instrumētum per se sufficiens ad inducendam obligationem; præsumptionē veteris obligationis in eo enunciatæ, inducit. Afflic. d. deci. 273. Aliàs nec attestatio Notarij de procuratorio per ipsum recepto non inserto in instrumento, fidem facit. Marc. q. 654 part. 2.

Instrumentum faciens mentionē de alio instrumento, facit fidem inter easdē personas; sed non inter alias. Afflic. decis. 273. nu. 3. Nisi exhibeatur ipsum instrumentum enunciatum. Boer. decis. 247. num 3. & decis. 281. vide Bar. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. & Mago. decis. 96 Luc. nu. 7.

Si agatur ex instrumento ratificationis capitulorum, etiam quòd in eo sit tenor insertus, nihilominus debēt exhiberi capitula. Gram. decis. 103. nu. 177.

Originalia, non exempla, probant, vel sunt insinuanda. l. 3. C. de diuersis rescript.

Insertum facultatis testandi in testamento, non probat ipsam facultatem, Vera. decisio. 96. seu 1. part. 2.

Talia verba enunciatiua nō disponūt, sed solū faciunt probationem inter easdem partes ad validitatem actus, qui principaliter geritur: ideò non probant, si de ipso enunciato principaliter moueatū quęstio. Cabal. millelo. 40. vide Bar. consi. 46. vol. 1.

Instrumentum mentionē faciens de aliqua scriptura tanquam de sua causa, non probat de illa: fallit, quādo in instrumēto referente certitudinariè aliquid exprimitur, tunc enim illud absque relato probat. Mago. decisio. Luc. 96. num. 12.

Inter partes creditur referēti sine exhibitione relati: & debitor non reficit expensas instrumenti, qui non est in mora soluendi. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ glo. 4. super decreto, Rempub. part. 2. nu. 7. & 11. tit. de iure emphyteo. fol. 19.

Instrumentū faciens mentionē de cōmissione, an probet ipsam cōmissionē, vide Dec. cons. 42. num. 8. & Natt consi. 143. Tom. 1.

Attenditur instrumentum, in quo aliquid dispositum est ab eo, qui habet potestatem disponendi, licèt nō reperiatur illud, ad quod relatio facta sit. Dec. consi. 326.

Instrī tenor registratus in alio instrō, non facit fidem, nisi registretur auctoritate Iudicis, parte vocata, & non opponente. Natt. cons. 143.

Qualitates oēs, quę sunt in relato, etiam esse in referente, scribit Menoc. consi. 355. lib. 4. nu. 8.

Notarius si hodie instrumētum mutui recipiat, asseratq; in sua præsentia heri pecuniā numeratam fuisse, de numeratione nihil probat;

quia non potest attestari in instrumento, nisi de visis tempore rogitus. Hippol. sing. 462.

Solemnitas subhastationis non probatur interuenisse, licèt in instrumento enunciatiuè dicatur, quòd facta fuerit; nam solemnitas extrinseca non præsumitur. Bart. in l. 1. C. de fid. instrument. & iure hast. Fisca. lib. 10.

Agitur ex scriptura declarata; non ex scriptura declarante. l. asse toto 77. ff. de hęred. instituē.

Scriptura hominis mortui probat bonam fidē, & illi plus creditur, quàm scripturæ viuentis. Afflic. decis. 40. nu. 10. & 20.

Scripturæ publicæ dici non possunt, in quibus desunt substantialia. Afflic. decis. 273. nu. 2.

Testium subscriptio in instrumentis de iure cōmuni non requiritur. Capic. decis. 29.

Testis testamenti tenetur præcisè sigillum suū recognoscere. Capic. d. decis. 29 nu. 5.

De iure communi protocolo soli, vel sumpto ab eo creditur, absque subscriptione testiū. Capic. ibid.

Notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clausulis consuetis: ideò eas potest apponere sine consensu expresso partium, & si nō apponat, habētur pro appositis. Capic. decis. 159. nu. 39. Gram. decis. 62. nu. 20. & Feli. consi. 18. nu. 10.

Dictio, &c. apposita in principio instrumenti, an operetur, vt videantur in eo apposita omnia consueta, & requisita, tam de iure, quàm de consuetudine, vide Gram. decis. 106. num. 12. & 13. Tamen instrumento non creditur, nisi repertum sit in protocolo. ibid. nu. 37. Et omisio millesimi, an vitiet instrumentum, vide ibid. num. 14.

Clausulæ generales, quæ quotidie apponuntur instrumentis, non semper necessariò (vltra contenta in instrumento principaliter tractata) operantur: quia sępe describūtur per Tabelliones, ignorantibus partibus. Feli. in cap. solitæ, num. 4. ex. de maior. & obedien. Doctores in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio.

Instrumentum dotale potest reassumi in formā publicā, mortuis Notario, Iudice, & testibus, siue protocolum habeat Iudicis subscriptionem, siue non. Capic. decis. 171.

Præsentia includit actus intelligētiam: ideò Notarius non debet dicere rem gestam, præsente tali, nisi vulgarizatam. Capic. decisio. 192. num. 3. & 4.

Instrumentum non potest dici illiquidum, cùm inter partes fuerit quantitas pęnæ taxata, & licèt probari posset non tantum transcedere interesse, tamen interim habet locum retentio, donec fuerit cōtrarium probatum. Gram. decis. 58. num. 10.

Licèt in instrumento fuerit promissa certa quātitas, hoc addito, quòd si facto calculo minus debeatur, illa minor quātitas censeatur promissa: tamen interim instrumentum habebit executionē paratam. Gram. d. deci. 58. nu. 10.

Confitens se debitorem, vt in tali instrumento constat, si in eo non constet de debito, illi nō nocebit confessio. Gram. decis. 59. nu. 9.

Largo modo, & impropriè, rogatio, nota, inbreuiatura, & protocolum, idem sunt. Gram. decisio. 106. num. 5.

Cancellatione instrumenti facta per Notarium in bastardello, non præiudicat instrumento extenso in libro. Barto. in l. 4. ff. de his, quæ in testamen. delent.

Licèt Notarius cācellauerit instrm, & postea dixerit, quòd errore fecit, tn̄ tale instrumentū probat. Bart. in l. fraudem 16. §. sicut. ff. de milit. testamen.

Testamento corroso in parte substantiali, non creditur, sed quando, vide Bar. in l. 1. §. si rosę. ff. de bono. possess. secun. tabu.

Notario attestanti de aliqua cancellatione, vel subscriptione creditur. Barto. ibid. Tamen si Notarius dixerit in protocolo, hoc fuit cassatum de voluntate partiū, nec apposuerit testes, illi non creditur. Abb. cōsi. 34. nu. 4. par. 2.

Notarius rogatus si fecerit instrumentū pro eo, cui postea successit, poterit illo vti, & illud leuare. Barto. in l. 10. §. illud. ff. ad leg. Corn. de fals.

Notario delinquente in officio notariatus, faciendo instrumentum falsum, vel aliter, eius instrumētis postea non creditur. Bart. in l. eadem 6. ff. ad leg. Iul. repet.

Quale delictum, & quando probari possit per instrumentum, vide Bart. in l. in Senatusconsultum 15. ff. ad Turpilia.

Omisio solemnitatis in instrumento, inducit præsumptionem falsitatis, vide Bar. in Auth. de Tabellionib. §. illud, & in l. 10. C. de numerar. lib. 10.

Consueta apponi in instrumēto si non apponātur, vitiatur instrumentum. Bar. ibid. nu. 12.

Instrumentum dotale ineptum, suppletur. Bart. in consi. 179. vol. 1.

Error Notarij in instrumēto probatur interuenisse, ex ostensione protocoli, cui statur. Bar. consi. 208. vol. 1. & Guid. Pap. q. 19. nu. 3.

Erronea subscriptio vitiat instrumentum. l. fin. C. plus valere.

Instrumentum habens additionem in margine, quam Notarius asserit esse sua manu scriptā, redditur suspectum. Gram. decis. 106. num. 17. & 18. sed vide ibid.

Si plus reperiatur scriptū in instrumento, quàm non erat in nota, seu imbreuiatura, & quādo Nota-

Notarius errauit in describendo instrumento., quid iuris, vide infra tit. ad leg. Cornel. de fals.

Instrumentũ, in quo dies est errore omissa, non vitiatur: quia si Tabellio fecerit instrumẽtũ, & omiserit aliquid de solemnitatibus errore lapsus, & postea per diem, vel annum Tabellio recordetur de illa die, illam describere poterit, cũ veritas scripturæ probari debeat per suum auctorem. Guid. Pap. q. 582.

Instrumentum præsumitur falsum, quando Notarius facit aliquid prohibitum, aut omittit aliquid, quod sibi incũbit. Boer. deci. 37. nu. 4.

Instrumenta duo si sint cõtraria, cui potius credatur, vide Boer. decis. 252. nu. 5. 7 8 10. & 11.

Rasura in instrumento nõ nocet, nisi sit in substantialibus. Fran. Marc. q. 51. nu. 7.

Originale attenditur; non autem copia, quando est diuersa ab originali: sed an Notarius possit corrigere indictionem, vel alium errorem, & an eius omissio vitiet instrumentum, vide Ioseph. Ludo. decis. Luc. 13. num. 11. Et quãdo non stetur originali, vide Fran. Marc. quæst. 743.

Si dubitetur de fide instrumenti, ad originale, siue ad matriculam recurrendum est. Franc. Marc. q. 698. Et statur protocolo, quando est varietas inter protocolum, & instrumentum. vide Bar. in l. 6. §. Prætor. ff. de edend.

Notarius quãdo facit plures scripturas de vno testamento discrepantes, pleniori, siue protocolo standum est. Marc. q. 163. part. 2.

Apostilæ à margine licèt signum, seu tacalam ad instrumenti corpus referentem habeant, tñ fidẽ non faciunt, nisi datam, & subscriptionem habeant. Marc. d. q. 163. nu. 18. vide Cra. consi. 88. Nam quando apostilæ, vel cancellationes, aut interlineaturæ sunt in margine, licèt Notarius de illis attestetur, ex quo non habent diem, & Consulem, non præiudicant, neque vitiant Fran. Marc. q. 742.

Si Notarius faciat aliquam additionem instrumento; debet attestari de dicta additione. Guid. Pap. sing. 696.

Instrumenti fides non tollitur ex aliquibus cõiecturis, & leuibus præsumptionibus. Vera. decis. 3. nu. 4. part. 2.

Si instrumentum peccat in data, vel signo, non valet in totum; secùs si esset erratum in loco nõ suspecto, nec substãtiali. Caba. mille l. 249.

Omissio styli consueti, vel solemnitatis consuetæ actu, vel instrumentũ suspectum, & nullius fidei reddit. Idem Cabal. mille. 492.

Instrumentum carens aliqua solemnitate, probat, parte non opponente. Andr. Gail. obser. 46. lib. 2. nu. 15.

Attestatio Notarij, in qua ipse asserit se recepisse aliquod instrumẽtum, designatis anno, & die, personis contrahentium, & substantia contractus. non facit fidem. Papon. lib. 9. tit. 8. arrest. 5. & Guid. Pap. q. 19.

Notario dante duos contractus diuersos eiusdem facti, an retardetur executio, & mittatur pro protocolo. vel persona Notarij, vide Crescen. decis. 3. aliàs 103. tit. de fide instrum.

Notario sine testibus an credatur, vide eundẽ, decis. 4. aliàs 26. eod.

Instrumentum non probat, quando non continet non verisimilia, sed dicitur suspectum, licèt testes contra illud non deponant: & contrà, continens rem verisimilem probare debet, licèt testes contra ipsum deponant. Cra. cõs. 75. n. 20. vide infra tit. ad leg. Cor. de fals.

Instrumentum redditur suspectum ex eo, quòd aliquid reperitur scriptum manu aliena sine attestatione Notarij. Craue. consi. 104. nu. 16. Ideò apostila instr̃i facta manu aliena non probat, quando Notarius de illa non attestatur. ibid. nu. 17.

Indictio est de substantia instrumenti publici: ideò eius omissio vitiat instrumentũ: & Princeps de potestate ordinaria non potest eam supplere. Natt. consi. 47. Tom. 1. vide tamen eundem Crauet. consi. 146.

Notarius si viuat potest corrigere errorem, quẽ commisit omittendo locum, vel familiã, sed eo mortuo, non potest talis error per alium corrigi. Natt. consi. 329.

Regula est, extrinsecam solemnitatem nõ præsumi, nec debere intelligi in instrumento, quod procedit, facta oppositione, si autem non opponatur, fertur sententia perinde, ac si interuenisset illa solemnitas extrinseca. Mathes. sing. 12.

Cancellatio tollit dispositionem, & actũ. Guid. Pap. sing. 625.

Instrumentum si est falsum pro parte, an sit falsum in totũ, vide infra tit. ad leg. Cor. de fals.

Notarius si dicat in instrumento, Titiũ cõfessũ fuisse habuisse, & recepisse centum, quæ habuit, & recepit in præsentia ipsius Notarij, si postea probetur, quòd illo tempore non fuit pecunia tradita ipsi Titio, licèt esset ipsa pecunia præsens, an instrumentum sit falsum, vide Bar. in l. singularia 15. nu. 23. ff. si cer. pet.

Instrumẽtum intelligitur reprobatum, eo ipso, quòd iudicatur contra illud. cap. suborta 21. ex. de senten. & re iudic.

Mala gramatica non vitiat instrumẽtum, & Notarius quando possit corrigere errorem suũ in instrumẽtis, vide Bar. in l. 7. ff. de stat. hom. & in l. 9. nu. 5. ff. de aur. & argen. leg.

Instrumentum suspectum est propter superlinearem scripturam, & rasuram in indictione, vel

vel anno, & in aliis locis suspectis. cap. cùm venerabilis 7.ex.de Religios.domib.

In dubio cancellatio restringitur ad rationem ipsi cancellationi adiectam.l.2.& 3.ff.de his, quæ in testa.dele.

Si de eodem facto sint plura instrumẽta, vnius cancellatio alterius vires non tollit, nisi de mente constet.l.fin.eod.tit.

Locus debet apponi in instrumento, nisi sit manifestus, & notus.Bart.consi.7.vol.2.

Testamentum receptum per publicum Notarium, etiam si testes sint mortui, facit fidem, Bar.consi.61.vol.2.

Scripturis habentis officium de publico in spectantibus ad officium ipsius, stãdum est.Abb, consi 34.part.2.

Contractus non debet fieri in Ecclesia.l.2.C.de Sacrosanct.Eccle.& ibid glo. & Bar.vide cap. decet, & ibid. glos. de immunit. Eccles.in 6. Quod limitat, quando ab ipsa Ecclesia quis exire non potest.Bar.in l.pen.C.de Sacrosan. Eccles. Et in contractibus piis, qui etiam in Ecclesia fieri possunt.l.1.C.de his, qui in Eccles.manumit.

Plus creditur scripturæ, quàm testibus.l.pen.C.si minor se maior.dixer.vel probau.

Diuisio, vel dispositio testati.vel intestati inter liberos valet, etiam imperfecta: sed si persona extranea permisceatur, quo ad illam non valet.l.fin.C.famil.ercisc.

Instrumentum nihil aliud probat, quàm illud, quod continetur in eo: nam quod omittitur in instrumento, præsumitur non actum inter partes.l. ad probationem 21.C.de probatio.

Veritas præualet scripturę, & simulationi.l.1.C. plus valere, Sed quando potius credatur scripturæ, vide glo ibid.

An registrum notæ faciat fidem, vide Gui.Pap. q 19.num.3.

Instrumentum signatum per alterum Notariũ adhibitum per partes, & non per ambos adhibitos, non facit fidem, nisi nota producta ab ambobus esset signata, vel nisi quilibet insolidum esset rogatus: tunc enim sufficit, q ab vno sit signatum. Guid. Pap. q. 122. Boer. decis.21.Vbi scribit reg.cũ tribus limitationibus, vide Papon.lib.9.tit.8.arrest.4.& Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.187.nu.7.

Notarius potest facere instrumentum, in quo se obliget alteri.Guid.Pap.q 318.

Valet procuratoriũ ad causam solo sigillo Episcopi, vel alterius Prælati sigillatum, sine subscriptione Notarij, & testium.Boer.decis. 154.num.6.

An Notarius possit ex vno instrumento plura capitula diuersa, quãlibet partem particulariter respicientia continente, facere plura instrumenta, & quodlibet deliberare in forma publica.vide Boer.decis.253.

Instrumenta Notariorum Imperialium facta, etiam in terris Ecclesiæ, probãt. Aegi.Bella. conclusio.246 Maximè si non opponatur.vide eundem, conclusio 539.

Notario creditur super omnibus contentis sub proprij verbi significatione, etiam si sit verbum iuris.Aegid.conclus.728.

Instrumenta faciunt fidem, etiam ex. territoriũ illius, qui Notarios creauit, dũ modo sint intra territorium creantis confecta; aliàs secùs. DD de Rot. decis.2.aliàs 291.de fide instru. in noui. & Bart.in l.1.num 36. C.de Sum.Trinit.& Fid.Cat.

Instrumenta probant contra contrahentes in fauorem tertij, qui non est ibid.nominatus: idem in epistola, & alia scriptura.Rot.Genu. decis.31.num.4. & 6. & decis.33. num.8. vide Dec.consi.407.

Subscriptio quando possit referri ad præcedentia, & sequentia, vide Put.decisio.226.lib.1. Et quando non approbat solùm præcedentia, vide ibid.

Debitor facere instrumentum crediti de debito cogitur. Cabal. milleloq 196.vide Borg. Caual.decis.27 nu 90.de contract.part.2.

Scriptura meo mãdato scripta probat, ac si ego scripsissem.Cabal.milleloq 662.

Instrumentum respectu fidei est indiuisibile, & non potest pro parte facere finem, & pro parte non: secùs in scriptura priuata, quæ dependet à voluntate approbãtis, quia potest approbari pro parte, vide Borg. Caual.d.decis. 27 nu.86.de contract part.2.

Casu amisso instrumento obligationis debitoris, creditor potest Iudicis officio debitorẽ ad renouationem instrumenti compellere. vide Andr.Gail.obser.37 lib.2. Idem, si protocolum non appareat. Bar. in l. 2. C. de discussio lib.10.

Mors testis aut Notarij fidem auget probationum, ideò testes mortui iudicantur pro instrumento.Craue.consi.6.nu.61.

Instrumentum debet scribi, & subscribi per eundem Notarium.Craue.consi.274.nu.13.

Contra confessionem factam in aliquo instrumento, veniri non potest. Craue. consi. 1.pro genero, num.11.

Præsumptio quiescit, quæ instrumẽto fauet, quoties per inspectionẽ eius, præsumptionis vis diluitur, cùm non appareat esse adhibitas solemnitates, quas contractus exposcit, Craue. consi.1.pro genero, nu.245.

Ex decreto Iudicis solemnia instrumenti præsumuntur, quod limita, vt ibid.nu.247.

Delictum non potest probari per instrumentũ,

Iul. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin quæst 54.

Quando dies in vno instrumento descripta, in altero censeatur repetita, siue in principio, siue in medio, siue in fine libri fuerit dies apposita, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 64.

Obligatio curialis penes acta Curiæ, recipi debet coram Iudice, vel illo mandante: alias recepta extra locum iudicij non valet, sed recepta penes acta iudicij non requirit partis præsentiam. Maran. de ordine iudi. part. 6. tit. de acto editio. nu. 19. & 20.

Instrumenta sunt in multiplici differentia, quędam enim sunt instrumenta simpliciter debitũ continentia. & ista de iure non habẽt executionem: & quædam sunt confessionata, seu garentigiata, & sunt ea, quæ continent præceptum à Notario parti debitum confitenti factum, de quibus vide per Rebuff. in constitu. in pręfat. Reg. trac. de litter. oblig. nu. 12. To. 1

Scriptura duplex est publica, & priuata, sed quę publica dicatur, vide eundem Rebuff. tracta. de chirog. & cedul. & Mathes. sing 40.

Testamenti, aut statuti particula si producatur, an fidem faciat, vide Marc. de Mant. sing 452.

Ex duobus instrumẽtis scriptis in vna carta, primò scriptum præsumitur primò stipulatum: sed quando ordo scripturæ attendatur, vide Bar. in l. 1. nu. 19. C. de nouo Codice confic.

Instrumenta communia debent esse apud digniorem. Bartol. in l. Procurator 7. C. de edendo.

Actus voluntarij (vt contractus, & vltimæ voluntates) ita valent facti de nocte, sicut de die; sed facti de nocte requirunt luminaria: secùs in actibus iudiciariis, qui tantùm fiunt de die. Bart. in l. non minorem 20. C. de transactio. & in l. more ff. de fer. facit d. l. 20. C. de transact. vide Ioseph. Ludo. decis. 116. Perus.

In l. 23. C. ad Velleianum est casus, in quo quis non potest venire contra contenta in instrumẽto, nec admittitur probatio in contrariũ. Bar. in l. 1. nu. 4. C. plus valere quod agitur.

Per instrumentum quando probetur pecuniam fuisse numeratam, vide per Bar. in l. si ex cautione 3. C. de non numera. pecu.

Instrumentum scriptum à Notario, sed non publicatum coram testibus, non præsumitur instrumentum. Bar. in l. 1. C. de vsur. nu. 13.

Creditor soluit pro instrumento. Barto. in auth. eos. C. de vsur.

Instrumentum, in quo quis confitetur se recepisse, quod nõ recepit, probat, quòd ille promisit dare, cui est facta confessio. Bart. in l. 4. C. de dot. promis. & nud. pollicit.

Testamentum in scriptis conditum, & manu publici Notarij scriptum, facit fidem absq; alia publicatione. Bart. in l. 1. C. de testamen.

Testamentum nuncupatiuum, an possit probari per scripturam, vide Bar. ibid.

Instrumentum fidem facit, in quo Notarius scripsit per ziffras 1c. pro decem, & c. pro centũ. Bart. in authen. quod sine C. de testament. vide eundem in l. quoties 9 §. sed si non. ff. de hæred. institnẽ. & in l. sed cum 6. §. notis. ff. de bono. possessio.

Testes dicuntur rogati; qui fuerũt adhibiti. Bar. in l. 8. de codicil. nu. 6.

Testamentum nuncupatiuum potest probari per instrumentum. Bar. in l. quæstionem 32. C. de fideicom.

Scriptura habens subscriptionem trium testiũ, probat contra omnes. Bar. in l. scripturas 11. C. qui potiores.

Instrumenta, quæ celebrantur per Concilium Ciuitatis, debent dicere, cõuocato Concilio ad sonum campanę, in quo fuerunt omnes, vel maior pars. Barto. in l. 3. C. de prædi. Decurio. lib. 10.

Cognomina debent describi, quãdo ex solo nomine incertitudo redditur. Bar. in Rub. proęmij fforum. num. 8.

Instrumenta recepta à Notario vili, quam fidẽ faciant, vide Barto. in l. si quis 6. §. cogentur. ff. de eden.

Locus, & testes descripti in vno instrumento, intelliguntur repetiti in sequentibus. Bart. in d. l. 6. §. si initium, nu. 8.

Annus Domini scriptus in principio libri instrumentorum, intelligitur repetitus in sequentibus. Bart. in d. l. 6. §. si initium in repet.

Indictio debet apponi instrumento ad eius validitatem, sed descripta in principio, vel medio, aut fine libri, an intelligatur repetita. & quid in die, & testibus, vide Barto. ibid. num. 12. & seqq.

Signum appositum in principio protocoli, an sit commune ad omnia instrumenta in libro descripta, & quid, si in fine, vide Bart. ibid. num. 33. & 35.

Notarij successor cogitur edere protocola, sicut Notarius, qui potest delegare rationes, & protocola, & etiam donare: & impeditus potest facere, vt alius sumat instrumẽtum de suis protocolis. Barto. in l. quædam 9. §. nihil ff. de eden.

Instrumentũ potest reprobari per aliud instrumentum. c. 1. ex. de nat. ex libe. vent.

Si in instrumento quis confiteatur se habuisse mutuo centum, intelligitur de præsenti. Bart. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat. num. 9.

Mutui confessio facta in contractu inutili, probat mutuum. Bart. in d. §. si nummos, nu. 10.

Instrumenta emptionalia rei legatæ, debent rema-

remanere penes hæredem, præstita cautione de illis exhibẽdis, cùm fuerit necesse. l. instrumenta 24. C. de fideico.

De fide testamenti, tam nuncupatiui, quàm in scriptis vide per glo. in l. fin. eod. tit.

Instrumentum solutionis debet esse apud debitorem: & quando instrumentũ reperitur cancellatum apud ipsum debitorẽ, an ille præsumatur soluisse, vide l. fin. §. Titius. ff. de cõdict. indebit. & supra tit. de solutio.

Subscriptio, quam quis facit alieno nomine, nõ nocet sibi, vt teneat̃ nomine proprio in eo, quod ignorabat. l. Titius 8. ff. de rescind. vẽd.

Testamentum irritum, probat voluntatem testatoris. l. fin. ff. de reb. eorum, qui sub tutela.

Illud instrumentum dicitur fidem facere, quod legi potest; legi autem sic accipiendum est, non intelligi, sed oculis percipi, quæ scripta sunt. l. 1. ff. de his, quæ in testam. delen.

Testamentum dicitur instrumentum publicũ. l. 2. ff. quemadmo. testamen. aperia.

Clausula in fine posita refertur, non solùm ad primam, sed etiã ad omnia præcedentia, cõtinuata scriptura, prolata. l. fin. ff. de reb. dub.

Non ordo scripturæ spectatur; sed potius ex iure sumitur id quod agi videtur. l. nec enim 6. ff. de solutio. & libera.

Non solent quæ superabundant vitiare scripturas. l. 95. de reg. iur.

Maritus Notarius potest facere instrumentum ad vtilitatem vxoris suæ. l. vxori 18. ff. ad leg. Cornel. de fals. in additio.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lędunt. l. 82. de regul. iur.

De fide actorum iudicialium.

Acta facta in vno iudicio inter easdẽ personas, & coram eodem Iudice, non probant in alio, nisi producantur. Ozas. decis. 1. nu. 40. vide Guid. Pap. q. 136. Mathes. sing. 191. & Bar. in l. naturaliter nu. 32. §. nihil. ff. de acqui. poss.

An acta facta coram primo Iudice, coram subrogato, vel successore debeant iterum produci, vide latè per eundem Ozas. d. decis. 1. num. fin. Bart. in l. 2. C. de eden. num. 6. & in l. acta. ff. de re iudic.

Acta instructoria, siue probatoria facta in vno iudicio, an fidem faciant inter easdem personas in alio iudicio, ad diuersum finem tendẽte. vide Ozas. decis. 107. & glos. in l. cùm antea 5. C. de recept. Arbit. in verbo, iudiciis.

Acta inter easdem partes, & habentes causam ab eis, probant. Borg. Caual. decisio. 18. de iudi. num. 17.

Si causa euocetur ab aliqua Curia inferiori ad Curiam Parlamenti, ille, qui petiit euocari, debet producere acta. Guid. Pap. q. 440.

Acta agitata coram Iudice temporali, faciunt fidem coram Spirituali, etiam in alia causa inter easdem partes. Capel. Thol. q. 199 Quia talia acta inducunt notorium. ibid. vide Menoch. consi. 367. nu. 14. lib. 4.

Licèt acta in vno iudicio facta fidem nõ faciant in alio, tamen hoc non procedit, quando in eo iudicio ad faciendam productionem instrumentorum, aliquis fuit citatus: nam acta inter duos nocent tertio citato. Menoc. cõsi. 320. lib. 4. nu. 30.

Quotiescunque inter aliquas personas vertuntur duæ causæ coram eodem Iudice, facta in vna causa non probant in alia, nisi producantur, quia Iudici non dicitur constare de actitatis, nisi quo ad causam, in qua illa sunt producta. Mathes. sing. 160.

Acta facta in vno iudicio, quando faciant fidẽ in alio, & quid de testibus, cõfessione, & sententia, vide Bar. in l. 2. nu. 12. C. de edendo.

Acta, quæ fiunt in occulto, & secreto non faciũt fidem, nisi facta publicatione per pronunciationem Iudicis: sed acta facta à Notario corã Iudice, licèt non sint publicata per Notariũ, faciunt fidem coram eodem Iudice. Bar. in l. gesta 6. C. de re iudic. Sed coram alio Iudice non faciunt fidem, nisi habeant subscriptionem, vel testimonium alicuius Officialis positi ad acta publica custodiẽda, sed publicatio actorum debet fieri, parte præsente, vel citata. Bart. ibid.

Acta etiam litis ordinandæ facta coram primis Iudicibus, fidem faciunt coram secundis. c. fi. ex. de probatio.

Acta facta in summario iudicio, non faciunt fidem in plenario. Abb consi. 50. part. 1.

Acta publica semel publicata, faciunt perpetuã fidem in eadem instantia, & in alia, etiã mortuo Iudice, vel remoto. l. fin. C. de re iudic.

Sententia, non constito de processu, non probat, neque valet. Rot. Genu. decis. 28. num. 15. vide tamen Aegid. Bellam. conclusio. 145.

An sententia sine actis, & processu, probet ipsum processũ, vide Gram. decis. 34. & Capel. Tho. q. 329. in additio.

Instrumentum de lectura sententiæ per Notarium rogatum, & factum, an faciat fidẽ, vide Affli. dec. 345. & deci. 346. nu. 13. DD. de Rot. decis. 9. aliàs 301. tit. de probatio. in nouis.

Quamuis pro sententia referri nõ præsumatur sine processu, tamen pro valde antiqua, ac illius processu, & narratis in ea, præsumitur (licet acta non reperiantur) absq; alia ꝓbatione. Castad. dec. 3. de Procur. & Put. dec. 338. lib. 2.

Præ-

Præsumitur pro processu in sententia lata, parte præsente, & nõ appellãte. idẽ Cassad. decis. 1. tit. de præsumptio.

Processus in sententia enunciatus, præsumitur. Raud. tract. de Analog. cap. 38. nu. 114.

Verba narratiua sententiæ probant, quãdo trãsiuit sententia in iudicatum: nam tunc sententia habet præsumptionem iuris pro se etiam quo ad ea, quæ in sententia non narrantur, & licèt non constet de actis. Crauet. consi. 108. Verùm quòd non stetur verbis Iudicis enunciatiuis descriptis in sententia, (si de actis non constet) scribit idem Craue. consi. 48.

Instrumentum sententię quãdo manu alterius, quàm recipientis, scriptum esse reperitur, illi non præstatur fides sine originali. Put. decis. 437. lib. 2.

Sententia continens litis contestationẽ, & alia acta, si lata est, partibus præsentibus, & non reclamantibus, probat acta sic præcessisse. Bart. in l. 1. C. de relatio. in l. 45. ff. de re iudic. & in Authen. de Tabellio. §. 1.

Semper creditur sententiæ Iudicis, vbi constat de processu causæ, sed vbi reuocatur in dubio, pro processu Iudicis non est præsumendũ, & iusto ordine, nisi probetur per acta. glo. in cap. quoniam 11. ex. de probatio. in verbo, præsumitur.

Licèt tantùm producatur sententia sine actis, præsumitur pro ea, si est lata; præsente parte; aliàs secùs Abb. consi. 92. part. 1. num. fin.

Nõ creditur Notario attestanti sibi fuisse commissum per Iudicem super commissione sibi facta de receptione testium. Afflic. decis. 317. & Guid. Pap. q. 126. Sed debet de commissione separatim constare. Guid. d. q. 126.

Quando in aliquo actu gerendo corã Officiali, certæ solẽnitates requiruntur, non creditur assertioni Officialis illas asserẽti interuenisse, sed requiritur, vt ipsæ solemnitates inserantur instrumento. Boer. decis. 37. nu. 5.

Priuilegium probatur ex transumpto in actis producto. Thom. Minad. decis. 43.

Instrumenta inserta in actis, non probantur per insertionem, nisi sint inserta in actis iudicialibus. DD. de Rota, deci. 2. tit. de fide instrum. in antiq. vide tamen Lanf. de Oriano sing. 45.

Exemplum inter acta iudicialia repertum, facit fidem absque protocolo, & originali, si per Notarium actorum collatũ sit. Mysing. obser. 75. cent. 6. Tamen an insertis in processu fulminato, probetur spectantia sine originali, vide Crescen. decis. 1. aliàs 5. tit. de probat. Et an insertis in sententia credatur, vide eundẽ ibid. decis. 10. aliàs 134.

Sententiæ Delegati non creditur, si non ostendatur commissio, nec creditur Iudici se delegatum asserenti: sententiæ verò Ordinarij semper statur, & pro ea præsumitur, quia in illo constat de iurisdictione. gloss. 2. c. cùm in iure 31. de offic. & potestat. Iudi. delegat.

Actis exemplatis auctoritate Iudicis (corã quo illa facta sunt) fides præstari debet. Bart. in l. eos, qui 6. §. super his. C. de appellatio.

Notario scribente de consensu partium sine auctoritate Iudicis, an valeant acta per ipsum recepta, vide Afflic. decis. 324. in fine.

Subscriptio per Magistros actorum Curiæ, facta, plenè probat. Afflic. decis. 346. nu. 13.

In actis iudicialibus per secretarium signatis, non sunt necessarij testes. Boer. decis. 118. nu. 5. & Guid. Pap. sing. 507. Idem in actis factis coram Arbitris: fallit in sententiis, quibus testes sunt adhibendi. Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de actio. editio. nu. 32.

Instrumentum publicum potest fieri de actis factis in iudicio: & acta dicuntur scripturæ de his, quæ apud Iudicem agitata sunt. Guid. q. 616. Et sunt duplicia; alia enim sunt litis, & alia iudicij. ibid. num. 4.

Acta iudicij non faciunt fidem, nisi habeant signum Iudicis. Guid. Pap. d. q. 616. nu. 5.

Acta deperdita quomodo probetur, vide Boe. decis. 15 in fine.

Iudex, si quid extra iudicium sibi proponatur, aut intelligat, propositioni nullam fidẽ adhibere debet, donec illud sit productũ, & pars citata ad dicendum contrà. Guliel. Cassado. decis. 12. num. 10. tit. 1.

Quando cum sentẽtia esset productus processus, in quo deficeret mandatum, præsumeretur in antiquis ratihabitio, aut sciẽtia, vel patientia domini, siue simile præsumptum mandatum. Cassad. decis. 3. tit. de Procurato. nu. 6.

Acta, & sententia quam fidem faciant contra condemnatum quo ad alios, vide Rot. Genuen. decis. 103.

Acta facta in vno iudicio ciuili, non faciunt fidẽ in criminali, etiam si esset illud iudicium ciuile super eodem crimine: idem in confessione, & sententia. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 54. vide Guid. Pap q. 136.

Actorum appellatione quę veniant, & acta iudicij, & acta litis, siue causæ, quæ dicantur, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de actio. editio.

Acta gesta, & monumenta, qualiter inter se differant, & acta iudicij, quomodo fieri debeãt, vt fidem faciant, & quæ requirãtur, vide Maran. ibid. nu. 15. & seqq.

Missio in possessionem non potest probari per testes; sicut cætera acta iudicij. Roma. sing. 6.

Acta iudicialia nõ possunt probari, nisi per scripturam, si tamen erratum fuerit in scribẽdo, poterit error per testes probari. Henric. Boe. in suis

in suis singularib.titu.processus,& acta.Guid. Pap.sing.275.

Acta debent apparere in scriptis; sed quando possint probari per testes,vide Barto.in l.ne in Arbitris.C.de recept.Arbitr.nu.3.

In qualibet graui causa (exceptis libello, & sententia) proceditur sine scriptis; licèt postea in scriptis redigatur processus: & quando fit sine scriptis, creditur simplici informationi Iudicis. Barto.in authen. nisi breuiores. C.de senten.ex breuiloq.recitan.

Iudex debet habere Notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicij: aliàs si quid difficultatis emercerit, per Superiorem punitur,nec creditur illi super processu, nisi inquātū per acta, vel aliàs per publica documēta cōstabit. c.quoniam 11. ex.de probatio.

Datio libelli non est de processu.Bar.in Rub.C. de in ius vocan.

Qui acta causæ relationis Iudicum delegatorū sigilla violando apperuerit,nō auditur postmodum contra illa.c.cùm olim 33.ex.de offi. & potestat.Iudic.delegat.

Acta causæ debent scribi per Officiales, & ille, qui incepit scribere causam ab initio, debet scribere vsque ad finem.Bart.in l.cùm sententiā.C.de senten.& interlocut.omn Iudi.

Acta facta coram Iudice minus idoneo, non valent.vide Bar.in l.3.nu.5.& 7.ff.de offic.Preto.

Iudex,& Notarius non possunt scribere acta facta coram se: Notarius tamen potest pro se scribere,& publicare testamētū.Bart.in l.2.ff. de stipula.seruo. Fallit primū dictū, si statutū, vel cōsuetudo esset in contrarium.Bart.ibid.

Iudex quando narrat aliqua in iudicio, parte præsente, & non contradicente, talia verba probant in præiudicium partis non contradicentis.Abb.consi.60 part.2.nu.5.

In donatione, quæ fit apud acta,nō sunt necessarij testes.l.in donationib.31.C.de donatio,

De fide depositionum, & attestationum testium.

TEstium depositionibus in alia Curia examinatis,stādū nō est; sed illi iteratò deponere tenentur. Ozas. decis.128.nu.12.

Probationes perpetuò faciunt fidē inter easdem partes, vel habētes causam ab eis.DD.de Rot.decis.20,aliàs 410.de re iudic. in nouis. Tamen testes examinati per viam exceptionis inter easdem partes, non faciūt fidem in iudicio per viam actionis. Put.deci. 68. lib. 1.

Testes examinati in possessorio non faciunt fidem in petitorio.idem Put.decis.171.lib.1.Et examinati in summario fidem nō faciunt in plenario.c.veniens 38.ex.de testib.& attesta.

Testes examinati cotā Iudice laico inter easdē partes,faciunt fidem coram Iudice Ecclesiastico.Menoch.consi.366.lib.4.

Probationes, seu attestationes factæ coram Arbitro,faciunt fidem coram Iudice. Bar.in l.5. C.de recept.Arbit.nu.8.& in l.fin.C.de testib. vide Hartma. cap.13. titu.de testib.lib.2.Imò attestationes receptę per Arbitros ita demū fidem faciunt in iudicio, si testes mortui sint; aliàs,petente parte, ipsi testes in iudicio repetuntur. cap. præsentata 50. ext. de testib. & attestatio.

Probationes factæ de violentia in causa ciuili, an faciant fidem in criminali, vide Bart. in l. 7.C.ad leg.Iul.de vi publi.

Attestationes in vno iudicio receptæ, fidem faciūt in eadem causa inter easdē personas,& coram alio Iudice. c. causam 11.ex.de testib. vide Barto. in l.si pro 14. §.sed & ager. ff. de appellatio.

Qui produxit testes coram certis Iudicibus, nō potest ad eundem effectum coram Iudicibus aliis,illos producere. cap.constitutus 30. ext. eod.de testib. & attestat.

Testes examinati in vno iudicio,vel vna instantia,quando fidem faciant in alio iudicio, seu in alia instantia, vide Bar.in l.2.ff.iudicatum solui,& in l.2.C.de eden.

Testibus publicatis, eorum depositiones faciūt fidem,sicut instrumenta publica.Bar.in auth. at qui semel.C.de testib.

Attestationibus testium mortuorum ante repetitionem non statur. Abb.in c.cùm in tua, ex. de testib.& attestat.Nisi essent examinati coram Arbitro.Hartma.cap.11. tit.de testib.lib. 1.per l.fin.C.de testib.

Testium præmortuorum depositiones factæ inter alios faciunt semiplenam probationem in antiquis.Mohed.decis.178.

Perempta instantia, probationes non pereunt: & probationes licèt non sint iudicatæ, tamē, testibus mortuis, in alia instantia fidē faciūt. Put.decis.196.lib.2.

Scriptura continens dicta testium, licèt non faciat fidem absque Iudicis publicatione,tamē probat, quando testes erant examinati ad perpetuam rei memoriam. Bart. in auth.sed & si quis. C.de testib.

Acta ante publicationem publicam fidem non habent: ideò attestationes non publicatæ, etiam semiplenè non probant:fallit,quando recipiuntur,pręsente parte,veluti in summario iudicio.Maran.in suo Spec. part.6.titu.de acto.editio.nu.33.

Attesta-

Atteſtationes inualidæ poſſunt conſenſu partium validari. Guid. Pap q. 136.

Teſtes in iudicio, & inſtrumenta, quando parē vim habeant, vide Afflic. deciſ. 274. nu. 5.

Productio teſtium per partem priuatam facta, nō prodeſt, neque nocet parti Fiſcali, minus pronunciari poteſt in criminali, ex probatione habita in cauſa ciuili. Guid. Pap. quæſt 342. Tamen probationes factæ in ciuili faciunt fidem in criminali. Barto. in l. 3. §. ſi quis. ff. de tabul. exhiben.

Teſtibus, niſi publicatis, non creditur. Fran. Mar. quæſt. 504.

Teſtes inter alios examinati, quando faciant plenam probationem, vide Put. deciſio. 55. lib. 2. Quòd tantùm ſemiplenè probent, ſcribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 111. vide Bar. in l. 7. nu. 5. ff. de petit. hæred.

De fide, & effectu inſtrumentorum in iudicio productorum.

ABſolutio nō retardatur propter inſtrumentum productum non iudicialiter, & parte non vocata; ſed vt vulgo dicitur, ad partem. Ozaſ. deciſ. 1. num. 47.

Vbi fit productio aliquorum iurium deſignatorum per deſcriptionem principij, & finis, illis in actis nō inſertis, talis productio dicitur de actis, non tamē ipſa iura, niſi de nouo producantur. Ozaſ. ibid. nu. 50.

Inſtrumenta producta, parte non citata ad dicendum contrà, non probant, quod intelligendum eſt, parte opponente; aliàs ſecùs. Vera. deciſ. 99. ſeu 3. part. 2.

Exhibitio, & iurium productio differunt inter ſe, & productio quando legitimè cenſeatur facta, vide D. Sol. in conſtitut. antiq. Sabaudiæ glo. ſuper 5. part. decreti, malitiis, tit. de donatio. fol. 112. & gloſſ. 1. ſuper decreto, quando, fol. 126. Vbi plenè de iurium productione.

Pronunciatio inſtrumenti pro publico, eſt reuocabilis. idem ibid. ſuper decreto, & ſi ſuper num. 7. fol. 128.

Pronunciatio tacita inſtrumenti pro publico, non impedit, quin inſtrumētum probari poſſit inſolemne. idem D. Sol. ibid. gloſ. 3. ſuper d. decreto, & ſi ſuper, tit. de oppoſi. cont. form. extrin. inſtrument. nu. fin. fol. 129.

Inſtrumenta, & ſcripturæ productæ in iudicio, an dicantur eſſe de actis, vide Maran. in ſuo Spec. part. 6. de acto. edit.

Inſtrumentorum productio realiter facienda eſt, nec ſufficit verbalis, nec illam facere generaliter, puta quatuor, aut quinque, ſed ſpecificè diſtinguendo, quæ, & qualia producantur. Natt. conſi. 140. Tom. 1.

Omnes ſcripturæ, & aliæ probationes, debent produci in iudicio parte præſente, vel citata: imò vltra productionem neceſſe eſt, vt detur copia cum termino opponendi; aliàs nō probant. Hippol. ſing. 81.

Inſtrumentum, vbi aliquis producit ſolemniter publicatum, non cogitur ad exhibendum, & oſtendendum protocolum. Rol. conſi. 44. vol. 1. Niſi aliquis vellet illud redarguere de falſo. Ozaſ. deciſ. 16. vide Capic. deciſ. 40. & Guid. Pap. q. 19. num. 5.

Producenti inſtrumentum ſuſpectum de falſo, incumbit onus probandi veritatem inſtrumēti. Ozaſ. d. deciſ. 16.

Protocolum remanere debet penes Notarium, & apud illum eſſe præſumitur, & eius dominium eſt ipſius Notarij, qui illud poteſt donare, & legare: ſed quando debet exhiberi, ipſe Notarius, vel eius hæres ad hoc cogitur, & non pars producens. Ozaſ. d. deciſio. 16. & Vincen. de Fran. deciſ. 194.

Teſtamentum ſi producatur in ſcriptis, de quo nullum eſſet protocolum, Iudexq; ex aliquibus informationibus inducatur in ſuſpicionē falſi, an pars (contra quam productum eſt) petere poſſit producentem compelli exhibere teſtes dicti teſtamenti, vide eundem Ozaſ. d. deciſ. 16. nu. 7.

Inſtrumentum producenti, incumbit probatio Notariatus: ſed quomodo probetur, vide Boer. deciſ. 36.

Scripturæ publicæ productæ antè concluſionē in cauſa, non plenè cōprobatæ, quæ poſt cauſæ concluſionē improbantur, poſſunt adhuc comprobari. Afflic. deciſ. 115.

Productis inſtrumentis contrariis, ſibi inuicem contradicentibus ab vna parte, nulli creditur. gloſſ. in §. & licèt dubium., Auth. de teſtib. in verbo, contraria.

Contrarietas in eodem, vel diuerſis inſtrumentis productis ab eadē, vel diuerſis partibus, quid operetur, vide Boer. deciſ. 252.

Inſtra contraria producens, non poteſt poſtea illa retrahere. Boer. d. deciſ. 252. nu. 3.

Qui producit ſcripturam ſuſpectam, niſi probet eam veram, punitur Iudicis officio tanquam falſarius. l. pen. C. de tranſact.

Si protocolum, & inſtrum gloſatum producatur in iudicio, ſtat protocolo. Guid. Pap. ſing. 515.

Debet exhiberi protocolum, ſi inſtrumentū de falſo arguatur. ibid. ſing 515.

Productio ſcripturæ facta in parte, & paſſibus pro ſe tantùm facientibus, quid operetur, & an in contrafacientibus noceat, vide Ozaſ. deciſio. 39. nume. 7. 23. & 26. Fran. Marc. quæſt.

 520. par.

529. part. 2. Iaff. Lauf. Ba'b. decif. 408. Iaf. de actio. in §. item si quis postulante, num. 24. Rebuff in constitutio. Reg. Tom. 3. de part. product. art. 4 fol. 865 Quod præiudicet in omnibus, habeš in decis. 1. num. 6. & 33. Rot. Genu. In non separatis tantùm. decisio. 18. eiusdem Rot. vide ibid. num. 19. decisio 31. num. 6. & 77. num. 15. Ozasc. decisio. 71. num. 62. Anton. Trigo. sing. 116. Secùs in separatis. Menoc. cōs. 321. lib. 4. num. 10.

Si produxero instrumentum, & voluero vnum caput eiusdem reprobare, & aliud capitulum approbare, an possim, vide distinctionem, de qua in q 503. Guid. Pap. Tamen quis potest vni scripturæ stare pro parte, & pro parte nō, probando contrarium. l. Aurelius 29. §. item, ff. de libera. legat.

Ex productione scripturæ aduersarius iuuare se potest: quia producens contenta in illa dicatur approbare. Ozas. decis. 39. num. 23. Rot. Genu. decisio. 24. 31. num. 6. decis. 73. & 81. Et confiteri contra se. Mohed. decis. 192. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 19. & Rot. Auenio. decis. 51. Quod limita duobus in casibus, de quibus in d. decis. 19. Perus. num. 25. & 26. vide eundem Ioseph. ibid. deci 33. Nec est opus, vt illæ scripturæ reproducantur ab ipso aduersario, sed quādo dictum procedat, vide Rot. Genuen. decis. 11. num. 5.

Allegans instrumentum dolosum, seu meticulosè factū, nō poterit se ex illo iuuare. Gram. decis. 103 nu. 152. Quod procedit, etiam vbi Iudex vellet tale instrumentum impugnare. ibid. nu. 153 Et quando pars vellet pro parte acceptare instrumentum, & pro parte impugnare. Gram. d. decis. 103. nu. 154 Tamē Bart. in l. post 5. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer. scribit cautelā ad hoc, vt quis possit se iuuare instrumento, quod impugnauit. Sed quid, si essent capitula cōnexa, vide eundē Gram. d. decis. 103. nu. 155.

Instrumentum, quo sum vsus in vna causa, productum contra me in alia, non possum impugnare. Guid. Pap. q. 503. vide tñ ibi.

Instrumento se iuuare non potest, qui illud impugnare studuit. Frau. Marc. q. 520 part. 2.

Licèt pars possit vti instrumentis alterius partis pro se facientibus, tenetur tamen etiam illa approbare in contra se faciētibus. DD. de Rot. decis. 2. alias 264 de fide instrumē. Nam scriptura nō potest approbari pro parte, sed in totum debet approbari, vel in nihil. Crau. consi. 275 Quod procedit in connexis; secùs in separatis. idem Crauer. consi. 278. nume. 2. & consi. 1. pro genero, nume. 461. vide Iaf. de actio. in §. item si quis postulante, nume. 21. Barto. in l. Publia 26. §. Titius. nu. 4. ff. depositi, & glos. in cap. si quid veri 37. distinctio.

Iudex, instrumento per partem impugnato, potest intētionem ipsius partis adiuuare ex officio, & qui dixit falsum, an possit dicere verum, & ex eo intentionem suam iuuare, vide Bart. in l. post 5. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer. num. 8.

Confessio resultans ex productione alicuius scripturæ non præiudicat producenti, nisi ab aduersa parte acceptata sit scriptura. Ozasc. decisio. 39. nu. 8. Nec præiudicat quo ad ea, quæ enunciatiuē in scriptura erant posita. Ozas. ibid, num. 9.

Producens instrumentum non videtur ea simpliciter fateri, quæ in ipso continentur; sed eatenus tantùm, quantum instrumentum per se probat. Ozas. d. decisio 39 num. 10. D Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ gloss. 3. super 3. parte decreti, quitationem tit. de minorib. num. 22. fol. 99.

Instrumenti nullitas dependens ex causa proueniente ex voluntate producentis, tollitur: quia producendo quis instrumentum dicitur illud approbare. Ozas. d. decisio. 39. nume. 24. Quod procedit etiā in scriptura priuata. Cra. consi. 275.

Producens testamentum solemne, illud approbare dicitur, licèt esset præteritus. Ozas. ibid. num. 32. Secùs si esset minus solemne. Afflict. decisio. 25.

Venire contra suam productionem quis nō potest: quia producens confiteri videtur esse vera ea, quæ producit. Afflic. decis. 25.

Productio scripturæ facta per Procuratorē operatur, vt Procurator videatur fateri contenta in ea, etiam contra se. Gram. decis. 103. nu. 24. Tamē dicta productio poterit reuocari, quia non inducit tacitam confessionem. ibi. nu. 85.

Instrumentum producens videtur illud, & personam Notarij approbare. Boer. decis. 242. nume. 4.

Pars, cui dilatio fuit data ad contradicendum instrumento producto, si nihil opposuerit, videtur illud approbare, quantum ad Notarij approbationem, vt amplius nō possit opponere ipsum non fuisse Notariū; secùs in aliis. Boer. decisio. 307.

Quod dicitur confessionem tacitam resultantem ex productione instrumēti non posse reuocari, intelligitur quantum ad ea, super quibus instrumentum per se probat. Aegid. Bellam. conclusio. 395.

Producens instrumentum, hoc expresso, in quātum in eo contenta pro se faciant, nō videtur confiteri, si aliqua in illo sint, quæ faciant contra se. DD. de Rot. decisio. 3. alias 281. de fide instrumento. in nouis. Quod procedit, si esset instru-

instrumentum, vel alia scriptura partis, secùs si esset instrumentum proprium; quia tunc narratis in illo statur cõtra producentem in totum. ibid. d. decis. 3.

Exhibẽs litteras in iudicio, non potest amplius eas reprobare, etiam si produxisset in passibus tantũ, p vo faciẽtib. Rot. Genu. deci. 133.

Productus liber in iudicio probat contra producentem, licèt producatur in parte, & passibus. Craue. cons. 80 num. 7.

Producens instrumentum, quod ignorabat falsum, non prohibetur illud impugnare, imò producens scripturam alienam continens factum alienum sibi incognitum, non approbat, neque videtur fateri contenta in eo esse vera; quia producens instrumentum, licèt censeatur illud approbare quantum ad solemnia ipsius; non tñ intelligitur illud approbare quantum ad solemnia negotij. D. Sol. in antiq. constitut. Sabaudiæ, gloss. 3. super prima parte decreti, quitationem titul. de minorib. num. 28. fol. 99.

Instrumentum si quis in iudicio produxerit, an possit illud dicere inualidum, & quid, si ignoranter, an possit postea dicere falsum, vide Bar. in l. post 5. ff. de his, qb. vt indig. leg. aufe.

Productio generalis scripturarum, quæ relationem habet ad aliud certum, admittitur. Ozas. decisio. 128. num. 3.

Protocolum productum ad probandum testamentum, non probat simpliciter illud, maximè nuncupatiuum. Afflic. decisio. 14. nu. 5.

Confessio dicẽtis se subscripsisse in testium præsentia, parem vim habet; sicut testes vidissent eum subscribere. Affl. decis. 104.

Acta probatoria non pereunt, instantia perempta, nec confessiones. Affl. d. decisio. 148.

Productio instrumenti nõ intelligibilis à parte facta, non valet. Guid. Pap. q. 242.

Occultans instrumẽtum alias à se productum, qua pęna puniatur, vide Guid. q. 245.

Instrumenta possunt produci in quacunque parte iudicij. DD. de Rot. decisio. 2. de probatio. in antiqu. alias 147. Et vsque ad conclusionẽ in causa. Maran. in suo Specul. part. 6. de exceptio. nume. 17. vide eundem Maran. ibid. de instrumento producto, numer. 47. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 241.

Instrumẽto in prima instantia producto, si pars nihil opponat, Iudex ad sententiam procedendo, tacitè illud recipit, nec pars poterit postea obiicere, quòd non sit in forma probanti: Iudex tamen poterit illud reiicere, & pars ante sententiam cõtra ipsum opponere. Iacob. Put. decisio. 119. lib. 2.

Scriptura producta in iudicio, & in actis accopiata, insertaq; per Notarium causę, facit plenam fidem, licèt originale non reperiatur. Iaff Lanfr. Balb. decisio. 344 Rebuff. in consti. Reg. tract. de chyrog. & cedul. nu. 70. in pręfat. Sed limita, vt ibid. num. 72.

Instrumentum cum libello productum nõ probat, nisi post litem contestatam reproducatur, & potest produci vsque ad cõclusionem in causa, & etiam post, si producens iuret se illud nouissimè reperuisse. Mysing. obser 53. centur. 2. vide Math. Mathes. sing. 40. & Hippol. singul. 170.

Producens instrumentum in iudicio, si postea illum pęniteat, idque ab actis tolli, & sibi restitui petat, non est audiendus, parte (cui ius quæsitum fuerat per productionem) contradicẽte. idem Mysing. obseru. 76 cent. 6. Quia per productionem fuit effectum commune. Craue. consi. 80. nu. 6.

Si altera pars amiserit suum instrumentum, cogi potest aduersa altera pars ad exhibendũ suum, vt ex illo exempletur aliud instrumentum, cui exemplari postea erit adhibenda fides. Papon. lib. 9. tit. 8. arrest. 7.

Producto instrumento nihil addi, aut detrahi potest, virtute illius clausulæ; Dictamine Sapientis. Crauet. consil. 80. num. 8. Nec productio reuocari poterit, sed qua ratione, vide ibidem Crauet. num. 6.

De fide instrumentorum, quibus testis, vel testes contradicunt.

VNus ex testibus subscriptus in testamento, non facit vacillare testamẽtum contra illud deponens. Capic. decis. 192. Verùm, quòd vnus testis ex necessariis faciat vacillare fidẽ testamenti, scribit Ioseph Ludo. deci. Luc. 13. n. 16. & 18. vide l. 1. §. si ff. quęad. testa. aperia.

Testis vnus contrarium deponens, qñ vacillare faciat fidẽ instr̃i, vide Boer. deci. 118. nu. 6. 7. & 17. Vt illud reddatur suspectum de falso, vide etiam Marc. q. 485.

Testes si quinq; sint descripti, quorũ duo soli dicuntur interfuisse, an falsum arguatur instrumentum, vide Boer. d. deci. 118. nu. 17. & 18.

Testibus duobus mortuis, si alij duo scripti deponant non interfuisse, an instrumentũ reddatur falsum, vide ibi. nu. 19.

Si aliqui testes contradicant instrumento, quãdo reddatur suspectũ, vt illi nõ credatur, vel reddatur falsum, vide Craue. cons. 56.

Quãdo reddatur suspectum instrumentum, vel testamentum, si testes instrumentarij, vel alij non scripti, contradicãt omnes, vel nonnulli eorum, vide plenè per Menoch. de Arbitra.

bitra. lib. 2. caſ. 105. Dec. conſi. 101. & Natt. conſi. 166. Tom. 1.

Inſtrũ, cui contradicit vnus ex neceſſariis teſtibus in eo deſcriptis, reprobatur, nullamq; fidẽ facit & nõ valet. Natt. cõſ. 95. & 96. To. 1.

Licèt adſint duo teſtes, qui contradicant inſtrumento, ſi adſit vnus, qui deponat pro inſtrumento, illud ſuſtinetur, vt fidem faciat. Hippol ſing 61.

Teſtis, qui ſe ſubſcripſit in inſtrumento, nõ poteſt poſtea contra illud teſtificari, niſi probet ſe deceptum in ſubſcribẽdo. Capic. deci. 192. nu. 5. Nam ſubſcriptio præfertur depoſitioni contrariæ, etiam iuratę, & iudiciali poſtea factæ. ibid. num. 7.

Teſtes ſi contradicant inſtrumento, Notarius verò contrarium dicat exhibendo notã ſuã, illi magis creditur, quàm teſtibus, ſi ſit bonæ famæ, & hoc fit propter officium; ſecùs ſi talis Notarius eſſet perſona ſuſpecta, propterea Aduocatus debet deducere bonam famam Notarij. Guid. Pap. q. 540.

Quando teſtes deponentes contra inſtrumentum, illi præiudicẽt, vide eundem Guid. d. q. 540. Boer. deciſ. 118. nu. 8. 9. 10. & 26. Myſing. obſer. 39. centur. 4 gloſſ. in cap. ſi teſtes 4. q. 2. circa finem.

Teſtis inſtrumenti deponens ſe non recordari non facit. vt minus ſtetur inſtrumento: tanta enim eſt Notarij fides, quòd illi credatur de præſentia teſtis, licèt ille dicat ſe non recordari. Capic. deciſ. 29.

Teſtes ſe referentes ad teſtamentum, dicuntur approbare teſtamentum, maximè ſi illud approbent in tortura. Ioſeph. Ludo. deciſio. 13. Luc. num. 8.

Teſtes extranei non minus quàm tres, vel quatuor, ad inſtrumentum reprobandum, admittuntur Franch. Marc. quæſtio. 485. nu. 19.

Teſtibus deponentib. contra inſtrumẽtum non creditur, niſi illi teſtimonij cauſam reddant. vidẽ Marc. q. 163. nu. 19. part. 2.

Teſtes reprobantes inſtrumentum, debent eſſe omni exceptione maiores, & eorũ dicta debent neceſſariò concludere. Vera. deciſ. 100. part. 2. Vide ibid. deciſ. 279. aliàs 16. par. 3.

Teſtis negans ſuum ſigillum, vel contradicens inſtrumento, aut aſſerens ſe non recordari, ſi fuerit præſens, vel deponens aliter per Notarium fuiſſe ſcriptum, quàm dictũ, an faciat vacillare fidem inſtrumenti, vide per Bartol. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. queadmod. teſta. aperia. Et quid in pluribus teſtibus, vide ibid.

Notarius ſi dicat, præſentibus teſtibus, & teſtes deponant, quòd nihil intellexerũt, inſtrumẽtum redditur inualidum. Bartol. in l. coram 209. ff. de verbo. & rer. ſignifi.

Si teſtes dicant aliter fuiſſe dictum, quàm in inſtrumento reperiatur, ſed non recordari, qualiter dictum fuerit, quid iuris, vide Bar. in l. ſi liberarius 93. ff de regul. iur. nume. 13.

Inſtrumentum, vel alia ſcriptura facit fidem etiam contra nuntium, vel teſtem dicentẽ aliter denunciaſſe, vel depoſuiſſe, quàm ſcriptum ſit, quando ſumus in ciuilibus; ſecùs in criminalibus gl. & Ang. in §. In hac, Inſtitu. de verbor. obliga.

Mors teſtis, aut Notarij fidem auget probationum: ideò teſtes mortui iudicantur pro inſtrumento. Crauet. conſil. 6. nume. 61. vide Boe. deciſ. 118. num. 20.

Inſtrumentum quando non poſsit reprobari per teſtes & quando poteſt reprobari; quot teſtes requirantur, vide Bar. in §. ſi quis aliũ, nu. 7. Inſtitu. de inutilib. ſtipul.

Teſtes ſi addant aliquid inſtrumento, non propter hoc illud reprobatur. Abb. conſ. 5. 1. part. 1. vide de materia huius tit. infra titu. ad leg. Cornel. de falſ.

De fide priuilegiorũ, & litterarum.

PRincipi dicenti talem rebellem inſcriptis nõ creditur, ſi non conſtat de rebellione. Afflic. deciſio. 24. nu. ſexto, vide ſupra titul. de Principis poteſtate.

Papæ, ſeu Principibus aſſerentibus ſtatur in his, quę ab eorũ facto dependent. Gram. deci. 103 num. 227. & ſeqq. cum deciſio. 105.

Papa, ſeu Princeps narrans in bulla, ſeu priuilegio factum à ſe geſtum, vel ſaltem ab alio ſecum, probat; ſecùs ſi narret factum, quod ſcire non potuit, niſi per auditũ ab aliis. Gram. deciſio. 103. num. 231. Speciale enim eſt in Papa, vel Principe, vt illi ſoli credatur. Gram. ibid. num. 232.

Probationem plenam alicuius rei, an Papa, vel Imperator per ſuas litteras facere poſsit, vide Boer. deciſ. 247. num. 4.

Narratiua Principis motu proprio facta, licèt non probet, tamen transfert onus probandi contrarium in partem aduerſam. Iacob. Put. deciſ. 323. lib. 2. num. fin.

Litteris iudicialibus, ſi non ſint ſigillatæ ſigillo conſueto, non creditur: idem, ſi nõ ſint ſignatæ ſigno Secretarij, & alterum iſtorum non ſufficit. Guid. Pap. q. 481.

Litteris Iudicum ſuper actis iudicialibus, non creditũ, niſi illę Notarij, & teſtium habeãt deſcriptionem. Aegid. Bellam. concluſio. 86. vide Ozaſ. deciſ. 71. nu. 10. Tamen quòd litterę iudiciales, & authenticę fidem faciant ſine teſtibus, ſcribit D. Sol. in cõſtit. antiq. Sabaud. gl. 1. ſuper

super 3.part.decreti,maliciis, titul. de donatio.nume.3.fol.111.

Litteris Episcopi eius sigillo sigillatis, sine Notarij, & testium subscriptione, creditur in his, quæ ad suum spectat officium. DD. de Rot. decis.1.aliàs 22.de probatio.in nouis.

Sigillum quando est corruptum, vel non bene apparet priuilegium ita sigillatum, fidem nõ facit.Craue.consi.46.nu.6.

Sigillum habentis iurisdictionem fidem facit, & estq; credendum fuisse appositum, si scriptura authentica id referat.D.Sol. in cõstitutio. antiq.Sabaudiæ super 5.part.decreti.malitijs tit.de donatio.nu.4.Tamẽ sigilli defectus nõ præiudicat, si erat appositũ ad maius robur, ibid.num.5.fol.113.

Sigillum exigit caracteres, & operatur subscriptionem, nisi illa pro forma exigatur. idem D.Sol.ibid.nu.6.

Sigilli appositio ratificat omnia cõtenta in litteris.Capel.Thol.q.31.

Sigillum quam fidem faciat, & an debeat recognosci,vide Franc.Marc.q.989.& seq.& infra tit.de sigil.& eius fide.

Priuilegium de alio faciens mentionem, probat in præiudicium concedentis;secùs in præiudicium tertij.Boer.decis.247.

De fide imbreuiaturæ, & scripturæ non solemnis instrumentorum.

Qualibet scriptura Notarij reperta inter scripturas, & notas ipsius (licèt mortuus esset Notarius) potest autoritate Iudicis in publicam formam redigi. Guid.Pap.q.19.vide tamen Gram.decis.106.Boer.decis.36.Francis. Marc.q.517.par.1.& q.163.part.2.Natt.consi. 46.Tom.1.Crau.consi.216.Bar.in l.6.§.si initium,nu.34.ff.de eden.& consi.46.vol.1.

Notarius præsumitur rogatus, si instrumentum reperiatur descriptum in actis Notarij, vel si reperiatur in filza, vbi sunt aliæ scripturæ habentes talem rogitum. Gram.d.deci.106.nu. 15.& seqq.

Testamentum si reperiatur extra protocolum, & scripturas Notarij absque signo,non potest reassumi. Gram.ibid.nu.20.& 30.

An nota testamenti carens aliquibus solemnitatibus, posit redigi in publicam formam, vide d.decisio.106.num.21.

Instrumenti grossatio, vt à Commissario fieri posit, oportet schedulam esse propria manu Notarij defuncti scriptam, & de hoc debet prius constare,nec creditur Notario, seu Commissario grossanti,& asserenti fuisse schedulam scriptam manu defuncti Notarij. Boer. decisio. 37.

Imbreuiatura Notarij altera manu, quàm sua scripta,tamẽ subsignata ab ipso Notario, an fidem faciat,vide Fran.Marc.q.231. Pro affirmatiua scribit Rol.consi.44.num.28. Et sufficit generalis subscriptio,ibi.Rol.nu.38.

Imbreuiatura signata, & subscripta plenam fidem facit.idem Marc.q.517.nu.2. Aliàs schedula Notarij non habens testem, & subscriptionem, non valet.Aegid.Bellammer.conclusio. 209.

Commissus expeditioni imbreuiaturarum Notarij defuncti,neque addere, neque detrahere quicquã potest,& requiritur, vt sit ad hoc rogatus. Franc.Marc.q.517.

Mortui scriptura maiorem fidem facit,quàm viuentis: ideò protocolum Notarij mortui carens subscriptione, & signo,potest grossari, seu leuari in formam publicam:Idem,si in imbreuiatura sit aliquod instrumentum non signatum.Crau.consi.158.nu.7.Contrarium tamen videtur tenere Rol.consi.32.vol.2.

Imbreuiatura,vel protocolum à qua, vel à quo instrumentum sumitur,an sigillũ,vel subscriptionem Notarij habere debeat, magna est inter Doctores disceptatio,sed pro parte negatiua tenet D.Sol.in constitutio.antiqu. Sabaudiæ glos.2.num.7.super decreto, & si super tit.de opposit.cont.form. extrinse. Quod procedit modò originale scriptum sit manu Notarij,habeatq; annum, mensem, diem,locum,testes,& rogitum,nihilque illi desit, nisi signum, & subscriptio.vide ibidem, numero 4.& 7.

Quando ex protocolis,seu notulis,& imbreuiaturis Notarij mortui sumi posit authentica scriptura,vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas. 187. Et de fide ipsarum, & stilo Notariorum vide etiam ibid.

Protoculum Notarij,seu imbreuiatura exhibita in iudicio sine signo, & subscriptione Notarij,non probat:sed quid,si fuerit leuata per alium Notarium Iudicis commissione, vide Natt.consi.224. Tom.1.Vide etiam glo.in ca. penul.de pac.constan.in vsib.feud.

Obscuritas imbreuiaturæ declaratur ex seqq. & præcedentibus, & inde sumitur instrumentum. Bart.consi.163.vol.1.

Instrumẽtum defectiuum, mortuo Notario, semiplenam facit probationem. Boer.decisio. 118.num.23.Craue.consil.274. nume.4. vide Andr.Gail.obseru.43.lib.2.num.3. & 4.

Instrumentum carens aliqua solemnitate probat,parte non opponente. Gail. obserua. 46. libr.2.nume.15.

Instrumentum insolemne licèt non probet, magnam tamen præsumptionem facit. Crauet. consi.158.num.10.

An imbreuiatura Notarij fidē faciat, vide per Craue.consi.216.Ias.de actio.in Rub.num.26. & Dec.cōs.443. Et quid sit probandū ad hoc, vt fidem faciat; vide Rol.consi.32.Vol.1.

Imbreuiatura exhiberi debet, quoties de fide instrumenti dubitatur, & Notarius ad hoc tenetur, alias insurgit præsumptio falsitatis contra eum. D.Sol.in dd.suis commenē.gloss. super decreto, item quod, titu.de protocol. exhib.fol.143.

Imbreuiatura instr. non potest committi alteri scribenda: & originalis nota, seu imbreuiatura in dubio præsumitur scriptura illa, quæ est reperta apud Notarium. Natt. consi.146. vide & consi.224.

De fide scripturarum archiui.

SCriptura in archiuo publico reposita ad hoc, vt fidem faciat, quę sint necessaria respectu eorū, quæ sunt in territorio eius loci, vbi est archiuum, vide Ozas.decis.69. Vera.decis.41.par.1.& Raud.trac.de Analo.c.32.nu.9.

Scripturæ repertæ in archiuo probāt, tribus cōcurrentibus, de quibus vide per Ioseph. Lud. decis. Perus.115.nu.19. & Gasp. Cabal. milleloq.58. Sed quæ alia requiratur, vide Rol.cōs. 75.vol.4.& Marc.q.298.

Instrumenta ex archiuo producta, quando probet, vide Put.decis.445.& decis.451.lib.2.

Instrumentum ex archiuo Monasterij extractū, quia tale archiuum est priuatum, & eorum, qui interesse prætendebant, non facit fidem, nisi alia adfuerint testium, & notariatus adminicula. idem Put. decis.186. lib.3.& Franc. Marc.quæst.298.

Extractum ab archiuo registri, in quo non omnes scripturæ ponuntur, nullam fidem facit. Vera.decis.234.part.3.

Scripturæ archiui ad hoc, vt fidem faciant requiritur, quod ibid.solum scripturæ publicæ reponantur. Dec.consi.458.nu.5.

Scriptura priuata reperta in archiuo, quando, quomodo, & inter quos faciat fidem, & quid in antiquis, vide Borg. Caual.decis.27. nu.83. de contract.part.2.& Marc.q.438.

Scripturis existētibus in Camera, siue in Sacro scrinio Principis, plena fides est adhibenda. Ozas.decis.69.num.6.

Scripturæ, seu registra bene custodita in archiuis authenticatum personarū, fidem faciunt. Afflic.decis.303.nu.fin.

An scriptura priuata extracta ab archiuo alicuius Episcopi, faciat fidē, vide Fran.Mar.q.438.

Archiuum non dat robur, nisi inter subditos, & in territorio illius Ciuitatis. Vera.decisio.42. part. 1. Sed inter quos scriptura extracta ex archiuo plenam fidem faciat, vide eundem, decis.3.part.2.nu.10.

Creditur instrumento producto ex archiuo publico subscriptionem nō habenti, ex cum causam 13.& ibi gl.ex.de probatio.

Acta, & reformationes, quæ non sunt in archiuo publico, non probant; sed scriptura sumpta ex archiuo publico probat. Bar. l.9.& iudicare, Authen.de defensor.Ciuit.

De fide instrumentorum, & aliarum scripturarum in antiquis.

ENunciatiua verba alicuius instrumēti antiqui, probationem inducunt. Ozas.decis.69.nu.16.

Confines in instrumento enunciati (maximè in facto antiquo) probāt dominium inter partes enunciantes, & illis statur. Afflic.decis.83.

Enunciatiua verba Principis faciunt plenam fidem, si in antiqua scriptura reperiantur. Capic.decisio.86.

Recognitionibus non probari dominium regulare: fallit in antiquis. Marc.q.608.

Verba enunciatiua descripta in duobus instrumentis antiquis, probant vnionem. Iaco.Put. decis.209.lib.2. Et in antiquis probant etiam contra alios. Cabal.milleloq.62.

Instrumentum antiquum in antiquissimis probat dominium, & possessionem. Borg. Caual. decis.23.nu.81.de contract.part.2.& Crauet. consi.54.nu.10. vide eundem Borg. decis.27. nu.77.de iudi.& deci.17.n.3.de cōtract.par.2.

Recognitio Notarij, & scripturæ nō requiritur in antiquissimis. Borg. d.decis.23.num.82.de contract.part.2.

Verba enunciatiua in excedentibus memoriā hominum, probant plenè, etiam in præiudicium tertij, quamuis contineant factum alienum. Natt.consi.669.

Instrumentum temporis immemorabilis, quando faciat fidem, vide Afflic.decis.245.

Instrumenta antiquissima non requirūt tabellionatus probationem. Afflic.decis.251.nu.fi. Guid.Pap.q.357. Quia præsumitur. Iass.decis. 491.Hippol.sing.587.& Natt.consi.669.

Præsumptio ex actu antiquo oritur, & sententia antiqua facit præsumptionē sine productione actorum. Afflict. decisio.245. Imò probat. Put.decisio.338.lib.2.vide Bart.in l.35.nu.44. ff.de iureiuran.

Priuile-

Priuilegium antiquum carens sigillo, quam fidē faciat, vide Capic. decis. 86.

Antiquum factum probatur per scripturam priuatam, saltem semiplenè. Capic. decis. 86. n. 5.

Quod factum dicatur antiquum, vide Capic. d. decisio. 86. Guid. Pap. q. 118. & q. 404 & infra lib. 2. de verbo. & rer. signific.

Narratiua ex instrumento 60. annorū non probat. Put. decisio 445. lib. 2.

Tempus 80. ann. non reputatur antiquum in instrumentis, nisi subsequatur recognitio. Put. d. decis. 445. nu. 3.

In factis antiquis scriptura priuata fidem facit, vide Borg. Caual. decis. 23 de contract. par. 2. num. 83. & Mysing. obser. 79. cent. 5. Sed quanto tempore dicatur antiquitas in probationis materia, relinquitur arbitrio Iudicis. Mysing. obser. 79 cent 5.

Plura instrumenta antiqua probant famam seu habent vim probationis. Crauett. consil. 54. & 158 num. 17.

Quando instrumenta sunt antiquissima supra centum annos, fama ex illis resultans indicium facit. Crau. d. consi. 54. Et testes de fama probant in factis antiquissimis excedentibus memoriam hominum. Capic. decisio. 193.

Ex temporis antiquitate centum annorum, fides plena præstanda est instrumento defectuoso. Crauc. consi. 274. nu. 5.

Instrumentum antiquissimum censetur spacio centum annorum. Dec. consi. 42.

Pacta antiqua, quæ excedunt memoriam hominis probantur, per cōmunem relationem antiquorū, per libros antiquos, & per historias, habetq; talis antiquitas vim legis. Gui. Pap. sing. 824. Imò etiam statur verbis narratiuis inter alias personas, vbi res esset de antiquo, & similiter statur instrumento enarrato in alio instrumēto, vbi de re antiqua ageretur. Guid Pap. sing. 950 & sing. 959.

Scripturæ in monumentis faciunt rem notoriā, non autem fidem. Guid. Pap q. 582.

Solemnitas in scriptura antiquissima præsumitur. Mohed. decis. 52.

Testes, & scripturæ antiquæ (maximè ex archiuo publico) probant pertinentias castri, vel Ciuitatis. Abb. consi 61. nu. 9. part. 2.

Scripturæ à sigillo antiquo robur accipiunt, & fidem faciunt, etiam sine testium, & Tabellionis subscriptione. Fran. Marc. q. 51. num. 4.

Libri antiqui fidem faciunt, quādo ab antiquis nostris est adhibita fides, & vbi tales libri nō continent præiudicialia. idem Marc. q. 112. part. 2. num. 7.

Libri antiqui Ecclesiæ fidem faciunt. Crauet. consil. 158. Idem in scriptura antiquorum librorum. cap. cùm causam 13. ex. de probatio.

In instrumentis antiquissimis non requiritur recognitio. Iaco. Put. deci. 151 lib. 1. & 359. lib. 2.

Exemplum instrumenti regulariter nō probat, fallit in antiquis, in quibus probat. idem Put. decis. 159 lib. 1. vide eundem, decis 359 lib. 2. Crauc. consi. 178. & Natt. consi. 669. nu. 6.

Instrumentis antiquis magis creditur quàm testibus: quia instrumentis antiquis lex veritatis assistit, & ipsis magis creditur de decem annis solùm, quàm testibus, in quibus ex lapsu 10. ann. præsumitur obliuio. Crauet. consi. 54. num. 15.

Notario non creditur, nisi de his, quæ geruntur in eius pſentia: quod limitatur in factis antiquis, quæ per testes probari non possunt. Cra. consi. 88. nu. fin.

Antiquitas temporis dat fidem scripturæ priuatæ, & litteris scriptis in campanili. Crau. consi. 158. nu 4. vide eundem, consi. 274.

Licet instrumentum vetustate, vel bellorum calamitate defectuosū sit i vltimo folio, ex co tamen, quòd reperitur habere substātialia, & insertum sit ita defectuosum in protocolo Notarij probat, & fidem facit. Menoch. consil. 48. volu. 1.

Scripturæ antiquæ in muris, & lapidibus monumentorum, & huiusmodi, quæ continent aliquam dispositionem possibilem, faciūt fidē, Bart. in l. 6. C. de Religio. & sumpt. fune.

Instrumentum, vel priuilegium antiquatum, renouatur ex præcepto Iudicis, sed quomodo, vide Bart. in l. si quis 6. § nec iterum. ff. de edendo, & glo in § sed quoniam, in verbo reparare, Auth. hen. de hæred. & Falcid.

De comparatione litterarum, & eius fide.

Comparatio litterarum semiplenam probationem facit, quando est apodixa priuata; secùs quando est liber rationū, seu epistola, n quia (licèt in ea non sint alij testes) plenè probat. Gram. deci. 34. nu. 15. vide ibid nu. 16.

Ipsa comparatio non solùm semiplenam facit probationem, sed aliquando etiam plenam. Vincen. de Fran. decis. 105. nu. 16.

Comparatio litterarum quando, & quibus modis fiat, in scripturis apochæ, libri rationum, epistolæ, & instrumentorum, qualem fidē præstet scripturis, & de requisitis ad comparationem ipsam faciendam, vide per Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 114.

Apocha iuuata comparatione litterarum, facit semiplenam probationem, adeò quòd producens

ducens (vt contra debitorē obtineant) poſſit petere ſibi deferri iuramentū ſuppletiuū, & cum vno teſte facit plenam. Natt. cōſi. 632. & Rol. conſi. 26. Vbi plenè de comparatione ipſa, & per Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 7. Mago. deciſ. Luc. 17.

Soli comparationi omnino non creditur, ſed an teſtibus de ſcriptura deponentibus credatur, vide Bart. in l. ſcripturas 11. C. qui potiores, num. 3.

Comparatio litterarum interdum eſt fallax, propter temporis mutationem. Fran. Marc. q. 937. part. 2.

Comparatio ipſa non fit in apocha non ſubſcripta teſtibus. Borg. Caual. deciſ. 27. num. 16. de contract. par. 2. Sed quō fiat, vide ibid. nu. 53.

An quis poſſit cogi ad ſcribendum pro facienda comparatione ſuæ propriæ ſcripturæ, quā negauit, vide Mago. deciſ. Luc. 17.

Probatio per comparationem litterarū toties admittitur, quoties inſtrumentum (per quod comparatio fieri petitur) eſt ſolemne. Crau. conſi. 216 nu. 17.

Comparatio litterarum, vt fieri poſſit, quæ requirantur, vide Rol. conſi. 36. vol. 1.

Comparatio inſtrumenti, ad quod inſtrumentum fiat, vide Bart. in auth. ſed nouo iure. C. ſi cert. pet. & in Auth. de inſtrumen. cautel. §. 1.

Scriptura, ex qua fit cōpatio, debet habere ſubſcriptionem trium teſtium, quæ non requiritur in ſcriptura, ad quam probandam fit comparatio, ſed præſentia ipſorum teſtium ſic, quando debitor ſcripſit. Bart. in l. ſcripturas 11. C. qui potiores.

Comparatio litterarum ex quinque generibus ſcripturarū fieri poteſt. Bart. in §. illud, Auth. de his, qui ingred. ad appella.

Ex documentis publicis ſolis, & nō priuatis cōparatio fieri debet: fallit in documentis priuatis, quibus aduerſarius pro ſe vtitur, & in documentis, quæ ex archiuo publico proferūtur: quia publicum habent teſtimonium, præſtito tamen iuramento de calumnia. §. illud, Authen. de his qui ingrediun. ad appellan.

De fide exempli, ſeu tranſumpti.

INſtrumenti reaſumptio qualiter facienda, quando Notarius rogatus de contractu, relicto in vrbe protocolo, ab ea aufugit, & quæ prouiſio tunc concedatur, vide Ozaſ. deciſ. 16. nume. 8.

Sumptum de ſumpto productum, non probat legitimè. Afflic. deciſ. 14. nume. 2. DD. de Rot. deciſ. 4. aliàs 390. & 11. aliàs 637. tit. de fid. inſtrum. in antiq. & Vera. deciſ. 234. part. 3. Fallit, ſi fuiſſet factum, parte citata, vel ab eodē Notario recipiente. Fran. Marc. q. 70. & quæſt. 143. Vera. deciſ. 351. aliàs 24. part. 2. & Pet. de Rauen. ſing. 178.

In exemplatione quis debet citari; fallit, quotieſcunque per exemplationem quis lædi nō poteſt; tunc enim non eſt neceſſaria citatio. Tho. Minad. deciſ. 43. vide Rot. Genu. deciſ. 12. Sicut quando ex loci conſuetudine non requiritur. Rol. conſi. 42. vol. 1.

Inſtrumētum amiſſi refectio requirit partis vocationem; ſicut quando ab initio factum eſt. Boer. deciſ. 37. nu. 6.

Quando originalia ſunt apud partem (contra quam agitur) eſt adhibenda fides exemplo extracto per Notarium, parte non vocata. DD. de Rot. deciſ. 1. aliàs 246. de conſtitutio. in nouis.

Regulariter exemplum factum, parte non citata non probat. Iac. Put. deci. 159. lib. 1. & deci. 152. lib. 3. Myſing. obſer. 73. centu. 4. Nam in exemplatione, ſeu extractione inſtrumenti, requiritur citatio partis perſonalis, ſi pars (cuius intereſſe poteſt) eſt certa: ſi verò eſt incerta, ſufficit citatio voce præconia facta. Mohe. deciſ. 334. vide Io. de Arnono ſing. 50.

Habens originale debet condemnari ad illud præſentandum; aliàs creditur exemplo. Rot. Genu. deciſ. 175.

Sumptum non legitimè extractum facit plenā fidem, quando ex iuſto impedimento denegatur facultas extrahendi. Vera. deciſio. 238. num. 5. part. 1.

Sumptum ex regiſtro Notarij mortui per habētem licentiam tranſumptandi probat: quia habens talem licentiam dicitur ſubrogatus in locum Notarij mortui, nec tūc requiritur citatio partis. Vera. deciſ. 351. part. 2.

Vt ſumptum ex regiſtro actorū probet neceſſe eſt, quòd ſcriptura ſit regiſtrata, parte præſente, vel citata. idem Vera. deciſ. 233. part. 3. vide Lauſ. de Arno. ſing. 45.

Exemplo creditur etiam contra hæredes, ſi Tabellio illud ex mutuo partium conſenſu deſcripſiſſet: denique probat exemplum abſq; Iudicis auctoritate traductū, ſi ab eodē deſcriptum ſit, qui & ipſum originale recipere iuſtus fuit. Myſing. obſer. 74. cent. 6.

Exemplum ſcripturæ in actis regiſtratæ non facit fidem, niſi ſit collationatū, parte præſente, vel citata. Maran. in ſuo Spec. part. 6. de acto. editio. nu. 4. Sed exempla qualiter probent, vide ibid. nu. 6.

Quando exemplum factum coram Iudice probet, vide Dec. conſi. 36.

Statutum de inſtrumentis reaſumendis ex Notarij mortui protocolo ſine certa ſolēnitate, quo-

quomodo intelligatur, & tale instrumentum potest reasumi decreto Iudicis. Affl. deci.48.

Bonorum possessio non datur ex scriptura Notarij dicentis esse reasumptum testamẽtum, nisi exempletur ex protocolo. Afflic.d.decis. 48.num.3.

Instrumenta ex Notarij mortui protocolo veniunt reasumenda decreto Iudicis.ibid. Affli. decisio.48.in fine.

Priuilegium probatur ex transumpto in actis producto. Thom.Minad.decis.43.

Exemplum facit semiplenam probationẽ; ideò cum vno teste facit plenam. Minad. d. decis. 43.num.5.& 7.

An exemplo sit credendum, vide Aegid.Bellam conclusio.15. DD in authen. si quis in aliquo. C.de edendo,& Bart.ibid.

De commissione transumptandi,& cuius auctoritate fiat,& quæ requiratur ad hoc, vt instrumenta Notarij mortui in formam publicam redigantur,& per quos,vide Guid.Pap.q.2.

Instrumentum grosatum de antiquo, ita quòd verisimiliter commissio non possit reperiri propter mortem Notarij probat, licèt de cõmissione non constet. Guid.q.118.Nam exẽplum in antiquis probat. Put. decis.159.lib.1. vide eundem.decis.359.lib.2. Mysing. obser. 75.cent.6.& Natt.consi.669.nu.6.

Exemplum plenè probat contra producẽtem: idem contra exemplantem, nisi edocto de errore. Ioseph Ludo.decis.13. Luc.num.15.& 16.& Bart.in l.2.§. si dubitetur.nu.5.ff.quemadmo. testamen.aperia.

Notarius quãdo est mortuus, debet probari per comparationem litterarum, quòd scriptura, ex qua sumptum est instrumentum, erat manu ipsius Notarij mortui. Ioseph.Ludo.decis. Perus.115 num.4.

Instrumẽtũ ab alicuius scripturis leuari nequit, nisi primò constet scripturas esse illius, qui præsuponitur instrumentum recepisse.D.Sol. in constitutio.antiq.Sabaudię glo.2.super decreto,& si super.tit.de opposi. cont.form.extrin.instrumen.fol.128. Et nisi præcedentibus Iudicis potestate & commissione, & constito eum, à cuius scripturis instrumenta leuantur, fuisse Notarium eo tempore, quo ipsa instrumenta recepit.idem ibid.nu.8.& 9.

Instrumenta à protocolis Notarij viuentis leuari non debet, sed quid, si Notarius sit absens, vide ibid.num.fin.

Oppositione facta contra exemplum, interest producentis interrogare partem, an velit stare exemplo,& si neget, illa assignanda est ad videndũ certo die,& hora, fieri collationem instrumenti pro loco.idem.D.Sol. gl.3. super dicto decreto,& si super fol.129.

Filius,& hæres Notarij defuncti, potest de licentia Iudicis extrahere instrumentum à protocolo defuncti patris, vt fidem faciat, dummodo cõstet de cõmissione Iudicis aliter, quàm per assertionẽ ipsius filij. Rol.consi.44 nu.27.

Testamentum desumptum ex scriptura insolẽni reperta apud testatorem, quæ fertur scripta manu alicuius Notarij, non dicitur publicũ, nec fidẽ facit. vide Menoc.consi.41.vol.1.

Quæ requirantur, vt instrumentũ possit ex protocolo releuari,& quid debeat cõtinere protocolum, vt ex eo possit releuari instrumentum, vide in additio.ad Barto. in auth.si quis in aliquo.C.de eden.

Citari debet pars, qui lędi potest, quando instrumentum antiquum petitur renouari, vel exemplari, aut quòd amissum reficiatur. Bar. in l adoptio.38.ff.de adoptio.

Exempla,& transumpta, non seruatis seruãdis, facta, non probant, licèt faciant præsumptionem, & aliquando probationem. Rot.Genu. decis.15.nu 3.14.& 16.

Copia copiæ non facit fidem, etiam dato quòd à pluribus Notariis esset scripta, seu subscripta, nisi concurrentibus pluribus adminiculis,& coniecturis. Vera.decis.234 part.1.

Scriptura producta in iudicio, & in actis acceptata, insertaq; per Notarium causæ, facit plenam fidem, licèt originale non reperiatur. Iaff Lanf.Balb.deci.344.& Bar.in l.chyrographis 58. ff.de administr.& Peric.tuto. Tamen instrumenta sumpta ex processu facto in alia causa inter alias personas, non faciũt fidem. Verã.decis.101.part 2.

Statur matrici scripturæ, sed ea deficiente, non vitiatur exempla. Gasp.Cabal.milleloq.369. Et tunc exemplum facit semiplenam probationem.Pet.de Rauen.sing.178.

Exemplum inter acta iudicialia repertum, facit fidem absque protocolo, & originali, si per Notariũ actorũ est collatum. Mysing. obs.75.

Amisso originali petens transumptum audiendus est. Ioan.Gal.q.32. Et tunc pars cogi potest ad exhibendum suum originale, vt ex illo exempletur aliud instrumentum, cui exemplo postea adhibetur fides. Papon. lib.9.titu. 8.arrest 7.

Copia instrumenti in aliqua causa exhibiti, solùm fidem facit respectu ipsius causæ. Papon. lib.9.tit.8. arrest.8.

Sumptum ex registro supplicationum, an fidem faciat, vide Crescen.decis.1. alias 50.titu.de fide instrumen.

Exemplum instrumenti probat, quando secundum eius tenorem fuit iudicatum. Cra.consi. 65.num.11.Idem in instrumento minus solẽni.Crau. consi.101. num.fin.consi.158.& 274.

Vel

Vel quando non opponitur per partem. idē Craue; consi.150. Et iudex non reuocat productum.Iaco.Put.decis.415.lib.2.

Collatio instrumenti quid sit, & est necessaria, si illud leuatum sit ab alicuius scripturis. vide D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ glos super 5.par.decreti,malitiis,tit.de donatio.fo.112.

Statutum cauens, quòd instrũm factũ per manũ publici Notarij de cõtractu rogati,faciat plenam fidem,& executioni mandetur,non verificatur in instrumento exemplato,etiam Iudicis auctoritate.Bart.in l.9. C.de diuers.offi. & apparito.Iudi.lib.12.

Debitũ quando probetur ex instrumento exẽplato in inuentario. vide Bart.in l.chyrographis 58.ff.de administ.& peric.tuto.

Instrumẽtum sumptum habens intitulationem libri, de quo dicitur sumptum, licèt non habeat subscriptionem, probat, si constet librũ esse scriptum, & intitulatum eadem manu, Bar.consi.163.vol.1.

Non creditur exemplo, nisi producatur originale, vel alio genere probationis appareat veritas. auth. si quis in aliquo. C.de edendo.

Instrumentum dotale potest reasumi in formã publicam, mortuis Iudice, Notarioq, & testibus, siue protocolum habeat Iudicis subscriptionem, siue non.Capic.decis.171.

De fide chyrographi,& alterius priuatæ scripturæ.

Litteræ, aliæ credentiæ, aliæ commẽdatoriæ, & aliæ cambij sunt, ex quibus potest agi, vel actione constitutæ pecuniæ, aut nego.gesto.sed de litteris credentiæ, vel commendatoriis vide p Rot. Genu. decis.70. De litteris cambij infra lib.2.tit.de mercatoribus, &c.

Acceptans litteras, in quibus sit mandatum de soluendo, ex hac receptione obligatur. vide d.decis.70 Rot.Genu. Nam ratione conuentionis qui epistolam recipit, videtur approbare contenta in illa, si non contradicat.l.si filiusfa.18 ff.ad Senatusconsul.Macedo.& Bar. in l.Tirius.ff.de constitut.pecun.Et sibi præiudicat.Rot.Genu. decis.120.Cõsentitq; in omnibus in illis contentis ead. Rot.decis.133 Et tunc epistola probat pro scribente.Menoch. de Arbitra.lib.2,cas.94 nu.8.

Epistola probat sicut apocha, imò plus, quia in epistola sola comparatio litterarum plenam fidem facit; secùs in apocha priuata.Rot.Genuen.decis.70 nu.4.

Litteræ peruentæ ad eum, ad quem sunt directæ, obligationem inducunt. Rot. Genuen. deci.80. Et validam confessionem. ead.Rot. deci.48.Quia inter mittentem litteras, & acceptantem, nascitur mutuus consensus.ead. Rot.decis.52.& 138.nu.fin.

Acceptans litteras tractantes de suis negotiis, licèt directas alteri, sibi ius acquirit.Rot.Genuen.decis.48.nu.4.

Promissio inter absentes per litteras facta, valet,& obligat.ibid.d.decis.48. vide etiam decis.37 70.& 112.ibid.& gl.in §.fin.l.cùm de indebito 25.ff.de probatio. Et confessio in illis facta, tenet & præiudicat. Fran.Marc.q.994. part.2. num.11.

Litteræ transmissæ, & acceptatæ per illum, cui mittebantur, probant. Rot.Genu.decis.138.vide Boer.consi.25.nume.18.& Craue.consi.73. nu.15 Sed quando epistola probationem, & obligationem inducat, vide Bart.in l.nõ epistolis 13. C.de probatio. Et qualem, eundem in l.ex hac 16.ff.de donatio.

Litteræ recognitæ probãt, & etiam de nouo inducunt debitum: & litteræ missiuæ faciunt fidem quo ad illos, quibus missæ sunt inter priuatos, & magis cõtra illos, qui publicè tenẽt stationes, seu banchas: tunc enim faciunt plenam fidem: quia sicut statur eorũ libris quo ad omnes; sic statur eorum epistolis. Boer. decis.333.num.7.

Epistolæ missæ, quibus mediantibus inter absentes contrahitur, valent,& obligant sine die, & Consule,& sine sigillo mittentis, dum tamẽ eius signo manuali fuerint signatæ, & nomẽ, & cognomen mittentis contineant, & inde fuerint recognitæ. Boer.d.decis.333.

Litteræ mercatorum habent vim publicorum documentorum,& consuetudo potest facere priuatam scripturam authenticam. ead. Rot. decisio.142.

Receptio mertiũ probata per litteras directas alteri, probat missionem illarum ab illo.Rot. Genuen.decis.175.

Epistola si proprio sigillo sigilletur, sed nomen scribentis non describatur, non valet. Anto. Corset.in suis singul.litera E. sing.epistola.

Epistola si scribatur, & apponatur nomen scribentis, licèt scribens non se subscribat, valet. ibid.sing.epistola 2.

Epistola si quis cũ aliquo contrahat, dicitur fieri contractus in loco, vbi recipitur epistola. ibid. Corset.sing.epistola 5.

Stipulatio non contrahitur per epistolam, sed probatur.Bart.in l.1.nu.5.ff.de verbo.oblig.

Litteris credentiæ quando credendum sit, vide Bart. in l.Lucius 25.ff.de fideiusso.Et quando illæ præiudicent, ibid.

Litteris publicæ personæ quando præstetur fides,& quãdo credatur litteris alicuius priuati,&

ti, & si sint sigillatæ, quando videantur approbatæ, vide Bart. in §. & illud, Auth. quomodo oporteat Episcopos.

Litteræ commendatoriæ, & familiares, non censentur emissæ animo obligandi; sed simpliciter commendandi. l. fin C. quod cum eo, vide tamen Bart. in l. cuicunque 5. ff. de instito. act.

Per epistolam potest quis se obligare constituendo se debitorem pro debito alieno. l. 5. §. Iulianus, & l. 26. ff. de constitut. pecu.

In his, quæ per epistolam possunt geri, per illam inducitur obligatio: secùs in his, quæ per ipsam non possunt geri, vt est stipulatio: ideò si quis per epistolam promiserit vsuras, non obligaretur; quia illæ non possunt deberi, nisi p. stipulationem. l. Titius 24 ff. de constit. pecu. vide Bar. in l. 1. ff. de verbo. oblig.

Si quis miserit litteras alicui, vt aliquid faciat, & si illud faceret promittat illi quid certum, si recipiens litteras iuxta illas fecerit, mittēs obligatur ex ipsis. l. fin ff. de actio. & oblig.

Vt quis obligetur per Epistolam oportet, vt illa transmittatur, nec sufficit, si scripta reperiatur apud scribentem, quia interim illum poterit pœnitere. Put. decis. 114. lib. 3.

Contractus per epistolam probatur; non autem cōtrahitur. Bart. in l. ea, quæ 58. ff. de donatio. int. vir. & vxo.

Exhibēs litteras in iudicio, non potest amplius eas impugnare, licèt produxerit in parte, & passibus. Rot. Genu. decis. 133.

Apocha per tertium scripta, & signata per debitorem, subscriptaq; per tres testes, fidem plenam facit. Afflic. decis. 104.

Scriptura priuata à tertio scripta, & subscripta à testibus tantùm, probationem inducit, si testes deponant de partium voluntate, & mandato, subscripsisse. Afflic. d. decis. 104.

Epistola transmissa alicui amico continens confessionem, & factum scribentis cum tertio, an probet contra scribentem in fauorem illius tertij, cuius cōtemplatione fuit facta cōfessio, vide DD de Rot. deci. 18. aliàs 430. tit. de probatio. in antiq.

Litteræ directæ vni ad hoc principaliter, vt soluat credi:ū tertio, & illi traditæ, probant contra scribentem Rot. Genu. decis. 47. Sed quando, vide ibid. decis. 133 & 136.

Scribens tertio de negotijs alicuius ad hoc, vt illi notitiā faciat, obligatur, ac si eidē scripsisset. ibid. decis. 48.

Scripturæ priuatæ non probant contra tertium, licèt à scribente fuerint ratificatæ. Rot. Genu. decis. 146. nu 6.

In discussione bonorum, recognitio debitoris non nocet creditoribus, nisi de debito aliter appareat. Cabal. milleloq. 663. Borg. decisio. 27 num. 16. de contract. part. 2. vide l. penult. C. qui potiores.

Scriptura priuata recognita ante ius tertio quæsitum, præiudicat debitori recognoscenti, & etiam singulari successori; secùs si esset contumax Borg. d. decis. 27. nu. 26.

Litteræ probant ad beneficium tertij Rot. Genuen. decisio. 197.

Quam fidem, & probationem faciat epistola pro scribente, contra illum, & tertium, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 94. & Bart. in §. tamen, Authen de instrum. cautel.

Confessio dicentis se subscripsisse in testiū præsentia, parem vim habet, sicut si testes vidissent eum scribere. Afflic. decis. 104.

Apocha priuata quomodo, & quando fidem faciat, vide eundem Afflic. decis. 81.

Testes de præsentia deponentes in confectione apochæ, plenè probant. Afflic. d. deci. 181.

Tradens litteras alicui pro exigendo; videtur illum Procuratorem constituere. Rot. Genu. decisio. 47.

Testis dicens scripturam esse manu Titij, quia habet eius manum notam, & tractus litterarum, & vidit illum pluries scribere, tamen nō testificans se fuisse præsentem tempore scripturæ (quæ producebatur) non probat: quia testes in recognitione litterarū alterius possunt de facili (propter similitudinem litterarum) decipi. Gram. decis. 84 & decis. 93. num. fin. Rot. Genu. decis. 18. nu. 3. vide decis. 181. ibid. & Ioseph Ludo. decis. 7 Perus. num. 7. Tamen contrarium videtur tenere Boer. decis. 105. & ead. Rot. Genu. decis. 19. 16. num. 12. & decis. 47. vide eundem Boer. decis. 172.

Scriptura priuata non facit fidem, nisi contra scribentem. Boer. decis. 105. vide & deci. 172. nu 18. Vel producentem. l. Publia 26. §. Titius. ff. depositi, Ideò contra illum probat, si est recognita. vel aliter verificata. Rot. Genuen. d. decis. 1. 70. 74. & 80.

Scriptura priuata negata non facit fidē, potest tamen comprobari tribus modis, nempe per comparationem litterarum, per testium depositionem solùm, vel per vtrunque coniunctim. de quibus tribus probationibus vide p Ioseph. Ludo. decisio. 7. Perus. & Gasp. Cabal. milleloq. 656.

Subscriptio testium de subscriptione debitoris attestantium, probat contra ipsum debitorem, concurrentibus adminiculis. vide Rot. Genu. decisio. 146.

Appodisia scripta & subscripta per alios de ordine debitoris, probat contra illum, per recognitionem eorum, qui illam scripserunt, vel subscripserunt. Rot. Genu. decis. 191. Cra. consi. 73. vide Cabal. milleloq. 659. Nā paria sunt

sunt per se scribere, vel alium subscribere vice eius. l. vice 20. C. de donatio. vide Cabal. milleloq. 661.

Scriptura in iudicio recognita, plenè probat. Cabal. milleloq. 655. Craue. consi. 73. num. 15. Rebuf. in constitutio. Reg. tract. de chyrog. & cedul. nume. 25. in præfatio. l. publia §. Titius. ff. depositi, §. si quis igitur, Authen. de instrumen. cautel. & Rip. in l. admonendi, nu. 100. ff. de iureiur. Intellige quando expressè eam pars confiteretur; secùs si tacitè, scilicet tacendo. Rebuf. ibi. nu. 26. vide tamē infra in hoc ti.

Chyrographum subscriptione duorum, vel triū testium munitum, & ab ipsis testibus postea recognitū plenā fidē facit. Cabal. millel. 657.

An scriptura priuata probet, vide Bart. in l. scripturas 11. C. qui potiores.

Scriptura priuata non recognita, non probat. Borg. Caual. decis. 27. num. 15. de cōtract. par. 2. Facit tamen aliqualem præsumptionē. Cabal. milleloq. 658. Et probat, quando fuit approbata à parte. Craue. consi. 158.

Scriptura priuata quomodo recognosci debeat, & quando, vide Borg. d. decis. 27. nu. 53. Et à quibus, ibi. nu. 55. vide Marc. q. 904 par. 2.

Scriptura priuata testibus subscripta, illis mortuis, non facit fidem, sed quid, si aliquis sit viuus, & recognoscat, aut sint aliquæ coniecturę pro scriptura, vide eundem Borg. d. decis. 27. nu. 61. Andr. Gail. obser. 43. lib. 2. num. 3. & Menoch. cōsi. 260. lib. 3. Imò probat, si habeat subscriptionem trium testium inde mortuorum. Craue. consi. 158. nu. 8.

Subscriptio idem operatur, quod scriptura, & qui subscribit dicitur totam scripturam scribere. idem Borg. d. decis. 27. nu. 62.

Testes subscripti in recognitione, si rem gestā narrent, probant sine subscriptione, & cum subscriptione multo magis, facta ipsa recognitione per ipsos. Mago. decis. 81. Rot. Flor.

Testes quòd deponant de veritate rei gestæ in scriptura priuata, vel de illa tantùm cum recognitione, multum refert. vide ibid. Magon. nume. fin.

Recognitio apochæ potest peti in causa appellationis. Papon. lib. 8. tit. 2. arrest. 1.

Recognitio coram Iudice incompetenti, non debet fieri ibid. arrest. 2 Et si fiat non erit valida. ibid. arrest. 3.

Multum differt recognitionem fieri per partē, aut per testes, vide Papon. lib. 8. tit. 2. arrest. 4.

Scriptura non subscripta quis recognoscere cogitur. Cabal. milleloq. 66. vide eundem, milleloq 664.

Scriptura priuata sine subscriptione, an valeat, vide d. milleloq 654.

Nō est necesse, quòd epistola, vel chyrographū habeat diem, vel annum, aut subscriptionē. Fran. Marc. q 912. part. 2. Rot. Genu. deci. 126. & decis. 134. Bar. in Rub. proœmij ffotum, nu. 4. & in l. 34. §. idem. ff. de pigno. glo. in §. item Labeo. l. 2. ff. de aqu. plu. arcen. Fallit in casibus, de quibus vide per Cabal. milleloq 665.

Scriptura recognita habet executionem paratam. Papon. d. lib. 8. tit. 2. arrest. 5.

Pars potest approbare scripturam priuatam, vt fidem faciat: & dicitur approbata, si illam petiit exhiberi: quia actus producentis scripturam non attribuitur illi, sed petenti, & mandanti exhibitionem fieri. Craue. consi. 275. vide D. Sol. in constitut. antiq Sabaudiæ gloss. 3. super 1. part. decreti, quitationem, tit. de minorib. fol. 97.

Producens scripturam priuatam, censetur illam approbare. Craue. d. consi. 275.

Scriptura priuata dicitur approbata ex eo solū, q non opponitur contra eam. Craue. d. cons. 275. Et tūc probat. idem D. Sol. in dd. suis cōment. glo 2 nu. 4. super decreto, quando, titu. de opposi. contra for. extrinse. instru. Quod procedit, si pars fuerit assignata ad opponēdum. Rot. Genu. decis. 21. num. 3. Vel ad hoc citata. ead. Rot. deci. 72. Ideò Procuratores vigilare debent ad opponendum, termino assignato, cōtra scripturas productas, ita monet idem D. Sol. in gloss. 3. super decreto, & si super, eod. tit. fol. 129.

Scriptura priuata fidem facit, si fuerit per scribētem recognita, vel per testes probata: idem, si pars fuerit assignata ad recognoscendum, & non comparuerit; quia tunc habetur pro recognita. Bocr. decis 295. num. 15. & 19. Rot. Genu. decis. 208 & Cabal. milleloq 667.

Per recognitionem chyrographi probatur etiā debitum, adeò quòd confitens chyrographū esse scriptum à se, etiam de debito plenā facit fidem. Rebuf. in constitutio. Reg. tract. de chyrog & cedul. nu 27. in præfat. Tom. 1.

Scriptura continens subscriptionem partium, & à debitore confessa, probat contra ipsum debitorem; non cōtra alias personas, nisi habeat subscriptionem trium testium. Bart. in l. scripturas 11. num. 4. C. qui potiores.

Chyrographum non probat debitum, nec eius solutionē, minus creditur illi, si sit vltra quinquaginta libras auri, nisi habeat tres subscriptiones. l. pen. C. si cert. pet.

Scriptura priuata sine aliis adminiculis, nō sufficit ad probationem plenam inducendam. l. 4. C. de probatio.

Etiam pro Fiscali debito priuata scriptura non probat. l. exemplo 7 C. de probatio.

Regulariter scriptura priuata non facit fidem: fallit quibusdam in casibus, de quibus vide

per

per glo. in §. vnico, Institut. de litter. oblig.
De fide chyrographi, & qualiter comprobetur vide Azo. num. 30. in summa tit. C. si cert. pet.
Donationẽ probat priuata scriptura etiã sine die, & Consule, & ipsa scriptura priuata non pôtest impugnari ob defectum solemnitatis; sicut publica. Boer. decis. 172. nu. 19.
An per priuatam scripturam possit probari testamẽtum, vel donatio, saltem inter liberos, vide Dec. consi. 488.
Loci appositio in scriptura priuata non requiritur; secùs in publica. Cabal. milleloq. 666. & Math. Mathes. sing. 45.
Computa cum litteris transmissa, probant contra transmittentem. Rot. Genu. decis. 161.
Scriptura, quam facit Notarius tanquam priuatus, quæ non habet publicam formam, dicitur scriptura priuata. Cabal. milleloq 654.
Pactum inter contrahentes, q̃ scriptura priuata habeat executionem, & valeat in vim instrumenti publici, an valeat, vide Borg. Caual. decis. 27. num. 18. de contract. part. 2. & Rebuff. in constit. Reg. tract. de chyrog. & cedul. num. 40. in præfatio.
Negans scripturam priuatam, si cõuincatur de mendacio, non poterit probare contrarium. Borg. ibi dem, num. 58.
Scriptura priuata reperta in archiuo, quando, quomodo, & inter quos, faciat fidem, & quid in antiquis, vide Borg. d. decis. 27. nu 83. & supra tit. de fide instrumen. in antiq.
Instrumentum respectu fidei est indiuisibile, & non potest pro parte fidẽ facere, & pro parte non; secùs est in scriptura priuata, quæ dependet à voluntate approbantis, & quæ potest approbari pro parte, & pro parte non; maximè in capitulis separatis, & non connexis connexitate indiuisibili. Borg. d. decisio. 27. num. 86.
Scriptura priuata fortius probat, mortuo scribente. Crauet. consi. 274. num. 4. vide eundẽ, consil. 275. num. 6.
Apocha mercatoris sigillata tãtùm, an probet, vide Maran. in suo Specul. part. 6. tit. de testi. product. num. 67.
Scriptura inhabili vtens, nõ potest similem cõtra se productam impugnare. Maran. ibid. tit. de acto. edit. num. 27.
Scriptura duplex est publica, & priuata, sed quę priuata dicatur, vide per Rebuff. in constitu. Reg. tract. de chyrog. & cedul. Tom. 1.
Scriptura priuata triplex est, scilicet chyrographum, seu schedula, epistola, & liber rationum. Rebuff. ibidem, num. 13. in præfatio.
Hæ scripturæ priuatæ supplentur septem modis, vt probent. Rebuff. ibid. nu. 20. Et fit scriptura priuata tribus modis. ibi. nu. 21.
Quomodo comprobetur scriptura priuata, vt plenè fidem faciat, vel semiplenè, vide ibid. num. 28. & sequent.
Quãdo scriptura duobus solùm testibus est subscripta, solùm semiplenè probat, licèt si essent tres, plenè probaret. ibidem Rebuff. numero 32.
Vide alia de scriptura priuata, & eius recognitione per Rebuff. ibid. & Menoch. consil. 267. lib. 3.
Apocha iuuata comparatione litterarum, facit semiplenam probationem, ita quòd producens, vt contra debitorem obtineat, possit petere iuramẽtum suppletiuum sibi deferri, vel cùm vno teste facit plenam probationẽ. vide Natt. consi. 632. & Rol. consi. 26. vol. 1.
Subscriptio schedulæ facienda à partibus, quomodo fieri debeat, vt valeat, vide Bart. in l. diuus 15. §. item Senatus. ff. ad leg. Cornel. de fal.
Delictum probatur per priuatam scripturam alicuius, quando committitur promittendo, vel contrahendo. Bartol. in l. non intelligitur 3. § tacitè ff. de iure Fisci.
Qui negat scripturam factam manu propria, in qua continetur numeratio, vel receptio, punitur pęna dupli. authent. contra. C. de non numera. pecun.
Chyrographum si habeat debitor, an præsumatur liberatus, vide glo. in l. vnica. § ille autẽ. C. de latin. libr. toll. facit l. 7. C. de remissio. pigno. l. pecuniæ 14. & 15. & ibidẽ gloss. C. de solutio. vide, & suprà titul. de solutio. & liberatio.
Hypotheca etiam per chyrographum potest constitui, dummodo constet de mente contrahentium volentium hypothecam constituere, vt si promittat debitor sub obligatione bonorum. vide l. fin. C. quæ res pignori. l. penul. C. qui potiores, & l. pen §. item ff. de pignorib. Alias creditores chyrographarij hypothecam non habent. l. cùm tibi 10. C. eod. qui potiores.
Pignus etiam ob chyrographariam pecuniam ex pacto potest retineri, vel vendi, debitore agente; non autem creditore posteriore habente hypothecam agente. l. vni. C. etiam ob chyrograp. & l. rei creditor 17. C. de distract. pigno.
Subscriptio, quam quis facit alieno nomine, non nocet sibi, vt teneatur nomine proprio in eo, quod ignorabat. l. Titius 8. ff. de rescinden. vendi.
Qui scribit contractum obligationis rei suæ, videtur obligationi consentire. l. fideiussor 26. §. pater. ff. de pignorib.
Chyrographo ẽt deleto, agit chyrographarius

Bbb creditor,

creditor, adhibitis aliis legitimis probationib. de debito. l. chyrographū 24. ff. de probatio.

Commemorationem in chyrographo pecuniarum, quæ ex alia causa deberi dicebantur, factam, vim obligationis non habere, in dubiū non venit. l. fin. ff. de probatio.

Apochæ tutorum debitoribus datæ, fidem faciunt contra pupillum licet ille contra tutorem habeat regressum. l. Lucius 47 §. tutelę. ff. de administ. & peric. tuto. vel curat.

Apocha plenè probat contra scribentem, præsertim quando est corroborata subscriptione testium. l scripturas & ibid. Bald. & auth. si quis vult. C. qui potiores.

Non figura litterarum; sed oratione (quam exprimunt litteræ) obligamur, quatenus placuit nō minus valere quod scriptura, quàm quod vocibus lingua figuratis, significaretur. l. non figura 37. ff. de actio. & oblig.

Clausula in fine posita refertur, non solùm ad proxima; sed etiam ad omnia præcedentia, continuata scriptura, prolata. l. fina. ff. de reb. dub.

Verbum, promitto, redactum in scriptis, intelligitur per stipulationem, si fiat scriptura, præsentibus partibus, aliàs secùs. l. Titia 134. §. item respondit. lo 2. ff. de verbo oblig. & §. si scriptum, Institut. de inutil. lib. stipulat.

Inter acceptilationem, & apocham hoc interest, quòd acceptilatione omnino liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit; apocha non, aliàs quàm pecunia soluta sit. l. si acceptilatum 19. ff. de accepilatio.

Quando ex chyrographo quis obligetur, vide infra lib 2 tit. de litter. oblig.

Publica scriptura præfertur priuatæ (nisi priuata habeat subscriptionem trium testium) per quam tantùm contrahitur ius personale glo. in cap. 3 ex. de fide instrumen. Sed quando scriptura priuata præferatur publicæ, vide Boer. decis 252 nu. fin.

Subscribens se scripturæ factæ per aliū, sibi prę iudicat. sed quando, vide Bar. in l. emptor 48. §. Lucius. ff. de pact.

Temporis prioritas inter creditores chyrographarios quando attendatur, vide Barto. in l. in operis 9 ff. de locat. & conduc.

Subscribens nomine proprio, non vt testis, & sigillans, videtur consentire. Bart. in l. quæ dotis 34. nu. 26 & 27. ff. solut. matrimo.

Apochæ mercatorum non subscripta licèt sigillata, an valeat, vide Barto. in l. ad testium 22. § si quis. ff. de testamen.

Apocha si vno die scribatur, alio sigilletur, & alio subscribatur, dies subscriptionis attenditur. Bart. in l. si testamentum 23. ff. de testamē.

De sigillo, & eius fide.

Multiplex est Regum, vel Principum sigillum; aliud enim est magnum, aliud paruum, & melius prout tradit Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litter. oblig art. 1. glo. 6.

Authenticum sigillum quid sit, & quæ sint authētica, & quomodo probētur talia, vide Rebuf. ibid. gloss. 7.

Epistola si proprio sigillo sigilletur, sed nomen scribentis nō apponatur, nō valet. Ant. Corse. in suis singul. litera E. sing. epistola 1.

Vide de sigillo supra tit. de fide priuileg. & litte.

De fide librorum Officialium, recognitionum Dominorum, catastri Cōmunitatis, & rationum aliarū personarum.

Libri Officialium, puta Consulū, probant inter subditos administrationi Vera. deci. 155. seu 1. part. 2. nu. 6. Nam plenè est credēdum libris publicis, quia dicuntur fons veritatis, & veri præsumuntur Hiero Mago. decis. Luc. 59. & Cabal. milleloq 57 De practica scribendi hos libros vide per Bart. in l. comperimus. C. de nauicula. lib. 10.

Libro Thesaurarij Canonicorum, Communitatis Presbyterorum Ecclesiæ, creditur quo ad ipsos de Vniuersitate. Vera. decis. 156 seu 2. lib. 2 vide Borg. Caual. decis. 27. de contract. part. 2 num. 84

Libri visitatorum plenè probant quo ad pertinentia visitationis. idem Vera. decisio. 158. seu 4 part. 2.

Liber cronicorum probat erectionem alicuius officij, vel beneficij. idem, decisio. 160. seu 6. part. 2.

Libri Mensæ Episcopalis probant valorem bonorum. Alexan. Raud. tracta. de Analog. cap. 78. nume. 75.

Aetas probatur per librum Baptismi Ecclesiæ parochialis. Vera. decis 314. seu 4. lib. 1.

Fiscus cogitur ostendere quinternos, seu libros Feudatario, qui soluit, & apocham solutionis perdidit, vt videat an in eis sit scriptura ipsius solutionis. Barth. de Capu. sing. 85.

Libri gabellarum, & receptoris collectarum, ac aliorum publica auctoritate receptorum, probant. Barto. in l. quædam 9. §. nummularios. ff. de edendo.

Gabellarius, qui libros suarū rationū lacerauit, & com-

& combusſit, an incidat in crimen falſi; vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 171.

Tutores, alij adminiſtratores, & nego. geſtores tenentur facere librum rationum. Vera. deci. 157. part. 2. Sed qualem fidē faciat talis liber, vide Crauet. conſ. 275. D. Sol. in conſtitut. antiq. Sabaudiæ. glo. 3. ſuper 1. part. decreti, quitationem, tit. de minor. fol. 97.

Liber adminiſtrationis alicuius negotij, debet continere reditus, & fructus, qui percipiuntur ex bonis adminiſtratis, & ſi in dicto libro nihil ſcriptum eſſet, præſumeretur dolus, & iuraretur in litem contra adminiſtratorem. idem Vera. d. deciſ. 157. part. 2.

Licèt rationibus credatur, vbi minutæ ſunt expenſæ, vel veriſimiles, tamen hoc non procedit, vbi ſimul iunctę facerent magnam quantitatem. Rot. Auenio. deciſ. 53. in deciſio. diuerſo.

Quam fidem faciat liber rationum tutoris inſcribentis pupillorum adminiſtrationem, vide Craue. conſi. 275.

Statur iuramento adminiſtratoris in expenſis minutis. Bar. in l. 2. C. de nauicula. lib. 10.

Libri exiſtentes in manibus tertiæ perſonæ, nō ſunt exhibendi actori ad effectum illos producendi contra reum, qui non vult illis vti. Vera. deciſ. 159. ſeu 3. part. 2.

Liber mercatoris caſu, quo illum producens ſit homo integræ opinionis, & rationes propria proferentis manu ſcriptæ ſint, cauſaq́; obligationis expreſſa, & eodem libro, nō ſolùm credita; verùm etiā debita, data, & accepta, contineantur, ſemiplenè probat. Andr. Gail. obſeruat. 20. lib. 2.

Liber rationum priuatæ perſonæ quam probationem faciat, & quæ requirantur, & deduci debeant, vt fides illi adhibeatur, vide Guid. Pap. q. 441. Capell. Thol. q. 497. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruiſ. 88. Andr. Gail. obſer. 20. li. 2. Maran. in ſuo Spec. part. 6. titu. de teſti. product. fol. 395. & Rol. conſi. 92. lib. 3.

Regulariter libri rationum non probant, etiam fauore Fiſci, niſi contra dominum, vel ſcribētem, cuius manu probantur ſcripti, eius confeſſione, vel per teſtes. Boer. deci. 105. & 295. numero 15. & Rot. Genuenſ. deciſio. 16. & deciſ. 195.

An libri rationum probent diſtinguendum eſt, aut loquimur in libris rationum priuatorum viuentium, & tunc non faciunt fidem pro ſe, niſi eſſet conſuetudo contrà, vel probentur ſex adminicula, de quibus per Guid. Pap. d. q. 441. Aut ſunt rationes mortuorum, & tunc, ſi conſtet defunctum fuiſſe bonæ vitæ, & famæ, faciunt ſemiplenam probationem, ita vt ſit locus iuramento ſuppletiuo, & cum vno teſte facerēt plenam probationem. Guid. d. q 441. nu. 5. & 6.

Conſuetudo valet, q̃ libris mercatorum plenè credatur: idem in ſtatuto, ſed quæ concurrere debeant hoc caſu, vide Andr. Gail. obſer. 20. lib. 2. nu. 6.

Cōfeſsio mercatoris in libro ſuo rationum ſcripta, probat, licèt, abſēte parte, facta ſit. Gail. ibid. num. fin.

Rationes veræ in parte, & in parte falſæ, reſpectu verarum, validæ ſunt, & contrà, faciēdaq́; eſt ſeparatio. Rot. Auen. deci. 53. ī deci. diuer.

De fide computorum, & qualiter recognoſcantur, vide Boer. deciſ. 295.

Liber rationum cenſetur approbatus à petente illum exhiberi, & contra ipſum probat: q̄a actus productionis librorum non attribuitur producenti; ſed petenti, & mandanti exhibitionem fieri. Crauet. conſi. 275. vide D. Sol. in conſtit. antiq. Sabaudię glo. 3. ſup prima par. decreti, quitationem. fol. 97. Et per cōſequēs petēs exhiberi libros, illis ſtare tenetur. Rot. Genu. deciſ. 49. (vide tamen deciſ. 72. num. 8. ibid.) tam pro ſe, quàm contra ſe, & ſi fuerit ſuper hoc interrogatus, reſpondere tenetur. Franc. Marc. q 520 part. 2. Verùm hoc interrogatorium eſt ſuperfluum, aut præiudiciale interroganti. idem D. Sol. in dd. conſtitut. antiq. Sabaudiæ. gloſſ. 3. ſuper 1. parte. d. decreti, quitationem, num. 25.

Partitæ librorum pro, & contrà, acceptādæ ſūt. Magon. deciſ. Luc. 59. num. 18. Andr. Gail. obſer. 20. num. 3. lib. 2. Sed quòd quis poſsit approbare libros alicuius, quatenus illi faciāt pro ſe, & reiicere, quatenus faciant cōtra ſe in ſeparatis, ſcribunt Abb. conſi. 36. par. 2. circa finem. & Rot. Genū. deciſ. 16. num. 5. vide Franc. Marc. q. 60. & Crauet. conſi. 275. num. 4. Pro concilliatione diſtingue, vt per Crauet. conſ. 278. vide etiam D. Sol. in dd. ſuis comment. glo. 3. num. 20. ſuper 1. par. decreti, quitationem, tit. de minorib. fol. 98. & Math. Matheſ. ſingul. 78.

Liber rationum approbatus in vno capitulo, nō intelligitur approbatus ī alio ſeparato. Dec. conſi. 318. nu. 7.

Libri mercatorum probant, cuius nomine mercatura exerceatur. Bart. in l. 4. C. communia vtriuſque iudi. Sed qualem probationem faciāt, vide eūdē Bar. in l. nuda 26. ff. de donat

Rationibus defuncti non ſtatur, ad probandū, ſibi, vel hæredi, aut ſcribenti debitum fuiſſe. l. rationes 6. C. de probatio.

Licèt ex conſuetudine, vel ſtatuto credatur libris mercatorum, tamen liberculo, ſeu manuali, nō creditur. Rot. Genu. deci. 2. nume. 37. Minus libro ſuſpecto. ibid. nu. 32.

Partitæ probant contra ſcribentem. Rot.Genu. deciſio.11.

Exhibitio libri nõ ſeruit,niſi pro parte,pro qua eſt facta.Rot.Genu.deciſ.16.nu.4.

Verba, debent, & recepimus,ſcripta in libris, quomodo intelligantur:& partitæ ad debitũ, & ad creditum, ſunt cõnexæ. ibid.d.deciſio. 16.nu.7.& 8.vide Craue.conſi.275.

Quando reducitur reſtum partitatum, præcedẽtes partitæ intelliguntur ſolutæ.ibid. d.deciſ. 16. nu. 9.& deciſ.132.Rot.Genu.

Liber mercatoris probat contra eum, etiam ſi partitæ ſint ſcriptæ manu aliena. Rot. Genu. deciſ.31.num.7.

Libris,& extractis ipſorum,ex cõſuetudine poteſt adhiberi fides.ead.Rot.deciſ.38.

Productus liber in iudicio, probat contra producentem,licèt producatur in parte, & paſſibus.Craue.conſi.80.nu.8.

Debitor ſummæ per abbacum, ſeu ziffras ſuper fogliacio,nõ ſcripta partita ad formam libri, tenetur,licèt ad reddẽdam rationem fogliacia non admittantur;ſed exhibendi ſint libri. Rot.Genu.deciſ.96.Ziffræ enim,& figuræ pro verbis ſupplent. ibid.nu.8.

Cedula,ſiue memoriale probat inter mercatores contra ſcribentem, & habet vim inſtrumenti.Rot.Genu.deciſ.126.

Liber rationum debet continere annum,& diẽ. ead.Rot.d.deciſio.126.vide plenius ibid. deciſ.164.num.22.

Giornale eſt protocolũ, ex quo formatur liber. ead. Rot. deciſ.173.nu.6.

Libro non habenti omnes partitas, de quibus in giornali,non creditur: & rationes edi debent cum die,anno,& Conſule:aliàs liber,in quo ſunt deſcriptæ, non probat. Rot. Genu. deciſ.173.nu.12.& 13.

Vbi ex ratione librorum reperitur non omnia fuiſſe ſcripta; ſed aliqua omiſſa, præſumitur contra adminiſtratorem. Rot.Genuen.d.deciſio.173.num.15.

Nota dati, & recepti facta inter aliquos, inducit fidem,& probationem quo ad alios. Rot. Genu.deciſ.202. Sed quòd libri mercatorum pro tertio,contra tertium,non probent,ſcribit Vera.deciſ.158.ſeu 1.part.2.

Quando debitor allegãs ſe ſoluiſſe offert ſe paratum velle ſtare libro actoris mercatoris,talis liber debet exhiberi,forma tradita per Papon.lib.9.tit.7.arreſt.4.

Negatiua probatur ex inſpectione librorum. Raud.tract.de Analog.cap.40.

Liber rationum probat (qui aliàs nõ probaret) propter veriſimilitudinem. Crauet. conſi.73. num.fin.conſi.75. num.23. conſi.158.nume.9. conſi.258.num.18. & conſi.275. Matheſ.ſing. 78.in additio. D.Sol.in conſtitutio.antiq. Sabaudiæ ſuper d.decreto, quitationem, gloſſ. 3.num.16.fol.98.& Dec.conſi.596.nu.9.

Liber continens multas partitas,ſi in aliquibus ſit verus,probat etiam in aliis. Crauet. conſi. 158.nu.6.& conſi.198.nu.6. idem D.Sol. ibid. d.glo.3.ſuper dicto decreto,quitationem,tit. de minorib.nu.19.& Matheſ.ſing.78. in additio.vide tamen Ioſeph.Ludo.deciſio.42.Luc. nu.35.Vbi tenet contrarium.

Liber rationum probat pro ſcribẽte, vbi agitur de modico præiudicio. Crauet.conſi.182.nu. 15.idem D.Sol.ibid.d.glo.3.ſuper prima parte d.decreti,quitationem,num.18.& Matheſ. ſing.78.in additio.

Sufficit apparere de mercibus ex libro rationũ mercatoris,culpa eius præcedente, qui illas amiſit, vt quando mercator cõmiſit merces mulioni, qui inde culpa ſua eas perdidit. Craue.conſi.218.nu 5.

Vbi ad ſupplendam fidem libri rationum,requiritur iuramentum ſcribentis, illud neceſſariũ non eſt,ipſo mortuo: quia mors vim obtinet iuramenti. Crauet. conſil. 275. nume. 7. vide Matheſ.ſing.78.

Stante conſuetudine, quòd libris mercatorum præſtetur fides, illi probant,vbicunque producuntur,etiam extrà territorium.Crau.cõſi. 325. Sed tunc quæ qualitates concurrere debeant,vide Rol.conſi.92.vol.3.

Si recuſaretur editio libri à parte petita, præſumeretur fraus contra recuſantem edere librum ipſum. Crauet. pro genero, conſil. 1. nume.179.

Libri amiſsio non præſumitur; ſed malitioſa occultatio. D.Sol.in conſtitutio.antiq.Sabaudiæ glo.3.ſuper decreto,quitationem, tit.de minorib.nu.12 fol.98.

De ordine,& forma libri tutelaris, & mercatoris,vide ibid.d.gloſſ.3. Quò loci multa adſcribuntur pertinentia ad libros rationum, fidẽ, & approbationem eorum.

Iudicis arbitrio eſſe relinquendas probationes ex libro mercatoris prouenientes, & cãpſorũ, ſcribit Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.91.

De fide rationum,tam pro actore illis producente,quàm contra ſe vide per eundem Menoch.ibid.caſ.93.& Hippo.ſing.458.Sed quid de parcella libri producta in cauſa,vide ibid. d.caſ.93.nu.12.

Conſuetudo,vel ſtatutum,quòd credatur libris mercatorum, valet; ſed an hoc procedat in magna ſumma,vide Matheſ.ſing.51. in additio.& Hippol.ſing.560.

Confeſsio facta in ſcriptis per mercatorem in libris ſuis, parte abſente, probat. Hippoly. ſing.459.

Quan-

Quando liber rationum debeat in iudicio edi, vide per Bar.in Rub.C.de edend.in additio, & in l.1.& 2.eod.

Dies appositus in vna ratione, intelligitur repetitus, seu communis in omnibus sequentibus.Bar.in l.si quis 6.§.si initium.ff.de eden.

Libri rationum in dependentibus à mera nostra voluntate, plenè probant.Bar.in l.Nesennius 36.ff.de nego. gest.

Liber mercatoris, vel campsoris approbati, facit semiplenam probationem, sed an manu ipsius probetur scriptus per comparationem litterarum, vide Bartol. in l.nuda 26.nume.8. ff.de donatio.

Aestimi liber, seu catastri, quamuis probet inter Commune, & descriptum in æstimo, vt appareat quid, & quantum solui debeat, tamen non probat inter descriptum, & tertiam personam singularem. Capic. decis.107.nu.12.

Liber catastri præsumptiuè probat.Franc.Marc. q.224.Et illr, seu registris standum est.Thom. Min.ad.dec.43.nu.4.vide Inno.in cap.primo. de Procurato.

Aestimum Communitatis contra illam, & omnes illos, qui sciuerint æstimum fieri, probat dominium, & possessionem.Borg.Caual.decis.18.num.8.de iudic.

Liber æstimi ita demum facit fidem, si auctoritate publica, & inter consentientes, factus sit. Papon.lib.5.tit.11.arrest.39.fol.315.mihi.

Frater nomine suo rem emens, si eam suo, & fratris nomine in libris Communis describi patiatur, ex hoc dominium pro parte in alterũ fratre translatum censetur, præsertim si alter frater pro rata collectas soluerit.Ludou. Roma. singul. 433.

Per recognitiones ius transfertur in Dominũ, & ex illis probatur dominio directo ipsius Domini.Crau.consi.154.num.5.vide ibi.cõs.158.

Libri censuales ex quo reperiuntur in archiuis Ecclesiæ probant, vnde libri terragiorum, & computorum Prælatorum, & Capitulorum, continentes censuales debitores, & emphyteotas ipsorum, & solutiones eorum, probãt, contra illos debitores censuales. Guid. Pap. sing 441.nu.11.& 13.Craue.consi.158.

Libri censuales an probent, vide Rebuff.in constit.Reg.de litter.obliga.glo.3. nu.12.

Dominium Ecclesiæ per librum censualẽ probatur. Dec.cons.596.

Aetatem matris testimonio, vel libro patris probari, scribit Menoch. de Arbitra.libr. 2. cas.116.

Qualis fides sit adhibẽda libro sociorum inter eos, & quomodo dictum limitetur, vide eundem Menoch.ibid. de Arbitra. cas.92. Quod liber rationum probet contra mandantem, habetur. ibid.

Libro alicuius, vbi standum esset, non statur, si in aliquo ille arguatur de falso.Natt.cons.59. nu.17.Tom. 1.

Libris antiquis creditur in facto, in quo aliæ probationes non habentur. Natt. cons. 235. num.7 Tom. 2. Etiam si agatur de probatione dominij. August. Bero.q.65.

Rationes defuncti faciunt pro hærede præsumptionem, quando continent debita, & accepta.Pet.de Rauen.sing.618. Bart. in l.admonendi 31.ff.de iurerur. nu. 26. Nam libris, & rationibus defuncti maior adhibetur fides, quàm libris, & scripturis viuentis. Augustin. Bero.q.65.num. 7.

Rationes defuncti non probant contra extraneos; & per assertionem minoris quantitatis, non inducitur liberatio à maiori. authen.rationes. C.de probatio.& ibid. Bar.

Liber rationum quando faciat plenam probationem, & quando semiplenam, vide Bartol. in l.admonendi 31.nu.26.ff.de iureiuran.

Liber rationum exercentis publicè artem, qñ non continet nihil pro eo, nec contra eum, semiplenè probat. Bar.ibi.num.28.

Libri mercatorum, campsorum, gabellarum, & rationum, qñ fidem faciant, vide Hartma. c.4.tit.de probatio.lib.2.

De iuramento calumniæ.

IVramentum calumniæ petitum, nõ potest omitti, etiam stante facultate procedendi simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta. Put.decis.398. lib.2.

Hoc iuramentum exactum, & non præstitum, reddit processum nullum: secùs si non exactum, sed tacitè remissum, quia tunc teneret iudicium, tamen in Camera Imperiali, non obstante hac nullitate, proceditur in causa appellationis, dummodo in ipsa causa exactum præstetur. Andr. Gail. obserua.84.lib.1. vide Bartol. in authentic.principales.§. sed quia. C. de iurerand. propt.calumn. dand. DD. de Rot.decisio.2.titul.de iurament. calumn. in antiqu. & Abbat. in sua Practica. cap.67.

Tale iuramẽtum à litigatoribus in iudicij principio, vel vbi requisitum sit, debet præstari, nec priuatorum pacto remitti potest.Hippo. singul.252.Sed an possit exigi ante litis contestationem, vide Hartm. cap.1.titu.de iuramen.calumn.

Hoc iuramentum potest tacitè remitti consensu partium, licèt expressè non possit. gloss. in verbo, sententia.§.1.l.1.ff. de fer.& dilatio.

Iuramentum calumniæ præstari non debet de necessitate, quãdo proceditur per modum voluntariæ iurisdictionis.& vbi est quæstio iuris, vel de re notoria.Iaff.Lanf.Balb.decis.38.
Procurator Fiscalis non tenetur iurare de calumnia.Mysing.obser.74.cen.1.& Andr.Gail. obser.90.lib.1.
Iuramentum calumniæ per Procuratorem habentem speciale mandatum, præstari potest. Hartma.cap.2.tit.de iuramẽ.calum.lib.2 Sed an sufficiat generale mandatum, vide Gail. obser.83.lib.1. Pro affirmatiua scribit Mathes. sing.149.& in additio.
Procurator ex officio datus, an cogendus sit iuramentum calumniæ præstare, vide Gail.obser.88.lib.1.
Contumacia Procuratoris non iurantis de calumnia, an noceat domino, vide eundem, obser.89.lib.1.
Quando Procurator iuret de calũnia, vide Bar. in authen. in isto. §. sinautem.C.de iureiuran. propt.calum.dan.
Iuramentum cal. quod est solemnitatis, præstatur per Procuratorem, habẽtem speciale mãdatum, & iurat in animam domini, & suam, & iurãdo procuratorio nomine se animo calumniæ non petere, sufficit. Barto.in l.13.§.si alieno.ff.de dam. infec.Vbi de materia, & in Authen.vt litigantes iurent, vide Abb. in sua Pract.cap.76.
Procurator in Curia Romana tenetur iurare de calumnia, non solùm in animam principalis; verùm etiam in propriam. DD.de Rot.decis. 1.tit.de iuramen.calum.
Procurator iurat de calumnia, licèt principalis iurauerit.Hartm.c.9.tit.de Procuratorib.li.1.
Iuramentum calumniæ, consuetudine remitti potest.Andr.Gail.obser.85.lib.1. vide tamen Menoch.de Arbitra.lib.1.q.20.
Consuetudine inductum est Aduocatos non iurare de calumnia, sed an talis consuetudo cõtra ius commune, valeat, vide Ludo. Roma. sing.428.An Aduocatus teneatur iurare, vide gloss.in §.vtriusque, Instit.de pen.temer.litig.
Statutum, vel consuetudo disponens, quòd nõ sit necesse præstari iuramẽtum de calumnia, non valet, quod procedit etiam, si loquatur de causis summariis.Mathes.sing.65.
Iuramentum calumniæ hodie potest omitti, nõ remitti, & iuratur semel tantùm in his, quæ emergunt post litem contestatam.glo.l.iusiurandum 34.§ qui ff.de iureiuran. vide Bart.in l.5.§.qui opus.ff.de oper.nou.nuncia. Tamen iurare tenetur iterum quis, si causa fuerit mutata, & in causa appellationis iurari debet. Barto. in l. qui bona 13. §. si quis stipulatus. ff. de damn. infec. vide gloss. in l. comparationes.C.de fide instrumentorum.
De pena non iurãtis de calumnia vide p Andr. Gail.obser.86.& 87.lib.1.
Iuramentum calumniæ, etiam in arbitrariis iudiciis, necessariũ est, & in omnibus causis est præstandum.Menoch.de Arbitra.lib.1.q.20.
De iuramẽto calumniæ,& malitiæ, & quomodo illa differant, vide per Rebuf.in constit. Reg. Tom.3.tract.de responsio.art.1. Mathes.sing. 64.in additio.Henric.Boer.in suis singul.titu. iuramentum,& Maran.in suo Spec. lib.6. titu. de iuramento fol.373.
Decretum requirens præstationem huius iuramenti intelligitur, si pars id petierit. Natt. consi.675.
Iuramentum calumniæ, instante parte, post causæ conclusionem præstari non potest: fallit in summariis causis, & etiam officio Iudicis debet admitti post conclusionem.Rolan.consi. 71.volum.1.num.31.
Iuramentum hoc qui præstare detractat, causam amittit.Hippol.sing.252.
In criminalibus, an iuretur de calumnia, vide Bart.in l.1.C.de iureiuran.propt.cal.dan.
Non iurans de calumnia cadit ab actione per sententiam, & habetur pro confesso, tamen potest appellare. Bart.in auth.principales §. quod si actor.C.de iureiur. propt.calum.dan.
Istud iuramentum licèt excuset à calumnia præsumpta, non tamen excusat à condemnatione expensarum propter temeritatẽ, vel propter contumaciam. Bart, in l.1.ff.ad Senatusconsul.turpil.num.11.
Iuramentum de malitia defertur post iuramentum calumniæ. Bart.in §.quia igitur, Auth.de his, qui ingrediuntur ad appellan.nu.10.
Qui petit editionẽ, debet iurare de calumnia.l. si quis 6.§.exigitur.ff.de edendo.
Pater in causis filiorum iurat de calumnia. glos. in l.1.C.de bonis mater.& mater.gene.
Deferens iuramentum de veritate, debet primò de calumnia iurare. glo.in l.iusiurandum 34.§. qui iusiurandum.ff.de iureiuran.& Boe. decisio.243.
Nũcians nouum opus, debet de calumnia iurare coram Prætore,& parte petente.gloss.in l.de pupillo 5.§. qui opus.ff.de ope.nou.nũci.
Qui petit sibi caueri de damno infecto, de calumnia prius iurare debet. l. qui bona 13.§. si quis stipulatus.ff.de dam.infec.
Qui alieno nomine petit caueri, etiam de calũnia iurare debet, nisi is, cuius nomine petit, iurare non deberet.d.l.13.§.si alieno.
Contumax in nõ iurando de calumnia, an possit appellare, vide gloss. in §. iussus.l.fin.ff.de appellatio.
In omni casu olim erat iurandum de calumnia, & in

& in omni capitulo, hodie sufficit semel iurare: quòd intelligendum est in his, quæ obueniunt post litem côtestatam; sed in his, quæ contingunt ante, etiam hodie iuratur in singulis. glo. in §. fin. in verbo, iurauerit, Institut. de fidei. hæred.

Reus de calumnia iurare debet, quòd putat vti bona contradictione: §. ecce enim, Institut. de pœn. teme. liti. Sed de forma huius iuramēti vide per glos. ibid. Et de iuramento actoris in §. item actoris, & §. vtriusque, & ibid. gloss. eod. tit. In hac Patria habemus formam dicti iuri, vt in nouis ordinibus, titu. *del giuramento*.

Litigantes iurare debent, quòd nihil penitus Iudicibus patrocinij causa ipsis, vel alteri cuicunque personæ pro ea causa quolibet modo dabunt, vel dederunt, aut promiserūt, vel per se, aut per aliū, exceptis his, quibus licèt dare. Authen. vt litig. iurent.

Vasallus à Domino non poterit exigere iuramentum calumniæ, sed neque Dominus exigere potest à Vasallo, alioqui si exegerit, & ipse cogetur iurare. c. in quibus, de consuetu. rect. feud. in vsib. feud.

De iuramento veritatis in iudicio parte parti delato.

IN asignatione cum comminatione ad iurandum facta, pars habeatur pro conuicta, etiam non facta alia asignatione cum iterata comminatione, vide Perillust. D. P. Tessaur. decisio. 11.

Iusiurandum offerens reuocare potest oblationem, etiam postquam pars aduersa illud acceptauerit, iurando tamen superuenisse sibi nouas probationes. Ozas. deci. 8. Verùm facta reuocatione, nō poterit amplius ad illud redire. idem Ozas. decis. 97. nu. 11.

An Procurator possit huiusmodi iuramentum oblatum, reuocare, vide Ozas. d. decis. 8. nu. 9.

Iuramenti delati, & relati, eadem debet esse dispositio. Ozas. decis. 61.

Referens iuramentum illud de necessitate, & coactè facere dicitur. Ozas. d. decis. 61. Ideò magis illi succurritur. ibid. nu. 5.

Delatio iuramenti antequam à Iudice approbetur, parti nō côcludit. Ozas. d. deci. 61. nu. 9.

Iuramento delato, datur reo terminus ad iurandū, & interim poterit deferētē pœnitere, etiā nulla subsistente causa. Boer. decisio. 243. vide in nouis ordinibus huius Patriæ, titul. *del giuramento*.

Quando reus incontinenti acceptauit iuramētum, actor nō potest oblationem suam reuocare, nisi ex iusta causa. Boer. decisio. 339.

In actionibus famosis quis iurare cogitur, nec iuramentum referre potest: in aliis autem secùs, quia non præcisè quis cogitur iurare, si malet referre. Craue. consi. 203.

Iuramentum licèt non referatur, vt oblatū est, quis tamen iurare cogitur, & totum arbitrio Iudicis finiendum est. Craue. d. cōsi. 203. nu. 6.

Iudicis arbitrio relinquitur sub qua verborum conceptione iurare is debeat, cui iuramētū relatum est. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 189. Sed in hac Patria præscribitur forma, vt in nouis ordinibus, tit. *del giuramento*.

Qualiter procedendum sit, quādo Christianus offert iusiurandum Iudæo, & contrà, vide Menoch. ibid. d. cas. 189.

Iuramenti relatio habet locum in delictis: fallit, quando debitum, de quo tractatur, nō cadit in scientiam eius, cui ab initio refertur, sicut in scientiam eius, cui defertur. Barto. in l. Marcellus 11. §. si quis delictum. ff. de act. rer. amot. vide eundem in l. 5. §. hac lege. ff. de iniuriis, & obser. 65. Senatus Tholl. in decisio. diuerso. fol. 265.

Iuramentum offerens videtur côtrahere, & sic confiteri se esse debitorem sub conditione, si aduersarius iurauerit. Ozas. decis. 8. nu. 8.

Quis super eo iurare non cogitur, in quo habet suam intentionem fundatam, testibus, vel instrumentis. Ozas. decis. 10. nu. 7. Boer. deci. 95. nu. 3. Harma. cap. 2. tit. de iuramen. lib. 2. vide Ioseph. Ludo. decis. Luc. 35. Fran. Marc. q. 387. cap. 2. ext. de probatio. Papon. lib. 9. titu. 6. arrest. 5. & 6. vide & ibid. arrest. 8. pro dicti intelligentia.

Iurare non tenetur habens instrumentum obligationis, nisi super solutione. Gasp. Cabal. millesloq. 642. vide Crescen. deci. 4. aliàs 312. tit. de iureiur.

Iuramentum ab aduersario oblatum, qui testes iam examinatos habet, an recusari possit, excipiente recusatore, se velle eius proposita per testes probare, vide Ozas. decis. 11.

Testibus publicatis, non cogitur aduersarius iurare. Ozas. decis. 97. num. 6. vide tamen Boer. decis. 95. nu. 4. & Craue. consi. 207.

Iurare, aut referre quis regulariter recusare nō potest, etiam si dicat velle deducta, vel contrarium per testes probare. Ozas. d. decis. 11. Boer. decis. 95. Papon. lib. 9. tit. 6. arrest. 4. Maran. in suo Spec. par. 6. tit. de testium product. num. 74. Nam manifestæ turpitudinis est nolle iurare, neque referre: quia per iuramētum oblatum constituitur quis Iudex, & testis in causa propria. Craue. consi. 203. Sed pro intelligentia conclusionis, vide Hippol. sing. 83. Et quando possit iuramētum recusari, vide Ias. de

de actio. in §. item si quis postulante, nume. 31.33.& 83.

Iuramentum recusari potest ob timorē, ne periurium detegatur. Ozasc. decis. 11. nu. 3.

Iuramentum partis extra tempus probationis, non valet. Rot. Genu. decis. 176. nu. 12. Et contrà, cui est via praeclusa probandi à lege, statuto, vel Iudice, nō admittūtur ponendo, seu ad iuramentum parti deferendum, aut interrogandum. Iass. Lanf. Balb. decis. 74.

Iuramentum illi deferendum est, cui melius cognita est rei veritas, & illud, quod defunctus se obtulit praestare, habetur pro praestito. Mysing. obser. 13. cent. 1.

Emptor non tenetur iurare super veritate pretij rei emptae, Iudicis decreto. Papon. lib. 9. tit. 6. arrest. 22.

Ille, cui defertur iuramentum, potest illud recusare, si est nescius facti, tenetur tamen iurare de credulitate sua. Craue. consi. 203. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cap. 189. nu. 7. glos. in c. bonae 23. de electio. c. sacramētum, tit. de cōsuetudin. rect. feud. in vsib. feud. & Ioseph. Ludo. decis. Luc. 25. nu. 9. Et contrà, ille, cui defertur, non potest illud recusare ex eo, quòd non possit tale iuramentum referre parti offerenti ob ignorantiam ipsius: quia eo casu etiam posset referri super credulitate. Crau. consi. 263. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 189. nu. 7. & 8. Sed vide eundem Menoch. cōs. 35.

Periurium anceps, quis non debet subire. Bart. in l. videamus 4. ff. de in lit. iurando.

In facto alieno quis nō tenetur respondere, ex quo est tale, de quo certam notitiam habere non possit; aliàs enim subiret anceps periuriū. Abb. cōs. 118. par. 2. vers. vel procedit. n. 3.

Iuramentum non est praestandum, nisi in dubiis, & necessariis. gloss. in cap. 1. 22. q. 1. in verbo, quod iuramentum.

Iuramentum an possit recusari, si probatio sit per scripturam necessariò facieda, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 256.

Casu, quo quis non cogitur se defendere, non cogitur iuramentum praestare. l. sed & si 28. §. ex quibus. ff. de iudi.

Conuētio actione rerum amotarum, potest deferri iusiurandum, nisi alieno nomine conueniatur, & is, cui defertur, non possit referre; nam tunc iurare non cogitur, cùm iniquum sit de alieno facto aliquem iurare. l. Marcellus 11. § qui rerum. ff. de act. rer. amot.

Iuramentum est species probationis. Rot. Gen. decis. 79. Ideò durante termino ad publicandum, potest offerri, etiam post susceptū onus probationis per testes, & ipsam viam electā. Crauet. consi. 207. Ozasc. decisio. 97. Et post. ibid. num. 7. & Maran. in suo Spec. par. 6. tit. de testiū produc. n. 73. Licèt multi cōtrà teneāt.

Iuramentum illi deferendum non est, qui verisimiliter deieraturus sit, tamen in dubio nemo praesumitur velle illud contemnere, & propriam offendere salutem. Ozas. decis. 66. num. 5. & 14. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 241. num. 6.

Iuramentum nunquam ei deferendum est, contra quem praesumitur de transgressione; aliàs deferēs peccaret mortaliter. Marc. de Mant. sing. 268. Nam qui peierare compellit, & qui compellitur, periurij probantur. c. qui compulsus 22. q. 5. Et ille, qui prouocat hominem ad iurandum, & scit eum falsum iurare, vincit homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, imò duas, nempe eius, & illius, quem iurare prouocat. c. ille 22. q 5. Non tamen peccat qui iuramentum exigit ab eo, quē nescit falsum iurare. c. qui exigit 22. q. 5.

Periuriū non praesumitur, attenta qualitate personae, & causae, super qua testes examinantur. Ozas. decis. 79. nu. 3.

Iudiciale iuramentum, an tactum scripturarum requirat, vide Perillust. D. P. Tessau. decisio. 47. nume. 4.

Periurus est, qui mendacium iureiurando firmat, & iurans falsum non punitur: quia iuramentum solùm Deum habet vltorèm, nisi puniatur per statutum, vel decretum (vt in hac Patria) aut ex confessione ipsius iurantis, cōstaret de periurio. Boer. decis. 305. vide tamē Guid. Pap. q. 178. Capel. Thol. q. 17. Papon. lib. 22. titu. 12. arrest. 10. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 57. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 319. & infra tit. de iuramento in contractibus, &c.

Periurus postmodum ad iurandum non admittitur, & ab actibus legalibus repellitur. Fran. Marc. q. 706. Nam à periuro non debet amplius iuramentum requiri. cap. litteras 14. ex. de praesumptio.

Iuramentum iudiciale pōt retractari per instrumentum nouiter repertum; sicut necessariū, licèt multi contrariū teneant. vide Iass. Lanf. Balb. decis. 139. Mysing. obser. 82. centu. 2. Tamen, quòd in iuramento hoc praestito, parte parti deferente, non admittatur probatio in contrarium, aliàs fuit decisum, vt testatur Papon. lib. 9. tit. 6. arrest. 1. vide ibid. arrest. 16. & seqq. Faciunt ll. quod si 22. & 23. ff. de dol. mal. l. aduersus 15. ff. de exceptio.

Iuramentum iudiciale pro veritate habetur; secùs in extraiudiciali. Boer. decis. 305. nume. 3. Ideò contrà iuramentum parte parti delatū, non admittitur probatio in cōtrariū, nisi per confessionem iurantis, per quam solùm potest retractari. idem Boer. decis. 306.

Nemo

Nemo de periurio conqueri potest, nisi is, cuius interest, vel nisi Iudex reperiat periurium coram se cōmissum. Gasp. Cabal. milleloq. 589.

Quæ incōmoda periurus incurrat, vide Cabal. milleloq. 590 & Ias. de actio. in §. item si quis postulante, vbi de materia.

Iuratum si sit aliquid deberi, aduersario iuramentum deferente, ex tali iuramento oritur actio, in qua solùm quæritur, an sit iuratum: quia iuramentum facit, quòd non debitum, sit debitum. Ias. ibid.

Iuramenti exceptio interdū ex rescripto Principis tolli pōt. vide Menoc. de Arbitra q 50.

Iudex secularis potest declarare quem periurum; periurus enim per ipsum Iudicem potest puniri pœna extraordinaria. vide Roma. sing. 425. & sing. 426.

Sententia lata contra iusiurandum, valet. Bart. in l. 1. C. quando prouocare non sit necesse.

Deprehensus in furto, periurio, vel in falso testimonio, vlterius ad iurandum nō admittitur. c. 1. ex. de purga. Cano.

Regulariter contra iuramentum non quæritur de periurio: fallit in tribus casibus, de quibus per glo. in §. æquè, Institut. de exceptio.

Post iuramētum purgatorium admittitur accusator super eodem crimine, si velit probare, ꝙ iurans peierauit. Mysing. obser. 82. centu. 2.

A delatione iuramenti exclusus, non videtur exclusus à probando. Ozas. decis. 97. nu 9.

Iuramētum deferri potest in principio iudicij: etiam nullis propositis probationibus. Ozas. d. deci. 97. nu. 10. vide Maran. in suo Spec. par. 6. de testium product. nu. 75.

Iuramentum deferendum est ei, qui scit veritatem: ideò vbi hæres potest habere notitiam veram, potest illi deferri iuramentum decisiuum. Afflic. decis. 169. vide Ioseph. Ludo. decis. 35. Luc. nu. 11.

Debitor conuentus super chyrographo, lapso termino dato ad proponendam exceptionē non numeratæ pecuniæ, non potest compellere actorem ad iurandum, non fuisse pecuniam numeratam. Capic. decis. 15. vide Marc. q. 698. part. 2. Papon. lib 9. tit. 6. arrest. 20. Vbi scribit contrarium, vide etiam Menoc. consi. 47. volum. 1.

Si quis fecerit chyrographum, quo confiteatur se debere aliquam summam causa venditionis tantarum mercium expeditarum, quas tamen emptor omnes non receperat, super nō expeditis venditor, non obstante chyrographo iurare tenetur. Marc q 698. part. 2.

Probatio simpliciter prolata, non comprehendit probationem per iuramētum. Capic. decisio. 91. Ias. de actio. in §. omnes, vers. quadrupli, num. 40.

Iuramentum deferens alteri, debet prius iurare de calumnia, sed an sufficiat iuramentum in principio litis præstitum, vide Boer. decis. 243. & 339.

Iuramento præstito, an possit minor ope restitutionis testes producere, qui de nouo reperti fuerūt, vide Perillu. D. P. Tessa. deci. 240.

Iuramentum an debeat in totum acceptari cū suis qualitatibus, vel liceat pro parte tantùm in vtilibus illud acceptare, vide Boer. decis. 243. & decis. 339. In hac Patria habemus decretum, disponens esse acceptandum cū omnibus suis qualitatibus, vt in nouis ordinibus, tit *delle poste, o sia positioni*, vers *& accioche*.

Iurans potest iurare cum qualitatibus, & pars offerens iusiurandum, non potest illud acceptare in parte, & in alia reprobare. Papon. lib. 9. tit 6. arrest. 2. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 93. nu. 25. & 26.

Iurare an quis possit, sibi nihil numeratū postquam soluerit, & sic an liceat iurare falsum, quādo quis tutus est in cōscientia, vide Boe. decis. 243. nu. 10.

Reus non tenetur iurare præcisè, an actor mutuauerit, vel receperit pecuniam, sed sufficit iurare se non teneri, nec obligatum esse, vel quòd debet, aut nihil debet, vel sub conditione si mutuasti mihi, tibi restitui. Boer. deci. 339. in fine.

Iuramentum incertum nihil operatur, etiā adhibita clausula. Omni meliori modo. Ioseph. Ludo. decis Luc. 25. nu. 8.

Iuramentum litis decisiuum, an per Procuratorem præstari possit, vide Marc. q. 687. part. 2. & l. non solùm 39. §. sed interdum. ff. de Procurato. Pro parte negatiua fuit decisum. vide Rot. Auenio. deci. 7 in decisio. diuerso. & Bar. in l. generaliter 12. §. his C. de reb. credit. Sed quid, si Procurator haberet speciale mandatum, vide Marc. d. q 687. & l. qui ex pluribus 21. §. fin. ff. de noxal. actio.

Mulieres nobiles, quæ in iudiciis personaliter comparere non debent, quomodo iudiciale hoc iuramentum præstare teneantur, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 210.

Mors non minorem fidem, quàm corporale iuramentum, meretur: quia illa habet vim iuramenti. Andr. Gail. obser 43. lib. 2.

Iuramenti forma arbitrio Iudicis regulatur, & illud non præstatur super reliquiis Beati Antonij. Rot. Auenio. decis. 7. in decisio. diuerso. Habemus in hac Patria decretum antiq. de quo vide per D. P. Tessa. decis. 61.

Oblatio iusiurandi impedit executionē. Papon. lib 9. tit. 6. arrest. 7.

Iuramentum non potest deferri per Procuratorem sine speciali mandato, & si aliter deferatur

feratur, & deinde super tali oblatione fuerit iuratum, iuramentum erit nullum. Papon. lib. 9. tit. 6. arrest. 21.

Procurator, quando dominus non potest haberi, iurat etiam de veritate, & affectione: & iurans de veritate, intelligitur iurare de vehementi opinione, non de veritate, quæ sensu percipitur. Barto. in l. qui bona 13. §. si alieno, nu. 9. 14. & 18. ff. de dam. infec.

Iuramentum istud iudiciale est præstandum, præsente, vel vocata parte; sed quid in iuramento extraiudiciali, vide Perillust. D. P. Tessau. decisio. 68.

Ex iureiurando in factum dantur duæ actiones, de quibus vide per Ioã. Crisp. in suo tract. termino. actio. post volumen Ias. de actio.

Iuramentum litis decisiuum, quod dicatur, qualiter deferatur, quando, quot sint species huius iuramenti iudicialis, vide per Maran. in suo Spec. par. 6. tit. de iuraméto, nu. 22. & seqq.

A sententia declaratoria lata post iuramentum voluntarium delatum parte parti, & approbatum à Iudice, non licet appellare. Menoc. consi. 217. lib. 3. Tamen an appellatio admittatur aduersus iuramentum litis decisiuum, vide Ozas. decis. 61.

Iuramétum oblatum Egregiis personis, debet mitti per Iudicem ad domũ earum. l. ad personas. ff. de iureiuran. Sed quæ dicantur egregiæ personæ, vide per glo. ibid.

Dicta lex ad personas, habet locum in paupere Nobili, cui est verecundia domum exire. Ludo. Roma. sing. 173. Quod procedit, Iudice volente, sed an possit compelli, vide eundẽ Roma. sing 789.

Iuramentum triplex est: quia quoddam est litis decisorium: quoddam introductorium obligationis: & quoddam confirmatorium. Bart. in l. 57. nu. 8. ff. de fideiusso. & mandat.

Recusans iurare, habetur pro conuicto. Bart. in §. si quis autem, Authen. vt litigatores.

Iuramentum debet à parte, vel à Iudice deferri, aliàs est ipso iure nullum. Barto. consil. 115. volum. 2.

Peierare peccatum est; non autem iurare. c. in nouo 22. q. 1. Nam in necessariis peccatũ non est iurare. c. vt mouentis 22. q. 1.

Tu malum non facis, qui bene vteris iuratione; sed à malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris. c. tu malum 22. q. 1.

Non est maius per Euangelium, quàm per Deũ iurare. c. si aliqua 22. q. 1.

Iuramétum debet habere tres comites, scilicet iudicium, veritatem, & Iustitiam, & si ista deficiant nequaquam iuramétum erit, sed periurium. c. animaduertendum 22. q. 2.

Non est mentiri dicere falsum, quod quis putat verum. cap. is autem, qui mentitur 22. q. 2.

Inter iuramentum, & simplicem loquelam, non est apud Deum differentia. cap. iuramenti 22. quæst. 5.

Ante quam aliquis iuret peierat, si contra conscientiam iurare parat. c. qui peierat 22. q. 5.

Ante quatordecim annos nullus iurare cogit. c. pueri 22. q. 5.

Iuramentum certis temporibus non præstatur. c. decreuit 22. q. 5.

Re tradita ex iureiurando, competit publiciana, sed iuramentum tãtum nocet ei, qui detulit; & non aliis: idem, si possessor iurauerit (actore deferente) rem ad se pertinere. l. 8. §. si petenti. ff. de Publiciana in rem act. Nam iuramentum non operatur in præiudicium tertij. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 25. nu. 11.

Legatarij, & creditores possunt probare maiorem esse substantiam, quàm sit in inuentario descripta: & aliis probationibus deficientibus, possunt offerre iuramentum hæredi, qui tenetur iurare. l. fi. §. licentia. C. de iure delib.

Hæres negans fideicommissum esse relictum, fideicommissario volente stare eius iuramento, cogitur iurare, vel soluere, nec auditur volens nunc (secùs si ab initio ante negationẽ) se tueri ex minus solemni voluntate. l. fin. C. de fideicommi.

Si iuratum fuerit constitutum fuisse, ex iuramento delato, vel relato agi poterit de constituta. l. illud 25 § fin. ff. de constit. pecu.

Per iuramentum quasi contrahitur; sicut per sententiam. l. depositi 5. §. si filiusfamil. ff. de pecul.

Ille, cui incumbit onus probandi, potest deferre aduersario de rei veritate iuramentum. l. cùm de indebito 25. §. in omnibus. ff. de probatio.

Iusiurandum (sicut sententia) habet executionem paratam. l. post rem 56. ff. de re iudic.

Per iuramentum filij in causa patris præstitum, ipsi patri quæritur exceptio iusiurandi. l. fin. ff. de exceptio.

Iusiurãdum etiam extra ius delatum, parat exceptionem. gloss. in l. 1. ff. de iureiuran.

Iuramentum iudiciale dicitur, quod defertur in iudicio à parte parti, Iudice approbante. gloss. ibid.

Municipes possunt iurare per eos, qui regunt municipium. l. municipibus 96. ff. de conditio. & demonstratio.

Quando testator noluit solemniter disponere, sed in fide hæredis committere, hæres tenetur iurare non esse relictum; aut soluere. §. fin. Institut. de fideicom. hæredit.

De iuramento nulla præcedente oblatione in iudicio præstando, & quando quis ad illud admittatur.

Stante statuto, quòd de damno stetur iuramento damnum passi, contra tale præstitum iuramentum admittitur probatio. Ozas. decis. 61. nu. 8. Ant Trigo. sing. 55. Sed de interpretatione huius statuti vide per Dec. consi. 83. & Ias. de actio. in §. sed istæ, nu. 95.

Vbicunque de iure, vel statuto, aut consuetudine, standum est iuramento alicuius, intelligi debet, dummodo ille verisimilia afferat; secùs si præsumptio sit in contrarium. Cabal. milleloq. 74.

Quando statur dicto alicuius cum iuramento, admittitur probatio in contrarium: fallit in casibus, de quibus per Cabal. milleloq. 587.

Quando decreto, vel statuto cauetur, standum esse iuramento alicuius accusatoris. vel alterius circa damnum datum, quid iuris & quomodo sit præstandum tale iuramentum vide Crauet. consil. 196. & Ias. de actio. in §. sed istæ, nume. 95.

Iuramentum regulariter præstari debet, Iudice deferente, vel parte; aliàs si sponte quis iuret, non valet; fallit, quando ex forma statuti statur iuramento alterius super damno. Cra. consi. 196. Et contra iurantem, in cuius odiū (etiā sponte præstitum) valebit. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 18.

Iuramētum damnum passi, si per statutum cautū sit, vt stetur, nō eius tamen sacro stabitur, qui semel aliàs peierauit. Hippol. sing. 74.

Quando debet stari iuramento damnū passi, id procedit, si ille sit aliàs bonæ famæ; secùs si esset infamis infamia facti. Io. de Arnono sing. 45. Quia talis debet esse omni exceptione maior Hippol. sing. 539.

Ignorantia à statuto requisita, à quo damnum datum fuerit, probatur iuramento. August. Bero q. 128.

Statutum quo cauetur standum esse iuramento accusatoris, valet: & vbicunque debet stari iuramento alicuius, illi solum est deferendū iuramentum, qui fecit factum, de quo agitur. Bart. con. si. 89. vol. 2.

Iuramentum de veritate dicenda, reus pręstare tenetur in criminalibus. Ozas. decis. 66. nu. 7.

Ignorantia in probo viro, probatur per iuramentum, etiam contra præsumptionem iuris, pręcipuè concurrentibus aliis coniecturis. Ozas. decis. 71. num. 26. Imò vir bonus admittitur ad probandum cum iuramento contra præsumptionem iuris, & de iure, contra quam regulariter nō admittitur probatio, nisi per cōfessionem. Ozas. ibid. nu. 27.

Probatio iuramenti admittitur contra præsumptionem scientiæ eorum, quæ publicè fiunt, resultantem contra eū, qui fuit præsens. Ozas. d. decis. 71. num. 28. Nam præsumptio contra aliquem resultans, eius iuramento tollitur. ibid. num. 29.

Ignorantia iuramento nō probatur, vbi de modico præiudicio agitur; secùs si de maximō. Ozas. d. decis. 71. nu. 46.

Instrumenti perditio per iuramentū probatur, cum coniecturis. Afflic. decis. 247. & fin. Guid. Pap. sing. 112. & Bart. in authen. si quis in aliquo. C. de fid. instrumen. Sed quando dictum procedat, vide eundem Afflic. decisio. 330. & Guid. q. 244.

Si ille, apud quem erat aliqua scriptura, iurauerit se illam non inuenire, an excusetur, vide Rot. Genu. decis. 175.

Instrumento lacerato, de cōtentis in illo, aduersarij iuramento statur. Dec. consi. 521. nū. 18.

Summariæ causæ debent iureiurādo partis terminari, quando sunt modici pręiudicij. Guid. Pap. q. 64 nu fin. Idem, quando agitur de modica expēsa. ibid. q. 614. Vel causę sunt leues. Papon. lib. 9. tit. 6. arrest. 3.

Iuramento hæredis creditur de mobilibus, & rebus minutis hæreditarijs. Bar. in l. 2. C. quādo, & quib. quarta pars lib. 10. nu. 12.

Administratoris iuramento statur in expensis minutis. Bart. in l. 2. C. de nauicula lib. 10.

Quando pars fuit in dolo, cuius respectu tenetur ad interesse, si tale interesse non possit probari per testes, stabitur iuramento alterius partis. Boer. decis. 15. nu. 5. Tamen si Iudici ante condemnationem visa fuerit taxa per partem facta, & iurata ex iusta causa reuocāda, poterit is eam reuocare, & minus taxare, quàm iuratum fuerit. idē Boe. deci. 55.

Iuramento agētis actione vi bonorum rap. vel actione furti, an stetur super rebus ablatis, vide Ias. de actio in §. sequens, versic. ex maleficiis, nu. 90. & 91.

Probata violentia per testes, res amissæ probātur p iuramentū: & super valore rerum amissarum, taxatione Iudicis præmissa, & præstito petentis iuramento, fit condemnatio. c. fin. ex de iis, quæ vi metusuè causa fiunt.

Interesse, quod debetur ex maleficio, probatur iuramento. glo. ibid. Et ex dolo. Bart. in l. denique 15. §. in hoc. ff. quod vi, aut clam.

Probatio per iuramentum non admittitur, vbi quis conuenitur ex dolo alterius. Bart. in l. 1. ff. quando ex fact. tuto.

Mulier

Mulier volens iurare bona acquisita, constante matrimonio, quæsiuisse de suo, nō audit; sed debet aliter probare. Boer. decis. 81.

In dependentibus ab animo, statur iuramento eius, de cuius animo, & proposito dubitabatur, quando illa aliter probari non possunt. DD. de Rot. decisio. 3. aliàs 41. de rescript. in nouis. Tamen iuramentum non sufficere ad probandum ea, quę à iurantis animo pēdent, quando coniecturæ sunt in oppositum, scribit Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 241. Aliàs ea, quæ consistunt in animo, vel conscientia nostra, probātur per simplicem assertionem cū iuramento. Hartma. cap. 5. titu. de probatio. lib. 1. & gloss. in c. significasti 16. ex. de homic. volunt. & casual.

Innocentia, & ignorantia per iuramētum probari possunt. Guid. Pap. sing. 447.

Iuramentum tollit malam suspicionem: quia nemo præsumitur esse immemor suæ salutis. idem sing. 795.

Standum est iuramento asserentis in his, quæ in animo consistunt, quod procedit in his, quæ sunt de pauco præiudicio; secùs vbi ageretur de magno. Hippol. sing. 635. vide Bar. in l. pro hærede 20. ff. de acquir. hæredit. Et tunc talis, cui defertur tale iuramētum, debet esse persona fide digna. Ant. Trigo. sing. 82.

Iuramentum partis extra tempus probationis, non valet. Rot. Genu. decis. 176. nu. 12.

Pactum de stando iuramento partis super damno emergente, vel lucro cessante, valet. Rot. Genuen. deci. 210. Vel ad aliud probandum, sed an tunc tale iuramentum sit pręstandum, vocata parte, vide Perillu. D. P. Tess. decis. 68.

Quando stetur iuramento mulieris asserentis se prægnantem ex semine alicuius, vide Papon. lib. 22. titu. 9. arrest. 13. Vbi ponit tres casus, quorum in vno solùm statur, vide etiam Perillust. D P. Tessau. decis. 3.

Iuramento alicuius quando stetur, vide Ias. de actio. in §. sed istæ, num. 90. & seqq. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des Iustices* Rub. 1. §. 5. glo. 13. num. 176.

Probationis legitimæ appellatione, non venit probatio per iuramentum. Ias. de actio. in §. sequens, num. 40.

Vbi est maxima difficultas probationis, tunc si tractatur de paruo præiudicio, statur iuramēto creditoris. Hippol. sing. 584.

Quis potest per iuramētum probare, de denunciatione, & protestatione sibi facta. Bart. in l. si quis 11. C. depositi.

Inspectores vulnerum, ventris, finium agrorum, & similium, an iurare debeāt cum attestatione, vide Bar. in l. iusiurandi 8. C. de testib.

In causa criminali (etiam ciuiliter mota) licèt actor habeat præsumptionem pro se, non tamen defertur ei iuramentum: imò habet locum reg. actore non probante. gloss. in c. tam litteris 33. ex. de testib.

Probatio per iuramentum admittitur in casibus 38 scriptis per Cassan. in consuetu. Burg. tit. *des Iustices* Rub. 1. §. 5 glo. 13. nu. 176.

De iuramento spontaneo in iudicialibus præstito.

MInor conuētus in iudicio, iurans nō venire contra processum, non restituitur in integrum, si succumbat. Capel. Thol. q. 45.

Iuramentum præstitum per minorē in causa, constituendo Procuratorem, & iurā do omnia se rata habiturū, facit valere processum aliàs nullum. Boer. deci. 92. vide supra tit. de Procurato. ad iudicia.

Iudicium firmatur iuramento minoris iurantis de iuri stando, & de non contraueniendo gestis, & gerēdis in ipso iudicio. Iass. Lanf. Balb. decisio. 68.

Iuramentum præstitum super prorogatione iurisdictionis, facit valere conuentionem. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, num. 13. Et iudicium. Pet. Gerar. sing. 66.

Solemnitas iudiciaria interueniri debet, partibus præsentibus, illaq; nec per prius, nec per posterius adhiberi potest, quum sit de forma, quæ vbi deficit, iuramentum non sufficit. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ glos super 1. part. decreti, malitiis, titu. de donatio. num. 13. fol. 109.

In iuramento videtur excepta auctoritas legis, vel Superioris: ideò qui iuramēnto promisit iudicio sisti non videtur peierasse, si ex concessa causa, hoc deseruit. l. si. ff. qui satisd. cog.

De iuramento suppletiuo deferendo in defectum plenę probationis.

IVramentum hoc non defertur, nisi sciēti veritatem: ideò pars, cui defertur, debet iurare de veritate, seu vera scientia, & nō de credulitate, aliàs non satisfacit sententiæ Iudicis. Hartma. c. 14. tit. de iuramen. calum. lib. 1.

In criminalibus, & pęnalibus iuramentum suppletiuum non defertur. Rot. Genu. decis. 5. nu. 3. vide Boer. decisio. 86. Andr. Gail. obser. 94. lib. 2. Papon. lib 9. tit. 6. arrest. 9. & Bart. in l. 20. ff. de quæstio.

Iuramētum suppletiuū non defertur in summa

notabiliſsima, & magna. Afflict. deci. 375. nu. fin. Et in cauſis arduis. Andr. Gail. obſer. 94. lib. 2. Papon. lib 9. tit. 6. arreſt. 9. Tamen ēt in magna cauſa defertur, quando eſt plus quàm ſemiplenè probatum, vel præſumptio eſt contra partem. Pet. Benintend. deci. 67. Pur. deciſ. 431. num 3. lib. 2. Natt. conſi. 305. Papon. lib. 9. titul. 6. arreſt. 9. Crauet. conſi. 198. num. 10. Rol. conſi. 26. vol. 1. num. 23. & conſi. 500. Hippol. ſing. 27. Et hoc caſu defertur ēt mulieri honeſtæ vitæ. Put. d. deciſ. 431. Aliàs in cauſis paruis ſolùm defertur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 72. Quando deferatur, vide Hartma. cap 15. tit. de iuramen. calum. lib. 1.

Iuramentum probationis ſuppletorium in cauſis paruis, non magis, defertur, quæ autem dicantur cauſæ magnæ, vel paruæ, arbitrio Iudicis relinquitur. Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 72. vide ibid. caſ. 190.

Iuramentum ſuppletiuum defertur actori, vbi probauit pluſquam ſemiplenè, hoc eſt, quando vltra ſemiplenam probationem, aliqua extant adminicula; aliàs non debet deferri. Boer. deci. 95. vide deciſ. 183. ibid. & Ioſeph. Ludo. deci. Luc. 42. num. 12.

Iuramentum hoc non defertur, vbi vtriuſque eſt ſemiplena probatio, vel prǽſumptio. Boe. deciſ. 95. num. 7.

Tale iuramentum per minimam ſuſpicionem impeditur, vt putà ſi teſtis examinatus non eſſet omnino idoneus. Beninten. deciſio. 61. & deciſio 67.

Quando ſunt plures teſtes, & omnes ſingulares, non defertur iuramentum ſuppletiuum: quia magis nocet pluralitas teſtium ſingularium, quàm ſi ſolùm eſſet vnicus teſtis, vide Franc. Marc. q. 387. Natt. conſil. 196. num. fin. Tom. 1. & Hartma. cap. 13. tit. de iuramen. calum. lib. 1.

Iuramentum ſuppletiuum, non niſi perſonæ honeſtæ deferendum eſt, ſed quæ ſint conſideranda in illo, vide Marc q. 753. nu. pen. par. 2.

Hoc iuramentum non defertur ei, qui non admitteretur in teſtem, quia iurans legis auctoritate, eſt tanquam teſtis in cauſa propria. Iaſſ. Lanſ. Balb. deciſ. 283.

Iuramentum ſuppletiuum vt deferri poſsit, primò requiritur, ꝙ ſit ſemiplenè probatū per vnum teſtem omni exceptione maiorē: Secundò, quòd ille, cui defertur, ſciat veriſimiliter veritatem per ſenſum corporeum: Tertiò, vt is, cui defertur ſit honeſta perſona, & integræ vitæ: Quartò, quòd cauſa non ſit ardua, ſeu criminalis: Quintò, quòd talis ſemiplena probatio aliqua præſumptione dilui non poſsit: Poſtremò, quòd tale iuramentū ſit petitum antequam concluſum ſit in cauſa. Myſing. obſer. 68. cent. 1. vide Barto. in l. 1. C. qui, & aduerſus quos. Hartma. cap. 6. titu. de iurament. lib. 2. Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 190. & Natt. conſi. 199.

Iuramentum ſuppletiuum, vt defertur, quæ requirantur. & multa alia de illo vide per Maran. in ſuo Spec. par. 6. tit. de iuramento.

Licèt hoc iuramentum neceſſarium ante cauſæ concluſionem petendum ſit, tamē Iudex ex officio (etiam parte nō petente) illud deferre poteſt. Andr. Gail. obſeru. 108. lib. 1. Maximè quādo fuit petitum ius, & Iuſtitiam miniſtrari. ibid. num. 7.

Tale iuramentum poteſt præſtari in cauſa appellationis. Gail. d. obſer. 108. num. 9.

Dictum vnius teſtis cum fama probata, facit locum huic iuramēto. Papo. li. 9. tit. 6. arreſt. 11.

In Parlamento Regio nō eſt in vſu hoc iuramētum. Papon. lib. 9. tit. 6. arreſt. 12.

Iuramentum nō defertur ſuppletiuum ex vno teſte non ſignante cauſam ſcientiæ, licèt nō ſit interrogatus. Maran. in ſuo Spec. part. 6. tit. de teſt. product. num. 14. vide Natt. conſi. 53. num. 10. Tom. 1.

Hoc iuramentum neceſſarium actori defertur (aliis concurrentibus) ſi rei veritas nouit; aliàs ſecùs. Guid. Pap. ſing. 868. Ideò hæredi non defertur ſuper facto defuncti. Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 190. Idem in alio ſucceſſore. ib. & Nat. cōſ. 279. Niſi veriſimiliter eſſet informatus de veritate. Rol. conſi. 52. vol. 1.

Pariter non defertur tale iuramentum vſurario, nec Iudæo, neque ruſtico. Menoch. de Arbitra. d. caſ. 190. nu. 14. 15. & 16. & caſ. 464. vide Natt. conſi. 53. Tom. 1. Et de aliis caſibus, in quibus non defertur, per Aluiſ. de Alber. ſingu. 77. Minus deferendum eſt veriſimiliter peieraturo. Menoch. de Arbitra. caſ. 192. & Marc. de Mant. ſingul. 268.

Vbicunque lex, vel ſtatutum requirit legitimā probationem, nunquam admittitur iuramētum ſuppletiuum. Caſſan. in conſuetud. Burg. tit. *Des Iuſtices*. §. 7. glo. fin. num. 20. Vel pleniſsimam. Aluiſ. de Alber. ſing. 62.

Iuramentum in ſupplemētum probationis nō defertur, niſi ei, qui probauit per vnum teſtē omni exceptione maiorem: ſed talis quis dicatur, vide Natt. conſ. 53. nu. 8. To. 1. & Hipp. ſingul. 197.

Hoc iuramentum nunquam defertur, vbi dolus obiicitur. Natt. conſil. 196. num. fin. Tom. 1. Vel præſumptio iuris, & veriſimilitudo, eſt in contrarium. idem, dict. conſi. 199. num. 14. & Hippol. ſingul. 451. Ozaſc. deciſ. 71. gloſſ. in l. fin. ff. de eo qđ metus cauſ. in verbo prǽſumptioni. Aut contradicit intentioni agentis. Marc. de Mant. ſing. 369.

Excommunicato non defertur iuramentũ suppletiuũ. Guid. Pap. sing.855.Neque moribus corrupto.idem,sing.931.

Vnus testis deponens de re ipsa,de qua agitur, semiplenam facit probationem, & tunc ille, qui habet hanc probationem, potest petere regulariter sibi deferri hoc iuramentum: fallit, quotiescunque testis esset spurius, etiam legitimatus,sed quando limitatio procedat, & qualiter sublimitetur, vide per Hippol. sing. 273.

Iuramentum istud postremò non defertur, etiã stante semiplena probatione,quando verisimiliter debent posse inueniri plures testes illius rei,de qua agitur. Hippol.sing.461. Quia iuramento non creditur, nisi in defectũ aliarum probationum.Hippol.ibid.

Debito probato per confessionem debitoris,super quantitate debiti statur iuramento creditoris. Ozas. decis.96. Sed quid, si probetur per testes, an super quantitate deferatur iuramentum,vide Ioseph. Ludo.decisio.Perus. 100. Rot.Genu, decis.119.nume.4. decis.141. nu.fin.& decis.208,

Iuramentum suppletiuum deferri debet,quando apparet de substantia debiti, licèt non sit probata certa quantitas ipsius:nam tunc certitudo quantitatis probatur per iuramentũ. Crauet. consil. 198, nume.9. & Hippol. sing. 322 & 689.

Testibus duobus de mutuo tantùm deponentibus,non autem de certa quantitate,iuramentum suppletiuum parti deferre (nisi concurrentibus aliis coniecturis) Iudex non poterit. Ozas. decis.96. vide tamen Rot.Genuen. decisio.208.

Probato furto scripturarum per testes, statur iuramento partis de scripturis, & de tenore. Afflic.decis.13.nu.10.

Probata requisitione mutui per duos testes, si deinceps per alios testes probetur mutuum, non expressa quantitate pecuniæ,quia nõ recordantur, super ipsa quantitate Iudex poterit deferre iuramentum suppletiuum.Affli, decisio.337.

Si creditor probauerit mutuum frumenti, sed non quantitatem, an super ipsa illi sit deferẽdum iuramentum, vide Boer.decis.243 nu.fi, & decis.339.in fine. Rot.Genu,decis.208.

Iudex iuramentum deferre potest actori super quantitate, & valore rerum furto subtractarum, cui stabitur Franc.Marc.q 9.part.2.vide DD. de Rot.decis.3. aliàs 359.titu.de iniuriis in nouis.

Spoliato non expedit, quòd ablata sibi,statim in libello specificentur:quia probata violentia,stabitur eius iuramento de rebus ablatis, DD.de Rot.decis.1.tit.de his,quę vi,metusuè cã fiũt, in nouis, aliàs157 Nam valor,& quãtitas bonorum ablatorũ, probantur iuramẽto,probata violentia:idem in damnis, & interesse.DD.de Rot.decis.2. eod.tit. aliàs 299. Et pariter si dolus interuenerit. ibid. decis.5.

Debitore conuicto de mendatio super venditione mercium, stabitur iuramento creditoris super quãtitate pretij,Rot.Genu.deci.106.

Probata violentia, damna, rerumq; ablatarum valor probantur per iuramentum, sed talis facultas iurandi non transit ad hæredes spoliati; neque contra hæredes spoliantis. Mysing.obser.12.cent.4.

Confessio extraiudicialis etiã sine causa facta, sola sufficit ad delationem iuramenti suppletiui.Ozas.decisio 96. num.4.Si sit facta,parte præsente.vide Mathes.sing.3. Tamen iuramẽtum hoc non defertur illi, qui probauit per vnum testem confessionem partis enunciatiuè factam: quia talis confessio debet plenè probari.Fran.Marc.q.219.part.2.

In iuramento suppletiuo Iudicis taxatio admittitur, ne in immensum iuretur. Ozas.d.decis. 96.nume.fin.

Actori semiplenè probanti defertur iuramentũ suppletiuum, licèt reus probet periurium illius, & quòd deluserit creditores, secundum Afflict decis.36.

Iudex ex officio non potest deferre iuramentum hoc,dum videt probationes dubias, nisi hoc petatur à parte. Capic. decisio. 35. Quæ petitio non admittitur post conclusionẽ causæ in prima instantia, sed bene post sententiam in causa appellationis.Capic.d.decisio. 35.num.2.& 4.

Pars in præstatione huiusmodi iuramẽti, debet citari.Capic.d.decis.35.num.3. & Andr. Gail, obser.108.lib.1.nu.8.

Agenti actione iniuriarum, vel alia famosa, an possit deferri iuramẽtum in supplementum probationis,vide Capel.Thol.q.244. Pro parte affirmatiua scribit Papon.lib.9.tit.6.arrest. 10 Quando ageretur ciuiliter,& pecuniariter sine errogatione infamię.Papon.ibid.

Hoc iuramentum non defertur in causis criminalib sed quid,si illę essent ciuiliter intẽtatæ, vel deberet imponi pęna pecuniaria, vide Menoc.de Arbi.lib.2.cas.464.& Dec.cõs.458.

Si actor probauerit suam intentionem plenè,& reus suam exceptionem semiplenè,cui istorũ deferatur hoc iuramẽtum, vide Capel.Thol, q.407.& Craue. consi.2.nu.16.

Quando actor plenè probauit intẽtionem suã, & reus semiplenè exceptionem, non debet reo deferri iuramentũ in probationis supplementũ,sed est reus actori cõdẽnandus: quod limita,

limita, quando exceptio non contradiceret petitioni actoris, sed vtraque, nēpe petitio, & exceptio posset esse vera. Henric. Boer. in suis singul. tit. iuramentum 14.

Iuramentum suppletorium est deferendum in materia pacti de retrouendendo, data semiplena probatione. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 9. nume. 25.

Cæteris paribus, magis debet deferri iuramentum reo, quàm actori. Marc. quæst. 753. part. 2. nume. 5.

Hoc iuramentum defertur etiam Iudæo de stylo Cameræ Imperialis, licèt ius commune sit in contrarium. Hartma. cap. 6. lib. 2. titu. de iurament. in additio. & Mysing. obseruatio. 6. centu. 5.

De forma iuramenti Iudæorum vide per eundem Hartma. c. 7. tit. de iuramen. calum. lib. 1.

Quando ex forma statuti statur iuramento alicuius super damno probato per vnum testem, ille, qui iurare debet, & testis, debent esse omni exceptione maiores. Borg. Caual. decis. 4. nu. 49. de contract. part. 2.

An iuramentum deferatur parti super exceptionibus contra instrumētum, vide Crescēt. decis. 4. aliàs 312. tit. de iureiuran.

Iuramentum voluntarium, vel iudiciale, parit actionem; non autem necessarium. Bart. in l. nam postea. §. si petitor. ff. de iureiuran. Sed dictum iuramentum necessarium in quibus casibus deferatur, vide Bart. ibid.

Iuramentum purgatorium, an deferatur in criminalibus, quod dicatur, & quando deferatur, vide Maran. in suo Spec. part. 6. titu. de iuramen. num. 28.

An iuramentū suppletiuum possit deferri, quando probatio est per scripturā, necessariò facienda, vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 256.

Hoc iuramentum suppletorium est statim deferendum, non obstante appellatione partis. Hartma. cap. 12. tit. de iuramen. calum. lib. 1. & Guid. Pap. sing 868.

Apocha sine subscriptione testium, si approbetur per solam comparationem scripturę, quæ in iudicio aliàs per aduersarium fuerat recognita, & confessa, facit semiplenam probationem, vt possit deferri iuramentum suppletiuum. Rol. consi. 26. vol. 1.

Iuramentum illud necessarium dicitur, quia necessitate à Iudice imposita, defertur, & suscipitur, ita vt referri non possit, neque recusari, nisi ex causa. vide Marc. de Mant. sing. 353.

Vide de materia supra tit. de iuramento, nulla præcedente oblatione, &c.

De iuramento in litem.

Iurari in litem contra matrem, quæ inuentarium non fecit, scribit Oza. decis. 58. nu. 20.

De iuramento in litē dādo propter non factum inuentarium in tutela administrata, vide Afflic. decis. 360. & l. tutor 8. ff. de administra. & peric. tuto.

Iuratur in litem propter latam culpam in actione tutelæ. Afflic. d. decis. 360. nu. 4. vide Vera decis. 119. part. 2. Et est speciale. Barto. consi. 150. num. 4. vol. 1. Aliàs enim iuramentum in litem regulariter sine dolo nō defertur. Affli. d. decis. 360. num. 8.

In actione tutelæ, vel pro socio, iuratur in litē. Fran. Man. q. 627. Sed quę probanda sint contra tutorem, vt contra illum deferatur hoc iuramentum, vide Bar. consi. 149. vol. 1.

Iuramentum hoc defertur pupillæ, quando tutor non reddit rationem fructuum, & non fecit inuentarium, vel non scripsit librū rationum, aut si fecerit, non descripserit omnia sigillatim. Vera. decisio. 119. seu 1. part. 2. vide Crescen. decis. 5 aliàs 188. tit. de iureiuran. D. Sol. in antiq. constitut. Sabaudiæ glos. 3. super decreto, quantitatem, part. 1. tit. de minorib. nu. 42. fol. 101. & Dec. consi. 178. & 192.

Iuramentum illud defertur contra administratorem, & non reddentem rationem tanquā contra dolosum. Vera. decis. 120. part. 2.

Pariter defertur spoliato, contra spoliantē violentum. idem Vera. decis. 121. part. 2.

Iuramenta duo præstantur contra violentū spoliatorem, vnum super quantitate, & numero rerum perditarum, & aliud super æstimatione. Vera. d. decis. 121. Hoc modo etiam præstatur contra furē. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 23. Præcedente tamen taxatione Iudicis. ibid. num. 7.

Iuramentum in litem non defertur contra hæredem tutoris, qui non fecerat inuentarium, si hæres non esset in dolo, vel lis non fuisset contestata contra defunctum. Rot. Auenio. decis. 85. in decisio. diuerso. Tom. 3. vide Crescen. decis. 5. aliàs 188. tit. de iureiur. & glos. in l. si fine 33. ff. de administ. & peric. tuto.

De forma describendi res hæreditarias in inuētario, qua omissa, qualiter deferatur iuramētum in litem minoribus contra tutores, & curatores, vide D. Sol. in antiq. constitutio. Sabaudiæ gl. super 1. par. decreti, inuentario, tit. de minorib. fol. 92. nu. 16. Sed quando excusetur tutor, qui inuentarium non fecerat à iuramento in litem, vide ibid. num. 9 & glos. 3. super decreto, quitationem, par. 1. eod. tit. de minorib. nu. 42. Dec. consi. 178.

Iuramentum in litem non defertur contra patrem administratorem.idem D. Sol.ibi.n 43.

Iuramentnm in litem non defertur tutori. Bar.in authen. in isto iuramento. §. quod obseruari,num.7.C.de iureiuran.prop.calum. dan. Sed iurare volẽs in causa pupilli, admittitur. Affli&.decisio.169.num 5.

Iuramentum in litem defertur hæredi propter contumaciam debitoris hæreditarij. Afflict. decisio.169.vide tamen ibid.

Iuramentum hoc veritatis,vel affectionis, non conceditur aduersus hæredem debitoris, neq; cõtra tertios possessores. Capi.deci.91.

Iuramentum in litem,vt posiit deferri,quæ requirantur,vide Afflict.d.decis.169.

Hoc iuramentum defertur legis auctoritate. Afflict.d.decis.169 num.8.

Restitutioni obnoxius,est in dolo, & iuramento in litem locum præstat.Afflict.deci.330.

Quando pars fuit in dolo,cuius respectu tenetur ad interesse, si illud non posset probari per testes, stabitur iuramẽto alterius partis, tale interesse prætendentis.Boer.decisio 15.

Probata violẽtia rerum ablatarum, valor probatur per iuramentum eorum, qui talia sunt passi, præuia tamen taxatione Iudicis: sed talis facultas iurandi nõ transit in hæredem spoliati;vel contra hæredem spoliatoris.My sing.obser.12.cent.4 & Rot.Auenio. decisio. 85.in decisio.diuerso.

Iuramentum in litem. defuncto dum viueret oblatum,sed non præstitum,habetur pro pręstito: quia mors loco iuramenti reputatur. Andr.Gail.obser.43.lib.2.

Iuramentum veritatis in litem defertur contra dolosum, vbi aliter veritas sciri non potest. Ludo. à Pegue.in suis quæstion.crimina. cap. 23. nume. 6.

Iuramentum istud non defertur contra aliquẽ, nisi prius constet de delicto: verùm quando de illo constat,sed non de quantitate, super illa defertur parti.Crauet. consi.287.num. 5.

Iuramento agentis vi bon.rap. vel actione furti,an stetur de reb.furto subtractis, vide Ias. de actio.in §.sequẽs,vers.ex maleficiis,nu.90.

Iuramentum in litem non potest deferri contra spoliatorem,quando ille, qui offert se paratum iurare, erat pupillus tempore spolij. Natt.consi. 18.

Iuramentum in litem veritatis habet locũ,duobus concurrentibus, dolo scilicet, & probationis difficultate,& dolus considerari solet, siue ab initio obligationis contractæ,siue ex post facto interuenerit:probationis verò difficultas adest,cùm res petita ad oculum demonstrari nequit, vel quia non extat, aut quia non appatet, licèt in rerum natura esse non desierit,de quibus, & quare dicatur iuramentum veritatis,vide Menoc.de Arbitra. lib.2.cas.208 Nat.consi.79 num. 13. & consil. 345.Barto.in l.15.§.in hoc interdicto.ff.quod vi,aut clàm.

Iuramentum, quod defertur spoliato super rebus inuasis,& earum æstimatione, transit ad hæredes,quib.ita demum defertur,si sint informati de veritate. Natt.consi.18. nu.20.vide & consi. 202.nu.14. ibidem.

Iuramentum,quod defertur secundum dispositionem legis, si quando.C. vnde vi,habet locum in maleficio dolo commisso, licèt non interuenerit violentia.Natt.consi.79.nu.12.

Interesse aduersus dolosum probatur per iuramentum, sed an hoc procedat in doloso in omittendo, vel negligendo,vide Ludo. Roma.sing.406.in additio.

De practica in modo iurandi super ęstimatione rei contra violentos vide per Bart.in l.si possessor 23.§.restituere.ff.de petit.hæred.

Taxa ante præstationem huiusmodi iuramẽti, debet fieri; quia post non admittitur. Afflic. decis. 360. num. fin. vide tamen Boer. decis. 55.nume. 3.

Probatio simpliciter prolata,non comprehendit probationem, quæ fit per iuramentum, ex quo ficta probatio resultat. Capic. decis. 91.num. 3.

Iuramentum in litem in casibus, in quibus defertur,solet dari,& deferri hæredibus, & successoribus in officiis,& dignitatibus: & competit etiam successoribus in Spiritualibus, quod procedit, quando allegarent se informatos eorum, quæ à prædefunctis gesta fuerunt. Rot. Auenio.decisio. 106. vide Crauet. consil. 287.

Iuramentum in litem quotuplex sit, quando,& qualiter deferatur, vide per Marant. in suo Specul. part. 6. titul. de iuramento, numero 27. fol. 419.

Iudicis arbitrio plura tribuuntur in delatione iuramenti in litem,cuius iuramenti tres sunt species, quarum vna est singularis interesse, secunda ex affectione, & altera ex veritate,sed iuramentum affectionis quid, quando eius respectu iuretur in litem, & in quibus casibus, vide per Menoch. de Arbitra. lib.2.cas. 207. & Bart. in l.3.§.in hac.ff.commodati.

Quibus in casibus iuramentum in litem veritatis deferatur,vide eundẽ Menoc.ibi. cas.208. Quod iuramentũ Iudicis taxatio præcedere debet.Menoch.ibid.num. 5.

Sicut iuramentum in litem non defertur cõtra hęredem dolosi; ita neque contra fideiussorem. Natt.consil.202.num.14. Tom.1. vide Bar.

Bartol. in l. si fine 33. ff. de adminiſt. tutor. & curato.

Contra iuramentum in litem præſtitum, pars admittitur ad probandum contrarium. Rol. conſi. 87. volum. 4.

Contra poſſeſſorem contumacem conuentum hypothecaria, in litem iuratur, tam pro re, quàm pro fructibus extantibus. Bartol. ſingular. 124.

Iuramentum in litem ex defectu probationis, & in pęnam delinquentis, defertur actori. Bar. in l. ſi quando 10. C. vnde vi.

In confeſſoria, & negatoria actione, iuratur in litem, & etiam quãdo agitur officio Iudicis. Bartol. in l. harum 7. ff. ſi ſeruit. vendic.

Iuramentum voluntarium, vel iudiciale parit actionem; non autem neceſſarium. Bart. in l. nam poſtea. §. ſi petitor. ff. de iureiuran.

Sententia lata ex iuramento in litem, non retractatur per inſtrumenta de nouo reperta, Bartol. in l. admonendi 31. nume. 10. ff. de iureiurando.

Iuratur in litem contra non reſtituentem. Bart. in l. ſi fundus 16. §. in vendicatione. ff. de pignoribus.

In omni actione, qua quis contemnit reſtituere ad Iudicis præceptum, iuratur in litem. Bar. in l. ſi cùm des 8. §. Sabinus. ff. de act. rer. amot. & l. 4. §. ſed etſi quis. ff. fin. regund.

Contra non reſtituentem in rei vendicatione, iuratur in litem. l. poſsidentibus 21. C. de rei vendica. & l. 19. ff. de dol. mal.

A condemnato in rei vendicatione, poteſt res auferri manu militari, ſi ille rem poſsideat, vel contra doloſum iuratur in litẽ; aliàs fiet rei æſtimatio ſecundum iuſtum valorem. l. qui reſtituere 68. ff. de rei vendic.

Iuramentum in litem nõ habet locum in actione ex teſtamento. Bart. in l. qui concubinam 29. §. ædes, de lega. 3.

Si Iudex condemnat tutorem ob non poſitas res in inuentario, & non deferat iuramentũ in litem, ſi appelletur, quid facere debeat Iudex appellationis, vide Bar. conſi. 150. num 5. volum. primo.

Iuramentum in litem quandoq; defertur propter contumaciam in non parendo Iudici, & tunc defertur poſt ſententiam, vt in caſu legis, qui reſtituere. ff. de rei vendic. Quandoque defertur in locũ probationis, quia propter dolum aduerſarij redatur probatio difficilis, & tunc cùm ſuccedat iuramentum loco probationis, defertur ante ſententiam, & poſteà illa profertur. Abb. conſil. 109. part. 2. num. 3.

In depoſito iuratur in litẽ reſpectu probationis rei depoſitæ, ſi dolo dpoſitarij illa ſit diffi-cilis. Abb. conſi. 109. num. fin.

In contraria depoſiti non iuratur in litem. l. eſt quod 5. ff. depoſiti: Niſi quando agitur de fide rupta; nam eo in caſu in contrariis iudiciis iuratur. Bar. in l. ſi pignore 22. §. ſi poſt. ff. de pigno. actio.

Iuramentum in litem, defertur contra depoſitarium, vbi ciſta, vel valiſia fuit diſsigillata, ſed quando, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 208. num. 26.

Si hæres ſit contumax in tradendo rem legatã, iuratur in litem, neque in ratione legis Falcidiæ, quod pro pęna contumaciæ ſoluit, computatur. l. cùm pater 60. §. fin. ff. ad. leg. Falcid.

Actio, quæ cõpetit contra eum, qui vi eximit, datur ad pęnam, quæ eſt quanti actor in litẽ iurauerit. l. pen. §. in eum. ff. ne quis eum, qui.

Hęreditatis bonę fidei poſſeſſor, tenetur ad pretium: malæ fidei verò, tenetur ad rẽ alienatam æſtimandam per iuramentum in litem, ſi res extat; aliàs ad verum pretium. l. ſi poſſeſſor 24. la prima. §. reſtituere. ff. de pet. hęred.

Per iuramentum in litem videntur partes tranſigere, & per illud transfertur dominium rei (ſuper qua iuratur) in ſoluentẽ litis æſtimationem, ſi res præſens eſt; aliàs cùm ad præſentiam peruenerit, l. eius 46. & 47. ff. de rei vendica.

Iuramentum in litem præſtatur in hypothecaria, & petitione hæreditatis. gl. in l. fin §. quãtitate. C. de iure deliberan. Tamen contra debitorem non reſtituentem in actione hypothecaria, non iuratur in litem; ſecùs ſi cõtra alium agatur. l. ſi inter 21. §. ſi res. ff. de pignoribus.

In ſeruitute onus ferendi, officio Iudicis fit reſtitutio rei, & præſtatur cautio, & contra non reſtituentem iuratur in litem. l. harum 7. ff. ſi ſeruit. vendic.

In actione ad exhibendum contra cõtumacẽ, iuratur in litem. l. 3. §. prӕterea. ff. ad exhibẽ. & §. ſi ad exhibendum, Inſtitu. de iudic.

In cauſis ſummariis probatur intereſſe per iuramentum. l. theſaurus 15. ff ad exhibendum.

In actione commodati, ſicut in cęteris bonæ fidei iudiciis, iuratur in litem. l. 3. §. in hac. ff. commodati.

In actione locati contra non reſtituentem, etiã iuratur. l. ſi cui 51. ff. de loc. & condu.

Si contra debitorem iuratum ſit in litem, ex æquitate liberatᷓ ipſe debitor, debitum cum intereſſe ſoluendo. l. ſi fundus 16. §. ſi pluris. ff. de pignoribus.

Hoc iuramẽtum requirit tactum ſcripturarum, vide Perilluſtr. Dominum Præſ. Teſſau. deciſio. 47. nume. 5.

De iuramento in contractibus prǽstito, vel aliàs extra iudicium facto.

IVramentum debet habere tres comites, nempe veritatem, iudicium, & Iustitiam. cap. animaduertendum 22. q. 2. Afflic. decis. 80. Craue. consi. 144 nu. 16. & Abb. consi. 8. lib. 2. Sed non dicitur habere hos comites, vbicunque super contractu interponit, in quo quis enormissimè lęditur. Ozas. decis. 41. Et tunc deficientibus illis comitibus, non nocet. Afflic. d. decis. 80 Ioseph Ludo. decis. 64. Perus. part. 2. Et illos habés excludit erroris allegationē; aliàs secùs. Affli. d. decis. 80. nu. 7. Verùm quādo aliàs non dicatur habere illos comites, vide Afflic. ibid.

Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. Craue. consi. 229. nu. 9. 10.

Dolus à quocunque iuramento exceptus censetur. Ozas. d. decis. 41. nu. 3. Et ideò dolo extortum iuramentum, non valet. Abb. consi. 71. num. 1. part. 1.

Iuramentum eius est virtutis, vt quis per illud possit cogi præcisè ad factum, etiam si contineat turpitudinem ex parte recipiētis. Ozas. decis. 92 num. 19 vide Afflic. decis. 163. Ias. de actio in § itē si quis postulante, nu. 12 Mathes. sing. 54. & infra lib. 2. tit. de oblig. fact. Et operatur, vt actus valeat omni meliori modo, quo potest valere Ozas. deci 92. nu. 23. Quod declara, vt ibid. num. 31. & per Gasp. Cabal. milleloq. 238. vide Ias. de actio. in d. §. item si quis postulante, num. 14. Dec. consi. 404. nu. 9. vol. 2. Mathes. sing. 56. Hippol. sing. 71. & Abb. quæst. 2. num 17.

Iuramentum habet vim cōtinuę interpellationis. Ozas. decis. 49. nu. 7.

Iuramentum appositum promissioni soluendi, debet impleri in forma specifica. Ozas. decis. 92. Sed an non obstante iuramento admittatur compensatio, vide ibid. nu. 18. 34. & supra tit. de compensatio.

Quia iuramentum in forma specifica est seruandum, de vno ad aliud non potest mutari propria auctoritate; nam cùm pręstetur Deo pręcisè seruandum est, & non per æquipollens etiam melius. Afflic. decis. 163. Ozas. decis. 92. nu. 21. & Rol. consi. 6. nu 30. vol. 1.

Iuramentum habet vim clausulæ specialis, & litis cōtestationis: ideò tollit moræ purgationem. Afflic. decis. 174. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 16. & Bart. in l. 4. nu. 11. C. de transactio. Tamen an cōclusio procedat de æquitate Canonica, vide Rol. consi. 6. nu. 46. vol. 1. & supra tit. de mor. purg.

Iuramētum impedit exceptionem aliàs admissibilem: quia compellit pręcisè ad factum, ita vt solutio interesse, nō tollat periurium. Boe. consi. 14. nu. 9. & Rol. consi. 6. nu. 32. vol. 1.

Iuramentum debet impleri in forma specifica, nisi quando per actum æquipollentē omnino inducitur idē effectus. Io. de Arnono sing. 225.

Cōfessio iurata omnem repellit allegationem in contrarium, nisi ex iusta causa. Afflic. deci. 83. nume. 3.

Iuramentum validat actum sine iuramento inualidum. Afflic. d. decisio. 83. Ideò actus iuratus regulis iuris positiui non subest. Affli. ibid. Et quando non operatur contractus validitatem, tamen facit, vt iurans illud seruare teneatur. DD. de Rot. decis. 6. aliàs 653. titu. de iureiuran. in antiq.

Iuramentum præstitum contra legem editam in fauorem principaliter priuatorum, est inuiolabiliter obseruandum. Abb. cons. 8. par 2.

Iuramentum, & res iudicata æquiparantur, habetq́; paratam executionem, sed quando, vide Ozas. deci 92. nu. 17 Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 17. 87. & 88.

Iuramentum, quod potest specificè seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est, licèt damnosum sit. Ozas. d. decis 92. num. 22. Sed intellige, vt ibid. nu. 30. & vide Rot. Genuen. decis 108 DD. de Rot. decis. 18. aliàs 401. titu. de restitutio. spolia. in nouis. Et cōclusio procedit, etiam dato, quod esset præstitum super re minus licita. DD. de Rot. decis. 1. tit. de iureiu. in antiquio.

Contractus inter fratres, & cum patre factus, iuramento confirmatur, subsistit, & irreuocabilis est. Ozas. decis. 125. nu. 3.

Diuisio inter filios existentes in patris potestate ab illo facta, regulariter non valet: fallit, si super ea fuerit interpositū iuramentū. Ozas. d. deci. 125. in fine. Sed quid, si fuerit præstitū super donatione facta inter patrem, & filios, vide Feli. consi. 30. nu. 17. & infra lib. 2. titu. de donat. inter paren. & liber.

Iuramentum excludit exceptionem simulationis in contractu, non obtēta absolutione ab ipso iuramento. Afflic. decis. 60.

Iuramētum stipulationem operatur pro absente: ideò quis cum iuramento obligatur absenti, vt præsenti. Afflic. decis. 135. Rot. Auenio. decis. 34. in decisio. diuerso. Rol. consi. 19. nu. 29. & 31. vol 1. Menoch. consi. 371. nume. 16. Iuramentum enim supplet defectum partis absentis, ita vt illi ius quæratur, nemine pro ipsa stipulāte: ideò debitor cessus, qui se obligauit cum iuro erga cessionariū absentē, nō pōt postea reuocare obligationē, etiā nondū acceptatam. vide Magon. decis. 39. Rot. Flor.

Iura-

Iuramentum facit valere bonorum renunciationem fratrum, illis absentibus. Rolan. consi. 99. volum. 3.

Iuramentũ accumulat forũ foro. Affli. deci. 263.

Iuramentum in parte nullum præsumptiuè, non est in totum nullum. Put. decis. 310. lib. 3.

Licèt principale sit sublatum, non censetur cassatum iuramentum, quamuis sit accessarium. Mysing. obser. 2. cent. 3.

Debitor promittens soluere in tribus terminis cum iuramento, si cessauerit in vno, poterit cogi ad soluendam integram quantitatẽ omnium reliquorum terminorum, sed quomodo dictum intelligatur, vide Borg. decisio. 14. nu. 19. & seqq. de contract. Verùm dicta decisio non habet locum in hac Patria, attenta dispositione decreti antiqui Sabaudiæ, nisi tribus præcedentibus interpellationibus.

Iurans certo die soluere, si elapso die, soluat, nõ tenet̃ de sacramẽto. Andr. de Ysernia sing. 1.

Periurus est qui iurauit soluere in termino, & non soluit. Afflic. decis. 30. nu 5. & deci. 36. nu. 2. Limita, vt ibid. nu. 3. vide Capel. Tho. q 248.

Quod dicitur iuramentum habere vim expressi, & supplere defectum, intelligitur quo ad omissas solemnitates; non autẽ quã do adest defectus circa substantiã contractus, & cõsensum. Papon. lib. 16. tit. 4. arrest. 12. Boer. consi. 28. nu. 21. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 14. & Mathes. sing. 56.

Iuramentum facit valere alienationem rei minoris, transactionem factam contra dispositionem l. de his. C. de transactio. & actum factum contra prohibitionem legis, vel statuti. Craue. consi. 272. nu. fin.

Iuramentum confirmatoriũ contractus, habẽs effectus circa diuersa tempora, quatuor modis (secundum quatuor iura) producit illos effectus, de quibus vide per Cassan. in cõsuetu. Burg. tit. *des droicts* §. 7. glo. 15. nu. 60.

Iuramentũ, quatuor concurrẽtibus, debet seruari, nempe si poterit seruari sine peccato iurãtis, si non sit contra publicam vtilitatem principaliter, si non sit contra bonos mores, & si non tendat in præiudicium tertij. Cassan. ibi. nu. 60. vide Guid. Pap. sing. 491.

Iuramentum facit valere donationem inter cõiuges, pactum legis commissoriæ, pactum de futura successione, alienationem rerum minorum, & tollit necessitatem insinuationis. Abb. consi. 95 part. 2. & cap. pen. ex. de pigno. vide Bart. in l. is potest 18. & in l. qui superstitis 92. ff. de acquiren. hæred. Vbi de pacto de non succedendo.

Pactum factum patri à filia dum nuptui tradebatur, quòd à dote contenta, nullum haberet ad patris bona regressum, si fuerit iuratum, debet obseruari. cap. 2. ex. de pact. in sexto.

Iuramentum dicitur præcisum, & habet clausulã illam, vt actus valeat omni meliori modo, dummodo non includat iniquitatem. Aluis. de Alber. sing. 19.

Prætextu appellationis, non potest quis venire contra iuramentum; nam contra illud nõ admittitur appellatio. cap. ad hæc 20. & 21. ex. de appellatio.

Iuramentum habetur pro veritate. Bart. in l. sed & si iurauero 11. §. item si. ff. de iureiuran.

Iuramẽtum inter cætera quatuor operatur effectus, nempe vt verba enunciatiua inducant probationem actus celebrati, vt nõ intersit, vtrum proferantur verba principaliter per se, vel incidenter ꝙ verba enunciatiua subaudita vigore verbi taxatiui, quæ aliàs non inducerent dispositionem, per iuramentũ inducant, & ꝙ non possit probari cõtrarium. Bart. in l. ex hac 16. ff. de donatio.

Donatio iurata, non obstãte statuto, valet. Bar. consi. 107 vol. 2. Nam vinculum iuramenti obligat. l. 7. ff. de oper. libert. in additio.

Iuramentum præstitum super actu à lege infirmato principaliter fauore iurantis, licèt secundariò fauore publico, est seruandum, si nõ vi, aut dolo fuerit præstitum, & in alterius præiudicium principaliter non tendat. c. cùm contingat 28. ex. de iureiuran. Iuramentum enim alteri non nocet. Bar. consi. 126. vol. 1.

Fideiussor cũ iuramento potest obligari in causam duriorem. l. 17. §. qui certo. ff. de fideiusso & ibid. in additio.

Illicitum iuramentũ non seruatur, & tunc quis potest propria auctoritate venire contra illud. Gram. decis. 12. nu. 13. Vbi verò est licitũ debet seruari, sed illud nõ seruans, quomodo puniatur, vide Auth. scenicas non solùm, & ibid. gloss.

Iuramentum operatur, vt quis præsumatur certioratus accessisse ad illud. Gram. decis. 101. num. 79. Ideò vbi quis sibi præiudicat per iuramentum non requiritur, quòd sciat, nec est certiorandus de iuribus suis; sufficit enim iurari super facto. Guid. Pap q. 227.

Iurõ firmatur promissio, ex qua oritur obligatio naturalis: quia vbicunq; est naturalis obligatio, iuramentũ additũ habet in se contractum confirmare. Guid. Pap. q. 190. Iuramentum enim inducit obligationem de iure ciuili, remota prohibitione ipsius. Guid. d. q 190. Et confirmatorium confirmat actum inualidum. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 90. num 23.

Generalis clausula, in qua quis iurat omnia per eum acta, habere rata, & grata importat, ꝙ non contraueniatur de iure, neque de facto: illa, qua quis iurat non contrauenire, aliqua

ratione

ratione, vel causa importat, vt tollatur omne remedium. Guid. Pap. q. 367.

Mulier vendens, & renuncians iuri hypothecæ, in re vendita cum iuramento, omnino excluditur, adeò vt non posit amplius agere contra emptorem pro illa re. Afflic. deci. 311. nu. 4. Nam iuramentum ligat mulierem etiã nõ cercioratam de beneficio sibi competenti. Mathes. sing. 56. in additio.

An hæres teneatur obseruare iuramentum defuncti, vide Ozas. decis. 41. nu. 4. & fin.

Iuramentum est spirituale, & non ligat animam hæredis sine suo consensu: ideò hæres ratione iuramenti præstiti per defunctum, non potest conueniri in foro Ecclesiæ. Afflict. decis. 381. num. 8. vide tamen Capic. decisio. 174. & Guid. Pap. q. 414.

Præmissa sunt vera quantũ ad reatũ periurij, sed quantum ad obseruantiam iuramenti, illud transit ad hæredes, maximè quando defunctus iurauit pro se, & hæredibus; oportet enim hæredem stare ei, quod iurauit defunctus. Afflic. decis. 381. vide Capic. d. decis. 174 Vincẽt. de Franc. decisio. 83. & Ioseph. Ludo. decisio, 15. Perus. nu. 12. & 14.

Hæres ergo ciuiliter ad pœnam potest accusari, si nõ obseruet id, quod defunctus iurauit; nõ autem criminaliter potest accusari de periurio ex defuncti iuramento. Afflic. d. decis. 381. in fine, vide Capic. decis. 75. nu. fin. Cùm enim iuramentum ex parte iurantis sit personale, & non transeat ad hæredem, ille ex iuramẽto defuncti periurus non existit. Guliel. Cassad. decisio. 2. titu. de iuramen. num. 8. & 10. & Bar. in authen. quod obtinet. C. de probatio. Aliàs iuramenti effectus quo ad robur, & validitatem contractus, ac alios effectus non pœnales, transit ad hæredes, & in hæredes. Borg. Caual. decisio. 14. num. 38. de contract. Andr. Gail. obser. 27. lib. 1 & Menoch. consi. 24.

Hæres non tenetur petere absolutionem, licèt possit allegare exceptiones oẽs, quas defunctus, petita absolutione, opponere potuisset, & agere ad rescisionem contractus, nulla petita absolutione à iuramento. Andr. Gail. obser. 27. lib. 1.

Difficultas excusat iurantem à periurio. Ozas. decis. 92. nu. 20. Quod exemplificatur in difficultate soluẽdi. vide Mago. decis. 96. Rot. Flo.

An iurans efficiatur periurus in casibus, in quibus iuramentum non obligat, vide Ias. de actio. in §. item si quis postulãte, nu. 69. & 70.

De iuramento per metum, & vim extorto vide per Afflic. decis. 263. Quod iuramẽtum eo casu non obstat. Guid. Pap. sing. 841. Petita tamẽ ab illo absolutione. Afflic. decis. 393. num. 11. Sed an iuramẽtum metu præstitum, sit seruãdum, & petenda absolutio ab illo, vide gl. in c. 3. & 4. ex. de iis, quæ vi, metusuè cau. fiunt.

Exceptio iurisiurandi, & periurij, impedit vlteriorem litis ingressum. Gram. decis. 66. c. 4. & ibid. glo. pen. de pac. constan.

Iuramentum maioris ratificantis, ex parte recipientis non est personale: ideò eius virtus, & vis transit in singularem successorem. Afflict. decis. 285. num. 2.

Exceptio periurij, dicitur exceptio litis finitæ. Craue. consi. 1. pro genero, num. 6.

Periurus non est audiendus. Tho. Minad. decis. 2. nu. 3. vide Maran. in suo Spec. part. 6. de exceptio. num. 36. & 37. In causa, in qua periurium commisit. Craue. consi. 7. num. 12. Augu. Bero. q. 77. Maximè agendo. Beninten. decis. 49. num. 13. Quod intellige, si fuerit opposita exceptio periurij, non aliàs. Craue. cons. 199. num. 12. Nam exceptio periurij non obstat, si ad vlteriora vsque ad sententiæ fines fuerit processum, ea non obstante. idem Craue. cõs. 1. pro genero, nu. 235.

Periurus non potest agere, nec stare in iudicio, etiam sub spe enormissimæ læsionis, non petita prius absolutione: & tunc Iudex Ecclesiasticus põt inhibere Iudici sæculari. Borg. Caual. decis. 9. de iudi.

Periurus qualiter puniatur, vide Guid. Pap. q. 178. & supra titu. de iuramento veritatis. Et quas pœnas patiatur, vide Capel. Thol. q. 17. in additio. Cabal. milleloq. 590. Cassan in cõsuetud. Burg. tit. *des retraicts* Rub. 10. §. 12. num. 23. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 57. Menoch de Arbitra. lib. 2. cas. 319. Bero. q. 134. & Clar. in sua Pract. §. periurium, fol. 39.

Licèt pœna periurij non sit hominis, sed legis: tamen iuramentum consensu partium relaxari potest. Capel. Thol. q. 182. in additio.

Iurans non reuelare secreta, potest tamen sine periurij reatu, turpia, & illicita reuelare. Mysing. obser. 78. cent. 2.

Gestum contra iurãm regulariter tenet, licèt contraueniẽs sit periurus. Abb. cõsi. 48. par. 2.

Contra iuramentum propria auctoritate licet venire, quãdo periculum est in mora. Roma. sing. 499.

Periurus ex non obseruatione iuramenti liciti, beneficio, & dignitate priuatur. Roma. sing. 516. Sed quid in iuramento illicito, vide ibid.

Defectus finalis causæ, excusat à periurio. Henric. Boer. in suis sing. tit. iuramentum, nume. 5.

Iuramentum est personale ex parte iurantis, & reale ex parte eius, cui iuratur. Guid. Pap. sing. 376. Ideò transit ad singularem successorem. Paul. Ant. de Bene. sing. 14.

Iurans se non reuelaturum quod sibi in secreto, (veluti in confessione) dicitur, qui tamen

Sacerdos non sit si in testem producatur, nô obstante ipso iuramento, an secrecũ ius reuelare teneatur, vide Hippol sing 424.

Periurus est infamis, & veniens contra transactionem iuratam, reddit data; soluit pœnam, & perdit actionem. Bart. in l. si quis maior. C. de transact. nu. 6. & in l. 17. C. de dignitat. lib. 12. vide ipsam legem, si quis.

Nemo debet viam periurijs aperire. c. pen. ex. de iis, quæ vi, metusuè cau. fiunt.

Promittens soluere certam quantitatem, & iurans, si compensat totum, non est periurus: idem, si impediatur implere iuramentum aliqua iusta causa. Barto. in l. amplius 15. nu. 8. ff. rem rat. haber.

Contra iuramentum temerarium licet propria auctoritate venire, sed an repellat quem ab actibus ciuilibus, vide Bart. in §. 1. Authen. sacramenta puberum & si rem ... Authen. sce nicas non solùm si fideius. præst. nu 4. & 5.

Seruandum non est illicitæ rei iuramentum, & illud ex certis causis deseritur. gloss. in auth. quod eis. C. de nupt.

Successores in Vniuersitate venientes contra iuramentum præstitum per prædecessores, non dicuntur periuri. Hartma. cap. 1. titu. de iurament. lib. 2.

Partes, vel altera earum, possunt sibi inuicẽ remittere iuramentum, quo ad effectum ipsius iuramenti. Felin. in c. 1. ex de iureiurando.

Quando mulier renunciat iuri hypothecarum, & iurat qualiter ei succurratur, vide Abb. consi. 8 part. 2.

Si mulier in instrumento confiteatur pecuniam in sui vtilitatem conuersam, sibi præiudicat de iure Canonico si iurauerit. Bar. in authen. si qua mulier. C. ad Velleianum.

Mulier si iurauerit non iuuatur Velleiano. Bart. in l. 23. §. ne autẽ. C ad Velleianũ. antiq. lect.

Alienatio facta per mulierem de fundo dotali cum iuramento, tenet. Bar. in l. si prædium 23. C. de iure dot. vide eundem, in l 93. ff. de acquir. hæredit. & infra lib. 2. titu. de fundo, & re immobi. dot.

Clausula instrumẽti, Omnia contenta in eo esse vera, facit, vt non possint partes venire cõtra iuramentum allegando simulationẽ, neç petere absolutionem. Grãm. decisio. 45. vide tamen decis. 76. nu. 21.

Iuramentum in cõtractu appositum, recipit cõditiones, exceptiones, subauditiones, & limitationes, quas recipit contractus, super quo interponitur. Ozas. decis. 41. nu 5. decis. 49. nu. 4. & decis 92. nu. 5. vide Crauet. consi. 102. Ias. de actio. in §. si quis postulante, nu. 82 Rolan. consi. 6. Dec. consi. 251. vol. 2. facit l. fi. C. de nõ numera. pecu.

Iuramentum an debeat regulari secundum naturam contractus, super quo est præstitum, vide Cassad. decis. 2. tit. de iureiurando.

Iuramentum non porrigitur vltra conuentionẽ principalem. Ozas. d. decis. 41. nu. 6. Et intentionem iurantis, nec supplet consensum. Gram. decisio. 76. num. 19. vide Barto. in cons. 126. volum. 1.

Iuramentum non auget obligationem; sed tantùm addit vinculum Religionis. Ozas. decis. 92 nume. 6.

Iuramentum nõ includit casus, quos dispositio non includit, nec etiam excludit casus, quos dispositio iurata includit. Ozas. ibid nu. 8 Et recipit interpretationem à iure cõmuni. ibid. Ozas. num 9. Nam promissio, & iuramentum, debent intelligi secundum terminos iuris cõmunis. Guid. Pap. q 96. nu. 3.

Iuramentum eatenus extenditur, quatenus cõsensus ampliatur, & iurans in dubio de futuro sensisse non præsumitũ. Ozas. decis. 112. nu. 9.

Renunciatio cum iuramento, non includit casus, quos non iurata, non includeret. Ozas. decis. 112. nu. 11.

Iuramentum non potest supplere defectum cõsensus & formæ. Ozas. decis 172. nu. 19.

Contractus quãdo prohibetur ratione rei, vel formæ, non firmatur iuramento. Ozas. d. deci. 172. num. 23.

Saluusconductus à Principe concessus, ne quis conueniri possit à suis creditoribus, debitũ iuratum non includit. Afflict. decisio. 5. & 111. nu. 14. & Gram. decis. 12. Nam dispositio Principis generaliter loquens nõ trahitur ad causam, in qua interuenit iuramentum. Afflic. d. decis. 5. vide supra tit. de litt. morato.

Iuramentũ interpositum super cõtractu nullo, an sit nullum, vide Afflic. decis. 60. nu. 2.

Iuramentum potest per partẽ remitti: & Iudex compellit ad remittendum illud per captionem personæ. Afflic. decis. 80. nu. 5.

Iniquitas debet abesse à iuramento. Afflic. decis. 80. num. 7.

Reuocatio generalis non extenditur ad obligationes iuratas. Afflic. decis. 111. nu. 13.

Iuramentum operatur clausulam, Se curaturũ, &c. tamen eo non obstante, quis excusatur à pœna, quando promisit cum iuramẽto aliquẽ quid facturum, si fecerit quod potuerit, vt ille tertius faceret, licẽt postea nõ fecerit: quia tale iurm est temerarium, & ad illius obseruantiam quis non tenetur. Afflic. deci. 295. Quando adhibuit omnem diligentiam. Iose. Ludo. decis. Perus. 27. nu. 6. vide Rol. consi. 6. num 35. Sed an possit adhiberi cautela, vt talis promittẽs teneatur ad interesse, vide eũdem Ioseph. d. decis. 27.

Persona Superioris intelligitur excepta in quolibet

libet iuramento.Gram.d.decis.12.num.16.Et auctoritas.c.11.ex.de constitutio.

Iuramentum contra publicam vtilitatem, non est obligatoriū.Gram.d.decis.12. nu.17. Quia vtilitas publica præfertur priuatæ. ibid.nu.18.

Iuramentum non tenet propter dolum,& læsionem re ipsa.Gram.decis.76.nu.16.

Cùm actus est contra legem, irritatur ex fragilitate personæ,non obstante iuramento.Grā. decis.76.nu.19.

Iuramentū habet in se plures conditiones,maximè quòd semper intelligatur illa clausula, Rebus sic stantibus. Franc. Marc. q.43.l. cùm quis.ff.de solutio.& glos.in cap. ne quis 22.q. 2.in verbo,furens.

Lex vbi prohibet contractum, præcepto directo ad personam,contractus iuramento non firmatur,vt in tit.C.ne fideiusso. vel mandat. dot.dent.ita docet Guid.Pap.quæst.350.vide Craue.consi.216.

Iuramentum interpositum super compromisso nihil operatur. vide Guid.Pap.q.519. Bart.in auth.decreuit.C.de recep. Arbi.& supra titu. de Arbitr.

Promissio præbens occasionem delinquendi,& inducens ad delinquēdum, non confirmatur iuramento.Guid.d.q 519.

Iuramentum non porrigitur, nisi quatenus est consensum, sed quando generalis renunciatio habeat vim specialis renunciationis à iure requisitæ,vide Boer.decis.3.

Iuramento contrauenieus licèt sit periurus, valet tamen actus.Boer.decis.204.nu.17.

Iuramentum contra bonos mores,non obligat. Boer.decis.204.nu 18.

Iuramentum potest reuocare qui consensit pacto futuræ successionis,& intelligitur, Rebus sic stantibus.Boer.d.decis.204.nu.20. & 21.Iuramento enim ex noua causa contrauenitur. Boer.d.decis.204.nu.25.

Iuramento de non alienando sine licentia Papæ,non continet solita alienari, eo inconsulto..Cassad. decis.vnica, titu.de acquiren.rer. domin.num.12.

Iuramentum non tollit priuilegium, vt quis nō conueniatur vltraquam facere possit, obtenta tamen absolutione iuramenti.Capel.Tho. quæst.259.

Iuramentum nō firmat contractum de iure cōmuni nullum; secùs in contractu nullo de iure speciali.Capel.Thol q.383.

Iuramentum habet eandem vim, quam habet clausula, Rato manente pacto, habet etiam vim expressæ renunciationis. Ioseph. Ludo. decisio. Perus.90. vide Ias. de actio.in §. item si quis postulante,nume.15.& Barto.in l.cùm proponas 17.C.de transact.

Iuramentū an firmet donationē à statuto prohibitam,vide Put.decis.377.lib.1.

Per statutū tolli possunt vires iuramēti,nō seruata forma ipsius statuti.Mago.dec.22.Rot.Flo.

Iuramentum non firmat actum, qui in fauorem alicuius personæ,annullat.Put.deci 377.lib 1.

Iuramentum quamuis suppleat defectum solēnitatis, non tamen supplet defectum causæ, & consensus.Put.decis 205.lib.3.nu.4.

Iuramentum non mutat naturam contractus, super quo interponitur,nec obstat beneficio tituli,quod cum eo.Vincen. de Fran.decisio. 181. num. 13. Quia debet intelligi secundum naturam, & qualitates actus, super quo præstatur.Papon.lib 9.titu.6.arrest.13. Nam assumit eius naturam.Ioseph.Ludo.decisio.Peru. 64.num.15.

In Regno Franciæ iuramenta non faciunt valere contractus de iure cōmuni inualidos. Papon.lib.9.tit.6.arrest.23.

Iuramentum sine consensu iurantis, in actu erroneo præstitum,nihil operatur. Craue.consi. 144.nu.16. Nam iuramentum non supplet cōsensum.Hippol.sing.700.

Iuramentum nunquam operatur in præiudiciū tertij, cuius fauore aliquid introductum est. Craue.consi.229.num.7.

Si vires iuramentum non habeat,frustra exquiritur eius absolutio; quomodo enim solui iuramentum poterit,quod nullum est? Crauet. consi.1.pro genero,nu.231.

Quando iuramentum non obliget, vide Ias.de actio.in §.itē si quis postulāte,nu.68.70 & 71.

Licèt iuramentum firmet contractum aliàs insolemnem,& inualidum inter partes,hoc tamen ad præiudicium tertij non porrigitur. D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ glos.super vltima part.decreti, quitationem,titu.de minoribus, nu.2.fol.106.2.pag. Idem in simulatione, quæ tollitur iuramento quo ad iurantem,sed nō respectu tertij,& hæredis,ad quē effectus periurij non transit. D.Sol.ibid.nu.3.

Per statutum potest disponi contra dispositionem iuris, super iuramento. Cassan. in consuetud.Burg.tit.*des droicts* §.7.glo.15.

Iuramentum ab irato præstitum,non tenet.Roma.sing.514.

Iudex secularis potest compellere recipiētem iuramentum metu,vel dolo extortum, ad illud remittendum iuranti.Guid.Pap.sing.956.

Quamuis iuramentum sit magni effectus, & sæpe validet inualidum, tamen aliquando est nullius momēti,& nihil operatur,veluti,quādo instrumentum deficit ratione solemnitatis probatoriæ.Hippol.sing.700.

Iurm īterpositū super cōtractu inutili,est nullū. Bar.in l.nō dubiū.C.de legib.vide tū ibi.in fi.

Iuramentum est benignè interpretandum.c.11.
ex.de constitut.

Pęna apposita super matrimonio. est nulla, & nõ firmatur iuraméto.Bar.in l.5 C.de sponsa.

Iuramentum non extenditur ad ea, si per quibus non est iuramentum faciendum. c. 2. ex. de renunciatio. Et quæ iure præstanda non sunt.c.dilecti 13.ex.de maior.& obedien.Vel super quibus non fuit præstitum. c.ad audientiam 4.ex.de his,quæ vi,metusuè cau.fiunt.

Regulariter pactum nudum non vestitur iuramento. Barto.in l.1.C.de oper.libert.Sed aliquando sic.vide gloss. in l.7.ff.eod. in verbo, siue post.

Iuramentum contra Canones præstitum non tenet.c.si diligenti 12.ex. de foro cõpet. Et tũc dicitur illicitum.c.grauis 15.ex.de censib.

Iuramentum ad casum inopinatum porrigi nõ debet.c.fi.ex.de Eccles.ædifi.

Iuramentum de veritate tacenda nõ valet,nec est seruandum c.olim 26.ex.de accusatio.

Iuramentum non est modus inducendæ obligationis,vt si quis iurauerit alicui se daturum sine causa,licèt sit modus confirmandæ obligationis, iure Ciuili inualidæ. Bart.in l.iusiurandum 17.ff.de iureiuran.

Pacta,vel conuentiones, quæ firmẽntur iuramẽto,& contrà,viue Bart. distinguentẽ quatuor casus ad conciliandum iura, in l.27.ff.ad leg. Falci.& in l.si quis pro eo 57.ff.de fideiusso.

Contractus simulatus non firmatur iuramento, licèt illo confirmentur donationes inter cõiuges.Bart ibid.

Iuramentum interpositum super contractu per Procuratorem, non obligat dominum, nisi Procurator habeat speciale mandatum, vel dominus iurauerit se ratum habiturum quod per Procuratorem factum fuerit. Bar. in l.qui bona 13.§.si alieno ff.de dam infec.nu.19.

Prodigus, cui bonis est interdictum, non tenetur seruare iuramentum:idem in contrahente contra statuti dispositionem.Bar.in l.6.nu. 7.& fin.ff.de verbo.oblig.vide Abb.q.2.

Iuramentum non porrigitur ad id, quod quis ignorabat.Bar.in l.sciendum 30.eod.tit.Sed quid,si iuramentum interponatur super contractu prohibito in odium creditoris, vide Bart.in l.si quis 57.nu.10 ff.de fideiusso.

Iuramentum sex modis dicitur illicitum. glo.in cap.1.22.q.4.

Quando iuramentum non sit seruandum, vide per tot.22.q 4.

Iuramentum per coactionem extortum,non tenet in quatuor casibus, de quibus vide per gloss.in c.inter cætera 22. q.4.

Si patronus cogat libertũ iurare, ne nubat,perdit ius patronatus: nam nuptiis iuramentum remittitur.l.adigere.ff.de iure patronat.

Prælati,Canonici,Rectores, & Officiales locorũ qui iurãt statuta,& cõsuetudines loci, vel Ecclesiæ seruare,prætextu talis iuramenti nõ obligantur ad illicita, impossibilia, vel contraria Ecclesiasticæ libertati. c.1. ex.de iureiuran.in sexto.

Iuramentum contra bonos mores non tenet, nec obligat: quia illud non firmat quod per se non valet. l. si quis 115. §. fin. & ibid.gloss. de legat.1.

Alimenta præteriti temporis possunt peti,& illis potest renunciari; non autem futuris etiã cum iuramento.l.libertis 18.§.manumissus.ff. de aliment.cibar.legat.in additio.

Mandatum rei turpis non est obligatoriũ, etiã si iuramentum interuenerit, quod intelligas in malis moribus de iure Canonico, qui ad peccatum inducunt, vel contra bonos mores,qui continent turpitudinem;secùs si contra mores non continentes turpitudinem de iure Ciuili.gloss in §.illud quoq; Institut.de mandato,in verbo,non est obligatorium.

Iuramentum excludit maiorem à remedio l. 2. C.de rescind,vendi.Ozas.decis.41.nu.8. vide Bar.in d.l.2.& infra lib.2.tit.de rescind.vend.

Lęsione enormi data, renunciatio facta patri, non obstante iuraméto,reuocari debet.Oza. decis.179.nu.6.vide infra lib.2.tit.de rescisio. contract.in genere.

Minor iurans se maiorem, cessante dolo aduersarij, excluditur à beneficio minoris ætatis inducto à iure communi. Abb.consi.71. part. 1.nume.7.

Iuramentum tollit restitutionem,quæ est de iure speciali; non ea,quæ de iure cõmuni.Bar. in l.si ex falsis.C.de transac.

Impuberes doli capaces, & proximi pubertati obligantur ex insto. Abb.consi.108.par.2. Et in illis habet locum authen. sacramenta puberum, tamen si enormissimè lędantur succurritur eis per absolutionem à iuramento; secùs data solummodo enormi lęsione. Affli. decis.322.& decis.393.nu.11.

Consensus minoris cum iuramento,quando nõ suppleat decreti Iudicis defectum, & minor iurans super ætate, quando restituatur, vide Afflic.decis.393.

Minor si iurauerit se maiorem, si creditor sciebat ipsum esse minorem, non potest cõqueri de dolo ipsius aliter asserentis. Gram. decis. 12.nu.7.vide Papon.lib.9.tit.6.arrest.24.

In muliere, & minore, præsumitur simplicitas: ideò an iuramẽtum illis noceat,vide Gram. decisio.76.

Iuramentum in minore non operatur, nisi quia repręsentat illum maiorem; nõ autem ipsum exclu-

excludit, quin petere possit restitutionem aduersus læsionem. Gram. decis.101.nu.77.& Bart.in l.2.C.de rescind. vendi.

Contractus pupilli (etiam doli capacis) non firmatur iuramento. Franc. Marc. quæst.122. part.2.Tamen iuramentum impuberis proximi pubertati, confirmat contractum venditionis in materia indiuidua.Put.deci.203.li.3.

Iuramentum minoris ex falsa causa interpositum, non confirmat contractum venditionis,si de falsa causa cõstet.Put.deci.205.lib.3.

De differentiis inter iuramẽtum maioris,& minoris, & de iuramento minorum vide supra tit.de restitutio.minor.

Interueniente errore iuris,& facti tollente consensum, iuramentum non nocet minori, nec illi periurium opponi potest: quia iuramenti robore detracto, pro eo res est, ac si datum omnino iuramẽtũ non esset.Cra.pro genero, consi.1.nu.229.

Iuramentum repræsentat minorem maiorem, & validat contractum inualidum, & obligationem.Ias.de actio.§.item si quis postulante, nume. 10.

Cõtractus iuratus per minorem factus subsistit, non obstante statuto cõtrarium disponente, nisi constet de errore,dolo,aut læsione:si autem detectus sit error, vel dolus (quum tunc dicatur abesse consensus) iuramentum nihil operatur,non obstante renunciatione conditionis indebiti.D.Col.in constitutio. antiq.Sabaudiæ gloss.5.super 1 part.decreti,quitationem,tit.de minorib.nu.22 fol.103. vide tamẽ Bart.in l.2.C.si dos constante matrimonio.

Valet remissio facta tutori per minorem puberem de centum pro quinquaginta, si minor iurauerit. Bart. in l.si tutores 40.§.ab eo.ff.de administ.& peric.tutor.

Minor iurans,vel mulier non venire contra cõtractum, an censeatur renunciare beneficio restitutionis,vel Velleiano,vide Bar.in l.sciẽdum 30.nu.8.ff.de verbo.oblig.

Minor non potest renunciare iuri introducto pro sua imbecillitate,ẽt cum iuramento,quãdo constitutio est prohibitiua. Barto. consil. 88.volum.1.

Iuramentum interpositum super contractu, tollit beneficium restitutionis in integrum,& videtur interpositum etiam super his, quę enũciatiuè ponuntur in contractu, licèt non trahatur ad facta per errorem.Bar.cõsi.90.vol.1.

Dispositio authen.sacramenta puberum, nõ habet locum in iuramento de præterito, vel de præsenti; sed in futuro de non veniendo contrà. Barto.consi.101.fin.vol.1. De limitationibus ad d.authen.vide per Ozas. decisio.172. nume. 20.

Contractus puberum iuramento spontaneo firmati,nequeunt retractari.authen. sacramẽta puberum.C.si aduersus venditionem.

Si minor iurauerit,ractis scripturis,se esse maiorem, non potest restitui aduersus cõtractum. l.pen.C.si minor se maior. dixe. Tamen iuramentum per minorem iurantem se maiorẽ, non confirmare cõtractum ipsius,scribit Bar. consi.162.volum.1.

De materia iuramenti præsertim minoris vide per Azo.in summa tit.C.si aduersus vendi.

Iuramentum extraiudiciale quomodo præstetur,vide Perillust. D.P.Tessa.decis.47.

Iuramentũ extraiudiciale ideò sic dicitur, quia extra iudiciũ præstatur, cuius multæ sunt species,de quibus,& quando debeat seruari,vide per Maran.in suo Spec. part.6. tit.de iuramento,nu.34.Et sit illicitum,ibid.nu.47.

Quis potest in instrumento promittere se velle stare iuramento aduersarij super interesse, & expensis præstando. Barto. in l. iusiurandum 17.ff.de iureiuran.

Iuri Canonico in materia iuramenti standũ est. Afflic.decis.263.nu.3.& decis.322.nu.5.

Renunciare promittẽs per stipulationem,& iuramentum, perinde est, ac si actu renunciasset.Boer.decis.3.sed vide ibid.

Iuramentum non potest Princeps secularis tollere.Boer.decis.247.nu.8.Nam Princeps secularis non potest se circa iuramentum intromittere,vide tamẽ Gram.deci.12.nu.4.& 15.

In omni contractu veniens contra iuramẽtum patiẽ pęnas, de quibus in lege,si quis maior. C.de transact.Quia d.lex habet locum in omni contractu iurato Guliel.Cassad.decis.2.tit. de iureiuran. Capel. Thol. q.248. in additio. Cra.consi.191.vide Menoch. consi.355,lib.4.

Sine dolo quis in periurium non incurrit, & d. lex si quis maior,requirit dolum.Cassad.ibid. nu.7. Sed quando quis excusetur à periurio, vide per Menoch.consi.84.nu.69.vol.1.

Iuramentum præstitum,positis manibus ad pectus more Religiosorum,non ita valet, vel ligat, sicut aliud.Capel.Thol.q.181.

Iuramentum secũdum,an tollat primum, vide Gasp.Cabal.milleloq.534.

Iuramentum an perpetuam faciat actionem, vide eundem Cabal.milleloq.799.

Mors non minorem fidem,quàm corporale iuramentum,meretur; nam illa habet vim iuramenti.Andr.Gail.obser 43.lib.2.

De iuramento assertorio, & promissorio, & de differentiis vide per Crauet.consi.81. & Rol. consi.76.

Insinuationis defectus, tollitur iuramento secũdum communem.Craue.consi.118.Rebuff.in constitutio.Reg.in proęmio, num.104.fol.29.

vide

vide infra lib.2.tit.de donatio.inter viuos.
An iuramentum requirat tactum scripturarum, vide Hippol. sing.415.
Licet stipulatio facti alieni non valeat, tamen iuramentum facit illam valere. Ias. de actio. in §.item si quis postulante, nu. 14.
Quando quis iurauit in futurum se non facturũ aliquem actum, vel contractum, quid operetur tale iuramentum, vide Cassan.in consuetud.Burgun.tit. *des droicts*.Rubr.4. §.16 glos.a. numero 3.
Dispositio cum clausula, Non obstantibus quibuscunque statutis, & constitutionibus, non intelligitur tollere constitutionem, & statutum iuratum. Rom.sing.7.
An confessio iurata possit reuocari, vide Rom. sing.391.
Pactum de non succedendo, quando valeat, & quando confirmetẽ iuramento, vide Bart.in l.fi.C.de pact. nu.7.& gl.in l.3.C. decollatio.
Pactum de hæreditate viuentis, non firmatur iuramento. idem Bartol.in consi.8.vol.1.
Multa de iuramento vide per Bar.in auth.sacramenta puberum.C.si aduersus vendit.
Idem est iuratum esse, vel partes scripserint, vel scribi fecerint, se iurasse.Bar.in l.ne in Arbitris.C.de recep. Arbit.
Iurans super facto, videtur iurare super omni iure descendẽte ex eo.Bar.in l.2.C.de rescin. vend.num. 11.
Obligari quando quis dicatur virtute iuramenti præstiti de præterito, vide Bartol. in l.3. C. de venden.reb.Ciuita.nu.3.lib. 11.
Iuramentum interpositum super reuocatione generali, refertur ad casus, ad quos refertur renunciatio. Bar.in l.4. §.quæsitum. ff.si quis cautionibus.
Iuramentum interpositum super renunciatione reductionis ad arbitrium boni viri, quid operetur, vide Bar.in l.societatem 77.§. Arbitrorum, num.31.ff.pro socio.
Iurans aliquid, præsumitur habere animum seruandi iuramentum.Bar.in l.5.§.& ideò.ff. de captiuis.
Mulier si primò iurauerit non alienare, nisi iusta cã interueniẽte, si postea alienauerit sine cã. & iurauerit, primum, & non secũdũ iuramentũ, seruandũ erit.Bar.in Authẽ. vt immobilia bona.§.& multo, num. 12.
De materia iuramenti, quando sit seruandum, & possit peti absolutio ab illo, vide per Abb. in suis quæstionibus.q.2.& infra titu. de iuramenti absolutione.
Non est mentiri dicere falsum, quod quis putat verum.c.is autem.22.q.2.
Lex ciuilis an possit reprobare iuramentũ, vide authen.decreuit.C.de recept.Arbit.

An mulier possit fideiubere cum iuramento pro marito, vide authent.si qua mulier, & ib. gl.& Doctores.C.ad Senatusconsul. Veleia.

De iuramento in vltimis voluntatibus præstito.

Iuramentum in secundo testamento præstitum, habet vim verborũ derogatoriorum.Guid. Pap.q.128.
Iuramentum præstitum in testamento, non præiudicat detractioni legitimæ, & Trebellianicæ: quia iuramentum ęquam interprætationem recipit, ne quis imoderatè lædatur. Guid. Pap. sing.27.
Iuramentum in testamento per testatorem prę stitum, clausulæ codicillaris vim habet, & ab intestato venientes rogati intelliguntur: facitq́ue, vt testamẽtum omni meliori modo, valeat, quo valere potest.Hippol. sing. 514.
Nam iuramẽtum testatoris, vel hæredis vim repetitionis ab intestato habet: ideò testamento rupto, adhuc legata, & fideicommissa debentur ab intestato virtute iuramenti in testamento præstiti. l. cùm pater 79. §. filius matrem, de lega.2.
Testator si in testamento iuret se centum ab vxore recepisse mutuo, ex hoc debitum non probatur. Bartol.in l. Aurellus 29. §.quidam. ff.de liber. lega.
Assertioni iuratæ testatoris hęres stare tenetur: creditoribus autem legem testator imponere non potest. authent. quod obtinet. C. de probatio.
Iuramentum defuncti, an pareat securitatem extraneo debitori, vide glos. in d. authen. quod. C. de probatio.
Confessio debiti facta in testamento, si testator iurauerit, inducit probationem.l.35.§.codicillis, de lega. 3.
An standum sit dicto testatoris, qui iurauit in testamento, vide Authent. de iureiurando à morien.præstit.& ibid.glo.

De iuramento, quod pręstatur ab his, qui administrationem, vel officium suscipiunt.

Causidicos, si à Iudicibus in Conciliũ adhibeantur, sacramento esse rogandos, an alterutri litigatorũ cõsilium prębuerint, obseruatum fuisse legitur apud Gallos, in libris placit. Curiæ.libro 11.de iudic.titu.4. cap.9. in decisio.diuerso.

De forma iuraméti, quod præstabat antiquitus Cancellarius Franciæ suo Regi, vide per Papon.lib.4.tit.8.arrest.1.

De iuramento DD.Cancellarij, Cõsiliariorũ, & Collateralium, vide in constitutionibus antiq.Sabaudiæ lib.2.

Assessores antequam iudicent, debent prestare iuramentum.Papon.lib.6.tit.2.arrest.26.

Quilibet Iudex debet iurare publicè, quòd officium suum exercet bona fide, & sine fraude, & nihil dedisse pro officio.Marc.q.682.

De hoc iuramento Iudicum ordinariorum vide in constitutio.antiq.Sabaudiæ tit.de iurament.Iudic.lib.2.

Iudici non potest remitti hoc iuramentum. Mysing.obser.76.cent.2.

Officialis deputatus ad officium, si perseueret in eo per multos annos, nouum non videtur officium, sed vetus continuatum: ideò sufficit iuramentum præstitum ab initio officij.Natt. consi.57.& 58.Tom.1.

Si Potestas iurauerit se obseruaturum statuta loci, an ex causa possit cõtrà facere, vide Dec. in Rub.C.qui admitti.

De huiusmodi iuramento Iudicum vide etiam per Azo.in summa tit.C.de iudic.nu.25.

Hoc iuramentum an requirat tactum scripturarum, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.47.num. 15.vers & secundo.

Si Rector Ciuitatis ingrediatur officium suum in die feriato, & iuret seruare statuta (vt iuris est) tale iuramentum non valet: ideò ille tãquam non iurasset, non tenetur seruare ipsa statuta.Hippol.sing.624.

Accedentes ad regendas Prouincias debent iurare, forma scripta in lege sancimus 6. C.ad leg.Iul.repet.Et de contrario cõuicti in quadruplum sunt puniendi.ibid.d.l 6.

Administratores iusiurãdum præstant, quòd nihil dederunt propter consequendam administrationem, & melius, vt legitur in §.sic igitur à nobis, Authen. vt Iudices sine quoquo suffragio.

De iuramento fidelitatis, assecurationis, & homagij.

Vasallus habens duos Dominos, tenetur primo Domino personaliter seruire, cui primò iurauit fidelitatẽ. Gram.vot.10.nu.19.

Vasallus habens feudum à duobus Dominis, seruiẽdo priori, nõ offendit posteriorẽ, quia in fidelitate, quæ fit Domino pósteriori, semper excipitur fidelitas præstita priori.Capic.decis.162.nu.19.

Homo non ligius dicitur, qui facit homagium alicui Barono, Bannareto, vel Militi, & ita alteri, quàm personis, de quibus infra, & talis de iure potest esse homo duorũ diuersorum Dñorum pro diuersis feudis.Guid.Pap.q.311.

Hominum non ligiorum, alij dicũtur franchi, & alij taliabiles, de quibus vide per eundem Guid.q 312.& seqq.

Vasallus ligius vnius Domini, & alterius simplex, de sua persona debet seruire primo Domino, & secundo per substitutum, quãdo ambo Domini inuicem bellum gerunt: sed Vasallus ligius quis esse non potest duorum Dominorum.Rol.consi.44 vol.2. & Capic. decis. 162.nu.11.vide Fran.Marc.q.454.nu.20.

Feudatarius nõ ligius, nec subditus ratione domicilij, vel originis, committens crimen contra Regem, non tenetur crimine legis Iuliæ Maiestatis.Capic.decis.162.nu.12.

Homo non ligius non est obligatus, nisi ratione feudi: sed ligius ratione personæ, & omnium bonorum, est obligatus.ibid.Capic.nu.13.

Ciuitas facta ligia per iuramentum facit, vt omnes habitantes tanquam Ciuitati subditi, dicantur ligij Capic.d.decis.162.nu.18.

Feudum ligium eius est naturæ, vt Vasallus iuret fidelitatem, nullius alterius fidelitate reseruata.Ozas.decis.163.nu.5.

Vltra octo genera hominum, reperiuntur alia duo, quia alij sunt homines ligij, alij nõ ligij, ligij dicuntur respectu Imperatoris, vel Regis, aut Principis, cui homagiũ homines, nullius alterius fidelitate reseruata, præstant, & dicũtur ligij quasi ligati Domino. Guid. Pap. q.309. Tamen ligius homo potest facere homagium duobus pro diuersis rebus. vide ibi.

Iuramentum præstitum Regi per burgensem, non ratione feudi, sed iurisdictionis, non dicitur iuramentum fidelitatis, sed iuramentum assecurationis.Gram.decis.105.num.26. Ideò Feudatarius tenetur in plus per iuramẽtum ligiũ, cùm teneatur ad sex, sed burgensis ad tria tantùm.Gram.d.decis.105.nu.27.

Ligij hominis omnia bona sunt subiecta, sed an valeat recognitio in præiudiciũ prioris Domini, vide Fran.Marc.q 454.nu.21.

Fidelitas, quæ reuerenter genibus flexis, manibus iunctis, intra manus Principis positis, interueniente oris osculo in signum perpetui, ac indissolubilis fœderis, præstatur, dicitur fidelitas ligia.D.Sol.in constitut. antiq.Sabaudiæ glo.2.in proemio, nu.21.

Contra eos, qui subditi dicuntur, nisi ratione contractus, debiti, vel rerum, Princeps non exercet potestatis plenitudinem, præsertim contemplatione bonorum, respectu quorum iurisdictio non fundatur, nec in extraneum

statuendi

statuendi potestas: quia subditum sola bonorum possessio, non facit. idem D. Sol. ibidem nume. 15. & 16.

Fidelitas ligia ea est, quæ Imperatori, Regi, & Principi præstatur, & debet præstari genibus flexis. idem D. Sol. in dd. constitutio. antiq. gloss. 3. super decreto, Rempub. part. 1. nume. 13. titu. de iure emphyt. fol. 14. Ideò ipsa fidelitas ligia subditi Vasallis iurare non debet, & errant Nobiles recognoscentes Superiorem hanc fidelitatem à suis subditis exigentes: & quoties vltima fidelitas grauior est antecedente, ad pristinam reduci debet, cùm non liceat in homagio, vel fidelitate nouationes addere. idem D. Sol. ibid. nume. 14. & 15. eod. fol. 14.

Habens feudum ligium, non tenetur præstare iuramentum pluribus Dominis, quia tale feudum tantùm recipitur ab Imperatore. Ias. in l. de pupilli. §. plurium. ff. de oper. nou. nuncia.

Vasallus non tenetur facere fidelitatem omnibus filiis Domini sui defuncti succedentibus in dominio: sed potest eligere vnum ex eis, cui faciat ipsam fidelitatem. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 26. vide tamen Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des fiedz* Rub. 3. §. 7. Barto. in l. cùm vnus 10. ff. de alimen. & cibar. legat. & in l. 5. §. Si plurium res, nume. 10. ff. de oper. nou. nuncia.

Iuramentum fidelitatis per Procuratorem præstari potest. Andr. Gail. obseruatio. 83. nume. fin. Franc. Marc. quæst. 1213. Si habeat speciale mandatum. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des fiedz* §. 2. gloss. 4. nume. 3. & Hartma. cap. 17. titu. de Procurato. libr. 1. vide Ozas. decisio. 113. Marc. quæst. 692. & sequen. part. 2. & Roma. singul. 807. Contrarium tamen videntur tenere Papon. libr. 13. titul. 1. arrest. 19. & Henric. Boer. in suis singularibus, titu. iuramentum.

Vtrum homagium per Procuratorem præstari possit, vide Ioan. Gal. quæst. 301. in decisio. diuerso. & Aegid. Magist. tract. extinctio. ibid. cap. 6. fol. 176.

Si Princeps Ciuitatem aliquam, (quæ sua non erat) occupet, & compellat Ciues, vt fateantur contrarium, & iurent fidelitatem, talis præstatio iuramenti nullius erit momenti. Andr. Gail. obser. 54. lib. 2. Pet. de Rauen. sing. 891. & Pet. Gerar. sing. 38.

Quæ sint differentię inter iuramentum fidelitatis, & homagij, vide eundem Aegid. tractat. Regalium capit. 13. & 14. in dd. decisio. diuerso.

Franchi homines dicũtur dupliciter, vno modo qui liberi sunt à præstatione homagij, & tali conditioni nunquam fuerũt adstricti: & alio, qui fuerunt adstricti, sed pacto, seu remissione, aut Principis rescripto, vel præscriptione fuerunt à tali conditione liberati. Guid. Pap. quæst. 313.

Quis potest se adstringere præmissis conditionibus, & suos descendentes. idem Guid. quæst. 315.

Homagium factum alteri, quàm vero Domino, illi non præiudicat. Franc. Marc. quæst. 454. nume. 25.

Homagium dicitur, quando aliquis promittit se esse hominem alicuius Domini, stare, & habitare, vbi voluerit. vide Cassan. in consuetu. Burg. titu. *Des fiedz* § 3. gloss. 2. Sed quomodo definiatur vide ibid.

Homagium, & fidelitas quomodo differant, vide ibid. nu. 7 Vbi de materia homagij.

Homagium, & homicium idem sunt, quod homagium triplici ratione fieri potest nempe ratione feudi, ratione rerũ, & ratione solius personæ Natt. consi. 544.

Si sunt duo contendentes de vno castro, debet fieri homagium illi, qui possidet. Guid. Pap. sing. 326.

Filius, qui abstinuit ab hæreditate patris, non est homo illius, cui pater fecerat homagium. Guid. Pap. sing. 712.

Vasallus (si nihil aliud actum sit) per iuramentum fidelitatis, censetur promittere seruitutem personalem, seu seruitiũ personale. Oza. decisio. 26 num. 11.

Vasallus quando in inuestitura iuramentum fidelitatis præstat secundum formam antiquę, & nouæ fidelitatis, vltra seruitium reale, censetur etiam seruitium personale, & militare promisisse, ad quod Religiosus non admittitur. Ozas. decis. 27. nu. 9.

Iuramentum fidelitatis quid cõtinere debeat, vide Afflic. decis. 265. nu. 40.

Vasallus est obligatus Domino iurare fidelitatem, quam iurare debet, non solùm Vasallus ratione feudi; sed etiam Vasallus burgensis. Afflic. d. decisio. 265. num. 39. Vbi de iuramento fidelitatis, & effectu illius.

Iuramentum fidelitatis præstatur ab habitantibus in territorio alicuius Baroni, hoc modo, quòd non erunt ei noxij; sed fideles. Gui. Pap. quęst. 307.

De iuramento fidelitatis vide per Maran. in suo Spec. part. 6. titu. de iuramento, nume. 38. Et quæ tale iuramentum continere debeat, vide per Cassan. in consuetud. Burg. titu. *Des fiedz* §. 1. glos. 4.

Iuramentum fidelitatis debet præstari Domino habenti merum, & mixtum Imperium, & omnimodam iurisdictionem, per originarios, & habitantes in loco, hoc modo, quòd

pro posse suo saluabunt vitam, membrum, & honorem ipsius, mortem que eius euitabunt. Rol.consi.53.volum.2.

Fratres Domini etiam tenentur ad iuramētum fidelitatis. Rol.d.consi.53.num.4.vol.2.

Iuramentum fidelitatis, & iuramentum assecurationis differūt: quia primum præstatur Domino ratione feudi, secundum præstatur ab originariis, & habitantibus in terra, in qua quis habet iurisdictionem, merum, & mixtū Imperium, sed de aliis differentiis vide per Rol.consi.52.vol.3. Tamen consuetudine potest induci, vt etiam originarij, & habitantes teneantur præstare iuramentum fidelitatis secundum formam c.1.de noua forma fideli. in vsibus feud. Rol.ibid.

Iuramentum fidelitatis præstitū à Vasallo, inducit subiectionem, sed quæ alia denotent subiectionem, vide per Menoch. consi. 264. libro 3.

Vasallus tenetur defendere Dominum verbo, & facto: & fidelitas hēt duas habenas, vnā in faciendo ea, quæ quis debet, & aliam in non faciendo illa, quæ non debet. Bar.super constitutione ad reprimendum fol.97.

Qui iurat, & promittit fidelitatem, quid debeat seruare, vide cap.de forma 22.q. 5.

Iuramentum fidelitatis non ex contemptu dimissum, leuius punitur. Afflict. decisio. 265. num.90.

Fidelitatis iuramentum per Dominum propria auctoritate exactum, feudum perdere facit. Afflict.d.decis.265.num. 92.

Pariter burgensis iurat ipse personaliter, sicut Feudatarius, in manibus Regis, & primi Domini: Ciuitas verò per Syndicum iurat, quo casu reatus periurij non transit in singulos de Vniuersitate. Gram.d.decis.105.nu.27. vide Cassan.in consuetud. Burg. tit. *Des fiedez.* Rub.3.§.7 glo.1.num 5.

Fidelitatis iuramentum, an requirat tactū scripturarum, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 47.num.15.

Fidelitas est de essentia feudi, adeò quòd in concessione feudi simpliciter facta, fidelitas intelligatur, quamuis de illa nulla mentio facta fuerit. Guid.Pap.q 518.num.2.

Fidelitas quando præstanda prius sit, quàm inuestiatur Feudatarius, vide Boer.decis. 103. nume. 11.

Subditus de iure communi debet iurare fidelitatem Domino, non obstant præscriptione longissima: secùs si esset præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria nō extaret. Crauet.consil.27. vide tamen ibidem, nume. 4. Sed si alteri præstiterit hoc iuramentum, quid iuris, vide ibidem.

Fidelitatem non tenetur quis iurare ex eo solùm, quòd possideat bona in alieno territorio. Crauet.consi.1.num.10 parte 2.

Vasallus contraueniens iuramento fidelitatis, non amittit feudum, nisi in casibus à iure expressis, tenetur tamen Domino reuelare, si aliquid nouerit contra illum tentatū. Crauet.consil.224.num.7.

Non semper, quòd præstatur iuramentum fidelitatis, bona dicuntur feudalia. vide Crauet. consi. 293.

Fidelitas non debetur pro re feudali, pro qua soluitur annuus canon: quia tunc res potius dicitur emphyteotica, pro qua non præstatur hoc iuramentum, & hoc verum, licèt cōcessio sonet in feudum. D.Sol.in constitutio. antiq. Sabaudiæ glos.3.super 1.part.decreti, Rempub.tit.de iure emphyt.fol.14.

Conclusio limitatur primò, quando cum promissione census annui, præstitum quoque fuisset iuramentum fidelitatis.ibid.nu.3.

Secundò limitatur, si tenuis, & exigua sit pensio, & feudum, seu res sub nomine feudi concessa sit magna, aut egregij valoris: quia si magna sit pensio, potius locatio, vel contractus emphyteuticus censetur, non obstante præstatione iuramenti fidelitatis. Dom. Sol. ibid.num. 4.

Tertiò limitatur, quando extaret consuetudo, quòd pro re feudali sub censu annuo concessa, iuramentum fidelitatis præstaretur. D. Sol. ibidem.

Onerum appellatione fidelitas continetur, & subditi non possidentes feuda, qui Vasalli non sunt, sed tantùm in iurisdictione alicuius Domini habitantes, aliam præstare debent fidelitatem, quàm Vasalli. D. Sol. ibid. d.glos.3.super d.decreto Rempu. prima par. fol.14.

Consuetudo cessante, soli Regi, & Principi genibus flexis, reuerentia præstanda est. Dom. Sol. ibidem.

Vasallus iuramentum fidelitatis Domino præstare tenetur, nisi feudum esset tenue, vel modicum, sed quando dicatur tenue, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas. 214. Aliàs Vasallus non præstans fidelitatem Domino, priuatur feudo. Ludo.Roma.sing. 119. Vbi etiā quando feudum dicatur exiguum.

De fidelitate, eiusq; reuerentia, & vbi dicatur sita fidelitas, & quid operetur illius reseruatio, vide per Dec.consi.413.vol. 2.

Si Vasallus præstiterit iuramentum fidelitatis pro se, & suis successoribus, tale iuramentū sufficit, adeò quòd successores non teneantur amplius illud præstare: secùs erit in renouatione inuestituræ. Cassane. in

con-

consuetud.Burg.tit *des fiedz* § 1.glo. fin.nu.32. vide Craue.con.215.num.8.& glos.in cap.14. ex de iureiuran.

Tutor pro pupillo potest præstare iuramentum fidelitatis,& tenetur.Cassan.ibid.§.2.glo.2.

In omnibus casibus,in quibus requiritur inuestitura,nõ requirit fidelitatis pstatio. vide ibid.

Vasallus iurans fidelitatem Domino, illi indigenti tenetur subuenire, quando eget ex iusta causa.Natt.consi 380.nu.7.

Iuramentum fidelitatis triplex est,vnum. quod pręstatur Domino ratione feudi,aliud retione domesticitatis, & familiaritatis, & aliud, quod præstatur ratione iurisdictionis, quod vocatur iuramentũ assecurationis. vide Natt. consi.598.nu.10.& seqq.& consi.628.

A iam dicto iuramento fidelitatis subditi non possunt se tueri,etiam immemorabili pręscriptione,quia talis præscriptio non habet locũ in actibus voluntariis,& in his, quæ sunt meræ facultatis.Rol.consi.53.nu.18. Fallit,quando subditi ad præstandum hoc iuramentum requisiti,negassent tanquam liberi illud pręstare.Natt.consi.518.

Confederationes iniri debent sine alterius dãno,& præiudicio:ideò subditi non possunt cogi ad pręstandum iuramentum fidelitatis nõ Domino, cum quo proprius Dominus iniuit confederationem. Menoch.consi.377.lib.4.

Vasalli, & cæteri omnes tanquam subditi iurare debent fidelitatem Principi, nisi sint tales personæ,quibus iuramentum remittatur.c.in causis §.Vasalli.tit.de pac. cõstan. in vsib.feu.

Singulo decimo anno fidelitates sunt renouandæ.ibid.§.sententiæ.

Vasallus,qui iurauit Prælato, successoribus iurare non cogitur. cap. veritatis 14. ext. de iureiurando.

Si iuramentum vni debitum alteri præstetur,illicitum est,& illo non obstante, cui debebatur præstandum erit. cap. ea te 22. ext. de iureiurando.

Clerici non habentes temporalia à laicis, non tenentur illis præstare iuramentum fidelitatis.cap.nimis 30.eod.tit.

Domino excommunicato manenti, subditi fidelitatem non debent.c.fin.ex.de pęn.

Vasallus ad petitionem Domini, an cogatur fidelitatem alteri promittere, vide Bartol. in l. soluto matrimonio, nume. 14. ff. soluto matrimonio.

Filius petendo iuramentum fidelitatis, non videtur se immiscere hæreditati paternæ.Bart. in l.qui putat 73.ff.de acquir.hæred.

Possessio probatur per iuramentum fidelitatis. Abb.consi.62.part.2.

De iuramenti absolutione.

Clausula, Iurans omnia fore vera,in contractu apposita non obstat, quãdo à iurante petita fuit absolutio à iuramento, & quando hæres iurantis agit ad rescisionem contractus simulati,vel ex alia causa, non esset necessaria absolutio.Ozas.decis.42.nu.5.Guid.Pap.q. 140.num.fin.& sing.345. D.Sol.in constitutio. antiq.Sabaudiæ glo.1.super decreto,Philibertus,tit.de iudi.& Hippol.sing.546.

Licèt iurans omnia esse vera in contractu, non posit dicere contractum simulatum, tamen hoc non procedit in hærede,vel tertio. Oza. d.decis.42. nu.6. & 7. Imò iuramentum super contractu simulato præstitum, est nullum, & non est necesse petere absolutionem, secundum Gram.decis.76.nu.21. vide Ias. de actio. § fuerat,nu.87.& 88.Nisi adsit clausula, Iurãs oĩa esse vera.vide eundẽ Gram.decis.89.Nã tunc iuramentum excludit exceptionem simulationis,non obtenta absolutione. Afflic. decisio.60.

Iuramentum illicitum, an quis posit respuere propria auctoritate,vel sit opus absolutione, vide Guid.Pap.q.453.

Absolutio à iuramento non videtur necessaria in eo, qui vult impugnare contractum ex capite implementi non sequuti. Crauet. consi. 127 num.16.

Non nocet iuramentum, quod ex falsa causa, atque per errorem præstitum est.Craue.cõsi. 1.pro genero,num.227.

Quando iuramentum est nullum, superuacua dicitur absolutio, & tunc non est necessaria. Craue.ibid.num 231.232.& 234.

Iuramentum non probatur per instrumentum factum contra formam statuti cõditi ad euitandas fraudes: ideò si statutum dolum, vel metum præsumat, ac fide instrumẽtũ priuet, tunc absolutio à iuramento non est necessaria: si enim statutum non tolleret fidem instrumento,sed annullaret contractum, tunc esset necessaria absolutio: quia volens recedere à contractu,& illũ impugnare,prius absolutionem obtinere debet. D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ glos.5.super 1.part.decreti quitationem, num.27. & 29.titu.de minorib.fol.104.

Absolutio non est necessaria, quando,non obstante iuramento, probationes fuerunt admissæ,& receptæ.Natt.consi.305 nu.9.

Prælatus, & tutor iuramento ab ipsis præstito in damnum Ecclesiæ,& minoris, non ligãtur ideò contrauenire possunt absque absolutione à iuramento impetrata, licèt absolutio

ab incauta iuratione, & mala intẽtione, aut à facto peti debeat. August. Bero. q. 28.

Iurans scienter illicitum, nõ eget absolutione, nec tenetur illud iuramentum obseruare. c. quanto 18. ex. de iureiuran.

An reductio ad arbitrium boni viri arbitramenti peti possit, non habita prius absolutione, vide Abb. consi. 77. nu. 5. part. 2.

Apostolica auctoritas penitus illicita ad irritũ deducit iuramenta. c. auctoritas 15. q. 6.

Absolutio à iuramento non potest obtineri, nisi vocata parte, cuius interest, quod intelligas, quando absolutio petitur ad effectum tollẽdæ obligationis, seu retractandi contractus: secùs autem si petatur ad effectum agendi, & excipiendi, quia tunc non requiritur partis citatio. Ozas. decis. 125. nu. 7. Afflic. decis. 220. nume. 10. Capel. Thol. q. 62. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 18 DD. de Rot. decis. 8. aliàs 767. de iureiuran. in antiq. Rot. Genu. decis. 192. num. 3. & 13. vide Guid. Pap. quæst. 140. Mysing. obser. 86. cent. 6. Natt. consi. 168. nume. 5. & Rol. consi. 2.

Absolutio à iuramento ad effectum agendi in hoc solummodo prodest, vt possit absolutus agere, non obstante iuramento, & ostendere de iure suo: sed in reliquis, ea non obstante, tenetur ad obseruationem iuramenti interpositi in contractu: quia vires ipsius non tolluntur per ipsam absolutionem. Afflic. decis. 220. nume 9.

Absolutio est omnino necessaria ad hoc, vt qs agere possit. Ios. Ludo. decis. Perus. 18. nu. 10.

Minori læso ex contractu iurato, aufertur beneficium restitutionis in integrum propter iuramentum, nec prodest absolutio ab illo, quia non potest tollere dispositionem auth. sacramenta puberum, ꝑ quã parti ius quæsitũ fuit. Affli. decis. 322. nu. 8 Tamẽ data enormissima læsione, minoribus, & maioribus indistinctè conceditur absolutio à iuramento, & rescinditur contractus; secùs data solùm enormi læsione. Afflic. d. decis. 322. num 9. vide Capic. decis. 159. num: 24. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 18. & Gram. decis. 66.

Dispositio cap. quamuis, & cap. cùm contingat ex. de iureiuran. procedit, quando læsio esset mediocris, & tũc nihil prodest absolutio. Afflic. d. decis. 322. nu. 11.

Data enormissima læsione sufficit, vt qs sit absolutus ad effectum agendi, & excipiendi: quia licèt à principio talis absolutio nõ sit plena, tamen ex postfacto per probationes factas, vocata parte, repletur, nec est necesse iterũ absolutionem petere, sed sufficit prima, quæ licèt fuerit cõcessa ad finem agendi, proficit tamen ad finem obtinendi, & peragendi. Afflic. d. decis. 322. num. 12. vide tamen Benint. decisio 14.

Iuramentum confirmat in se cõtractum, & quitationem inter patrem, & filiam, nec obstat absolutio ad effectum agendi concessa, quæ est modici præiudicij, & non nocet in aliquo parti in negotio principali. nec vinculo obligationis contractæ per tale iuramentũ: ideò filia, quæ obtinuit absolutionem, tenetur postea agere ad rescisionem contractus ex læsione, vel alia iusta causa. Guid. Pap. q. 226.

Quando quis grauiter læditur ex laudo, is potest petere reductionem ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento, nec videtur necessaria absolutio secũdum Guid. Pap. q. 519.

Absolutio in casu enormis, & enormissimæ læsionis à iuramento peti potest. Cassad. decis. 1. tit. de empt. & vend.

Episcopus semper dispensare debet super iuramento, quando læsio est in excessiua, & maxima quãtitate, in qua præsumitᷣ dolus, & fraus. Beer. consi. 39. nu. 7.

Absolutio à iuramento non debet, nec potest cõcedi nisi ex causa, veluti respectu doli interuenientis ex proposito, vel re ipsa, vt si adsit læsio vltra dimidiam, aliàs absolutio nihil operatur, nec tollit vires iuramenti, vel contractus. Crauet. consi. 7.

Minor læsus, vel qui iurauit non petere restitutionem in integrum, debet petere absolutionem à iuramento, alioqui non procedit petitio restitutionis. Natt. consil. 144. Tom. 1. & in additio. ad Bart. in l. 2. C. de rescind. vendi.

Absolutus à iuramento in contractu apposito, potest venire contra talem contractũ, quando contractus sustinebatur solùm propter iuramentum: quia aliàs erat inualidus; secùs si validus. Hippo. sing. 529 vide eundẽ, sing. 654.

Donatio facta in venditione de eo, quod plus est, data enormissima læsione, non sustinetur, sed an tunc sit necessaria absolutio à iuramẽto super tali alienatione, & donatione præstito, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 165. num. 8.

Absolutio à iuramẽto impetrata, an valeat ad implorandum remedium l. 2. C. de rescind. vendi. vide ibid. d. decis. 165. nu. fin.

Quando contrahentes aliquid faciunt in vim contractus, post ius tertio quæsitum, absolutio à iuramento non inualidat contractum. Ozas. decis. 125. nu. 7. in fine.

Absolutio à iuramento debet omnium obstantium facere mentionem; aliàs subreptitia iudicatur. Ozas. decis. 142. num. 14. Et tunc non valet. Afflic. decis. 220. num. 11. Craue. consi. 7. num. 11. Rol. consi. 34. vol. 4. & Menoch. consi. 343. lib. 4. num. 52.

Absolutio quando dici possit surreptitia, si non fuerit

fuerit facta mentio de litis pendentia, vide Afflic.d.decis.220.nu.13.

Habilitatione à iuramẽto (per quã quis absoluitur cum clausula, Præmissis, & quibuscunq; aliis in contrarium non obstantibus) nedum rescripti subreptio tollitur; sed etiam transactio iurata. Gram.decis.66.nu.61.

Periurus est, qui iurat soluere in termino, & nõ soluit: ideò ab hoc periurio debet etiam absolui. Afflic.decis.30 nu.5.

Absolutio debet peti ante terminum solutionis; aliàs si termino lapso, petatur, debitor nõ debet audiri. vide Rol.consi.34.vol.1.& cõsi. 26.vol.3. Citatio ideò super absolutione à iuramento non conceditur, nisi supersint viginti dies termini solutionis, aliàs concessio nõ operatur effectum. Afflic.decis.31.

Solutio fieri debet, si pendente iudicio super absolutione iuramenti, dies solutionis pecuniæ aduenerit. Afflic.decis.30.nu.5.

Periurus est, qui petit absolutionem iuramenti, quam iurauit non petere: ideò ab hac promissione iurata, etiam petere debet absolutionem. Afflic.d.decis.30.nu.6.

Iuramentum tenetur obseruare, qui iurat absolutionem non petere, tamen Papa potest absoluere à tali promissione, si hoc in precibus fuerit narratum. Afflic.decis.220.nu.12.

Iurans non contrauenire, nec petere absolutionem à iuramento, & impetrata non vti, si petat simplicem absolutionem à iuramento, non petita prius absolutione à iuramẽto de non petendo absolutionem, & impetrata nõ vti, non valet absolutio. Natt.consi.34 nu.6.

Periurij causa an possit intentari, non obstante litis pendentia super absolutione à iuramento, vide Afflic.decis.31.

Periurus quo casu possit petere absolutionem à iuramento, vide Afflic.decis 36.nu.3. & decis.220.nu 17. Quòd non possit absolui, nisi à Papa, vel ab eo habente speciale mãdatum, scribit Craue.consi.1.pro genero, nu.7. vide Menoch.consi 343.nu.48. Et obtenta absolutio ab inferiore, non valet. Fran.Marc.q.386. part.2. Ioseph.Ludo.decis.Perus.90.nume.24. Mago.decis.119.Rot.Floren.& Craue.d.cons. 1.pro genero, nu.7 & 225.vide Rol.cons.34.

Iudex laicus cognoscit de obreptione, super qua cognouit Ecclesiasticus in concedenda absolutione. Afflic.decis.220.nu.9.

Omnia, & singula contenta in instrumento esse vera iurans, & in nullo contrauenire, absolutionem à iuramento petere nõ potest. Gram. decis.45.& Guid.Pap.q.367. nu.fin.

Absolutiones, & relaxationes à iuramentis tot sunt necessariæ, quot fuerũt iuramẽta. Gram. decis.66.nume.12. Natt.consi.144.nume.6. & Menoch. consil.343.lib.4.nume.fin.

Absolutio peti debet antequam porrigatur libellus. Menoch.consi.343.nu.47.lib.4. Ideò à iuramento quis absolui non potest, iudicio iam cępto, & periuro patrato. idem Menoch. consi.24.nu.17.

Absolutio à iuramento per metũ extorto, quando requiratur, antequam aliquis agat, vide Afflic.decis.263.

Quando sit necessaria absolutio, & contrà, vide Capic.decis.174 nu.13. Andr. Gail. obser.42. lib.2.Abb.consi.8.& 107 part.2.

Iuramentum vi, & metu extortum, est nullum, tamen de illo est petenda absolutio. Afflic.decis.322.num.6.& decis.393.nu.12. Andr.Gail. obser.42.lib.2.c.2.8.& 15. ex.de iureiuran.

Absolutio à iuramento concedi debet quando eius obseruantia est nutritiua peccati, ex parte recipientis. Capic.decis.158.nu.28.

Impetrans iuramenti absolutionem, vel habilitatem ad agendum, debet allegare se seductum, & circumuentum. Capic.d.decisi.159. nume.37.

Episcopus potest dispensare super iuramento, & concedere absolutionem ex causa legitima. Guid.Pap.q.140.nu.3.

An Princeps secularis possit dispẽsare super iuramento, vide Guid. Pap.q.178. & q.194. Pro negatiua scripsit Hartma. cap.5. titu.de iurament.lib.2.

Dispensari potest super iuramento, de quo in c. quamuis, de pact. super iuramento præstito de soluendis vsuris, & super præstito per filiumfa. qui renunciauerat Macedoniano: idẽ in eo, qui renunciauit cessioni bonorum, & in donatione inter virum, & vxorem, quæ firmatur iuramẽto, sed hoc vltimum procedit, quibusdam probatis, de quibus, & de præmissis vide per Guid.Pap.q 224.& Capel.Tholo. q.231. Quid de iuramento pręstito super alienatione fundi dotalis, vide Guid.d.q.224.

Pars cogitur relaxare iuramẽtum iniustum, vel illicitum. Natt.consi.167.Tom.1.

Pendente causa absolutionis, Iudex secularis ad vlteriora procedere potest. Franc. Marc. q.84 part 2.

Iuramentum vbi est licitum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis, potest recipiens compelli ad absoluendum iurantem à iuramento, sed an super hac compulsione Iudex secularis sit competens, vide Rom.sing. 498.& Abb.consi.8. part.2. Hoc verum antequam iurans in periurium inciderit; aliàs secùs. idem Roma sing.499.

Iuramentum potest per partem remitti. Guliel. de Ludo sing.63.

De stylo signaturæ Iustitię, non datur absolutio

iura-

iuramenti aduersus iuratam obligationem in forma Cameræ, etiam ad effectum agendi: quia contra instrumenta habentia executionem paratam, non debet concedi, nisi solutionis, vel falsitatis exceptio. Gulie. Cassad. decis. 1. tit. de mutuis petit.

Absolutio à iuramento semel facta, sufficit ad totam causam. Mysing. obser. 57.

An Papa possit relaxare iuramentum in præiudicium tertij, cui ius quæsitum est, vide Cra. consi. 7. nu. 8.

In iuramento præstito contra publicam vtilitatem, est necessaria absolutio: idem in iuramento præstito per filiam metu patris. Ias. de actio. in §. item si quis postulante, nu. 73.

Absolutionem petens à iuramẽto, non dicitur illi contrauenire. Natt. consi. 167. & Abb. cõsi. 8. part. 2.

Florentinus si cum Florentino Senis cum iuramento contrahat, absolutionem à iuramento petere potest ab Episcopo Senensi, altera parte absente. Ludo. Roma. sing. 476.

Iudex secularis quantumlibet emineat, de iuramenti materia non cognoscit: fallit in cognitione nullitatis absolutionis concessæ per Iudicem Ecclesiasticum ab ipso iuramento; nã de ipsa nullitate cognoscere potest. Hippol. sing. 367.

Simplices, rustici, mulieres, & minores in cõtrahendo iurantes, non obligantur, obtenta tñ ab Episcopo absolutione. idẽ Hipp. sing. 450.

Quando iuramentum relaxetur per absolutionem, vide Abb. consi. 107. part. 2. & in suis quæstio. q. 2. num. 20.

Quando dubitatur, an iuramentum sit licitum, vel illicitũ, recurrendũ est ad Sedẽ Apostolicam. c. venerabilẽ 34. ex. de elect. & elec. pot.

A iuramento præstito super contractu prohibito in odium creditoris, petitur absolutio à iuramento. Bart. in l. 57. ff. de fideiusso. & manda, vide Abb. consi. 107. part. 2.

An Iudex Ecclesiasticus, qui cognoscit de absolutione, sit competens Iudex totius causæ, vide DD. in Rub. de eden.

Quando nulla reperitur iniquitas ex parte iuramentũ recipientis, nec illud peccatũ cõtinet ex parte iurantis, inuito iuramentum recipiente, non debet fieri absolutio. Abb. consi. 12. part. 2.

Circa absolutionem à iuramento est distinguẽdum, aut iuramentum validat contractum, & tunc non licet, absolutione obtenta, venire contra illum: quia validatus fuit ex iuramẽti interpositione: aut non validat contractum, & tunc obtenta absolutione, iurans remanet in pristino statu, ita distinguit Abb. consi. 107. num. 5. part. 2.

Pontificalis auctoritas à iuramento fidelitatis, non nullos absoluit. c. alius 15. q 6.

De conclusione in causa.

CONclusio causæ, non est de substantia processus; ideò absque vitio nullitatis omitti potest: tamen in Camera Imperiali non fertur sententia, nisi legitimè conclusum sit in causa. Andr. Gail. obser. 107. lib. 1.

In causa dicitur conclusum, quando probationibus, & allegationibus per partes renunciatur. Gail. ibid. num. 3.

Post conclusionem non admittuntur probationes: sed dictum limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per eundẽ Gail. d. obser. 107. lib. 1. Ozas. deci. 142. nu. 6. Bar. in auth at qui semel. C. de probatio. DD. de Rot. decis. 8. aliàs 758. & 10. aliàs 802. de iudic. in antiq Quò loci habetur admitti nouam probationem, solutis expensis.

Renunciatione, & conclusione facta in causa, partes admittuntur ad producendum instrumenta de nouo reperta, præstito super hoc iuramento. Bart. in l. admonẽdi 31. ff. de iureiur. Iaff. Lanf. Balb. decis. 23. Idem in testibus. Guid. Pap. q. 201. vide constitutiones antiq. Sabaudiæ tit. de conclusione in causa, & cõmẽt. D. Sol. in dd. constitut. fol. 155. Aliàs conclusio causæ excludit productionem testium. Aegi. Bellam. cõclusio. 52. Nec Iudex potest admittere nouas probationes. Natt. cõsi. 251. & 252.

Conclusio facta, etiam cum potestate reuocandi, non debet reuocari ad partis petitionẽ, nisi ex iusta causa. Aegid. cõclu. 55. & 57.

Assignatio ad proponendum præcludit partibus viam vlterius quicquam producendi. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glos. super 2. part. decreti, vt nihil, tit. de conclusio. causę. Idem in assignatione ad ius. ibid. nu. 5.

Post assignationem ad ius nihil fieri potest, vel produci, nisi parte vocata. Io. Gal q 245.

Conclusio in causa tripliciter fit, & sine illa iudicialis ordo non seruatur. D. Sol. super d. decreto, nihil, part. 2. tit. de cõclusione cau. nu. 6.

Assignationis ad proponendum prætermissio vitiat sententiam: idem in assignatione ad illam audiendam. ibid. nu. 8.

Conclusio in causa mera interlocutoria est facilè reuocabilis, tamen iure, & statutis corroborata interrumpi non debet sine Principis rescripto, maximè si Iudex iam acta remiserit Cõsultori, vel si Senator viderit, & processum iam retulerit, cui est iniuriosa interruptio. idem D. Sol. super d. decreto, nihil, num. 10. & seqq. fol. 156.

Relata

Relata in Senatu causa, quæ collata dicitur, an post data dubia, possit interrumpi, vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 33.

Quod dicitur post conclusionem in causa nihil esse producendum, intelligitur in eadem cã principali, ac eadem instantia, non in causa appellationis, vel supplicationis: Item procedit dictum iure ordinario; nõ autem quin via restitutionis in integrum, quis sibi consulere possit, vt audiatur, conclusione in causa non obstante. idem Dom. Sol. super dict. decreto, nihil, tit de conclus. in caus. num. fin. & Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 35. nu. 19.

De conclusione in causa vide per Maran. in suo Spec. lib. 6. tit. de conclusio. in cau. Et quæ admittantur post illam, & de iuris allegationibus, vide ibid.

Conclusio in causa quid sit, quid operetur, quibus modis fiat, in quibus causis non concludatur, quãdo excludat vlteriores probationes, & alia de ipsa conclusione vide per Menoch. de Arbitra. d. q. 35.

An post conclusionem in causa admittãtur interrogatoria, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 2. num. 18.

Vbi in causa conclusum est, nullæ sunt partes Iudicis, nisi in pronunciando, & clauditur processus, adeò quòd nulla allegatio deinceps fieri debeat. Guid. Pap. sing. 418.

Postquam conclusum fuit in causa nihil allegari potest, quod habeat impedire sñiam, quę sola ferẽda restat, sed an possit ꝑduci instrã, vide Hartm. cap. 2. tit. de concl. Et an liceat tunc admittere probationes, vide ibid. cap. 3

Tunc dicitur in causa conclusum, quãdo est renunciatum, non solùm probationibus facti, sed etiam allegationibus iuris: & non præsumitur conclusum, nisi ex actis appareat expresse, vel tacitè fuisse conclusum. idem Hartma. ibid. tit. de conclusio.

An post conclusionem in causa pars altera possit petere sibi deferri iuramentum suppletiuum, vide Andr. Gail. obser. 108. lib. 1.

Instrumenta regulariter vsque ad conclusionẽ in causa produci possunt, & aliquando post. Mysing. obser. 56. cent. 6. Math. Mathes. sing. 40 in additio. & sing. 57.

Si ante conclusionem in causa sint pręsentatę aliquæ scripturæ publicæ, quæ indigeãt aliqua probatione, possunt (si improbẽtur) post cõclusionẽ in cã cõprobari. Afflict. deci. 115.

Nulla admittitur scriptura ius, & factum continens, post conclusionem in causa. Lamfr. de Oriano sing. 12.

Si causa instructa sit, & inhibeatur quatenus nõ sit instructa, an Iudex possit procedere sine metu attentatorum, vide Crescen. decisio. 1. aliàs 113. titu. de iudic.

Conclusio causæ tacitè videtur reuocata, si admittantur post conclusionem articuli. Afflic. decisio. 115 num. 2.

Causa relata, & introducta non conceditur beneficium. Thom. Minad. decis. 15.

Conclusio causæ faciliùs reuocatur ad petitionem partis, in cuius contumaciam fuit facta, quàm alterius. Aegid. Bellam. concl. 56.

Conclusio in cã dẽt fieri, altera ex partibus instante. DD. de Rot. decis. 5. de iudic. in antiq. aliàs 707.

Actor debet post datam petitionem suam in prima, vel secũda dilatione producere iura, per quæ suam petitionem iustificare intendit. vide constitutio. antiq. Sabaudiæ, decrene partibus, ti. quod actor, in decretis nouissimis fol. 82. mihi.

In criminalibus non debet fieri cõclusio: quia quocunque tempore ante sentẽtiam, si quis velit se is defendere, admittẽdus erit. Guid. Pap. sing. 489.

De quibus Iudex possit interrogare post conclusionem causæ, vide Hippol. sing. 155.

Iudex in quacunque parte iudicij, etiam post conclusionem in causa, interrogat partem, & positiones facit ex officio. Bar. in l. 22. in repet. num. 7. ff. de interrog. actio.

An confessio erronea post conclusionem in cã, possit reuocari, vide Rom. cons. 433.

Iudex statuere debet terminum ad omnes exceptiones proponendas, & posteà excipientem non debet audire, nisi tribus in casibus, de quibus vide in c. 4. extr. de except.

De sportulis.

Sportulas in causis miserabiliũ personarum, Iudices habere non debent. Ias. de actio. in § omnes, vers. tripli, nume. 55. & Rolan. consil. 87. volum. 2. num. 23.

Sportulæ soluuntur ab illa parte, quæ instat causam expediri, & æqualiter si ambæ instãt. Rebuff. in constit. Reg. tracta. de senten. executo. art. 5. glo. 4. num. 5. Tom. 1.

Licèt Iudex inuita vna ex partibus assumpserit consilium Sapientis, nihilominus vtraque pars tenetur soluere suam partem sportularum. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des droicts*. Rub. 4. § 7. glo. 12. num. 37.

Sportulæ præstantur regulariter Iudicibus ordinariis secundum consuetudinem fori, exceptis causis summariis, in quibus de iure sportulæ non soluuntur, nisi statuto, vel consuetudine aliter caueatur. Natt. consi. 154. Tom. 1. & Rol. consi. 87. vol. 2.

Iudex non potest retinere processum pro sportulis, Boer. decisio. 15.

Litis

Litis contestatio vbi non datur, nec similiter sportulę dari nō debēt.Rol.d.consi.87.nu.16.
Sportulæ de iure Canonico sunt reprobatæ, valet tamen consuetudo in contrarium.Ludou. Roma.sing.183.
Sportulæ quibus,& à quibus sint soluendæ,vide gloss. in authen. offeratur.C.de lit.contestat. & Ias.de actio.in §.omnes autem, versic. tripli,nume.45.

De sententiis interlocutoriis.

IVdex si ex interuallo, & non incontinenti,proposita exceptione,processerit ad vlteriora,videtur de exceptione emergēte cognouisse & exceptioni propositæ renunciasse. Put.decisio 388.lib.3. vide Ozas. decisio.142. nume.39.
Exceptio dum opponitur,an illa militet, est ante omnia pronunciandum, nec debet ad merita reseruari.Gram.decis.65.nu.84.
Reseruatio exceptionum. quam facit Iudex interloquendo dicens,esse ad vlteriora procedendum,saluis exceptionibus, est magnæ importantiæ, adeò quòd si appareat exceptiones esse legitimas, & quòd verè obstent, tunc processus redditur retrò nullus, & quicquid postea fuerit factum. Hippol.sing 696.
Quādo exceptio dilatoria solutionis fuit omissa,quomodo debeat Iudicare Iudex: & quando in litis contestatione Iudex reseruat exceptiones, talis reseruatio intelligitur,tā de peremptoriis,quàm de dilatoriis.Bar.in l.exceptionem 19.C.de probatio.
Præceptum de soluendo factum à Iudice in cōfessum,non dato libello,sed ad simplicem requisitionem creditoris,habet vim interlocutoriæ,& nō diffinitiuæ: ideò poterit reuocari contrario Imperio: secùs si dato libello,emanauerit confessio, quia tunc non fit præceptum, sed debet ferri sententia diffinitiua. Iaff Lanf. Balb. decisio.72. vide Guid. Pap. sing.612.
Interlocutoria lata ex relatione Peritorum in arte, ne dum potest per appellationem reuocari, sed etiam nunquam transit in iudicatum, quin possit per Peritos reuocari. idem Iaff.decisio 241.
Iudex delegatus, qui pronunciauit se non esse competentem, nō potest talem reuocare interlocutoriam;secùs si sit Ordinarius, vel Delegatus ad vniuersitatem causarum:limita tamen primum dictum,quando ab ipsa pronūciatione fuisset appellatum; quia tunc posset Delegatus eā reuocare, idem Iaff.decis.264.

Appellatione ab interlocutoria pendente, potest Iudex illam reuocare, nisi iam esset inhibitum per Iudicem, ad quem.Iaff. Lanf.Balb. decis.459.Capic.decis.1.num.28.& 30.facit c. cùm cessante 60.ex.de appellatio. & gl. ibid.
Interlocutoria quo ad Iudicem nunquam transit in iudicatum. Rot. Genu. decis.164.nu.15. Ideò regulariter Iudex suam potest reuocare interlocutoriam.Mago.decis.131.Rot.Flo. Afflic.decis.115. Rot. Genu. decis.164.nu.11. vide Bar.& Doc. in l.quod iussit.ff.de re iudi.
Fallit primò,quando res non est integra,veluti vbi sua interlocutoria fuit executioni mandata. Mago. d.decis.131. Guid. Pap.sing.853. Vel trahit secum executionem. Bart. in l.1.§. quod.ff.de Prętor.stipula.Sed hæc fallētia sublimitatur,quando ex causa,& illa cognita, fit reuocatio.Mago.d.decis.131.num.5. & Barto. in d.§.quod.Verùm qualis esse debeat causa, & cognitio,vide Mago.d.decis.131.
Secūdò, fallit in interlocutoria habēte vim diffinitiuæ.Capic.decis.1. nu.24. & decis.144.nu. fin.Craue.consi.181.nu.2. Guid. Pap.sing.923. Sed pariter hæc fallentia sublimitatur,quando Iudex pronunciauit officio suo nobili.Capic.d.decis.1.nu.24.
Tertiò,fallit conclusio in interlocutoria magnę Curiæ in causa remissionis fori, quæ non potest reuocari, etiam per cōtrarium Imperiū. Capic.decis.144.
Quartò,fallit in casu, quo quis pronunciauit se non esse Iudicem competentem. Guid. Pap. q.436.nu.93.Capel.Thol.q.186.& Bar.in l.23. ff.de recept.Arbit.
Quintò, fallit in Iudice appellationis, qui pronunciauit bene, vel malè: quia tunc dicitur functus officio suo,& ideò nō potest amplius reparare suam interlocutoriam. Aegi. Bella. conclusio.23.vide Capel.Thol.q.364.
Sextò,fallit, quia licèt interlocutoria non transeat in iudicatum quo ad Iudicem,tamē illo nō potest eam reuocare sine causa legitima, & rationabili.Aegid.Bellam.conclus.51.
Septimò,fallit in interlocutoria per quam Iudicis officium expirat, vt quando remittitur causa Iudici, à quo; quia tunc habet vim diffinitiuæ.Franc.Marc.q.202.part.1.& quæst. 664.part.2.
Octauò, fallit, quādo cōsuetudo fori dictat cōtrarium. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten.prouisio.art.3.glo.1.nu.36.
Nonò,fallit, quando interlocutoria fuit bis confirmata.Iaff Lanf.Balb.decis.194.Ioan. de Arnono sing.37. Ant.Corset.in suis singularibus littera A.sing.appellatio 3. Nam Iudex suam interlocutoriam potest tantùm bis reuocare regulariter.Iaff.Lanf.Balb.d.decis.194.
Decimò,fallit in interlocutoria, per quā Iudex inter-

interpretatur verba ambigua sententiæ. idē Corset. litera S. sing. sententia 1.

Quia interlocutoria nunquam transit in iudicatum respectu Iudicis, ille potest, & debet eā reuocare, quando honestas hoc suadet, licèt pars talem reuocationem petere non possit. Craue. consi. 23. nu. 8. & Bart. in l. 9. ff. qui satisdare cogant. Quam interlocutoriam possit Iudex reuocare ex officio, vide eūdem Bar. in l. 4. C. si minor se maio. dixe.

Secundum decretum dicitur sententia interlocutoria; ideò potest à Iudice quandocunque reuocari. Ludo. Roma. sing. 608. & Mathes. singul. 39.

Iudex vsque ad sententiā potest pęnā minuere. Bart. in l. 3. C. ex quib. cau. infam. irrogat.

Sententia illa potest mutari, quæ non finit iudiciū: quia non dicitur propriè sentētia, nisi finiat totum iudicium. Bart. in l. dicere 23. & in vltima additio. ff. de recept. Arbitr.

Sententia secunda interlocutoria, lata animo recedendi à prima in casu, quo potest reuocari, valet. Bart. in l. cùm 13. §. si dominus. ff. de oper. nou. nunciat.

Per secundam interlocutoriam contrariam primæ, censetur à prima recessum. l. si opus 16. ff. de oper. nou. nunc.

In appellatione à diffinitiua etiam definitur, & cognoscitur de grauamine illato per interlocutoriā, à qua non fuerat appellatū. Iaff. Lanf. Balb. decis. 133. Contrarium tamen scribunt Mago. decis. 6. Luc. num. 16. 38. & Mysing. obser. 49. cent. 2.

Si non fuerit appellatū intra decem dies ab interlocutoria, & pars petat postea illā reuocari, pôt tunc appellari: & vbi exceptio, quę negotio principali præiudicat, vel iudiciū nullum reddit, fuerit per interlocutoriam repulsa, & pòst diffinitiuam sententiam appellari contingat, Iudex appellationis ipsam interlocutoriā poterit reuocare eo, quia ipse succedat loco Iudicis, à quo. Guid. Pap. sing. 849.

Sententia lata super appellatione ab interlocutoria, respectu partium est interlocutoria, licèt respectu Iudicis dicāt diffinitiua, si pronuncietur contra appellantem, & remittatur negotium diffiniendū Iudici à quo. Iaff. Lanf. Balb. decis. 219.

Appellatio ab interlocutoria potest iustificari ex nouis allegationibus, & probationibus, quando allegatio, vel exceptio de nouo habetur ex facto aduersarij: vbi interlocutoria est lata contra absentem: & quando infert grauamē irreparabile. idē Iaff. deci. 442.

An interlocutoria debeat confirmari, vel irritari in causa appellationis ex iisdem actis, vel ex nouiter deductis, & productis, vide per Crauet. consi. 182. & in constitutio. antiq. Sabaudiæ in statutis nouissimis. tit. pro leuiorē expeditione causarum, mihi fol. 101.

Appellatio ab inerlocutoria qualiter interponī debeat, quæ regulariter ex iisdem actis iustificari debet. Andr. Gail. obser. 130. lib. 1.

Quando appellatur ab interlocutoria, & Iudex appellationis pronunciat bene iudicatum, causa debet remitti ad primum Iudicem; si verò malè, debet retineri, sed an remissio debeat fieri expressè, vide eundem Gail. obser. 131. lib. 1.

Appellatio ab interlocutoria quot, & quibus casibus sit admissibilis, vide Guid. Pap. q. 75. & infra tit. de appella. ab interlocut.

Sententia absolutoria à iudicij obseruatione propter libelli ineptitudinē, vel actoris absentiam, magis est interlocutoria, quàm diffinitiua. Iaff. Lanf. Balb. decis. 262. & 421.

Sententia super recusatione, vel incompetētia, aut competentia Iudicis, & super desertione appellationis est interlocutoria, licèt habeat vim diffinitiuæ. idem Iaff. decisio. 421. Crauet. consi. 181. Mathes. sing. 39. Capel. Thol. q. 48. 186. Guid. Pap. q. 12. & quęst. 220. vide eundem Guid. sing. 944. & Roma. sing. 130. Sed quę sint interlocutoriæ habentes vim diffinitiuæ, vide Mysing. obser. 88. cent. 3. Capel. Thol. q. 48. & Mathes. sing. 39.

Sententia lata super executione sententiæ, est interlocutoria. Iaff. Lanf. Balb. decis. 422. Sed lata super possessorio, est semper diffinitiua. Hartma. cap. 10. tit. de senten. lib. 1.

Sententia interlocutoria quæ dicatur, vide Mathes. sing. 39.

Sentētia super desertione appellationis est diffinitiua, si à diffinitiua fuerit appellatum: secùs si pronuncietur super desertione appellationis interpositæ à sententia interlocutoria. Mysing. obser. 36. cent. 3. Andr. Gail. obser. 138. lib. 1. vide Guid. Pap. q. 11. 12. 220. Capel. Thol. q. 364. & Fran. Marc. q. 1.

Sententia ab obseruatione iudicij, & ab obseruatione instantiæ, est eadem, & interlocutoria, quando non respicit merita causæ. Borg. Caual. decis. 7. de iudi. Barto. in l. 7. ff. si seruit. vendic. vide eundem Barto. in l. libellorum §. quod si libelli. ff. de accusatio.

Interlocutoria habens vim diffinitiuæ, æquiparatur sententiæ diffinitiuæ: dicitur autem habere vim diffinitiuæ, quando per illam non diffinitur integrè causa principalis, sed per indirectum tāgitur, & diffinitur articulus, qui ad diffinitiuam spectat, scribuntur exempla per Andr. Gail. obser. 130. nu. 6. lib. 1.

Sententia de exequenda alia sententia, est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ. Capic. decisio. 1.

decisio.1.nume.21.& Rot.Genuen.decis.164.

Snia lata super exceptionibus declinatoriis, vel peremptorijs, et iudiciū nullū reddētibus, est interlocutoria: quia natura diffinitiuæ est, q feratur super negotio principali, & non super exceptionibus. Capic.decis.144. Et sententiæ interlocutoriæ modi, & causæ, sunt 26. vide ibid.num.5.

Pronunciatio super exceptione dilatoria, vel peremptoria, & super interpositione decreti, est interlocutoria. Guid.Pap.q.10.

Pronunciationes latæ in executione sententiæ, sunt interlocutoriæ; tamen præceptum de soluendo habet vim diffinitiuę. Guid.Pap quęst. 11.& 12. vide & sing.612. Rot. Genu.deci.164. & Craue.consi.273.

Vbicunque interlocutoria parat. præiudicium negotio principali, dicitur habere vim diffinitiuæ. Guid.d.q.12.nu.2.

Sentētiarum tria sunt genera, quia aliæ sunt interlocutoriæ, aliæ diffinitiuæ, & aliæ mixtæ, quæ habēt vim diffinitiuæ. Guid.d.q.12.nu.6.

Licèt quælibet sententia, quæ definit illud, de quo erat contentio, largo modo dici possit diffinitiua, tamen illa propriè diffinitiua dicitur, quę definit negotium primum in petitione deductum, de quo principaliter inter partes est altercatum Guid.Pap.q 16.

Si perempta instantia, Iudex absoluerit reū ab obseruatione iudicij, talis sententia dicitur interlocutoria. Guid.quæst.16.& 220.nume.3. Marc.quæst.711.

Si fuerit appellatū ab interlocutoria, & Iudex, ad quem, pronunciauęrit bene, vel malè, talis sententia dicitur interlocutoria. Gui.Pap. q.220.num.fin.

Interlocutoria dicitur, reintegratio possessionis in summario possessorio, iudicio pendente. Craue.consi.140.num.4.

Sententia dicitur merè interlocutoria non habens vim diffinitiuæ quæ non perimit ius partis in causa principali, licèt illa interlocutoria nullam expectet sententiam post se in eadem instantia, & contineat præiudicium irreparabile. Craue.consi.181. vide Guid.sing 923.

Quæ sententia dicatur interlocutoria, quomodo differat à diffinitiua, & multa alia de materia vide per Maran.in suo Spec.part.6.titu, & demum fertur sententia, Mathes.sing 39.& Guid.Pap sing 613.

Interlocutoria, qua pronunciatur capitula non esse admittenda, vel positionibus nō esse respondendum, vim diffinitiuæ habet. Menoc, de Arbitra. lib.2.cas.51.nu.31.

Præceptum Iudicis de cauendo, vel de satisdādo pro legatis conditionalibus, in diem, vel etiam purè contra hæredem factum, dicitur esse sententia diffinitiua: secùs si incidenter petatur satisdatio de iudicio sisti, vel de iudicato soluendo. Mathes.sing.32.

Sententia lata hoc modo, pronuntio non fuisse probatū, est interlocutoria; & non diffinitiua. Guid.Pap.sing.612.

Condemnatio expensarum, quæ fit, pendente lite, est interlocutoria; secùs si fiat in sententia diffinitiua. Guid.sing.700.

Interlocutoria dicitur habere vim diffinitiuæ, quando continet aliquid dari, vel fieri. Guid. d.sing.720.

Præceptum Iudicis faciens ad causam, dicitur sententia interlocutoria. Anto.Corset in suis sing.lit.P.sing.præceptum 2. & Bart.in l.quoties 17.C.de dignitat.lib.12. nu.6.

In arbitrariis actionibus possunt ferri duæ sententiæ, sed quando feruntur, an vtraque sit diffinitiua, & ab ambabus sit appellandū, vide Bart.in l.si cùm 14.§ hæc autem. ff.de eo, qđ metus cau.& in l.arbitrio 19 ff.de dol.mal.

Licèt Iudex (à cuius interlocutoria est appellatum) qui non detulit appellationi, possit in causa procedere ante inhibitionem, tamen si debitè requisitus nō dederit apostolos, sic procedendo facit processum nullum, nisi appellationi esset renunciatum. Iaff.Lanf.Balb. decisio.448.

Interlocutoria lata super legitimatione personarum, facit ius inter partes, si nō appelletur. Mago.decis.Luc.6.nu.17.

Sententia interlocutoria non est nulla propter defectum citationis. Aegid.Bella.cōclus.123.

Sententia lata super attentatis, dicitur interlocutoria. DD.de Rot.decis.10.aliàs 215.de senten.& re iudic.in antiq.

Iudex appellationis non potest incidenter cognoscere super nullitate interlocutoriæ. Cra. consi.273.num.5.

Actor debet reficere expensas reo, absoluto ab obseruatione iudicij, qñ causam reassumit. D.Sol.in constitutio, antiq. Sabaudiæ gloss.2. nu.9.super 2.part.decreti, vt nihil, tit.de conclusio, in caus.fol.158.

In causis interloqui, vel ordinari nulli petere licet, nisi in scriptis per Patronum causæ. vide ipsas constitu.antiq.Sabau.tit.in causis, &c.in reformatione statutorum, fo.89.mihi.

Quando sit ferenda sententia interlocutoria prouisionalis, & in quibus casibus, pendente lite principali, prouideatur alteri parti ex aliqua causa per modum prouisionis, vide Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de senten.prouisio.in præfatio.Tom.1.

Si ab interlocutoria non appellauero, sed petiero eam tolli contrario Imperio, potero appellare, si non tollatur, & totam causam

intro-

introducere coram Iudice, ad quem. Guid. Pap.sing.382.

Ex sententia interlocutoria oritur actio in factum; sicut á diffinitiua. Guid. Pap. sing.612. & Bartol. in l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. nume. 11.

Pronunciatio facta per Iudicem in pronunciando quem esse Procuratorem, non nocet domino. Bartol. l. licèt 24. C. de Procurato. nume.7.

Quando in iudicio de aliquo dubitatur, quod consistit in artis peritia, Iudex committit hoc decidendum peritis in arte. Bartol. in in authen.comparationes.C.de fide instrum.

Sententia interlocutoria, quando ferri possit sine causæ cognitione, & debet ferri in scriptis.Bar.in l.nec 9.§.vbi.ff.de offic.Proconsul.

Interlocutoria, quæ, & quando ferri possit, parte non citata, & sine causæ cognitione, vide Bartol.ibid.

Interlocutoria, quæ causæ cognitionem non desiderat, parte absente, potest proferri.l.diē proferre 32.& 54.ff.de recep.Arbi.

De sententiis diffinitiuis.

Sententia est proferenda, vt omnem litem amputet. Ozasc.in proœmio suarum decisio. nume.13. Et totum negotium finiat. Rebuff.in constitu. Reg.tract. de expen. & damn.att.7. nume.4.Tom.3.

Condemnatio fieri debet in toto eo, in quo quis in futurum damnificari potest, licèt differatur exactio. Ozasc. decisio.24. nume.12. Afflict. decisio. 279. Nam Iudex debet super toto pronunciare, nisi aliter sit per partes cōuentum. Bartol. in l. si conuenerit 26. ff. de re iudic.

Si actor declaratur dominus (etiam per errorem) debet reus condemnari in fructibus: quia aut in totum debet ille absolui, aut in totum condemnari.l.& ex diuerso 36.§. vbi autem.ff.de rei vendic.

Sententia ferri extra petita non dicitur, si id, super quo pronunciatur, veniat accessoriè, aut virtualiter ex natura actionis. Ozasc. decisio.1.nume.24.

Iudex super non petitis, iudicare non potest. Crauet.consi.271.nume.6. Sed quando super illis sententia ferri possit, vide Bart.in l.si pacto,num.8.C.de pact.

Iudex non cōdemnat in alio, quàm in eo, quod sit petitum, nisi ex causa necessitatis, veluti, si res non possit præstati, præcedente mora debitoris, quia tunc illum condemnat in æstimatione. Barto. in l. vinum. ff. si cert. petat.

Virtute clausulæ, Sola facti veritate inspecta, potest proferri sententia in personam domini, non obstante, quòd Procurator per litis contestationem efficiatur dominus litis. Ozasc. d. decisio.1. nume.33. Et ita obseruatur in Camera Imperiali, vt testatur Andr. Gail.obseruatio.11. lib.1. vide Mysing.obser. 11.centu.6.

Iudex an debeat iudicare secundum allegata, & probata, vel secundum conscientiam, vide Ozasc.d.decisio.1. nume.43. decisio.79.nume. 44. & decisio.146. nume.14. Marc. de Mant. sing.451.Et qd in suprema Curia, vide Franc. Marc. quæst.13. Quæ aliquando iudicat vltra petita.Marc.ibid.

Princeps, & Senatus possunt iudicare secundum conscientiam, & moueri ex his, quæ sunt extra acta. vide Ozasc. decisio.79. num. 43. Crauet. consi.198. nume.7. Iasc.de actio.in §. si minus, nume. 15. & gloss. in l. 1. ff.ad leg. Cornel.de fals.

Sacrum Concilium etiam potest iudicare secundum conscientiam. Gram. decisio.19.nu. 13.& decisio.62. num.fin. Aliàs malè faceret. Guid.Pap quæst.29.

Conscientiæ alicuius causa commissa, debet intelligi de conscientia lege munita, ac publica; non autem de priuata.Ozasc.decisio.79. nume.45.

Conscientia propria non debet mouere Iudices: quia non sunt in foro pœnitentiali; sed iudiciali. Ozasc ibid. nume.47. Nam Iudex debet habere cōscientiam ex deductis in actis tantùm, & secundum allegata, & probata iudicare: quia conscientia publica, & non priuata attendi debet, fidesque non est habenda, nisi scripturis in actis productis. Guliel.Cassad.decisio.12.titu.1.vide tamen Rot. Genuen.decisio.106.

In quæstione illa, an Iudex debeat iudicare secundum conscientiam, vel secundum allegata, & probata, distinguendum est, aut id, quod Iudex habet in conscientia est notum sibi vt Iudici, & tunc debet iudicare secundum suam conscientiam, & dicitur notum Iudici, vt Iudici, quando sibi constat ex actis coram eo factis, vt si illud fuerit in actis productum. Iaf.de actio.in §.si minus, nume.15. Aut verò id, quod Iudex habet in conscientia sua, est sibi notum tanquam priuatę personæ, & tunc debet iudicare secundum allegata, et probata. Iaf. ibid.

Iudex in his, quæ eius arbitrio relicta sunt, debet seruare æquitatem, et ita arbitrari, vt semper in mitiorem partem inclinet. Ozasc. decisio.79.nume.57.

Iudex debet prout iustum, & legitimũ sibi videtur, & secundum legum dispositionem decernere, innocentes absoluere, & reos punire. Ozas.decisio.101.num.7.

Iudex inferior à Principe, vbi sibi post sententiã condemnationis constaret de innocentia cõdemnati, non posset illum restituere. Ozas.d.decis.101.num.8.

Sententia fundata super non productis, est nulla. Ozas.decisio.142.nume.5. Quia Iudex non debet moueri, nisi ex his, quæ dicta sunt in processu. Rot. Genuen. decisio. 106. nume.2. Aliàs sentẽtia esset nulla. vide infra tit. quãdo prouocare, &c.

Sententia est scribenda in lingua, quæ communis est, & intelligibilis in loco, in quo profertur. Ozas.decis.144.

Iudex sententiam certam ferre debet. Ozas.decisio.146.num.12.

Opinari in Concilio Sapientum, & decisionibus causarũ, debet incipere, qui vltimo loco venit. Afflic.decis.1.& Roma.sing.82.

Plures Iudices in iudicando, veluti Senatores, quomodo iudicare debeant, vide Perillustr. D.P.Tessa.decis.1.& Bart.in l.si vni 36.ff.de re iudic. Et si discordent, quid iuris, vide eundẽ Bart.in l.inter 38.eod.tit. Et quando DD. Senatores sunt differentes in opinãdo, data paritate vocum, Pręses habet facultatem concludenti in alteram partem. Francis. Marc. quæst.5.part.1.& q.465.par.2. vide Vincen.de Fran. decisio.252.part.2.

Opiniones, seu voces deliberatè sigillatim in communi, & collegialiter præstandæ sunt, nisi aliter se habeat consuetudo. Marc.q.690. part.1. Et maior pars vocum attenditur. idẽ q.465. part.2. Et vox vnius potest attrahere alios in partem suam. idem Marc. d.q.465.

Opiniones vbi præstandæ sunt, maiorem, & saniorem partem requiri regulare, tamen aliquando ex Doctorum multitudine, & vocum pluralitate, non semper iudicãdum est. Fran. Marc.q 690 part.1.

Si plures sint, qui debeant iudicare, omnes debent loqui, & pronũciare, nec sufficit, vno loquente, alios esse præsentes, si illi taceãt. Iass. Lans. Aalb. decisio.18. Quod procedit etiam quando sunt plures Iudices ordinarij in certo loco vt singuli, vt puta si plures essent hæredes succedẽtes alicui Comiti in iurisdictione, & feudo, tunc quia quilibet habet iurisdictionem, & exercitium illius, insolidum haberet regulariter. Ias.Lans.Balb.deci.19. vide l.si duo ex tribus 39.ff.de re iudic.

Sententia iustificatur ex probationibus nouis, & incognitis, & est aliqua, data dilatione ad probandum, licèt nihil sit probatum. Afflict. decisio.28.num.4.

Iudex moueri potest ad iudicandum ex confessione viua voce coram se facta, quamuis non scripta, vel quia potuit esse sibi notoriũ. Afsli. d.decis.28.num.6.

Sententia magnæ Curiæ debet esse in consideratione, & reuerentia iudicantium secundo loco. Afflic.decis.45.

Sententia non dicitur nulla, licèt appareat Iudicẽ malè iudicasse, nisi expressè se referat ad acta nulla. Afflic.decis.47.

Sententia magni Concilij reformari potest, ante publicationem. Afflic.decis.58.num.9.

In dubio Iudex eligere illam viam debet, per quam vtrique parti consulatur. Afflic.decisio. 373.nume.fin.

Iudex potest condemnare in alio, quàm sit petitum, si sit probatum, quando habet potestatem iudicandi de æquitate, sola facti veritate inspecta, aut si illi hoc demandatum sit. Gram. decisio. 15. & 19. Vel proceditur summariè sine figura iudicij. Borg.decisio.19. de iudic. Vera. decisio, 126. part.3. Et agens ex vna causa, tunc potest obtinere ex alia. Rot. Genuen. decisio.7. & 26. vide Beninten. decisio. 44. Crauet. consil.198.& 210. Menoch. de Arbitra.quæst.31.Nat.consi.617.& Hippo. singul.272.

Agens ex vna causa, si ex alia probet suam intentionem, an possit obtinere, vide Ozas.decisio.54.Boer.decisio.42.nume.17.18. Craue. consi.210.& consi. 272. num. 19. Ant. Corse. in suis sing. litera I.sing. Iudex 6.

In Consistorio Principis proceditur, sola facti veritate inspecta. Gram. decisio.19 nume.3. & decisio. 142. Ideò Sacrum Concilium debet ministrare Iustitiam, sola facti veritate inspecta, iuris solemnitatibus omissis. Gram. d.decisio,19.num.12.

Sententia Regia potest dici nulla; quando allegatur nulla ex defectu iuris Naturalis: secùs si ex defectu iuris positiui: quia tunc non impeditur executio. Gram. decisio. 19. nume. penult. Nam in causa ciuili, quando constat de veritate rei, non curantur, neque attenduntur solemnitates, nec ordo iuris, sed fit executio, non obstantę illorum prætermissione. idem Gram.decisio.36.num.49.

In causa, in qua proceditur sola facti veritate inspecta, ferri potest sententia super probationibus, licèt non sit facta petitio, vel causa contenta in petitione non sufficiat, si ex probationibus appareat causa apta, & sufficiens ad condemnandum. Gramma. decisio. 103. nume.141. Sed quomodo hoc procedat, vide Hiero. Mago. decisio. Luc.53. nume.7. & decisio.117.Rot.Floren.

Iudex

Iudex laudatur, qui per medium diuidit inter partes, quando adest opinionum diuersitas. Boer. decis. 42. num. fin. Vel iura partium sunt obscura, vide tamen Gasp. Cabal. milleloq. 926. Papon. lib. 17. tit. 2. arrest. 1. & Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 56.

Dominium eiusdem rei, & possessionem, si duo æqualiter probét, cui adiudicãda sit res, vide Boer. decis. 218. nu. 7. Et in dubio, quomodo Iudex iudicare debeat, vide eundem Boer. decisio. 239.

Iudex in conflictu opinionum, potest sententiare pro qua parte velit. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 7 Et fauere cui vult. cap. 32. & ibid. gloss. ex. de electio.

Iudex gratificãdi potestatem in quibus habeat casibus, vide Afflic. decis. 244. nu. fin.

Si partes in aliquo cõsentiant, Iudex debet pronunciare iuxta consensum ipsarum partium, & non aliter. Mago. decis. Luc. 61. facit l. si cõuenerit 26. ff. de re iudic.

Iudex potest cõdemnare ad integram summã, si petantur quinque, & probentur decem, maximè si in libello adsit clausula, Ius, & Iustitiam ministrari. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 46.

Maiori summæ inest minor: ideò si actor petat centum, & reus totam neget petitionem, probatione facta super quinquaginta, in illis potest ferri sententia condemnatoria. Capel. Thol. quæst. 209.

Si fuerint petita centum, & probata nonaginta, si feratur sententia in centum, an valeat, vide Capel. Thol. q. 216.

Quid iuris, quando Iudex vult interpretari suã sententiam, vide Fran. Marc. q. 546.

Iudex (cuius officium latissimum est) contra conscientiam iudicare nõ debet, & ex æquo, & bono iudicare tenetur. Franc. Marc. quæst. 465. part. 2.

Sententia diffinitiua proferri debet in scriptis, quæ probari potest per testes. DD. de Rot. decisio. 19 alids 409. titu. de re iudic. in nouis, Licèt de sui substantia requirat scripturam. Vera. decisio. 259. part. 3. limita, vt per Ias. de actio. in § curare, nu. 60.

Iudices debẽt respicere ad verisimilitudinem, quæ non eget probatione. Rot. Genu. decis. 27. nu. 10. & 12.

In fine instantiæ ferri potest sententia (remotis dilationibus) quæ aliàs non valeret. Rot. Genuen. decis. 155. Quia Iudex recedit à regulis iuris, quando mora est allatura præiudicium. ead. Rot. ibid. nu. 6.

Sententia diffinitiua de iure non requirit subscriptionem Iudicis: quia sufficit, quòd sit lata, & per Iudicem. Vera. decisio. 139. part. 3.

Habens potestatem procedendi de æquitate, non tenetur sequi iura in his, quæ oportet facere: secùs in his, quæ sunt facta, & ius iam est parti quæsitum. Cabal. milleloq. 604.

Iudex potius debet iudicare secundum æquitatem, quàm secundum ius strictum. Papon. lib. 5. tit. 6 arrest. 2.

Maiori summæ non inest minor, quando sunt plures Iudices, & aliqui protestantur, quòd non intendunt concurrere etiam in minore summa: vide Vincent. de Franc. decisio. 356. part. 2.

Breuitas temporis non vitiat sententiam, quando Iudex in tempore breui instructus esse potuit de negotio: idem, quando mora est periculum allatura, & de crimine constat. Crauet. consi. 179. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 480.

Iudex certam ferre debet sententiam, licèt de incerta quantitate actum sit. Ias. de actio. in §. curare, sed limita, vt ibid.

Sententia sine ordine iudiciario de voluntate partium ferri potest, & valebit in vim arbitramenti. Maran. in suo Spec. de ord. iudi. part. 2. num. 4. fol. 12. Sed an partes facere possint, quòd Iudex sine scriptis pronunciet, vide ibid. num. 47.

An datum arbitrium in cognoscendo, datum etiam cẽseatur in definiendo, & sententiando, vide Menoch. de Arbitra. lib. 4 q. 37.

An noctis tempore, sententia ferri possit, vide ibid. quæst. 62.

Iudex ordinarius iterum iudicare potest, si semel, sed nulliter, iudicauerit, vide ibi q̃st. 64. Sed quid in Delegato, vide etiam ibid.

Quando Iudex super sententia, & declaratione illius, testimonium ferre possit, vide Menoc. ibid. de Arbitrã. q. 73.

Quando conuentus ratione rei alienæ nominat dominum rei, quid iuris, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 476.

Si Iudex cõdemnauerit ad maiorem summam, quàm se extendat sua iurisdictio, valebit sententia vsque ad illam summã, de qua cognoscere potest. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. prouisio. art. 2 glo. 4. nu. 7.

Iudex non debet pronunciare in fauorem alicuius, nisi hoc petitum fuerit: quia in omni actu iudiciali Iudex procedit, si pars petat. Rebuf. ibid. Tom. 3. tract. de caus. benef. posse. art. 8. & 9. num. 18.

Sententia valet, si Iudex dixerit, absoluo reum, si appareat ex probationibus factis esse illum absoluendum, & condemno, si appareat condemnandum. Dec. consi. 618.

Iudex, qui iudicare debet, sola facti veritate inspecta, iudicat sicut Princeps, & potest admittere probationem etiam persuasiuam,

& verisimilem,licèt non concludenter.Natt. consi.142.nu.16.Tom.1.

Sententia lata tenet, licèt Iudex causas, & rationes eum mouentes ad ita pronunciandum,non describat. Natt.consi.525. num.31.

Iudex potest ex his, quæ viua voce intellexerit à partibus se fundare, etiam non scripta. Natt.consi.654.

Sententię diuersæ à diuersis Iudicibus inter diuersas personas,& varijs temporibus ex vna, eademque facti specie,iustè ferri possunt.Menoch.consi.59.lib.1.

Iudex etiam lata sententia, potest circa accessoria supplere,eadem die.Roma.sing 15.

Per sententiam nullam non extinguitur iurisdictio Iudicis ordinarij: & ideò super eadem causa cognoscere idem Iudex potest: secùs in sententia nulla Iudicis delegati. Hartma. cap.4.tit.de sentent.lib.1.

Iudicis præcipitata voluntas, nouerca est Iustitiæ:ideò non celeriter, sed tardè Iudex debet proferre sententiam. vide exempla per Marc.de Mant.sing.119. Tamen quandoque subitò sententia est ferenda,& facienda executio, vide ibid.d.sing.119.

In criminali causa Iudex potest pronunciare omni die,nisi feriata in honorem Dei. habemus in hac Patria decretum, vt in decret.crimin.tit.*delle sentenze*.

Iudex potest statuere tempus ad agendum, & ad producendum instrumenta,quo tempore elapso, potest denegare audientiam actori. Bart.in l.2. C.de eden.

Iudex, qui cognoscit super causa restitutionis aduersus sententiam, non iudicat super prima causa, sed solùm sententiam rescindit; secùs in causa appellationis. Barto. in l.1.C.si aduers. libert.

Iudex,qui cognoscit ciuiliter, si reperiat crimē, poterit punire criminaliter. Barto. in l.1.C.si aduersus creditorem.

Causa in sententia regulariter non debet inseri:fallit in certis casibus, de quibus vide per Barto.in l.properandum.§. illo proculdubio. C.de iudic.& in l.2.§.ignominiæ.ff.de his, qui notant.infam.

Instantia licèt sit finita, & perempta, officium tamen Iudicis durat,vt possit hoc declarare, & partem in expensis condemnare. Barto.in dicto §.illo,num.4.

Iudex,qui scripsit omnia acta coram se facta,ex ipsis pronunciare potest, & sententia valebit. l. 13. C. de proxim. sacro. scrin. libr. 12. & ibid. Barto.

Sententia lata per imperitiam tenet,neque per restitutionem rescinditur.Barto.in l.ius 11.ff. de Iustit.& iur.

Iudex potest de consensu partium iudicare alibi,quàm in loco maiorum,etiàm extra territorium.Bart.ibid.

Sententia tenet, si non fuerit aliquid oppositum contra Iudicis iurisdictionem, qui processit,& sententiauit, inter partes scientes illum incompetentem; secùs inter ignorantes. Barto. in l. ex quacunque, nu.7. ff. si quis in ius vocatus.

Iudex cognoscens de crimine ciuiliter, eo comperto, potest ex officio suo punire criminaliter: quia probationes factæ in ciuili, faciunt fidem in criminali.Barto.in l.si ab eo 8. ff.de calumniato.

Sententia Iudicis errantis circa modum iurisdictionis, valet: & sententia lata ex vna causa, quam Iudex arbitrabatur bonam, & suberat melior, ex ipsa meliori poterit confirmari. Bar.in l.2 ff.de iudic.

Actor dicitur plenè probasse,vbi Iudex ex ostēsis sibi est adductus ad fidem, & credulitatē. Barto. in l.admonendi 31. num.15.ff.de iureiurand. Sed quando Iudex ad credulitatem aducatur,vide ibid.

Iudex habet suam iurisdictionem, & potestatem limitatam, & obligatam legi, & æquitati. Barto. in l. 1. §. si plures, nume.19. ff.de exercit. actio.

In causa mercatorum iudicari debet ex bono, & æquo,sed quomodo hoc intelligatur, vide Barto. in l.29.§. quædam. ff.mandati, & infra lib.2.tit.de mercatoribus,&c.

Hypothecaria conuētus habet facultatem, vel rem restituendi, aut debitum soluēdi,sed de modo sententiandi in hac actione vide per Bart.in l.16.§.in venditione.ff.de pignorib.

Per verbum,statuo,vel præcipio, diffinitiua sententia ferri potest.cap.15. ex de verbo.signif.

Iudex debet cuncta rimari, antequā deueniat ad sententiam.c.iudicantem 30. q.5.

Quomodo feratur sententia contra contumacē,vide Bar.in l.21.ff.de conditio. & demostr.

Potestas non potest absoluere carceratum,quē condemnauit,etiam constito de eius innocentia. Bart.in l.1.§.si quis vltrò.ff.de quęstio.

Iudex, qui condemnat de crimine irrogāte infamiam,potest in sententia reseruare famam ex causa. Bart.consi.111.nu.7.vol.1.

Iudices interdum secundum iura vtuntur mera Iustitia,quandoque iuris rigore,vel etiā æquitate, prout persona, locus, causa, & tempus desiderant. Barto. in l.suo tracta. de quæstio. ventil.coram Domino,&c.

Iudex,qui reuelat sententiā quam laturus erat, tenetur pęna falsi.Aegid.Magist. in suo tract. de reprobatio. test. nume. 66. inter tractat. Barto.fol.172.

Pro-

Probationes si admittantur de facto cōtra sententiam, per quas appareat illa sententia minus legitima, dēt Iudex magis inhęrere ꝓbationibus, quàm sententiæ prius latæ. Abb. consi.89.part. 1.

Quomodo debeat procedere Iudex in cōdemnando, vel absoluendo, quādo fuit delatum, vel relatum iuramentum, parte parti deferēte, vide l.34.§.fin.ff.de iureiuran. & supra titulo de iuramento veritatis, &c.

Iudex appellationis, potest sententiam confirmare ex noua causa.l.fin.ff.quod cum eo.

Qui habet potestatem condemnandi, habet ēt & absoluendi, & contrà, qui nō habet vnum, non habet aliud. l. qui condemnare. ff. de re iudica.

Si ex duobus Delegatis, alter ferat sententiam vno modo, alter modo contrario, vel diuerso, vtraque sententia pendet, quousque per Delegantem altera fuerit approbata. l. duo 28 ff de re iudi. vide supra tit. de offi. Deleg.

Quando sunt plures Iudices ordinarij, vel Delegati in vna causa, & aliqui pronunciant, & alij non, vtrum valeat pronunciatio, & si omnes pronūciant, & discordant, quæ sententia præualeat, vide l.Pomponius 36.& seqq.ff.de re iudic.

In extraordinariis criminibus, quam vult sentētiam Iudex dicit, vel grauiorem, aut leuiorē, ita tamen, vt in vtroque modo rationem nō excedat.l.hodie.13.ff.de pœnis.

Iudex, qui causam cōsulendam remisit ad Principem, poterit remissionem circonducere, & de illa cognoscere. l. ad Principem 22. ff. de appellatio.

Iudex de causa cognoscens iudicare, & procedere in ea debet secundum leges, & non secundum sacras formas, vel iussiones, lite pēdente, emanatas, sub pœna, de qua in Authē. in medio litis, &c.

Ex sententiæ verbis plus inferri non potest, quā necessariò importet ipsorum verborum significatio. Ozasc.decisio.64.

Omissum penitus censetur, quicquid in cōdemnatione expressum non est. Ozasc.d. decis.64. Tamen sententia tacitè includit casum expressum in petitione, & actis, & præsuppositum, aut subauditum necessariò. Rot. Genuē. decisio.103.

Licèt sententia sit strictè interpretanda, recipit tamen declarationem à libello, & actis: & verba ipsius debent aliquid operari, & non seruire de vento. Rot.Genuen. decisio. 164. numero 8.

Quamuis sententia sit stricti iuris, & tantum inferat, quantum verba sonant, tamen iudicatum dici debet, nedum quod expressè in sententia legitur, verùm etiam quod ex iuris dispositione, & præsumptione necessariò iudicatum intelligitur, vel subauditur. Mago. decisio.3 Rot.Floren.num.7 19 & 20.

Sententia includit in se ea, quæ ex actis desumi possunt Ozasc.decisio.64.num 3.

Quando petitio est generalis, & prosequutio specialis, sententia restringitur ad specialiter prosequuta. Capic.decis.11 num.9.

Duo si petita fuerint, & super duobus fuerit iudicatum, petenti alterum de contentis in summa, obstabit exceptio rei iudicatę Gram. decisio. 68.num.7.

Sententia alternatiuè lata, facta solutione in vno, non potest alterum peti. Gram.ibid.

Sententia generalis restringitur ad causam, de qua inter partes agebatur. Rot. Genu.decis. 16.num. 10.

Verba sententię intelliguntur secundum naturam iudicij. Rot.Genuen.decisio.103.nu.3.

Sententia dubia interpretari debet in fauorem rei, vt minus censeatur grauatus, quàm fit possibile: ideò quando in libello concluditur alternatiuè, & Iudex condemnat in petitis, censetur condemnare reum in id, quod minus est. Crau.consi.74.num 9. vide eundē, consil.188. Et interpretari debet secundum ius commune. Craue.d.consi. 74.

Quomodo sit interpretanda sentētia, vide Rot. Genuens.decis.3.num.19.& decisio.204. Menoch.consi 110. volum.2.

Sententia restringi debet, quoties restringi potest, salua ratione recti sermonis, & lata pro reo, non prodest fideiussori. Crauet. consil. 188.num.8.Menoch.consi.110.volum.2. & de Arbitra.q.69.

Sententia an intelligi debeat secundum libellum, & propriè interpretanda, vide Crescen. decisio.6. aliàs 133.tit. de senten. & re iudic. Crauet.d.consil.188.

Antecedens qui vult, censetur velle consequēs necessarium, etiam in materia stricti iuris, prout in sententia. Crauet.consil.79. nu.4.

Sententia, qua quis declaratur debitor, operatur, quòd censeatur condemnatus ad soluendum: similiter si Iudex declarauerit bona hypothecata, censetur condemnasse possessorem ad restituendum: idem in furto. Crauet.d.consi.79.

Perplexitas magis vitiat actum, quàm impossibilitas. Crauet.ibid.

Quod dicitur sententiam latam per verba obscura, debere declarari per acta probatoria, etiam si ad illa non fiat relatio expressa, hoc debet intelligi, quando esset sententia nulla propter obscuritatem, nisi declaretur per acta probatoria, sed vbi snīa pōt in se valere

verba eius ftrictè debent intelligi,nec debet declarari per acta.Mathef.fing.141.

Centum fi petantur, & condemnatio fiat à Iudice in quinquaginta, in reliquis reus abfolutus nō cenfetur.Amanel de Clarifaq fing.70. Imò Iudex condẽnando in parte, in refiduo abfoluere videtur.Marc.q.932.part.2.

Sententia lata fuper principali, quando præiudicet fuper incidenti,& lata fuper incidenti, quando faciat præiudicium,fi in alio iudicio per modum actionis agatur fuper eo, vide Bart.in l.1.C.de ordi.iudic.

Sententia erronea in principali, facit ius in acceffório:& fi Iudex in caufa reductionis pronunciauerit arbitrium æquum, poterit pęna peti,licèt fententia effet erronea.Bart.in l.ex diuerfo.35.§.vbi.ff.de rei vendic.nu.5. & 6.

Sententiæ latæ poteft addi,vel detrahi à Prętore viuo,quatenus procedit de mente Prætoris mortui.Bar.in l.1.§ qđ fi.ff.de Præto. ftipu.

Iudicis officium in his,quæ expediũtur eius officio,ita durat poft latam fentẽtiam,ficut ante,fi æquitas fubeft.Bar.ibid.

In iudicio venit omne id, quod fub petitione propofita poteft comprehendi, nifi cõtrariũ actum fit.l folemnis 61 ff.de iudi.

Creditor in diem, ante diem agere poteft, vt die adueniente,debitor condemnetur.Ozaf. decif. 130. Sed quando fententia fuper futuris ferri pofsit,vide Afflic.decif.279.

Quis poteft condemnari etiam pro termino fuperueniente,lite pendente ante fententiam. Capel.Thol.q.30.

In annuis debitis fententia poteft comprehendere,& continere futuras præftationes: quia in illis ad futura agi poteft.Andr.Gail.obfer. 74.lib.2.Bar.in l.35.ff.de iudi.

Quando ex noua caufa fuperueniente,pendente lite, pofsit iuftificari petitio pręcedens facta fine legitima caufa, vide Papon.lib.8. tit. 1.arreft.5.Bero.quæft.102.& Barto.in l. fi rem 9.§.qui ante.ff.de pigno:actio.

Ius fuperueniens auctori noftro,nobis prodeft. Bar.in l.rem alienam 41.ff.eod.de pigno.act.

Deductum in iudicium poft litem cõteftatam, poteft etiam per fententiam diffinitiuã determinari.Bar.in l.fi autem 8.§.fi quocunque. ff.de nego.geft.

Ea,quæ lite conteftata fuperueniunt,quę ab initio impediuiffent proceffum,impediunt reliquam partẽ iudicij, fi reus fit paratus ftatim probare.Barto.in l.fi feruus 14.ff.de condict. furt.num.8.

Exceptio fuperueniens pendente iudicio,prodeft reo.Bart.in l.20.ff.foluto matrimonio.

In reo fufficit,quòd fit in cafu condemnationis tempore fententiæ; fed in actore requiritur, quòd habeat ius agẽdi duobus temporibus, nempe litis conteftatæ, & fentẽtiæ.l. tigni 7. §.fi quis.ff.ad exhiben.

Pofsefsio fuperueniens hæredi, parit condemnationem ex inftantia cępta cum defuncto.l. fi ad exhibendum 8.ff.ad exhiben.

Sententia abfolutoria lata fub conditione, feu referuatione, quòd fi error probetur, pofsit actor iterum agere, dicitur pura, refolutiua fub conditione.Ozaf.decif.145.

Conditio in fentẽtia fi præcedat, vel fequatur condemnationem,an fit differentia, vt fententia dicatur conditionalis, vide Ozafc. d. decifiò.145.

Conditio in fentẽtiis retrotrahit.Ozaf.ibi.nu.3.

Quando fententia pofsit ferri fub conditione, vide Bart.in l.à Diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudic.c.biduum 2.q.6. & eundem Bart. in l.1.§.biduum.ff quando appellan.fit.

Sententia fub conditione refolutiua ferri non poteft.Ozaf.d.decif.145.nu.fin.

Sententia fub cõditione extrinfeca lata,an valeat, & quid de fententia fub conditione extrinfeca, & alia de fententiis cõditionalibus vide per Ozaf.decif.146. Rot.Genu.decif.28. nu.fin.& infra tit.feq.

Sententia debet effe conformis libello. Ozafc. decif.146.Afflic.decif.364.nu.fin.vide Gram. decif. 19.Sed quomodo dictum intelligatur, vide Franc.Marc.q.13.part.1.& q.473.part.2. Gram.d.decif.19 num.7.& 9.Vera.decif.261. part.2.Et de limitationibus per Iaf. de actio. in §.curare,Et non conftito de libello,non valet.Rot.Genu.decif.28.nu.15.

Libellus fi eft alternatiuè conceptus, fententia alternatiua ferri debet.Gram.decif.68.

Libelli ineptitudine non obftante, Iudex pro actore iudicare poteft. Boer.decif.42.nu.19.

Quãdoque æquitate fuadente ad euitandũ circuitum,poteft Iudex condemnare ex libello inepto.Craue.confi.210.nu.fin.

Si libellus detur contra aliquem poffefforem in rei vendicatione, & lis conteftata fit, fi non appareat ipfum pofsidere, debet is abfolui, & pronuntiari rẽ pertinere ad actorem. Bar. in l.is,qui 26.ff.de rei vendic.

Sententia in ciuilibus poft cõfefsionem fertur, fi eft datus libellus;aliàs fecùs.Barto.in l.1.ff. de confefsis.

Fatuus effet Iudex,qui cùm res petitur, in æftimatione condemnaret, fi res præftari poffet: quia fententia debet effe conformis libello; aliàs erit iniufta.l.cùm quidam 17.C.de fidei. libert.facit l.vt fundus 18.ff.commu.diuid.

Sententia quando dicatur lata caufa cognita, & quando caufæ cognitione præcedente, lata præfumatur,vide Ozaf.decifio.146.num.8.

& fupra

& supra titu. de caus. cognitio.

Sententia quòd sit lata absque causæ cognitione, ex breuitate temporis apparere dignoscitur. Gram. decis. 59.

Ea, quæ desiderant causæ cognitionem, debent expediri, Iudice sedēte. Bar. in l. 4. C. de dilat.

In causæ cognitione dēt de tribus inquiri. Bart. in l. cùm ij 8. §. vt igitur. ff. de transac.

Vbi sententia facit magnum præiudicium, debet plenè cognosci, & probari; sed in casibus modici præiudicij, semiplena probatio sufficit ad illam ferendam. Bar. in l. si constante, 25. nu. 8. ff. soluto matrimonio.

Sententia diffinitiua in causa ciuili, potest ferri ex præsumptionibus, tam legis, quàm hominis: & quādo singula nō prosunt, multa iuuāt. Afflic. decis. 13. num. 24. facit cap. 2. ex. de præsumptio. vide supra tit. de probatio. præsumptiua, & tit. de præsumptio.

Cōdemnatio ad pretium, & æstimationem, ferri debet, cùm ferri non potest ad rem. Afflic. decisio. 23. num. 7. & decis. 83. nume. fin. vide Gram. decis. 15.

Sententia per incompetentem Iudicem lata cōtra reconuenientem, valet: quia reconuētio prorogat iurisdictionem. Afflic. decis. 27.

Sententia referēs se ad acta implicitè (idest tacitè) erronea non videtur; secùs si specificè. vide Afflic. decis. 28. 39. & 47.

Petēs residuum, potest obtinere in totum. Rot. Genu. decis. 26. nu. 31.

Sententia lata sine probatione non dicitur nulla; sed contra ius litigatoris lata, ideò valet in eo casu. Afflic. decis. 47.

Sententia absolutoria ferri debet, si actum est vna via, in qua non competit ius: tamen actori hoc casu succurritur alia via, idest iure cōpetenti agere permittitur. idem, decis. 60.

An sententia condemnatoria, vel absolutoria proferri debeat, si qualitas deducta non sit probata, vide Guid. Pap. q 553. & supra tit. de probatio. in genere.

De probatione qualitatis personæ agentis, ad hoc, vt ille possit obtinere, vide Iosep. Ludo. decisio. Luc. 2.

Quæ sunt necessaria de directo ad fundandum ius, & intentionem agentis, vel defendendi, probanda sunt. Aegid. Bellam. conclusio. 617. Sed quid, quādo quis se fundat super aliqua qualitate, vide Rot. Genu. decis. 12.

Iudicium absolutorium esse debet in re dubia, in qua non decet certam ferre sententiam, & satis est reo, quòd intentio actoris reddatur dubia. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 72. nu. 16. Mago. decis. Luc. 86. Craue. consi. 6. nu. 127. & consi. 175. Nam incerta, & dubia iudicari non possunt. cap. nomen 2. q. 1. Neque suspicionis arbitrio, nec ante verum, & iustum arbitrium aliquis condemnari debet. c. i. 2. q. 1.

Offerens se præstaturum quod de iure tenetur, à condemnatione excusatur. Franc. Marc. q. 868. num. 10.

Debitor verus potest excludere creditorem, deducēdo alienum debitum, vt excludat ius actoris, & absoluetur ab eius petitione. DD. de Rot. decisio. 5. aliàs 433. vt lite pendente, in antiquis.

Actore probante plenè, & legitimè intentionis suæ fundamentum, reus condemnari debet. sed quid hoc casu, si reus semiplenè contrà probauerit, vide Rot. Genu. decis. 28. & supra tit. de probatione singulari, vel semiplena, &c.

Non condemnatus in accessoriis, vel interesse, an dicatur absolutus, vide Rot. Genu. decis. 87. & Craue. consi. 320.

Actore plenè probante, reus condēnandus est, & contrà, ipso actore non probante, reus absoluendus diffinitiuè, si est præsens, sed si absens, solū ab obseruatione iudicij. Rot. Genu. decis. 145. Verùm pars nihil opponēs, an possit condemnari, vide Cabal. milleloq. 800.

Iudex condemnare non debet cōtumacem, nisi actor probauerit intētionem suam. idem Cabal. milleloq. 856.

Sententia, quæ non valet in toto, non valet in parte, & in illa minor summa maiori non inest: ideò si non valeat in 600. non valebit in 500. Put. decis. 323. lib. 1.

Actore non probante, reus absoluitur, licèt constaret reum nullū ius habere: quia solùm ius actoris consideratur. Vera. decis. 11. part. 1. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. tracta. de cau. benefi. posse. art. 8 gloss. 1. num. 5. Mago. decis. 108. Rot. Flor. Et per consequens reus suscipiens onus probandi, non probando, nō perdit beneficium l. qui accusare. idem Magon. decis. 81. Rot. Flor. Rebuff. in dd. suis cōment. ibid. d. art. 8. nu. 19. & Ozas. decis. 144. Quia exceptionē proponere intelligitur, si actor suā intētionē probauerit. Ozas. d. deci. 144. nu. 16. Et ex persona actoris (& non rei) ius metitur. l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. pet.

Citatus in vna causa, non debet pati processum in alia, etiam si compareat: quia citatio non potest operari deuolutionem, nisi de contentis in ea. Vera. decisio. 107. par. 1. vide eundē, decis. 123. lib. 3.

Paribus existentibus probationibus, ille debet obtinere, qui habet pro se etiam leuem præsumptionem. Iaff. Lanf. Balb. decis. 12.

Actor, nisi probet cōcludenter, repellitur; nam liberas ædes habet reus, actore non probante. Raud. tract. de Analog. cap. 34. nu. 16.

Reus diffinitiuè absolui debet sine clausula,

Alio

Alio non apparente, quando actor habuit cõpetentes terminos ad probandum. D. Sol. in antiq. constitutio. Sabaudię glo. 2. super 3. par. decreti, vt nihil, tit. de conclusio. in causa fol. 158. nu. 7. vide Rebuff. in constitutio. Reg. To. 3. tract. de caus. benef. posse. art. 8.

Possessoris conditio melior est: ideò absoluendus est conuentus possessor, concurrentibus paribus probationibus. Dec. consi. 109.

Statutum, vel ius commune, si actori ad probandam dilationem præfigat, eo nihil probante, non dicitur de causa liquere, & ideò reus diffinitiuè hoc casu non est absoluendus, sed solùm ab instantia, vel obseruatione iudicij; secùs si à Iudice præfixus esset terminus. Mathes. sing. 17.

Iudex quando debeat absoluere reum ab obseruatione iudicij; non autem diffinitiuè, & contrà, vide ibid.

Si instrumenta, & iura vnà cũ libello producantur ante litem contestatam, non potest ex illis ferri sententia pro actore, licèt contra illa nihil fuerit oppositum: quia ad hoc vt probent, debent produci post litem contestatã. Math. Mathes sing. 40.

Fauorabiliores sumus ad liberandum, quàm ad condemnandum. Hippol. sing. 90.

Subtrahens defensam aduersario, videtur non fouere licitam causam. Bart in authen. prouidendum. C. de postulan. Et per consequẽs qui prohibet examinari testes, potest pro conuicto haberi. Bart. ibid.

Actoris intentio non est fundata ex eo, ꝙ debitor alleget se soluisse. Bar. in l. 1. C. de ꝓbatio.

Iudex absoluet reum (opponentem de compẽsatione) ab obseruantia iudicij, sicut quando soluit, iudicio pendente. Bartol. in l. 4. C. de compensatio.

Actore nihil probante, reus est absoluendus, si verò præsumptio est pro eo, defertur reo iuramentum, vel ipsi actori, consideraris personarum; & causæ circunstantiis. c. fin. §. fin. ex. de iureiuran. vide supra titu. de iura. supplet.

Actore non probante, reus absoluitur, etiam si nihil pręstiterit. c. 1. ex. vt Ecclesiastica beneficia, Quod dictum limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per glo. ibid.

Si quis corrumpat Iudicem, vel partem, aut Procuratorem, siue Aduocatum, quomodo pronunciandum sit, vide Bar. in l. 1. §. sed. ff. de calumnia oribus.

Qui proponit actionẽ ineptam, succumbit, sed tunc in sententia inserenda est causa. Bar. in l. 1. §. ideò autẽ. ff. si mẽsor falsum mod. dixerit.

Possessor non tenetur restituere rem, quam possidet, nisi plenè probanti dominiũ. Abb. cons. 61. part. 2. nu. 14. l. fin. C. de rei vendic. & l. qui accusare. C. de eden. Etiã si iniustè possideat. d. l. fin. C. de rei vendic. facit l. 1. §. 1. ff. si pars hæred. peta.

Reo absente in termino peremptorio, ille ex benignitate iterum citatur: actore verò absente in ipso termino, cassatur illa citatio, & illius edicti instantia perimitur, reusq́ue ab obseruatione iudicij absoluitur; non tamen diffinitiuè pronuntiandum est. l. & post 73. ff. de iudic.

Ad rumorem Populi non debet sententia ferri, seu contra iura iudicari. l. 12. C. de pęn.

Sententia non potest ferri pro furioso curatorẽ non habente: quia non est qui pro eo petat, & contrà. l. 9. ff. de re iudic.

Si pendente iudicio, expirat ius agendi, iudiciũ quoque expirat. l. furioso 20. ff. solu. matrimo.

Ex suspicionibus aliquis nõ debet damnari, neque ex pręsumptionibus regulariter: quia sanctius est nocentem dimittere, quàm innocẽtem damnare. l. absentem 5. ff. de pęn.

Licèt regulariter sententia ferri non possit, lite non contestata, tamen hoc fallit in criminalibus. gloss. ibid.

Fauorabiliores rei potius, quàm actores habentur, quod procedit etiã in criminalibus. Reg. fauorabiliores.

Omnia iudicia sunt absolutoria: ideò condemnandus debet absolui ab obseruatione iudicij, si ante sentẽtiam soluerit quod debebat cum expensis. §. fin. & ibid. glo. Institu. de perpet. & tempo. actio.

Vt feratur absolutoria possessori defertur iuramentum, tum possessionis fauore, tum quia reus, & nimirum, quia melior est possidentis conditio. glo. in cap. vnico, de contentio. int. Domi. & fidel. in vsib. feud. & ibid. glo.

Sententia Regia facit ius in Regno quo ad omnes. Afflic. decis. 96. nu. fin.

Condẽnantur non vocati, qñ certũ est ipsos ius non habere, vel defensionem. Affli. deci. 215.

Hæres matris, & non patris, per obligationem amborum, vti hæres ipsius patris conuentus, (cuius non erat hæres) condẽnari potest, vti hæres matris, licèt solummodo vti hæres patris sit conuentus. Afflic. decis. 372.

Sententia lata ex falso instrumento, sicut nõ tenet, ita nec priuilegium ex falsa causa concessum. Gram. decis. 59.

Pluribus modis quis debet, & potest absolui ab obseruatione iudicij. vide Rot. Gen. deci. 43.

Sentẽtia debet formari nomine hæredis defuncti; cùm in hęredem fiat transitus à defuncto. Tho. Minad. decis. 35.

Sententiarum tria sunt genera: quia alia est sententia interlocutoria, altera diffinitiua, & alia mixta. Guid. Pap. q. 12. nu. fin.

Licèt

Licèt quælibet ſententia, quæ definit illud, de quo eſt controuerſia, ſeu contentio intelligi poſsit (largè ſumpto vocabulo) diffinitiua, tamen propriè diffinitiua dicitur, quæ definit, & dirimit negotium primum in petitione deductum, de quo inter partes principaliter eſt altercatum. Guid. Pap. q. 16. & q. 220.

An appellans teneatur probare ſententiam iniuſtam, an verò appellatus debeat contrariũ probare eſſe iuſtam, vide Guid. Pap. q. 436. nu. 8. & ſeq.

Procurator ſi moriatur, facta aſsignatione dietim, poteſt ferri ſententia abſque alia citatione in perſonam domini. Guid. Pap. q. 86.

Iure Canonico non curatur, an ſententia feratur in perſonam Procuratoris domini litis, vel in perſonam domini cauſæ. Guid. d. q. 86. in fi. vide Bar. in l. 42. §. ſi plures. ff. de Procura.

Mortuo principali, fert ſententia in perſonam Procuratoris: ſed ſi ambo ſint mortui, diſtinguendum eſt, quia aut ex iiſdem actis conſtat de morte, vel non, ſi conſtat, non profertur ſententia in perſonam mortui, ſed debent citari hęredes: ſi verò nõ conſtat, ſi proferatur valet, & tenet ſententia. Guid. d. q. 86. num. 2.

Sententia lata contra mortuum, vel ad eius fauorem, non valet regulariter: fallit fauore libertatis, & ad Eccleſiæ vtilitatem. Vera. deci. 140. part. 3. vide Rebuff. in conſtitutio. Reg. tract. de ſententiis, art. vlt. gloſſ. 1. Tom. 3. & l. in ſumma 59. §. fin. ff. de re iudic.

An minor, vel tutor condemnetur, quando nõ defenditur: & vbi tutor, aut curator à principio fuit citatus in cauſa, & poſtea in proceſſu non, ſed minor cũ alio eius curatore, an ſententia valeat, vide Barto. in l. 4. C. ſi aduerſus rem iudic. & in l. 1. §. ſufficit, nume. 10. ff. de adminiſtr. tuto.

Dominus quando poſsit habere ratam ſententiam pro falſo Procuratore latã, & quãdo minor latam pro falſo tutore, vide Barto. in l. 4. C. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non ſit neceſſa.

Sententia fertur in perſonam tutoris: & Iudex appellationis poteſt pro parte ſentẽtiam infirmare, & pro parte cõfirmare. c. Raynutius, ex. de teſtamen.

Sententia valet, ſi dominus ab initio litigauerit per Procuratorem, & poſtea in calculo ferendæ ſententię, citetur ipſe dominus, & non cõparuerit. Bart. in l. furioſo 9. ff. de re iudic.

Sententia lata contra dominum, qui comparuit ſponte ad cauſam, tenet. Bar. ibid.

Sententia diffinitiua cum cauſæ cognitione lata per Principem, ſi reperiatur malè lata, & per errorẽ, in melius reformari debet. Aegid. Bellam. concluſio 723. nu. 12.

Sententia nedum adiudicatoria, verùm etiam abſolutoria contra intereſſe putantes, mortuo actore, lata, valida reputatur. Caſſad. deciſ. 1. tit. de ſenten. & re iudic.

Error nominis proprij appoſiti in ſentẽtia, emẽdari poteſt per Iudicem, poſt ſententiæ publicationem. Fran. Marc. q. 546. Sed Iudex quando ſuam ſententiam emendare poſsit, vide eundem Fran. Marc. quæſt. 668. Ex cauſa. Feli. conſi. 49. nu. 14.

Sententia publicata regulariter non poteſt mutari, nec emendari, ſed dictum ampliatur, & limitatur per Rebuff. in conſtitut. Reg. tracta. de ſenten. art. 3. Tom. 3.

Iudex non dicitur functus officio ſuo, quando per errorem facti expreſſum, tulit ſentẽtiam nullam, ideò tunc poterit iterũ iudicare. Bar. in l. Iudex 55. ff. de re iudic.

Sententiam ſuam retractare nemo poteſt, niſi ſolus Princeps. Abb. conſi. 92. par. 1. Quod ampliatur, licèt eſſet iniuſta. idem, conſi. 6. par. 2.

Sententia non retractatur virtute reſcripti, poſtea impetrati, licèt ſupplicatio fuiſſet prius porrecta. l. 1. C. vt lite pendente.

Sententia dicta videtur quando per illam à tota cauſa, vel lite diſceditur, & diffinitiua corrigi non poteſt. l. qualem 22. & l. dicere 23. ff. de recept. Arbit. cum l. ſi operis. C. de pęn.

Pęnam temporalem, vel perpetuam, Iudex nõ reuocat, vel minuit, poſt ſententiam. l. 15. C. de pęnis.

Publicata diffinitiua non poteſt per Iudicẽ retractari, niſi circa acceſſoria, quę poſſunt ſuppleri eodem die. l. Paulus 42. ff. de re iudic.

Præſides non poſſunt mutare ſententias ſuas, ſed Princeps ex cauſa concedit in integrum reſtitutionem. l. diui fratres 27. ff. de pęn.

Licèt Iudex non poſsit mutare ſuam ſententiã, tamẽ illam declarare, & interpretari poteſt. l. ab executore 4. ff. de appellatio. & ibid. glo.

Iudex pronunciando ſuper principali, & procedendo ad vlteriora, tacitè videtur ſuper incidenti pronunciare, & exceptionem repellere, ſed quando dictum procedat, vide Marc. q. 157. par. 2. & DD. de Rot. deciſ. 13. aliàs 565. de exceptio. in antiq.

Habens promiſsionẽ ſibi factam de aliquo pręſtando, & negans ſibi præſtitum, habet intentionem ſuam fundatam. Rot. Genuẽ. deciſio. 9. nume. 10.

Nulla non eſt ſententia defectu iuriſdictionis, ſi eſt lata à ſubrogato in locũ primi Iudicis, qui habebat iuriſdictionem. Vera. deciſio. 259 part. 2.

Sententia Iudicis, quæ plura continet capita, poteſt pro parte approbari, & pro parte non; ſecùs in laudo. Vincen. de Fran. deciſ. 173.

In connexis ſententia pro parte acceptari non poteſt

potest, & pro parte improbari. Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.93.nu.27.

Sentẽtia diffinitiua, citata parte, proferri debet, quòd non obseruatur in Camera Imperiali. Andr.Gail.obser.109.lib.1.

De sententia, quæ caret verbo cõde mnatorio, vide per Mago.decis.133. Rot Floren.

Tres sententiæ dicuntur conformes, & diffinitiuæ, licèt vna ex illis in contumacia sit lata. Aegid.Magist.tract.appellatio. cap.fin.in decisio.diuerso.fol.222.

Sententiæ quando conformes dicantur, & quæ requirantur ad hoc, vide Marc.q.291. part.2.

Contra tres sententias conformes de nullitate dici prohibetur, si vna ex eis vim habeat sententiæ Præfecti Prætorio: & sententiæ Magni Concilij, & Excel.Senatus, vim habent sentẽtiarum d. Præfecti.D.Sol.in constitutio.antiq. Sabaudiæ glo.1.super 3.pärt.decreti, vt nihil, tit.de conclusio.in cau.fol.157.

Conformitas sententiarum, quæ dicatur, vide ibid.gloss.2. super 3.part.d.decreto, nihil fol. 158.& Dec.consi.385.vol.2.

Sententia cum clausula, Alio non apparente, an dicatur diffinitiua, & pura, vide eundem D.Sol.ibid.nu.5.fol.158.

Quid sit sententia, & in quibus differat à re iudicata, vide Rebuff.in constitutio. Reg. tract. de sentent.executo.in præfatio.fol.184. Vnde dicatur, & in quibus differat ab interlocutoria, & de materia vide p Maran. in suo Spec. part.6.tit.& demum fertur sententia.

De forma sententiarum in criminalibus, & an valeat sententia, qua quis cõdemnatur in pęna pecuniaria, & si non soluerit illam, in pęna corporali, vide Clar. in sua Pract. crimina. §. fin.quæst.93.

Sententia lata de consilio Iurisperiti, non valet, quando lectum est solùm cõsilium, & nulla scribitur sententia post consilium. Marãn. in suo Spec. de ordine iudic. part. 4. distinct. 16.iudic.nu.64.vide ibid.part.6.tit.& demum fertur sententia.

Consilium Sapientis an requiratur in causis arbitrariis, & an Iudex etiam illiteratus necesse habeat approbare consilium Sapientis, vel possit illud laxerare, etiam altera partiũ con tradicente, vide Menoc.de Arbitr.lib.1.q.23.

Iudex, qui debet ferre sententiam de consilio Sapientis, illud perquirere non debet, quando in illa causa habet casum legis expressum. Ant.Corset.in suis sing.lit.S.sing.sententia 14.

Quando profertur sententia de consilio Sapiẽtis, quatuor requiruntur, nempe quòd Sapiẽs, (quem consulit Iudex) manu propria scribat sententiam, vel saltem illi subscribat, ꝙ eam mittat Iudici clausam, & sigillatam, postea debet legi alta voce, & demũ, publicato breui, debet addere Iudex, & ego cõdemno, vel absoluo, prout in breui. vide DD. in l.1.§ si qs ita.ff.de verbo.oblig.& Bart.in l.1.§.si plures. ff.de exercito.actio.

Licèt causa fuerit incoata contra duos, tamen sententia lata contra vnum (qui comparuit) valet, etiam absque probationibus, quæ non sunt de substantia iudicij. Dec.consi.296.

Debiti partem agnoscens, potest etiam ad totius solutionem iure astringi. Dec.consi.618.

Quæ nullitates possint adduci circa scripturã, & publicationem sententiæ, vide per Rolan. consi.41.volum.1.

Sententia in dubio præsumitur iusta. Roland. consi.71.vol.1.

Appellatione sententiæ in dubio venit diffinitiua, & non interlocutoria. Mathes.sing.93.& glo.fin.l.1.§.biduum ff.quando appel.sit, vide de materia sententiarum per Hentic. Boer. in suis sing.tit.sententia.

Sententia, qua Iudex dicit, condemno te ad id, quod debes, an valeat, si certa quantitas in actis appareat, vide Ant. Corset. in suis sing. lit.S.sing.sententia 9.

Sententia, licèt ex falsa causa in iure consistente lata, sit nulla, si tamen ex duabus causis, quarum vna vera sit, altera falsa, fuerit lata, sustinetur ex causa vera. Hippo.sing.617.vide Bar.in l.3.nu.26.C.de eden.

Error, quando est expressus in sententia, post illam, reuocatur. Barto, in l.error 7. C.de iuris, & facti igno.

Transact[illegible] & sententia sunt eiusdem conditionis. Bar[illegible] in l.sub prætextu 29. C.de transact.

Quando profertur sententia propter Aduocati præuaricationem, quid iuris, vide Bart.in l.1. C.de Auocat.diuerso.iudi.

Sententia, quæ non fuit lata, licèt errore scribẽtis scripta, quando noceat parti, & non esse latam qualiter probetur, vide Barto.in l.2.C. de errore Aduoc.

Quando illud, quod petitur est tale, quòd super eo non potest perueniri ad primum, & secundum decretum, parte cõtumace, peruenitur ad diffinitiuam sententiam. Barto.in authen. si omnes. C.si minor se ab hæredi.abstin.

Sententia lata, finita instantia, quãdo, & quibus casibus valeat, vide Bart.in l.properandum in principio, nu.6.C.de iudi.

Sententia diffinitiua, an feratur pro actore absente non contumace, & reo præsente, Bart. tenet negatiuam in d.l.properãdum §. finautem.C.de iudic.

Sententia lata contra colonum, vel alium alieno nomine possidentẽ, an noceat domino, vide Bart.in l.2.nu.17.C.vbi in rem actio.

Quando

Quando est quæstio de finibus, & non de proprietate, lite non contestata, peruenitur ad diffinitiuam. Bart. in l. 1. C. fini. regund.

Agens directa, & probās in vtili, an debeat obtinere, vide Bart. in l. 2. C. de actio. & obligat.

Si in instrumento debiti exprimatur causa, debitor condemnatur, nisi probet indebitum: sed si non exprimatur, necesse est, vt creditor probet id fore debitum. cap. si cautio 14. ex. de fide instrument.

Sententia lata contra leges, vel partis ius, quando valeat, vide Bart. in l. 11. ff. de Iustit. & iur.

In persona Syndici formanda est sententia, & ideò condemnationis, & absolutionis sententia potest in personam Syndici, vel Procuratoris proferri. c. dilectus ex. de Capel. Monac.

Sententia satis est, quòd contineat condemnationem, vel absolutionem æquipollēter. Bar. in l. ab emptione 59. ff. de pact. nu. 14.

Procurator condemnatur nomine proprio, sed exequutio sententiæ non fit contra illum, nisi successerit domino. Barto. in l. si quis 31. ff. de Procurato.

Super ætate qualiter feratur sentētia, vide Bar. in l. de ætate 44. ff. de minorib.

Sententia declaratoria imperitia Iudicis lata p verbum, videtur, in personalibus valet, sicut in realibus. Bart. in l. 25. §. si Arbiter. ff. de recept. Arbit.

Sentētia lata contra absentem, videtur lata magis ratione contumaciæ, quàm ob malam causam. Bart. in l. 8. §. meminisse. ff. de inoffi. testa.

Si lite contestata super actione directa, & iudicio pendente, reus dolo desierit possidere, an debeat ferri sententia condemnatoria, vide Bart. in Rub. ff. de rei vendic. & in l. 4. §. Iulianus. ff. de aqua plu. arcen.

Cōtra illum, qui negauit se possidere, si postea reperiatur possidere, qualiter pronuncietur, & procedatur, vide Barto. in l. in rem 80. ff. de rei vendicatio.

In seruitutibus qualiter formetur sententia, vide Barto. in l. sicuti 8. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vendic.

Reale ius, si iudicio pēdēte, perdatur, Iudex dat sententiam, vt illud ius de nouo cōstituatur, sicut si personali ageretur. Bar. ibid.

Quando sententia est lata sub conditione, an pars admittatur ad probādū vsq; ad euentū conditionis, vide Bart. in l. admonendi 31. ff. de iureiuran.

Quando ex sententia irrogatur infamia, vel pœna, cautela est, vt soluatur ante sententiam. Bart. in l. iusiurandū 34. §. cū res. ff. de iureiur.

Lite non contestata super principali negotio, non proceditur ad diffinitiuam. Bart. in l. 3. §. idem scribit, num. 7. ff. de pecul.

Sententia super interesse ferri potest, licèt res petatur. vide Barto. in l. 11. §. & ex empto. ff. de actio. empt.

An tempus litis contestatæ, vel rei iudicatæ, inspiciatur, ne quis condemnetur vltra quam facere possit, vide Barto. in l. rei 16. ff. soluto matrimonio.

Actor si petiit totam rem, & in fine iudicij, appareat reū possidere pro parte, si Iudex pro parte condemnet, sententia valet. Bart. in l. si constante 25. §. si bona. ff. soluto matrimonio.

Sententia lata, partibus præsentibus, & non contradicentibus, si in illa contineatur libelli datio, & litis contestatio, probat acta. Bart. in l. acta 45. ff. de re iudic.

Sententia lata contra præsentem, & defendentē, præiudicat alteri scienti; secus si cōtra absentem contumacem. Bart. in l. sæpe 63. ff. de re iudic. vide infra tit. res inter alios.

Quando sententia lata contra vnū, præiudicet alteri, vide Bar. in d. l. sæpe 63. ff. de re iudic.

Quando parti non competit exceptio, sed officium Iudicis ex æquitate, ne excipiens succūbat, debet officium Iudicis implorare. Bar. in l. 1. nu. 11. ff. de exceptio.

Agens ad quinquaginta, & probans centum, potest ferri sententia in tota summa probata. Bart. in l. scire 29. ff. de verb. oblig. nu. 6.

Sententia præsumitur lecta, Iudice præsente, si in ea dicatur, sentētialiter promulgata. Bart. in l. sciendum 30. ff. de verb. oblig. nu. 19.

Licèt quis dicat rē maioris pōderis, & illa reperiatur minoris, tamen potest proferri sententia in minori: idem in summa. Bar. in l. qui vas 49. ff. de furtis.

Sententiam latam à Iudice nō suo, possunt Clerici approbare. Abb. consi. 33. part. 2.

Sententia illa dicitur diffinitiua, quæ controuersiæ finem imponit, cōdemnationem, vel absolutionem continens. Abb. in sua Pract. cap. 104.

Sententia diffinitiua Principis lata super causa, de qua plenè cognouit, habet vim legis generalis. l. fin. C. de legib.

Absentia Aduocati nō vitiat sententiam. l. 4. C. de postulando.

Arbitri sententia, non per omnia sententia est. l. quid ergo 13. §. ex cōpromisso. ff. de his, qui notant. infa. vide supra tit. de Arbit.

Ad sententiam peruenitur præcedente peremptorio, impetrato legitimo ordine expresso in l. ad peremptorium. 68. & seqq. ff. de iudic.

Qui se liti obtulit, vt possessor condemnatur, licèt nō possideat. l. q se liti 48. ff. de petit. hære.

Re perempta, est necessaria sententia propter accessiones, & postulationes de euictione. l. vtique 16. ff. de rei vendica.

Si

Si pendente iudicio, ius actoris perimatur absq; facto suo, sed ex facto rei, peruenitur ad cōdēnationem, ac si peremptum non esset. l. si post 18. ff. de rei vendic.

Ille, qui tenetur alieno nomine, ad restitutionē condemnatur, si vsque ad sententiā sine causa non restituerit, & insuper ad rei æstimationem. l. non ab re 10. C. vnde vi.

Alienans post litem sibi motam, videtur fraudulenter alienare, & perinde condemnatur, ac si non alienasset. l. 44. ff. de pecul.

Contra absentem de graui crimine accusatum, non fertur diffinitiua, sed citati non comparentis bonorū annotatio dēt fieri, quę ille recuperat, si intra annum veniens se purgauerit, & ad hæredes ipsa bona transmittit, si intra annum decesserit. l. 1. C. de requiren. reis.

Ad pęnalem sententiā non peruenitur, nisi reus fuerit cōfessus, vel probationibus clarissimis conuictus. l. 16. C. de pęn. & l. fi. C. de probatio.

Crimine liquidato, non debet sententia differri, ne detur materia supplicandi. l. cum reis 18. C. de pœn.

Maritus, socer ex vtraque parte, & hæredes sui eiusdem matrimonij non condēnantur (quādo agitur pro exactione dotis) nisi in quantum facere possunt. l. 13. 14. §. fin. 16. & seqq. ff. soluto matrimonio.

Sententia, contractus, & vltima voluntas æquiparantur. l. 9 ff. de manumissio.

Sententia, quæ pro libertate fertur, præualet. l. penul. cod. tit.

Paria sunt in sententia certam quantitatem adscribere, vel eius verba ad acta (certam quātitatem continentia) referre. l. 5. §. fin. & l. 59. ff. de re iudic.

Ad hoc, vt valeat sententia, debent esse præsentes, vel legitimè citati omnes, quos negotiū tangit. l. 47. ff. de re iudi.

In actionibus descendentibus ex delicto, cessat beneficium, ne quis conueniatur, vltraquam facere possit. l. si rerum 52. ff. de re iudic.

Qui ex liberalitate conueniuntur, in id solùm, quod facere possunt, condemnantur. Reg. diuus Pius.

Pater, patronus, socius, & donator in tantum cōdemnantur, in quantum facere possunt. §. sed & si quis, Institut. de actio. Idem in eo, qui bonis cessit. glo. ibid.

Illi, qui cōuenitur pro alio, debet cedi actio cōtra principalem; aliàs non debet condemnari. l. mandari 14. ff. de fideiusso. & mandat.

Sententia simpliciter lata debet declarari secūdū ordinē petitionis. l. si Pręses 32. ff. de pęnis.

Qui dolo desiit possidere, pro possessore damnatur. l. 174. & l. 193. de reg. iur.

Soli Principi licet æquitatem inuestigare cōtra iuris regulas, cæteri inferiores tenentur illas sequi. Azo in summa tit. de iudi.

Iudices lites cum omni æquitate audire debēt, & breues, viliumq; personarum ex nō scripto cognoscere, & iudicare. §. si tibi, Authen. de mandat. Princip.

Sententia diffinitiua quandoque ante litem cōtestatā fertur. gloss. in §. si verò, in verbo, probetur, Authen. de litigiosis.

Quando plures vna sententia condemnantur, & vbi ex falsis instrumentis, vel testibus profertur, quid iuris, vide infra in duobus tit. proximis, post seq.

De sententiis conditionalibus.

Clausula, Si & quatenus, &c. facit dispositionem conditionalem: idem in clausula, Prout iuris fuerit, quæ clausula, si à Iudice proferatur, operatur, vt actus sit ipso iure nullus, si admitti à Iudice non debuerit. Ozas. decisio. 5. nume. 9.

Pro regula traditur, sententiam non posse ferri sub cōditione, quæ reg. limitatur quatuor in casibus, de quibus vide per Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de contumacia Tom. 3. art. 2. glo. 1. nu. 12. & seqq.

Clausula, Si & quatenus iuris sit, quid importet, vide ibid. Rebuff. nu. 24.

Sententia absolutoria lata sub conditione, seu reseruatione, quòd si error probabitur, possit actor iterū agere, dicitur pura, resolutiua sub conditione. Ozas. deci. 145. sed vide ibid.

Conditio in sententiis si pręcedat, vel sequatur condemnationem, an sit differentia, vt sentētia dicatur conditionalis, vide ibid.

Conditio in sententiis, retrotrahitur. Ozasc. d. decisio. 145.

De sententia conditionali, & quando illa dicatur talis, vel pura sub conditione resolutiua, vide eundem d. decis. 145. Et hoc refert scire, quia vbi conditionalis esset, quis nō diceretur cōdemnatus, nisi eueniente conditione: si verò sit sub cōditione resolutiua, interim purè cōdemnatus diceretur, licèt condemnatio, eueniente cōditione, sit resoluenda. Ozas. d. decis. 145. in fine.

Sententia sub conditione extrinseca lata, an valeat, & quid de sententia sub conditione intrinseca, & multa alia de sentētiis conditionalibus vide per Ozas. decis. 146.

Sententia potest ferri sub conditione intrinseca, quæ tangit ipsum negotium. Bart. in l. cùm Iudex 11. C. de senten. & interlocu. omn. Iudi. cap. biduum 2. q. 6. idem Bar. in l. 1. §. biduum. ff. quando appellan. sit, & in l. à diuo Pio. §. in vendi-

vēditione.ff.de re iud.vide Abb.cōſ.73 par.1.

Sententia ſub conditione de futuro,ferri quidē non debet,lata tamē valet, & ſi fuerit appellatum,reſcindenda venit per Iudicem appellationis.Ozaſ.d.deciſ.146.nu.18.

Sententia ſub cōditione ferri poteſt à Principe, & eſt ſpeciale in illo Ozaſ.d.deciſ.146.nu.fin.

Sententia,per quam Iudex pronunciat hoc modo, cōdēno te in 20.reſeruata tibi exceptione ſolutionis,an valeat, vide Guid.Pap.q.67.

Sententia vna ſi plures fuerint condemnati.

DEbitores plures inſolidum obligati, & condēnati ſimpliciter, tenentur pro rata:quia obligatio,quæ oritur ex ſententia contra aliquos ex pluribus debitoribus diuidit debitum per partes quo ad omnes, & hoc verùm,licèt eſſent ſexdecim debitores inſolidum obligati,& quatuor, qui ſolùm fuerant euocati,fuiſſent ſimpliciter condemnati: quia intelliguntur illi quatuor ſolummodo condemnati pro rata debiti,habito reſpectu ad omnes ſexdecim debitores obligatos.Afflic.deciſ.215. vide l.ſiquis 10.§.quoties.ff.de appellatio.cum l.bona 39.ff.de iure Fiſci.

Qđ ampliat.et qñ eſſent obligati inſolidū, & libellus cōcluderet inſolidū.Boer.deciſ.59.nu.8.& Rot.Genuen.deciſ.28. vide l.Paulus 43.ff. de re iudic. Contrarium tamen tenent in hoc vltimo caſu laff. Lanf. Bulb. deciſ.327.& Gaſp.Cabal.milleloq.400.

Si plures vna ſententia ſimpliciter condemnentur, cenſentur pro virili condemnati, ſed ſi inſolidum ſint condemnati, an poſsint opponere beneficium diuiſionis,vide Bar.in l.Paulus 43.ff.de re iudic.

Sententia lata contra plures collegas ſimpliciter, inducit obligationē pro parte, ita vt quilibet videatur condemnatus pro virili. Abb.conſ.33.nu.8.part.2.

Plures mandatores, qui tenentur pro alio inſolidum ex mandato, ex ſententia ſimpliciter lata tenentur ſolùm in viriles. l. ſi mandato 59 §.Paulus reſpondit lo 3.ff mandati.

Sententia poteſt ferri contra aliquos ex pluribus conuentis ſimul,& ſemel & quo ad alios, non ,ſuper re diuidua.Capic.deciſ.8.

Rei ſi ex eodem delicto in plures condemnentur ſummas, diuites tenētur ſoluere pro aliis non exiſtentibus ſoluendo: quia in delictis ante,& poſt ſententiam, quilibet tenetur inſolidum. Boer. deciſio. 310. Sed quid iuris in cauſa ciuili , in qua in dubio cōdēnatio cēſet facta p virili,vide ibi.& l.Paul.43.ff.de re iud.

Si ex falſis inſtrumentis, vel teſtibus iudicatum ſit.

SEntentia lata pp falſos teſtes, vel falſa inſtrumenta, ipſo iure eſt nulla, ſi lata fuerit cōtra abſentem dolo aduerſarij, ſi contra præſentem, non eſt nulla; ſed reſcindi poteſt. Capel.Thol.q.283.Et venit annullanda.Abb. conſi.10.part.1.Quia non tenet.Fran.Marc.q. 733.vide Bar. in l.cū qdā 20.nu.9.C.de fid.inſtrum.& ī l.ſi Prętor 75.§.Marcellus.ff.de iudi.

Quæ requirantur ad hoc, vt quis poſsit venire contra ſententiam latam ex falſis probationibus, vide Cabal. milleloq. 743. & Rebuff. in conſtitutio. Reg. tractat. de litt.ciuil.art.1. glo.4.fol.295.

Quamuis cautum iure ſit, ſententias ex falſis teſtibus latas reſcindi poſſe, tamen vbicunque obſtat res iudicata, non poteſt contra illam arbitrariè inſurgi,niſi præuia in integrum reſtitutione,quę poteſt etiam peti coram ipſomet Iudice, qui ſententiam tulit, ſed ad illā petendam requiritur ſpeciale mandatū. Mago. deciſ. Luc.67.vide tamen Barto.in l.nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiuran. facit l.qui agnitis 11.ff.de exceptio.

Matheus Matheſilanus ſcripſit ad titulum C.ſi ex falſis inſtrumentis. & talia ſcripta ſunt impreſſa poſt ſua ſingularia.

Retractāda eſt ſentētia , ſi conſtat illam fuiſſe latam ad dictum corruptorū teſtium. c. ſicut 9. ex.de teſtib.

Exceptio falſi poſt ſententiam poteſt opponi, vſque ad annos viginti .cap.cùm venerabilis 6.ex.de exceptio.

Si ex falſis allegationibus iudicatū fuerit, quid iuris,vide Barto.in l.ſi Prætor 75.§.Marcellus. ff.de iudic.

Quando prouocare non ſit neceſſe,& ſententiæ ſine appellatione reſcindantur, quia nullæ.

SEntentia fundata ſuper non productis,eſt nulla Ozaſc.deciſ.142.nu.5. Idem.ſi eſſet lata, nullis probationibus factis.Afflic.deciſ.28.

2 Dicitur nulla,vbicunque ſe refert ad acta,in quibus apparet de cōtrario,quàm in ſententia contineatur.Ozaſ.d.deciſio.142. nu.20.vide Afflic.d.deciſ.28 39.& 47.

3 Eſt nulla, qñ eſt prolata contra partis petitionē.Oza.d.deci.142.nu.21.Vel ſuper eo, qđ nō cōtinet in petitione.Aegi.Bellam.cōclu.705.

4 Sententia prolata contra rē iudicatam, parte opponente, est ipso iure nulla, quod procedit etiam in rescripto, & sententia Imperatoris. Ozas.d.decis.142.nu.23.vide Bar.in l.nam po stea.§.sed etsi damnetur.ff.de iureiur. & Azo. in summa tit.C.de reb.credit.

5 Sententia lata, non obseruata forma rescripti, etiam dicitur nulla. Ozas. d. decisio.142. nume.28.

6 Pariter dicitur nulla, quando est lata contra expressam Principis constitutionem, vel legem.Ozas.d.decis.142.nu.30. Et tunc non est necesse appellare. cap. 1. & 9. ex. de senten. & re iudic.

7 Sententia sine causæ cognitione, & deliberatione lata, est nulla. Ozas.decis.146. nu.5. Licèt esset sententia Principis, Gram. decisio. 65.num.3.

8 Sententia manifestam iniquitatem continēs, est ipso iure nulla. Afflic.decis.28.num.7.vide Abb.& Inno. in c.fraternitatis, ex.de frigi. & malef.& Natt.consi.217 Sed an tunc mandetur executioni, vide Afflic.decis.39.nu.5.

9 Sententia lata super vna parte, est nulla, quia non videtur absolutoria lata super reliquis. Capel. Thol. q. 179. Fallit in casibus scriptis ibid.in additio.vide Fran.Marc.q.932.part.2. Crescen.decis.12.aliâs 255. titu. de senten.& re iudic.& Cabal.milleloq 957.

10 Si Consultor dicat in sententia, aliquem fore condemnandum, vel absoluendum, & Iudex in pronunciando dicat, pronuntio secūdum formam consilij, non valebit ipsa sentētia.Iaff Lanf.Balb. decis.1.

11 Pronunciatio facta per Iudicem (licèt rectè facta) actis non visis, non valet. Bart.in l.2.C. de eden.nu.5.& 18.in 2. lect.

12 Error in libello, si est expressus, sentētia simpliciter lata, videtur eundem errorem continere.& propterea erit nulla. Bart.in l.1.C.de errore calculi, nu.3.

13 Sentētia nulla ex defectu iurisdictionis, nō potest consensu partium validari; potest tamen valere in vim pacti.Bar.in l.vnica.C.qui pro sua iurisdictione, vide cap.suborta 21.ex. de senten.excō. Aegid. conclus.307.& Vera. decis.97.part.1.

14 Sententia, quæ non tenet, confirmari nō potest per confirmationem in forma communi obtentam.cap.examinata 7. ex.de confirma. vti.vel inutil.

15 Sententia lata contra citatum, qui infirmabatur, & non potuit venire ad iudicium, an valeat, vide Bart.in l.2.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautionibus.

16 Sententia lata contra minorē indefensum, est ipso iure nulla. Barto. in l. inter 9.ff.de in integ. restitut. & Abb. consi.89 part.2. Secùs si esset lata pro eo. Abb.ibid.numē.7.

17 Sententia lata per sordes, vel gratiam, valet, sed contra illam datur restitutio: secùs si per pecuniam, tunc enim erit nulla ipso iure. Barto.in l.26.§. ait Prætor. ff.quibus ex causis maiores, vide Gasp. Cabal. milleloq. 702. & Hippol.sing.190.

18 Sentētia Iudicis ignorantis ea, quæ sunt necessaria ad sententiam, est nulla: ideò practica est, vt describatur in sententia, visis, &c. vide Bart.in l.consensisse 3.nu.3.ff.de judi.

19 Sententia lata sine consilio Sapientis, stante statuto; quòd Iudex ferat sententiam cum consilio Sapientis, est nulla.Barto.in l.1.§ si plures.ff.de exercit. actio.nu.12.

20 Sententia secunda (etiam de partium consensu) non valet.glo.in l.si diuersa. C.de transactio.Et lata contra rem iudicatam, est nulla.Dec.consi.296.

21 Sententia in criminali ab incompetenti Iudice lata est ipso iure nulla. l. non valet 4. C. ad leg flaui.de plag.

22 Sententia contra stylum Curiæ, & morem iudiciorum, est nulla. Guid.Pap. q.291. & sing. 271.Ozas.decis 22.nu.7.Quando dicatur nulla sententia, vide plenè per eundē Ozas.decis. 142. Et quid, si sit lata, omissis terminis iudicij substantialibus, vide Aegid. Bellamer. conclusio.27.

23 Dicitur nulla, si sit lata tempore belli.Afflic. decisio.62.

24 Sentētia sine substantialibus, nō habet vim rei iudicatæ, & citatio vbi non est, ibid.nulla est sententia.Guid. Pap.sing.397.Afflic.decis. 182.nu.3. Et tunc est nulla licèt pars comparеat protestans se velle citari.Vera.deci.261. seu 3.par.2.vide Mysing.obser.71.cent.3.Rol. consi.35. vol.4. Aluis. de Alber.sing.83. Abb. consi.92.part.2.& Gram.decis.65.nu.4.

25 Sententia, perempta instātia, lata redditur nulla. Afflic. decis.283.nu.4 & Ioseph.Ludo. decis.Luc.24.nu.14.

26 Sententia Iudicis, qui se competentem pronunciauit (licèt non esset) an possit de nullitate impugnari, vide Afflict. decisio. 354. nume.14.

27 An sententia reddatur nulla ex falsa causa, vide Dec. consi.475. nu.14. Bart. in l.26.ff.de tutor.& cura.dat.ab his, Gram.decisio.65.nu. 15. 66. & 67. & Iaff Lanf. Balb. decisio. 300. Sed quid in interlocutoria, vide eundem, decisio.429.

28 Lata sententia post desertionem appellationis, est nulla.Guid.Pap.quæst.11. & DD.de Rot.decisio.12.aliâs 604.titu. de senten. & re iudic.in antiq.

29 Senten-

29 Sententia lata contra minorem 25. ann. curatorem non habentem, est ipso iure nulla, nisi constituisset Procuratorem in causa, & iurasset oĩa se rata habiturum; quia tunc virtute iuramenti valeret. Guid.Pap.q.494.

30 An sententia lata contra mortuum valeat, vide Aegid.Bellam.conclus.312. Cassad. decis.16.ti.1.& supra ti. de sentent. diffinit. Pro negatiua scribit Cabal. milleloq. 943. vide Vincen.de Franc.decisio.245.part.2.& Papo. lib.19.tit.8.arrest. 15.

31 Ex breuitate temporis, sententia arguitur nulla, quando ex tali breuitate nõ potuit interuenire debita causæ cognitio.Put.decisio. 344.lib.1. Pet.Roy.deci.2.Litua.num.83.in decisio.diuerso.Tom.2.fol.379. vide Iass. Lanf. Balb.decisio.357.& sup.tit.de sent.diffinit.

32 Nulla redditur sententia lata post appellationem interpositam, á citatione peremptoria. Vera.decis.38.part.1.

33 Iudex quando nulliter procedat sententiãdo eadem die in causa criminali, & super interesse, vide Vera.decis.116. seu 5. part. 2. & decisio.146.seu 33.part.3.

34 Sententia lata contra statutum redactum in volumine statutorum, est nulla. idem Vera. decisio.136.seu 23. part.3.Iass.Lanf. Balb. decis.166. vide Borgn.Caual.decis.11. de iudi.

35 Sententia est declaranda nulla, si est lata post appellationem interpositam á coarctatione dilationum á iure præscriptarum. Vera.decis.137.seu 24.par.3.

36 Sentẽtia est nulla in totum, si lata est super petitorio, & possessorio, ipso petitorio per partem suspenso.idem Vera.decisio.143.seu 30 par. 3.

37 Sententia annullans aliam sententiam, non videtur annullare processum: quia sententia potest esse nulla, valido existente processu. Vera.decis.148.seu 35.part.3.

38 Sententia lata contra infirmantem, vel alio iusto impedimento impeditum, Iudice hoc sciente, est nulla: si autem ignorabat ipse Iudex, valet, sed condemnatus restituitur. Iass. Lanf. Balb.decis.16.vide Mysing.obserua.57. cent. 4.

39 Sententia lata pro mortuo, non valet, neq; decretum in eius fauore interpositum. idem Iass.decis.27. Tamen contrarium scribit Mysing.obser.85.cent. 1. vide Vincent.de Fran. decis.245.par.2.Papon.lib.19.tit.8. arrest. 15. & Bar.in l.nulla 23.C.de Procurato.

40 Sententia nulla, quia lata die feriato, nõ potest per partes ratificari tacitè, vel expresse: quia talis nullitas procedit ex defectu solemnitatis substantialis, cuius confirmatio in potestate ratificantium non est.Iass.Lanf. Balb. decisio.253.

41 Sententia lata de nocte, regulariter est nulla: sed limita in casibus, de quibus per eundẽ Iass.Lanf.Balb.decis.412.

42 Equidem dicitur nulla, si sit lata contra absentẽ, causa Reipub.Mysing.obser.57. cẽt. 4.

43 Sententia lata ex probationibus á lege reprobatis, nõ valet.Hiero.Mago.deci. Luc.39. Sed quid, si fuerit lata ex falsis testib. vel instrumentis, vide sup.tit.prox. Pet. de Rauen. sing.670.& Abb.consi.10.part.2.

44 Etiam lata contra expressum casum legis, vel statuti, aut communis opinionis, dicitur nulla.Mago.decis.62.nu.18.Luc.

45 Sententia super libello inepto lata, non valet. And.Gail.obser.66.lib.1.Pet.de Raue. singu.971.& Hippol.sing.119.

46 Lata contra Clericum (etiam quòd ille taceret) per Iudicem laicum, est nulla. Vincẽ. de Franc.decis.400.nume. 7. part. 2. Fallit in casu, de quo vide per Hippol.sing.694.

47 Sententia á constituto actore á tutrice, petita tanquã Procuratore, an sit nulla, vide Crescent.decisio.8. aliàs 181. tit.de sentent. & re iudic.

48 Sententia contra Communitatem indefensam (licèt citatã) an sit nulla, vide ibidem, decis.9. aliàs 206.

49 Sententia omnino dicitur nulla, quãdo est lata contra personam indefensam, & dicitur indefensa, quando pro ea nemo legitimè cõparuit. Crauet.consi.265.

50 Sententia Delegati est nulla, si nõ appareat per publicam scripturã de delegatione, nec creditur assertioni Delegati.Crau.consi.266.

51 Licèt sententia lata, parte presente non citata, valeat, tamen iudicium dicitur nullũ. Et sententia, quando Iudex procedit ad prolationem ipsius cum magna celeritate sine percũctatione processus, & sine causę cognitione, dicitur nulla.Maran.in suo Spec.de ordi.iudi.par.4.distinct.16.iudic.nume. 15.& 16. fol.221.Anto.Trigo. sing. 41. Sed an sentẽtia præsumatur lata cum causæ cognitione, vide Maran.ibi.nu 18. Verùm licèt sententia præcipitanter lata sine causæ cognitione, regulariter sit nulla, tamen dictum limitatur: Primò, quando fertur contra confessum: Secundò, quando Iudex in illo breui tempore potuit esse de causa instructus: Tertiò, quando ipse Iudex, parte præsente, & non reclamante, pronũciauit.Menoch.de Arbitra.q.42.li.1.

52 Sententia lata pro corruptore Iudicis, est ipso iure nulla.idẽ Menoc.ib.li.2.cas.343.n.6.

53 Sententia notoriè iniusta, non transit in iudicatum.Menoch.ibid.cas.484.num.8.& Hippol.singul.473.

54 Sententia lata contra notoriam consuetudinem, vel constitutionem Principis, est ipso iure nulla. Rebuff. in constitutio. Reg. gloss. 5. in proœmio, nu. 133. fol. 34.

55 Sententia, qua pronunciatur fieri executionem contra aliquos, præstita fideiussione per victorem de restituendo rem, si contra eum iudicaret, est nulla. Natt. consi. 51. nu. 16. To. 1.

56 Procuratoris falsi gesta sunt nulla, & redditur iudicium retrò agitatum nullum, in quacunque parte iudicij fuerit oppositū de nullitate. Natt. consi. 217. Tom. 1. vide eundem, consi. 526.

57 Sententia nulla est, vbi adest manifestus facti error, de quo potest apparere per relationem ad acta, & tunc non meretur executionem. Menoch. consi. 110, nu. 65. & seqq.

58 Sententia lata contra ius litigatoris, etiā nō expresso errore in sententia, non valet ipso iure, fauore minoris ætatis. Barto. sing. 67. & Pet. de Rauen. sing. 168. vide Roma. sing. 215.

59 Sententia, in qua non condemnatur Procurator, sed dominus, qui in iudicio non interfuit, est ipso iure nulla. Bartol. singul. 242. Et hoc de iure Ciuili; secùs de iure Canonico. ibid. Bart. in additio. Vel quando causa committitur, vt in ea procedatur de plano, & sine strepitu iudicij. Ludo. Roma. sing. 20.

60 Iudex si in sententia dicat, condemno Titium per talem legem, quæ lex non faciat ad propositum, illa sententia erit nulla. idem Roma. sing. 47.

61 Sentētia Iudicis metu lata in Spiritualibus, est ipso iure nulla, sed quid in temporalibus, an sit annullanda ope exceptionis. vide Ludo. Roma. sing. 92. Vbi admonet, quòd si quis vult scire, illum oportet multum studere.

62 Sententia contra ius legis lata, est ipso iure nulla; secùs si feratur contra ius partis: quia tuuc erit aliqua, licèt sit rescindenda. Roma. sing. 215.

63 Sententia lata ab infame, excommunicato, vel seruo, ratione erroris validatur: fallit, si illi, inter quos lata fuerit, sciāt illum communem errorem esse falsum. Roma. sing. 767.

64 Sententia est nulla, si processus fuerit nullus. Guid. Pap. sing. 690.

65 Si in causa exigatur calumniæ iuramentum, & non præstetur, si fuerit exactum, sententia erit nulla. idem Guid. sing. 731. vide tamen ibid.

66 Sententia lata sine probationibus nō valet, nisi in casu, de quo per Hippol. sing. 486.

67 Sententia non valet, nisi feratur ad instantiam partis. Hippol. sing. 629.

68 Sententia lata contra pupillum non valet, licèt in principio causæ tutor pro eo comparuerit, & postea contumax fuerit. Guliel. de Ludo, sing. 93.

69 Error expressus in sentētia, illam reddit nullā. Barto. in l. ex diuerso 18. §. si in iudicio. ff. soluto matrimonio, nu. 3. & in l. 2. C. commun. vtriusque iudi.

70 Sententia lata pro furioso, non valet: idem, si contra absentē non citatum. Barto. in l. 24. ff. de iure patron.

71 Si expretis legibus, & non secundum sacras iussiones feratur sententia, illa erit nulla, nec est opus appellare. §. si verò in fine, Authen. in medio litis non fieri, &c. Nam vbi non tenet sententia ipso iure, non est necesse appellare. l. 1. & ibid. glo. ff. de feri. & dilatio.

72 Sententia data contra tutorem legitimum, vel datiuum, qui non satisdedit, ipso iure est nulla, nec nocet pupillo, etiam nulla restitutione petita. l. 3. C. de tutor. & curat. qui non satisd.

Si electio, & confirmatio est inualida, appellatio non est necessaria. l. si constat 12. ff. de appellatio.

Sententia, quæ continet expressum iuris errorem est nulla, & appellatio ab illa non est necessaria, & si appelletur, & inde deferatur appellatio, d. sententia non confirmatur. l. si expressim 19. ff. de appellatio.

Sententiam contra ius litigatoris obtinens, est in peccato, & potest Ecclesiæ denunciari. Afflic. decis. 28. num. 7.

Sententia nulla non debet mandari exequutioni: sed sententia iniusta non dicitur nulla. Afflic. decis. 39. vide eundem, decis. 283.

Iudicium dici non potest, ex quo principalis nūquam fuit citatus. Afflic. decis. 182. Quia licèt præsumatur pro sententia quo ad Iustitiam, non tamen præsumitur quo ad rectitudinem processus. Rot. Genu. decis. 28. nu. 15.

Condemnatio ex processu nullo, an possit executioni mandari ex debitoris confessione, vide Afflic. decis. 182.

Paria sunt non esse iudicium, vel nulliter esse iudicatum. Afflic. d. decis. 182. nu. 4.

Confessio non habet vim sententiæ, vbi requiritur Iudicis ministeriū in sententiando. Affl. d. decis. 128. nu. 9.

Sententia nulla per secundam confirmata, non potest vlterius allegari nulla. DD. de Rot. deci. 7. aliàs 118. de senten. & re iudi. in antiq.

Sententia lata sine probationibus, vel quando apparet iniqua ex actis, dum tamen sententia ad acta non se referat, non est notoriè iniusta, ita vt sit nulla. Put. decis. 401. lib. 1.

Sententia lata in fauorem pupilli, & minoris (etiam indefensi) valet. Vera. decisio. 147. seu 34. part. 3.

Licèt

Licèt sententia sit nulla, à qua fuit appellatum, tñ Iudex appellationis potest pronunciare, & tenetur super iniquitate ipsius sententiæ, etiã si nullitas sola fuisset proposita. Mysing. obser.72.cent.3.

Sententia ob intermissam publicationem attestationum, non est ipso iure nulla. Mysing. obser.52.cent.4.

Statutum prohibens appellationem, non intelligitur loqui de sñia notoriè, & euidẽter nulla. Borg. Capal. decis.12.de iudi.

Nullitas sententiæ perpetuò opponi põt. Crau. consi.108.num.fin. Quia sententia nulla nunquam transit in iudicatum. idem Crau. consi. 266.nu 6.& Hippol.sing.427.

Sententia post tempus ad iudicandum præfinitum lata, non est inualida, si Iudici pęna imposita sit non determinanti intra tale tẽpus. D.Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glo.4.su per decreto, ad causarum, tit. de ordine processus cau. instru. fol.131.

Nullitas quando opponi non possit contra tres sententias conformes, vide eundem D. Sol. in dd. suis comment. super 3.part. decreti, vt nihil, ti. de conclu. in caus. fol.158.

Licèt sententia sit nulla, tamen si litigantes illã approbauerint, ipsi sententiæ standum erit. Hartma. cap.9. titu. de sententia lib.1. Verùm consensus priuatorum non potest facere, vt sententia nulla ex iuris dispositione, valeat, secundum Abb. consi.92.part.1.

Nullitas iudicij agitati cum falso Procuratore, potest vsque ad mille annos opponi, sed qualiter opponatur, vide Maran. in suo Spec. par. 4. distinct.16. iudi. nu.22.

Quando, & ex quibus causis sententia dici possit nulla ipso iure, vide eũdem ibid. part.6. tit. & demum fertur sententia, nume.51.& seqq. & nume.88.

Sententia, quę est nulla, non est exequenda, sed quomodo probetur nulla, vide Rebuff. in cõstitutio Reg. tracta. de senten. executo. art.7. glo.10 fol.221.

Quando sententia est manifestè, & euidenter iniqua, non est exequenda, etiam si esset apposita clausula, Appellatione remota. Rebuf. ibid. num 6.

Ex generali consuetudine de nullitate nõ agit, nisi per viam appellationis, licèt lex dicat superuacuã esse appellationem à nullitate. Rebuff ibid. num. fin.

Quando rescripto mandatur, quòd fiat Iustitia, ille, cui hoc mandatur, tenetur adhibere causæ cognitionem, & ordinem iuris seruare. Dec. consi.483. Aliàs sententia erit nulla. Dec. ibid.

Appellatio non est necessaria à sententia lata sub cõditione, Quatenus de iure potest. Natt. consi.32.num.9. Tom.1.

Sententia propter tempus longissimum, præsumitur lata ex probationibus, si in illa actorũ fiat mentio, nec tunc de nullitate opponi potest. Natt. consi.525.num.45.

Quando opponitur de nullitate sententiæ, ad tollendas nullitates, pro validitate illius vide ea, quæ scribuntur per Menoch. consi.99. vol.1. Vbi respondit ad 33. nullitates, quę opponebantur contra quandam sententiam.

Iniquitas sententiæ manifestæ nullitati æquiparatur, sed ex quibus probetur iniquitas, vide Menoch. consi.343. lib.4.

Papa, Imperator, & Iudex sine citatione sentẽtiam ferre non possunt: fallit contra rebelles, eorum castra, & terras retinentes. Ludo. Roma. sing.671. Fallit etiam, quando Superior vellet cassare statuta à secularibus facta contra Ecclesias, & ius Diuinum. idem Rom. sing. 675. vide supra tit. de citatio.

Quando recurritur ad Iudicem tanquam ad bonum virum, ab eius sententia non appellatur. Guid. Pap. sing.482.

Sententia potest confirmari in causa appellationis quo ad merita causæ, licèt prima sententia posset esse nulla ex defectu ordinis iudicij; quia fuerit lata in die feriata. Abb. consi.97. part.1.

Sententia nulla reformari potest per Iudicem appellationis, quãdo videt aliàs esse iustam, & si de nouo esset ferenda, Iustitia exigente, sic pronunciaretur. Magon. decisio. Luc.25. nume.46.& decisio 92. nume. fin. ibid. Quod procedit, quando nullitas non respicit omnia acta vniformiter. Craue. consi.179. nume. 7. Sed solùm actum sententiæ. Roland. consi. 41. volum.1.

Quando dicitur sententia nulla, & agitur de ipsa nullitate corã Iudice appellationis, quid iuris, vide Bart. in l.19. ff. de appellatio.

Si sit appellatum à sententia nulla, & Iudex appellationis pronunciet appellationem iniustam, & malè appellatum, non ob id confirmabitur sententia nulla. Abb. consi.3. nu.7. circa medium, vers. quinimo plus, part.2.

A sententia absolutionis non potest appellari. Guid. Pap. sing.581.

Vbi sumus in casu, in quo non potest appellari, poterit tamen querelari, sed quid contrà, vide Anto. Corset. in suis singularibus litera Q. sing querela 2.

A sententia si intra decem dies appellatum nõ sit, licèt illa in rẽ iudicatã transeat, agenti tamen de ipsius sentẽtiæ nullitate probabili ratione, interim appellandi tempus non currit. Hippol. sing.152.

Sententia lata ex relatione peritorum, nunquã transit in iudicatum. Hippol. sing. 427.

Sententiã quæ annullatur ipso iure, quis nõ debet petere annullari. Bar. in l. vnica. C. de thesa. nu. 3. lib. 10. & consi. 91. vol. 1.

Sententia lata contra matrimonium, nunquam transit in iudicatum. c. lator 7. ex. de re iudic.

Iudex appellationis, quando appellatur á sententia nulla, debet illam nullam pronunciare. Bart. in l. 14. ff. de iure patro.

Sententia lata contra legẽ non insertam in corpore iuris, non est nulla. Bar. in l. cùm prolatis 32. ff. de re iudic.

Licèt aliquo iure remoueatur facultas allegandi nullitatem contra sentẽtiam, potest tamẽ allegari nullitas iurisdictionis proueniens ex ipsius iurisdictionis defectu. Abb. consil. 62. part. 2.

Exceptio negàns iurisdictionem, remouet qualitatem sentẽtiæ, super qua se fundat ius, vel statutum: quia si fuerit lata á Iudice incompetenti, non meretur nomen sententiæ. Abb. d. consi. 62. num. 4.

De nullitatibus in genere.

Clausula, Si & in quãtum de iure debeo, á Iudice prolata, operatur, vt áctus sit ipso iure nullus, si admitti ab illo non debuerat. Ozas. decisio. 5. nume. 10.

Creditor, qui propria auctoritate fundũ ingredi poterat, si eius possessionem sine licentia Iudicis, & parte non vocata, fuerit ingressus, parte citata, postea in illa erit confirmandus. Ozas. decisio. 34. & Mago. decis. Luc. 87. nu. 16. vide Afflic. decis. 178. nu. 6.

Executio facta Iudicis auctoritate perperam interposita, non reuocatur, si illud, quod solutum fuit, appareat debitum fuisse. Ozasc. d. decisio. 34. num. 3.

Tenuta data de facto, an debeat cõfirmari, vel de nouo concedi, vide Beninten. decis. 53. Si constiterit postea de bono iure, vide etiam Put. decis. 183. lib. 1. & Mago. decis. 87. Luc. 16. Vbi scribit pro affirmtiua.

Executio nulliter facta retractatur, constito de bono iure partis, alioqui firma remanere debet. Vera. decis 150. part. 1.

Iudicium nullum conualidatur ex iure superueniente ex postfacto. Vera. decis. 118. part. 2.

Sententia nulla non potest per Iudicem appellationis confirmari: tamen in Camera Imperiali nullitas processus non attenditur, si de meritis causæ constet. Mysing. obser. 27. cent. 1. vide Borg. Caual. decisio. 25. de iudi. Gail. obser. 27. centu. 1. Sed limita dictum, vt ibid. per eundem Gail. vide etiam Mago. decisio. 120 Rot. Floren.

Nullitas processus non attenditur, vbi ius redditur per Notarios; & non Iurisperitos. Borg. Caual. decis. 19. num. 10. de iudi. Idem, quando proceditur summariè, & sine figura iudicij, ibid. Borg. nu. 11.

In Principis Consistorio nullitates non attenduntur, in quo debet procedi, sola facti veritate inspecta. Andr. Gail. obser. 42. lib. 1. Quod limita, quando nullitas in toto processu vagabilis, insanabilis est. Mago. decis. Luc. 28. in fine, idem Gail. d. obser. 42. nu. 6. vide eundẽ Mago. decis. 220 Rot. Flor.

Nullitas actus non attenditur, quando ita de facto obseruatur. Craue. consi. 137. num. 9. Neq; quando agitur coram Principe. Franc. Marc. q. 473. part. 2.

Reuocari non debet nulliter factum, quando vbi factum non esset, de nouo fieri deberet. Crau. consi. 140. nu. fin. & consi. 179. nu. 6. Dec. consi 449. nu. 18. Idem in executione. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glos. super 3. par. decreti, Blanchę, tit. de feud. nu. 13. fo. 74.

Casu superueniente irritari non debet, quod legitimè ab initio actum est. Craue. consi. 194. nume. fin.

Non curamus de modo, si idẽ sequatur effectus, qui magis, quàm verba, attendi debet, imò & magis, quàm ordo: nec curandum est de forma scrupulosa ad euitandos circuitus, nullitasque non est considerabilis, quando sic de nouo agi deberet, si factum non esset. idem D. Sol. in dd. suis commenta. glo. super 3. part. decreti, Blanchæ, tit. de feud. num. 12. versic. videretur.

Nullitas potentius operatur á principio ad impediendam, quàm ex postfacto ad resoluendam possessionem. Ozas. decis. 35. nu. 8.

Ad substantiam actus, vbicunque multa requiruntur, non sufficit plura esse obseruata, sed omnia adimpleri debent, nec vnum omittẽdum est. Ozas. decis. 165. nu. 5.

Regula, Aequipolẽtiũ nihil interesse quid fiat, limitatur, vbi aliquid pro forma substantiali requiritur. Ozas. decis. 165. nu. 7.

Lex, vel statutum præcipiens aliquid fieri tempore contractus, tunc si eius forma non obseruetur, cõtractus erit nullus ipso iure. Ozas. ibid. num. 8.

Legi renunciari non potest (etiam cum iuramẽto) vbicunq; illa formã dat, & procedit annullando Ozas. decis. 172. nu. 22.

Citatio redditur nulla, omissa forma, & processum eneruat. Afflic. decis. 2. nu. 6. Et quod est de forma actus, debet præcedere, & nõ subsequi. Rot. Genu. decis. 192.

Omissio formę (etiam in minima qualitate) vitiat actum. Ioan. Mohed. decis. 300.

Annullare actum gestum ab ignorante, dicitur pęna, quando annullatio procedit ratione prohibitionis; secùs si ratione defectus solemnitatis. Cassad. decisio. 3. titu. de decret. in reseruatio. num. 9.

Commissio, qua habet clausulam, Quod purgatis attẽtatis, & nullitatibus, atque refectis expensis, procedatur ad vlteriora, dat formã præcisam, quæ non seruata, acta inde facta corruunt. Vera. decis. 150. part. 1.

Notificatio si est pro forma, si nõ fiat, actus redditur nullus: secùs si non sit pro forma; quia tunc sufficit scientia vndecunque venerit. vide Mago. decis. 40. Rot. Floren.

Forma dicitur, quando solemnitas requiritur de tempore actus, vel quando modus adijcitur præter dispositionem iuris cõmunis. Cra. consi. 182. num. 10.

Vt aliquid de forma dicatur, oportet addi clausulã, Actũ aliter factũ esse nullũ. D. Sol. in cõstitutio. antiq. Sabaudiæ gl. super 3. par. decreti, Blanchæ, tit. de feud. nu 13. vers. videtur.

Lege, vel statuto disponente aliquas solemnitates, aut qualitates in aliquo actu interuenire debere, is, qui eo vtitur statuto, aut lege, nõ solùm actum probare debet, sed etiam ipsas qualitates. Ozas. decis. 165. nu. 6. Aliàs forma non seruata reddit actum nullum. Rot. Genu. decis. 3. nu. 19. Ipso iure. Mar. de Mãt. sing. 178.

Decretum iuri dicẽdi nullum, tempore longissimo præscribitur. Afflic. decis. 178. nu. 5.

Decretum non dicitur nullum, si erratum est in æstimatione: secùs si erratũ sit in debito. Affli. ibid. num. 8.

Decretum super bonis non obligatis, est nullũ, licèt partim bona ipsa essent obligata: quia decretũ Iudicis est indiuiduũ. Affli. deci. 218.

Clausula decreti irritantis, operatur, ꝙ si contrarium fiat, pro imperfecto habeatur. Caba. milleloq. 467.

Omissio styli consueti, vel solemnitatis consuetæ, actum, vel instrumentum suspectum, & nullius fidei reddit. idem Cabal. milleloq. 492.

Decretum Iudicis ex falsa causa factum, nullũ est. Cabal. milleloq. 28.

Actus factus contra formam statuti, est ipso iure nullus: quia forma statuti importat actus substantiam. Borg. decis. 10. nu. 9. de iudi.

Statuto non potest renunciari per partes, quando illud hẽt clausulam annullatiuã, & decreti irritantis. idem Borg. decis. 20. nu. 66. de iudi.

Nullitas ineptitudinis libelli, non comprehenditur sub statuto nullitatem tollente, quod est intelligendum de ineptitudine, quæ expressè apparet. Andr. Gail. obser. 66. lib. 1. n. 5.

Rit s si tollat omnes exceptiones, non intelligi ur comprehendere exceptionem notorię nullitatis, quæ oculis corporeis legi potest. Vincen. de Fran. decis. 232. part. 2.

Quando statutũ aliquid fieri mandat certo modo, non prohibens aliter fieri, aut vlterius nõ progreditur annullando actũ, actus non redditur nullus, licèt aliquid de modo omittat. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ gloss. super 1. part. decreti, inuẽtaria, tit. de minorib. nu. 11. fol. 91. & Natt. consi. 19. Tom. 1.

Quando non valet instrumentum vti factũ, statuto prohibente, contractus potest per testes probari. Dec. consi. 17.

Nullitas si à statuto prohibeatur, non censetur prohibita ea, quæ causatur ex defectu iurisdictionis. Anto. Corset. in suis singul. litera S. sing. statutum.

Verbum, non valeat, an intelligatur ipso iure, vel ope exceptionis, vide ibid. litera V. sing. non valeat.

Actus factus contra prohibitionem statuti, illũ prohibentis cum pęna, est nullus. Bart. consi. 206. volum. 1.

Statutum prohibens opponi exceptiones contra instrumentum, non tollit nullitates. Bart. consi. 45. volum. 2.

Quando à statuto, vel aliter mandatur aliquid obseruandũ, & additur clausula, Si contra factum fuerit nullum sit, quod fit in contrariũ, semper nullum iudicatur. Bart. in consi. 95. circa finem, vol. 2.

Verba, Nullatenus, nec alio modo, quæ nullitatem actus inducunt, idem operantur, quod clausula decreti irritatiua, & faciunt actum factum contra prohibitionem esse nullum, licèt ille expressè non annulletur. Ozas. deci. 165. nume. 14.

Lex, quando resistit actui à principio, ex illo nulla oritur ciuilis, neque naturalis obligatio. ibid. num. 17.

Licentia à Principe obtẽta, subreptitia dicitur, vbi nõ fuerit narrata Principi qualitas, & natura feudi. Ozas. decis. 166.

Dispositio de primo actu intellecta, non consumitur per actum inualidum. Thom. Minad. decis. hn. num. 15.

Contra sententiam Principis nõ potest quis venire per viam nullitatis, quando talis nullitas est de iure positiuo. Cabal. milleloq. 753.

Inualida licèt de iure vix considerentur, si tamẽ Princeps, aut Superior de facto illa seruari velit, perinde habetur, ac si de iure valerẽt: idẽ, quando quid non valet, sed contra illud opponi non potest. Hippol. sing. 386.

Licentia alicui concessa quid faciendi, seruatis statutis, nulla redditur, si probatum non sit,

quòd fuerint seruata statuta. Ozasc. decisio. 166.nume.3.

Clausula annullatiua, vbicũque ponitur in aliqua dispositione, cõsensus partium nihil operatur. Ozas. decis. 172. nu. 18.

Ratificatio tollit nullitatis allegationem. Affli. decis. 220. num. 20.

Processus nullus validatur tacito consensu partium consentientium, idest non contradicentium. Aegid. Bellam. conclusio. 712.

Acta facta coram Iudice incompetenti per errorem partium credentium eum esse competentem, possunt (postquam partes sciuerint eum incompetentem) ratificari, & valebunt retrò gesta: fallit in Clerico. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 85.

Licèt processus sit nullus, si tamẽ reus confiteatur crimen in forma iudicij, per talem cõfessionem purgatur nullitas, & fieri potest condemnatio. Mysing. obser. 77. cent. 5.

Promittens obseruare actũ nullũ, vel illũ, cui nõ potest renunciari, valet promissio in vim pacti, maximè iuramento interueniente. Borg. decis. 28. nu. 14. de contract. part. 2.

In omnibus, quæ ipso iure fauorẽ alicuius annullantur, id semper intelligitur, si ille velit, & petat annullari. Mago. decisio. 76. Rot. Flor. nume. 21.

Executio nulliter facta non confirmatur per cõfessionem partis enunciatiuè factam, qua fatetur legitimè factam. Craue. consi. 29. Quia vt actus nullus confirmetur ex confessione, aut consensu partis, requiritur consensus expressus, nec sufficit tacitus, vel pactum nudũ. Craue. d. consi. 29. nu. 6.

Partes substantialibus iudicij renunciare non possunt, operatur tamen talis renunciatio in vim pacti nudi, vt prosit ad excipiendum. Craue. consi. 182. nu. 12.

In iudicialibus actus nullus sustinetur, & valebit, parte non opponente: quia imputatur ei, cur non opponat: nam tacendo ratum videtur habere, cùm actus nullus in fauorem alicuius, ratificari possit. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tract. de rescript. in præfat. nu. 97. Nam quando aliquid non debet fieri, factũ tenet, si non opponatur. Dec. consi. 84.

Lex vbi disponit, & apponit clausulam decreti irritantis, consensus priuatorum non potest disponere q actus aliter factus valeat. Anto. Corset. in suis sing. lit. C. sing. clausula 3.

Contractus quãdo redditur nullus ratione mutuæ culpæ, poterit nullitas per cõtrahentem allegari. Ozas. decis. 180.

Processus factus cum persona illegitima pro minore interueniente, vel Fisco, non potest per aduersarium dici nullus; sed per minorẽ, vel Fiscum. Afflic. decis. 366. num. 5. Rot. Genuen. decisio. 18. vide Dec. consi. 549. & Rol. consi. 31. volum. 1.

Processus an valeat, si non fuerit exceptum de inhabilitatte personæ minoris, vide Aegid. Bellam. conclusio. 143.

Iura inducta in fauorem minoris, iudicium habitum cum illo, reddunt nullũ. Aegid. ibid. nu. 8.

Sententia pro pupillo lata sine tutore, & iudicium cum filiofa. sine consensu patris agitatum, in eorum fauore valent. Mysing. obser. 36. centu. 2.

Iudicium cum tutore agitatum, qui non fecit solemnia debita, est ipso iure nullum. Mysing. obser. 37. centu. 2. Nam processus dicitur nullus, si fuerit factus cũ tutore, qui non fecit inuentarium. Vera. decis. 387. part. 2.

Nulla maior nullitas, quàm ea, quæ prouenit ex defectu legitimationis personarum. Crauet. consi. 265. Et indefensus quis dicitur, quando per personam minus legitimã, defensus est. Crauet. ibid.

Processus criminalis formatus cõtra minorem, nullo dato curatore, est ipso iure nullus. Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. quæst. 50. & Roland. consi. 31. volum. 1.

Qualitas causæ non finalis, non afficit actũ. Rot. Genuen. decis. 5.

Processus factus cum minore non habente curatorẽ, & litigante per Procuratorem constitutum cum iuramento, valet: quia iuramentũ supplet ætatem. Guid. Pap. q. 35. Boer. decisio. 92. vide Iaff. Lanf. Balb. decisio. 68. & supra tit. de Procurato. ad iudic.

Præsumitur pro validitate actorum, vt acta potius valeant, quàm pereant. Aegid. Bellam. conclu. 135. & Vera. decis. 149. part. 1.

Allegans titulum infectum, peius facit, quàm si nihil pro titulo allegaret. Aegid. Bellam. conclusio. 287. & Cassad. decis. 3. tit. de ca u. posse.

Clausula præseruans non operatur, nisi circa actus validos. & conseruat ea, quæ viuunt, sicut clausula, Non obstante, &c. tollit inualida, nõ valida. Cassad. deci. 2. tit. de reseruatio.

Ex sola inhibitione non inducitur nullitas, quare licèt Notarius non matriculatus prohibeatur facere instrumenta à statuto, si tamen fecerit, valent, & si facere non deberet, ex quo statutum non procedit vltrà annullãdo. Cassad. decisio 2. titu. de præben. nume. 3. & Dec. consil. 17.

Exercens aliquem actum virtute facultatis sibi competentis, debet esse certus de illa facultate, ne actus reddat̃ nullus. Mohe. decis. 101.

Processus Iudicis reuocati valet, ante exceptionem reuocationis oppositam. Put. decis. 41. lib. 2. vide decis. 30. ibid.

Nulli-

Nullitatis iudicium, quando prius sit deciden-dũ, quàm in negotio principali procedatur, vide Put.decis.69.lib.3.& decis.72.& 82.ibid.

Processus factus coram Iudice cõpulsore recusato, superueniente causa allegata, quæ si esset probata, foret legitima, reputatur nullus, vide Vera.decis.391.part.2.

Processus factus coram Iudice non suo, est nullus, nisi in causa reconuentionis, & quando iurisdictio Ordinarij fuit prorogata. Bartol. tractat.de iurisdictio.vide Abb. consi.14 par. 1.& consi.25.

Executio,& acta facta contra Clericum beneficiatum coram Iudice seculari, sunt nulla, licèt ipse Clericus opposuisset hanc exceptionem clericatus in fine executionis, Gram. vot. 18.

Citatio ad aliquem actum faciendum post principium causæ, debet fieri in personam Procuratoris legitimè cõstituti,& nõ domini; aliàs erit nulla.Iaff.Lanf.Balb.decis.43.

Confessio spontanea non validat processum nullum ratione iurisdictionis deficientis. idẽ Iaff. decisio 81.

Si Ordinarius ꝓcedat vt Delegatus, vel cõtrà, per errorem,& partes pariter errent, processus erit nullus.idem Iaff.decis.106.Quia error in substantia,exercitio,vel vsu iurisdictionis, vitiat processum.Iaff.Lanf.Balb.decis.113.

Exceptio,per quam persona actoris,vel rei excluditur à processu, semper impedit processum.idem,decis.170.

Omissio ordinis iudicij ante litem cõtestatam, non vitiat processum:quia adhuc non dicitur iudicium. idem Iaff.decis.213. Et omissio ordinis non attenditur,si de meritis causæ constet.Mysing.obser.62.cent.4.

Exceptio nullitatis propriè non est exceptio; ideò terminus præfixus à Iudice, vel statuto ad exceptiones proponendas, non impedit, quin nullitatis exceptio possit post terminũ opponi.Iaff.Lanf.Balb.decis.326.

Quando proceditur ad aliquem actum alia hora, quàm statuta, non tenet actus, & dicitur clandestinus,nisi Iudex ad aliam horam prorogasset. idem Iaff. decis.431. Nam actus factus alia hora,quàm hora citationis, vel monitionis,est nullus.Hippol.sing.48.

Super nullitate notoria pronunciatur in causa appellationis, etiam parte non petente, nec lite contestata.Mysing.obser.20.cent.1.

Confirmatio est nulla,quando confirmabile est nullum.Gasp.Cabal.milleloq.29.

Principali actu nullo extante, non valent quæcunq; clausulæ,& etiam confessiones,in illo appositæ.Cabal.milleloq.41.

Coniuncta persona comparẽte falsò vt Procuratore. nõ valet processus factus,vt cum coniuncta persona. & contrà. idem Cabal.milleloq.240.vide supra tit.cõiuncta persona, &c.

Nullitas opponi potest etiam post tres diffinitiuas,& euidens, seu quæ incontinenti probari offertur impedit executionem, sed quando dicatur nullitas euidens,vide Cabal. milleloq.478.& Crescen.deci.22.aliàs 252. tit.de senten.& re iudic.

Bannimentum,seu crida bonorum facta contra formam statuti,& non vocatis vocandis, est ipso iure nulla. Borg.Caual. decis.13.de iudi.

Actus iudiciarius inualidus, parte non opponẽre,sustinetur.Mago.decis.52.Luc.nu.20.

Appellatione remora,nullitas sublata non censetur Andr.Gail.obser.135.lib.1.

Si creditor fecerit debitorẽ pignorari pro duabus summis, quarum vna erat præscripta,altera non,valebit oppignoratio pro summa debita.Rot.Auenio.decis.27.in decisio.diuerso.Tom.3.

De reuocatione pignorationis ex multiplici capite nulliter obtentæ vide ibid.decis.49.

Decretum latum contra decretum transactum in rem iudicatam, est nullũ. Vincen.de Fran. decis.398.part.2.

Quod dicitur nullum (nisi dicatur ipso iure) an intelligatur tale ope exceptionis, vel ipso iure,vide Crescen.decis.4.aliàs 72.tit.de rescri.

Determinatio non determinat æqualiter, vbi sequeretur nullitas actus. Raud.tract.de Analog.cap.12.num.15.

Nullitas opponi potest vsque ad 30.annos,Cra. consi.153.num.5.

Actus limitatè factus ex vna causa,ex qua sustineri non potest,non valebit ex alia,ex qua sustineri, & validari poterat. Crauet.consi.171. nume.17.

Nullitas proponi non potest per eum,cuius non interest. Craue.consi.179.nu.5.

Ordo peruersus,vel omissus,annullat actũ. Maran.in suo Spec.in proęmio,nu 5.

Actus,qui sine aliqua solemnitate expediri poterit,non vitiatur, si illa solemnitas inutiliter interuenerit.Maran.ibid.de ordin.iudic.part. 4.distinct.9 iudic.nu.210.fol.187.

Iudiciorum aliud validum,aliud inualidum,seu nullum,de quibus,& de nullitatibus,quę possunt contingere in iudicijs,vide per eundem Maran.ibid.distinct.16.

Actus non annullatur, nisi in casibus à iure expressis,Menoch.de Arbitra. lib.2. cas.276.nu. 17. Et nullitatem actus pęnam esse, ibid. declaratur, num.18.

Actum qui per se non potest gerere, nec etiam poterit per alium.Menoch.ibid.cas.459.

Concessa per importunitatem, non valent, sed

quæ

quæ ſint huiuſmodi, vide Rebuff. in conſtitut. Reg. tract. de reſcript. art. 2. glo. 3. Tom. 2.

Quādo à iure requiritur expreſsio cauſæ, ſi cauſa non exprimatur, actus redditur nullus, ſed in quibus caſibus requiratur, vide eundē Rebuff. tract. de reſtitutio. art. 1. gloſ. vlt. Tom. 2.

Factum poſt dilationem finitam, non valet, & nullum remanet. idem Rebuff. tract. de dilatio. Tom. 3.

Actus quando propter inhabilitatem perſonæ eſt nullus, licèt ſit remota inhabilitas, non ex hoc actus recōualeſcit, ſed opus eſt nouo conſenſu, & quòd in effectu actus reiteretur. Dec. conſi. 661. num. 15.

Mulier faciēs actum ſine auctoritate mariti, an ille ſit nullus, ipſo iure, vide Caſſan. in cōſuet. Burg. tit *des droicts* Rub. 4. § 1. glo. 4.

Citatio vbi minus legitimè facta reperitur, proceſſus, ſentētia, & omnia, quæ ſequuntur, erūt nulla. Rol. conſi. 94. nu. 6. vol. 2. Quia nullitatis vitium defectu citationis, maximum eſt. Menoch. conſi. 365. lib. 4.

Quando citatio eſt incongrua, proceſſus factus ex ea, eſt nullus. Bald. ſing 172.

Nullitatis exceptio, nō poteſt opponi poſt tres ſententias conformes, niſi prius executioni mandentur: quod dictum limitatur nouem in caſibus, de quibus vide per Ludo. Roma. ſing. 291. & ibid. in additio.

Licèt aliquis habeatur, & reputetur pro publico Officiali, & re verà non ſit (quia non fuerit legitimè ordinatus) omnia acta per illum facta ſunt nullius momēti, & ipſe punitur. Ant. Corſet. in ſuis ſingul. lit. E. ſing. error cōmunis.

Nullitas actus termini lapſu non excluditur ad defenſionem contra ipſum actum nullum: nā & bannitus poſt banni terminum lapſum nullitatem proponere poteſt. Hippol. ſing. 592.

Proceſſus factus à Iudice recuſato, eſt ipſo iure nullus. Bart. in l qui poteſt 4. num. 3. ff. ad Trebellia. Quòd procedit, quando ex legitima cauſa recuſatur. idem Bart. conſi. 165. vide ſupra tit. de recuſa. Iudi. Idem in proceſſu facto ab inimico capitali. Bar. d. conſi. 105.

Decretum Iudicis eſt nullum, cùm deficit ius ex parte petentis. Bart. in l. 1. §. prægnantem. ff. de vent. in poſſeſ. mitten.

Lex prohibens actum, & pęnam imponens, quādo videatur actum annullare, vide Barto. in l. Prętor 20. §. interdictū. ff. de oper. nou. nūcia.

Proceſsus valet, licèt Iudex non obſeruet ſpacium temporis datum, tamen per appellationem reſcinditur ob breuitatem temporis. Bartol. in l. ſi finita. §. non autem. ff. de damn. infec.

Præceptum properè factum, & ſine cauſæ cognitione, non valet. Fel. conſi. 6.

Quæ contra abſentes geruntur, omnino non valent, quod etiam procedit in receptione teſtium. cap. 1. & cap. omnia 3. q. 9. & per tot. q. Vide etiā de materia nullitatū, ſupra titu. prox.

De ſolemnitatibus.

Solemnitas à iure Naturali introducta, (vt eſt citatio, & aliç ſolemnitates, quæ partis defenſionem reſpiciunt) non dicūtur ſublatç, vbi procedēdum eſt, ſola facti veritate inſpecta, licèt Iudex haberet arbitrium procedendi. Ozaſ. deciſ. 79 num. 13. Aliàs iuris Ciuilis ſolemnitates remittuntur, quando in cauſa de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij proceditur. Dec. conſi. 449.

Solemnitates iuris Ciuilis cenſentur ſublatæ, ſi dicatur, quòd poſsit procedi, nulla iuris ſolēnitate ſeruata: ſed ea, quæ ſunt de iure Naturali, remanent Ant. Corſet. in ſuis ſing. litte. C. ſing. compromiſſum 2.

Solemnitatum à iure requiſitarum defectu, viciatur actus, vel priuilegium, adeò quòd nullam fidem faciat. Ozaſ. deciſ. 101. nu. 10.

Solemnitas ineptè ſeruata, quādo actum vitiet, vide ibid. nu 3

Solemnitas requiſita tempore contractus, ſubſtantialis eſſe dicit. Ozaſ. deci. 165. nu. 9. & 10.

Solemnitatibus renunciare partes non poſſunt, vbicūque à lege pro forma introductæ ſunt, imò nec aſſertioni ipſarum partium ſtatur, quòd ſolemnitates fuerint obſeruatæ. Ozaſc. deciſ. 172. nu. 17.

Solemnitas iuris, poteſt conſuetudine remitti. Boer. deciſ. 1. nu. 21. Et forma à iure dāta, non ſufficit, quòd ſeruetur per æquipollens. Boer. ibid. nu. 44. Ideò formæ nihil detrahi, aut nihil addi debet. ibid. nu. 45.

Solemnitas concernens fauorem publicum, nō poteſt à partibus remitti; ſecùs ſi priuatum. Et ſolemnitate nō obſeruata præſumitur dolus. Boer. d. deciſ. 1. nu. 54. Caſſad. deciſ. 9. titu. de appellatio. nu. 8.

Actus habens eandem vim, quam deſiderat ſolemnitas ex forma, valet, licèt ad vnguem illa ſolemnitas, & forma non fuerint ſeruatæ. Rot. Genu. deciſ. 210. nu. 4.

Quando ſolemnitas eſt publici iuris, non poteſt pactis priuatorū (etiam iuratis) tolli. D. Sol. in conſtitutio. antiq Sabaudiæ gl. ſuper 1. par. decreti, malitiis, tit. de donatio. nu. 13. fo. 109. & Bar. in l. 27. ff. ad leg. Falci.

Solemnitas iudiciaria interuenire debet, partibus præſentibus, illaq; nec prius, nec poſterius adhiberi poteſt, ſed in ipſo actu neceſſaria eſt, & dicitur de forma, quæ vbi deficit, iura-

iuramentum non supplet,& his, quæ in bursa priuatorum non sunt, sed à Iudicum auctoritate dependent, renunciari non potest. idê D.Sol.ibid.

Solemnitates præconiorum à partibus remitti non possunt, quia publici iuris sunt, & ideò remitti non possunt. Rebuff. in constitutio. Reg.Tom.2.tract.de pręço & licita.nu.18.

Iudiciarij ordinis obseruatio in prima causa, de consensu partium non potest remitti, licèt ordo posset præposterari; secùs in causa appellationis. Roma sing.770.

Substantialia iudiciorum, etiam de cõsensu partium, non possunt remitti. Guid.Pap.sing 177. Aliàs solemnitas iuris potest per partes relaxari. Bart.in l.1.ff.de fer.& dila.

Prohibitoriæ constitutioni partes renunciare non possunt. Anto.Corset.in suis sing. lite. P. sing.prohibita.

Iuris ordo non potest per partes remitti, Bart. in l.societatem 77.§.Arbitrorum.ff.pro socio, nume.10.

Solemnitas testamenti, an possit minui pacto, vel statuto, vide Barto. in l.testamenti.ff.de testament.

Pacto partium non possunt tolli ea, quæ respiciunt actus solemnitatem. Bart.ibid.nu.6.

Contractus, qui reprobatur ratione solemnitatis reprobatæ, non confirmatur iuramento, si talis solemnitas deficiat. Bart.in l.si quis pro eo 57.num.13 ff.de fideiusso.& mand.

Diuturnitate, seu antiquitate temporis, an præsumatur solemnitas. vide Ozas. deci.173.Put. decis.355 lib.1. & decis.365.lib.2. Andr. Gail. obser. 71. libr. 2. Maximè ob Iudicis auctoritatem, qui actum inualidum facere non censetur. idem Put.decisio.236.lib.2.

Solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis præsumitur, qđ tamen limitatur per Ozas. d.decis.173.vide Gram.decis.79.

Solemnitas substantialis, quæ respicit Iustitiam tituli, ex diuturnitate non præsumitur. Ozas. d.decis.171.num.4.

Solemnitas ex diuturnitate temporis tunc præsumitur, quoties probatur scientia,& patientia eius, de cuius præiudicio agitur. Ozasc.d. decis.173.num.5.

Regulariter solemnitates extrinsecæ non præsumuntur Aegid. Magist.tract. subhastat.cap. 13.in decisi. diuerso Sed an præsumantur in decreto voluntariæ iurisdictionis, vide Put. decis.410.lib.2 Et quid in decreto necessariæ iurisdictionis, vide Papo.lib.18,tit.6.arrest.30.

Solemnitas extrinseca præsumitur, si illius defectus non opponatur: tamen quãdo agitur de præiudicio tertij, requiritur tempus 30.anno. Cabal.milleloq.61.

Solemnitas extrinseca in instrumento interuenisse nõ præsumitur, si opponatur; aliàs secùs: quia pro producenti instrumẽtum fertur sententia, ac si illa solemnitas extrinseca interuenisset. Mathes.sing 12.

Solemnitas intrinseca præsumitur; non autem extrinseca. Bart.in §.si quis, nu.9.& 11.Institu. de inutilib.stipul.

Solemnitates extrinsecæ præsumuntur ex temporis diuturnitate, quod procedit, nisi producatur instrumentum, in quo appareat de cõtrario; tunc enim ex cursu longissimi temporis, non præsumuntur solemnitates interuenisse. Afflic.decisio.107 nu.5. Gram.decis.24. Craue.consi.290.& consi.317.Dec.cõsi 409 vide eundem Dec.consi 558.& Mathes.sing.12.

Solemnitas ex tractu temporis pręsumitur, probata Superioris scientia, & patientia. Afflict. d.decis.107 nu.8.

Solemnitates extrinsecæ requisitę in alienatione non præsumuntur, nisi diuturnitas temporis adsit. Capic.decis 16.

Solemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiasticarum, non habent locum, quando Papa mãdaret fieri alienationem. Capic. d dec sio.16.

Tempus decennij facit, vt diuturnitate tanti tẽporis præsumatur in actu gesto solemnitates interuenisse. Gram. decis. 24. Vel saltem per lapsum 30.anno. Fran.Marc.q 472. Vbi agitur de præiudicio tertij. Gram. d. decis.24. vide Cassad.decis.3.tit.de Procurato.DD.de Rot. decisio.4.de testib.in antiquio.& Put.decisio. 365. lib. 2.

Tẽporis antiquitas facit, vt res præsumatur bene gesta: & antiquum tẽpus, an dicatur 20.ann. vide Boer.decis 124 nu.17.& 18.

Solemnitates extrinsecæ in alienatione rei Ecclesiasticæ non enunciatæ, spacio 70. ann. interuenisse præsumuntur in ipsa alienatione. Put.decis.365.lib.2.

Præsumptio, quæ insurgit ob temporis antiquitatem, procedit in dubio; secùs in claris. Vera.decisio 28,par.1.Quia in claris stare debemus expresso.ibid.nu.3.

Diuturnitas tẽporis operatur, quòd omnia pręsumantur solemniter acta: tamen mãdatum ad vendendum, emendum, compromittendum,& ad alia, non præsumitur, etiam ex cursu temporis cẽtum annorũ. Hippol.sing.323.

Temporis diuturnitate propinquorum consensus, in contractu interuenisse non præsumitur. Hippol.ibid.

Declaratio non requirit tantam solemnitatem, quantam actus ipse principalis. Capic. decis. 181.nu.14.In ò fit sine noua solemnitate. Bar. in l.Lucius 45.nu.1.ff.de vulgari.

Solemnitas eadem requiritur in reformando, quæ in constituendo. Cassad. decis.33. titu.1. vide Vera.decis.164.part.3. Tamen quòd solemnitas requisita ad actum faciendum, non requiratur ad actum reficiendū, scribit Boe. decisio.211.num.21.

Principis præsentia solemnitates iuris supplet, & actum, qui ob defectum solemnitatum esset nullus, instaurat.Ioseph.Ludo.decis.Luc. 17.num.11.Nam Princeps non ligatur solemnitatibus iuris Ciuilis, sed quando præsumatur pro facto agitato per Principem, vide Craue.consi.5.

Allegans titulum infectum peius facit, quàm si nihil pro titulo allegaret. Aegid.conclu.287.

In causis summariis,& de æquitate, omittuntur solemnitates, & iuris apices. Rot. Genuen. decis.171.num.7.

Actus nō vitiatur quāuis iuris solemnitas omittatur in totum,quando satisfactum est menti legis,licèt verbis non fuerit satisfactum.Cassad.decis.2.tit.de iudi.

Ex clausula,Omissa omni iuris solemnitate, intelligitur,remota iuris Ciuilis subtilitas; nō autem causæ cognitio.Beninr.decis.36.num.fin.

In actu solemnitatē requirente, non potest minor absque solemnitate quicquā agere. Put. decis.161.lib.2.nu.3.

Iuris solemnitas,aut ordo non attēditur,vbi de veritate constat.Hiero.de Mont.in suo tract. varia.iuris quæst.q.23.nu.8.& Gome.Leo.decis.32 in decisio.diuerso.

Ex decreto Iudicis præsumuntur interuenisse solemnia,ad instrumentum necessaria, quod limita,vt per Cra.cōsi.1.pro genero,nu.247.

Causæ rusticorum,viduarum,pupillorum, pelegrinorum, pauperum, & similium personarū miserabilium, terminantur sine solemnitatibus,ex dispositione constitutionum antiq. Sabaudiæ tit.causę rusticorum lib.2.fol.35.mihi.

Omissio solemnitatis ex sola consuetudine inductæ, solet vitiare actum. Pet. de Rauen. sing.646.

Solemnitas substantialis est, qua omissa,potest contingere mutatio circa substantiam actus, de quo agitur: leuis solemnitas est, quæ non debet mutare actus substātiam.Bart.in l.cùm ij 8.§. si Prætor.ff.de transact.

Omissio solemnitatis an vitiet actum,vide Bar. in l.diuus 8.ff.de in integ.restitut.nu.5.

De solemnitatibus, & qn̄ illæ præsumantur, & contrà, vide Doctores in l. sciendum. ff. de verbo.oblig.

Omissio solemnitatis in instrumento, inducit præsumptionem falsitatis, contra quam non videtur admitti probatio in contrarium.Bar. in §.illud,Authen.de Tabellio.

Quando aliqua solemnitas debet adhiberi post actum perfectum, licèt talis solemnitas omittatur, non vitiatur actus perfectus ipso iure, sed ope exceptionis.Barto.in § 1.Authen.de exhiben.reis.

Solemnitas iuris quādo remittitur, semper de minori solemnitate intelligitur. Barto.consi. 35.volum.2.

In relictis ad pias causas, cessat omnis solemnitas.Abb.consi.32.par.2.

De re iudicata, & eius exceptione.

IN dubio præsumitur pro sententia, & contra illam præsumptio sinistra non est capienda,& ex quo sententiatum est, & non fuit appellatum, sn̄ia pro veritate habetur. Hartma. cap.4 tit.de sentent.lib.2.

Sententia,quæ transiuit in rem iudicatam,inducit notorium.Ozasc.decis.34.num.4. & decis. 142.num.26.

Sententia præsumitur iusta (quæ transiuit in iudicatum) quo ad Iustitiam, & rectitudinem, & facit præsumptionem iuris,& de iure,habetúrq; pro veritate,& impugnari non potest.l. ingenuum 25.ff.de statu homin. Gram. decis. 24.num.6.Afflic.decis.13. num.28. vide Abb. consi.77.par.2.nu.2.circa finem,Et illi standū est.l. si patronus 12. §. si quis enim.ff.de bon. liber. Ideò etiam iniusta facit ius inter partes.Rot Genu.decis.164 nu.7. Et de non debito,debitum.ead.Rot.decis 3.nu.10 circa finem.Et contra illam ipsę partes non possunt venire.ead.Rot.Genu.decis.175.nu.4.

Licèt rei iudicatæ parendum sit propter eius auctoritatē.l.seruo 65.§.cùm Prætor.ff.ad Trebellia.Tamen sententia,quæ transiuit in iudicatum potest retractari,si æquitas suadeat,& erronea probetur. Guid.Pap. q.215.num.8.q. 365.& sing. 697. Et vbi constat rem se aliter habere.Ioseph Ludo.decis.Luc.5.nu.46.

Sententia non probat acta iudicij præcessisse, & processum, nisi transiuisset in rem iudicatam:quia tunc haberet præsumptionem iuris pro se quo ad rectitudinem processus, & Iustitiam.Gram.decisio.24. vide Boer. decisio. 15.in fine.

Sententia, quæ transiuit in iudicatū inter easdē partes facit fidē, & præiudicat ipsis partibus, licèt sub diuersis Iudicibus fuerit lata. Ioseph.Ludo.decis.14.Luc.num.4.

Rem iudicatam ex eodem instrumento non esse retractandam,habetur in libris placit.Curiæ Pari. libr. vndecimo. titulo 14. in decisio. diuerso.

Res iudicata habetur pro veritate, & naturalia

vincula

vincula sanguinis mutat, & falsum in verum, non essentialiter, sed quo ad effectum. Crau. consi 79.

Sententia, quæ transiuit in iudicatum, habet iuris præsumptionem pro se, etiam quo ad ea, quæ in sententia non sunt natrata, maximè in antiquis. Craue. consi. 108.

Exceptionis rei iudicatæ magna vis: ideò à Iudice non est illa reiicienda, aliàs punitur, sed qua pęna, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cal. 439.

Sententia propter longum tempus, præsumitur lata ex probationibus, si in illa actorum fiat mētio, nec illi de nullitate obiici potest. Nat. consi. 525. num. 43.

Sententia quando faciat ius quo ad omnes, vide Bart. in l. ingenuum 25. ff. de statu homi.

Sententia in casibus, in quibus facit ius, & aliis præiudicat, debet esse lata contra præsentē. Barto. in l. qui repudiantis 17. §. cum. ff. de inoffic. testamen.

Sentētia facit ius, sed in quibus casibus: & aliud est dicere, sententia ius facit, & aliud, quòd illud, quod continetur in sententia, habeatur pro veritate. vide Bart. in l. Iulianus 60. num. 11. ff. de condict. indebit.

Præsumendum est pro sententia, postquam transiuerit in iudicatum. Abb. consi. 73. part. 1. Et quòd sit ritè, & rectè agitata. idem Abb. conf. 18. num. 6. part. 2.

Sententia lata in querela, facit ius quo ad omnes, si lata fuerit contra præsentem. l. qui repudiantis 17. §. fin. ff. de inoffi. testa.

Licèt res iudicata habeatur pro veritate, tamē per illam nō tollitur naturalis obligatio, quotiescunque verus debitor est per sententiā absolutus: ideò si postea soluerit, nō repetet. l. Iulianus 60. ff. de condict. indebi.

Sententia lata in causa filiationis inter patrem, & filium, facit fidem quo ad omnes, nempe quo ad agnatos, & cognatos. vide l. 1. §. planè. & l. 3. ff. de liber. agnosc.

Prosecutio appellationis desertæ, non impedit transire sententiam in rem iudicatam. Ozasc. decisio. 7. nume. 6, & 7. Et tunc prima sententia remanet firma, & ex illa oritur actio. Barto. in authen. ei, qui appellat. C. de tempor. appellatio.

Ex sententiæ verbis plus inferri nō potest, quàm necessario importat ipsorum verborum significatio. Ozasc. decis. 64.

An sententia Senatus, in qua condemnatus fuit venditor ad pretij restitutionem faciendam emptori, afficiat ipsum emptorem (non condemnatum in sententia) vt etiam ipse rem emptam venditori restituat, vide Ozasc. decisio. 64.

Succumbens in exceptione, potest illud idem intentare in alio iudicio. Ozasc. decisio. 74. nume. 15.

Sententia aliquando extenditur ad id, de quo non loquitur: ideò sententia, qua quis condēnatur simpliciter ad redditionem computi, extenditur ad reliqua, de quibus condemnatum in executione apparuerit esse debitorē. Afflic. decis. 157.

Obligatio, quę oritur ex re iudicata super aliquibus ex pluribus debitoribus cōdemnatis, diuidit debitum per partes quo ad omnes. Afflic. decisio. 215. vide supa tit. senten. vna si plures fuer. condem.

Sententiā interpretari, & declarare speciale est est in Principe. Afflic. decis. 215. nu. 4.

Si petitio sit generalis, & prosecutio specialis, sententia restringitur ad prosecuta. Capic. decisio. 11. num. 5.

Quando aliquid in causa petitum fuit, & nihil in sentētia de eo dictum, censetur exclusum, & amplius peti non potest, obstāte exceptione rei iudicatæ. Boer. decis. 18. & decis. 43. vide supra tit. de sent. diffiniti.

Post rem iudicatam agere non potest ille, qui proposuit multas exceptiones in genere, si sciens per malitiam omiserit illas prosequi. Vera. decis. 14. part. 1. Aliàs poterit. idē Vera. decis. 93. part. 3.

Rei iudicatæ exceptio ad hoc vt obstet, tria requiruntur, nempe quòd sit idem corpus, idē ius, & eadem causa petendi, aliàs non obstabit. Vera. decisio. 93. part. 3. vide Mago. decis. 34. Rot. Flo. Nam ex noua causa agi posse, habetur in libris placit. Curiæ lib. 11. tit. 14. cap. 3. de re indic. in decis. diuerso. Exceptio enim rei iudicatæ non obstat, quando ex alia causa, & alia actione agitur. l. Aurelius 29. §. quidam. & ibid. gl. ff. de liberat. lega. scribit Dec. cōsi. 464. vide Bart. in l. 1. C. qn̄ prouocare, c. fi. ex. de cau. posses. & proprie. c. 3. ex. de emp. & vend. Guid. Pap. sing. 740. Quia cōmutatione litis, alia res esse incipit. Guid. d. sing. 740.

Exceptio semel opposita ad vnum finem, & tūc repulsa, potest iterum ad alium finē opponi in negotio principali. Iass. Lanf. Balb. decisio. 324 vide tamen Mago. decisio. 3. Rot. Floren.

Exceptio opposita, & discussa in vno iudicio, quando possit in alio refricari, vide Barto. in l. Iulianus 60. nu. 10. ff. de condictio. indeb. & Boer. decis. 43.

De exceptione omissa opponi in vno iudicio, an, & quando in alio opponi possit, non obstante re. iudicata, vide Mago. decisio. 34. Rot. Florent.

Sententia lata in iudicio summario, facit pręiudiciū in plenario, si in eo est plenè cognitū,

sed quando dictum locũ habeat, vide Vincẽ. de Fran. decis. 289. par. 2. & Bart. in l. si quis. §. solent. ff. de liber. agnos.

In actu reiterabili absolutoria lata in primo iudicio, non parit exceptionẽ in secundo, vide l. de eo 12. §. sępius. ff. ad exhiben.

Sententia super alimentis lata, non præiudicat in filiatione. gloss. in l. 2. C. de ordin. cognit. facit lex si quis 5. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen.

Super maiori causa prius est procedendũ, quàm super minori, & sententia absolutoria lata in maiori, non præiudicat in minori; secùs in condemnatoria. l. prima C. de his, qui accusa. non poss.

Qui ante conditionem agit, malè agit, nec rei iudicatæ exceptio repellitur, si postea, existẽte conditione, cæperit agere, interim tamen potest cautio postulari. l. grege 13. § si sub cõditione. ff. de pignorib.

Sententia lata super rei vendicatione, non præiudicat in publiciana. l. minor 39. §. si seruus. ff. de euictio.

Sententia absolutoria præiudicat actori in eo, quod ex postfacto apparuit ipsum petere potuisse; alteri verò non præiudicat. l. si pater 36. ff. de solutio. & liberat.

Absolutus non potest de eodem crimine accusari ab eodem, vel ab alio, nisi fuerit ignorãs, & suam iniuriam prosequatur. l. si cui 7. § hisdem. ff. de accusatio.

Licèt Iudex suam sententiam diffinitiuam non posit reuocare, tamen illam declarare, & interpretari potest. l. ab executore 4. ff. de appellatio.

Sententiæ quamuis sint stricti iuris, tamen recipiunt interpretationem extensiuam, quando aliàs non possent sortiri effectum. arg. §. is, qui ædium, & ibid. Ange. Institut. de vsu. & habit.

Absolutoria lata in personali, siue reali actione, illam actionem non perimit, sed exceptionem rei iudicatæ parit conuento: ideò nisi opponatur ipsa exceptio, secundum iudiciũ valet. § item si in iudicio, & ibid. gloss. Institu. de exceptio.

Tertius comparens ad impediẽdam executionem, nõ prohibetur (si succumbat) ordinariè agere. Vincen. de Fran. decisio. 289. Et succũbens excipiendo, non prohibetur agere principaliter. vide ibid. num. 3.

Quando sententia lata in vno iudicio, faciat in alio præiudiciũ, vide Ias. de actio. in §. præiudiciales. Abb. consil. 50. part. 1. l. 3. & ibid. gloss. C. ad exhiben.

Tempus antiquum in sententia multos parit effectus; sed quando in illa tempus dicatur antiquum, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 4.

Factum antiquum non dicitur ante lapsum 20. annorum, quo ad impugnandam sententiam de nullitate. Abb. consil. 61. num. 6. part. 1.

Contra rem iudicatam non potest opponi exceptio, quæ competebat ante sententiam: secùs si orta sit post sententiam. Rebuff. in constitutio. Reg. tractã. de litter. oblig. artic. 11. gloss. 5.

Sententia post annum non habet executionem paratam, sed pars debet admitti ad suas oppositiones. Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de lit. ciuil. art. 1. glo. vlt. nu. 4.

Exceptio rei iudicatæ non obstat in non prosequutis, quando quis nõ est prosequutus ignoranter; secùs si malitiosè. Bartol. singul. 24. & Petr. de Rauen. singul. 7. Nisi non prosequuta sint de appendiciis prosequutorum. Petr. de Rauen. sing. 385. facit l. 4. C. de iudi. Sed quid, quando petitio est generalis, & sententia etiam est generalis, vide Barto. singul. 146. & 147. Et prosequutio fuit specialis, vide eundem Barto. in l. 26. ff. de administra. tuto. & l. 2. C. de iudic.

Vbi petitio est generalis, & sententia generalis, sed prosequutio causæ fuit specialis, in nõ prosequutis sententia non obstat ope replicationis. Bartol. in l. sub prætextu 29. C. de transactio.

Non competit exceptio rei iudicatæ reo absoluto, quia non possidebat. cap. penult. ex. de exceptio.

Sententia lata super possessione, non præiudicat proprietati. cap. querelam 24. ex. de electio. vide Barto. in l. vis eius 15. C. de probatio. & cap. cùm olim 7. ex. de caus. poss. & propriet. Ideò ea non obstante, potest ferri contraria sententia in causa proprietatis. l. penult. C. si à non competenti Iudic. fue. iudi.

Sententia lata in causa principali, quando præiudicet in incidenti, vide l. pen ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & ibid. Barto. facit l. quod 6. §. si rationem. ff. de compensa.

Absolutoria lata in ciuili, quando faciat præiudicium in criminali, vel contrà, vide Bartol. in l. si duo patroni 13. §. item Iulianus. ff. de iureiuran. num. 5.

Exceptione proposita succumbens, non prohibetur illud in iudiciũ deducere per modum actionis, quando non tendit ad eundem effectum. Bartol. in l. vendicantem 17. ff. de euictio. vide l. si autem 8. §. si quocunque. ff. de nego. gest.

Ius futurum non potest tolli per sñiam; sed quidẽ per pactum. Barto. in l. quamuis 21. num. 6. ff. soluto matrimonio.

Agenti

Agenti iure hæreditario, non poteſt opponi exceptio rei iudicatæ, vel ſimilis ex perſona ſua. Bartol. in l. poſt legatum 5. §. qui accuſauit. ff. de his, quibus vt indig. lega. aufe. facit l. 10. ff. de exceptio. vide eundem in d. l. 10. de excep.

Aedificans ſi petierit remiſsionem nunciationis, & ſuccubuerit, poterit iterum agere cõfeſſoria, vel negatoria, pro declaratione iuris ſui. Bart. in l. de pupillo 5. §. ſi is, cui. ff. de oper. nou. nunciatio. num. 4.

Agens ex vna cauſa, licèt illam perdat, poterit ex alia agere in cauſa principali; ſecùs in appellatione. vide Bartol. in l. ſi mater 11. §. denique. ff. de exceptio. rei iudica.

Sententia abſolutoria lata in cauſa criminali ſuper vno facto, non prohibet accuſationem ſuper eodem à tertio proponendam. Barto. in l. 2. §. hoc edicto. ff. vi bon. rapto.

Si fuerit appellatum à ſententia nulla, & Iudex appellationis pronunciauerit appellationẽ iniuſtam, ſeu malè appellatum, non ob id cõfirmabitur prima ſententia. Abb. conſi. 3. numero 7. circa medium, verſicu. quinimo part. 2.

Quando poſſeſſor declatur dominus rei petitę, ſemper obſtabit actori exceptio rei iudicatæ: ſi verò tantùm ſit abſolutus ab obſeruatione iudicij ob id, quòd actor non probauerit, ſecùs erit. vide Bartol. in l. Titia, nume. 4. ff. de accuſatio. & Iaſ. in l. properandum. §. ſi quidem. C. de iudi.

Sententia, quæ diffinitiuum tempus non habet, perpetuum habet effectum. l. 1. C. de poſtulan.

Abſolutoria lata in querela inofficioſi, non parit exceptionem contra agẽtem ex alia perſona, vel ex alia cauſa. l. hæreditas 3. C. de petitio hæred.

Sententia lata contra vnum ſuper falſitate inſtrumenti, non præiudicat conſorti eodem inſtrumento vtenti. l. ſi veteris. C. de fid. inſtrument.

Si per reſtitutionem vnum capitulum ſententiæ reſcindatur, cætera firma remanent, ſi illi non ſunt connexa; aliàs ſecùs. l. etiam 30. §. 1. ff. de mino. 25. ann.

Sententia lata in reali contra clientulum, non facit præiudicium contra Aduocatũ, ad quẽ res in veritate pertinebat. l. inter officium 54. ff. de rei. vendic.

Abſolutoria lata in actione, parit exceptionem rei iudicatæ; ſi iterum eadem actione, cum additione alterius qualitatis, agatur. vide l. in delictis 4. §. ſi detracta. ff. de noxa. actio.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam concedi debet, quando ex nouiter deductis conſtat de bono iure. Vera. deciſio. 94. ſeu 1. par. 3. Et tũc ſententia poteſt ex deductis nouiter iuſtificari, ſed quare, vide eundẽ Vera. ibid. deciſio. 114. ſeu 1. & 105 ſeu 2. Sed ſolus Princeps concedit talem reſtitutionẽ. Hiero. Mago. deciſ. 26. Rot Floren.

Vbicunque ſententia eſt lata ſuper contractu ſimulato, vel ex partium colluſione, impetrari reſcriptum poterit, & annullabitur ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum. Cabal. milleloq. 745.

Hæredi condemnato ratione debiti defuncti, conceditur reſtitutio contra ſententiam, reperto poſt illam inſtrumento quitationis. Papon. libr. 10. tit. 6. arreſt. 1. & lib. 29. titul. 8. arreſt. 13. Idem in alio condemnato. Guid. Pap. ſingul. 657.

In Regno Franciæ non cõceduntur litteræ reſtitutoriæ contra ſententiam, quę tranſiuit in iudicatum. Papon. lib. 19 tit. 1. arreſt. 1.

Princeps ius quæſitum per ſententiam, quæ trãſierat in iudicatum, an tollere poſſit, ſaltem de plenitudine poteſtatis, vide Crauet. conſil. 103. num. 3. Dec. conſil. 198. & 296. Menoc. de Arbitra. libr. 1. q. 52. & Abb. conſil. 77. part. 2. num. 2. circa finem.

Si Princeps reſcribat quem eſſe audiendũ poſt rem iudicatam, quid iuris, vide Crauet. conſil. 172.

Reſtitutio in integrum ex clauſula generali, à Principe peti poteſt aduerſus ſententiam latam contra ius litigatoris, quæ tranſiuit in iudicatum. Maran. in ſuo Specul. part. 6. titu. poſt omnia, num. 61. fol. 540. vide Rebuff. in conſtitutio. Reg. tracta. de litter. ciuil. artic. 1 gloſſ. 2. fol. 288. & Anton. Corſet. in ſuis ſingularib. litera S. ſing. ſententia 8.

Quibus in cauſis Princeps ſoleat reſtituere aduerſus rem iudicatam, vide Rebuf. in d. tract. de litter. ciuil. articul. 1. gloſſ. 2. fol. 288. Sed quæ opponi poſsint contra ipſas litteras reſtitutorias, vide ibid. glo. 6. fol. 295.

Licèt concedatur reſcriptum, & dicatur, non obſtante priori ſententia, per hoc non intelligitur derogatũ ipſi priori ſententiæ, quæ in rem iudicatam tranſiuerat. Dec. conſi. 198.

Reſpubl. quæ habetur loco minoris, poteſt petere reſtitutionem aduerſus rem iudicatam. Natt. conſi. 51. num. 11. Tom. 1.

Supplicans Principi, vt retractetur ſententia, quæ in iudicatum tranſierat, caret impetratis, & incurrit infamiam, ſecundum Petr. Gerar. ſingul. 20.

Sententia corporis afflictiua poſt lapſum decẽ dierum, non poteſt iure ordinario retractari; licèt poſtea conſtiterit de innocentia, ſed de gr͡a ſpeciali, à Prĩcipe reſtitutio fieri põt.

Anto. Corset. in suis singularib. litera S. sing. sententia 13.

Si post sententiam ex prima confessione latam de innocētia rei constiterit, debet cōdēnatus restitui à Principe, non ab alio inferiore; secùs in causis ciuilibus. l. 1. §. si quis. ff. de quæst. & l. diui 27. ff. de pęni.

Sententia rectè lata per rescriptum Papæ non retractatur, cap. audita 4. ex. de restitutio. spoliat. vide tamen cap. Apostolicæ 35. quæst. 9. & ibid. gloss.

Sententia lata à Iudice per gratiam, quando retractetur per beneficium restitutionis in integrum. vide Barto. in l. seruo 65. §. cùm Prætor. ff. ad Trebellianum.

Sententia Principis potest retractari per restitutionem in integrum. gloss. in cap. Apostolicæ 35. quæst. 9.

Sententiam Romanæ Sedis in melius commutare licet. cap. sententiam 35. quæst. 9. Et cuiuscunque iudicium Apostolicæ Sedis auctoritas, retractare valet. cap. graue, ibid.

Quando minor restituatur aduersus sententiā, vide tit. C. si aduersus rem iudicatam.

Aduersus sententiam Principis non admittitur quis ad petendam restitutionem, nisi ex causa omissæ allegationis, vel præuaricationis Aduocati, & solus Princeps restituit aduersus suam sententiam, & sui Delegati. l. minor 19. §. si autem. ff. de minor. 25. ann.

Qui semel egit, non potest iterum ad actionem ex noua adiectione agere, nisi præhabita restitutione, ex causa iusti erroris. l. sed si ex 4. §. is, qui. ff. quod cum eo.

Qui per errorem approbauit instrumentum falsum, vel sententiam latam ipsius prætextu, non prohibetur de falso accusare, & petere rescisionem sententiæ per restitutionem in integrum. l. qui agnitis 11. ff. de exceptio.

Sententia, quæ transiuit in rem iudicatam prætextu falsitatis, vel instrumenti nouiter reperti, potest retractari. Boer. decisio. 307. Præhabita restitutione in integrum. Iass. Lanf. Balb. decisio. 439. vide supra titu. si ex falsis instrumentis, &c.

Res iudicata non potest retractari prætextu instrumenti de nouo reperti: fallit in causa Ecclesiæ, Reipub. vel pupilli, aut etiam in causa priuati, quando actor fuit in dolo, quia habuit scientiam instrumenti; sic enim est subueniēdum, saltem ex clausula generali. Marc. quæst. 312. part. 2. vide Ioan. de Arnono sing. 74. & Marc. de Mant. sing. 358. & 359. Hippol. sing. 283.

Ratione ignorantiæ conceditur restitutio in integrum aduersus sententiam, & ignorantia probatur iuramento. Marc. d. q. 312. par. 2. vide Capic. decis. 52.

Sententia potest retractari, quando quis propter impedimentum, instrumenta ante sentētiam producere non potuit. Marc. d. q. 312. Capic. decis. 52. vide Mysing. obser. 60. cent. 4.

Quando sententia per noua instrumenta annulletur, & de tempore quo statim falsitatis exceptio probetur, quando allegatur sententia ex falsis instrumentis lata, vide Meno. de Arbitra. lib. 2. cas. 15.

Sententia lata prætextu iuramenti necessarij, per instrumenta de nouo reperta retractatur, per restitutionem in integrum. vide Mar. de Mant. sing. 360. Secùs in iuramento voluntario. vide l. admonendi 31. ff. de iureiuran. Papon. lib. 19. tit. 8. arrest. 11. & supra tit. de iuramento veritatis, &c.

Sententia, quæ transiuit in contractum non debet exequi, quando superuenit causa, per quam constat de iniquitate illius. Paul. Aemi. Vera. decis. 114. seu 1. part. 3.

Sententia lata contra administratores hospitalis, quando nō præiudicet hospitali, vide eundem, decis. 123. seu 10. d. par. 3.

Contra tutum exceptione rei iudicatæ, potest habere locū remedium denunciationis Euāgelicæ, quando ille scit sententiam fore iniquam: quia in foro conscientiæ tenetur satisfacere. Iass. Lanf. Balb. decis. 149. vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 484.

Si appellatio fuerit admissa, & recepta per Iudicem, ad quem, & coram eo fuerit per partes processum in causa, poterit Iudex ipse cognoscere, & pronunciare super ipsa appellatione de Iustitia sententię, quæ transierat in iudicatum. idem Iass. Balb. decis. 244.

Præsides non possunt mutare sententias suas, sed Princeps ex causa concedit in integrum restitutionē. l. diui 27. ff. de pęn. Et hinc potest desumi arg. quòd in criminalibus sententia transeat in iudicatum, vt notatur ibidem in additio.

Sententia expertorum in arte, nunquam transit in rem iudicatam, & potest retractari. Affl. decis. 33. num. 6.

Sententia lata de consilio periti in arte, aut Sapientis, an transeat in iudicatū, vide Perillu. D. P. Tessau. decis. 25.

Præceptum nullum, etiam non transit in iudicatum. Franc. Marc. quæst. 659. Idem in sententia nulla. Crauet. consil. 266. vide supra titu. proxim.

Mandata Iudicum, non transeunt in iudicatū, nisi fuerint emanata cum causæ cognitione. Guid. Pap. sing. 585.

Sententia in causa matrimoniali, non transit in rem iudicatam. Afflic. decis. 152. nu. 5.

Exce-

Exceptio omnis, quæ non repugnat sententiæ, potest opponi post rē iudicatam. Guid. Pap. q.419. Boer. decis. 43 laff. Lanf. Balb. deci. 13. vide gl in l. tamen 13. ff. ad Senat. consul. Maced. facit l. ex diuerso 18 §. fin. ff. solut. matri. & l. cum 7. ff. de confessis.

Renunciare quis videtur rei iudicatę patiēdo, q̄ procedat post illā & vt iura producantur, & causa instruatur. Vera. decis. 323. part. 1.

An transigi, vel compromitti possit super re iudicata, vide Frāc Marc. q. 465. Mysing. obser. 47. cent. 4. Bar. in l. si causa cognita. C. de trāsactio. & l. 72. ibid.

Sententia absolutoria ab instantia diffinitiua non est, nec rei iudicatę exceptionem in alia instantia parit. Franc. Marc. q. 711. Sed an sententia interlocutoria transeat in iudicatum, vide supra tit. de senten. interlocut.

Inter casus, quibus retractatur sententia, menti est commendandum, quòd sententia etiam valida, retractari potest ex omni causa, quæ sufficiens esset ad appellandū, & tunc litteræ restitutionis denegari non debent. vide Cabal. milleloq. 746.

Sententia nulla ex defectu iurisdictionis, & cui dentis iniustitiæ, vel quia est nutritiua peccati, nunquam transit in iudicatū. Borg. Caual. decis. 28. de indi.

Debitor, & eius hæres, ac tertius quilibet pro suo interesse, potest per viam petitionis, & exceptionis semper (etiam sententia transācta in rem iudicatam) agere, petere, & excipere contra emptorem, & detinentem rem illicitam. idem Borg. decis. 2. num. 39. de contract. part. 2.

Sententia contra sententiam, quæ transierat in iudicatum, non valet, nec potest tunc Iudex se competentem pronunciare. Craue. consi. 163. num. 4.

Sententia cum clausula, Alio non apparente, an dicatur diffinitiua, vel pura, vide D. Sol. in constitutio. antiq. Sabandiæ gl. 2. super 3. par. decreti, vt nihil, tit de conclusio in causa. fo. 158. vide perillust. D. P. Tessau. decis. 81.

Res iudicata quid sit, & quid importent ista verba, quando, & in quibus casibus sententiæ nō transeant in iudicatum, vide per Maran. in suo Spec part. 6. tit. et demum fertur senten. num. 128 Et in illis retractentur per viā querelæ, Maran. ibid. tit. & quandoque appellatur, nu. 115. Et talis querela proponitur corā Ordinario. ibid. num. 116.

Exceptio rei iudicatæ nihil prodest, cùm à Iudice incompetenti lata est sententia, & quando subest animæ periculum, vel vbi aliàs est calumniosa, aut malitiosa. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 439. Nam sententia vbicunque continet animarum periculum, non obstat rei iudicatæ exceptio. Abb. consi 60. par. 2.

Res iudicata, seu sententia notoriè iniusta, retractatur, quia illa non transit in iudicatum. Menoch. de Arbitra. cas. 484. & Anton. Corset. in suis singularibus litera S. singular. sententia 7.

Sententia, quæ profertur contra contumacem bannitum, & habitum pro confesso, & conuicto ex forma statuti, nunquam transit in iudicatum. Natt. consi. 444.

Sententia pariter non transit in iudicatum, quę profertur ex præsumptionib. vel priuilegiatis probationibus, aut relatione Medicorum, vel secundum consilium Sapientis, & lata super ætate. Natt. d. consi. 444. Petr. Gerar. sing. 20. & Pet. de Rauen. sing 662.

Sententia an possit retractari per testamētum, vide Ludo. Rom. sing. 198.

Sententia potest retractari, si error probabilis detegatur, sed quando, vide Anton. Corset. in suis singularibus litera S. sing. sententia 6.

Sententia (etiam quæ transiuit in iudicatum) retractatur, si pars, pro qua est lata, fateatur ipsam sententiam iniquam fore. Lāf. de Oria. singu. fin.

Sententia in causa beneficiali, non transit in rē iudicatā respectu Superioris, quominus possit de iuribus partium inquirere, maxime qn̄ sententia fuit lata contra absentem, licèt cōtumaciter, & indefensum. c. cùm olim 7. extr. de dol. & contumac.

Sententia illa potest mutari, quæ non finit totū negotium, seu iudicium. Bart. in l. dicere 23. ff. de recept. Arbitr.

Delictum superueniens rei iudicatæ, tollit sententiam. c. ex litteris 5. extr. de diuortiis.

Sententia lata de antiquo, valet, licèt non constet de actis. Bart. in l. admonendi 31. nu. 44. ff. de iureiurand.

Sententia quando retractari possit per testes de nouo repertos, vide Bar. ibi. num. 63.

Personæ Illustres non possunt per se litigare, sed per Procuratores tantùm: aliàs sententia pro illis prolata, non habet effectum, l. quicunque, cum authen. hoc ius. C. de Procurat.

Ille, qui suo dolo per sententiam est absolutus, actione primæua, & quandoque de dolo cōuenitur, & contra exceptionem rei iudicatæ, de dolo replicatur. l. si legatarius 21. §. fi. & l. cùm à te 26. ff. de dol. mal.

Iudex potest restituere aduersus suam sententiam; non autem aduersus Superioris. l. 17. §. final. & l. cùm Præses 43. ff. de mino. viginti quinque ann.

Sententia lata contra rem iudicatam, parte opponente, est ipso iure nulla, quod et p edit

in rescripto,& sententia Imperatoris. Ozasc. decis.142.nu.23.

Sententia per incompetentem Iudicē lata contra reconuenientem,valet.Afflic.decis.27.

Sententia iniusta non propterea dicitur nulla, veluti si sit data contra ius litigatoris,vel nulla facta probatione.vide tamē Affli. deci.47.

Sententia Regia facit ius quo ad omnes in Regno.Afflic.decis.96.nu.fin.

Sententia tractum successiuū habens, sine causæ cognitione lata , effectum in tempus successoris non porrigit.Afflic.decis.128.

Sententia post triginta annos,non nocet alteri tertio possessori.Afflic.decis.345.

Sententia lata contra prædecessorem , quando noceat successori alicuius castri ex causa deuolutionis,vide Capic.decis.20.nu.17.

Dominus venire non potest ex persona Vasalli ex causa deuolutionis , contra sententiā latā super re feudali.Capic,decis.20.nu.19.

Sententia super libello plures articulos continente lata, potest acceptari in parte fauorabili,& pro aliis impugnari. Hartma.cap.6.tit. de senten.lib.2.

Quando petita restitutione, impediatur executio rei iudicatæ,vide Capic. decis.53. & infra tit.de executio.

Sniæ fingit̄ a lege consentire,nō appellās ab ea. Bar.in l.Iulianus 60. nu.25.ff.de cōdic.indebi.

Sententiæ dicitur quis acquiescere,si per spaciū decem dierum non appellauerit.Abb.quæst. 6 nume.15 Gramma. decis.24 Et consentire. Bart.in l.1 C.de postulan.& in l.3. C. quomodo,& quando Iudex.Et talis consensus illam confirmat.idem Bart.in l.4.C.de senten. quæ sine certa quantitate.Et ex illa oritur obligatio.idem Barto.in l.Iulianus 60. num.25.ff.de condict.indebi.

Sententia condemnatoria in actione personali,producit actionem,sed an inducat obligationē,vide eundem Bar.in l.3.§.idem scribit, num.13.ff.de pecul.& in l.Iulianus 60.ff.de cōdict.indeb. Quòd ex illa oriatur solùm obligatio ciuilis,scribit idem Bar.in l.1.nu.24 eo. tit.de condict.indebi, vide eundem in l. cùm quís,C.de iuris,& fact.ignor.nu.25.

Sententia quælibet (a qua non appellatur) regulariter transit in iudicatum. Abb. consi.60. part.2.Craue.consi.79 & 108.

Exceptio rei iudicatæ fuit inducta ad iuris rigorem conseruandum , & lites finiendas. Abb. d.consi.60 & in sua Pract.cap.110.& 118.nu.3.

Qui renunciat appellationi expressè , vel tacitè,non potest aduersus sententiam supplicare.l.fin.C.vt lit.penden.

Sententia lata in personali actione , non parit in rem actionem.gl.in l.4.C.de recept.Arbit.

Sententia nulla , potest de consensu partiū approbari.l.2.C.communia vtriusque iudi.

Absens solemniter condemnatus etiam indefensus,& ignorans, tenetur acquiescere sententię,si reuersus sciens non appellauerit intra tempus legitimū.l. ab eo 3. C. quomodo, & quando Iudex.

Solemniter condemnatus intra tempora legitima non appellans , amplius non auditur.l. fin.C.quomodo,& quando Iudex.

Confitens rem iudicatam iniquam, debet carere ipsius commodo.Boer.decis.306.

Absolutoria lata in prima instantia, parit exceptionem rei iudicatæ.Aegi.Bella.cōclus.138.

Sententia à qua est appellatum, vim rei iudicatæ non obtinet, Aegid.conclusio.684.

Sententia lata in criminalibus, facit ius contra omnes (etiam non vocatos) limita tamē dictum in casibus , de quibus vide per Franc. Marc.q 238.

Sententia lata absolutoria,an noceat ei,contra quem fuit lata,mortuo eo, pro quo, alio existente in possessione,vide DD.de Rot.decis. 17.aliás 550.de re iudic.in antiq.

Sententiam habēs potest omnia illa exercere, quæ ad possessionē attinent,si alius non possideat.Vera.decis.3?7 seu 10. part.2.nu.4.

Conuentus actione reali nominando dominū in iudicio,si habeat aliquod ius, per hanc nominationem , non euitat iudicium. vide Mysing.obse.58.cēt 2.Papo.lib.11.tit.4.arrest.fin.

Missio ex causa rei iudicatæ , an priuet debitorem possessione, vide Gasp.Cabal.milleloq. 181.nume.8.

Petens terminum ad soluendum id,in quo condemnatus fuit,dicitur sententię acquiescere, & appellationi renūciare.Hiero.Mago.decis. Luc.24.num.18.

Super debito, super quo iam fuerat lata sententia,nō debet amplius pronunciari , etiam ad instantiā illius , qui obtinuit primam sententiam,quę habebat executionem paratā.Pap. lib.19.tit.8.arrest.2. Nam super iudicato, frustra iudicatur.glo.in l.1.ff.quę senten.sine appella.rescind.

Res iudicata potest dici statim,lata sententia, a qua non appellatur;secùs si appelletur.Boer. consi.44.Imò res iudicata non dicitur,durante tempore dato ad appellandum , secundū Bart.in l.23.ff.de condict.indebiti,vide gloss. in l.207.ff.de reg.iur.& eundem Bart.in l.litigatoribus 14.C.de appellatio.

Verbum,iudicatum,desiderat transitum in rem iudicatam , & processus non dicitur sopitus, nisi perfecta executione.Boer.consi.44.nu.4.

Sententia approbatur, & transit in rem iudicatam , petendo quis pronunciari malè appellatum,

latum, & bene iudicatum. Crauet. consi.79. & consi.108.

Sententia transit in iudicatum non solùm, quādo ab illa non appellatur; sed etiam quando minus legitimè appellatur. Craue.consi.103.

Sententia approbata transit in iudicatum, & si ab illa fuerat appellatum, approbans amplius suam non poterit prosequi appellationem.Craue.consi.103.nu.12.

Quis non debet audiri in petitorio, nisi prius paruerit sententiæ latę super possessorio.Cra. consi.1.pro genero, nume.8. quod limita,vt ibid.num.236.

Sñia lata super principali,parit actionem rei iudicatæ super accessorio. Maran.in suo Specu. de ordi.iudic.distinc.20.nu.3. fol.237.

Exceptio rei iudicatæ,obstat agenti principaliter per modū actionis in alio iudicio, super eadem causa,& effectu.Dec.consi 96.

Sententia nulla postea expresse cōfirmata, executionem meretur: quia sententia confirmans,& non cōfirmata, magis attēditur.Hip pol.sing 502.

Appellans per errorem à sententia pro se lata, nō videt illi renūciare,vt ea rescindi debeat. Roma.sing.375.

Quando circa legem sunt plures intellectus, si iudicetur secundum vnum,sententia non est nulla.Bar.in l.1.nu.14.C.de nouo Cod.facien.

Exceptio rei iudicatę,est exceptio iuris,& facti, non iuris tātùm.Bart.in l.cùm quis,num.14.C. de iuris,& fact.igno.vide tamen eundē Bart. in l.1.nu.13.ff.de condict.indeb.

Absolutus per sententiam, quādo remaneat naturaliter,& ciuiliter obligatus,vide Bart.in d. l.cùm quis,nu.16.

Qualis sit sententia lata propter Aduocati pręuaricationem,vide Barto.in l.1.C.de Aduoc. diuers.iudi.

Prima sententia si fuerit confirmata,à die confirmationis est quis infamis in casu,quo de iure per sententiam condemnatus talis efficitur, & actio oritur ex sententia confirmante, Iudexq; appellationis illam exequitur. Bart. in l.6.§ sed nu.7. ff.de his, qui not. infam.

Vtrū agat ex sentētia appellationis, vel primæ, vide glo.in §.sed & si quis, Institu.quib.mod. testa.infirmen.

Appellans à sententia nulla, ex defectu consensus,illā confirmat. Bart. in l.1.C.quando prouocare non sit necesse,nu.7.

Facto à Iudice,partibus præsentibus,& non cōtradicentibus,altera pars non poterit postea cōtrauenire.Bar.in l.nec 9.§. vbi,in repe.ff.de offic.Proconsul.

Iudex quando narrat aliquid in sententia, vel in iudicio, parte præsente, & non contradicente,talia verba probant,in præiudiciū partis nō contradicētis.Abb.cons.60.nu.5. par.2.

Exceptio peremptoria non potest opponi post sñiam.Bar.in l.si duo 13.§.si quis.ff.de iureiur.

Sententia quando est nulla ex causa intrinseca, quæ iudici non liquet manifestè, non potest ad aliam deueniri,nisi prima cassata.Bar.in l. tutor 10.§.8.ff.de tutorib & curat. dat.ab his.

Sententia absolutoria,quam obligationem tollat,& quos effectus producat, vide Bart.in l. Iulianus 60.nu.29 ff.de condict.indebit.

Interlocutoria,postquam non spectatur diffinitiua,transit in iudicatum.Barto.in l.8.nu.9.ff. de accusatio. & inscriptio.

Sententia,vbi in vna causa parit exceptionem, non debet in alia simul cumulari. Abb.consi. 14 nu.fin.part.1.

Sententia si lata sit inter præsentes præsumitur, quòd Iudex habuerit iurisdictionem, ex quo transitum fecerit in rem iudicatam. Abb.cōs. 61 part.1.

Sententiam suam retractare nemo potest, nisi solus Princeps.Abb.consi.92 part.1.

Sententia lata contra Procuratorem, nō valet, si negetur illum fuisse Procuratorem. Abb. consi.18 part.2.

Transactio, & sententia eiusdem sunt auctoritatis quo ad finiendas lites,& parandam exceptionem.l.non minorem 30.de transactio.

Tempore messium,vel vindimiarum,nemo cōpellitur in ius venire, si tamen sponte venerit,& litigauerit,lata sentētia tenet:si verò cōtra non comparentem, nulla erit ipso iure.l. 1.ff.de fer.& dila. vide l.41.ff.de recep.Arbit.

Sententia Iudicis, quæ diminutionem status nō continet, extra territorium Iudicis suum effectū nōn porrigit.l.ex causa.ff.de postulā lo.

Ex sententia lata pro Procuratore, domino cōpetit vtilis actio:& simplex Procurator, non potest agere actione iudicati. l. si Procurator 28. ff.de Procurato.

Stipulatio,per quam nouatur actio iudicati, nō habet executionē paratam. l. minor 41. ff.de minor.25 ann.

Si plures teneātur ex vnō facto, si cū altero egi, siue obtineam,siue aduersarius sit absolutus, si postea velim agere contra alterum, mihi obstabit exceptio rei iudicatæ. l. 6. §. & si cū exercitatore.ff.nautæ caup.

An sententia lata contra defunctum, quem viuere Iudex credebat,valeat,vide glos.in l.de qua 74.§. cùm absentem.ff.de iudi.

Regulariter,quis non tenetur præcisè ad factū, sed soluendo interesse liberatur: tamen vbi quis per sententiam tenetur tradere, potest cogi præcise.l.qui restituerę. ff.de rei vendic. & ibid.in additio.

In

In seruitutibus victoria vnius, aliis prodest. l. 4. §. si fundus. ff. si seruit. vendic. Tamen in communi seruitute, sententia lata contra vnum ex sociis, non præiudicat cæteris, si eius culpa acciderit, secùs si dolo. l. si de cõmuni 19. eo.

Melior est conditio occupantis in pari causa: & dicitur occupasse, qui prius meruit sententiã. l. si quis 14. ff. de noxal. actio.

Etiam ex sententia, sufficit præstare rem, qualis est. l. Prætor 15. ff. de noxal. actio.

Victoria vnius, qui putabatur esse hæres insolidum, prodest ei, ad quem apparuit postea hæreditatem spectare. l. si hæres 7. ff. famil. ercisc.

Intelligitur sententia, saluo iure tertij, vt ex ea transferatur res cum sua causa. l. & post 12. §. res, quæ sub conditione, eod. tit.

Sententia non potest pro parte valere, & pro parte non, quia tàm instantia, quàm sentẽtia, censẽt esse indiuidua. l. in hoc 28. ff. famil. erci.

Hæc exceptio, Tibi non competit ius agẽdi, nõ potest opponi post sentẽtiã, nec reddit iudicium retrò nullum: & solutũ auctoritate sententiæ non repetitur, vt indebitum. l. cùm putarem 37. eod. tit.

Sententia lata contra vnum ex sua cõfessione, non liberat verum debitorem, vel dominũ. l. qui ex parte 19. ff. de interrog. actio.

Valet sententia licèt peremptorium non præcedat, si tamen præcesserit alia monitio, tantundem importans. l. 2. C. quomodo, & quando Iudex.

Iusiurandum speciem transactionis continet, & maiorem auctoritatem habet, quàm res iudicata, sed an hoc semper sit verum, vide gl. in l. 2. ff. de iureiur.

Sententia lata contra iusiurandum valet. l. nam postea 9. §. si damnatur. ff. de iureiur.

Iuramentum habet vim probationis, & sententiæ inter easdem partes; non inter alias. l. sed & si 11. §. si cùm de hæreditate, eod. tit.

Sententia primò scripta, & postea recitata, non potest mutari. l. 2. C. de senten. ex breuilo. recita & l. 1. C. sentent. rescind. non poss.

Casus superueniens in personam Iudicis, nõ annullat sententiam, vt si esset lata à seruo, qui tempore sententiæ reputabatur liber. l. 2. C. de senten. & interloc. omn. Iudic.

Per rem iudicatam prolatam, instante defensore, quærit exceptio reo. l. fin. §. fi. ff. de iureiur.

Res iudicata sortitur effectum suum, etiam si de causa esset transactum, si tamen exceptio transactionis in causa non fuerit opposita. l. 23. ff. de condictio. indeb.

Sententia lata contra debitorem, præiudicat creditori scienti; nisi fuerit lata per collusionem, vel propter præscriptionem. l. Præses 5. C. de pignorib.

Exceptio rei iudicatæ, non obstat ei, contra quẽ non est pronunciatũ. l. pro portione. C. de exceptio. & præscriptio.

Condẽnatio vnius ex pluribus, qui tenetur eodem crimine, non nocet alteri. l. & si crimine 12. C. ad leg. Iul. de adulte:

Iudicati actio non datur contra tutorem, nisi se liti obtulerit, sed contra pupillum, nisi ab hæreditate (cuius causa fuerat condemnatus) se abstinuerit. l. 2. ff. de administr. & peric. tut.

Sententia, quæ pro libertate fertur, præualet, Iudicibus æquali numero discordantibus. l. pen. ff. de manumissio.

Auctoritas Iudicis iustam causam præbet possidendi. l. iustè 11. ff. de acquir. vel amitt. possessio. Ideò talis auctoritas facit, vt eius rei, quæ mihi restituta est vt mea, transferatur vsucapiendi conditio. l. Pomponius 13. §. si iussu, eod. tit.

Iusiurandum vicem rei iudicatæ sustinet, non inmerito, cùm deferens faciat aduersarium Iudicem. l. 1. ff. quorum rerum act. non detur.

Licèt creditor, aut legatarius agẽs repulsus fuerit per hæredem ea exceptione, quòd emancipatus sperabatur petere bono. posse. cõtra tabulas, si tamen ipse emancipatus omittat bono. posse. poterit iterum agere. l. qui cùm hærede 14. ff. de actio. & oblig.

Actio iudicati non tollitur propter mutuam pecuniam eidem debitori mutuatam, licèt de actione iudicati non sit facta mentio in secũda obligatione. l. Lucio 28. eod. tit.

Alter ex mandatoribus, vel fideiussoribus insolidum condemnatus, post rem iudicatam, potest opponere, vt actiones sibi cedantur contra confideiussorem. l. si fideiussores 42. §. fin. ff. de fideiuss. & mandat.

Iniuriosa sententia contra fideiussorem lata sui culpa, non præiudicat debitori. l. exceptione 68. eod. tit.

Reus habet annũ ad se purgãdum, quòd si non venerit intra illum, bona eius transeũt ad Fiscum, & fiet venditio. l. si ff. de requiren. reis.

Dicitur sententia iniusta, & iniqua, quando non fuit probata intẽtio actoris. arg. l. qui accusare. C. de edend.

Causæ, in quibus contra Fiscum iudicatum est, triennio retractari possunt, & post, si præuaricatio arguatur, vel manifesta fraus probetur. l. 1. C. de senten. aduers. Fisc. retract. lib. 10.

Sententia absolutoria à petitione actoris, non tollit actionem ipso iure, sed tantùm ope exceptionis rei iudicatæ. Hartma. cap. 1. titu. de sentent.

Regulariter sententia lata in actione personali, insolidum est exequenda contra condemnatum, excipiuntur quidam casus, in quibus

solùm fit executio in tantum, quantum facere potest condemnatus, deducto, ne egeat. vide eundem, cap. 2. eod. titu. lib. 2. & supra tit. de priuileg.

Quando res iudicata inter alios lata, aliis praeiudicet, vide infra tit. prox.

Res inter alios acta, vel iudicata, quando praeiudicet, vel prosit.

RES inter alios acta aliis praeiudicare non debet regulariter. Ozasc. decis. 38. c. sup eo 15. ex. de offi. & potesta. iudic. deleg. c. cùm super 17. ex. de senten. & re iudic. l. 10. ff. de iureiur. l. 17. ff. qui potiores. l. 1. ff. si libertus, & l. 3. ff. de collusio. detegen.

Fallit primò, quo ad semiplenum praeiudicium. Ozasc. d. decisio. 38. nu. 6. Rot. Genu. decis. 103. nu. 6. vide decis. 184. ibid. Ant. Trig. sing. 94. & Bart. in l. 5. ff. de appellatio. Sed an faciat semiplenam probationem, vide eandem Rot. Genuen. decis. 166. & 184.

Secundò, sentẽtia cõtra proprietariũ lata praeiudicat fructuario scienti, & naturaliter possidenti. Affl. decis. 396. nu. 6. vide Franc. Marc. q. 878. & Hartma. c. 3. tit. de senten. lib. 2. Non ignoranti. Put. decis. 336. lib. 3. Sed quid contra, vide eundem Marc. d. q. 878. & Bart. in l. 6. ff. de re iudic. Ex quibus praesumatur scientia, vide Put. decis. 349. lib. 3.

Tertiò, sententia lata contra auctorẽ ante transactionem, nocet singulari successori. Capic. decis. 20. num. fin.

Quartò, acta facta inter alias personas, faciunt fidem quo ad praeparatorium alterius iudicii, nõ quo ad decisionẽ. Capi. deci. 107. nu. 3.

Quintò, extraneus differt à tertio habente causam à principali debitore, quia vltimo casu acta facta contra debitorem super aliqua re, nocent tertio habẽti causam ab eo; in primo non. Capic. decis. 107. nu. fin. vide Rot. Genu. decis. 184. Hartma. cap. 3. tit. de sentent. lib. 2. & Ioseph Ludo. decis. 58. Luc. nu. 6. Sed quando resoluto iure auctoris, censeatur resolutũ ius habentis causam ab eo, & quando sententia lata contra vnum, mandetur executioni contra singularem successorem, vide Boer. decis. 82. nu. 47. DD. de Rot. deci. 14. aliàs 477. de probatio. in nouis.

Sextò, sentẽtia lata contra pupillum, vel alium haeredem nocet, vel prodest eius substituto vulgariter, vel cohaeredi, ad quem (pupillo abstinente ab haereditate) peruenit haereditas. DD. de Rot. decis. 17. de senten. & re iudi. in antiq. aliàs 550. Rol. consi. 92. vol. 4. Nã substitutus non est citandus in causa mota cõtra haeredem, super rebus ipsi substituto restituẽdis. Ozasc. decis. 157. nu. 4. 5. & 9. Licèt ille possit appellare intra decem dies à die scientiae. Rol. d. consi. 92. vol. 4. Sed an sententia lata contra haeredem praeiudicet fideicõmissario non citato, saltem per proclama, vide Put. decis. 91. lib. 3. Vbi scribit pro negatiua, tamẽ quòd sententia lata contra haeredem omnibus praeiudicet, scribit Bart. in l. Papinianus 8. §. si ex causa. ff. de inoffic. testamen. & in l. si nõ sortem 26. §. centum. ff. de condictio. indebit.

Septimò, sententia in possessorio inter duos lata, tertio non possidenti, & causam agitari scienti, nocet, vt pati debeat sententiam contra alterum latam executioni mandari, licèt illi non praeiudicet in petitorio. Put. decisio. 155. lib. 2.

Octauò, licèt res inter alios acta non noceat aliis, quorum interest aequè principaliter, tamen nocet his, quorum interest in consequẽtiam, qui possunt appellare. Craue. consi. 202. nu. 21. Actus enim, qui in consequentiam tangit praeiudicium alterius, & nõ principaliter, eo nõ citato, fieri potest. Maran. in suo Spec. part. 6. titu. de citatio. nume. 30. fol. 209. vide infra in hoc tit.

Nonò, sententia lata contra principalem obligatum ex contractu resoluto, etiam praeiudicat tertio possessori citato. Dec. consi. 187.

Decimò, res inter alios acta, cõcurrentibus aliis coniecturis, fidem contra alios facit. Menoc. consi. 384. nu. 12. Quando sententia lata contra vnum alteri noceat, vide Dec. consi. 448. & Ozasc. decis. 157.

Decimoprimò, vbi agitur de his, quae concernunt commodum bursae publicae, sententia pro delicto lata contra vnum, nocet tertio. Hippol. sing. 216.

Decimosecundò, fallit reg. in eo, cui secundo loco cõpetebat actio, vel defensio, & qui passus est alium litigare super re. c. pen. ex. de senten. & re iudi. Sed in quibus casibus res inter alios acta, vel iudicata aliis praeiudicet, vel prosit, vide glo. ibid.

Decimotertiò, aetatis probatio in vna causa facta, praeiudicat in alia penitus extranea, quid in sententia, vel cõfessione, vide Bar. in l. de aetate 44. nu. 15. & seq. ff. de mino. 20. an. nu. 15. Sed sñia lata super aliquo impedimento, puta quòd aliquis non sit infamis, vel excommunicatus, quando praeiudicet in aliis causis, vide Bar. ibid. num. 19.

Decimoquartò, dolus alterius qñ est causa immediata acquisitionis meae, mihi nocet. Bart. in l. 3. ff. si quis aliquem testa. prohib. nume. 7.

Deci-

Decimoquintò, sententia annullans testamentum lata contra hæredem, omnibus præiudicat: secùs si feratur contra legatarium, & fideicommissariũ. Bar. in l. si patroni 55. §. actiones. ff. ad Trebellianũ, vide tñ infra in hoc tit.

Decimosextò, probatio præiudicat alteri in casibus, in quibus præiudicat sententia. Batt. in l. sępe 63. nu. 12. ff. de re iudic.

Decimoseptimò, sententia lata contra vnũ, porrigit effectum suum contra eius auctoré. Bar. in quæst. 3. num. 7.

Decimooctauò, sententia lata contra debitoré, præiudicat creditori scienti, & tacenti, & contrà, licet sibi non fuerit aliquid numeratum. Abb. consi. 49. part. 2.

Decimononò, transactio facta per hæredem vẽditorem cum debitore ignoráte, pręiudicat emptori hęreditatis, & fideicommissario vniuersali. l. fin. ff. de transactio.

Vigesimò, ille, qui scribit cõtractum obligationis rei suæ, videtur obligationi consentire. l. fidejussor 26. §. pater. ff. de pignorib.

Vigesimoprimò, sententia licèt non præiudicet tertio quo ad petitorium, facit tamen præsumptionem cõtra eum, quo ad possessioné. Capic. decis. 209. nu. 6. Aegid. Bellam. conclu. 711. vide DD. de Rot. decis. 4. de senten. & re iudic. in antiq. aliàs 88.

Vigesimosecundò, confessio facta in vno iudicio inter certas personas, illis præiudicat in alio, inter alias; secùs in probationibus, sed de ratione diuersitatis vide Guid. Pap. q. 254.

Vigesimotertiò, sententia lata contra vnum ex mercatoribus pro solutione pedagij, nocet aliis, qui partem in causa non fecerunt: quia hæc actio dicitur popularis, in qua res inter alios iudicata, alteri nocet. Guid. Pap. q. 549.

Vigesimoquartò, sentẽtia lata super filiatione, quo ad omnes probare dicitur. Rot. Genuen. decis. 155. nu. 5.

Vigesimoquintò, tertius non potest impugnare executionem sententiæ, si sciebat litem motam, & sententiam fuisse latam: quia tunc ipsa sententia illi præiudicat, cum potuisset ab ea appellare; secùs si ignorabat. Boer. decis. 79. & DD. de Rot. decis. 2. aliàs 33. de rescript. in antiq.

Vigesimosextò, sententia inter alios lata quo ad eum, contra quẽ est prolata, aliis prodest, vt saltem in ipsum transferat onus contrariũ probandi: idem in actis, & probationib. Rot. Genuen. decis. 103.

Vigesimoseptimò, sententia lata in fauorem locatoris, prodest conductori, qui non interuenerat in causa. Put. decis. 12. lib. 2. Et cõtrà lata contra ipsum locatorem, nocet conductori. Put. ibid. d. decis. 12.

Vigesimooctauò, instrumentum factum inter alias personas semiplenè probat, nisi concerneret fauorem dotis; quia tunc plenè probaret. Pet. de Rauen. sing. 431.

Vigesimononò, sententia lata cõtra hæredem, præiudicat legatario. gloss. in l. superatus. ff. de pignorib. vide tamen l. si seruus 53. § hęreditatis, de lega. 1. & l. si perlusorio 14. §. quoties. ff. de appellatio.

Trigesimò, sententia lata absque legitimo defensore, non præiudicat illis, ad quos legitima defensio dicitur pertinere: ideò vt sentẽtia contra hæredem lata præiudicet legatariis, oportet causam fuisse per hæredem defensam. Aegid. Bellam. conclusio. 688.

Trigesimoprimò, sententia lata contra vnum, non præiudicat alteri, qui eum prohibere nõ poterat, vel ab eo causam nõ habebat: secùs si poterat prohibere, vel ab eo causam habebat, & sciens erat. l. sępe 63. ff. de re iudic.

Trigesimosecundò, transactio facta bona fide p Vasallum, nocet Domino directo. cap. 1. de controuer. int. Vasal. & ali. de benefic. in vsib. feudorum.

Trigesimotertiò, licèt filiusfa. possit agere pro patre etiam agendo, tamen confessio ipsius filij, & sententia subsequuta, non præiudicat patri, nisi ex facto ipsius filij reportaret commodum. Fran. Marc q. 265.

Trigesimoquartò, recognitio scripturæ priuatæ debitoris, non præiudicat aliis creditoribus, nisi de debito aliter appareat, vel ille tertius habeat causam à scribente, vel nisi scriptura fuerit à tribus testibus subscripta. Rebuff. in constitutio. Reg. trac. de chyrog. & cedul. recog. nume. 81. & seqq. in præfatio. vide Cabal. milleloq. 663.

Sentẽtia inter aliquos lata ad hoc, vt faciat ius quo ad alios, & præiudicet, requiritur inter alia, quòd tertius litis motæ scientiam habuerit, & se non opposuerit, & quòd per proclama generale saltem citatus fuerit. Ozas. decis. 157. nume. 9. & 17. vide DD. de Rota, decis. 34. aliàs 415. de Procurato. in nouis, & decis. 24. aliàs 478. de re iudic. ibid. Aegid. Bellam. conclusio. 11. Capic. decis. 107. num. 4. & Gasp. Cabal. milleloq. 984.

Sententia contra vnum lata, vt alteri præiudicet, nouem requisita concurrere debent, de quibus vide per Mathes. sing. 25.

Glo. in l. & an eadem. ff. de exceptio. rei iudic. procedit, & loquitur in hærede, qui cùm veniat ex persona defuncti, ipsamq; repræsentet, nimirum si ipsi hæredi sententia contra ipsum defunctum lata, noceat. Ozas. d. decis. 157. num. 18.

Quod dicitur sentẽtiam valere absque citatione

ne eorum, quorum secundario interest, procedit quo ad actus validitatem; non autem quo ad inferendum praeiudicium tertio. Oza. d.decis.157. nu.10. & ita debet intelligi l.1.§. denunciari.ff.de ventr.inspic. & l.si patroni §. pen.ff.ad Senatusc.ósul.Trebellia.cum auctoritatibus ibi citatis per eundem Ozas. d. decis.157.nu.10.& seqq.

Iudicia duo, si sint contra diuersos agitanda, quorum vnum causatur ab alio, tunc sententia lata in primo, prodest quo ad secundum, vt possit, vigore primae sententiae, formari secundum iudicium. Capic.decis.107.nu.8.

Testes inter alios examinati, quãdo faciant plenam probationem, vide Put.decis.55.lib.2. & decis.61. Et qualiter probent, vide Pet. de Rauen.sing.727. Hippol.sing.435. Bart.in l.7.nu. 5.ff.de petit.haered. & in l.5. ff.de appella. Afflic.decis.396.

Sententia si contra possessorem proferri petatur, nullum fit tertio interuenienti praeiudicium: secùs si de plena possessione proloquatur Iudex. Put.decis.319.lib.2.

In omnibus casibus, in quibus sententia lata cõtra vnum plenè praeiudicat tertio, hoc procedit, quando profertur contra praesentem; secùs si contra absentem, etiam per contumaciam: quia tũc fingitur esse iniusta quo ad praeiudicium tertij tantùm. Mathes. sing. 26. Bartol. consi.116. volum.1. Hippol.sing.26.& Rot.Genu.decis.166.nu.6.

Sententia lata contra emptorem, an possit mãdari executioni in bonis vẽditoris, vide Bar. in l.venditor 49 ff.de iudic. & in authen. qua in Prouincia C.vbi in rem actio.

Iniuria facta vni, quando noceat alteri: & quando sentẽtia lata contra fideiussorem, noceat debitori, vide Bartol. in l.si fideiussor 68. ff. de fideiussor.

Si minor probauerit se maiorem, in vna ex eius causis, sibi praeiudicat in aliis. l.de aetate 41.ff. de mino.25.ann.

Sententia lata contra debitorem, non praeiudicat creditori, si lata fuerit post pignus cõtractum. l.iudicatę 29.§.fin.ff.de exceptio.rei iudic. & si superatus.ff.de pignorib. Secùs si ante.d.l si superatus.

Duobus tutoribus dolum in tutela committentibus, vnius transactio facta cum pupillo, non prodest alteri: secùs si vnus eorum totum interesse praestiterit pupillo. l. si ex duobus 15. ff.de tutel.& ratio.distrahen.

Sententia lata contra Vasallum super re feudali, non praeiudicat agnatis succedentibus pacto, seu prouidentia maiorum. Ozas. decisio. 157. Neque praeiudicat Domino directo, Vera.deci.331.part.1. vide tamen cap.1. de controuers.int.Vasal.& all.de benefi.in vsib.feud.

Res inter alios acta aliis non praeiudicat aequale ius habentibus. Ozas. d.decis.157.nume.7. Quod ampliatur, vt ibid.nu.18.

De gestis cõtra Dominum directum, & quae noceant Domino vtili, vide Afflic. decis.396. Et contra, de gestis per Dominum vtilem, vide Capic.decis.20.nu.19.

Sententia lata contra vnum ex duobus Dominis alicuius castri, adinuicem litigantibus super iurisdictione, non praeiudicat hominibus eiusdem loci. Capic.decis.20.nu.18.

Sententia lata contra inferiorem Praelatum, nõ debet nocere Superiori, quando tãgit ius ipsius, qui hoc casu citandus erat. Vera.decisio. 255.part.3.

Sententia lata in fauorẽ directi Domini, in consequentiam videtur prodesse habentibus dominium vtile. Craue.consi.206.nu.5.

An sententia contra subditum lata, praeiudicet Domino, vide Abb.consi.89. circa finem, par. 1. Vbi plenè disputat, an sententia cõtra vnũ lata, noceat alteri.

Sententia lata contra vnum ex haeredibus debitoris, cohęredi suo (etiam litem motam scienti) non pręiudicat. Ozas.decis.157.nu.13.

Lex ex contractu.ff.de re iudic. & l.si patroni.ff. ad Trebellia. loquuntur, quando haeres conuenitur super nullitate, aut rescisione testamenti, sed de ratione vide per eundem Oza. d.decis.157.nu.15.

Notarii assertioni, nec partiũ standũ nõ est, vbi agitur de tertij praeiudicio. Ozas.deci.172.nu.6.

Confessioni patris alienantis, & dicentis, se plura debita contraxisse, non statur, ne aperiatur via fraudandi filios, & agnatos. Oza.d.decis.172.num.12.

Patris factum non praeiudicat filio in his, quę nõ habet á patre, sed aliunde. Nat.consi.470.nu. 26.& l.de re filiorum.ff.de transact.

Confessio vera filij, pactum, & iuramenti delatio, non nocent patri, sed vide Barto.in suis quaestio.q 3.nu.10.

Sententia lata contra matrem de partu supposito, an noceat partui, vide gl.in l.1.C.ad leg. Cornel.de fals.

Ius tertij etiam cum iuramento tolli nõ potest. Ozas.decis.172.nu.21.

Sententia super actione personali contra debitorem lata, non facit fidem cõtra tertios possessores non citatos. Capic.decis.107.

Sententia lata per Iudicem, sibiipsi non praeiudicat: quia ratione publici officij necessarij, quod Iudex in iudicando, & sententiando exercet, vt publica persona, illi non nocet. Hartma.cap.20.tit.de senten.lib.1.

Sententia lata in criminalibus, an faciat ius

inter

inter omnes, vide Fran. Marc. quæst. 238.

Petitio, vt rescindatur testamentum, instrumentum, vel contractus, aut sententia, prodest omnib. quorum interest, licet illi non fuerint in iudicio. Pet. de Rauen. sing. 753. Bart. in l. posthumus 6. §. si quis. ff. de inoffic. testam.

Executio in re facta, non præiudicat absenti nõ citato. Rot. Genu. decis. 201. nu. 4.

Sententia lata contra vnũ, non nocet alteri nõ citato, quãuis is appellauerit, si appellationem prosequutus non fuerit. Vera. decisiq. 128. seu 5. part. 3.

Sententia lata contra administratorem hospitalis, quando non præiudicet ipsi hospitali, vide eundem, decis. 123. seu 10. part. 3.

Beneficium si est concessum litis consorti priuilegiato, non potest remitti in præiudicium alterius litis consortis in causa indiuidua. Vinc. de Fran. decis. 269 part. 2.

Sententia lata pro vno cõsocio, prodest in omnibus, quia eadem fit causa defensionis omnium. Craue. consi. 206. nu. 7.

An victoria vnius prosit alteri in causa communi, & contrà, vide Barto. in l. si quis 10 §. quod ff. de appellatio.

Primus, qui causam cœpit, si aliquid confiteatur, quod tertio assisteti displiceret, illi tertio talis confessio non præiudicat. Barto. in l. si pro 14. §. sed & agere. ff. de appellatio.

Vnus alium obligare non potest sine mandato. Craue. consi. 57.

Res inter alios acta facilius aliis prodest, quàm noceat: ideò sententia lata in decimis pro vno, prodest alteri habenti decimas. Crauet. consi. 206.

Victoria vnius, qui putabatur esse hæres insolidum, prodest ei, ad quem ex postfacto apparuit hæreditatem spectare. l. si hæres vnus 7. ff. famil. ercis.

Lata sententia contra maritum vxori, non præiudicat. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 39. cent. 1. num. 23. vide Bart. in l. 8. §. quidam. ff. qui satisda. cogant.

Possidens alieno nomine, si omittat nominare auctorem suum, illi non præiudicat quo ad possessionem, nec quo ad proprietatem: idẽ Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de dilatio. art. 4. nume. fin. Tom. 3. & Barto. in l. 2. C. vbi in rem actio.

Confessio præiudicat confitenti, non autẽ tertio habenti ius quæsitum ante à dicto confitente. Rol. consi. 58. vol 2.

Confessio etiam facta in iudicio per vnum, nõ præiudicat alteri. Mathes. sing. 25.

Testes in causa inquisitionali producti per partem priuatam, non prosunt parti Fiscali (quæ eos non produxit) neque nocent. vide Guid. Pap. singul. 488.

Testes si fuerint accusati, & condemnati de falso, dicta falsitas non nocet alteri. Barto. in l. si vteris. C. de fide instrument. vide eundem, in l. 21. ff. de his, qui notan. infamia.

Sententia contra debitorem lata non præiudicat creditori, si appareat de collusione debitoris. Bart. in l. Præses 5. C. de pigno. Sed quid in probationibus, vide eundem Bart. in l. si superatis. ff. de pigno. & in l. ab executore 4. §. alio. ff. de appellatio.

Sententia lata contra Notarium de falso, non pͥudicat parti, si illa nõ fuerit citata. Bar. in l. 3. nu. 5. ff. de præuarica. & in l. denunciasse 17. §. quæritur. ff. ad leg. Iul. de adult.

Condemnatio vnius ex pluribus, qui tenentur eodem crimine, non nocet alteri. l. & si crimine 12. C. ad leg. Iul. de adulter.

Transactio facta inter hæredem scriptum, & legitimum, propter incertum successionis euentum, an creditoribus præiudicet, vide Anto. Trig. sing. 94 Quòd nõ præiudicet legatariis, habetur in l. Imperatores 3. ff. de transact.

Frater vendens bona communia, præsente altero fratre, & tacente, illi non præiudicat. Bart. in l. cùm proponas 16. C. de pact. Nam factum vnius ex fratribus, non nocet aliis. l. 1. & ibidẽ Bar. C. si in communi, eadẽq; cau.

Factum in iudicio, an prosit aliis absentibus, vide Barto. in authen. matri, & auiæ. C. quando mulier.

An solutio, acceptilatio, sententia, iuramentũ, pactum, nouatio, cõfessio, & exceptio vnius correi debendi, vel credendi, prosint, vel nõ noceant alteri, vide Barto. in authen. hoc ita. C. de duobus reis. & in l. ex duobus. ff. eod. titu.

Sententia lata pro fideiussore, non porrigitur ad principalem; secus contrà. Bart. in l. aduersus 34. ff. de recept. Arbit.

Iniuriosa sententia contra fideiussorem lata sui culpa, non præiudicat debitori. l. exceptione 68. ff. de fideiusso. & mandato.

Sententia lata contra emptorem, vel fideiussorem, an possit mandari executioni cõtra venditorem, & principalem, vide Bart. in § si verò, Authen. vt omnes obediant.

Sententia lata contra vnum, an noceat alteri quo ad actionem dandam cõtra alium, vide Bart. in l. exceptione 68. nu. 5. ff. de fideiusso.

Sententia lata pro vno socio criminis, regulariter prodest alteri. Bart. in l. denunciasse 17. §. quæritur. ff. ad leg. Iul. de adult.

Malefactore absoluto, an videatur absolutus mandator, vide Bart. in l. 39. eod. tit. Et defensiones factæ pro vno, quando prosint mandatori, vide eundem Barto. in l. 1. §. si quis vltrò, num. 15. ff. de quæstio.

Pactum

Pactum vnius, non nocet alteri, neque iuramẽtum. Bar. consi. 126. vol. 1.

Iusiurandum alterius alteri non prodest, neque nocet: fallit in aliquibus casibus scriptis per glo. in l. ait Prætor 3. ff. de iureiuran. in l. 9. §. fi. & in l. 11 §. fin. eod. tit. vide etiam gl. in l. 13. §. Marcellus, eod.

Sententia lata contra vnum, aliis non præiudicat ratione connexitatis, etiam quando effectus vnius facti, extenditur contra plures, nisi illud de nouo probetur. Bar. in q. 3. num. 8.

Sententia lata contra auctorem meum post ius quæsitum, mihi non præiudicat, nisi de nouo comprobetur. Bar. ibid. num. 9.

Actus præparatorius alterius (etiam non iuridicè factus) prodest aliis verè ius habentibus, licèt non prosit facienti. Bar. in suis quæstio. q. 6. num. 10.

Actio contra reum principalem, non tollitur p solam sententiam latam contra tertium in actione hypothecaria. Abb. consi. 72. par. 2.

Sententia lata inter producẽtem falsos testes, & aduersarium, non nocet testibus quo ad infamiam. l. Lucius 21. ff. de his, qui notã infam.

Rescisio facta per querelam inofficiosi ad petitionem vnius (etiam si aliàs eius non intersit) prodest omnibus, non principaliter, sed per quandam consequentiam. l. Pomponius 6. §. si quis ex his, & ibid. glo. ff. de inoffi. testa. Tamen si vnus ex filiis pro parte sua querelam intentauerit, alteri tacenti non prodest. l. filiæ 16. eod. tit.

Decretum interpositum ex contumacia vnius, non officit alteri. l. electio 26. §. si absente. ff. de noxal. actio.

Ratione vitandi circuitus, de æquitate datur condictio ei, cuius negotium non est gestum. l. cùm fundus 31. §. seruum. ff. si cer. pet.

Sententia lata in reali contra clientulum, non facit præiudicium contra Aduocatũ, ad quẽ res in veritate pertinebat. l. inter officiũ 54. ff. de rei vendic.

Sententia lata contra coniunctam personam, alteri coniunctæ non piudicat, nisi mandauerit. l. 1. C. quib. res iudi. nõ noceat, vide sup. ti. coniuncta persona, &c.

Sententia super iure tertij lata non patrocinatur, neque nocet. l. 2. eo. tit. C. quibus res iudicata. Idem in causa criminali. ibid. l. 3.

Vbi est defensio communis, & eadem ratio vincendi, appellatio vnius omnibus prodest, & per consequens victoria per vnum obtenta, prodest aliis etiam non appellantibus. l. 1. & fin. C. si vnus ex pluribus appella.

Ex pacto donationis, non quæritur actio extraneo, sed ipse donator, pacto non seruato, agit ad interesse. l. cùm res 22. C. de donatio. Tamen ex pacto celebrato inter donanrem, & donatarium, acquiritur vtilis actio sequenti secundo donatario sine aliqua cessione. l. quoties 3. C. de donatio. quæ sub modo.

Conuentio, per quam absenti quæritur actio, perficit donationem, sicut traditio. l. fin. §. fi. ff. de donatio.

Sententia lata contra vnum, non præiudicat alteri, cui si successerit ille (contra quem lata est) poterit, ea non obstante, prosequi hæreditariam causam. l. Modestinus 10. ff. de exceptio.

Exceptio rei iudicatæ præscripto cohæredi, qui non litigauit, obstare non potest. l. iudicatæ 29. ff. de exceptio. rei iudic.

Acceptilatio facta fideiussori, pendente conditione, cuius existentia non fingit quem retrò obligatum, nõ prodest principali. l. & per iusiurandum 13. §. si legatorũ. ff. de acceptila.

Res hæreditariæ omnium hæredum sunt communes: ideò in illis victoria vnius prodest alteri. l. res 4. ff. de crimin. expil. hæred.

Absoluto reo accusato de adulterio, mulier amplius non poterit accusari: sed condemnato reo mulier non censetur condemnata. l. denũciasse 17. §. q̃ritur. ff. ad leg. Iul. de adul.

De appellationibus in genere.

Appellationi renunciasse cẽsetur, qui intra tempus à Iudice præscriptum, apostolos non petiit. Ozas. decis. 7. Sed quando aliàs quis censeatur renunciasse appellationi, vide Aegi. Bellam. conclusio. 706.

Appellationi expressè in criminalibus renunciari non potest. Afflic. decisio. 78. nu. 3.

Soluens sponte, & petens executionem sententiæ, videtur appellationi renunciasse, etiam interpositæ. Gram. decis. 103. num. 41. & Bart. in consi. 150. vol. 1.

Appellationi renunciari non potest per appellantem, vbicunque de præiudicio appellati tractatur. Ozas. decis. 131. nu. 12.

Appellans potest impunè renunciare appellationi intra octo dies. Papon. lib. 19. ti. 1. arrest. 18. Vbi plenè de renunciationibus appellationum, & per tot. tit. 5. d. lib. 19.

Appellationi censetur renunciare, qui promittit stare sententiæ. Craue. consi. 103. num. 13. Et qui illam approbat. Bar. cõs. 101. n. 4. vol. 1.

Appellans si compareat coram Iudice, à quo, cum protestatione, q̃ sua appellatio sibi salua remaneat, non vr̃ recedere ab appellatione, secùs si sine protestatione compareat. Gui. Pap. q. 364. vide tamen ibi. & singul. 270. eiusdem.

Licèt quis appellationi renunciauerit, poterit tamen agere de nullitate. Rebuff. in constitu. Reg. tracta. de appellatio. Tom. 3 art. 15. glos. 4. nume. 7.

Appellationi renũciat, qui coram Iudice, à quo, litem prosequitur. c. gratum 20. ex. de offic. & potesta. Iudi. deleg.

Pars grauata aliquid faciens corã Iudice, à quo, an censeatur renunciare iuri appellandi, vide Capel. Thol. q. 194.

Grauatus comparendo coram Iudice intra tẽpus, quo potest appellare, non videtur eius appellationi interponẽdæ renunciare; secùs in iam interposita. Guid. Pap. sing. 946.

Appellationi licèt censeatur renunciatum, quãdo appellans petiit, & obtinuit prorogationem à Iudice, à quo, tamen hoc restringitur in principali petẽte, progationẽ; secùs erit in Procuratore Vera. decis. 29 part. 1. vide tamẽ Guid. Pap. sing. 186.

Petens terminum ad soluendum id, in quo condemnatus fuit, dicitur sẽtẽtiæ acquiescere, & appellationi renũciare. Hiero. Mago. decis. Luc. 24. nu. 18. & Guid. Pap. sing. 186.

Appellans postea agens coram Iudice, à quo, in alia causa, non videtur renunciare suæ appellationi. Ioan. Gal. q. 17. in decisio, diuerso.

Qui post appellatione producit testes, vel stat iuri, tacitè renunciet appellationi. c. cũm venisset 25. ex. de testib.

Actus non contrarius appellationi, potest fieri coram Iudice, à quo. Fel. consi. 13.

Appellari à Iudicis negligentia pôt, si ter requisitus, pronũciare distulerit Oza. deci. 12. nu. 6.

An appellãti sufficiat sẽtẽtiam Iudicis, à quo, cũ appellatione, & apostolis legitimè interpositis, coram Iudice appellationis producere, an verò ille teneatur acta primi Iudicis exhibere, vide Ozas. decis. 13. Capel. Thol. q. 342. Guid. Pap. q. 20. Vbi scribit quãdo appellatus ad hoc teneatur, vide etiam Vera. deci. 128. seu 15. par. 3. & Mago. decis. 64. Luc.

Quòd pars appellans teneatur fidem facere de actis, scribit Craue. consi. 273. nu. 6.

An appellãti, vel appellato incũbat onus probandi, & edocendi de iniustitia, vel Iustitia primæ sententiæ, vide Doctores, de quibus supra in duobus prox. capitibus in locis ibid. citatis, & Guid. q. 436.

Appellans tria probare debet, nempe se appellasse, intra legitimum tempus, & ex legitima causa; ideò ad hoc faciendum tenetur fidem facere de actis primæ instantiæ. Mago. decis. Luc. 39.

Producens acta grauaminis in cã appellationis, quæ producere tenetur, non censetur sñiam primi Iudicis approbare. Cra. consi. 175. nu. 7.

An appellans teneatur probare causam appellationis esse veram, vide gloss. in cap. ex parte 7. in verbo, testes. ex. de testib. Et sententiam iniustam, cap. causam 14. ex. de sentent. & re iudic. vide etiam Barto. in l. 1. ff. si tutor, vel cu rato. appella.

Exceptio proposita ante sentẽtiam à grauamine in causa appellationis, debet probari vera. c. cum I. & A. 22. ex. de senten. & re iudic.

Appellari licet à sententia in possessorio lata. Ozas. decis. 131. vide tamen decis. 147. ibid. & Ioseph. Ludo. decis. Perus. 20.

Possessorium vbi intentatum est per remed. can. reintegrandæ, & sententia est sequuta, appellatur; secùs in possessorio iure Ciuili intentato. Natt. consi. 566.

Ex persona appellati, appellãs potest prosequi appellationem Ozas. decis. 28. num. 8. Quę est communis, licet appellans illam desereret. Mago. decis. 36. Luc. nu. 34.

Appellatus etiam potest vti appellatione appellantis, licet ille ipsi appellationi renunciauerit. Craue. consi. 80 nu. 10.

Appellationi per alium interpositę, quis potest adhęrere, si sua intersit. Gui. Pap. q. 436. nu. 87.

Appellatus an se iuuare possit appellatione appellantis, vide Boer. decisio. 73. nume. 7. & 8. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 57. Aegid. Bellam. conclusio. 357 Ex eo, quòd appellatio fit cõmunis. Ioseph. d. decis. 57. Luc. & Mysing. obser. 21. cent. 2.

Appellatus potest vti beneficio appellationis partis, quando fuit simpliciter appellatum; secùs si limitatiuè in partibus, &c. vel quãdo sententia continet diuersa capita, & ab vno tantùm fuerit appellatum. Fran. Marc. q. 143. num. 13 par. 2. DD. de Rot. decis. 23. aliàs 365. de re iudic. in nouis, & Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de rescript. art. 3. gloss. 4. vide Mago. decis. 55. Rot. Flor. & Gom. Leo. decis. 72. in decisio. diuerso.

Appellatus appellationem prosequuturus, appellantem in ius vocare tenetur. Marc. quęst. 143. nu. 12. part. 2.

Appellantes omnes cõdemnati vna sententia, quorum vnus succubuit, quia non fuit prosequutus appellationem, & alter prosequutus est, ille, qui succubuit, non iuuatur appellatione alterius. Vera. decis. 37. part. 1.

Syndicus Vniuersitatis potest appellare nomine illius: idem in consortibus eiusdem litis, vbi est eadem causa defensionis; nam tunc appellatio vnius prodest alteri. Cra. cõs. 278.

Tertius tribus modis in causa appellationis interuenire potest. Andr. Gail. obser. 122.

Appellatus licet non appellet, potest tamen simul cũ appellãte suã appellationẽ prosequi, & non

& non deducta deducere, etiam si appellãs desistat, quod procedit, quando causa appellationis coram Iudice ipsius appellantis, per eum introducta fuit. Andr. Gail. obser. 122.

A sententiis Episcoporum, seu eorum Vicariorum prolatis in causis temporalibus, in terris Imperij, appellari ad Principem debet, aut ad Magistratũ secularem. Ozas. decisio 30. num. 6. vide Francis. Marc. quæstio. 355. part. 2.

A sententia Vicarij non appellatur ad illum, cuius quis est Vicarius, sed ad eum, ad quem appellaretur, si ipse Iudex ordinarius iudicasset. Ozasc. decisio 131. num. 16. vide Rom. sing. 76. Tamen quòd appellari possit à Vicario ad Episcopum, scribit Put. deci. 503. lib. 2.

Appellatur ab Episcopo ad Archiepiscopum, nisi priuilegio, vel cõsuetudine aliter demõstretur. Capic. decisio 137. num. 12.

Appellatur à Iudice Ecclesiastico habente iurisdictionem temporalẽ in feudo, ad Dominum feudi. Capic. d. decis. 137. nume. 13. vide Franc. Marc. q. 233.

Est de substantia appellationis appellare de inferiore ad Superiorem. Francis. Marc. q. 233. num. 4.

Appellare ad Legatũ de latere, omisso medio, iuris communis esse, scribit idem Marc. q. 342. num. 5. & q. 343. Aliàs appellari non potest, omisso medio. Benintent. decisio. 96.

An possit adiri Princeps per viam querelæ, vt ad illum possit appellari, omisso medio, vide eundem Marc. q. 346.

A Delegato Principis, an possit appellari ad Senatum, vel appellandum sit ad ipsum Principem immediatè, vide Marc. q. 419.

Iudex proximus superior quando haberi non potest, ad immediatum Superiorem recurrendum est. Marc. q. 370. part. 2.

Iudex secularis propter negligentiam, & abusum Iudicis Ecclesiastici, adiri potest. idem Marc. q. 371. part. 2.

Causa committitur inferioribus Iudicibus per Principem, licèt cognoscat Præfectus Prætorio: sed quando committitur alteri Iudici ordinario, nõ appellatur ad Principem delegantem, sed ad iudicem appellationis. Frãcis. Marc. q. 535. part. 2 & Caual. mille loq. 242.

A sententia nulla potest appellari: & appellatio, non expresso certo Iudice, ad quem, valet. Rot. Genu. decis. 23.

Regulariter appellare ad Superiorem, omisso medio, non potest: fallit in casibus, de quibus vide per Rebuff. in constitio. Reg. tracta. de appellatio. Tom. 3. artic. 2.

Si appelletur ad maiorem, omisso medio, valet appellatio; non tamen quo ad effectum deuoluẽdi cognitionem ad ipsum maiorem. latè Lãs. Balb. decisio. 455.

Appellationis processus ob omissam litis contestationem, non vitiatur. Mysing. obseruа. 1. centur. 1.

Appellatio gradatim est facienda regulariter, adeò quòd facta omisso medio, nõ habeat vires, hoc tamen non habet locum, quãdo medius Iudex palàm, & euidenter esset inhabilis. Mysing. obseru. 67. cent. 1. vide Harrma. c. 5. tit. de appellatio. lib. 2.

A sentẽtia Arbitratoris appellatur, seu petitur reductio illius sententię ad arbitrium boni viri, coram Iudice rei. Mysing. obseru. 61. centur. 2. vide supra tit. de Arbitris, &c.

Appellans ad Iudicem maiorem eo, quem erat appellaturus, vel parem; non ob id causam deserit, sed fit remissio ad Iudicem competentem: idem, quando appellasset Iudicem parem cum eo, qui primam tulit sententiã. Gome. Leo. decis. 75. in decisio. diuerso.

Quando appelletur ad supremam Curiã, omisso medio. vide Papon. lib. 9. tit. 1. arrest. 32.

Appellatio ab abusu admittitur, quando quis patitur grauamen à Iudice Ecclesiastico; nã tunc ab illo appellatur ad supremam Curiã tẽporalẽ, sed in quibus casib. admittatur hæc appellatio, vide Papon. lib. 19 tit. 2. arrest. 1.

Cognitio causarum appellationum subditorũ Vasalli, ad Principem, seu ad eius Officiales spectat. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaud. glo. super decreto, subditos nostros, titul. de foro competen.

Appellari an possit à subdelegato ad Principẽ delegantem, omisso subdelegante. vide Maran. in suo Spec. par. 4. dist. in ct. 5. iudic. tit. an si iudic. ciuil vel crimin. nu. 28.

Appellatur à Delegato ad Delegantem: ideò, si Episcopus Canonico causam deleget, ab eo ad Episcopum appellatur, & non ad Vicarium ipsius Episcopi. Roma. sing. 464. vide glo. in § si quis. Authen. de Sanctis Episcop.

Appellari ad priores Ciuitatis dẽt, si vacet officium Iudicis appellationis. Ant. Corse. in suis singularibus litera A. sing. 7.

Appellare ab eodem ad eundem, non põt qs, etiam auctoritate rescripti Papæ, seu Principis. August. Bero q. 8.

De appellationibus in causis criminalibus, de quibus fuit cognitum per Iudicem spiritualem, vide in sessio. 13. Concil. Triden. decret. de reformatione cap. 1. fol. 93.

In casu c. 7. ext. de p̃bẽd. & dignit. appellatur ad Metropolitanũ, omisso medio. vide d. c. 7.

Appellatur ab Episcopis Prouinciæ ad Metropolitanum, & ab illo ad Conciliũ Metropolitanum. gl. in c. multis 17. distinctio.

Appellatio ad Principem, omissis mediis, de iure Ciuili quando valeat; de iure autem Canonico ad Papam indistinctè appellatur. Bar. in l. 1. § si quis, nu. 6, ff. de appellatio.

Appellationes gradatim faciendæ sunt, sed quare, vide Andr. Gail. obser. 119. lib. 1.

A sententia Episcopi lata, extraordinaria, vel delegata iurisdictione, tantùm semel appellatur, si est confirmatoria: & quando Episcopus cognoscit vt Delegatus Principis, vel alterius, ad Delegantem appellatur. authen. si quis. C. de Episcop. audien.

Cùm Delegatus Principis subdelegat, appellatur ad illum. l. 1. C. qui pro sua iurisdictione. Quando appellatur à Delegato, vel subdelegato, ad quem appelletur, vide cap. super 27. ex. de offic. & potesta. Iudic. delega. & Andr. Gail. obser. 121. lib. 1.

Ordinario, vel alio inferiore non audiente litigatores, vel malè, illi possunt ad Principem appellare, & recurrere, aliàs secùs: quia non possunt litigantes, nô adito primo Iudice inferiore, adire Principẽ. §. si tibi quoque. Auth. de mand. Princip.

Quando Iudex Ecclesiasticus vult cognoscere de negotio spectante ad Iudicem temporalem, ab eo appellatur, veluti ob abusum. vide Aegid. Magist. tract. appellatio. veluti ob abusum, in decisio. diuerso. fol. 217.

In causis feudalibus appellari potest, sed ad quem appelletur, vide Hartma. cap. 25. tit. de appellatio. lib. 1.

Appellatio an admittatur aduersus iuramentũ litis decisiuũ, vide Ozas. decis. 61. Et appellare sine grauamine nemini licet. ibid. nume. 3.

Appellare regulariter à quacunque sententia licet. Ozas. d. decis. 61. nu. 6.

Appellatio debet esse præsidium innocentiæ. Afflic. decis. 188. nu. 6.

Cõtumax an possit appellare, & quatenus possit, an teneatur appellare à die latæ sentẽtię, vel scientiæ, vide Capic. decis. 139.

Appellandum est intra decem dies etiam à sententiis, quæ non transeunt in iudicatum. Beninten. decis. 97.

Vtraque pars à sententia appellare nô potest. DD. de Rota, decis. 47. aliàs 353. num. 3. tit. de appellatio. in nouis.

Appellatio in omnibus causis admittitur, vbi nô reperitur expressè prohibita: nam cùm illa sit species defensionis, nemini denegari debet. Vincent. de Franc. decisio. 120. nume. 4. & 5.

In habentibus causam successiuam, ex quibus grauamen reiteratur, potest qui à principio nô appellauit, appellare quandocunque. Iaffr. Lanf. Balb. decis. 11.

A sententia lata de consilio electi de partiũ voluntate, potest appellari. Iaff. decis. 453.

Appellatio valet, licèt non contineat nomen appellati. Vera. decis. 36 par. 1.

Qui statim viua voce appellauit, si intra decem dies etiam in scriptis appellet, poterit prose qui vtram velit appellationem, & vtranque simul: quia geminare appellationem non nocet, & secunda operatur quo ad differendum appellationis prosequendæ tempus; & nô ad alia. Iaff. Lanf. Balb. decis. 456. Sed an standũ sit primæ, vel secundæ appellationi, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. et quandoque appellatur, nu. 144. 145. & 150.

Si pluries appellatum sit, est in arbitrio appellãtis, quam appellationem velit prosequi, & ita iudicauit Camera Imperialis, licèt hæc quæstio sit controuersa inter Doctores. vide Mysing. obser. 7. cent. 1.

Si plures vna sententia fuerint condemnati, omnes debent appellare. Papon. lib. 19. tit. 1. arrest. 11 Fallit in causa capitali, in qua sufficit vnum appellare. idem ibid. arrest. 38.

Appellans in criminalibus, debet personaliter comparere. Papon. lib. 19 tit. 1. arrest. 31. & fin.

Tertius potest appellare à sententia lata cõtra alium. Papon. ibid. arrest. 37.

In dubio iudicandum est appellationem esse validam. Craue. consi. 278. & Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de sentent. executo. art. 7. glo. 1. num. 3.

Tempore feriarum, etiam in honorem Dei introductarum, appellatio potest interponi. Hartma. cap. 8. tit. de appellatio. lib. 1.

A sententia Arbitri, quando ex ea oritur actio, potest appellari. Barto. in l. 2. ff. de recept. Arbit. Sed an possit à sententia lata super notorio, vide Barto. in l. scriptus 4. ff. de Relig. & sumpt. funer. nu. 10.

Tempus appellationis est vtile ab initio; ideò non currit, nisi à die scientiæ. cap. biduum circa medium 2. q. 6. vide infra titu. de tempo. vtil. vel contin.

Appellatio semper cum causa admittitur, etiam in omnibus casibus, in quibus aliàs nô admitteretur. Bar. in l. 7. ff. de appellatio.

A sententia conditionali, an statim appellandum sit, vel satis sit appellare à tempore purificatæ conditionis, vide Abb. quæstio. 6. nume. 14.

Vltra tempus concessum appellanti ad prosequendam appellationem, eius hæres habet quatuor menses, qui incipiũt illi currere post tempus ad deliberandum concessum. l. fin. C. si pendente appellatione mor. int.

Appellationis tempus ipso iure nô currit, si per Iudicem stet quominus causam examinet, & senten-

sententiam proferat.§.hoc, Authen. vt spon-sal. largit.

Nulli prohibetur appellare, nisi bis appellauerit, & succubuerit, aut contumax fuerit.§.appellationes,Authen.de Iudicib.

Appellanti non licet variare,& mutare Iudicẽ, quem primò appellauit.Ozaſ.decis.131.

Appellans diuersos Iudices, coram maiori Iudice,appellationẽ introducere debet. Ozaſ. decis.131.num. 14.

Apostoli vbicunque semel super secũda appellatione concesi sunt, non licèt secundò appellare,sed de ratione vide p Ozaſ. d. decis. 131.num. 15.

Appellans reiectus ab appellatione,debet iterum appellare ab ipsa reiectione, maximè si fuerit præsens.Capic.decis.34.nu.7.& 11.

Appellans appellando consentit Iudici appellationis,nec potest ab huiusmodi consensu recedere.Aegid.Bellam.concl. 807.

Appellãs ad supremam Curiam, nõ potest prosequi aliam appellationem coram alio Iudice appellationis.Papon.lib.19.tit.1.arrest.13.

Clausula,Si & quatenus iuris sit,reddit dispositionem conditionalem.Ozaſ.deci.131.

An per talem clausulam appositam per Iudicẽ à quo,ille se priuet iurisdictione,vide Pet.Beninten.decisio.1.Franc.Marc.q 271.par. 1. & q.69 part. 2.

Appellatio alternatiua non prohibetur, dummodo intra tempus appellandi certa reddatur appellatio. Ozaſ.d.decis.131.num.8.

Appellatio effectum sententiæ extinguit. Ozaſ. decisio.131.num. 9. Sed in causa pia non impedit executionẽ.Rebuff.in constitutio.Reg. tract.de senten.prouisio.num.38. fol. 140. in præfatio. Tom.1.

Appellatio suspendit pronunciatum,quatenus respicit futurum; sed præsens extinguit.Affli. decis.188. num.5.

Cõclusio in causa in 1.instãtia facta, est suspẽsa in appellationis cã: quia appelatio rescindit omnia vsque ad testium productionem. Capic.decis.28.nu. 3. Ideò instrumenta, quæ non possunt produci in prima instantia post conclusionem,lata sententia,in causa appellationis producuntur.Capic.ibid.num. 4.

Pariter confessio criminis , quæ post conclusionem causæ non potest reuocari, lata sententia in cã appellationis interpositæ ab ipsa sententia,reuocabitur.Capic.d.decis.28. n.5. Quia appellatio reducit rem ad terminos,in quibus illa erat post litem contestatã;nõ aũt ante.Capic.d.decisio.28.num.6.Crauet. cõsi. 210.num.6.Bart.in l.13.C. de Procuraro. Et per consequens appellans potest omnia facere , quæ poterat in prima instantia post litem contestatam. Cassad.decis.12.nu.4. tit. 1.

Appellãs per appellationem deuoluit causam ad Iudicem appellationis,& est exemptus à iurisdictione Iudicis à quo. Gramm. decisio. 14.nu. 6.& 7.Guid.Pap.q.436. Constituiturq; in potestate Iudicis ad quem. Guid.d.q.436. Et Iudicis à quo , iurisdictionem suspendit. Aegid.Bellam.concl.706.

Appellatio vnius causæ in quib. impediat processum alterius, vide Boer.decis.73.nu.fin.

Appellatio tenet in suspenso causam, & secunda non extinguit primam.Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 59.

Appellans ab vno capite sententiæ , potest obtinere executionẽ ab alijs,ex quibus non appellauit. Papon.lib.19.titul. 1.arrest.29. vide Bar.in cõs.150.vol.1.Felin.consi.13.&Hartm. cap.6.tit.de senten.lib.2.

Appellatio quædam nõ rescindit , iõ illa firma remanet,sed quædam rescindit,vide Rebuff. in constitutio.Reg.tracta.de sentent. executo.art. 5.glo.2.Tom.1.

Clausula, Nil noui,non debet operari in litteris appellationis à sententia,quæ debet exequi,non obstante appellatione. Rebuff. ibid. artic.6.glo.1.num.13.

A citatione an,& quando liceat appellare , vide Rebuff.ibid.artic.7.glo.5.

Appellatio in ciuilibus in totum suspendit effectum sñiæ:idẽ in criminalibus,præter ad bona.Bal.in l.6.§. sed.ff.de his,qui notãt.infam.

Appellatio statim ea interposita,extinguit primam sententiam.Bart.in l.1.ff.de appellatio.

Appellatione interposita à sententia lata,omnis præsumptio pro sententia suspenditur. Felin.consi.49. num.15.

Qui in querela inofficiosi obtinuit , pendente appellatione,debet ex hæreditate ali.l. 27.§. de inofficioso. ff.de inoffic.testamen.

Excommunicatio an suspendatur per appellationem seq.vide glo.in l.fin. C.si à non compet. Iudi.

Facta appellatione pendente, si appellans succumbat , officio Iudicis appellationis in statum pristinum reponuntur. l. chyrographis 58. §.ab eo.ff. de administra. & peri cu. tuto. vel curat.

Appellatio non ritè interposita , non retardat executionem. l.Præses 27.ff.de re iudic.

Pendẽte appellatione frustratoria,currunt vsuræ,l.negotiorum 64.ff.de re iudic.

In pęna corporali,si Iudex exequatur suam sententiam, expræta appellatione,punitur lege Iulia de vi publ.l.lege Iulia 7.ff.ad leg.Iul.de vi publ.

Qui in accusatione desistit in cã appellationis, incidit in Turpillianum : quia prouocationis

remedio, condemnationis extinguit pronunciatum.l.1.§.reus.ff.ad Senatuscon.Turpil.

Iudex à quo quando appellationi defert, censetur transfusa omnis iurisdictio in Iudicem, ad quem.Ozaſ.deciſ.131.nu.10.

Sententia per primam appellationem reſciſſa, amplius reſcindi per Iudicem non poterit. Ozaſ.d.deciſ.131.nu.12.

Actio in appellatione poteſt mutari, & Iudex ſuper ea validè pronunciat, & per cõſequẽs ipſe Iudex, ad quem, poteſt cognoſcere vltra ea, quæ cognouit Iudex à quo. Afflic.deciſio. 53. Tamen petitorium intentari non poteſt, pendente cauſa reuiſionis ſuper interdicto retinendæ; quia Iudex appellationis non cognoſcit extra deducta in prima inſtantia.idẽ Afflic.deciſ.155.nu.3.vide Guid.Pap.q.436.& q.574.Put.deciſ.184.lib.2. Mago.deciſio.Luc. 26. nu. 37. Et reconuentio de proprietate in ipſa cauſa appellationis ſuper interdicto retinendæ, non admittitur. Afflic.d.deciſio.155. num.4. Nam Iudex appellationis de poſſeſſorio cognoſcens, de petitorio non cognoſcit, ſi alterius iuriſdictioni præiudicetur. Afflict. d.deciſ.155.num.fin.Non poteſt enim pronũciare de his, quæ coram eo agi non poſſunt. Guid.Pap.q.436.num.81.& ſing.382. Sed ſolũ de his, de quibus cognouit Iudex cauſæ principalis.Mago.dec.163. Rot.Flo.Gui.d.ſing 382.

Si ſententia contineat plura capita, ab vno poteſt appellari.Guid.Pap.q.436.nu.74.Sed tũc appellatio interpoſita ab vno articulo, non deuoluit alios, niſi cõnexos, & clauſulam expen ſarum.Boer.deciſ.73.

Iudex appellationis, an poſſit delegare, vide Aegid.Bellam.concluſ.24.

Iudex appellationis ſolùm cognoſcit ſuper deuolutis per appellationem, tamen dictum limitatur pluribus in caſibus, de quibus vide per Papon.lib.19.tit.1.arreſt.5.

Cauſa non deuoluitur, niſi in præiudicium appellantis, appellatione nulliter interpoſita. DD. de Rot. deciſio.1. aliàs 38.de electio.in nouis num 6.

Propoſita ſolùm nullitate, Iudex appellationis poteſt etiam de meritis cognoſcere. Rot.Genuen. deciſ.23.

Appellatum ſi fuerit à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, ſuſpenſo petitorio, an poſſit Iudex appellationis ſuper vtroque pronunciare, vide DD.de Rot.deciſ.15.aliàs 436.de ſenten. & re iudi. in antiq.

Cauſa appellationis, & nullitatis, vbi ſimul cõmittuntur, an cauſa appellationis veniat principaliter, vide Put.deciſ.172.lib.2.

Appellatio extraiudicialis in præſentia appellati interpoſita, deuoluit cauſam ad Curiam in beneficialibus. Vera.deciſ.35.part.1.

Iudex appellationis, quando ſententia habet plura capita, poteſt pro parte illam confirmare, & pro parte reuocare; aliàs ſecus. Andr. Gail.obſer.110.lib.1.vide cap. Raynutius, ex. de teſtament.

Appellatio, quæ admitti non debuit, ſi recipiatur, poteſt Iudex appellationis cognoſcere. Myſing.obſer.49. cent.6.

Appellare ſolùm ab vno capite ſententiæ, eſt periculoſum, verùm an appellans poſſit ampliare ſuam appellationem ad alia capita, à quibus non appellauerat, vide Papon.lib.19. tit.1.arreſt.35.& Bart. in l.appellanti 13.ff.de appellatio.vbi ſcribit pro negatiua.

Cauſa nullitatis deuoluit totum negotium ad Superiorem.Abb.conſi.55.par.2.

Cauſa nullitatis pertinet ad Iudicem appellationis, qui poteſt ſententiam pro parte confirmare, & pro parte nullam pronunciare. l. quædam 42.ff.fami.erciſ.

Cauſa nullitatis, an deuoluat cauſam principalem, & cauſa appellationis deuoluit etiã cauſam nullitatis: qa nullitas venit incidenter, & Iudex appellationis de illa cognoſcere põt. Gail.obſer.127.lib.1.

Semel deuolutum, & interrogatum in prima inſtantia, non debet amplius deuolui in cauſa appellationis, ſed de cautela pro appellato, vt cauſa appellationis citò expediatur, vide per eundem Gail.obſer.128.lib.1.

Damnatus ex multis cauſis, in aliquibus poteſt appellare; in aliis omittere.glo.fin.in l.vnica. ff nihil noui appellatio.interpoſ.

Præſumptio fit in dubio pro Iudice, qui ſententiam tulit.Afflic.deciſ.152.nu.6.

Appellare licet à ſententia expenſarum. Afflict. deciſ.188.nu.4.

Procurator, qui à ſententia contra ſe lata, non appellat, quando præiudicet domino, vide Afflic.deciſ.344. & Capic.deciſ.34.nu.6. Si nõ ſit ſoluẽdo, nõ præiudicat.Afflic.d. deciſ.344. Guid. Pap.q.436.nu.88. Sed tunc conceditur reſtitutio.Rol.conſi.91.vol.4 Idẽ ſi colluſerit cum aduerſario. Guid.d.q 436.num.88.

Intimatio appellationis interpoſitæ per Procuratorem, quãdo non valeat, vide Aegid.Bellam. concluſio. 58. Et quando quis appellat vt Procurator, quid iuris, vide Vera.deciſio. 35.part.1.num 6.

Procurator conſtitutus ad agendum, & defendendum, ac appellandum, cenſetur conſtitutus etiam ad ſecundam appellationem. Iaff. Lanf.Balb.deciſ.483.

In appellationibus, an ſcientia Procuratoris noceat principali, vel ſufficiat intimatio facta ipſi Procuratori, vide Myſing.obſer.17. cẽt.2, & infra

& infra titu. de appellatio. ab interlocut.
Procurator non potest renunciare appellationi, nisi potestatem appellādi habuerit. Gasp. Cabal. milleloq. 978.
Procurator appellans nomine principalis, cogitur prosequi appellationē nomine proprio, aut præsentare principalem. Papon. lib. 19. tit. 1. arrest. 25.
Quando appellatur per non habentem potestatem appellādi, nulla redditur appellatio, nisi fuerit ratificata intra decem dies, à die scientiæ. Craue. consi. 278. vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. et quandoque appellat̄, num. 218. fol. 504.
Procurator quando appellare teneatur, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de appellatio. art. 1. glos. 2. Quòd teneatur, habetur in l. inuitus 17. C. de Procurato.
Dominus an possit appellare, si Procurator omiserit, vide Rebuff. ibid. num. 7. Quòd possit, si ipse Procurator non sit soluendo, scribit Hartma. cap. 3. tit. de appellatio. lib. 1.
Contumacia ficta Procuratoris in non appellādo, nocet domino; secùs in contumacia vera. Rol. consi. 91. vol. 4.
Dominus appellando ratificat sententiam latā cōtra falsum Procuratorē. Gui. Pap. sing 970.
Procurator tenetur causam prosequi, & appellare: & Procurator generalis ad lites præsentes, & futuras potest appellare, & appellationem prosequi. Barto. in l. inuitus 17. C. de Procurato. vide cap. penul. ex. de Procurato.
Dominus potest appellare, etiam quando Procurator fuit verus contumax, nisi ipse dominus fuerit sciens. Bart. in l. vnica §. si Procurator. ff. si quis Iusdicenti, & in l. 9. nu. 12. ff. de in integr. restitut.
Contumacia tutoris, curatoris, vel Syndici, non aufert minori, aut Ciuitati beneficium appellandi. Bart. in d. l. 9. nu. 12.
Si causa non fuerit defensa per Procuratorem, qui non appellauit, quid iuris, vide gloss. in c. biduum 2. q. 6.
Qui allegat causas absentiæ, non cōdemnatur, nec appellare tenetur: secùs in eo, qui venit ad plenam defensionem, licèt post litem contestatam. l. liberto 32. §. litem. ff. de nego gest.
Tutor in bona causa tenetur appellare, & appellationem prosequi. l. si bonam 11. C. de administra. tuto. vel curat.
Si excusatio à tutela reiiciatur, tutor debet appellare; aliàs tenetur. l. excusationis 3. C. de excusatio. tuto. & l. quanquam 15. eo. tit. Tñ à creatione tutoris, nō appellatur, sed excusatio proponitur. l. 18. ff. de excusatio. tuto. & §. qui autē, Institut. de excusatio. tuto. & glo. ibi.
Quando Dominus pro subdito appellare possit, vide And. Gail. obser. 115. & obser. 126. li. 1.
Emptore condemnato, an ille teneatur appellare ad hoc, vt agat de euictione, vide glo. in l. Herennius 63. ff. de euictio.
Maritus cauēs de rato, pro vxore appellare potest. Andr. Gail. obser. 133. lib. 1.
Appellare licet à pronunciatione super competentia, vel incompetentia Iudicis. Guid. Pap. quæst. 10.
Filiusfam. appellare potest nomine patris sine mandato. Guid. Pap. quæst. 203. & Papon. lib. 19. tit. 1. arrest. 7.
Iudex appellationis iurisdictionē habet in territorio Ordinarij, illa tamē ligata est. Guid. Pap. q 436. num. 3.
Iurisdictio Iudicis appellationis expirat, sententia per illum lata. Guid. d. q 436. nu. 4.
Iudex appellationis succedit in locum Iudicis causæ principalis. Guid. d. quæst. 436. nume. 6. & sing 482.
Talis Iudex debet confirmare sententiam Iudicis à quo latam, expressa causa iniquá, & indebita, si secundum processum potuerit aliter sententia ferri ex alia iusta causa, quam tunc Iudex appellationis debet in sua sententia describere. Guid. d. quæst. 436. num. 12. & sing. 583.
Si sententia sit nulla, an confirmetur per appellationem, vide distinctionem, quam tradit idem Guid. d. q. 436. nu. 14.
Iudex appellationis non debet statim inhibere, donec sibi constet, quòd sit Iudex vigore appellationis. Guid. d. q. 436. num. 67. Et ante omnia debet pronunciare, an appellatio sit admittenda, vel non. Crauet. consi. 103. nu. 5.
Primò est pronunciandum super appellatione, vel eius annullatione, antequam super negotio principali procedatur, etiam si fuerit renunciatum appellationi; imò non posset ex prorogatione partium cognoscere de causa principali, antequam Iudex pronūciet bene appellatum. Boer. decis. 257.
Sententia in dubio est confirmanda, quando contra eam aliquid non deducitur. Vera. decis. 132. seu 19. part. 3.
Iudex appellationis debet seruare modum, terminos, stilum, statuta, & consuetudinem fori Iudicis à quo: quia illi succedit, vt confirmator, vel infirmator. Iaff. Lanf. Balb. decis. 469.
Pronunciare quem pro non appellante, solùm pōt suprema Curia. Papo, lib. 19. tit. 1. arrest. 27.
Reformari potest sententia etiam in fauorem eius, qui non appellauit: & sententia nulla reformari etiam potest per Iudicem appellationis, quando nullitas non respicit omnia acta vniformiter. Craue. consi. 140. nu. 8. vide consi. 270. nu. 7. ibid.

Nullitas

Nullitas sententię proponi potest coram Superiore: ideò Iudex appellationis potest, & debet cognoscere de nullitate coram eo proposita, licèt appellatio esset nulla: quia nullitas appellationis nō considerat, nec impedit deuolutionē nullitatis, illa principaliter ꝑpo sita simul cum appellatione. Crau.consi.278. circa finem.

Iudex appellationem sine causa iusta reiiciens, punitur Iudicis arbitrio. Menoch.de Arbitra. lib.2.cas.368.

Iudex appellationis debet pronunciare bene, vel malè: & sola Curia suprema post Principem, potest appellationem irritam pronunciare, & eam pro infecta haberi. & interdum annullat appellationem. Rebuff. in constitut. Reg.tract.de appellatio.art.13. To.3.fol.920. Verùm ꝙ ipse Iudex appellationis non habeat necesse dicere bene, vel malè, sed his omissis, possit condemnare, vel absoluere ex causa, scribit Hartma.cap.34. titu.de appellatio.lib.1.

Quæ opponi possint contra appellationem, & qui sint effectus ipsius, vide Rebuff.d.tract.de appellat.art.fin.fol 932.

Quatuor naturalia habet appelletio, de quibus vide ibid.Rebuff.nu.33.fol.934.

Iudex appellationis sententiam nullam debet, & potest reformare, quando nullitates non respiciunt processum; sed actum sententię solùm.vide Rol.consi.41.nu.4.

Appellans per errorem à sententia pro se lata, non ob id videt illi renunciare, vt ea rescindi debeat. Roma.sing 375. Imò tunc debet confirmari per Iudicem appellationis. Ant.Corset.in suis sing.lite.A.sing.appellatio 6.

Si appelletur à sententia ex vno grauamine nō sufficienti ad sententiam reuocandam, si alibi iustum grauamen appareat, ex illo (licèt non allegato per partem) potest sententia infirmari. Guid.Pap.sing.32. Et contrà, Iudex appellationis ex noua causa sententiam confirmare poterit, reprobatis rationibus, quibus Iudex causæ principalis motus fuerat. Marc.de Mant.sing 448.

Causa nullitatis deuoluit totam causam ad Iudicem Superiorem, vt possit sententiam reformare; sicut causa appellationis. Bart.in l.si vt proponis 4.C.quomodo, & quando Iudex.

Iudex appellationis, quando appellatur à sententia nulla, debet illam nullam pronunciare. Bart.in l. Cornelia 24.ff.de iure patron.vide eundem in l.19.ff.de appellatio.

Iudex appellationis, an possit pronunciare de iniquitate sententiæ, quando petitur nullam pronūciari, vide Bar.in d.l.24.ff.de iure patr.

Sententiā habens pro se, potest petere eam cōfirmari, licèt non sit ab ea appellatum. Bar.in l.5.§.qui opus.ff.de oper. noui nunciatio. Sed quid sit petēdum, dum partes prosequuntur appellationē coram Iudice, ad quem, vt sententia confirmetur, vel reuocetur, vide eundē Bart. in l.1.§.libelli.ff.de appellatio. nu.14.

Iudex, ad quem, si inspectis actis antiquis, & nouis, non viderit sententiam iustificari, debet illam retractare. Abb.consi.2. lib.1.

Iudex appellationis potest sententiam confirmare ex noua causa. l.fin.ff.quod cum eo.

Si occasione duorū rescriptorum, vnius in causa principali, & alterius in causa appellationis contendatur, Iudex appellationis cognoscere debet. c.dilectus 29.ex.de rescripr.

Antequam Iudex, ad quem, inhibeat Iudici à quo, ne in causa procedat, debet sibi liquere causam ad ipsum deuolutam esse. Hartma.c. 17.tit.de appellatio.lib.2.

A mulcta appellare licet. idem ibid.cap.22.

Si quis incarceratus appellet, an debeat remitti Iudici, ad quem, vel custodiri à Iudice, à quo, vide Guid Pap q.436.nu.39.

In appellatione sufficit dicere, appello ad Iudicem competētem, nemine nominato. Guid. Pap.q.436 nu.59.

Si appello à sententia, & appellatus neget eam fuisse sic latam, tunc perdit cōmodum ipsius sententiæ. Guid.Pap.d.q.436.nu.77.

Quando admittatur appellatio ab executore, vide Guid.Pap.q.436. Marc.quæst.561.part.2. & Cabal.milleloq 716.

Licèt ab executore appellare non liceat, tamē appellari potest à sententia, qua pronunciatur esse procedēdum ad incoatam executionem. Marc.q.376. & melius q.392.

Ab executore appellatur ad Iudicem, qui tulit sententiam, si executor modum excesserit: secùs si non excesserit, sed grauatus appellet ex alio grauamine, quia tunc appellatur ad Superiorem. Papon.lib.19.tit.1.arrest.34.

A mero executore nō appellatur, nisi excedat modum suæ cōmissionis: secùs in mixto, qui habet annexam cognitionem, à quo appelletur. gloss.in c.pastoralis 28. §. quia verò ex.de offi.& potesta. Iudi.deleg. facit cap.quod 15. ex.de senten.& re iudic.cum glo.ibid.

Appellationis modus, quādo Iudicis præsentia haberi non potest, qualis sit, vide per Cassad. decis.8.tit.de appellatio.

Fictè confessus auditur appellans. Capel. Thol. q.177.in additio.nu.fin.

Sententiæ iniustitia est sufficiens, vt quis restituatur ad appellandum. Aegid.Bellam.conclusio.418.

Absens, contra quem fuit pronunciatum, quando restituatur ad appellandum, & quādo ad

totam

totam causam, vide Bart. in l. ab eo 3. C. quomodo, & quando Iudex, & l. inter 9. ff. de in integ. restitutio. & ibid. Bart.

Aduersus sententiam latam in causa restitutionis, minor nõ restituitur, nisi ad appellandũ. l. 1. C. si sępi in integ. restitut. postul. sit, & l. 8. §. pen. ff. de mino. 25. ann.

Aduersus sententiam in causa matrimoniali latam, ex iusta causa restituitur grauatus ad appellandũ. c. ex litteris 4. ex. de in integ. restit.

Appellans ab aliquo grauamine, tenetur appellationem suam notificare Iudici à quo. Capel. Thol. q. 429.

Actor an ille dicatur in causa appellationis, qui fuit in causa principali, vide Benint. decis. 32.

Appellans, qui ante sententiam se contumacẽ reddidit, ad sententiam audiendam citãdus non est. Marc. q. 606. part. 2.

Clausula, Appellatione remota, non operatur respectu tituli, non comprehẽsi in rescripto. Iac. Put. decis. 147. lib. 2. De hac clausula vide ibid. decisio. 328.

Dicta clausula etiam à Papa apposita, non excludit notorium grauamen. Vera. decisio. 33. part. 1.

Clausula ipsa, nihil operatur quo ad tertiũ. Ant. Corset. in suis sing. lite. C. sing. clausula 1. c. super eo 15. ex. de offic. & potesta. Iudic. deleg. Verùm est magnæ importantiæ, sed de illa, & à quibus possit apponi, vide per Hippol. sing. 295. & Barto. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appella. non liceat.

Nemo potest cõmittere causam, remota appellatione, nisi solus Papa, vel Princeps. glos. in cap. super quæstionum 27. ex. de offic. & potestat. Iudic. delega. vide Bar. in l. cùm solutũ 15. C. de senten. & interlocut. omn. Iudic.

Clausula, Appellatione remota, facit, quòd Iudex à quo, suam sententiam possit exequi, si non sit inhibitum, sed de aliis huius clausulæ effectibus vide per Mys. sing. obser. 3. cent. 1.

Appellatione remota per statutum, in fauorem Fisci, vel alterius, si contra ipsum feratur sententia, pariter ille non poterit appellare, Mago. decis. 58 Luc.

Appellationes friuolæ reiiciendæ sunt: & statutum, vel rescriptum reiiciens appellationem, de friuola intelligitur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 197.

Sententia iniqua retractatur per Superiorem, licèt causa fuerit appellatione remota, cõmissa. c. inter cætera 9. ex. de senten. & re iudic.

Requisitio trina sufficit, vt quis habeat legitimũ grauamen denegatæ Iustitiæ appellandi ad Superiorem. Mys. sing. obser. 24. cent. 2.

De appellatione ab abusu vide in decisio. diuerso. post quæstiones Ioan. Gal. fol. 66. & ibid. in libris placit. Curiæ titu. de appellatio. fol 81.

Appellationis denunciatio extra acta facta aduersario est denũcianda. habetur ibid. lib. 11. de appellatio. tit. 10. cap. 2.

De appellationibus in causis criminalibus vide per Clar. in sua Pract. crimin. q. 94.

Quid sit appellatio, prouocatio, & relatio, vide per Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de appellatio. fol. 898. & Maran. in suis Spec. part. 6. tit. et quãdoque appellatur fol. 475. Sed quid sit querela, & quomodo accipiatur, vide ibid. nume. 124.

Inter alios casus, in quibus querela habet locũ, ille est præcipuus, quando sententia non trãsit in iudicatum, quia tunc vsque ad 30. annos possum conqueri per viam querelæ contra sententiam. Maran. d. titu. et quandoque appella. num. 115.

Qui sint illi casus, in quibus sententia non transit in iudicatũ, scripsi supra tit. quando prouocare non sit necesse, &c. vide eundem Maran. tit. et demum fertur sententia, nu. 128.

Qualiter fiat appellatio, quid cõtinere debeat, quomodo peti, quibus præsentari, & an fieri debeat in scriptis, vel sine, vide per Maran. d. tit. et quãdoque appellatur, nu. 129. fo. 400.

A quibus Iudicibus, & in quibus causis appellari possit, vide Maran. ibi. nu. 246. Sed ad quẽ Iudicẽ appellandum sit, ibid. nu. 368. fo. 526.

Quibus in casibus quis dici non possit temerè appellasse, & consequenter excusetur à pęna temerè appellantium, vide Menoc. de Arbit. lib. 2. cas. 177. & Rebuff. in constitut. Reg. tract. de appellatio. Tom. 3. art. 8. & 7.

Duplex est appellatio iudicialis, & extraiudicialis, sed in quibus differant hæ duæ appellationes, vide Rebuff. tract. de appellatio. gloss. 2. num. 51. Tom. 3.

An, & quando propter contumaciam appellatio prohibeatur, vide Dec. consi. 33.

Iudex à quo potest præfigere terminũ parti appellanti, infra quem prosequatur suam appellationẽ, si appellationi deferatur, aliàs secùs. Ludo. Roma. sing. 167.

Terminus præfixus à iure, vel ab homine ad probandum, vel opponendum in causa principali, non refertur ad causam appellationis, nec conclusio facta in causa principali, refertur ad causam appellationis. Mathes. sing. 138.

De appellationibus, & modo appellandi vide Guid. Pap. sing. 358. & 360.

Iudex, à quo fuit appellatum, potest suam sententiam defendere. Amanel de Clarisaquis sing. 24.

Libellus valet, in quo dicit sententia nulla, & si aliqua est, appellatur. Bar. in l. 4. nume. fin. C. si aduersus rem iudica.

Libel.

Libellus factus hoc mō valet, peto fentētiā pnunciari nullā,& fi aliqua eft,peto eā refcindi tanquam iniuftam. Bartol.in l.24 nume.3. ff.de iure patro.

A fententia,quę parit actionem iudicati,poteft appellari.Bar.in l.1.C.de recept.Arbit.

Non iurans de calumnia habetur pro confeffo; fed poteft appellare. Bar.in authen.principales.§.quod.C.de iureiur.propt. calum.dan.

Contumax poteft appellare. Bart.in l.properandum §. finautem reus. C. de iudic. Tamen q appellans non audiatur,fcribit glo. fi.in c.inter 20.ex.de fenten.& re iudic.vide l.properandum.§.fi quidem, & d.§. fi autem reus.C. de iudic.

Verus contumax veniens, Iudice fedente pro tribunali,reftituitur ad appellandum.l.diuus 8.ff.de reftitutio.in integ.

Verus cōtumax an pofsit appellare, vide Hart. cap.26.tit.de appellatio. lib.2.

Non auditur appellās,nifi cuius intereft. c.cùm inter 16.ex.de electio.

Recufans iuramentum,licèt caufas non allegauerit,poteft illas in caufa appellationis allegare.Barto.in l.12.§.fed iuramento.C.de reb. credit.

Qui non defert appellationi aduerfarij fui,contra ipfam appellationem non debet opponere: quia fruftra implorat legis auxilium, qui in illam committit. cap. bonæ memoriæ 23. ex.de electio.

Qui accufat,quando teneatur caufam appellationis profequi,vide Bar.in l.6.C.de his,quib. vt indig.hæred.aufer.

Appellans à fententia nulla ex defectu confenfus,eam confirmat.Bar.in l.1.nu.7. C. quando prouocare non eft necef.

In arbitrariis poffunt ferri duæ fentētiæ, fed an ab vtraque fit appellandum,& an appelletur à taxatione expenfarum,vide Barto.in l.fi cū exceptione 14. §. hæc autem. ff.de eo, quod metus cau.

Appellari quando pofsit à fententia lata de cōfilio Sapientis electi de partium confenfu,vide Bart.in l.fi conuenerit 26.ff.de re iudic.

Sufficit ad excufandum illum, qui nō apellauit, fi dicat,nō appellaffe, quia Iudex folebat appellantibus inferre quæftiones.Bart.in l.1.§.fi quis.ff.quod vi,aut clàm.

Appellans habet fententiam latam ratam,& illam confirmat tanquam fic latam, non tanquam bene.Bart.in l.cùm minor 3.§. falfus.ff. rem rat.haber.& q.17.

Procurator Fifci non debet citari ad profequēdam caufam appellationis in caufa criminali,fed accufator debet illā pfequi. Bar.ī l.1.§. reus.ff.ad Senatufconful. Turpil.

Iudex à quo, fi fuccedat in locum Iudicis, ad quem,nō cognofcit de illa caufa.Bart.in §.1. Auth.vt Clerici apud proprios Epifco.

Non appellans videtur approbare fententiam, vt fic latam,non tamen vt benè latam. Bart. q.9.num.17.

Edictum de appellationibus eft prohibitoriū, cuius natura realis eft. Bar.in fuis quæft.q.19.

Extraiudicialis appellatio duplex. Gail. obfer. 120. lib. 1. Sed quando interponenda, vide ibid.num.3.

Arripere iter ad Principē, nō habet vim prouocationis interpofitæ ab ipfo Iudice.l.1. C.vt lite pendente,& ibid.notatur per glo.

Vbi non tenet fententia ipfo iure, non eft neceffe appellare.l.1.& ibid.gl.ff.de fer.& dilat.

Crimen inultæ necis non obiicitur minoribus, fed maioribus: & appellationem interpofitā ab aduerfario minor debet profequi pietatis officio,fed de necefsitate nō tenetur;maior fic.l.minoribus 6.C.de his, quib.vt indig.

Ille,qui appellat à fententia lata contra falfum Procuratorem; videtur ratificare omnia gefta per eum.l.3.§.falfus.ff.rem rat.habe.

Qui appellat à fententia Iudicis,non debet iniuriam ipfi Iudici dicere, à quo appellauit: aliàs fit locus actioni iniuriarum. l. Iudici 42. ff.de iniuriis.

Proteftatio appellationi æquiparatur. gloff.in l. 4.ff.de reg.iur.

Iudices appellationum, & eorum Officiales in caufis appellationum, in quibus officium eft commune,in iudicando fimul examinationē facere debent,& de geftis participare.Auth. de adminift. offi.in Sacris appellatio.

Iudices debent recipere appellationes; aliàs puniuntur.§ hoc autem,Auth.vt nulli Iudicū.

Appellare licet etiam die feriato in honorem Dei.Hartma.cap.1.tit.de appellatio.lib.1.

De appellatione ab interlocutoria.

AB interlocutoria appellādum eft in fcriptis,& caufas grauaminis in appellatione inferere, nec fufficit illas in cedula prōponere. Ozaf. decif.6.& 84. nu. 13.Guid. Pap. q. 11. Bart. in l.4. ff.de appellatio.recip.vide Perilluft. D.P.Teffau.decif.54.

Appellatio ab interlocutoria debet fieri cū caufæ exprefsione,& in fcriptis: fallit in interlocutoria habente vim diffinitiuæ, in qua licet appellare,nulla cā expreffa.Nat.cōf.92. To.1.

Appellatio à proceffu Iudicis recufati ad vlteriora procedentis, an habeat vim appellationis ab interlocutoria;an verò à diffinitiua, vide Ozaf.decif.84.nu.10.

Sen-

Sententia interlocutoria ex eisdem actis rescindi debet. Afflic. decis.79 nu.3. Vel iustificari. Marc.q 708. part.2. Sed quando dictum locum habeat, vide Craue. consi.181 Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de rescript.Tom.1.art.3.gl. 4.nume.10. Maran. in suo Spec.part.6. titu.et quandoque appellar.nu.162. Menoch.de Arbitra.q 71.& Roma. sing 281. Qui limitat regulā quatuor in casibus, & alibi, sing. 404. in vno casu. vide etiam Guid. Pap.sing.1006.& Bar.in l 4.ff.de appellatio.recipien.

Clementina appellanti, non habet locum in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ. Aegid. Bellam. conclu.417 Nec procedit, quando noua exceptio, vel allegatio ex facto aduersarij oritur, minus quando grauamen non potest reparari in diffinitiua. DD. de Rot. decis.12. alias 89.de appellatio, in nouis & Iass. Lanf Bald.decis.442.

Si Iudex deferat appellationi friuolę, causa principalis apud Superiorem retineri poterit. Mysing.obser.4.cent.2.

Appellationes ab interlocutoriis sunt sublatæ, nisi in casibus à iure expressis. Guid. Pap. q. 10. de quibus vide per eundem. q.75. & etiā Mysing.obser.43.cent.4. Barto.in l.7.ff. quorum appella.nō recip. & in l.Titia 18.ff.de accusa.

Appellatio à præstatione iuramenti in Camera recipitur, licet non fuerit appellatum à pronunciatione, per quam dictum fuerat esse iurandum Mysing.obser.14.cent.2.

De iure Ciuili non potest appellari ab interlocutoria, si grauamen in diffinitiua potest reparari.Cabal.milleloq.722.vide Bart.in l.9.ff. qui satisda.cogan.Sed quando grauamen dicatur irreparabile; vide eundem Cabal. milleloq 731.cum seqq. & Rebuff.in constitutio. Reg. tracta. de sentent. executo, art, 10. glo. 1.fol.142.

Appellatio ab interlocutoria quādo, & qua de causa recipiatur, vide Menoch. de Arbitra. lib.2.cas.490.

Ab interlocutoria habenti vim diffinitiuæ appellatur, si post se aliam sententiam non expectet, vel si importat finem controuersiæ eius, de quo erat quæstio, & appellandum est eo casu, illa forma, quā appellatur à diffinitiua, & potest iustificari, vel impugnari appellatio ex nouiter deductis; sicut appellatio à diffinitiua.Mathes.sing.39.

Ante litem contestatam potest in aliquibus casibus appellari, sed qui sint isti casus, vide Barto.in l.cum solitum 15 C.de senten. & interlocut.omn.Iudic.

Ab interlocutoria, quæ fertur post diffinitiuam sententiam, appellatur: & appellari potest ab eo, qui male interpretatus fuit suam sententiam. Bart.in l.ab executione 5, C. quorū appellationes non recipi.

Appellatur ab interlocutoria lata super ætate. Bar.in l.44 ff.de mino.25.ann.

Appellari ab interlocutoria, quo casu possit de iure Ciuili, & Iudicis officiū, à quo ab interlocutoria appellatur, quale esse debeat; vide Bar.in l.40.ff.de minor.25.ann.

Iudex, si post vnam interlocutoriam, aliam protulerit, ab hac vltima potest appellari, si pars grauetur.Bar.in l.cum Procurator 13. §. si dominus.ff.de oper.noa.nunciat.

Appellari potest à quacunque interlocutoria, & ab omni grauamine de iure Canonico. Bart.in l.quod iussit.ff.de re iudic. nu.13. Sed iure Ciuili ab illa tantum, quæ non potest reparari in diffinitiua. Barto. ibid. nu. 14 vide eundem Bar.in l.2.ff de exceptio.rei iudic. & Andr.Gail.obser.129.lib.1.

Ab interlocutoria, quæ quasi totam causam dirimit, & in aliis præiudicium parat, potest appellari, & pendente appellatione ab interlocutoria Iudicis officiū conquiescit super principali, & tempus in ea non currit: & vbi appellās ab interlocutoria succumbat, causa remittitur primo Iudici.l. infra 40 ff. de minor.25. ann. Nam si Iudex, ad quem, pronunciauerit bene interlocutū à Iudice, à quo, desinit esse Iudex, ita quod cognitio negotij principalis redeat ad Iudicem, à quo.Guid. Pap. q. 436. nū.37.vide Andr.Gail.obser.129.lib.1.

Iudex appellationis non debet cognoscere, nisi de articulo, à quo fuit appellatum ab interlocutoria, nec appellans poterit aliam causam addere; secus quando appellatur à diffinitiua.Guid.Pap.q.574.

Articulus grauaminis in appellatione ab interlocutoria prius debet expediri, quam de negotio principali tractetur.DD.de Rot. decis. 23. alias 337. de rescript in nouis, Mysing.obser.79.cent.3.vide Mago.decis.63 Rot.Flore. & Rot.Auenio.decis.102.in decisio diuerso.

Appellans non potest, inuito appellato, procedere in negotio principali, omisso articulo grauaminis.DD.de Rot.decis.67.alias 716. in antiq. Contrariū tamen habetur in decis.71. eod.tit. Sed quid in appellato, vide Tho.Fast. decis.cano 61.

Valet sentētia lata in negotio principali, omisso articulo grauaminis appellationis, parte non opponente.Put.decis.150.lib.1. Quia processus Iudicis appellationis, de tacito cōsensu partis sup negotio principali, valet, omisso articulo grauaminis. Vera decis.60.part.1. nu.6 Andr.Gail.obser.136. DD.de Rot. decis. 67.alias 716 titu.de appellatio. in antiq.vide eadē Rot.decis.23.alias 237.tit.de rescript.in nouis.

nouis. Ideò quando Iudex appellationis cœpit cognoscere de negotio principali, parte appellata non reclamante, potest de ipso negotio cognoscere, omisso articulo appellatorio ab interlocutoria. Craue. consi. 23.

Si exceptio iurisdictionis exclusiua (ꝓpter quã fuerat appellatũ) probetur vera, Iudex appellationis non debet de principali negotio cognoscere; sed supersedere. cap. olim 7. ex. de exceptio.

In causa appellationis ab interlocutoria, nõ habet locum reg. Non probatum probabo. Bar. in l. ait Prætor 7. ff. de mino. 25. ann. nu. 4.

Vtrum appellans ab interlocutoria, posfit (pendente termino ad dandum apostolos per Iudicem, à quo, præfixo) interim releuare ejus appellationem, ac post inhibitionem in vim litterarum releuationis factam, & processurã coram Iudice, ad quẽ, eosdẽ apostolos in termino petere, vide Boer. decis. 256.

Iudex reuocans grauamen post appellationem ab interlocutoria, remanet Iudex, sed tũc an acta facta coram Iudice, ad quem, valeant, vide Boer. d. decis. 256.

Iudex tertius super appellatione ab interlocutoria cognoscens, ad quem debeat in meritis causam remittere, nempe ad secundum, vel primum Iudicẽ, vide Aegi. Bellam. concl. 35.

Quando appellatur ab interlocutoria, & Iudex appellationis pronunciat bene appellatum, non potest remittere causam Iudici, à quo. Marc. q. 325. part. 2. Sed ipse Iudex appellationis debet cognoscere de principali negotio. Bart. consi. 220. vol. 1. Quamuis appellans per viam renũciationis posfit, re integra, ad primum Iudicem redire Marc. d q. 325.

Quando est appellatum ab interlocutoria ante diffinitiuam, & Iudex delegatus ad illam causam appellationis, pronunciauit bene appellatum, & malè interlocutum, poterit etiam ipse Delegatus de causa principali cognoscere, sicut potest Ordinarius. Iaff. Lãf. Balb. deci. 22. Et aliter faciẽdo, dicitur grauare partem appellantem. Mago. decis. 63. Rot. Flor.

Appellans ab interlocutoria, si post appellationem reuertatur ad Iudicem, à quo, & coram eo aliquem actum fecerit, appellationi renũciare videtur, nisi ille actus impugnaretur à parte aduersa, corã illo Iudice, à quo. Ludou. Roma. sing. 151. Quod dictum limitatur, etiã in tribus aliis casibus, per eundem Roman. sing. 777.

Si appellans ab interlocutoria in illa succubuerit, cognitio causę principalis remittitur. Rot. Auen. decis. 102. in decisio. diuerso. & Bart. in l. eos, qui. ff. de appellat. nu. 5. Sed quid, si primus Iudex successerit in locum Iudicis; ad quem, vide Bart. in d. l. eos, qui 6. C. de appellat. nume. 6.

Appellari potest ab interlocutoria Vicarij ad Episcopum; secùs à diffinitiua. Put. decisio. 503. lib. 2.

Appellatio ab interlocutoria, non suspendit Iudicis iurisdictionem, & per consequens sentẽtia lata post ipsam appellationẽ, non est nulla. Vera. decis. 34. part. 1.

In appellationibus, an scientia Procuratoris noceat principali, vel sufficiat intimatio facta ipsi Procuratori, distingunt Doctores, videlicet, si Procurator solùm generale mandatum habuerit, eius factum, sine scientia, non prejudicat domino ignoranti: si verò speciale ad causam, in qua appellatum est, habuerit, eius sciẽtia illi pjudicabit. Mysing. obser. 17. cẽt. 2.

Appellatio ab interlocutoria, eximit appellantem à iurisdictione Iudicis, à quo. Craue. cõsi. 103. nume. 6.

Procurator licèt non teneatur prosequi appellationem à diffinitiua, tenetur tamen illam prosequi ab interlocutoria. Bar. in l. cù n Procurator 13. ff. de oper. nou. nunciatio.

Lata sententia in causa appellationis interlocutoriæ, est interlocutoria. Bart. consi. 220. vol. 1.

Vide de materia etiam supra tit. prox.

De appellatione à sentẽtia diffinitiua.

Appellatione non interposita, subuenitur victo ex falsis instrumẽtis, seu testibus, per restitutionem in integrum l. 2. C. si ex fals. instrumen.

Appellari potest à diffinitiua, etiam ex hac sola causa, vt nõ probatum probetur, & non allegatum allegetur, licèt attentis agitatis, sententia non sit iniqua, tamen non per hoc poterit appellans aliquid noui petere, quod in primo iudicio petitum non sit. Iaff. Lanf. Balb. decis. 452.

In causa appellationis, an admittẽdi sint testes super antiquis, vel directò contrariis articulis, non obstante publicatione in prima instãtia facta, vide Mysing. obser. 41. cent. 1.

Licèt iure cautũ sit exceptiones peremptorias solùm posse opponi vsque ad sententiam, attamen, quando iustis de causis in prima instãtia non fuerunt oppositę, opponi poterunt in secunda. Menoch. consi. 322. lib. 4.

Allegans in appellatione sua vnam causam, potest ab illa recedere, & aliam probare: quia potest prouocationem suam quibuscunque modis iustificare. Abb. consi. 97. par. 1.

Appellans ab interlocutoria, potest iterum appellare à diffinitiua, si Iudex processerit ad illam. Hartma. cap. 18. tit. de appellatio.

Vl.

Vigore illius reg Non probatum probabo, &c. potest de nouo deduci aliquid, quod respiciat causam principalem; non autem, vt de nouo aliquid petatur. Mago. decis. Luc. 53. numer. 13. vide in libris placit. Curiæ lib. 11. tit. 10. cap. 7. in decisio. diuerso. Vbi etiam de differentia probationis, quæ fit in causa appellationis, & illius, quæ fit in prima instantia: Nam in causa appellationis recipi non debet noua petitio: quia in illa libellus mutari, vel emendari non potest: Iudex enim appellationis solùm habet iurisdictionē circa ea, quæ in prima instantia fuerunt tractata. Crauet. consi. 273. num. 7.

A sententia interlocutoria appellatur in scriptis, inserta causa; sed à diffinitiua sufficit appellare viua voce. Guid. Pap. q. 11.

Differt appellatio à diffinitiua, ab appellatione ab interlocutoria: quia hæc vltima debet continere causas grauaminis; secùs in prima. Maran. in suo Spec. par. 6. titu. et quandoque appellatur, nu. 153. Sed ambæ reg. limitātur, vt ibidem, num. 155. & seqq. vide Rebuff. in constitutio. Reg. tractā. de appellatio. articu. vltim. Tom. 3.

Alia (inter cæteras) est differentia, quia appellatio à diffinitiua potest iustificari ex nouiter deductis; sed appellatio ab interlocutoria non potest: ideò à diffinitiua potest appellari, etiā si iustè lata fuerit; secùs est in appellatione ab interlocutoria. Marā. ibid. numero 159. Sed etiam ambæ reg. restringuntur, & limitātur pluribus in casibus, de quib. vide ibid. num. 162. & seqq.

Sententia, à qua est appellatum, non statim præsumitur bene lata, nec iustificatur ex se, nisi processus productus, aut noua saltē ꝑducta eam iustificent. Aegid. Bellam. cōclusio. 89. vide supra tit. de appellatio. in genere.

Iudex ordinarius appellationis, primi Iudicis sententiam reformare potest ex noua causa. Frāc. Marc. q. 707. part. 2. Bart. in l. 8. ff. quod cum eodem, vide supra titul. de appellat. in genere.

In appellatione à diffinitiua etiā cognoscitur, & definitur grauamen illatum per interlocutoriam, à qua non fuerat appellatum. Iaffre. Lanf. Balb. decisio. 133.

Tertius pro suo interesse intra decem dies à tempore scientiæ appellare potest, etiam quando sententia transiuit in iudicatum. idē Iaff. decisio. 134.

Ab eadem sententia potest appellare, nedum reus victus, verùm enimuerò tertius, cuius interest, & poterit sententia quo ad eum nihil de iure suo docentem, confirmari, & quo ad tertium rationabiliter appellantem, infirmari. cap. cùm super controuersia 17. ext. de sentent. & re iudic.

Licèt appellatio admitti non debeat, vel super illa procedi, quia sententia transierit in iudicatum, si tamen de facto fuerit recepta per Iudicem, ad quem, & corā eo fuerit per partes processum in causa ipsius appellationis, poterit ipse Iudex cognoscere, & pronunciare super ipsa appellatione. idem Iaff. decisio. 244.

Ab omissa expensarum condemnatione potest appellari, nisi victus appellauerit, quia tunc victor non potest appellare: cùm in causa appellationis sui aduersarij prosequi grauamē appellationis poterit: quod fallit, si victus tātùm appellasset in partibus contra se facientibus: nam tunc victor debet appellare respectu expensarum, nec militat hoc casu l. fi. C. quorum appellatio. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 458. vide Mysing. obser. 22. cent. 2. Cabal. milleloq. 971. & Borg. Caual. deci. 15. nu. 8. de iudic.

Vbi plures eadem sententia sunt condemnati in causa ciuili, licèt eadem sit causa defensionis omnium, tamen appellatio, & victoria vnius nō ꝓdest cæteris, q̃ tacitè, vel expressè acquieuerūt sententiæ. idem Iaff. deci. 460.

Si pendente appellatione, trāsigatur, Iudex appellationis (non discussa causa principali) iuxta conuentionem debet pronunciare. l. tale pactum. ff. de pact.

Statutum prohibens appellationem, & nullitatem, non intelligitur de sententia notoriè, & euidenter iniqua, & iniusta, vel nulla. Borg. Caual. decisio. 12. de iudi.

Sententia nulla quando possit per Iudicem appellationis confirmari, vide eundem Borgn. decisio. 25. de iudic.

Sententia potest confirmari in causa appellationis, quo ad merita causæ, licèt prima sententia esset nulla ex defectu ordinis iudicij, quia fuerit lata in die feriata. Abb. consil. 97. part. 1.

Victo non appellante, potest victor appellare pro sumptibus. Bar. in l. omnem 10. C. quando prouocare non est necesse.

Sententia à qua fuit appellatum, retractatur, si constet testes, (ad quorum dicta tantùm fuit lata) conspiratores fuisse, & contradicente parte receptos. c. cùm I, & A. 22. ext. de senten. & re iudic.

Appellatione interposita à sententia, ea pendente, sententia, & eius effectus extinguuntur. Bar. in l. 6. §. 1. ff. de his, qui notā. infa. vide supra tit. de appellatio. in genere.

De reuisione, supplicatione, euocatione, & recursu.

Reuisionis causa est ad instar causæ appellationis. Afflic.decis.231.

Acclamari potest à sententia Imperatoris pronūciantis iuxta alterius relationē, vt per Præsidem Prouinciæ: quia tunc dicitur prouocatum aduersus errorem, imperitiā, seu dolum Relatoris malè informantis. Gram.decis.35.

Supplicare alicui non licèt secundò à sententia Præfecti Prætorio, cuius Præfecti vices repræsentat Senatus, Guid. Pap. q. 345. & Vincen. de Fran.decis.193.

Quando denegatur remedium appellationis, datur recursus ad Principem per reuisionē, in cuius causa possunt omnia fieri, quæ poterant in causa appellationis, licèt differat causa appellationis, & cā reuisionis; nā in ipsa causa reuisionis non suspenditur executio, præstita fideiussione. Pet.Beninten.decis.78. Sed appellatio iudicatum suspēdit. Gasp.Cabal.milleloq.752.

Vbi supplicatur Præfecto Prætorio intra decem dies, non mandatur sentētia executioni sine satisdatione; secùs si supplicatur post decem dies. authen. quæ supplicatio, C. de precib. Imper.offeren.

Reuisio reuisionis, an sit per Principem parti petenti cōcedenda, vide Perillustr.D.P.Tessau. decisio. 246. Pro parte negatiua, scribit Afflic.decis.231.nu.fin.

Statuta causę appellationis, habent etiam locū in causa reuisionis, seu supplicationis interpositæ à sententia Præfecti Prætorio. Marc.q. 143.part 2.

Arrestum, seu sententia Supremæ Curiæ, non retractatur, nisi per propositionem erroris, sed an, & quando admittatur reuisio à tali sentētia per requisitionem ciuilem, vide Papon. lib.19 tit.8.arrest.3.& seqq. Vbi plenè de causa reuisionis.

Conscientiæ alicuius si fuerit causa commissa, ab eo non appellatur, tamen per modum reuisionis Superior poterit sentētiam reformare. Rebuff.in constitutio. Reg. Tom.3.tract.de adiunctionibus, glo.2.fol.728.

Appellatur à Delegato ad Delegantem, sed an à sententia Senatus, cui Princeps delegauit causam, appelletur, vel supplicetur, vide Frā. Marc. quæst.73. Quòd tantùm supplicetur, scribit idem Marc.quæst.535.part.2.vide ibi. quæst.537.

Quando à rescripto Principis non appellatur, à sententia pariter non appellatur, sed supplicatur. vide Papon.lib.19.titu.1.arrest.8.

Duplex est supplicatio. Rebuff.in constitut.Reg. tract.supplicat.quæstio.1.in præfatio. fol.390, Quid sit supplicatio, vide ibid.num.9.q.2. Cur sit inuenta, nu.14.quæstio.3. Quomodo introducatur, ibid.num.16. quæst.4. Qui illam postulare posit, nu.25.q.5. A quibus supplicandum sit, num.27.q.6. Sed arrestum an sit exequendum, pendente reuisione, vide ibid. Rebuff.nu.38.q.7.

Quando supplicatio concedatur, vide Rebuff. in d.d.constitutio.Reg.d.tract. de supplicatio. in præfatio.num.45.quæst 9. Quibus in casibus denegetur.ibid.num.55. Supplicatio ex eisdē actis iudicatur.ibid.num.80. Quæ sint differētiæ inter appellationem, & supplicationem, vide ibid.nu.84. Cautio in executione sentētiæ, cuius reuisio fuit intentata, an danda sit, ibid.num.89.

Supplicatio conceditur de gratia, & literæ patētes errorum præpositione requiruntur. idē Rebuff.d.tracta.de supplica. & erro. proposi. art.1.glo.10.fol.312.

Supplicatio reiicitur post arrestum in possorio latum.idem Rebuff.ibid.art.3 glo.1.fol.319.

Supplicatio pauperis, licèt non fiat depositum, recipi debet.ibid.art.5.glo.1.fol.319.

Supplicatio, non appellatio, permittitur aduersus sententiam Præfecti Prætorio, & tantùm semel.l. si quis. C. de precib. Imper. offeren. Licèt posit peti in integrum restitutio. l.vnica.ff.de offic. Præfec.Præto.

Qui renūciauit appellationi tacitè, vel expressè, non potest aduersus sententiam supplicare.l.fin. C.vt lite pendente.

A sententia Præfecti Prætorio non appellatur, sed intra bienniū Principi supplicatur. l. vnica.C.de senten.Præfec. Præto.

Licèt sit sublata formalitas appellationis, tamē recursus nō intelligitur sublatus. Tho.Minad. decis.27. Nam appellatione remota, poterit adhuc ad Principem haberi recursus per viā querelæ. Natt.consi.172.

Qn̄ causa est deuoluta ad Curiā, nō pōt trahi de illa, nisi ex certa sciētia Superioris, quia qn̄ Superior cępit cognoscere, alius se intromittere nō debet. Mohed.decis.320 Nisi à Superiore, seu Principe causa remittatur. Mago.deci. 90.Rot.Floren. & Natt.cons.51.nu.11.Tom.1.

Aduocatio causæ facta per Superiorem, operatē nullitatem postea gestorum per Iudicē. Beninten.decis.41.vide tamen ibid.

Ad hoc, vt causa aliqua p viā denegatæ, vel dilatæ Iustitiæ, ad Camerā Imperialē deuoluatē, quæ requirātur, vide Mysing.obser.57.cent.3.

Superior causam corā inferiore suo Iudice pendentē in eo statu, quo est apud illum Iudicē ad

ad se motu proprio, vel ad partis instantiam, euocare potest, quo facto statim iurisdictio Iudicis cessat, & processus inde factus remanet nullus. Andr. Gail. obser. 41. lib. 1.

Quot modis accipiendum sit verbum hoc, euocare, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de euocatio. in praefatio. fol. 262.

Quid sit euocatio, vide ibi. nu. 9. q. 2. Quotuplex, nu. 11 q. 3. Quando fiat, num. 28. Quis euocare possit, nu. 36. Quando iure fiat, nu. 57. q. 4. Quae causae allegari ad euocationem possint, ibid. nu. 65. Quis euocationem impetrare, nu. 75. q. 8. ar. 1. Qñ acta facta ante euocationẽ valeant, nu. 78. q. 9. d. art. 1. Quae sint differentiae inter euocationem, & appellationem, nu. 92. q. 11. art. 1. Et quae inter euocationem, & supplicationem, num. 115. ibid.

Rationes, cur euocatio passim non sit permissa, vide p Rebuff. d. tract. de euocat. art. 2 fo. 275.

Quae causę euocationis probari dẽant, ibi. n. 11.

Quid sit reclamatio, & supplicatio, in qbus differant ab appellatione, & prouocatione, vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. et quandoque appellatur, fol. 475.

Si vnus ex pluribus appellauerit.

Appellatio vnius ex pluribus reis, an aliis prosit, vide Rot. Auenio. decis. 60. in decisio. diuerso.

Appellatio vnius ex reis condemnatis, suspendit executionem quo ad alios, in causa criminali. vide Papon. lib. 24 tit. 5. arrest. 13.

In actione hypothecaria, vnus ex pluribus non pôt appellare. vide Papon. lib. 7. tit. 7. arrest. 2.

Appellatio vnius quãdo prosit aliis, vide Bar. in l. vnica. C. si in communi, eademq; cau. gl. fi. in l. si qui 10. § quod est. ff. de appellatio. & relatio. Et victoria vnius, an prosit aliis in causa communi, vide Bart. ibid.

Appellatio vnius prodest aliis, si cõi iure iuuantur: idéq; sit negotiũ, & eadem defensionis causa, aut eadem sententia condemnatoria; aliàs secus. c. pen. ex. de appellatio.

Vide de materia, supra tit. de appellatio. in gñe.

Matheus Mathesilanus scripsit ad leges huius titul. & talia scripta reperiunt impressa post sua singularia.

Si de momentanea possessione fuerit appellatum.

Quando sententia possessoria mãdetur executioni, non obstante appellatione, vide Rebuff. in constit. Reg. tract. de senten. executo. art. 8. gl. 3. Iudicium momentaneę possessionis quare sic dicatur, & qualiter circa illud procedatur, vide Bartol. in l. 3. C. qui legit. perso. stand. in iudi. habe.

In causa momentaneae possessionis, admittitur quis sine mandato, & si amittat, non praeiudicat domino. Bart. in l. 1. C. si per vim.

Appellatio licèt non admittatur in causa momentaneae possessionis, tamen quando quis condemnatur ad interesse ratione possessionis non restitutae, potest tunc appellari. Bartol. in l. creditor 28. §. iussus. ff. de appellatio.

Quando, & qualiter appelletur à sententia lata in causa possessionis, vide plenè per Bart. in l. 2. ff. de appellatio. recip.

De iure Canonico potest appellari à sententia lata super possessorio; secùs de iure Ciuili. Hartma. cap. 24. tit. de appellatio. lib. 2.

Vide de materia in tit. seq.

Appellationes quorum non recipiantur.

Appellatio à mandato de exequendo, non admittitur, nisi quando tertius comparet, & opponit de iure suo, super quo est discutiendum. Vera. decis. 40. part. 1.

Reclamatio à reuisionali arresto, non admittitur. Afflic. decis. 231. nu. fin.

Multi sunt casus, in quibus, non obstante appellatione, sententia mandatur executioni, de quibus vide per Afflic. decis. 261.

An appellari possit à sententia lata super executionẽ sententiae. vide Guid. Pap. q. 574.

Appellari non potest à pronunciatione de exequendo sententiam. Rolan. consi. 43. volum. 1. Fallit, si Iudex excedat modum, quò d contingere potest altero ex quatuor modis, de quibus vide per Rol. ibid. nume. 6. Et tunc causa excessus debet specialiter nominari in appellatione. Rol. ibid.

Appellare vt quis possit nomine alterius in causa exequutiua, non sufficit mandatum generale ad lites, sed requiritur speciale, & indiuiduum ad appellandum ab executore. ibid. Rolan. num. 11.

Ab executore non appellatur; sed qdẽ ab iniqua sententiae interpretatione, & tunc solùm de iniustitia interpretationis quaeritur. l. ab executore 4. ff. de appellatio. & rela.

Statutum, ne appelletur ad Supremum Iudicẽ, non valet; ꝙ aliter in pacto de appellando. Mysing. obser. 14. cent. 1.

Licèt remoueatur appellatio virtute statuti, nõ

ob id censetur remota nullitas, cuius respe-ctu eo in casu, admittitur appellatio. Guid. Pap.quæst.38.

Statutum, vel decretum prohibens appellare ab interlocutoria, intelligit in casu, quo grauamen illatum per interlocutoriam, est repa rabile per appellationem à diffinitiua. Natt. consi.172.Tom.2.

Appellatione remota, non videtur remota illa appellatio, quæ interponitur propter manifestum, & notorium grauamen, quod procedit etiā in statuto prohibente appellationē. Natt. d.consi.172.nu.4. vide August.Bero.q.52.Idē, si fuerit pronunciatum dolo, vel culpa.Natt. d.consi.172.nu.6.

Remed.l. fi.de edicto diui Adria. est fauorabile: ideò in eo appellatio non admittitur, etiam stante statuto permittente, vt in causa possessorij liceat appellare.August.Bero.q 44.

Exceptio trium conformium sententiarum, in Camera Imperiali non attenditur, sed appel latio nihilominus admittitur. Mysing. obser. 15.cent.1.Secùs in hac Patria, attento decreto, de quo vide per D.P. Tessa. decis.122. Sed quando sententiæ tres conformes dicantur, vide ibid.d.decis.122.& decis.228.

Appellatio si à sentētia nō concedatur, an possit ab incidentibus ante sententiam appellari, vide Vincen.de Fran.decis.408.part.2.

An possit appellari à sententia super possessorio, vide Crescen.decis.5. aliàs 120.tit.de appellatio. Ozasc.decis.25.& decisio.131. num. 3.Capic.decisio.34. Pet.Beninten. decis.131. & supra tit.prox.

Possessorium vbi intentatum est per remedium cano. reintegrandæ, & sententia est prolata, ab illa appellatur; secùs in possessorio iure Ciuili inducto.Natt.consi.566.vide tamen Rol. consi.77.volum.2.Nam de iure Ciuili à sentētia super simplici possessorio lata, non appel latur; secùs de iure Canonico.Guid.Pap.sing. 356.vide supra tit.prox.

Constitutio prohibens appellationem, an habeat locum etiam in Delegatis, si appelletur ad Papam, vide Crescen.decis.1. aliàs 307.tit. de constitutio.

Appellari non potest ab his, quæ Iudicis arbitrio relinquuntur. DD. de Rot.decisio.47. de appellatio.in nouis, aliàs 353.vide Menoch. de Arbitra.q.7.

Si Iudex, ad quem vt bonum virum recurritur, pronunciet bene, vel malè arbitratum, à sua sententia non potest appellari. Guid. Pap. q. 436.num.84.Bart.q.19.& in l.1.de legat.2.nu. 18.vide tamen Beninten.decis.15.

Conscientiæ alicuius si fuerit causa commissa, ab eo non appellatur. Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de adiunctionibus, art.1.gloss.2. fol. 778. Sed requiritur, quòd is, cui sic causa fuit commissa, iuret suam conscientiam sic dictare.Rebuff.ibidem.

Vbi est iuratum ante sententiam diffinitiuam, appellare non licet.Ozasc.decis.8.nu.7.

A sententia declaratoria prolata post iusiurandum voluntarium delatum parte parti, & à Iudice approbatum, non licet appellare.Menoch.consi.217.lib.3.Ideò sacramento si causa decidatur, nō erit locus appellationi, sed quando posset prouocari, quomodo procedendum sit, vide Bart.sing.155.

Appellare non licet à causa, quæ celeritatē desiderat.Gram.decis.58.nu.15.

Quando non admittatur appellatio, vide Maran.in suo Spec.part.6.titu.et quandoque appellatur, nume.248.& seqq.Rebuff.in constitutio. Reg. de sentent. prouisio. in præfatio. nume. 142. fol. 150. & tractat. de appellatio. Tom. 3. artic. 7. gloss. 2. fol. 914. Vbi scribit viginti casus, in quibus non admittitur appel latio, vide etiam Rol.consi.77.lib.2.

Confessus, & conuictus, an sit exclusus à beneficio appellandi, vide Gramma. decisio. 36. nume.29.

Appellatione remota, poterit adhuc Principi supplicari, & ad eum recursus haberi per viā querelæ Natt.consi.172.num.9.

Appellari, sicut à sententiis Imperatoris non potest, ita nec ab his, qui de iure, vel de facto Superiorem non recognoscunt. Natt. consi.608.

Prorogatio in Iudicem, à cuius sententia non appellatur, si fiat, ab eo in causa prorogata, appellari non potest.Ludo.Roma.sing.11.

Appellari non potest à sententia condemnationis expensarum, lata ex magno interuallo post sententiam interlocutoriam, propter quam expensæ petebantur. Roma. sing. 85. Neque à taxatione expensarum. Barto. in l. omnem 10.C.quādo prouoc. non sit necesse.

Appellari non potest à pęna legis; sed quidē à pęnæ declaratione à Iudice facta, Lud.Rom. sing.216.

Appellari non pōt à sententia lata super causa, quæ celeritatem desiderat: fallit in causa mixti Imperii, vt est cautio dāni infecti.Lud. Roma.sing.782.

Matheus Mathes. scripsit ad leges C. huius titu. vide post singularia ipsius.

Appellare non potest Officialis, si fuerit condēnatus de delicto commisso in officio, cuius erat Officialis.Pet.de Rauen.sing.31.

Appellatio an sit recipienda, vel non, plenè debet examinari, causa cognita.idem de Raue. sing.32.

Si Iudex

Si Iudex detulerit appellationi in casibus in quibus, in causis criminalibus non potest appellari, talis appellatio deuoluit: quia per talem delationem sibi est iurisdictio abdicata. Pet. de Rauen. sing. 40.

Ille, qui defert iuramentum, siue iuretur, siue referatur, non potest appellare. idem, sing. 504.

A sententia sortis, non appellatur, quia non habet sors Superiorem. idem, sing. 673.

Condemnatus ex præsumptione iuris, vel de iure, appellare non potest. Hippol. sing. 116.

Appellari non potest à sententia lata ad pias causas, & causa alimentorum dicitur causa pia. Marc. de Mant. sing. 2.

A sententia interlocutoria non licet appellare de iure Ciuili; secus de iure Canonico. Aluis. de Albertis sing. 85. vide supra tit. de appella tio. ab interlocutoria.

A sententia lata in interdicto, quorum bonorum, non appellatur. Bart. in l. 1. C. quorum bonorum, num. 13.

A correctione legitima nō appellatur, nisi modus excedatur. c. ad nostram 3. ext. de appellatio. Quia appellatio non est vinculum iniquitatis; sed oppressorum leuamen. glo. ibid.

Ab eadem sententia alicui tertiò appellare non licet. c. tua nobis 65. ex. de appellatio.

A quibus Iudicibus prouocare non liceat, vide l. c. à Iudicibus, & seq 2. q. 6.

Quorum appellationes non recipiātur, vide in cap. ei, qui appellauit. §. sunt etiam. 2. q. 6.

Appellari non potest à sententia Principis; sed à sententia eius Delegati, sic Bar. q. 19.

Appellari an posit à sententia lata super supplicatione porrecta contra sententiam, à qua non erat licitum appellare, vide Bar. ibi. nu. fin.

In tribus casibus, de quibus in l. 16. ff. de appellatio. non appellatur.

Verus contumax non appellat. l. 23. §. fi. ff. de appellatio. vide tamen l. 28. §. iussus. eo. tit. & supra tit. de appellatio. in genere.

Quæ sint appellationes, quæ non recipiantur, vide gl. in §. nostros. Authen. de Iudicib.

A Iudice delegato de consensu partium potest appellari. l. 23. ff. de appellatio.

Deuolutio causæ appellationis ad Superiorem, impeditur multis modis, de quibus vide per Hattma. cap. 17.

Nihil noui, lite, vel appellatiōe pēdēte.

Licèt ante litem motam quis possit propria authoritate aliquid facere ex pacto, vel aliàs, tamē hoc illi nō licet post litem motam, imò hoc casu attentata, lite pendente, reuocātur. Affl. decisio. 131.

Iudicis officium est implorandum, ne quid, lite pendente, innouetur. Affli. decis. 156. & Thō. Minad. decisio. 8.

Vniuersitas alicuius loci prætendens pascua, seu ius pasculandi, aquandi, & lignādi in territorio alterius loci iure communionis antiquissimæ, an debeat manuteneri, lite pendēte, vide Capic. decis. 189.

Lite pendente possessor priuari, vel turbari non debet, etiam si contra ius commune, vel iniustè possideat. Capic. d. decisio. 189. & decis. 209. num. 13. Craue. consi. 1. pro genero, num. 4. vide tamen ibid. num. 214. Imò possidens, lite pendente, debet manuteneri in sua possessione; sed quid, si Fiscus agat, vide Guid. Pap. q. 366. & de materia infra tit. de acquir. possess. lib. 2.

Lis dicitur pendere, per solam commissionem, & decretum citationis, quo ad eum, qui impetrauit, & decretum obtinuit. Cassad. decisio 6. tit. 1.

Lis ita dicitur pendere per cōmissionem, sicut quando citatio est legitimè exequuta; idem Cassad. decisio. 1. tit. vt lit. penden.

Licèt regulariter, pendēte lite nihil sit innouandū, tamen aliquā ex iusta causa prouidetur per modum prouisionis alteri parti, sed quādo, & in quibus casibus, vide per Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. prouisional. in præfatio. & Boer. decis. 324.

Sicut pendēte causa appellationis, nihil est innouandum, ita nec etiam pendente causa principali. Guid. Pap singu. 1000.

Lite pendente, nihil noui ab altera parte in preiudicium alterius est innouandum, & quicquid factum erit debet ad irritum reuocari. c. cū M 9. ex. de constitutio. & ibid. gloss. in verbo post motam.

Lite pendente non debet possessor inquietari, nec bona eius describi. Bart. in l. defensionis 7 C. de iure Fisci lib. 10. num. 4.

Pendente lite principali, seu appellationis, non licet supplicare, & supplicatum non debet admitti. l. ex illo 13. C. de appellatio.

Supplicare ante litem contestatam, vel post, quā quis possit, & quando post sententiam: & lite pendente, quando quis contra causam priuilegium impetrare possit, vide Bart. in l. 2. C. vt lite pendente.

Appellatio iudicatum extinguit, vel saltem suspendit, quod procedit, si sit legitima, sed quid, quando non est talis, vide Ozasc. decisio 5.

Gesta post appellationem interpositam ab interlocutoria, quando dicantur nulla, siue irrita, vide Ozasc. dicta decisio. quinta, numero quinto.

Quando quis ingreditur possessionem virtute interlocutoriæ, super ea latæ, quid iuris, vide DD. de Rota decis. 10 aliàs 417. titu. de cau. propriet. & possessio. in nouis.

Appellatio ab interlocutoria non suspendit Iudicis iurisdictionē. Vera. decis. 34 part. 1. Ideò eo casu Iudex à quo, ante inhibitionem non debet supersedere. Mago. deci. Luc. 25. nu. 39.

Causa principalis non potest tractari, priusquā cognoscatur de appellatione ab interlocutoria. Mysing. obser. 79. cent. 3.

Appellatio a diffinitiua suspendit iurisdictionē Iudicis à quo, sine alia inhibitione, ita quòd ante appellationem, & intra decem dies datos ad appellandum, ille nihil facere possit, sicut post interpositionem appellationis, ea pendente, & hoc regulariter, quod limita in casibus, de quibus vide p Marán. in suo Spec. de ordine iudic. par 6. titu. et quandoque appellatur, num. 173. & seqq. fol. 498. Sed appellatione pendente ab interlocutoria, non ligātur manus Iudicis, quin possit procedere, antequam illi inhibeatur, quod dictum etiā limitatur per Maran. ibid. nume. 207. & seqq. fol. 502. vide Guid. Pap. q. 74. Hartma. cap. 12. tit. de appellatio. lib. 2. Quid verò sit obseruādū in criminalibus, vide eundē Guid. d. q 74.

Quando appellatio ante sententiam interposita esset notoriè friuola: quia in illa iusta causa non esset expressa, inhibitio concessa, parte non citata, non ligat manus Iudicis, à quo; aliàs secus. vide August. Bero q 124.

Pendente appellatione ab interlocutoria, Iudicis officium acquiescit super principali, & tēpus in illa non currit. l. intra 40. ff. de mino. 25. ann.

Attentata non dicitur sententia, quæ post appellationem interpositā ab interlocutoria, ante tamen præsentatas litteras inhibitoriales, lata fuit, sed quid in dubio præsumendū, quisnè actus præcessisse præsumatur, vtrum sententia, vel inhibitio, si sub eodem die scriptæ reperiantur, vide Perillustr. D. P. Tessau. decisio. 49.

Appellationis causa iniusta, & illegitima, nō suspendit iurisdictionem primi Iudicis. Ozasc. decis. 5. num. 7. Et gesta post inhibitionem nō legitimè factam tenent ibid. num. 8 vide Put. decis. 121. lib. 1. Tamen, quòd prohibitio iusta, vel iniusta timenda sit, scribit idem Put. decis. 395 lib. 2.

Appellans est exemptus à iurisdictione Iudicis, a quo. Grati. decis. 14.

An Iudex, a cuius sententia appellatur, possit respuere appellationem, & ad vlteriora procedere, vide Aegid. Bellam. conclusio. 18.

Processus factus per Iudicem, à quo, pendente termino ad dandum apostolos, non est nullus. Aegid. cōclusio. 621. DD. de Rot. decis. 19. aliàs 128. de appellatio. in nouis. Sed si fiat post inhibitionem, tunc erit nullus ipso iure. idem. Aegid. cōclusio. 622. Quid in hoc casu, si appellans renunciasset appellationi, an conualidarentur acta à principio nulla; vide eundem, cōclusio. 623. Pro negatiua fuit decisum per DD. de Rot. decis. 20. aliàs 130. titu. de appellatio. in nouis.

Confessus crimen iudicialiter, & sponte, si lata fuerit contra eum sententia (licèt appellauerit) non potest euitare executionem ipsius sententiæ. Capel. Thol. q. 177.

Licèt fictus contumax intra decem dies à tempore scientiæ, possit appellare: facta tamen per Iudicem, à quo, post decem dies à tempore sententiæ, non veniunt per viam attentatorum reuocanda. DD. de Rot. decis. 28. aliàs 951. de appellatio. in nouis.

Valet processus primi Iudicis factus post inhibitionem secundi, cui causa appellationis manifestè frustratoria fuerat commissa. DD. de Rota, decis. 58. aliàs 412 & 68. aliàs 424. eo. tit.

Quale sit officium Iudicis à quo appellatur ante sententiam diffinitiuam, vide Hartma. c. 12. tit. de appellatio. lib. 2.

Iudex appellationis nō potest inhibere Iudici, à quo, ne sententia suā exequatur in casibus, in quibus appellatio prohibetur, antequam cognoscat, an appellatio sit recipienda. DD. de Rot. deci. 68. aliàs 181. de appella. in antiq. & Rol. consi. 77. vol. 2 nu. 20.

Iudex potest ad vlteriora procedere, quando appellanti resistit ius commune. Vera. decis. 228. part. 1.

Si appellatum sit à diffinitiua, siue licita, siue illicita sit appellatio, non potest Iudex, à quo, exequi suam sententiam, neque aliud innouare: fallit, si causa esset cōmissa, appellatione remota; tunc enim ante inhibitionem, poterit suā sententiā exequi. Mysing. obser. 3. cēt. 1.

Attentata post appellationem à diffinitiua, reuocantur, sed post appellationem ab interlocutoria, non, nisi ea, quæ facta sunt post inhibitionem. Gasp. Cabal. milleloq. 979. Maran. in suo Spec. part. 6. cap. rectè concipitur citatio, tit. de citatio. nu. 33. Io. Ant. Trig. sing. 13. idem Maran. tit. et quādoque appellatur, nu. 172. Rebuff. in constitut. Rég. tract. de appellat. art. 16. glo. 1. vide tamen Mathes. sing. 29. & Perillust. D. P. Tessau. decis. 49.

Quando à sententia appellatum est, inhibitio vnà cum citatione decernitur, idq; de iure communi fieri potest. Andr. Gail. obser. 144. lib. 1. Quod limitaī in simplici interlocutoria, in causa nullitatis, in appellatione extraiudiciali,

ciali, quando tertius pro suo interesse appellat, & in interdicto retinendæ possessionis: nã istis in casibus, inhibitio cũ citatione non dẽt concedi. vide Gail. d. obser. 144.

Appellatione interposita in possessorio, in quo proprietatis causa deducitur, differtur execu tio. Rot. Auenio. decis. 73. in decisio. diuerso. Tom. 3. Aliàs secùs, quia sentẽtia lata in possessorio, non obstãte appellatione, habet paratam executionem. Vincent. de Fran. decis. 288. part. 2.

In quibus casibus post appellationem executio fieri possit, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. executo. in præfa. nume. 25. & seqq. Tom. 1.

Clausula; Nihil noui, & c. nõ debet apponi litteris appellationis à sententia, quæ, non obstante appellatione, executioni mandari debet. Rebuff. ibid. art. 6. glo. 1. nu. 13.

Licèt iure cautum sit, nihil nouandum, pendente appellatione, tamen dictum nõ procedit, quando innouatio fit ex legis permissione. Rebuff. ibid. art. 7 glo. 1. nu. 4.

Appellatio non impedit taxationem expensarum, neque fructuum liquidationem. Guid. Pap. sing. 349.

Quando Iudex, non obstãte appellatione, possit procedere ad executionem suæ sentẽtiæ, vide Guid. Pap. sing. 584.

Octo in casibus Ordinarius (à quo fuit appellatum) potest se intromittere de iure, de quibus vide per Guid. Pap. sing. 877.

Reg. est, nihil esse innouãdum, pendente appellatione, quæ reg. limitatur septem in casibus, de quibus vide per Ant. Corset. in suis singul. litera A. sing 1.

Appellatione pẽdente, nil nouari, intelligitur, nisi fiat quod fieri poterat, pendente instantia. Barto. in l. furti 6. §. sed si. ff. de his, qui notan. infam.

Iuramentum per sententiam ordinatum præstatur, etiam pendente appellatione. l. pen. C. de reb. credit.

Iudex appellationis an possit, lite pẽdẽte, odio possessorum rem contentiosam sequestrare, vide Afflic. decis. 98.

Sequestrari fructus nunquid, & quando debeãt, interposita appellatione à sententia lata in fauorem actoris ad restitutionẽ rei cum fructibus, vide Natt. consi. 584.

Iudex an possit procedere in cã principali, pẽdẽte lite super innouatis, vide Affli. decis. 98.

Attentata, & innouata, an prius diluenda, quam tractetur de negotio principali, vide ibid. nu. 3. & infra tit. seq.

Attentatorum remedium cessat, quando notoriè constat de non iure petẽtis reuocationẽ. Afflic. decis. 98. nu. fin. vide infra tit. prox.

Possessio, pendente termino ad appellandum, capta, licèt sententia nulla sit, attentata dicitur. Put. decis. 414. lib 3.

Appellans si quid attentet, appellatione pendente, in præiudicium aduersarij, vt quia ipsum spoliet, ex hoc ipso censetur appellationem deseruisse. Mysing. obser. 50. cent. 2.

Certificatio introductę appellatiõis, si sit omissa, executio sententiæ non reuocatur per viã attentati, sed ita demum, vt iniusta reuocabitur, si appellans coram Iudice appellationis obtineat. Mysing. obser. 85. cent. 2.

Appellans ab omni nouitate abstinere debet, & non auditur, si interposita appellatione, spoliauerit aduersarium. Menoch. de Arbitra. Iudi. lib. 2. cas. 16.

Quicquid fit post legitimam appellationem, debet reuocari. c. cùm causa 21. ex. de offic. & potesta. Iudic. deleg. cap. 10. ex. de restitut. spoliat. & c. 1. ex. de appellatio. Bart. in l. 58. §. ab eo. ff. de administra. & peric. tuto.

Pendente lite decernuntur alimenta petenti, nec tunc dicitur attentatum, & iste casus potest addi ad alios casus scriptos per Spec. in tit. de appellatio. §. pen. Vbi scripsit casus, quibus licet attentare, lite pendente in causa appellationis, & non reuocantur tanquam attentata. Afflic. decis. 152. nu. fin.

Habemus in iure sex edicta pertinentia ad hũc titulum: primum, ne lite pendẽte, aliquid innouetur: secundum, ne appellatione pendente. &c. tertium, ne lite pendente impetrentur à Principe iussiones, ꝑ quas Iudex à iure cõi recedere debeat: quartum, ne lex, vel constitutio Principis nouiter edita ad causam pẽdentem, vel appellationis, sit trahenda: quintum, ne lite, vel appellatione penden. liceat Principi supplicare: sextum ne liceat eo casu nouum ius impetrare, de quibus omnibus vide per Aegid. Bellam. conclus. 748.

Idem operatur tempus datum ad appellandũ, qđ ipsa appellatio. Anto. Corset. in suis sing. litera A. sing. appellatio 2.

Possidens, contra quem est lata sentẽtia, & appellauit, non dicitur innouare, si possessionẽ suam continuet. laff. Lanf. Balb. decis. 447.

Eum, qui, appellatione interposita, præter modum innouari curasset, ad restitutionem carcere adigendum, obseruatum fuisse legitur in libris placito. Curiæ Pari. lib. 11. tit. nihil innouare 11. cap. 1. in decisio. diuerso.

Appellatio in remedio possessorio cano. reintegrandę, ex eo, quòd de iure Canonico admittitur, impedit interim sententiæ executionẽ. Natt. cõs. 583. Et hoc verũ, licèt cã esset commissa, appellatione remota. Augu. Bero. q. 52.

Si Iu-

Si Iudex aliquid innouet, pendente appellatione, qualiter debeat puniri, vide Guid. Pap. sing. 583.

Appellans à sententia criminis famosi, interim non est infamis, & poterit testari. Ant. Corset. in suis sing. litera A. sing. appellatio 2.

Appellatio permissa in ijs casibus, in quibus regulariter prohibetur, intelligitur quo ad effectum suspẽsiuum, & multo magis quo ad deuoluendum. August. Bero. q. 91.

Appellatione interposita, omnia manent in eo statu, in quo erant ante latam sententiã. Bar. in l. hi, qui 7. nu. 5. de appellatio.

Appellatione pendente, nihil innouãdum, etiã ex Principis rescripto. Bart. in l. ex illo 13. C. de appellatio. & in l. 4. C. de tẽpo. appellatio.

Sententia lata post appellationem legitimam, annullãda est, non obstãte confirmatione. c. ex parte 7. ex. de testib.

Collatio beneficij facta post appellationem ex probabili, & verisimili causa interpositam, est ipso iure nulla. c. 1. ex. de appellat.

Litteræ confirmationis super sentẽtiã, à qua fuerat appellatum, nõ valent, si appellatus malitiosè præuenerit appellantem. c. bonæ 3. ex. de confirmat. vtil. vel inutil.

Condemnatus, si pendente appellatione, dixerit testimoniũ, illud valet, et si appellatio remanserit deserta. Bart. in l. furti 6. §. sed si. ff. de his, qui notant. infa. nu. 5.

Litis pendentia super matrimonio, non impedit secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum. cap. cùm in Apostolica 18. ex. de sponsal.

Iudex à quo legitimè appellatum est, de causa illa se intromittere non debet, donec appellationis causa sit finita. cap. cùm dilectus 26. ex. de accusatio.

Appellatione pendente, possunt fieri, quæ possent, pendente iudicio principali, si fieri possunt per Iudicem appellationis. Bart. in l. 5. §. Imperator. ff. vt legato. seu fideicommisso.

Appellatione pendente, nil nouari, qualiter intelligatur, vide Bar. in l. 1. ff. nihil nouari, &c.

Pendente appellatione, nihil debere innouari, non habet locum in tertio comparente pro suo interesse. Feli. consi. 49. num. 9. vide glo. in l. 6. ff. mandati.

Hæres tenetur satisdare de legato soluendo, adueniente conditione, etiam post appellationem. l. postquam §. Imperator. ff. vt legato. vel fideicom.

Propter supplicationem porrectam Principi, Iudex inferior impeditur procedere. l. 3. & 4. ff. de appellatio. recipien. vel non.

Appellatione interposita, siue sit recepta à Iudice, à quo, siue non, debet Iudicis officium quiescere. l. 5. & 6. eod. titu.

Vide de materia per DD. de Rot. in titu. vt lit. penden.

De attentatis.

Procurator attentans circa fructus, de quibus lis pendebat, licèt datus esset tantùm ad accipiendã possessionem, non auditur ipse, neque dominus, nisi fructibus perceptis restitutis. Iac. Put. decis. 198. lib. 1.

Expensæ in causa attentatorum, non computãtur cum expensis in causa spolij. idem Put. decis. 123. lib. 1.

Ad reuocandam possessionem vt attentatam, quæ debeat probari, vide Put. decis. 223. lib. 1.

Carceratio post inhibitionem facta, an sit attẽtata, vide Put. decis. 304. lib. 2.

Pendente iudicio attentatorum, potest bonis sequestratis cõgrua assignari portio, quæ ad valorem pensionis soluendæ accedat. Put. decis. 46. lib. 3.

Attentatorum iudicium est priuilegiatum, vt etiam per cessionarium procedi non possit in negotio principali, ante purgationem attentatorum. Put. decis. 51. lib. 3. Quia causa attentatorum ante omnia est expedienda. Mysing. obser. 26. cent. 1. & obser. 33. & 34. cent. 2. Et in profanis hoc procedit, etiam si constet de non iure petentis. Rot. Auenio. deci. 8. nu. 4. in decisio. diuerso. Tom. 3. Vera. decisio. 57. part. 1. Afflic. decis. 352. Tamen cõtrarium tenent Aegid. Bellam. cõclu. 356. & 393. Cassad. decis. 3. titu. de restitutio. spoliat. Afflic. decis. 98. nu. fin. DD. de Rota, decis. 2. tit. de restitutio. spoliat. in nouis, aliàs 14. decis. 7. vt lite pẽdente, in antiq. aliàs 505. & decis. 10. de appellatio. ibid. aliàs 89.

Attentata antequam actualiter purgentur cum refectione damnorum, & expensarum, non potest ad vlteriora procedi. Vera. decis. 56. part. 1. vide Afflic. decis. 98 & DD. de Rota in tit. vt lite pendente. Quia iudicium attentatorum suspendit tam petitorium, quàm possessorium. idem Vera. decisio. 52. seu 3. part. 3. Cassad. decis. 4. de dilatio. Licèt contrarium scribat Afflic. decis. 131.

Nulliter non dicitur procedere Iudex, quando procedit ad sententiam, omisso capite attentatorum, parte non opponente. Vera. decis. 60. part. 1.

Commissio impetrata, quòd procedatur ad vlteriora, prout iustum fuerit, non tollit, neque impedit iudicium attentatorum eo, quia causa attentatorum sit priuilegiata. Vera. decis. 154. part. 1.

Appel-

Appellans tutius facit ante litem contestatam in causa appellationis, petere reuocationem attentatorum per Iudicem, à quo post appellationem, ne aliàs videatur renunciare priuilegio attentatorum. Iaff.Lanf.Balb.deci.476.

Attentata non possunt peti reuocari in iudicio restituendæ, nisi prius sit iudicatũ super possessorio retinendæ. Borg.Caual. decis. 23. de contract. num.118. part.2. vide Capic. decis. 72.num.fin.Nam attentata non cadunt in remedio retinẽdæ; quia qui ius suum prosequitur, nihil attentare dicitur. Ioseph. Ludo.deci. 69. Perus.nu. 7. Minus qui suam possessionẽ continuat.Vera.decis.51.& Iaff.Lanf.Balb. decisio.447.

Quamuis attentata, pendente appellatione, ante omnia reuocanda sint, tamen si altiorem quęstionẽ, & indaginẽ requirãt, incontinentique probari nequeãt, illorum causa principalem non suspendit, vel impedit, sed vtraque simul agitari debet. Andr.Gail.obser.146. lib. 1.Sed conclusio non procedit, quando attentata sunt notoria: quia tunc Iudex (etiam parte non opponente) talia attentata reuocare potest.Gail.d.obser. 146.nu.7.

In causa attentatorum succumbens, expensas, & fructus debet restituere. Gail. d.obser.146. nu.16.Vbi de forma sententiæ in hoc iudicio.

Innouata post appellationẽ sunt ipso iure nulla sine Iudicis declaratione: ideò sine causæ cognitione reuocantur innouata, & attentata.Gom.Leo.decis.22. in decis.diuerso.To.2.

Lite pendente, accepta possessione, an debeãtur expensæ victori, etiam quando Iudex ex officio suo attentata reuocat, vide Crescen. decis.1.aliàs 18 tit.vt lit: pend.

An possessio capta virtute exequutorialiũ, parte præsente, & non contradicente, dicatur attentata, vide Crescen.decisio.2. aliàs 17.titu. vt lite pendente.

Attentare an dicatur capiens possessionem vigore executorialium secũdum stylum Rotæ, vide eundẽ, decis.1.aliàs 16.tit. de sequestra. possessio. & fruct.

An attentata habeantur pro purgatis, quando apparet de magna diligentia vide ibid.

Attentata, lite pendẽte, an possint opponi post rem iudicatã, vide Crescen.decis.7.aliàs 140. tit.de sent.& re iudic.

Attentata præferunt̃ nullitati, & super illis prius procedi debet. Affli.ct.decis.98.nume.4.Contrarium tamen scribit Ioseph. Ludo. decisio. Luc.59.num.fin.

Exceptio spoliationis non obstat agenti remedio attentatorum. Afflic.decis.98.nu.4.

Iudex Iustitiã offendit, nõ reuocans attẽtata, pẽdẽte appellatione à diffinitiua. Affli.ibi.nu.5.

In materia attentatorum, non auditur quis petens restitutionem beneficij, nisi exhibito titulo colorato. Aegid. Bellam.conclusio.286. Cassad.decis.3.titu.de restitutio.spoliat.vide tamen eundem Aegid.conclusio.101.

Attentata, lite pendente, sunt reuocanda, etsi ille, qui de facto aliquid fecit, potuisset illud facere propria auctoritate, ante litem motã: quia per litis motionem amisit hanc facultatem. Afflic.decis.131.in additio.

Attentata (etiam post conclusionem in causa) reuocari debent. Afflic.decis.352.Sed an post desertionem appellationis, vide Pet.Benint. decis.40.Pro negatiua, scribunt Guid.Pap.q. 213.& DD. de Rot.decisio.1.de appellatio.in nouis, aliàs 1. Quæ procedit etiam, quando apparet euidenter appellationem esse iniustam.idem Guid.q.436.nu.21.Et melius, quando attentata non debeant reuocari, vide per Ioseph.Ludo.decis.Luc.59.

Exceptio desertionis, dicitũ præiudicialis in materia attentatorum. DD.de Rot.decis.76.tit. de appellatio.in antiq.aliàs 464.

Attentata per actorem post commissionem, & decretum citationis (licèt non executæ) veniunt reuocanda per viam attentati. Cassad. decis.6.tit.1.

Restitutionem petens in iudicio via attentatorum, quid probare sibi sufficiat, vide Cassad. decis.3. titu.de restitut. spolia. Quòd sufficiat probare possessionem, tempore litis incoatæ, scribunt DD.de Rot.decis.2.tit.de restitu. spoliat.aliàs 14.

Condemnatus super attentatis, sufficit, quòd faciat depositum in euentum liquidationis fructuum, ad hoc, vt possit procedi in negotio principali.Mohed.decis.311.

Attentata per Iudicem, à quo post delatam appellationem, & inhibitionem Iudicis, ad quẽ, subsequutam, sunt nulla. Rol.consi.77.vol.2. Fallit, quando essemus in his, in quibus de iure non potest concedi appellatio, vt in interdicto possessorio adipiscendæ, vel recuperãdæ: tunc enim attẽtata (etiam post inhibitionem) non reuocantur.Rol.consi.77.vol.2.

Attentata dicũtur, facta post inhibitionem obtentam ab asserto Procuratore admisso sine mandato cũ cautione de rato, domino ignorante.Put.decis.142.lib.3.

Possessio capta, pendente termino ad appellandum (licèt sententia nulla sit) attentata dicitur.Put.decis.414.lib.3.

Attentata non est executio facta post appellationem interpositam à decreto executionis, quia ius illi non defert. Vera.decis.49.part.1.

Attentata per Procuratorem, vel alium nomine meo, quomodo reuocanda, & quando cẽ-

sequantur ratificata, vide Vera. decisio. 53. & 58. part. 1.

Attentata non sunt illa, quæ sunt commissa extra rem in iudicio deductam. Vera. decis. 54. part. 1. Quia in diuersis quis non dicitur attẽtare. ibid. decis. 59.

Attentata dicuntur, quæ facta sunt in expretum inhibitionis totalis. Vera. decis. 324. part. 1. & decis. 92. & 93. part. 2.

Et si per cõparitionẽ coram Iudice, à quo, post appellationem renunciatum sit appellationi, tamen Iudex, ad quem, poterit de attentatis post appellationẽ cognoscere in vim nullitatis. Iaff. Lanf. Balb. decis. 385.

Appellans si innouet aliquid, appellatione pẽdente, priuatur beneficio appellationis, & in causa principali procedi poterit, appellatione non obstante. Iaff. Lanf. Balb. decis. 443.

Certificatio introductę appellationis, si sit omissa, executio sententiæ non reuocatur per viã attentati. Mysing. obser. 86. cent. 2.

Attentata quoties causam principalem concernunt (veluti si fundi possessor, pendente appellatione, commodo suæ possessionis vtatur) locum non habent, minus eo casu inhibitio decernenda est, Andr. Gail. obser. 145. lib. 1. Quia appellans non est turbãdus in sua possessione, pendente appellatione. idẽ, obser. 147. lib. 1.

An obiectus contra testes, in iudicio attentatorum admittantur, vide Rot. Auenio. decisio. 8. in decisio. diuerso. Pro parte affirmatiua, scribit Afflict. decisio. 351.

Iudicium attentatorum per officij Iudicis implorationem, est summarium. Afflic. deci. 351.

Innouatum vt aliquid dicatur, requiritur innouatio, & litis pendentia. Beninten. decis. 76.

Attentatorum iudicium consideratur, an aliqd innouatum sit post litem motam, vel contestatam. Capic. decis. 72.

Attentatorum iudicium, & recuperandæ, in quibus differant, vide Cassad. decis. 3. tit. de restitutio. spoliat.

Attentata per Iudicem, vel partem post appellationem extraiudicialem, ante notificationem eiusdem factam, non veniunt per modũ attentati reuocanda, propter iustam ignorãtiam. idem Cassad. decisio. 3. de appellatio. in fine, & DD. de Rota, decis. 38. tit. de appellatio. in nouis, aliàs 309.

Remedium attentatorum, in quibus sit magis priuilegiatum, quàm interdictum, vnde vi, vide in additio. Capel. Thol. q. 15.

Dilationes quando dentur in materia attentatorum, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 86.

Actor, qui habet rem iudicatam, & executores, si intret possessionem, contradicente possessore, dicitur attentare. Mohed. decis. 180.

Tertius non existens in lite, possessionem vacãtem capiens non dicitur attentare. Mohed. decis. 205. & Put. decis. 84. lib. 2.

Attentata post appellationem ab interlocutoria, ante tamen diffinitiuam, an sint per modum attentati reuocanda, vide DD. de Rot. decis. 1. de appellatio. in nouis, aliàs 1. & supra tit. prox.

Attentata post appellationem peti possunt reuocari, lite contestata super principali non obstante. DD. de Rot. decis. 27. ibid. aliàs 185.

Attentata post, & cõtra appellationem à grauamine, non reuocantur, nisi prius constiterit de grauamine. DD. de Rot. decisio. 43. titu. de appellatio. in nouis, aliàs 344.

Iudex, qui attentata reuocauit incidenter, potest postea cõdemnare in expensis: quia sententia super attentatis, dicitur interlocutoria. DD. de Rot. decisio. 1. de offic. Iudic. in antiq. aliàs 474. Tamen habet vim diffinitiuę. Aegid. Bellam. conclus. 148.

Attentatorum causa dicitur summaria, in qua ex officio, non seruato iuris ordine, procedi potest. DD. de Rot. decis. 1. de offic. Iudi.

Attentatorum causa non requirit obseruationẽ terminorum. DD. de Rot. Decis. 78. tit. de appellatio. in antiq. aliàs 765. Quia expeditur officio Iudicis. DD. de Rota, decis. 2. de appellatio. in antiquio.

Fatalia non currunt agenti super attentatis. DD. de Rota, decisio. 79. tit. de appellatio. in antiq. aliàs 448.

Innouata per partem vnà cum tertio, an veniãt per viam attentati reuocanda, vide DD. de Rot. decis. 4. de appellat. in antiquio.

Actor, qui agit possessorio, vel petitorio, si appellauerit, & appellatione pendente, reum possessione rei priuauerit, vel illum iniustè turbauerit, appellationi renunciare videtur. Mathes. sing. 28.

De attentatis, pendente lite, vel appellatione, & quando reuocentur, vide per Rebuff. in cõstitut. Reg. tracta. de appellatio. art. 6. Tom. 3. fol. 926.

Vide etiam de materia supra tit. prox.

De sequestris.

Sequestrũ, vbi lata est sententia condemnatoria, reuocata priore, non conceditur. Put. decis. 150. lib. 2.

Sequestrum non debet contra Monachum, (licèt non sit soluẽdo) apponi, nisi probetur eũ fructibus abuti, aut alia causa dilapidationis. Put. decis. 166. lib. 2.

Regulariter sequestrum est prohibitum. Crauc. consi.

consi.272.num.6.Sed dictum limitatur,certis in casibus, de quibus vide per Cabal.millelo. 930.Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de seque stris, art.1.gl.2.vide constitutio.antiq Sabaudiæ,tit.de sequest.lib.2.fol.25.mihi.

Vt licitè possit fieri sequestratio,quatuor requisita concurrere debent, de quibus vide per Mysing.obser.11.cent.2.

In immobilibus inhibitio fit loco sequestri.Vera.decis.158.seu 9.part.3.

Creditor potest sequestrare bona forensis in loco contractus,vel vbi sunt ratione hypothecæ.Borg.Caual.decis.3.de iudic.

Sequestrum in causa appellationis fieri non potest,nisi probetur summariè, quòd immineat timor dilapidationis,& baratationis fructuũ, aut quòd possessor non sit soluendo, sed in causa executiua,& hypothecaria, potest semper fieri,etiam si quis sit soluendo. Borg. decis.23.de iudic.

Possessio litigiosa sequestrari poterit,ne partes ad arma veniant: ideò in Camera Imperiali adest constitutio de simili possessione sequestranda,sed quando locũ habeat, vide Andr. Gail.obse.5.lib.1.Et ita obseruatur apud Gallos,vt habetur in libris placitorum Curiæ lib. 9.tit.9.de sequestratio. in decis.diuerso. vide Capic.decis.96.nu.11.

Pro regula traditur,sequestrationem possessionis non esse concedendam,pendente appellatione: quia possessor interim in sua possessione turbandus nõ est.Andr.Gail.obser.147. lib.1.& Afflic.decis.98.

Fallit primò, si possessor sit homo perditæ vitæ, & malæ frugi,suspectusq; sit; sed antequã Iudex deueniat ad hanc sequestrationem,quatuor requisita concurrere debent,de quibus vide per eundem Gail.d.obser.147.& 148. & Barto.in l.Imperatores 21.§. iisdem.ff.de appellatio.& relatio.

Fallit secundò, si pẽdente appellatione fructus dissipentur.d.l.Imperatores 21.§.fin.ff.de appellatio. Quod procedit etiam in prima instantia,quando fructus dissipans non est soluẽdo.Cabal.millelo.30.Cape.Thol.q.478 Nã sequestrũ concedit,ꝓbata dilapidatione,vel suspicione dilapidationis Vera.dec.158 par.3

Fallit tertiò,in aliis casibus,de quibus vide per eundem Gail. d. obser.147. & 148. lib.1. & in additio.Capel.Thol.d.q.478.

Lata ordinatione, qua dictum fuerat bona contentiosa esse sequestranda, qualiter sit procedendum ad sequestrum,vide Papon.lib.8.tit. 10.arrest.1.& seqq.

Recusans consentire sequestrationi ordinatæ, punitur.Papon.lib.8.tit.10.arrest.5.

Duobus Dominis directis contendentibus super redditibus,& domino vtili, seu possessore offerẽte id,quod debet,deuenitur ad sequestrum rei oblatæ,& debitæ.ibid.arrest.7.

Fit sequestrum de bonis hæreditariis,altero hærede reluctante,& differente diuisionem.Papon.lib.15.tit.7 arrest.4.

An mulier sit sequestranda,quę,durante lite super matrimonio,secundo loco nubit, ad impediendum, ne carnaliter coniungatur à secundo viro, vide Crescen. decis. 3. aliàs 185. tit.de sequest.posses.& fruct.

An sequestrum impediatur ex vnica sententia in fauorem possidentis lata, licèt in alia instantia fuerit reuocata,vide Crescen.decis.4. ibid.alias 272.

Sequestrationes sunt de iure prohibitæ;ideò nõ impediunt executionem contra debitorem. Guid.Pap.q 210.

Quando debitor est suspectus de fuga, vel prodigus,aut alias inops, conceditur sequestrũ, quo facto,debitor (in cuius manibus fit) non poterit conueniri per creditorem, in cuius odium fuit factum sequestrũ, nisi aliqua res ponatur sub arresto,mandato iudiciali.Guid. Pap.q 210.

Iudex non debet ad sequestrationem alicuius rei, vel iuris,procedere, nisi quatuor concurrentibus.Guid.Pap.q.246.

Primò, debet illi saltem summariè constare de iure creditoris, vel alterius, qui sequestrum petit.Guid.d.q.246.

Secundò,debet Iudex euocari facere debitorẽ, vel alium, in cuius præiudiciũ petitur sequestrum,aut requiritur.Guid.d.q.246.

Tertiò,debet illi constare,quod ille,qui sequestrum petit,hoc faciat ad iuris sui, vel debiti conseruationem,& non causa calumniæ, vel emulationis,& super his iurare debet, Iudice deferente.Guid.d.q.246.

Quartò,quod ex persona debitoris,vel alterius (cõtra quem sequestrum petitur) immineat, vel appareat suspicio. Guid. d.q.246.nu.5. & Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.457. Quibus cessantibus,non debet procedi ad sequestrationẽ, nisi de via facti dubitaretur. idem Guid. d.quæst.246.

Quando possessio,& fructus debeant sequestrari,vide Cassad. decis.1. & seqq. de sequestratio.posses.& fruct.

Creditor potest suum debitorem iurare suspectum,sed hoc non habet locum in paruo debito.Ludo.Roma.sing.97.

Sequestrum decretum post sententiam diffinitiuam inter alios colligitantes latã,an impediri possit per tertium interesse suum deducentem,vide DD.de Rota,decis.11.tit.de senten.& re iudic.in antiq.alias 394.

Rei

Rei vendicatione conuentus, si opponat exceptionem excommunicationis, debet interim possessio cum fructibus sequestrari. Maran. in suo Spec. part. 4. tit. an sit iudic. ciuil. vel crim. distinct. 3. nu. 8.

Arrestari, & sequestrari res mobilis extranei debitoris, quando possit, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litte. oblig. art. 6. gloss. 3. nume. 41. Et quando tale sequestrum debeat relaxari, vide ibid.

Non solùm bona debitoris extranei sisti possunt, sed etiam nomen sui debitoris. Rebuff. ibid. num. 63.

Postquam Iudex declarauit sequestrationem faciendam, sua sententia debet mandari executioni, non obstante appellatione. Rebuff. in dd. suis comment. tract. de sequestr. art. 1. glo. 2. nu. 13. Tom. 3. sed vide ibid.

Propter cõtumaciam est permissa sequestratio. Henric. Boer. in suis sing. tit. sequestratio, & arrestum, & c. 2. ex. de dolo, & contumac.

Sequestratio iure Ciuili non fit propter rei absentiam; iure Canonico sic. Bar. in suo tracta. de differen. int. ius Cano. & Ciuil.

Fructus dicuntur ab appellante dissipari, sic vt possit fieri sequestratio, si illos in suos vsus conuertat, nisi essent tales, qui seruando, seruari non possent. Henric. Boer. in suis sing. tit. sequestratio, & arrestum, num. 3.

Faciens rẽ alienam sine causa saisiri, seu ad manum Domini ponere, tenetur actione iniuriarum. idem, ibid. nu. 7.

Fideiussor si detur idoneus, cessat sequestrum. Pet. de Rauen. sing. 222. Bart. in l. litibus 19. C. de agric. & cens. lib. 10.

Sequestrum fieri non potest, nisi debitor ostendatur per publicum instrumentũ. Ant. Corset. in suis sing. litera S. sing. sequestrum.

Si missus in possessionẽ causa custodiæ, fructus dissipet, dissipati reuocantur, & cum aliis sequestrãtur. c. 2. ex. de sequestra. posses. & fruct.

Sequestrũ quibus casibus permittatur, vide Bar. in l. 7. §. si satisdatum. ff. qui satisd. cogan. & in l. interesse 39. ff. de acquir. posses.

Dos quibus casibus sequestretur, vide Bart. in l. 25. nu. 3. ff. solut. matrimo.

Iudex etiam in casibus, quibus sequestratio est prohibita, potest tempore recollectionis fructus sequestrare. Bart. in l. Imperatores 21. §. iisdem. ff. de appellatio. & relatio. nu. 7.

Quando est controuersia inter hæredem, & legatarium de re legata, vel fideicõmisso subiecta, fructus reponuntur apud idoneum virũ, nomine sequestri. l. postquam §. Imperator. ff. vt legato. seu fideicom. nomine caueat.

Si persona est suspecta põt res, de qua litigatur, sequestrari. l. si fideiussor 7. §. fi. ff. qui satis. cog.

Propter discordiam consortum, peruenitur ad sequestrum de re indiuisibili. l. si quæ 5. ff. famil. erciscun.

Sequestrum appositum primò in causa petitorij contra intrusum, non debet relaxari in fauorem alterius obtinentis in possessorio. Put. decis. 305. lib. 1. Et hoc verum, etiam præstita cautione. idem, decis. 311. eod. lib.

Sequestrum quando dicatur bene relaxatum, maximè virtute cautionis de restituendo pecunias in euentum succumbentiæ, per quam videtur consultum parti, vide Vera. decisio. 150. seu 1. part. 3.

Sequestrum quando debet remoueri, præstitis aliis cautionibus loco alterius idoneæ; quæ cautiones requirantur, vide Vera. decis. 154. part. 3.

Sequestrum non potest relaxari per primum Iudicem, quando causa pendet per appellationem coram Iudice appellationis. idem Vera. decis. 160. seu 11. part. 3.

Sequestrum regulariter tollit satisdatio, dummodo in satisdatione promittatur de restituenda pecunia sine procrastinatione; fallit in casibus, de quibus vide per Iaff. Lanf. Balb. decisio. 240.

Sequestrum, ordinario satisdationis remedio, tolli, scribũt Mago. decis. Luc. 6. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 51. Rot. Genu decis. 190. nu. 20. facit l. si fideiussor 7. §. fin. ff. qui satisda. cogan.

Sequestrum tollitur per iuratoriam cautionem, quando persona (aduersus quam est factum sequestrum) est honesta, & non suspecta; aliàs secùs. My sing. obser. 11. cent. 2. Iaff. Lanf. Balb. decis. 6. vide Andr. Gail. obser. 148. lib. 1.

Quot modis tollatur sequestrum, vide per Mago. decis. 115. Rot. Floren. Et satisdatio est medicina sequestri, vt illud relaxetur, & debet præstari de iudicio sisti, & iudicato soluẽdo. Cabal. milleloq 643.

Si bona sequestrata sint forensis, & ibid. perpetuò nõ sint mansura, nec hypothecata, per satisdationem tollitur sequestrum. Borg. Caual. decis. 3. de iudic.

An sequestrum decretum sit relaxandum ad instantiam subrogati, etiam literis non expeditis super subrogatione, vide Crescen. decis. 5. alias 155. tit. de sequestr. posse. & fruct.

Sequestrum disquestrari petens, intra sex dies allegationes proponere debet. Afflic. decis. 98. num. 6.

Sequestrum durat, donec parti illud obtinenti sit satisfactum. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 457. Vel aliàs, vt tradit ibid. Menoch.

Illi, ad cuius instantiam fuit factum sequestrum, potest præfigi tempus à Iudice ad agendum, intra quod si non agat, debet pati deponen-

tire-

tire laxari sequestrum.Bald.sing. 41.vide Menoch.d.cas. 457.

Tempus satisdationis de restituendo rem sequestratam,non durat,nisi triennio,quod incipit currere,à tempore litis contestatæ.Bartol.in l. litibus 19. C. de agric. & censit. libr. 10. num. 6.

Sequestrum factum loco missionis propter scãdalum euitãdum,reuocari debet,oblata cautione de restituendis expensis.cap.1.extr.de sequest.posse. & fruct.

An violans sequestrum, quod erat appositum post sententiam latam super attentatis,incidat in pęnam Clementinę,ad compescẽdas, extr.de sequest.possess.& fruct. vide Put. decisio.45.lib.2.

Intimato sequestro, si nõ acceperint possessionem sequestratores, an sit locus d. Clemẽtinæ,vide Crescen.decis.2. alias 137. tit. de sequestr.possess.& fruct.

Violans sequestrum factũ ex officio, puta propter attentata, non amittit ius suum, quia non est locus d.Clementinæ. Ioan. Moheda. decisio.329.

Violans sequestrum appositum super beneficio in vim sententiæ nullæ, incidit in pęnam dictæ Clementinæ,compescendas. DD. de Rot.decisio.1.de sequest.possess.& fruct.in antiquis, alias 510.

Census currit vsq; ad restitutionem sortis principalis, etiam quòd sors fuerit sequestrata à tertio in manibus debentis soluere.Vera.decisio.103 par.1. Sed an creditor possit agere contra debitorem, non obstante sequestro, vide Guid.Pap.q.340.

Excusatur debitor à pęna post sequestrum. Cabal.milleloq.645.Sed quid,si creditor offerat satisdationem indemnitatis debitori,cui facta est inhibitio,vide d.milleloq.645.

Sequestrum Iudicis excusat à mora, & ab interesse, quando est factum ante moram commissam,& tempus soluendi; secùs si post, vel interim sequester perciperet fructus, aut aliud emolumentum.Borg.Caual.decisio.25. de contract.part.2.num.21.

Si sequestrũ sit iniustum,tenetur ille, qui illud fecit fieri,ad damna,& interesse.Borg.d.decis. 25.num.22.

Sequestrari debet beneficium Iudicis officio, quando cõstat,lite pendente, notoriè de nõ iure partis.Vera.decis.151.seu 2 par.3.

Sequestrum apponi nõ debet super beneficio, quando non agitur principaliter super ipso beneficio,sed super membro,vel re illius.idẽ Vera.decis.153.seu 4.part.3.

Sequestrum super beneficio post latã primam sententiam in Curia Romana,est relaxandũ, non obstante nullitate opposita. Vera. decisio.156.seu 7.part.3.

Sequestrum in beneficio apponitur, quando possidens,lite pendente, accepit possessionem attentando.idem Vera.decis.157.seu 8. part.3.

Resignatarius impedit sequestrũ beneficij contra alios,qui habent prouisiones ex alia causa.Papon.lib.8.tit.10.arrest. fin.

Duobus contendẽtibus super beneficio, & nemine ipsorum fidem faciente de titulo, deuenitur ad sequestrum dicti beneficij. Papo. lib.8.tit.11.arrest. 1.

Sequestratio beneficij,mala.Rebuff.in constitutio.Reg.tracta.de senten.executo. articul. 1. gloss. 3.

Sequester beneficij, pendente lite; præsentat. Franc.Marc.q.4.DD.de Rot.decisio.5.de electio.in antiq.alias 324.

Sequestrarius dicitur violasse sequestrum, si rẽ sequestratam tertiò consignauerit sine mandato Iudicis, & tunc tenetur ad pœnam sibi impositam.Vera.decis.155.seu 6.par.3.

Executio facta contra sequestrum, nulla præcedente citatione,valet. Hieron. de Monte in suis quæstio q 23.

Quando sequestrario competat remediũ can. reintegrandæ,vide eund. de Mont.d. q. 23.

Sequestrum suscipere nemo inuitus cogitur de iure,tamen contrarium de consuetudine seruatur.Ioseph Ludo.decis.Luc.51.nu.8.Rebuf. in constitutio Reg.tract.de sequest.art.1. glo. 2.num.12.& 19.Tom.3.

Sequester operam tantùm conferre tenetur; non autem impensas erogare, sed an salariũ petere possit,vide Ioseph.Ludo. decisio. 51. Luc. num. 11.

Sequestrarius non potest se eximere ab onere illo, nisi ex causa, & mandato Iudicis. Ioseph.d.decisio.51.nu.15.Rebuff. in constitut. Reg.tract.de sequest.art.1.gl.2.nu.21. Tom.3.

Quia sequester æquiparatur in omnibus, & per omnia depositario, non tenetur de leui, & leuissima culpa,vide eundem Ioseph. Ludo. d.decisio.51.Luc.nu.15.& 16.

Sequester non nisi simplex custos,& commodatarius est:ideò in eum non transfertur dominium,sed an illi debeatur salarium,vide Frãcis.Marc.q.443.

Sequester de custodia, & culpa tenetur: ideò obligatur de bonis mobilibus, & fructibus, qui seruando,seruari non possunt,si non alienauerit.idem Marc.q.444.

Hospes,apud quem bestiæ sub sequestro remittuntur,ius retentionis bestiarum habet, donec expensæ cibariæ sibi persoluantur, & ita iudicauit Senatus.Sol.in cõstit. antiq. Sabau.

glo.super 3.part.decreti,abusionibus,titu.de captura,&c.num.7.fol.133.

Sequestrarius solués alteri,quàm dño,liberatur, si iussu Iudicis soluat.Menoch.de Arbitra.lib, 2.cas.137.nu.13.

Plura sunt genera eorum, apud quos res solent sequestrari,& reponi,de quibus vide per Rebuff.in cōstitut. Reg.tract.de sequestr.Tom.3.

Sequester salarium recipere potest. Rebuff.ibi, art.1. num.18. Et differt à depositario, sed in quibus,vide ibid.num.11.

Sequestrum reddi non debet,nisi Iudicis auctoritate Rebuff.d.tract.de sequest.art.1.nu.17.

Impensæ factæ in re sequestrata, quomodò sint computandæ,vide Rebuff.ibid.art.2.glos.1.& art.3.glo.1. Et quarum deductio permittatur in sequestro,vide ibid.gloss.2.

Possessores tenentur relinquere sequestris possessionem vacuam:& Iudex dat sequestrum, si partes non consentiant. Rebuff. d.tract.de sequest.art.4.glo.3.

Quid restituendum, & seruandnm in restitutione rei sequestratæ,vide Rebuff.ibi.art.5.gl.1.

Sequester coram Iudice (de cuius mandato recepit sequestrum) rationem reddere de fructibus debet: idem circa rei restitutionē seruatur.Rebuff.ibid.art.7.Sed redditio rationū quomodo fiat,vide ibid.

Præsente vtraque parte,sequester soluens liberatur Rebuff ibid.num.3.Sed officium sequestri,quando finiatur,vide ibid.num.6.

Sequester in prima instantia datus durabit, pēdente appellatione.Rebuf.d.trac.de sequest. art 7.num 10.

Sequestrari fructus nunquid,& quando debeāt, interposita appellatione à sententia lata in fauorem actoris, ad restitutionem rei cum fructibus, vide Natt. consi. 584.& cap. quoties 2.quæst 6.

Possessio rei depositæ apud sequestrum, licèt perdatur, non tamen perditur commodum ipsius:& sequestratæ res, quæ seruando seruari non possunt, debēt vendi,& pretium in sequestrum teneri.Bar.in l.si oleum 10.ff.de dolo,Vel retineri.idem in l.postquam 5.§.qui legatum.ff.vt in possessio.legato.

Sequestrata res restituitur vincenti, vel ei, per quem non stat, quominus iudicium agitetur, & si pereat, perit periculo sequestrantis indebitè Barto.in d.l.19.ff.de dolo.

Sequester pro re sequestrata, qua actione conueniri possit, vide Bartol.in d.l.postquam 5. §. Imperator. ff.vt legato. seu fideicommisso. cau.caueat.

Sequester tenetur seruare legem à partibus sibi datam.l.is penes 6.C.depositi.

Sequester non tenetur rem restituere, nisi finita lite, vel cùm per actorem steterit: & contra illum,qui fecit fieri sequestrum indebitè, actione de dolo succurritur, vbi alia actio deficit.d.l.si oleum 10.ff.de dolo malo.

Cōtra sequestrum habet locum depositi actio, qua is tenetur rē exhibere in loco conuento.l. ei,apud quem 5.§. in sequestrum. ff.depositi.

Sequester non potest officium suum deponere spontè,nisi ex causa, & tunc Iudice interueniente, & vocatis partibus. d. l, 5. §. si velit. ff. depositi.

Sequester dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuersia est,deposuerunt.l. sequenter 109.ff.de verbo.& rer. signific.

Sequester necessarius rei contentiosæ,per Iudicem appositus, non possidet ciuiliter,nec naturaliter,sed nihilominus prior possessor possidet, quod procedit, nedum in sequestro Prætorio,sed etiā in iudiciali misso irreuocabiliter ex causa iudiciali. Gasp. Cabal. milleloq.26. Nam sequestratio necessaria ex legis,vel Iudicis necessitate, non priuat quem sua possessione, quod secùs est in voluntaria.idem Cabal.milleloq.929.Hiero. de Monte in suis quæstio.quæst.23. Andr. Gail.obser. 5.lib. 1.Guid. Pap q. 246. Cassad. decisio. 14. num.fin.& Henric,Boer.in suis singularib.tit. sequestratio 1.

Sequestratio sub manu Regia neminem expoliat: & sequestrationem opponens impedire pōt si in promptu ostendat de iure suo. Boe. decisio.172 Licèt sequestrationem impedire non possit ille, qui de manu hæredis capere debet.Boer.ibid.num.15.

Sequestrum potest fieri de voluntate partium, & per illud transit possessio in eum, cui res traditur.Guid.Pap.sing 762.Nisi causa custodiæ res sequestretur.l. interesse 39. ff. de acquiren. possessio.

Possessio rei sequestratæ per Iudicem non perditur: quia videtur facta causa custodiæ, nisi de voluntate Iudicis aliter constet,sed an sequester habeat aliquam actionem pro ipsa re,si illam amiserit,vide Barto.in d.l.39.ff.de acquiren.possessio.

Apud sequestrum plures tantùm deponunt, & tunc possessio amittitur, & in hoc differt à deposito, cuius possessionem retinet deponens,quando res non est in causa sequestri.l. licèt 77.ff.depositi.

Sententia sequestri mandanda est executioni, non obstante appellatione. Cabal. milleloq. 931.& Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de sequest.art.1.glo.2.nu.13.Tom.3.

Sequestrum factum contra formam statuti, est ipso iure nullum.Borg.decis.23.de iudic.

Seque-

Sequestro iniustè concesso, datur actio pro interesse passo, primò contra Commissarium concedentē, & in subsidium contra partem requirentem. Papon.lib.8.tit.4.arrest.6.

Si sequester soluendo nō sit, quando de partiū volūtate receptus fuit, nō tenetˉ Iudex; secùs si solius ipsius Iudicis auctoritate. Rebuff. in constitutio.Reg.tract.de sequest.art 4. glo.3. num.5 Sed quid quando fuit datus ad vnius partis instantiam, vide ibid.

Res sequestrata non debet locari vni ex colliti gantibus. vide Papo.lib.8.tit.10.arrest 9. Sed locatio ipsius rei fit, partibus auditis. Rebuff. in dd.constitutio.Reg.tract.de sequest. art.1. glo.3 Et plus offerenti. Rebuf.ibid.glo.4.

Res præsumitur illius, in cuius odium fuit factū sequestrum. Rot. Genu decisio 13.num.16.

Res sequestrata non poterit interim vēdi. Gui. Pap.q.210.num.fin.

Per rei sequestratæ exhibibitionem, aut præsen tationem, consulitur indemnitati creditoris. Crau.consi.272.num.6.

Fideiussor rei sequestratę, duo tenetur promittere, nempe rei sequestratæ repræsentationē, & de re non baratanda. Crauet. consil. 272. num.6.

Sequestrum est aliquando loco descriptionis bonorum, qua eorum alienatio non impeditur. Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.457.

Triplex est sequestratio, voluntaria, necessaria, & mixta, vide Rebuff.in constit.Reg. tract.de sequest.art.1.glo. 1.num. 6.Tom.3.

Quamuis debitor, cui fit protestatio, ne soluat, non teneatur parere, tamen fallit, quādo fit auctoritate Iudicis, quia tūc tenetur parere, & excusatur absque alia exhibitione instrumenti.Pet.de Rauen.sing.54.

Instrumenta apud sequestrum deposita per cōductorem, debent de iure reddi ipsi conductori, facta solutione.l.propter 5.C. depositi.

Tempore nundinarum negotiatores, & alii ad nundinas concurrentes, non possunt ibid. ex antè gestis conueniri, neque eorum merces sequestrari.l.1.C.de nundin.& mercato.

Propriè in sequestro est depositum, quod à pluribus insolidum, certa cōditione, custodiendum, reddendumque traditur.l.6.ff.depositi.

De sequestris vide in ti.C.de prohibit. sequest. pecu.& ibid. DD.

De descriptionibus.

DEscriptio bonorum facilè concedi tur, cùm nemini præiudicium afferat, vide in decisio Pedem. fol. 112. in consi.ibidem impresso, nu.26.

Quando est lis super arboribus iam incisis, facta descriptione, & præstita cautione de restituendo in euētum succumbentię, nemora debent relaxari. Vera. decisio.158. seu 9 part.3.

In casibus, in quibus ꝓhibita est sequestratio, poterit tamen pars petere rerum, & fructuū descriptionem fieri, ad hoc, vt quantitas rerum, & fructuum facilius probari possit. Rebuff.in constitutio. Reg.Tom. 3. tract. de sequestra.art.1.glo.2. num. 9. Nam licèt sequestratio sit prohibita, non tamen est prohibita descriptio, nisi certis in casibus, de quibus vide per Bar.in l.1. §.eligitur.ff.de ventr. in possess.mittend.

Descriptio bonorum, ne bona pereāt, potest fieri in casibus, in quib. est prohibita sequestratio.Bar.in l.fin.§.fin.ff.de requir. reis.

Possessor vtitur fructibus, lite pendente.glo.pe. in c.hæc quippè.3.q 6.

De temporibus appellationum, & reuisionum, earumq; desertione.

IN quibus casibus dicantur fatalia non currere, si per Iudicem steterit quominus causa fuerit terminata, vide Ozasc.de cis.12 num.9.Cassad. decisio.9.titu. de appellatio. Andr. Gail.obser.141.num.fin.lib.1.Dec.cōs. 677.& Bar.in Auth:vt spōsalia largitas.§.hoc quoq;.

Appellās post lapsum fatalium, & si ex persona sua prosequi appellationem non possit, attamen si appellatus intra fatalia rescriptum impetrauerit, vel ꝓsequi inceperit, & prosequatur post lapsum fatalium, poterit ex persona appellati.(etiam lapsis fatalibus) suam prosequi appellationem.Ozas.decis.28.num.8.

Appellatus si dilationem petierit ad probandum de iure suo, hæc dilatio non imputabitur appellanti.Ozas.decis.28.num.12.

An fatalia currāt in Regio Senatu, vide Afſl. decis.78 Et quid in causa appellationis introductæ in Principis consistorio, vide Afflic.d. decisio.78 Gram.deci.13 Frāc.Marc q 420.Rot. Genu.decis.179.nu. 4. Andr. Gail. obser. 141. lib.1 Rol.consi.15.vol.2.& c.ei, qui appellat. 2.quæst.6.

Appellatio non erit deserta, si quis non possit propter inopiam eam introducere Gui.Pap. q.213.& q.436.nu.22.Vel ꝓsequi. Cassad.dec. 6 ti.de appellatio. Vt saltem concedatur restitutio.Put.decis.446 par.2.Verùm licèt pau pertas excuset desertionem appellationis, quando tractatur de fatalibus prosequendæ, tamen secùs est in fatalibus interponendæ. Gail.obser.142.lib.1.

Quæ sint iustæ causæ, ex quibus quis posit excusari à prosequutione suæ appellationis, vide Guid.Pap.q.436.nu.109.

Negligentia prosequendi appellationem, non debet nocere appellato: ideò Iudex appellationis post desertionem ipsius, potest pronũciare bene ꝓcessum.Aegi.Bella.cõcl.207. Et sic cõfirmare sñam, nõ antè infirmare.Mohe, decis.193.vide in additiò.q.245.Capel.Thol.

Desertio non nocet appellato respectu expensarum.Capel.Thol.quæst.245.in additio.Ideò tunc Iudex appellationis potest appellationem desertam pronunciare, & partem (cuius culpa hoc contingit) in expensis condemnare. Iaff. Lanf.Balb. decis.269.& Andr.Gail. obser.137.lib.1.

Appellatus non potest appellantem inuitũ cogere ad prosequendam suam appellationẽ, nisi vltimo mense anni dati ad prosequendum.Iaff.Lanf.Balb.decis.474.

Licèt propter impedimentum contingens appellanti in secundo annò, non detur tertius annus, poterit tamẽ ei succurri beneficio restitutionis in integrum aduersus lapsum secundi anni.idem Iaff.decis.478.

Princeps potest restituere aduersus cursum fatalium.Crauet.consi.266.Et ille solus, etiam in terris Feudatariorum. Roland.consi.4.vol.3.nume.12.

Instantia, non ipso iure, sed per restitutionem in integrũ, reparatur.Mysing.obse.42.cent.1.

Quod dicitur Iudicem appellationis non posse super principali pronunciare, quando reperit appellationem desertam, non procedit, si reperiat sententiam esse confirmandã, & partes in principali processerint, nihil opponendo de desertione; tũc enim Iudex poterit confirmare priorem sentẽtiam. Mysing. obser.60.cent.2. Nec procedit, quando ipse Iudex anteà se pronunciasset competẽtem, aut causam legitimè deuolutam, vel appellationem non esse desertam.Mysing.ibid.

Tempus præfixum instantiæ, debet intelligi, si intra dicti temporis terminum, causa poterit expediri. Cassad. decisio.9.nume.10. titu. de appellatio.

Impedito facto aduersarij (cùm ipso iure com petat secundum fatale) non est necesse petere declarationem ipsius secundi fatalis. Capel.Tholos.quæst.175. Quòd fatalia non currant impedito facto aduersarij, scribit etiam Vera.decis.13 part.2.Idem in instantia.Natt. consi.173.num.17.

Fatalia non currunt appellanti procedenti super attentatis: quia attentatorum prosequutio impedit cursum fatalium.DD.de Rot.decis.10.tit.de appellatio.in antiq.aliàs 89. Nec currũt agẽti super ipsis attentatis. ibid. deis. 79.aliàs 448. Quando fuit appellatum à diffinitiua.Hartma.c.21.tit.de appellatio.lib.2.

Vbi ad prosequutionẽ alicuius iudicij, est præfixus terminus, ille non currit, pendente alio iudicio præiudiciali. Put.decis.50.lib.2.

Sententia cùm sit nulla, si ab eo, contra quẽ fertur, causa nullitatis committatur, fatalia, pendente hoc iudicio, non currunt in causa appellationis.Put.decis.106.lib.2.

Sententia nulla à fatalium lapsu excusat. Put. decis.374.lib.2. Sed an, appellatione deserta, deferatur nullitas, vide distinctionem traditam per Mysing.obser.77. lib.2.

In causa nullitatis fatalia non habentur in consideratione. Craue consi.266. num.8. Et hoc verum, quando nullitas expressè deducitur, licèt simul cum appellatione; quia tunc dicitũ nullitas principaliter venire. Crau.consi.273.

Nullitas non censetur deserta, etiã appellatione deserta: ideò quando fuit dictum de nullitate post desertionẽ, poterit agi causa nullitatis.Natt.consi.217.Tom.1.

Tempus prosequendæ appellationis, quibus in casibus nõ currat, vide Perillustr. D.P.Teslau. decisio.10.Et quid iuris, si causa sit assignata dietim, vide ibid.

Petenti ius dici intra debita tempora, non potest imputari de lapsu instantiæ, tamen secundum Bald.debet peti pluries. Iaff.Lanf.Balb. decis.128.& Andr. Gail. obser.141. nu.9.lib.1.

Prorogatio fatalium vnius, prodest alteri habẽti causam cõem, & cõnexã.Put.decis.469.li.2.

Licèt finito tempore instãtiæ causæ appellationis, non possint partes procedere coram Iudice, ad quem, tamen appellato ante tale tẽpus finitum prosequente, poterit appellans etiã prosequi, & finire, lapso tali tẽpore.Iaffr. Lanf. Balb.decis.473.

Restitutio ad prosequendam appellationẽ contra lapsum fatalium, ex qua causa detur, & quando non currat tempus, vide Mysing.obser.98.cent.5.

Non dicitur deserta appellatio, si appellans nõ produxerit sententiam, sed tunc Iudex quid facere debeat, vide Cabal.milleloq.963.

Instantia nõ dicitur deserta culpa actoris, quãdo ille petiit sentẽtiam, & protestatus est de lapsu instantiæ: & valebit sententia, si actor exhibuerit Iudici ꝓcessum; aliàs secùs. Borg. Caual.decis.6.nu.10.de iudic.

Licèt appellatione deserta, iurisdictio illico ad Iudicem, à quo, reuertatur, tamen officium Iudicis appellationis, quo ad restitutionem adhuc superest, isque de restitutione fataliũ cognoscere, & pronũciare potest. Andr.Gail. obser.137.lib.1.

Instan-

Instantia in qualibet causa etiam summaria, & executiua, datur, imò quilibet articulus habet instantiam. Mago.decis. 89 Rot. Floren.

Fatalium prorogatio, an fieri possit à Rota, quoties sibi videtur, etiam sine partis citatione, vide Crescen.decis.3.aliâs 230.tit.de offic. & potestat.Iudi. delega.

Fatalia an currāt, mortuo appellante, vide Crescen.decisio.4.aliâs 171. tit. de appellatio.

Tempus instantiæ non currit à die, quo producta sunt capitula probatoria, donec articulus admissionis capitulorum, fuerit terminatus: quia terminus non currit, vbi disputatur super eo, quod expediendum erat. Natt.cōs. 173.num.16.Tom.1. De instantia primi iudicij, vide supra tit.de instant.

Tempus fatalium nō currit tempore retardatæ expeditionis actorum, si stet per Secretarium. Barth.de Capu singu.69. Et quando currat conceditur restitutio.ibid.sing.97.

Instantia causæ appellationis, currit à die illius interpositionis: fallit, quando Iudex appellationis non est certus, veluti, quando est eligendus de numero confidentium; tunc enim ante electionem nullum currit tempus. Hippol. de Mars. singul. 51.

Iustus metus excusat, ne tempus, intra quod potest appellari, currat, protestatione super hoc facta; aliâs secùs.cap.fin. ext. de appell.

Appellationum tempora sunt continua, & in illis computantur feriæ.vide l.1.C. de fer.& infra tit.proxim.

Tempus non negligenti minimè currit, & tempus appellationis prosequendę, an incipiat currere à die appellationis interpositæ, vide Bartol.in Authen.de appellatio.

Pars, contra quam est lata sententia per Arbitros super causa à qua appellauerat, potest [illegible]vere pœnam, & redire ad Iudicem appel[illegible]onis, non obstante lapsu fatalium. Bart. [illegible]m, num.6.

Con[illegible]nisso deserto, appellans habet tantū tempus ad prosequendam appellationem, quod supererat de biennio, à die facti compromissi.Bar.ibid.num.fin.

Impedimentum facit, vt fatalia non currant. Ozas.decis.28.num.10. Et tunc subuenitur impedito per restitutionem.Capel.Thol.q.321. Tamen debet probari, antequam secundum fatale concedatur.idem Ozas. ibidem, num. 15. Et probatur per iuramentum, si ex longinquo appelletur. Afflict.decis.79.

Impedimentum iustum probatum iuramento, facit, vt quis possit restitui ad appellandum, seu ad introducendam appellationem. Gui. Pap.q.205.

Infirmitas præstat iustam causam excusationis, vt sit locus restitutioni.Cassad.decisio. 6. tit. de appellatio.

Apellans impeditus in primo fatali habet integrum secundum, secùs si fuerit impeditus in secundo, quia tunc habebit nisi illud tempus, per quod impeditus fuit.DD. de Rota, decis. 60 tit.de appella.in antiq.aliâs 603. & Guid. Pap.sing 332.

Impediti protestatio non requiritur, quando aliunde impedimentum detegitur. Vera. decis.13.par.2.num.5.

Restitutio aduersus lapsum fatalium coram Iudice, ad quem, est petenda, & petenti restitutionem in integrum aduersus lapsum fataliū, incumbit onus probandi iustum impedimentum, nec sufficit sola impedimenti probatio, nisi etiam probetur, quòd remoto illo impedimēto, petēs non fuerit in mora. And.Gail. obseru.143.lib. 1.

Pendente causa restitutionis, articuli facientes ad merita causæ, non debent admitti. Gail. ibid.num. 5.

Restitutio in integrum ad prosequendam appellationē, operatur, ac si sententia non trāsiuisset in iudicatum, sed quibus, & quando detur talis restitutio, vide Dec.consi.436.

Pauperes excusantur à prosequutione appellationis, & est paupertas iusta causa, vt illi biēnium habeant ad illam prosequendam. Rol. consi.87.num.51.vol.2. Ideò appellatio non erit deserta, si appellans propter paupertatē non soluerit gabellam pro appellatione. Frācis. Cremen.sing.122.

Appellans si ob impedimentum intra annum appellationem suam prosequi non potuerit, ad hoc, vt secundum habeat, debet probare impedimentum per duos testes, & non per iuramentum etiam suppletiuum. Roman. singul.211.

Vnico die impeditus, habet secundum fatale, sed impeditus aliquo tempore in secundo fatali, non habet aliud, sed restituitur duntaxat ad tempus, quo fuit impeditus. Guid. Pap.singul.607.vide Hartma.cap.14.tit. de appellatio. libro 2.

Pacto expresso, vel tacito, possunt prorogari fatalia. Ozas.decisio.28.Sed quòd solùm expressè possint prorogari, habetur ibid. num. 28. vide num.fin.& Perill. D.P.Tessau.decis.244.

Ipsa fatalia an possint prorogari, vel suspendi, partium consensu, vide Iass. Lans. Balb. deci. 426. Mysing.obser.49.cent.3.Gail.obser.140. libr. primo, nume. 8. & obseruatio. 141. Vel pacto, vide Bartol. in Authentic. de appellationib.

Tēpora assignata p statutū ad prosequendā appellationē, de cōsensu partiū prorogari possūt per

per totum tempus à iure communi concessum. Rol.consi.21.vol.3.

Appellationis prosequendæ tempus prorogari pôt à statuto, vel consuetudine, non à Iudice. Ant.Corse.in suis sing.lit.A.sing.appellatio 4.

Compromissum factum à partibus intra decem dies, non impedit cursum dictorum dierum: ideò appellatio deseritur; secùs in fatalibus datis ad prosequendam appellationẽ. Guid. Pap.q. 115 Nam tempore compromissi non currunt fatalia. Ozas.decis.28.num 6. Cassad. decis.9. titu. de appellatio. Andr.Gail.obser. 141.lib.1.vide tñ Papon.lib.19. tit.6. arrest.3.

Decendium ad appellandum non potest prorogari ꝑ partes; secùs est in fatalibus, quæ possunt prorogari, tam per cõpromissum, quàm aliàs consensu partium. Mysing.obser.68. cẽt. 2.Maran.in suo Spec.part 6.tit.et quandoque appellatur, nu.236. Pet.de Rau.sing.30.& 421. Anto.Corset.in suis sing.lit.A.sing.appellatio 4.& Andr.Gail.obser.139.lib 1.

Per compromissum factum in Arbitratorem, suspenditur tempus appellationis prosequendæ; sicut & in Arbitrum, licèt Ancha.teneat contrarium. Iaff.Lanf.Balb.decis.479.

Iudex non potest terminum per se statutum ad introducendam appellationem, prorogare. Guid.Pap.q.213.num.4. Vel aliter concessum, idem Guid.Pap.q.436.num.23.

Tempus ad interponendam appellationẽ, supplicationem, seu reuisionem, intelligitur currere à die scientiæ, & talis scientia debet esse per intimationẽ instrumenti sententiæ, quod etiam procedit, quando pars fuit personaliter citata ad audiendam ipsam sñiam, & fuit contumax. Ozas.decisio.142.num.35. & 36.c. biduum 2.q.6.

Tempus appellationis prosequendæ computatur à die appellationis interpositæ; non autẽ commissionis præsentatæ. Put. decis.56. 151. & 154.lib.2.Gail.obser.141.lib.1.vide Papon. lib 19.tit.6 arrest.9.Sed quid in hac Patria, vide decretum in nouis ordinibus, tit. *della prosecutione dell'appellationi, &c.*

Decem dies, qui dantur ad appellandum, currunt regulariter à tempore prolatæ sententiæ, ita vt dies ille, quo lata est sententia, pariter computetur. Mysing.obser.2.cent.2.

Regula limitatur primò, quando non adest facultas adeundi Iudicem, à quo, vel ad quem. Mysing. d.obser.2.

Secundò limitatur, quando sententia esset lata, absente parte: nam tempus ad appellandum ab initio est vtile, sed quo ad progressum, cõtinuum. Mysing.d.obser.2. vide infra tit.prox. Nec sentẽtia lata, absentibus domino, & Procuratore, transit in iudicatum, nisi post decẽ dies, à die scientiæ. Afflic.decis.344. vide Capic.decis.139.

Tempus appellandi à sententia lata sub conditione, incipit currere à tempore sententię latæ; non conditionis purificatæ. Guid.Pap.q. 257. Mysing. obser.95.cent.5. cap.biduum 2. quæst.6.& l.1 §.biduum, & §.fin.ff.quando appellandum sit.

An triginta dies, intra quos Iudex, à quo, debet apostolos concedere, incipiant currere à die sententiæ, vel à die appellationis interpositę, vide Maran.in suo Spec.tit.et quandoque appellatur, nume.219.part.6. & Guid.Pap.q.436. num.34. Quòd solùm incipiant currere à tempore appellationis, tradunt DD.de Rot.decis.5.tit.de appellatio.in nouis, aliàs 29 vide decis.15.ibid.aliàs 102.Guid.sing.615.Hartm. cap 9 tit.de appellatio.lib.2.& Papon. lib.19. tit.1.arrest.9.

Appellatio non dicitur deserta, si in termino ad prosequẽdã ipsam appellationẽ assignato, cõmissio cursori (licet non Iudici) fuerit præsentata. Cassad.decis.4.tit.de appellatio.

Appellans si, non inuento Iudice, à quo, coram honesta persona appellauerit, an teneatur redire ad Iudicẽ pro apostolis, vide Cassad. decis.8.tit.de appellatio.

Sufficit appellanti à diffinitiua intra terminum præfixum, iter arripere. DD.de Rot. decis.13. de appellatio.in antiq.aliàs 94.

Tempus assignatum Iudici ad causam decidendam, incipit currere à tempore præsentationis rescripti.c.super eo 12.ex.de appellatio.

Fatalia sunt triplicia; nam quædam ad interponendam appellationem, quędam ad introducendam coram Iudice appellationis, & alia ad illam finiẽdam, & prosequendã spectant, sed de fatalibus interponẽdę vide per Andr. Gail.obser.139.lib.1.

Appellatio de iure cõmuni intra decem dies, à die latæ sententiæ, interponi debet. Papon. lib.19 tit.1.arrest.10. Aliàs sententia in rem iudicatam transit, duobus tamen interuenientibus, nempe ꝙ victus sciat sententiam prolatam, & contra se, vel in sui præiudiciũ. Gail. obser.139.lib.1.vide Maran.in suo Spec.part. 6.tit.et quandoque appellatur, num.213 Vbi scribit limitationes, sed qualiter intimet sententia, vide Nat.consi.245. Et an sufficiat sciẽtia Procuratoris, vide Gail.d obser.139. nu.7.

Fatalia introducendæ appellationis à die interpositæ, currere incipiunt, etiam quando terminus fatalium expirat in feriis, ita tamen vt si introductio appellationis propter incidentes ferias ante finem termini fieri nequeat, appellatio non remaneat deserta, dũmodo in prima audientia post ferias, introducatur.

ducatur. idem Gail. obseruatio. 140. lib. 1.

Licèt Iudex, à quo, non posit prorogare terminum legis, datum ad introducendam appellationem, tamen Iudici appellationis iustis de causis hoc permittitur. Gail. d. obseruatio. 140. nume. 7.

Tempus biennij nõ præiudicat appellanti, quominus ex causa legitima audiatur, saltem per beneficium restitutionis. c. ex ratione 8. ex. de appellatio.

Ille, qui appellauit, sed non prosecutus fuit, & ille, qui omisit appellare, quomodo posint petere restitutionem in integrum, vide Bart. in l. 1. C. si sępius in integ. restitut. postul. fue.

Si sententia præcipiat aliquid fieri ad certũ terminum, tempus ad appellandum currit à tẽpore sententiæ; non autem à die finiti termini. c. quo ad 15. ex. de senten. & re iudic.

Pars, cui statutum est tempus ad accipiendum apostolos, si non vadat, cadit ab appellatione. Bar. in l. vnica. ff. de libel. dimisso.

Appellans ad hoc, vt fatalia sibi non currant, duo agere debet, nempe litem exercere, & causam vsque ad finem perducere, ita vt nihil supersit agendum, nisi sententiam proferre. Ozas. decis. 12. nu. 10.

Appellans debet curare, vt intra fatalia causa terminetur, aliàs causa appellationis, lapsis fatalibus, fiet deserta, & firma remanebit prima sententia. Ozas. decis. 13. nume. fin. Sed an sententia Iudicis appellationis post desertionem lata, sit nulla, vide Guid. Pap q. 436. nu. 17. Pro affirmatiua, scribunt Gasp. Cabal. milleloq. 960. & Henric. Boer. in suis singularibus tit. de sertio.

Fatalibus elapsis, perinde est, ac si non fuisset appellatum. Ozasc. decisio. 109. numę. fina. & Gram. decisio. 13.

Fatalium ęlapsus appellationem eneruat. Affli. decis. 78. Et illa remanet deserta, sententiaq; transit in iudicatum, nec est opus, quòd super desertione ipsius appellationis, feratur sententia, secundum Dec. consi. 436.

Appellatione deserta per lapsum fatalium, nullo iusto impedimento interueniente, nõ potest appellatus, neque appellans eam prosequi. Capel. Thol. q. 175.

Appellatio deseritur, si sententia non feratur intra fatalia, licèt conclusum sit in causa. DD. de Rot. decis. 45. de appellatio. in antiq. alias 295. Et tunc Iudex non potest condemnare, nec à petitis absoluere, nisi ab obseruatione iudicij. Roma. sing. 795. Nam fatalia currunt etiam post causæ conclusionem. Guid. Pap. sing. 615.

Appellatio an censeatur deserta per lapsum primi fatalis, licèt appellans, & appellatus causam prosequuti fuerint, & intra secundum fatale Iudex appellationis suã protulerit sententiam, vide Ozas. decis. 28.

Iudex, à quo, lapso primo anno, & non constito sibi de impedimento, potest suam sententiã exequi, citato appellãte absente. Ozas. d. decis. 28. nu. 3. vide tamen Guid. Pap. q. 213. nu. 5. Papon. lib. 19 tit. 6. arrest. 4. 5. & 6. ibid. & Maran. in suo Spec. part. 6. tit. et quandoque appellatur, num. 231.

Appellatione deserta, an posit prior sententia executioni mandari sine noua sentẽtia, vide Boer. dec. 206. nu. 11. Quia tunc cõdẽnatus nullam habet dilationem legalem ad præstandum id, in quo erat condemnatus. Mysing. obser. 79. cent. 2.

Appellatio an sit deserta propter non factam præsentationem processus intra terminum styli Curiæ, vide Afflic. decis. 79.

In dubio pro non desertione appellationis, iudicandum est. Rot. Genu. decis. 23. num. 12. & Dec. consi. 430.

Appellationem desertam, potest Princeps admittere ex aliqua verisimili præsumptione; non autem Senatus nisi per viam restitutionis, probatis legitimis impedimentis. Guid. Pap. q. 185.

Releuamentũ temporis, si pars fuerit negligens in appellatione interponenda, aut introducenda, aut prosequenda, Princeps concedere potest. Guid. Pap. q. 185.

Si appellatio fuerit deserta, licèt vtraque pars appellationem sit prosequuta, non attenta desertione, nec mentione de ea facta vsque ad sententiam, Iudex non debet super principali pronunciare, sed super desertione appellationis, quòd procedit si ab vtraque parte appellatio est deserta; aliàs secus. Mysing. obser. 57. cent. 2. Sed ex quibus causis appellatio habeatur pro deserta, vide ibid. obser. 22. cent. 3. Et probari desertio quomodo posit, vide Cabal. mille loq. 963.

Magis nocet appellatio deserta, quàm si pronũcietur malè appellatũ. idem Cabal. milleloq. 966. vide Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. tract. de appellatio. art. 5. glo. 1. nu. 23.

Desertioni non videtur dispẽsatum, si Princeps in signatura dicat, audiat talis, & Iustitiam faciat. Rot. Auenio. decisio. 61. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Desertioni appellationis quis censetur renunciasse, quando petiit pronunciari, bene iudicatum, & malè appellatum. Cra. consi. 2. nu. 2.

De iure desertioni appellationis non præscribitur, nisi spacio 30. anno. secundum Papon. lib. 19. titu. 6. arrest. 1. vide Maran. in suo Spec. par. 6. titu. et quandoque appellatur, nume. 228.

& cap.

& cap.cùm super 17.ex.de senten.& re iudic.

Appellans ad prosequendam appellationē habet annum,& ex causa biennium: sed si intra id tempus non prosequatur appellationem, firma remanet sententia,vel cognitio reuertitur ad primum Iudicem, si appellatum sit ante sententiam. c. cùm sit Romana 5.c.44 & 45.ex.de appellatio.& c.ei,qui 2.q.6

Regis Procurator etiam non releuatur à desertione.Papon.lib.19.tit.6.arrest.7.

De iure communi,lapso biennio à die appellationis,appellatio dicitur deserta, & tunc partes Iudicis sunt in pronunciando appellationem desertam, absoluendo partem appellatam ab obseruatione iudicij cū victoria expensarum. Craue.consi.273.Sed in hac Patria ex dispositione nouorum ordinum,ipsa appellatio efficitur deserta per lapsum sex mensium, vt habetur in tit *delle prosecutioni dell'appellationi,&c.*

Appellatione deserta, an negotium principale ipso iure reuertatur ad Iudicem, a quo, vide Bero.q.120.

Qui Iudex debeat pronunciare super desertione appellationis,& in quibus casibus appellatio dici possit deserta, vide Maran.in suo Specul.tit.et quandoque appellatur, nume.408. Rebuff.in constitut.Reg. tract.de appellatio. in præfatio.nu.75.& art.5.ibid.Tom.3.

Lapsus instantiæ in causa appellationis est maioris præiudicii,quàm lapsus instantiæ causæ principalis: quia in causa appellationis, per lapsum temporis extinguitur omne ius, cùm maneat firma prima sententia;secùs in instātia cāę principalis.Mathes.sing.24.in additio.

Idem Math. Mathes. scripsit ad titu. de tempo. appella.& huiusmodi scripta reperiūtur post sua singularia.

Minor non restituitur ad appellandum, seu ad prosequendam appellationem, nisi probata læsione. Ozas.decis.158. vide Guid. Pap.q.31. nu. 5. & Bart.in l.5.C.in quibus cau.in integr. restitut.non sit necessaria.

Tempora data ad appellandum ita currunt minoribus, vti maioribus. Ozas.decis.158.nu. 10.vide Bar.in l.5.C.si aduersus rem iudicatā, tamen datur restitutio.Abb.consi.77. part.2.

Mulier eo solùm,quòd sit mulier,non restituitur aduersus lapsum fatalium. Vincen. de Fran. decis.284.part.2.

Sententia Præfecti Prætorio, à qua fuit reclamatum, post duos annos transit in iudicatum. Afflic. decisio.78.

An fatalia currant, pendente termino remissoriæ datæ pro examinādis testibus causæ,vide Cassad.decis.9.tit.de appellatio.

Fatalium cursus publico iure introductus est. Cassad.d.decisio 9.

Instantia decreti,subrogatur loco instantiæ iuris communis: & instantia supplicationis est similis instantiæ causæ appellationis. Rolan. consi.94.volum.1.Et secundum illam regulatur.ibid.num.22.

Quando Procurator non appellans, præiudicet domino,vide Afflic.decis.344. & supra titu.de appellatio.in genere.

Appellatio instituta à non habente mandatum, debet ratificari intra tempus datum ad appellandum, & ad illam introducendam,aliàs ratificatio nihil proderit.Guid.Pap.q.13. Sed quid,quando fuit interposita per Procuratorē, & an dominus teneatur ratificare intra tale tempus,vide Maran.in suo Spec.tit.et quādoque appellatur,nu.218.

Appellatio deserta dolo, & negligentia Procuratoris, nocet domino; tamen agi potest ad interesse cōtra ipsum Procuratorem. Cassad. decis.5.titu.de appellatio. Andr. Gail. obser. 143.num.6. lib.1. Sed quando Procurator nō est soluendo, conceditur restitutio aduersus desertionem;& in beneficialibus semper cōceditur. Cassad.d.deci.5.nu.3. & And.Gail.d. obser. 143.

Si decesserit Procurator,& propter eius obitum non fuerit appellatum, etiam erit locus restitutioni. Cassad. decisio.6. titu. de appellatio.num.5.

Procurator in vltimo momento in domo Iudicis absentis comparens, & petens absentiæ testimoniales, & schedulam appellationis apud Notarium relinquens, appellare præsumitur,& excusatur à desertione. Put.decis. 130.lib.2.

Procuratoris negligētia in prosequēdo appellationem,licèt ille soluendo non sit, si dolus non probetur,an appellatio deseratur, vt dominus non sit restituendus,vide Crescen.decis.7.aliàs 258. tit.de appellatio.

Non legitimè defensus per Procuratorē, & condemnatus, potest appellare à tempore scientiæ. Aegid. Bellam.conclusio. 359. Tamen,quòd tempus datum ad appellandum currat domino à diæ scientiæ Procuratoris,quando iudicium per Procuratorem fuit agitatum,scribit Iaff.Lanf.Balb.decis.235. Sed primū dictū posset sustineri, quando Procuratoris contumacia esset expressa, & dolosa,vide eundem Iaff.decis.397.

Constitutiones nouæ Pedemon.tit. *dell'introdutioni dell'appellationi*, ibi. *intimata ò sia notificata*, declarant per Menoc.de Arbit.lib.2.cal 227.

Tempus multiplex est in appellatione, vt habetur per Rebuff.in constitut.Reg.tracta.de appellatio.in præfatio.num.43.Tom.3.

In

Insufflatio spiritus vitæ instantiæ peremptæ, bina vice concedi potest. Rol.consi.4.vol.3.nu.62. Sed an sint resartiendæ expensæ per actorem (qui impetrauit restitutionem) parti cõuentæ, vide ibid.d.consi.4.nu.63.

Iudex appellationis, loco Iudicis causæ principalis succedit.Guid.Pap.sing.482.

De tempore interponendæ, inrroducendæ, & exercendæ appellationis,& quãdo illud currat,& si currat, quãdo quis restituatur, etiam finita instantia, vide per Bart.in tit.C.de tempo.appellatio.& in Authen.de appellatio.

Si appellans non prosequatur appellationem intra tempus sibi præfixum, illi renunciare tacitè intelligitur.c.personas 4. ex.de appella.

De tempore vtili, & continuo.

Annus vtilis vt currat, q̃ę sint necessaria & tempus in dubio, an intelligatur vtile, vel cõtinuum, vide per Ias. de actio. in §.rursus, nume. 60. & seqq.

Tempus quadriennij constitutum ad petendã restitutionẽ in integrum, à principio est vtile,& non currit ignoranti.Dec.consi.436.

In dubio tempus iudicatur continuum. Cassad. in consuetud.Burg.tit.*des Iustices* Rub.1 § 8. gl. 6.nu.13.Nisi probetur vtile. Barto. in §.aliud quoque, Authen.de hæred.& Falcid.

Tempus statutũ à lege, vel à statuto, in quo requiritur factum hominis, non currit ignoranti, sed vide Cassan.ibid.titu. *Des droicts* Rub.4. §.20 gloss.6.

Quadriennium datum minoribus effectis maioribus ad petendam restitutionem in integrum, nõ currit ignoranti se esse lęsum. Hippol.sing.572. Aliàs tempus continuum currit etiam ignoranti: fallit in executore.Bart.in l. genero 8.ff.de his, qui notan.infam.

Tempus petendæ restitutionis, an sit continuũ, & quid in redhibitoria, & quanto minoris, an dicatur vtile, vel continuum, vide Bar.in l.fi. C.de tempo.integr.restitut.

Tempus præscriptionum, an sit continuum, vel vtile, vide Barto. in Rub.ff.de diuers.tempo. præscriptio.

Impedimentum ex parte actoris, vel rei, aut Iudicis facit, quòd tempora vtilia non currant, sed qualiter probetur impedimẽtum ex parte rei, vel Iudicis, vide per Barto.in l.1.ff.dé diuers.tempo.præscript.

Tempus appellationis interponendæ est vtile ab initio; continuum verò quo ad processum. l.1.§.dies.ff.quando appellan.sit, DD.de Rota decisio.2.titu.de dolo,& contumac.in nouis, aliàs 49.

Tempus appellandi currit, licèt ex defectu contingente in personam litigatoris, Iudex adiri non possit, sed conceditur restitutio. Bart. in l.1 §.dies.ff.quãdo appellan.sit, Sed de tẽporibus appellationum vide supra tit.prox.

Regulariter omnes præscriptiones habent cõtinua tempora, nisi specialiter contrariũ reperiatur.gl.in Rub.ff.de diuers.tẽpo.pręscrip.

Ad hoc, vt vtilia currant tempora, requiritur, quòd non sit impedimentum agendi ex persona actoris, rei, vel Iudicis.l.1.eod.tit. & glo. ibid.disputat, an corrigantur huiusmodi vtiles dies, vel anni.

Dies constituti ad accusandum de adulterio, sunt vtiles.l.11.§.quidã.ff.ad leg.Iul. de adulter.& stupro.

Tempus petendę bonorũ possessionis, est vtile. §.fin.Institut.de bonor.possessio.

Annus in interdicto, de vi, & vi armata est vtilis.l.1.§.annus.ff.de vi,& vi armat.

Non currit illi tempus, qui copiam Iudicis habere non potuit.c.23.ex.dé rescript.

De accessoriis.

Iudex, lata sententia, potest circa accessoria supplere eodem die. Bart. sing.15.Ludo.Rom.sing.502.& Pet. de Rauen.sing.583.

Principali perempto, an, & quando accessorium perimatur, vel remaneat, vide My sing.obser.2.cent.3.

Principali extincto, non extinguitur accessoriũ, quod separatum est à principali.Rot.Auenio. decis.101.in decisio.diuerso.Tom.3.

Accessorium sequitur naturam sui principalis: & idem ius seruatur in causis depẽdentibus, quod seruatur in ipsis principalibus. Hiero. de Monte, in suis quæstio.q 4.

Accessorium sequitur naturam sui principalis: fallit in casibus, de quibus per Hippol. sing. 17.Et etiam quando alia est ratio in principali, alia in accessorio.Marc.de Mant.sing.295.

Idem iuris est de fructibus, & accessoriis, quod est de principali.Marc.de Mant.sing.261.

Ea est augmenti natura, vt illud pertineat ad eum, ad quem pertinet res ipsa principalis, cùm illius rei naturam sequatur.Menoc.cons. 201.nu.123.lib.3.

Vbi principale nullum est, ibid.accessorium esse, per rerum naturam intelligi non potest. Pet.Roy. decisio.3. Litua.nume.564.in decisio.diuerso.

Præscriptio rei principalis, ad accessorium trahitur, quod tẽpore cæptę præscriptionis in principali inerat; secùs si ex postfacto inesse cępe rit.Ludo.Roma.sing.583.

Ac-

Accessorium (etiam magis dignum) non trahit ad se principale; sed quando magis dignum trahat ad se minus dignum, vide Ant.Corse. in suis sing.lit. L.sing.legatum.

Lucrum assumit sibi naturã illam, quam habet capitale.Corset.ibid.sing.lucrum.

Mandatum habens ad vnum, censetur etiam habere ad illius accessoria: fallit, vt per Marc. de Mant. sing.94.

De expensis,& damnis litium in genere.

Victus victori in expensis condemnatus, quas expensas soluat, vide, Perillustr.D.P.Tessau.decis.67.& Andr. Gail.obser.151.lib.1.

Expensarum appellatione, non veniunt damna.Ozas.decis.46 Boer.decisio.52. Iass Lans.Balb.decis.281.Et contrà, condemnatus ad damna, non tenetur ad expensas. Boer.d.decis.52.num.7.Tamen appellatione damnorum,& interesse, venire expensas, scribit Papon.lib.8.tit.12.arrest.8.& 9.

Damna repeti possunt, quæ ex eo proueniunt, quòd à suis negotiis quis euocetur.Ozas.decis.46.num.11.

Appellatione damnorum, non veniunt expensæ in contractibus; secùs in iudiciis.Lúdo.Roma.sing.346.

Rustici non debent equitare: ideò non debent consequi expensas vecturarum. glo.in l.10.§. idem Labeo.ff.mandati, in verbo, eum.

Damnum ex persona artificis proueniens, an in condemnatione expensarum veniat, & quid de dãno extra litẽ circa alias res, vide Gail. obser.151.nu.17. & 18.lib.1.

In expensis,& commeatibus extimandis, viatici rationem non haberi, placuit Curiæ Paris. vt legitur in libris placit. d.Curiæ lib.11. de fructib.tit.16.cap.5.in decisio.diuerso.

In taxatione expensarum detrahuntur expensæ cibariæ, quas victor fecisset domi, nisi ille, qui obtinuerat, esset opifex alicuius artis, & esset pauper, viueretq; ex sua arte.Papon lib. 18.tit.2.arrest.13. Guid. Pap. singul.388. vide eundem Guid. Pap.q.625.Vbi testatur de cõtraria consuetudine, quæ derogat iuri cõi.

In sumptibus litis veniunt viatica, & cætera dãna in condemnatione expensarum, & cibaria veniunt eatenus, & quatenus victor expẽdit, vltraquam domi expendisset. Barto.in l. eum, quem 79.ff.de iudic. vide gloss.in cap.in prim s 2.q.1.

Damnorum quando debeat fieri cõdemnatio, & quando appellatione expensarum, veniãt damna,& interesse, vide Rebuff.in constitut. Reg.tracta.de expen. & interes. art.3. fo.881. Tom.3.Et ratio damnorum, quomodò,& quãdo consideretur, vide ibid.

Iudex habere debet rationem ad expensas necessarias ante litem factas, nempe in instrumentis, citationibus, & viatico.Rebuff.ibid. art.5.num.16.

Salarium Aduocatorum,& Procuratorum taxatur,& etiam viatica solent taxari. Rebuff.ibi. nume.19.& Barto. in l. Procurator 18. ff. rem ratam haberi.

Pars se expensas fecisse, qualiter probare debeat, vide Rebuff.ibid.nu.22.fol.886.

Succumbens, qui tenetur ad omnes expensas, pro his est obligatus, quas quis fecit propter defectum ipsius succumbentis, vel propter illam litem, quas aliàs facturus nõ erat victor. Bart.in l.omnes 31. C.de Episco.& Cleri.

In condemnatione expensarum, de quibus habenda sit ratio, & quid in cæteris damnis: & diuerso modo expensæ debentur.Bart.in l.1. ff.de alienat.mutand.iudi.cau.fac.

Monachus cum Abbate litigans, sumptus litis habere debet ab ipso Abbate.Afflict.decisio. 10.vide Aegid. Bellam. conclusio.88.

Pauperi non habenti vnde causam tueatur, Iudex debet sumptus decernere, & compellere ad hoc aduersarium. Guid.Pap.quæst.561. Franc.Marc.quæst 127.Boer.decisio.324 vide eundem Boer. decisio. 325. & Ioseph. Ludo. decisio.Perus.46.

Prouisio fit pluribus personis litigantibus, pendente lite, nempe filio cõtendenti super successione patris, vxori habẽti filium in vtero, & agenti ex Carboniano edicto, mulieri in repetitione suæ dotis, & Monacho accusanti Abbatẽ, in quibus casibus adiudicatur quarta eius, quod deducitur in iudicium, secundum Boer.decis.324.vide infra in hoc tit.

Sed quid, si non soluatur talis prouisio, vide ibi. decisio.325.

Prouisione, pẽdente lite, facta ratione sumptus litis, vel alimentorum, victus, cui fuit facta, non tenetur expensas ipsius prouisionis habitas victori restituere, nec ipsas in sortem computare, si postea vincat.Boer.d.deci.324.

Regulariter iniustum est, vt aduersarius aduersario sumptus litis administret. Aegid.Bella. conclusio.88.

Litiganti super bonis communibus, filio petenti legitimam, vxori petenti dotem, pendente lite, debent decerni sumptus litis, si aliunde non habeãt.Mysing.obser.21.cent.6. vide Crescen.decis.8.aliàs 232. tit. de iudic. Quod procedit, etiam si quis istorum agat contra Fiscum.Raud.tract.de Analog.c.33.nu.60.

Quibus

Quibus personis, & in quibus casibus fiat prouisio pro expensis lite pendente, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. prouisio. in præfatio. nu. 104. To. 1. & Papon. lib. 18. tit. 1.

Potest peti prouideri pro expensis, & alimẽtis, etiam post litem contestatam. Io. Gal. q. 233.

Diues cum paupere litigans, quas litis expẽsas illi subministrare debeat, & quid in filio petẽti bona paterna, vide Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 169. nu. 12. & consi. 386. lib. 4.

Quorum sumptibus transmittatur causa Cõsultori, iusiurandum, remissiones carceratorũ, interrogatoria, litteræ remissoriæ cum positionibus ad respondendum, vide per Ioseph. Ludo. decis. Perus. 74. Vel si aliud contingat fieri per partes, vel alteram earum, ante latã sententiam, vide etiam Menoch. de Arbitra. cas. 228 vbi de exemplis.

Processus sunt deferendi ad Curiam, expensis communibus. Io. Gal. q. 111. in decisio. diuerso.

Non debent reddi expensæ prius solutæ ratione interlocutoriæ, quando in illa quis obtinuit, licèt postea succubuerit in diffinitiua. Franc. Marc. q. 124. part. 1. & q. 585. part. 2. Bar. in l. 22. ff. de pignora. actio.

Expensæ, quæ vtriusque partis vtilitatem concernunt, ab vtraque parte solui debent, repetendæ in casum victoriæ. Marc. q. 234. part. 2.

Conclusio si reuocetur ad instantiam illius, qui causam prouocauit, per illum expensæ veniunt reficiendæ. DD. de Rot. decis. 10. de iudic. in antiq. alias 802.

Quis (licèt pauper) non admittitur ad petitorium, nisi fructibus, & expensis possessorij restitutis. Put. decis. 143. lib. 1.

Abbatissæ eiectæ debentur alimenta; non autẽ expensæ litis. Put. decis. 271. lib. 1.

Expensæ litis decernendę sunt, decretis alimẽtis: quia aliud est habere alimenta, aliud habere expensas. Vera. decis. 340 seu 1. part. 1.

Expensæ retardati processus, non reseruantur in fine litis. Mysing. obser. 23. cent. 1.

Expensæ reseruari possunt in interlocutoria: secùs in diffinitiua, in qua solùm potest reseruari taxatio. Mysing. obser. 45. cent. 1.

Quando rõne interruptionis causæ, quis condẽnatur in expensis, quę expensæ tunc debeantur, vide Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 7. 20. & 33.

Lite pendente, accepta possessione, an expensæ debeãtur victori, etiam quando Iudex ex officio suo attentata reuocauit, vide Crescẽ. decis. 1. alias 18. tit. vt lite pendente.

Licèt sententia prouisionalis habeat executionem ex aliqua constitutione, non tamen debet exequi pro expensis: ideò solent Iudices reseruare expensas in diffinitiua, quãdo pronunciant super aliquo incidenti per sententiam prouisionalẽ. Papon. lib. 19. tit. 7. arrest. 4. & 5. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de litter. oblig. art. 1. glo. 10. nu. 3. Tom. 1.

Ille, qui poterat instrumẽtum producere, & positiones, aut articulos fecit, producto instrumento, expensas suo aduersario reficere tenetur, & merito cùm processum retardãs expensas soluere debeat. D. Sola in antiq. constitutio. Sabaudiæ glo. 1. nume. 9. super decreto, ad causarum, titu. de ordine processus fol. 130. Nec auditur, nisi illas prius refecerit, si taxatæ sint; alioqui sufficit sola oblatio de soluẽdo cum fideiussore. ibid. nu. 10.

Actor debet reficere expensas, reo absoluto ab obseruatione iudicij, si causam reassumat. idẽ D. Sola super 3. part. decreti, vt nihil tit. de cõclusio. caus. glo. 2. fol. 158.

Succumbens in interlocutoria, regulariter debet in expensis condemnari. Guid. Pap. sing. 995. vide in constitutio. antiq. Sabaudię tit. in fine decretorum fol. 101. mihi.

Expensas sportularũ soluit ille, qui petit, & prosequitur causam esse descidendam: quia ille solus præbet causam cõmissioni; secùs si ambæ partes super hoc instarent, quia tũc ambæ æquali portione tenentur. Rebuff. tracta. de senten. executo. art. 5. glo. 4. nu. 5. Tom. 1.

Quando expensæ debeant refici propter emendationẽ libelli, vide Bart. in l. 3. nu. 31. & seqq. C. de edendo.

Qui fundata intentione actoris, exceptionem peremptoriam obiicit, quam non probat incontinẽnti, sed accipit inducias, si defecerit in probando, condemnatur incontinẽti (diffinitiua non expectata) in expensis, & soluere cogitur. c. finem § ex. de dolo, & contuma.

Expensæ an semper sint soluendæ per illum, qui in probatione deficit, vide glo. ibid.

Missione in possessionem facta debiti seruãdi causa, non recuperat reus possessionem, nisi refectis expensis. Bart. in authen. & qui. C. de bono. auct. Iudi. possid.

Reus proponens exceptionem dilatoriam, & non probans ante sententiam, in expensis condemnatur; sed iure Ciuili condẽnatio nõ fit, nisi in fine causæ. Bart. in suo tract. de differen. int. ius Canon. & Ciuili, nu. 77.

Hodie si actor plus petat tempore, induciæ reo duplicãtur, & illi ipse actor in expensis factis in causa damnabitur, ante quarum refectionem, super principali negotio audientia denegatur. § hodie autem, Institut. de exceptio. vide supra tit. de plus petit.

Opinionum diuersitas ab expensis excusat. Affl. decis. 37. in fine, vide Math. Mathes. sing. 81. Imò opinio vnius Doctoris, secundum Guid. Pap. q. 277. & sing. 60.

Igno-

Ignorantia facti, excusat ab expensis. Bar. in authen. generaliter. C. de Episco. & Cler.

Pro parte temporis, quo quis habet iustam causam litigandi, non condemnatur in expensis, quod procedit, quando pars statim deserit litem, constito sibi de iuribus partis; aliàs secùs. Guid. Pap. q. 137.

Iusta causa litigandi releuat à condemnatione expensarum. Aegid. Bellam. conclusio. 14. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 51. nu. 10. Franc. Marc. q. 124. Cassad. decis. 7. tit. de dolo, & contuma. Bart. in authen. nouo iure. C. de iudic. Veluti quãdo casus, de quo litigabatur, erat dubius. Iass. Lanf. Bald. decis. 334.

Licèt statuto caueatur, vt succumbens condemnetur in expensis, non tamen debet condemnari, si habuerit iustã causam litigandi. Iosep. Ludo. decis. Perus. 52. Tamen contrarium tenẽt. Fran. Cremẽ. sing. 121. & Hippol. sing. 207.

Renuncians liti, & causæ ab eo tempore, nõ est in expensis condemnandus, facta tamen intimatione parti aduersæ. Aegid. Bellam. conclusio. 14.

Quis non debet condemnari in expensis, nisi propter calumniam, vel temeritatem. Aegid. d. conclusio. 14. in fine.

Expensæ in mutatione iudicij, nõ sunt reficiendæ, quando subest iusta causa litigandi. Put. decis. 374. lib. 3.

Litigare licet super tota summa occasione partis, si aduersarius non acceptat, & protestetur se paratum recipere partem debitam. Vera. decis. 108. part. 2. nu. 13.

Quam oblationem facere debeat spoliator, vt ab expensis postea factis excusetur, vide eũdem Vera. decis. 270. part. 2.

Constitutus in mora per interpellationẽ debito modo factam, si postea in iudicio conuentus, statim fateatur debitum, vel cedat liti, releuatur ab expensis antea factis. Iaffr. Lanfr. Balb. decis. 204.

Actor reum extra iudicium interpellare debet, alioqui si in primo termino iudicij, reus confiteatur, non debet condemnari in expensis. Cabal. milleloq. 622. Ias. de actio. §. sic itaque, nume. 44. Rebuff. in constitut. Reg. in proœm. gloss. 5. num. 157. & Ang. in d. §. sic itaque.

Interpellatione extraiudiciali non præcedente, an reus possit condemnari in expensis citationis, & libelli, distinguẽdum est, aut reus citatus, nulla facta monitione, statim cõfitetur petita, & tunc non potest condemnari, aut negat, & tunc condemnandus per sentẽtiam, potest in omnibus expensis condemnari. Ludo. Roma. sing. 401. Et hæc interpellatio debet probari à reo. ibid. sing. 402.

Habens iustam causam litigandi ante publicationem testium, non tenetur ad expẽsas, nisi à die dictæ publicationis, quod procedit, si statim recesserit à lite; nam aliàs tenetur ad omnes expensas. Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 6.

Litigans vsque ad aperturam testium, vel productionem instrumentorum, potest habere iustam causam litigandi; ideò non debet condemnari in expensis antea factis. Barto. in l. si quis 13. ff. depositi. Sed solùm in factis post. Fel. in cap. exceptionem, ex. de exceptio.

Reus condemnatur in expẽsis à tempore, quo constat eũ non habuisse iustã causam ignorãtiæ; secùs in actore. Bar. in l. qui in ius alterius 43. ff. de reg. iur.

Compensatis expensis, ille, qui leuare fecit sententiam, & soluit sportulas, habet actionem pro dimidia cõtra partem aduersam. Papon. lib. 18. tit. 3. arrest. 6.

Causa iusta litigandi ab initio nõ prodest, quãdo, cessante tali causa iusta, adhuc qs litigat: quia præsumitur, quòd ab initio sciret se fouere causam iniustam. Craue. consi. 325. nu. 2. circa medium.

Decem sunt causæ præbentes iustam causam litigandi, & quæ excusant ab expensis, de quibus vide per Menoc. de Arbitr. lib. 2. cas. 177.

Possessor releuari debet ab expensis, licèt alius obtinerit in petitorio, sed vide Rebuff. in cõstitutio. Reg. de senten. executo. art. 6. gloss. 1. num. 6. Tom. 1.

Minor potest petere restitutionem in integrũ ad conficiendum inuentarium, rescisis sentẽtiis contra eum latis, absque refectione expẽsarum. Natt. consi. 16. & 17. Tom. 1.

Ex ignorantia facti, de quo quis præsumitur habere notitiam, non excusatur conuentus à condemnatione expensarum. Natt. consil. 108. Tom. 1.

Causa iusta litigandi non excusat ab expensis, quæ debentur iure actionis. Natt. d. consil. 108. nume. 10.

Litigator, qui, visis instrumentis partis, perseuerat in lite mala, tenetur ad expensas, etiam factas ante productionem instrumentorum. Natt. consi. 232. Tom. 1.

Sententia lata, nulla facta mentione de expensis, expensæ debitæ iure cõuentionis, seu promissionis, à quibus nulla causa iusta excusat, an debeantur, vide Rol. consi. 62. vol. 4.

Potest fieri compensatio expensarum per Iudicem, quando vtraque pars habuit iustam causam litigandi, vel quando quælibet pars obtinuit partem eius, quod petebat. Guid. Pap. sing. 399.

Compensatio expensarum, quando hincinde fiat, vide Capel. Thol. q. 223. nu. fin.

Quando quis propter iustam causam litigandi absol-

absoluitur ab expensis, talis causa debet exprimi in sententia. Hippol. sing. 545.

Si succumbens est talis persona, de qua verisimiliter non dubitatur, quòd sit mota ad litigandum, nisi iusta ratione, non condemnatur in expensis. Pet. de Rauen. sing. 180.

Litigans propter pudorem conseruandum, dicitur habere iustam causam litigandi: ideò excusatur ab expensis idem de Rauen. sing. 547. & Bart. in l. quæ. 25. §. sed & si. ff. de Procurato.

Expensæ conuentionales, à iudicialibus longè differunt: nam licèt iustam causam litigandi habens ab expensis iudicialibus excusetur, à conuentionalibus tamen non excusatur. Hippol. sing. 237.

Expensæ factæ etiam in prima instantia, & secunda ante reperta instrumenta propter iustam ignorantiam, an per victum debeantur, vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 73.

Iusta causa litigandi magis requiritur in actore, quàm in reo, vt ab expēsis ille excusetur. Bar. in l. eum, quem 79. ff. de iudic.

Iuramētum calumniæ, licèt excuset à calumnia præsumpta, non tamen excusat à condēnatione expensarum propter temeritatem, Bar. in l. 1. nu. 11. ff. ad Turpilianum, & Abb. consil. 64. num. 3. part. 2.

Calumnia quando apparet euidens in parte, & in parte nō, qualiter calumniator condēnari debeat in expensis, vide Bar. ibid. nu. 12.

Regula, Quòd victus victori cōdemnetur in expensis, qualiter intelligatur, & quando iuramentum calumniæ excuset ab expensis, vide Bar. in l. qui in alterius 43. de reg. iur.

Iudex condemnat in expensis arbitrio suo, inspecta negotij qualitate, & personarum; nam ratione personæ parcitur in expēsis, vbi aliàs non parceretur. glo. in §. 1. Authen. vt Clerici.

Hæres, & fideiussor habent iustam causam ignorantiæ. l. qui in alterius 43. ff. de reg. iur.

Nemo videt dolo facere, qui ignorat causam, cur non debeat petere, l. qui in ius 138. §. nemo, eod. tit.

Expensæ reficiuntur, data processus nullitate, & tunc actor tenetur ad expensas, quæ nunc nō possunt liquidari: quia expensæ litis probantur per iuramentum. Afflict. decisio. 70. vide Guid. Pap. q. 614.

Quando circa taxationem expensarum standū sit iuramento partis, vide in libris placito. Curiæ libr. 11. titu. 16. de fructib. cap. 19. in decisio. diuerso. facit cap. cum olim 14. ex. de priuileg.

Ad expensarum taxationem, requiritur noua citatio partis. Boer. decis. 285.

Appellatio à taxatione expensarum non valet, si non reperiatur taxatio in actis, licèt reperiatur cōdemnatio etiā iniqua. Aegid. Bella. conclusio. 227.

An detur appellatio à taxatione expensarum, ex capite excessus, vide Hiero. Mago. decis. Luc. 18.

Quomodo intelligatur cōclusio illa, per quam dicimus post iuramentum præstitum super taxatione expensarum, non licere Iudici retractare summā taxatā per partem, vide Aegid. Bellam. conclusio. 721. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de expensis, art. 5. glo. 1. nu. 32. glos. in l. 4. §. fin. ff. de in lit. iuran. & in Authen. de Iudicib. § oportet.

A taxatione expensarum licet appellare. Rebuff. ibid. nu. 34. vide tamen Barto. in l. 10. C. quando prouocare non est necesse.

Si victus appellet, & prosequatur, victor non potest appellare propter omissam condemnationem expensarum. l. fi. C. quando prouocare non est neces.

Petitio, & sententia, vbi incertę sunt ratione expensarū, in executione liquidandę sunt. Fran. Marc. q. 546. nu. 34.

Expensæ non sunt soluendæ, nisi causa omnino terminata. Vera. decis. 341.

Expensæ quomodo debeant taxari, vide Borg. decis. 15. de iudic.

Iudex taxat expensas, & postea defert victori iuramentum, cui statur, sed quando ante iuramentum taxet, & quando post, vide Bar. in §. oportet, Auth. de Iudicib. Sed tale iuramētū quando debeat præcedere taxationem, vide eundem Bar. in authen. nouo iure. C. de iudi.

Expensis taxatis, præcedente iuramento partis, an constito de contrario, taxatio possit retractari, vide Papon. lib. 17. tit. 2. arrest. 3.

An taxentur expensæ equester, vel pedester, attenduntur qualitates personarum. Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 12.

Expensæ itineris, & aliæ superfluæ moderantur. Papon. ibid. arrest. 22. Et taxa expensarum cū Procuratore partis facta, valet. ibid. arrest. 30.

Procurator Regis, quando excuset socium à cōdemnatione expensarum, vide Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 2.

Qualiter taxent expēsæ, vide eūdē Papo. lib. 18. tit. 3. Rebuf. in cōstit. Reg. To. 3. tract. de expē. art. 5. fol. 885. & auth post iuramētū. C. de iudi.

In taxatione, visione, & calculatione expensarū, debent vocari Procuratores partiū, vt intersint, si velint, audianturq; in his, quæ dicere voluerint, & facta relatione, & inde taxatione, pars super illatū reuisione vlterius nō auditur, nisi intra decē dies, habemus in hac Patria decretum, de quo vide in constitutio. antiq. Sabaudiæ tit. in taxatione, &c. in decretis nouissimis fol. 84. mihi.

Non poteſt ſententiæ Executor taxare expenſas factas poſt executionem, vel condemnare reum ad expenſas executionis, ſed oportet eum citare partem coram Iudice ſententiæ viſuram ſe condemnare ad illas. Rebuff. in conſtitutio. Reg tract. de ſenten prouiſio. art. 3. gloſ. 2. num. 20. Tom. 1. & in tract. de lit. ciuil. art. 1. gloſ. fin. nume. 6 Papon. lib. 18. titu. 2. arreſt. 9.

Iudex ſi reſeruauerit ſibi taxationem expenſarum, ſi non dixerit, & ſucceſſoribus meis, an ſucceſſor poſsit taxare, & an Delegatus poſsit ſibi reſeruare hãc taxationẽ, vide Bar. in l. 4. nu. 10 12 & 13 ff. de appellatio.

Proceſſu tẽpore tyranni facto, actor reficit omnes expenſas. Afflic. deciſ 70. Idem, data nullitate proceſſus. Afflic. ibid.

Principalis abſens, relicto Procuratore, ſuis expenſis examinandus eſt; nec reus condemnatus in expenſis, ad illas tenetur. Affl. deci. 177

Actor ſuccumbens in facto proprio, in quo error prætendi non poteſt, in omni inſtantia ſemper debet in expẽſis condemnari. Gram. deciſ. 83. Nec lex, qui in alterius. ff. de reg. iur. habet locũ in hrẽde actore. Marc. q. 273. par. 2.

Victus victori debet in expenſis condemnari, ſed ſi hoc non fuerit petitum, an Iudex poſsit ſupplere, vide Guid. Papon. quæſt. 221. num. 5. Bart. in l. 1. § Magiſtratus. ff. de Magiſtra. conueniẽ Quòd poſsit, ſaltem ex clauſula, Ius, & Iuſtitiam, &c. tenet idem Guid. q. 405. Hoc tamen pendet ab eius arbitrio. Capel. Thol q. 111. vide eundem Barto. in l. dies cautionis. §. hoc. ff de dam. infec.

Iudex poteſt ſuper expenſis proferre ſententiã incertam, in illis condemnando partem, taxatione ſibi reſeruata. Guid. d. q. 405.

Quis non poteſt cedere liti, inuito aduerſario, ſi ipſius aduerſarij interſit propter ſumptus. Boer. deciſ 48. num. 7.

Hæres occiſi tenetur ad expenſas factas in capiendo, & puniendo occiſore. Boer. deciſio. 303. num. 10. Et etiam in inquirendo. Capel. Thol. quæſt. 41.

Fiſcus non condemnatur in expenſis (niſi fuiſſet in euidenti calumnia) nec illas obtinet. Boer. deciſ. 324. Imò in cauſa criminali etiam veniunt expenſæ. Marc. q. 774.

In cauſis criminalibus, an Fiſcus, vel alter, qui in cauſa ſuccubuit, debeat in expenſis, & dãnis condemnari, vide Clar. in § fin. quæſt. 62. Pro parte affirmatiua, ſcribit Barto. in l. ſi poſtulauerit 27. ff. ad leg. Iul. de adult. Et talis cõdemnatio fit officio Iudicis. idem Bart. in l. 1. num. fin. ff. ad Turpillianum.

Accuſans aliquem propter neceſsitatem officij, excuſatur à pœna præſumptæ calumniæ; non autem à probata. Capel. Tholoſ. quæſt. 6.

Expenſarum condemnatio non fit in criminalibus cauſis, per inquiſitionem intentatis. Mago. deciſ. 88. num. fin. Rot. Floren.

Theſaurarius indebitè litigans etiam tenetur ad expenſas. Papon. lib. 18. tit. 2. arreſt. 7.

Denunciator, ſeu accuſator excuſatur à condẽnatione expenſarum, ſi habuerit iuſtam cauſam denunciandi. Crauet. conſi. 178. Vbi ſcribit plures cauſas excuſationis.

Inſtigator inquiſitionis, quando poſsit in expẽſis condemnari, vide Clar. in ſua Pract. crimi. §. fin. quæſt. 10. Et quid in Procuratore Fiſcali, vide ibid.

Ad hoc, vt aliquis deſiſtens cõdemnetur in expenſis, requiritur, vt in totum deſiſtat, non ſolùm differat, & deſiſtat à cauſa, quam calumnioſè propoſuerat; ſecùs ſi iuſtã cauſam habuit litigandi; ſed de nouo ſe iniuſtè litigare cognoſcat. l. deſtitiſſe 10. ff. de iudi.

Qui nominat aliquẽ ad munera, vt is fatigetur lite, ad expenſas ei reficiendas ciuiliter tenetur. l. ſeueriter 14. C. de excuſatio. tutor. vel curat.

Actore conueniente cum reo, lite pendente, pariter ipſe reus tenetur ad expenſas. Capel. Tholoſ. quæſt. 5. Idem, quando alter litigantium cedit liti, niſi cauſa, propter quam renũciat, ſuperuenerit de nouo. ibid. in additio.

Procurator Epiſcopi iniuſtè mouens litem, debet in expenſis condemnari. Capel. Tholoſ. quæſtio. 6.

Tutor tutorio nomine mouens litem contra aliquem, etiam ſi fuerit in expenſis condemnatus, executio illarum contra pupillum eſt facienda. Capel. Tholoſ. quæſt. 40. Verùm tutores, vel curatores, qui iuſtam cauſam litigandi non habuerunt, licèt nomine alieno egerint, proprio tamen nomine debent in expẽſis condemnari. ibid. in additio. facit l. non eſt ignotum 6. C. de adminiſtr. tutor. & curat. Et tunc fit executio contra eos. Bar. in l. quoties 10. §. ſicut. ff. eod.

Si culpa tutoris, vel curatoris, lapſa ſit inſtantia cauſæ, non reſtituitur minor ad inſtantiã; ſed aduerſus expenſarum condemnationem, vt non teneatur aduerſario in expenſis, tutore, vel curatore, & eorum fideiuſſoribus exiſtentibus non ſoluendo. Iaff. Lanf. Balb. deciſ. 336.

Mater tutrix in redditione rationis, recuperat expẽſas factas in cauſa ſui filij pupilli, in qua ſuccubuit, dummodo calumnioſè, & temerè non litigauerit. Menoch. conſi. 145. lib. 2.

Defendẽs quãdo recuperet expẽſas à defenſo, vide Bart. in l. 5. §. in hac, lo 2. ff. iudic. ſolu.

Executio ſententię expenſarum litis in quẽ fiat, nempe in dominũ, aut tutorẽ, vel aliũ adminiſtratorem,

stratorē, vt est Procurator; vide Bart. in l. si se 4. ff. de re iudi. vbi scribit quādā distinctionē.

Curator ad litē sumptus, quos fecit in lite bona fide, repetit. l. ad litē 4. C. de in lit. dan. tuto. vel curato.

Procurator potest dño imputare, quicquid licitè expendit. l. idēq; 10. §. idē Labeo. ff. mādati.

Respublica propter temeritatē ad expensas litis tenetur, licèt habeat regressum cōtra administratorem: idem in pupillo, & tutoribus. l. qui solidum 80. §. etiam, de legat. 2.

Libellum corrigens nō auditur, nisi refectis expensis. Beninten. decis. 77. nu. 8.

Minor restitutus in integrum, condemnatur aduersario in expensis. Capel. Thol. q. 336.

Aduocati, siue Procuratores, qui patrocinantur in suis causis, non repetunt expensas. DD. de Rot. decis. 41. titu. de sentent. & re iudic. in antiq. aliàs 533. & decis. 47. ibid. Sed quando habent Aduocatum, siue Procuratorem gratuitum, repetunt expensas taxandas per mediatatem. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 111. vide Bart. in l. qđ si domus 31. ff. de loca. & cōduc. & Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 14.

Aduocatus in propria causa potest consequi patrociniū, ratione interesse, & nō aliter. Andr. Gail. obser. 151. lib. 1. nu. 15. Sed qđ possit petere salariū, quod alteri Aduocato esset dādū, vide Bar. ī l. stipulatus 45. ff. de fideiuss. & mād.

Expensæ Aduocatorum, & Procuratorum, qui gratis seruiunt, peti possunt, si remittātur animo remunerandi; aliàs secùs. DD. de Rot. decis. 38. tit. de sent. & re iudi. in antiq. aliàs 534.

Aduocatus in causa propria, non potest pro suo salario habere expensas, & quatenus habeat in causa cōmuni, illas solùm habebit pro parte litis consortis. Papon lib. 18. tit. 2. arrest. 15.

Aduocatus propriam prosequēs causam, vel Procurator, debet habere salarium, si scriptura sit per alium signata. Rebuff. in cōstitutio. Reg. tract. de expensis, art. 5. nu. 27. Tom. 3.

Executio missionis in possessionē rei hypothecatæ, pro litis expensis, fieri non debet: quia tales expensæ non sortiuntur naturam principalis. Marc. q. 392. part. 2. vide tamen eundē q. 929. ibid. vbi videtur tenere contrarium.

Præstans in fine iudicij factum, ad quod tenebatur, admittitur, solutis expensis actori. Rot. Genu. decis. 114.

Expensæ in causa attentatorum non computātur, cum expensis in causa spolii. Put. decisio. 123. lib. 1.

Expensarum solutio est facienda in loco, in quo iudicium est agitatū: ideò oblatio alibi facta, non valet. Vera. decis. 342. seu 3. part. 1.

Expensarum condemnatio facta cōtra plures, intelligitur, vt vnusquisque pro rata teneat. Vera. decis. 343. seu 4. part. 1. Et non habetur ratio rei potitæ diuersimodè, & inæqualiter. Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 1. & 2.

Si ex parte hæres litem agnouerit hæreditariā, nō declarando ex qua parte sit hæres, insolidum tenetur ad expensas ipsius litis. vide in libris placit. Curiæ lib. 11. de fructibus titu. 16. cap. 6. in decisio. diuerso.

Indistinctè subrogatum omnium litis sumptum fieri reum, equidem placuit eidem Curiæ, vt legitur ibid. cap. 2. & 7.

In expēsarum rationibus etiam æstimari, quod mihi acceptolatum, & remissum fuit, habetur ibid. cap. 8.

Non licet carceratum pro expensis in carcere retinere, quamuis pro pęna exoluēda posset, & dato, quòd pro ipsa pęna, pluribus reis condemnatis, quilibet eorum insolidum teneatur ratione delicti, tamen hoc non procedit in expensis. Rot. Auenio. decis. 112. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Qui promittit sumptus factos in lite de re, non tenetur ad sumptus factos de pretio. l. venditores 102. ff. de verbo. oblig.

Debitor tenetur creditori soluere facturam instrumenti leuati, quando fuit leuatum, & captum à Notario post moram debitoris; secùs si non fuit in mora soluendi. Iaff. Lanf. Balb. decis. 35. D. Sol. in constitutiō. antiq. Sabaudię. glo. 4 super decreto, Rempub. part. 2. num. 11. tit. de iure emphyt. fol. 19.

Actus iudicialis debet fieri expēsis eius, qui instat talem actū fieri. Iaff. Lanf. Balb. decis. 224. Menoc. de Arbitr. lib. 2. cas. 228. Castren. sing. 3. Guid. Pap. sing. 19. Nam quando aliquid petitur faciendum, debet fieri sumptibus petētis. vide Vincen. de Fran. decis. 332. part. 2.

Si Iudex condemnauerit aliquem simpliciter in expensis, intelligitur condēnatus in expēsis, tam factis ante sententiā, quàm post: & si fuerit absolutus, intelligit liberatus ēt ab expēsis causę principalis, si Iudex, à quo, in expēsis illū cōdēnauerat, aliàs secùs. Cabal. mille. 971.

Transactione facta de negotio principali, si de expensis nihil sit dictum, quando illę debeantur, vide Mysing. obser. 48. cēt. 4.

Actor conueniens cum reo, lite pēdente, super re principali, poterit petere expēsas, nō obstāte cōuētione de re principali facta. Borg. Caual. decis. 14. nu. 33. de iudi. Idē, si fuerit renunciatū liti per partē aduersam. Borg. ibid. vide tamē Castren. sing. 2. vbi tenet cōtrariū.

Expensæ duplum sortis principalis non debēt transcedere. Mago. decis. 78. nu. 10. Rot. Florē.

Statutum loquens de executione facienda super principali, habet etiā locum super expēsis litis. Rot. Auen. decis. 55. in decisio. diuerso.

Rusticus non excusatur ab expensis temerè litigando; sicut nec mulier, & minor, non excusantur. ead Rot. decis. 79.

Error iuris non excusat à condemnatione expẽsarum. Craue. consi. 188. nu. fin.

De expensis quando fuit plus petitum, vide per Craue. consi. 325. & supra tit. de plu. petitio.

Expensis minoris redditio rationum fieri debet. D. Sol. in constitutio. antiq Sabaudiæ glo. 6. super 1. part. decreti, quitationem, titu. de minoribus.

Quando aliquid petitur ab aliquo, cuius expensis fieri debeat, nempe partis, vel petentis, vide ibid.

Expensarum quædam debentur ratione victoriæ, & quædam ratione contumaciæ, vide Rebuff. in constitut. Reg. tract. de expen. damn. & interes. art. 1. Tom. 3.

Expensæ ratione temeritatis debentur, si quis succubuerit in incidenti. Rebuff. ibid. art. 2. gloss. 1.

Expensæ debitæ ratione victoriæ in multis differunt, ab expensis debitis causa cõtumacię; nã hæ sunt grauiores, sed in quibus, vide Rebuff. ibid. art. 8. nu. 23. & seqq.

Probans semiplenè, ita vt sit locus iuramento suppletiuo, illo præstito, an possit obtinere in expensis, & quid, si plus quàm semiplenè probasset, vide Perillustr. D. P. Tessau. decisio. 236. & infra tit. prox.

Instrumentum præsentare differens vsque ad finem litis, quod erat litis decisiuum, vt aduersarium expensis defatigaret, debet in expensis condemnari. Math. Mathes. sing. 82. in additio.

De materia expensarum vide per Henric. Boer. in suis sing. tit. expensæ. & Guid. Pap sing. 995.

Nunquid singularis litigans contra Vniuersitatem, teneatur contribuere in expensis ipsius Vniuersitatis, pro illa causa factis, vide Guid. Pap sing. 793.

In expensis non solùm quis condemnatur propter calumniam, sed etiam propter temeritatem. Bart. in authen. generaliter. C. de Episco. & Cleric. Sed quando cognoscatur temeritas, vide eundem, in l. properandum. §. fin. autem. C. de iudi.

Mater expendens pro filio pupillo, protestans, quòd intendit repetere, quas expensas repetat, vide Bart. in l. 1. C. de nego. gest.

Expensæ factæ in petendo tutore, quæ repetantur, vide Bart. in l. 2. eod. tit.

Ille, qui per falsas litteras grauat aduersarium, est illi in expensis condemnandus. cap. cæterum 3. ex. de rescript.

Iudex, qui nõ condemnat victum victori in expensis, tenetur parti. Bart. in l. 43. ff. de iudi. & in l. fin. C. quando prouocare non est necesse, cum gloss ibid.

Victus victori debet in expensis condemnari, sacramento victoris taxandis; aliàs Iudex de suo resarcire debet, l. properandum. §. siue autem. C. de iudic.

Victo non appellante à sententia, potest victor appellare pro sumptibus. Bar. in l. fin. C. quando prouocare, vide eundem Barto. in l. 14. §. hac. ff. de eo, quod met. cau.

An sumptus, quos facit emptor in lite, à venditore recuperet, vide Bart. in l. 1. C. de euictio.

Procurator, qui egit calumniosam litem nomine domini, in expensis condemnabitur, nisi habeat speciale mandatum. Bar. in l. vnica. §. si Procurator. ff. si quis Iusdicenti, nu. 5.

Varius cõdemnatur in expensis. Bart. in l. si quis stipulatus 112. nu. 5. ff. de verbo. oblig.

Temeritas sola sufficit ad hoc; vt quis condemnetur in expensis. Abb. consi. 78. numer. fin. part. 1.

Expensæ factæ pietate materna, vel affectione domestica, non repetuntur; quia animo repetendi non videntur factæ. l. 1. C. de nego. gest.

Qui obtinuit in causa communi, repetit expensas pro rata. l. ex parte 40. ff. famil. erciscun.

Olim actor calumniosè litigans in decima parte litis puniebatur; hodie verò pęna periurij, & victori in expẽsis condemnatur §. hæc autem, Institut. de pęn. temerè litig. vide gloss. ibid. Et hoc verum, quando improbè, & calũniosè litigauerit; aliàs secùs glo. fin. ibid. & in §. oportet, Authen. de Iudicib.

De expensis, & damnis causæ principalis, & pręcipuè sententię diffinitiuæ.

Actor petens multa bona, & probando solùm pro tertia parte bonorũ petitorum, licèt sequatur condemnatio pro illa tertia parte; tamen debet condemnari in expensis ratione pluris petitionis. Guid. Pap. quæst. 27. vide tamen Boer. decisio. 74. Vbi videtur tenere contrarium, sed quid, quando petiit centum, & probauit solummodo de quinquaginta, vide eundem Guid. d. q. 27.

Pro rata victoriæ in principali fit condemnatio expensarum, veluti si actor probauerit medietatem suæ petitionis; nam pro illa debet obtinere in expẽsis. Papon. lib. 18. tit. 2. arrest. 4. & 5. Sed quomodo dictũ intelligatur, vide Borg. decis. 15. de iudi.

Licèt plus sit petitum, victus victori in expensis con-

condemnandus est: quia est temeritas litigare in eo, quod debet, si non offerat. Rebuf. in constitutio. Reg. tract. de expensis, art. 1. nu. 21. Tom. 3. Licèt multi teneant contrariū, vide Bar. in l. qui solidum 80. de lega. 2. & supra tit. de plus petitio.

Iudex si reum ad centum conuentum, in nonaginta condemnet, eumq; à decem absoluat, dicatq; victum victori in expensis condemno, quomodo debeat intelligi talis condemnatio expensarum, vide Math. Mathes. sing. 3. & ibid. in additio.

Clausula, Victum victori in expēsis, an semper concludat, & maximè quando vnus vincit in vna parte, & alter in alia, vide Bart. in l. si legatario 22. §. cum is, qui. ff. de fideicom. liber.

Iudex potest condemnare partē in expēsis ēt si non fuerit hoc petitum, saltem ex clausula, Ius, & Iustitiam ministrari. Guid. Pap. q. 405. vide supra tit. proxim.

Reum in expensis condemnari concludere in libello est vtile, quia si clausula ista non apponatur in illo, licèt Iudex possit ex se, & suo officio condemnare reum in expensis, tamē si non condemnat, quando non fuit petitum, nihil potest illi imputari, nec ob id tenebitur victori ad interesse propter omissam cōdemnationem. Ias. de actio. in §. omnium, nu. 145. vide Maran. in suo Spec. part. 6. tit. de libelli oblat. num. 18.

An Iudex expensarum condemnationem ex interuallo facere possit, vide DD. de Rota decisio. 1. tit. vt lite pēdente in nouis, alias 13

Iudex, qui attentata reuocauit incidenter, potest postea condemnare in expensis. DD. de Rota, deci. 1. de offic. Iudic. in antiq. aliàs 474.

Iudex in sententia diffinitiua nō potest sibi reseruare in futurum cōdemnationem, vel absolutionem expēsarum; sed taxationem sic; secùs in interlocutoria. Iaff. Lanf. Balb. decis. 335. Mysing. obser. 45. cent. 1. & Pet. de Raue. sing. 676. vide Bar. in l. 42. ff. de iudi.

Iudex si se incompetentem pronunciauerit, poterit condemnare actorem in expensis. And. Gail. obser. 34. lib. 1.

Instantia perempta, superest officium Iudicis ad condemnandam partem in expensis. Bar. in l. 2. C. vt criminalis quæstio.

Iudex qualiter condemnet in expēsis, quando ius intentatum superuenit, iudicio pendente, vide Bar. in l. si rem 9. §. qui ante. ff. de pigno. actio.

Potest appellari ab omissione condemnationis expensarum. Guid. Pap. q. 436. nu. 63. DD. de Rota, decisio. 47. de appellatio. in nouis aliàs 353. vide sup. tit. proxim. & Rebuff. in cōstituio. Reg. in proœmio glo. 5. nu. 94.

Victor potest à condemnatione expensarum omissa appellare, & Iudicem impetrare victum in eo præueniendo, etiam si in principali causa obtinuerit. Gom. Leo. decisio. 72. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Regula est, quòd victus victori in expensis cōdemnandus sit, quæ regula ampliatur, & limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per eundem Rebuff. tracta. de expensis, arti. 1. num. 6. & seqq. Tom. 3. facit cap. 4. extra de pœnis.

Lata sententia in possessorio, omissa expensarū condemnatione, non poterit illa omissio in petitorio reparari. Aegid. Bellame. conclu. 88. & Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de materia posse. Tom. 3. articul. 12. glos. prima, numero 7.

Clericus mercator sinens se trahi coram Iudice seculari, tacens vsque ad sententiam se Clericum, tenetur actori ad expensas factas coram ipso Iudice. Aegid. Bellam. concl. 226. Idem, si fidem non fecerit de priuilegio Clericali. Cassad. deci. 3. tit. de appellat. num. 5.

Turpilliani pœna tenetur ille, ad cuius instātiā, & instigationem Iudex inquirit, si inquisitio non probetur, ac etiam debet condemnari in expensis. Capel. Thol. q 7.

Iudex primus, qui condemnauit in expensis, poterit illas taxare, nō obstante appellatione; meliùs tamen faciet, si nō taxet. DD. de Rot. decisio. 25. de sentent. & re iudic. in antiq. aliàs 60.

Iudex appellationis in expensis factis in prima instantia, potest victum condemnare. DD. de Rota, d. decisio. 25. aliàs 60.

Post sententiam Iudex taxat expensas: quia cōdemnatio fit, & reseruatur taxatio expensarum. Bar. in l. 42. ff. de iudic. vide supra titul. proxim.

Sententia lata super alimentis à die motæ litis, comprehendit expensas litis petitas in prima commissione. Vera. decis. 20. num. 5.

Quando actor, & reus probarunt tantùm semiplenè, si Iudex deferat iuramentum alteri eorum suppletiuum, tunc succumbens non debet in expensis condemnari. Iaff. Lanfran. Balb. decisio. 171. Ideò si actor probauerit semiplenè per vnum testem, & nihilominus succubuerit (quia non sibi, sed reo fuerit delatū iuramentum) non condemnabitur in expensis, si testis erat omni exceptione maior. idē Lanfr. decisio. 334. vide sup. tit. prox. & Hippol. singul. 485.

Si Iudex dicat in sententia, victum victori in expensis, nec addat condemnamus, non valet sententia respectu expensarū, nisi esset adiecta dictio, &c. idem Lanf. deci. 420.

Quando Iudex absoluit condemnatum in principali ab expensis, debet scribere causam, quare absoluat; aliàs sententia erit nulla. idẽ decisio.340.

Iustus possessor releuari debet ab expensis primæ instantiæ, licèt alius obtinuerit in petitorio. Gasp Cabal.milleloq 713.

Expensæ debitæ per sententiam transactam in rem iudicatam, non censentur sublatæ per rescriptum Principis mãdantis, quòd causa reuideat̃ ex gratia; secùs si per viã Iustitiæ. Borg. Caual.decis.14. de iudic.

Expensæ ordinarij iudicii, solùm sunt restituendę in condemnatione expensarum facta propter peremptam instantiam; & non quæ respiciunt merita causæ, vt sunt probationes. Borg.Caual.decis.16.de iudic.

Reus in expensis condemnatus, non reficit expensas actori solutas ex causa instantiæ peremptę. Vincen.de Fran.decis.331.par.2. Quia expensæ solutæ culpa actoris, per illum, non veniũt in liquidatione, & restitutione, reo in expensis condemnato.ibid.

Condemnatio expensarum debet solùm continere expensas factas, & præteritas; non autẽ futuras. Papon.lib.18.tit.2.arrest.8.

Si decreto Principis, vel statuto caueatur, vt pro rebus, vel quantitatibus soluatur aliquid pro sigillo, intelligi hoc debet de rebus, quæ verè debebantur, & pro quibus verè facta fuit cõdemnatio: non enim consideratur petitio, si postea repertum fuerit res petitas non esse debitas. Crauc.consi.231.

Iudex non condemnans in accessoriis, censetur absoluere. Crauc.consi 320. vide tamen ibid, & supra tit.de senten. diffinit.

Citari faciens aliquem corã diuersis Iudicibus, in expensis condemnari debet. Menoch. de Arbitra lib.2.cas.276.nu.5.

Hæres litigans post instrumenta producta ab actore clarè probantia, vt temerarius litigator debet in expensis condemnari. Borg.decis.1.nu.110 de contract, part.2.

Varius condemnatur in expensis: Guid. Pap. sing 704.

Ille, qui succumbit in iudicio cum Ecclesiasticis personis, condemnatur in expensis, & dãnis; cum priuatis verò personis, tantùm in expensis. glo.in §.fi.l. oẽs 31.C.de Episc.& Cler.

Temerarius actor damnò expẽsarum afficitur. l.eum, quem 79.& ibid.glo.ff.de iudic. Vbi de differentia circa expensas inter eum, qui temerè egit, & illum, qui calumniosè.

Instãtia perempta, & suscitata per insufflationẽ spiritus vitæ, concessam per Principem, quid iuris de expensis. vide Gram.decis.91.

Vide de materia expensarum supra tit. prox.

De expensis causę appellationis.

Appellans ab interlocutoria, si pronũciatum fuerit bene processum, remissa causa, debet in expensis condemnari. Afflic.decis.42. Hartma.c. 8.tit.de sentẽt.lib.2. Guid.Pap.sing. 995 Habemus in hac Patria decretum in cõstitutio. antiq. Sabaudiæ in fine decretorum fol.101.mihi.

Iudex, ad quem, omittens condemnare in expẽsis, videtur absoluere. Affli.decis.42. Sed quid de expensis in causa appellationis, quãdo dicitur malè processum, & pronũciatur in fauorem appellantis, vide Guid.Pap.q.137.

Iudex appellationis confirmando primam sententiam (in qua non erat condemnatio expensarum) & condemnans victum in expensis huiusmodi causæ, videtur condemnare in expensis primæ, & secundæ instantiæ. Put.decis.246.lib.2.& Hippol.sing.684.

Iudex appellationis si in expensis non condẽnet, poterit ab eo appellari: quia debet succumbentem condemnare, non solùm ad expensas causæ appellationis; sed etiam ad expẽsas causæ principalis. Cabal.milleloq.971. DD.de Rota, decis.25. de senten. & re indi.in antiq.aliàs 60.

Si Iudex appellationis condemnauerit simpliciter aliquem in expensis, intelligitur condẽnare in expensis, tam factis ante sententiam, quàm post: sed vbi absoluerit intelligitur absoluere etiam ab expensis causæ principalis, si Iudex, à quo, in illis non condemnauerat; aliàs secùs. Cabal.milleloq.971.

Appellans potest adhærere appellationi quoad expensas, quando Iudex primus non condemnauit, nec absoluit ab illis appellantem; secùs si cõdẽnauerit, vel absoluerit, sed insufficiẽter. Borg.Caual.deci.15.nu.8 & 9.de iudi. Vel appellans tantùm appellauerit in facientibus contra se.ibid.nu.10.

Quando Iudex appellationis condemnat alteram partem in expensis causæ principalis, sine solutione expensarum causæ appellationis, quę expensæ tũc sint taxãdæ, vide Papon. lib.18.tit.3.arrest.5.

Parte appellante condemnata in expẽsis, & interesse, si Iudex appellationis simpliciter dixerit bene processum, debentur damna, & interesse, non solùm causæ principalis; verùm etiam appellationis. Papon. lib. 18. titu. 4.arrest.2.

Appellans renuncians appellationi (quod facere potest) debet in expensis condẽnari. Guid. Pap.q.436.nu.36.

Vtrum victus victori in causa appellationis debeat in expensis cōdemnari, vide Guid.Pap. q.436.nu.56.Capel.Thol.q.223. in additio. & Andr.Gail.obser.152.lib.1.

Sententia, quæ ex iisdem actis reuocatur, non excusat à condemnatione expēsarum; secùs si ex nouis.DD.de Rot.decisio.10. tit.de dol. & contumac.in nouis,aliàs 251.vide Hartma. cap.32.tit.de appellatio.lib.1. Ideò condemnatio in expensis fit in secunda instantia contra eum,qui obtinuerat sententiam fauorabilem in prima, quando sētētia reuocatur ex iisdē actis;secùs si ex nouiter deductis. Vera. deci.179.& 340.par,1.& deci.142.seu 29.part. 3.Mysing.obser.89.cent.2. Iass.Lanf.Balb.decis.8. Cabal. milleloq 230. Borg.Caual.decis. 15.de iudi.vide Math.Mathes.sing.81. Bart.in l.properandum §.sue,num.3,C.de iudi. & in l.12.§.iuramento.C.de reb.credi.& Feli.consi. 23.num.13. Imò etiam si ex nouiter deductis reuocetur sententia, appellans nō potest excusari à condemnatione expensarum, quando potuit habere notitiam in primo iudicio de facto probato in causa appellationis, idē Iass. Lanf. Balb.d.decis.8. & Borg.decisio.15. num.6.de iudi.

Quando sententia retractatur ex nouis probationibus an debeant compēsari expensæ ante sententiam factæ, cum factis post nouas probationes, vide Franc.Marc.q.244.part.1. & q.585.part.2.

In causa appellationis, quando pars appellans obtinuit ex nouiter deductis, appellatus habet iustam causam excusationis expensarum propter primam sententiam,saltem à tempore publicationis testium. Marc.q.585. part.2.

Nouæ probationes excusant appellatum à condemnatione expensarum: & vbi expensæ nō fuerint petitæ, Iudex appellationis in illis nō condemnat.Cabal.milleloq.973.

Quando sententia pro parte confirmatur, & pro parte reuocatur,expensæ compensari debēt. Andr.Gail.obser.111.lib.1.

Appellatus si in causa appellationis succūbat, regulariter in expensis non debet condemnari;sed erit locus compensationi. Ioan.Gal. quæst.55.in decisio.diuerso.habetur in libris placito. Curiæ lib.11.de appellatio. titu. 19. cap.11.ibid.

Appellatus antiquitus in Regno Franciæ succūbens non condemnabatur in expensis; sed hodie obseruatur contrarium. Papon. lib. 18, tit.2.arrest.10.

Expensæ compensantur, si in causa appellationis appellans per nouam productionem iustificauerit suam appellationem.Papon.ibid. arrest.18.

Expensæ factæ in causa principali, in qua reus obtinuit, compensantur cum expensis factis in causa appellationis, in qua succubuit, Castren.sing.1.& Guid.Pap.sing.90.

Expensæ executionis factæ post appellationem Procuratoris (de cuius mandato non constabat) vsque ad productionem mandati, solui debent.Cassad.decis.3.de appellatio.nu.4.

In cā recursus, licèt absens obtineat in principali; in expensis tamen condemnandus est, Marc.q.144.part.2.

Malè appellans condemnatur in expensis; sed bene,absoluitur.Put.decis.410.lib.1.

Victus in causa appellationis debet condemnari in expensis,licèt in causa principali error, & cā probabilis excuset.Cabal.milleloq.970.

Qui deficit in probationibus à grauamine interpositæ, condemnari debet alteri parti in expensis.cap.significauerunt 36. ex.de testib.

Expensæ per Iudicem,à quo, possunt taxari super sententia, à qua fuerat appellatum.Feli. consi.13.

Audientia in causa reuisionis denegatur, nisi soluantur expensæ.Fran.Marc.q.15.

De expensis contumacialibus.

Contumax siue verus, siue fictus non auditur,nisi refectis expensis.Ozas. decis.9. Bart.in l.53 ff.de re iudic.& l.sancimus 13.C.de iudic.

Expensæ contumaciales debētur,antequā audiatur agens de nouo, sed quæ fiat, vide Borg.Caual.deci.16.de iudi.Contumax enim punitur damno litis.l.contumacia.ff.de re iudic.& d.l.sancimus.C.de iudic.

Expensas ob contumaciam consequutas,victus non restituit victori in principio contumaci, & soluenti ratione contumaciæ. Boer. decis. 324.num.5.Sed in hac Patria contrarium statutum fuit ex dispositione nouorum ordinū, tit,*della contumacia* in fine.

Expensæ cōtumaciales semper soluuntur, licèt contumax iustam habuerit causam litigandi. Cassad.decisio.3. tit.de appellatio. Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de expensis,art.5.num. 37.Tom.3.

De differentiis inter expensas contumaciales, & victoriæ vide per Andr.Gail.obser.151.lib. 1.nu.14.Rebuff.in constitutio.Reg.d.tract.de expen.& max.art.5,nu.37.& seqq.& ibid. art. 7.glo.1.nu.24.

Quando huiusmodi expensæ contumaciales nō debeantur,vide Rebuff.ibid.nu.58.d.art.5.

Expensæ debitæ ratione contumaciæ, sunt grauiores expensis debitis ratione victoriæ.Rebuff.ibid.art.7.glo.1.nu.24.

Aermo-

Aermodicium, actore absente, contrahitur: & legitimæ expensæ sunt, quæ legitimo modo fiunt. Barto. in l properandum. §. & si quidem, num. 5. & 7. C. de iudi.

Propter contumaciam rei potest Iudex rem petitam sequestrare, & ipsum contumacem in expensis condemnare, quas actor fecerat. c. 2. ex. de dol. & contuma.

Expensæ, quæ veniunt ratione contumaciæ, debentur actione in factum, sed debitæ ratione victoriæ, veniunt officio Iudicis. Bar. in l. vnica. §. hoc. ff. si quis Iusdicenti.

Contumax non veniendo ad sententiam, (si feratur pro eo) afficitur damno expensarum: & cõtumacia tutoris (si sentẽtia feratur pro pupillo) afficit ipsum pupillum damno expẽsarum, licèt restituatur contra tutorem. Bart. in l. contumacia 53. ff. de re iudic.

Cõtumacia Procuratoris, nocet domino in expensis. Bart. ibid. nu. 5.

Contumax in pluribus dilationibus, si compareat in vltima, reficit omnes expensas. Bar. in §. omnem, Authen. de litigio. nu. 7.

Si lite contestata, actor sit absens, & reus compareat, petens se absolui, si non constet de iure actoris, absoluitur reus ab obseruatione iudicij, & actor condemnatur in expensis l. properandum. §. & si quidem. C. de iudi Et contrà si reus sit absens condẽnabitur, si de iure actoris constet. § sinautem. d. l. properandum.

Minor aduersus contumaciam suam restitutus in integrum, an expensas contumaciales soluere teneatur, vide Perillu. D. P. Tessa. deci 9.

De impensis, & melioramentis.

EXpensæ vtiles, & necessariæ ad perpetuam rei vtilitatem, sunt refundẽdæ restituenti rem pupilli malè alienatã, nec eo in casu fructus veniũt computandi cum expensis reparationum, per emptorem in re minoris sine decreto alienata, factarum. Afflic. decisio. 87. nu. 6. vide l. si prædium 16. C. de prædi. & aliis reb. minor. Tamen quòd minor recuperans rem alienatam sine solemnitatibus, solùm teneatur ad melioramenta necessaria; vtilia verò cõpensentur cum fructibus qui supersunt, deductis melioramentis necessariis, scribit Papon. lib. 18. tit. 4. arrest. 14.

Quando impensæ à fructibus deducantur, vide Capic. decisio. 20. Boer. decisio. 44. & Franc. Marc. q. 161.

Condemnatio, & liquidatio fructuum, qualiter fiat, vide Papon. lib. 18. tit. 4. arrest. 20.

Bonæ fidei possessor compensat fructus (quos aliàs lucraretur) cum impensis ratione meliorationis factis. Capic. decis. 93. nu. 12. Anto. Trig. sing. 12. facit l. sumptus 48 ff de rei vendic. Tamen non fit talis compẽsatio, nisi opponatur causa retinendi: sed compẽsatio impensarum factarum gratia fructuum colligẽdorum fit, licèt non opponatur. Capic. decis. 93. num. 13.

De fructibus sunt deducendæ etiam expensæ causa culturæ factæ. Fran. Marc. q. 623. part. 2.

Omnis possessor deducit sumptus factos causa fructuum. l. si à domino 39 §. fructus. ff. de hæred. petit. & l. si quid 34 §. sicut, eod. titu. Nam impendia facta gratia quærendorum fructuũ, de fructibus deducuntur; cætera necessaria, & vtilia repetuntur. l. diuortio 8. §. impendia. ff. soluto matrimonio.

Quando fructus non compensentur cum impẽsis, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 34. in fine, & decis. 58. August. Bero. q. 22. Abb. in c. 1. ex. de in integr. restitut.

Fructus quis superlucratur pro parte tãtùm meliorata: alij verò percepti pro parte non meliorata, computãtur in sortem. Ioseph. Ludo. decis. 7. nu. 17 Luc.

Meliorationes in rebus subiectis restitutioni factæ, ad onus hæredis spectant pro quarta, & ad fideicommissarium pro tribus partibus, sed super fructibus perceptis per hæredem, vtrum compensari debeant solutiones talium onerum, vide Guid. Pap. q. 296. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 58. nu. 12. Fran. Marc. q. 161. par. 1. & q. 623. part. 2. Pro parte negatiua fuit decisum, vt testatur Vincen. de Fran. decis. 109 nu. 4. Et pro hac parte tenet Fran. Cremen. sing. 106. Io. Ant. Trigo. sing. 12. Rol. consi. 28. nu. 3. Sed quo ad pretium, inspicitur tempus restitutionis. idem de Fran. d. decis. 109. Quod autem hæres, vel successor grauati repetat à fideicõmissario impensas, reparationes, & melioramenta, ad perpetuam rei vtilitatem facta, scribunt Guid. Pap. q 496. Boer. decis. 44. & Marc. q. 623. part. 2. vide Gail. obser. 121. nu. 12. lib 2. Crauc. consi. 202. nume. 51. Pet. de Rauen. sing. 191. Rol. consi. 28. vol. 1. & consi. 30.

In melioramentis detrahendis, habendã est ratio tantùm ad id, quod impensum est, non autem ad id, quo res effecta fuit melior, & pretiosior tempore restitutionis, quod procedit in eo, qui non erat dominus rei; sed possessor tantùm: secùs quando ille, qui fecerat impensas, erat dominus, vt est hæres grauatus, pendente conditione, qui propterea detrahit omne id, quo res fuit effecta pretiosior, tempore restitutionis. Rolan. consi. 28. num. 11. & 18. & consi. 30. nu. 6. vol. 1.

Circa restitutionem melioramentorum, habetur ratio expensarum factarum in domibus ædi-

ædificandis, vel reficiendis, aut in disboscandis, siue reducendis nemoribus ad culturã, in plantandis vineis, & arboribus fructiferis, sed quomodo, vide Rol. d. consi. 28.

Expensarum æstimatio debet fieri secundum tẽpus restitutionis rei, & non secundum tẽpus expensarum factarum. Mago. decis. 49. nu. 27. Rot. Floren. Natt. consi. 256. num. 4. vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 251.

Expensas an deducat successor particularis, & qd de vniuersali, vide Boer. d. decis. 44. nu. 14.

Melioramentorum æstimatio debetur, quando probatur. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 23. nu. fin. Sed quomodo probetur, vide Put. decis. 474. lib. 2. Et tunc non consideratur melioratio, sed pro vt verè expensum est. idem Ioseph. decis. Perus. 58. nu. fin. Et melioratum, Mago. decis. 49. nu. 25. & 26. Rot. Floren.

Statur iuramento partis, quando agitur de modica impensa. Guid. Pap. q. 614. Aliàs melioramenta ipsa debent probari facta, & non præsumunt, cùm sint difficilis probationis. Borg. Caual. decis. 28. de iudi. in additio. Et data varietate testium, quod minimum est inspicitur. Borg. ibid.

Valor melioramẽtorum illiquidus, arbitrio boni viri æstimandus est, vt fiat executio. Iaco. Put. decisio. 471. lib. 2. nu. 7. Et Iudicis arbitrio relinquitur. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 258.

Qui habet retentionem domus propter melioramenta, durante retentione, tenetur compensare pensionem cum melioramentis, exceptis pensionibus perceptis propter melioramenta. idem Put. decis. 276. lib. 3.

Expensæ factæ in vitibus, & arboribus plantandis, solùm sunt restituendæ, & augmentum illarum cedit in vtilitatẽ domini soli, sed quomodo refici, & æstimari debeant, vide Borg. decis. 28. de iudi. in additio. nu. 2.

Fructus percepti ex melioramentis, sunt illius, qui fecit melioramenta, & non veniunt restituendi in restitutione bonorum. Borg. ibid. nu. 8. & decis. 32. nu. 27. de contract. part. 2.

Melioramenta, & deterioramenta, quando concurrunt, confunduntur, & illud, quod superabundat confusioni, recipit nomen melioramentorum, & deterioramentorum, & non vlterius, quod procedit in qualibet dispositione, & sententia. Borg. d. decis. 32. nu. 53.

Emptor non compensat melioramẽtà cum fructibus, nisi à die litis contestatæ citra, & hoc propter titulum, & bonam fidem, ita obseruatum fuit in Curia Parisiẽ. vt habetur in libris plac. d. Curiæ lib. 11. tit. 16. de fructib. in decisio. diuerso. cap. 1. & per Papon. lib. 18. tit. 4. arrest. 13. vide Boer. decis. 44. nu. 20.

Melioramenta semel liquidata, & approbata ante rei restitutionem, debent in ipsa adhuc consignari, & liquidari. Borg. decis. 32. nu. 14. & seqq. de contract. part. 2.

Melioramenta an æstimari debeant, vt rudera, & cimenta, vel vt integra, vide Borg. d. decis. 32. nume. 51. vbi distinguit, & Mago. decis. 49. Rot. Floren. in fine.

Impensæ, quæ faciunt rem meliorem, regulariter compensantur cum fructibus: fallit in expẽsis à domino rei melioratæ factis, quæ perceptione fructuum non extenuantur. Andr. Gail. obser. 121. nu. 14. lib. 2.

Pro expensis, & melioramentis, competit retẽtio, nec fit compensatio cum reditibus, quãdo per melioramenta res fuit effecta pretiosior, & maioris reditus. Gom. Leo. decisio. 16. in fin. in decisio. diuerso.

Factum, in quo requiritur expensa, præsumitur factum ab eo, qui tenebatur illud facere: sed Iudex quas expensas taxet sine probatione ex eius officio, vide Bart. in l. venditores 104. ff. de verb. oblig. nu. 4.

Possessor, à quo euincit hæreditas, deducit sumptus, quo se fecisse probat in infirmitate, & funere defuncti. l. in restituenda 4. C. de petitio. hæredita.

Bonæ fidei possessor sumptus recuperat doli exceptione, si possideat. l. si quis 11. C. de rei vendicatio.

Aedificanti bona fide, expensæ debent restitui. l. si in area 16. eod. tit. vide l. sin autem 28. §. in re. ff. de rei vendic.

Qui ab initio fuit bonæ fidei, si ex post facto malæ fidei fiat propter scientiã rei alienæ, quod ædificauit potest tollere; non autem expensas per doli exceptionem retinere. l. Iulianus 38. ff. de rei vendic.

Possessor, qui melioramenta fecit, potest rem melioratam retinere, donec sibi sit satisfactũ pro melioramentis. Capic. decis. 17. nume. 7. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 58. nu. 13. vide eundem Capic. decis. 93. num. 9. & 13. Mago. deci. 49. num. 23. Rot. Floren. Andr. Gail. obser. 12. num. 6. lib. 2. Papon. lib. 18. tit. 4. arrest. 12. habetur in libris placit. Curiæ lib. 11. tit. 6. cap. 4. de fructib. in decisio. diuerso. & Roma. sing. 177. Etiã post sentẽtiam, qua cõdemnatur ad rei restitutionem. Boer. decis. 43. nume. 9. Mago. decis. 81. Luc. Bart. in l. in fundo, num. 16. ff. de rei vendic. Si melioramenta fuerunt opposita, & deducta ante sententiam; secùs si post. Vincen. de Franc. decisio. 112. Sed an sufficiat cautio, vt non retardetur executio, vide Pet. Beninten. decis. 77. & Put. decis. 471. lib. 2. Quãdo melioramenta non sunt liquidata, vide Mago. decis. 81. Luc. Quòd tunc executio nõ retardetur, & vbi condẽnatus est malæ fidei

possessor,

possessor, scribunt Borg. decis. 28. de iudic. nu. 5. & 6. in additio. Papon. lib. 11. titu. 9. arrest. 1. Saltē præstita cautione. Papon. ibi. Imò nō datur retentio melioramentorum factorum à malæ fidei possessore, nec refectio per æstimationem; sed abrasio sine lęsione prioris rei status. Mago. decis. 33. Luc. nu. 47. vide l. 1. & 5. C. de rei vendic.

Impensæ factæ in soluendis debitis dicūtur vtiles, & necessariæ. Boer. decis. 44. nu. 9.

Impensæ, aut sunt necessariæ, & tunc illas recuperat possessor, etiam malæ fidei, per retentionem rei: & dicuntur necessariæ, quæ communiter fiunt in reficiendo, seu reparando. Boer. d. decis. 44. nu. 6. Aut vtiles, & tunc bonę fidei possessor deducit pro ipsis, quantum res ipsa est effecta pretiosior, cum distinctione tamen, de qua ibid. num. 8. Fallit, quando ipsi possessori esset prius denunciatum, ne ædificaret. Boer. d. decis. 44.

Melioramentorum materia exactissimè tractatur, & an, & quando pro illis competat actio, vel exceptio, per Ioseph. Ludo. decis. Perus. 24. & melius, decis. 34. & 58. ibid.

Dominus recuperans merces à tertio, non tenetur soluere pro illis pecunias ordinarias ab eo, qui merces misit. Rot. Genu. decis. 153.

Expendens vtiliter in mercibus, potest eas retinere pro expensis. ibid. nu. 6.

Quando quis bona fide fecit meliorationes in re aliena, excedentes valorem ipsius rei, tūc non tenetur restituere ipsam rem; sed solùm eius æstimationem, deductis melioramentis. Vincen. de Fran. decis. 38. & decis. 112.

De priuilegio faciētis melioramēta, & conuēti hypothecaria, & quādo ille possit offerre creditori, vide per Mago. decis. 9 Rot. Floren. Et quòd sufficiat offerre æstimationem, licèt ęstimatio esset minor debito, vide ibid. decis. 51. Quando actor recusat restituere melioramēta. ibid. num. 4.

Duo requiruntur, vt quis propter bonificamenta ius habeat offerendi, nempe quòd melioramenta sint facta in re, quæ retineri pręttenditur, & quòd is illa fecerit, qui possidebat, quibus deficientibus cessat ius offerendi. Mago. decis. 51. nu. 8. Rot. Floren.

Si agatur contra ignorantem, interesse impensarum non potest excedere duplum pretij cōuenti, vel communis. Pet. de Rauen. sing. 16.

Non est faciendū illud, in quo expenditur plus, quàm sit id, quod percipitur. Anto. Corset. in suis sing. lite. E. sing. expensa 2.

Meliorando rem alienam quis, sed alteri obligatā, si illa euincatur, liberatur præstādo primam æstimationem. Ant. Corset. ibid. lite. M. sing. melioratio.

Aedificans in re aliena scienter bona fide (modò non adsit animus donandi) repetit impēsas vtiles, vel necessarias. Gasp. Cabal. millelog. 44.

Verba, Quòd quis non possit amoueri à possessione bonorum, sibi non solutis melioramentis, quid importent, vide Borg. decis. 32. nu. 25. de contract. part. 2.

Ecclesia, & Dominus directus, non tenentur soluere melioramenta emphyteotæ, & conductori ad longum tempus, etiā liquidata, nisi finita locatione. Borg. d. decis. 32. nu. 12.

Conductor pro melioramentis non potest agere contra tertium possessorem, si bona relaxauerit, sed agere debet contra dominum directum. Borg. d. decis. 32. nu. 29.

Solutio melioramentorum debet fieri eodem tempore, quo melioramenta consignantur, & nō ex interuallo. Borg. d. decis. 32. nu. 38. & 71.

Melioramenta excessiua, an pauper dominus, finita locatione, teneaē soluere, aut pati tolli à conductore, & multa alia de melioramētis vide per eundem Borg. d. decis. 32. num. 49. & seqq. de contract. part. 2.

Aedificans scienter in re aliena, perdit melioramenta, tamen illa, quæ omnino sunt necessaria, malæ fidei possessor recuperat. Mago. decis. Luc. 32. nu. 21.

Emphyteota sub culpam, emphyteosim amittat, non repetit melioramēta; secùs si per generationem finitam. Andr. Gail. obser. 121. nu. 14. lib. 2. nu. 15. vide Dec. consi. 518.

Emphyteota, & Feudatarius, quando recuperēt impensas in re factas, vide Guid. Pap. quæst. 438. & Borg. Caual. decisio. 32. nume. 25. de contract. part. 2.

Hospes, apud quem bestiæ sub sequestro remittuntur, habet ius retinendi bestias, donec expensæ cibariæ sibi persoluantur. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ gloss. super 3. part. decreti, abusionibus, tit de capt. nu. 7. fol. 133.

Equum alens, an expensas repetat, vel compēset cum operis, vide Boer. decis. 218.

Res commodata, quando possit retineri pretextu impensarum, vide Bart. in l. prætextu 4. C. de commodato.

Res tradita potest condici, vt retineatur pro impensis, sed de forma libelli vide per Bart. in l. qui exceptionem 40. §. si pars. ff. de condict. indeb.

Possessor hæreditatis victus, habet rerum detētionem propter impensas per eum factas, si illi culpa imputari non possit. l. quod si possessor 19. & ibid. Bart. ff. de petit. hæred.

Expensas vtiles, & necessarias factas ad perpetuam rei vtilitatem, quilibet possessor (re extante) deducit: sed re perempta, bonæ fideī possessor

possessor necessarias tantùm deducit: voluntarias verò bonæ fidei possessor etiam deducit; secùs in malæ fidei, cui tantùm permittitur facultas auferendi sine rei detrimento. l. planè 41.ff.de petit.hæred.

Expensæ ad rei vtilitatẽ factæ, quæ deductionẽ non patiuntur, nempe quæ à re nõ possunt auferri, recuperãtur in tribus casibus, de quibus vide in §. fin. l. sin autem 28. & seqq. ff. de rei vendicatio.

Sumptus facti, seu impensæ in re vendita, per actionem ex vendito repetuntur. l. Iulianus 14.§.præterea.ff.de actio.empt.

Bonæ fidei emptor repellit dominum, nisi reficiat impensam factã in loco empto, nec pro illa potest agere cõtra venditorem; quia cõtra vendicantem habet exceptionẽ.l.idemq; 46.§.illud.ff.de actio.empt.

Impensæ in alienis negotiis, & rebus factę, qualiter repetantur, vide glo.in §.ex diuerso, Institut.de rer.diuisio.

Facies aliquid in alieno fundo, si quod fecit ab eo petatur, recuperat impensas.§. qua ratione, eod.titu.

Tutores, curatores, Consules, Syndici, Procuratores ad negotia, negotiorum gestores, & testes, nihil vltra expensas petere possunt, nisi aliter seruet de cõsuetudine. Guid.Pap.q.68.

Subditi, qui tenẽtur præstare certas operas, debent interim ali à Dominis. Guid.Pap.q.217.

Vasallus an suis expensis teneatur Domino in bello seruire, vide Boer.decis.303.

Hæres occisi tenetur ad expensas faciẽdas pro capiendo, & puniendo occisorę.Boer.d.decis.303.num.9.

Quæ melioramẽta facta super rebus feudalibus, debeantur hæredibus, & successoribus meliorantis, vide August.Bero.q.96.

Hærgs vsufructarij, qui impẽsas fecit in re, põt illas repetere, finito vsufructu.Gui.Pap.q.438.

Vsufructuarius repetit magnam impensam, [illegible] qua actionẽ, vide Barto. in l.eum, ad quem 7.C.de vsufruc.& habita.

Modica expensa pertinet ad vsufructuariũ; magna autem à proprietario repetitur. d.l. 7.C. de rei vendic.

Quod inquilinus expendit in meliorando domum, potest à domino repeterę. l. dominus 57.§.in conducto.ff.locati.

Ad expensas factas pro fructibus colligendis, fructuarius tenetur pro rata. l. generali 32. §. Lucius.ff.de vsu, & vsufruc.legat.

Pauperi non habenti vnde causam tueatur, Iudex debet sumptus decernere, & compellere partem ad hoc. Boer.decis.303.nu.4. vide supra tit.de expen.in gene.

Legatarius, cui imminet restitutio, recuperat impẽsam ab eo, cui tenetur restituere.l. domos 61. de legat.1.

Refectiones, quæ dicantur, & reficere quid: & ædificare prohibiti, non prohibentur reficere. Boer.decis.44.

Meliorationes domus dicũtur illę, per quas domus efficitur melior, dum tamen sint ita affixæ, vt efficiantur domus: ea verò, quę possunt à domo separari, & amoueri, non dicuntur reparationes, aut meliorationes. Boer.ibi.nu.6.

Expensas, quas post denunciationem retractus, facit emptor, an soluat retrahere volens, & quid de factis intra tẽpus, quod datur ad retrahendum, nulla præcedente denunciatione, vide Boer.decis.47.

Melioramenta facta ad perpetuam rei vtilitatem, ille, qui tenetur retrouendere, consequi potest ab eo, q vult reemere; secùs si fuerint facta fructuum tantùm quærendorum causa. Natt.consi.601.

Melioramenta dicũtur facta ad perpetuam rei vtilitatem, quando qualitas rei est mutata, & bonitas aucta. Natt.ibid.

An facienti impensas ex voluntate, competat actio nego.gesto. vide Rot. Genuen.decisio. 154.nume.3.

Prædo dicitur tenens rem alienam, & non docendo ex qua causa teneat, qui prædo tunc perdit impensas, & melioramenta facta in re de facto occupata: tamen non perdit impensas factas gratia fructuum, quas compensat cum illis. Craue.consi.87.

Prędo expensas vtiles, & necessarias, consequitur officio Iudicis. Marc. de Mant. sing.52. Et omnis possessor.l.planè 41.& ibid.Barto.ff.de petit.hæred. Sed quando expensarum deductio fiat officio Iudicis, vide eundem Bart.in l.filius 6.eod.tit.

Impendens in rem alterius, illo prohibente, nõ habet repetitionem.Natt.consi.303. Sed limita dictum in quinque casibus, de quibus vide per Ant.Corse.in suis singularib.litera E.sing. expensas.

Impensa facta ad tui vtilitatem, si illa principaliter facta sit mei contemplatione, nõ potest à me repeti.Roma.sing.651.

Ciuitas, quæ fecit expensas in reparando castro alicuius sui Nobilis, vt se ab hostibus defenderet, illas nõ repetit. Fran. Cremen.sing.26.

An sumptus, quos facit emptor in lite, à venditore repetat, vide Bart.in l.1.C.de euictio. & infra lib.5.tit.de euictio.

Expensum si est in re vltraquam valeret, non conceditur repetitio. Bart.in l.siue hæreditaria 23.ff.de nego.gest.

Plus impensum pro cultura agri, quàm fuerit perceptum, non deducitur de fructibus secundi

anni.

anni.Bart.in l.diuortio 8.§.impendia.ff.soluto matrimonio.

Creditor quando reuocat rem ab emptore, an ille repetat expensas,vide Bart. in l.cùm postulassem 44.§.damni.ff.de damn.infec.

Creditor recuperat sumptus in re pignorata factos.l.6.C.de pignor.act.

Expensa facta in curanda vxore,non repetitur; secùs in impensa funeris.l.quod in vxore 13. C.de nego.gest.

Impensa facta in re seruiente contemplatione seruitutis,nō repetitur.l.2.C.de serui.& aqua.

Qui expendit vltraquam est illi impositum,non repetit. l. qui aliena 33. §. qui libertos. ff. de nego.gest.

Possessor recuperat expensas à domino,si dominus erat facturus,vel rem distracturus,& non aliter,si hac re erat cariturus.l.in fundo 39.ff. de rei vendic.

Qui ædificat in alieno ex causa conductionis, transfert dominium ædificij in soli dominum. l.redemptores 40.eod.tit.

Expensæ culturæ factæ ex causa donationis, nō repetuntur.l.qui alienum 14. ff.de donatio.

Aedificans in alieno solo, videtur materiā donare:ideò nō repetit impensas;secùs si ignorabat solum esse alienum.l. adeò quidem 7.§. ex diuerso.ff.de acquir. rer.domin. vide §.ex diuerso,Institut.de rer.diuisio.

Res non potest emi,addito pacto,vt non teneatur emptor soluere canonem;imò tale pactū faciens amittit pretium , & nō recuperat expēsas,& melioramenta.l.fi.C.de fund.rei priuat.lib.11.

Ille,cui debentur impensæ in itinere,an debeat deducere,quod impendisset domi,vide Rot. Genu.decis.158.nu.3.

Ecclesia,quæ concessit in emphyteosim , si dānificetur soluendo meliorationes, liberatur soluendo æstimationem ædificij diruti : fallit, quādo possessor meliorationes fecit bona fide,non credens rem spectare ad Ecclesiam. Vincen.de Fran.decis.110.

Melioramenta soluta à Rectore Ecclesiæ,acquiruntur ipsi Ecclesiæ,& successori in beneficio, si simpliciter empta,& soluta sint; secùs si de bonis propriis Rectoris, & nomine proprio. Borg.decis.32.de contract.part.2.

Bonæ fidei possessor,etiam ab Ecclesia restituta,recuperat impensas.cap.1.ex.de in integr. restitutio.

Impensæ aliæ sunt necessariæ,aliæ vtiles,& aliæ voluptariæ,de quibus vide in l.impensæ 79.ff. de verbo.& rer.signi.

Melioramenta necessaria,vtilia, voluptaria , & reparationes , quæ dicantur, vide per Borg. decis.32.nu.39.& 49. de contract. part.2. Pet. Roy.decis.5.Litua.nu.384. & seqq. in decisio. diuerso.August.Bero.q.96.vbi plenè de materia,& glo.in l.39.ff.de rei vendic.

Quando quis deducat expensas voluptarias,vide Boer.decis.44.nu.10. Pro quibus solùm datur actio ad interesse contra auctorē. Papon. lib.18.tit.4.arrest.12.

Gestor expensas voluptarias non repetit, quo fit, si frater faciat expensas voluptarias in re communi, illas non repetat ; secùs si vtiles.l. ex duobus 28.ff.de nego. gest.

Meliotamenta facta ab aliquo, qui ius habet in re, non præsumuntur facta animo donandi. Mago.decis.81.Luc.nu.16.

Quando pater, vel mater impendens pro filio aliquid,vel pro alimentis, aut aliter,repetat, vide Menoch.de Arbitra.lib.2. cent.1.cas.88. nume.20.

Mater expendens pro filio pupillo protestans, quòd intendit repetere , quas expensas repetat,vide Bart.in l.1.C.nego.gest.

An pater,mater,& patruus possint repetere alimenta,vide Ioseph.Ludo.decis.Perus.78.

Expensæ factæ in petendo tutore , an repetantur,vide Bart.in l.2.C.de nego.gest.

Gerens negotia aliena , in dubio videtur expēdere de bonis illius,cuius negotia gerit: & mater,vel auia expendens circa res filij , aut nepotis , quando repetat , vide Bart.in l. Nesennius 36.ff.de nego.gest.

Expensæ factæ pietate materna , vel affectione domestica,non repetuntur: quia animo repetendi factæ non videntur.l.1.C.de nego.gest. & l.alimenta 11. eo.tit.

Si per ascendentes gerantur negotia descendētis, & fiat protestatio , vel onus alimentandi ad descēdentem non pertineat, expensæ ipsorum alimentorum repetuntur.l. Nesennius 36.ff.de nego.gest.

Quod pater expendit in honorem filij,in dubio videtur expendere de bonis,quæ habet pertinentia ad filium.l.fin.ff.de petit.hered.

Expensæ,quas pater facit pro filio, non debent imputari tempore diuisionis filio, nisi animo repetendi patrem fecisse constet.l.quæ pater 51.ff.famil.ercis.

Expensum in redemptionem captiui ,aut quāuis aliam piam causam,potest à redemptore, & eius hæredibus , repeti, etiam si sit factum, parte inuita.Dec.consi.691.

De materia melioramentorum vide per Barto. in l.in fundo,nu.39.ff.de rei vendic.

Vitricus in priuignum expendens , paterno affectu,non repetit: secùs si gestorio nomine.l. si paterno 15.C.de nego.gest.

In iudicio familiæ ercisc. habetur ratio impensarum per vnum ex cohæredibus factarum in re com-

re communi.l.filiæ 18.C.famil.ercisc.
In causa seruitutis prædij communis: quod vnus ex sociis expendit, repetit ab alio actione nego.gest.l.qui aliena 33.§.fi.ff.de nego.gest.
Expensæ factæ in re communi, non ex necessitate cõmunionis, veniunt in actio.nego.gest. & illa actione, à socio repetuntur.l. si communis 42.ff.de nego.gest.
Quod quis facit in fundo, quem scit communẽ cum alio sibi cognito, venit in iudi. commun. diuid. Sed quod quis facit in fundo, quem credit proprium, & qui verè communis erat, nõ venit in illo iudicio, sed possessori retẽtio cõceditur; & singulari successori: vbi verò quis aliquid facit in fundo, quem putat communẽ cum aliquo, cum quo non sit, venit in d.iudi. commu.diuid.l.in hoc 14. & l.si quis 29. ff.cõmu.diuidund.
Qui obtinuit in causa communi repetit expẽsas pro rata.l.ex parte 40.ff.famil.ercisc.
Socius non recuperat expensas, si nomine proprio ædificauerit; secus si pro parte.l.4.& 5.C. de ædifi.priuat.
Impensæ factæ per socium occasione societatis, ipsi societati imputantur.l. si fratres 53.§. si quis, & l.secundum 62.& ibid.gl.ff.pro socio. Qñ aũt socius repetat expensas in re cõmuni factas, vide infra lib.2.tit.commu.diuid.
Pactum factum cum Procuratore, vel alio de reddendis sumptibus, valet. l. sumptus 54.ff. de pact.
Expensæ in honoribus factæ, actione nego.gest. repetuntur.l. quæ vtiliter 47.ff.de nego.gest.
Expensa præsumitur facta in dubio de parte expendentis, & alterius.l.sed & si 28.§.adeò autem.ff.de petit. hæred.
Ille tenetur ad impensam, cuius gratia celebratur actus.l.sed & si hæreditas 12.§.quo autem. ff.ad exhibend.
Ab eo, qui est missus ex secundo decreto, creditor non potest rem auocare, nisi expensas refíciat, & de damno infecto caueat.l. cùm postulassem 44.§. damni.ff.de damn.infec.
De impensis vide per Azo. in summa titu. C.de rei vendic.

De impensis, & melioramentis in rebus dotalibus factis

EXpensæ necessariæ in re dotali factę, quæ dicantur, vide Afflic.decis.359. Impensæ necessariæ in fundo dotali factæ per virum, minuunt dotem in quantitate constitutam, si non sunt modicæ. Afflic.d.decisio.359. Sed quando, vide Barto.in l.vnica.C.de rei vxo. act. gloss.in §.item si de dote, Institut.de actio. Et sint restituendæ, vide eundem Afflic. d.decisio.359. nume.4. Vel censeantur per legatum viri remissæ.ibid.
Dos an ipso iure per impensas factas à marito in re dotali, minuatur, & consequenter eius repetitio, vide Ias. de actio. in §. sunt præterea, vers. propter.
Maritus exigens dotem, vel debitores dotales, si expenderit, tales expensę minuunt dotem. Barto.in l.1.C.de bonis maternis.
Dos non potest retineri propter impensas vtiles, vel voluptarias; sed quidem propter necessarias, quæ dotẽ in quãtitate minuũt ipso iure.l.1.§.sed nec ob.C.de rei vxo.act.
Quod dicitur impensas ipso iurę dotem minuere, quomodo sit intelligendum, vide l. si is, qui 57.§.quod. ff. de iur. dot. & l.1.ff.de dot. prælegat.
Maritus in re dotali præstat impensas temporales: sed si faciat impensas ad perpetuam rei vtilitatem, vxor ad illas tenetur. Afflic.decis. 252.nume.4.
Maritus etiam si de consensu vxoris in prædio dotali expensas voluptarias faciat, illas non potest repetere, sed permittitur abrasio, vel euulsio, nisi mulier tantum dare vellet, quantum maritus habere posset de illis rebus abrasis, vel auulsis. Math.Mathes.sing.91.
Impensæ factæ à marito in bonis paraphernalibus, cum fructibus ab eo perceptis, compensantur. August.Bero.q.22.

De fructibus rei litigiosæ, & eorum liquidatione.

TErtius possessor conuentus hypothecaria, facit fructus suos, pendente lite, & donec fuerit res appretiata: & si ab ipsa æstimatione fuerit appellatum, datis aliis æstimatoribus, tunc, licèt possessor appellauerit, nihilominus facit fructus suos vsque ad sententiã, aliàs tenebitur à die æstimationis primæ. Afflic. decis.188. Sed fructus percepti per actorem ante completam æstimationem, pro rata extinguunt sortem.ibid.
Fructus percepti, pendente iudicio super hypothecaria, veniunt Iudicis officio. Capic. decisio. 177. Verùm quando in ipsa actione veniant fructus, vide Franc. Marc. quæst.922. part. 2.
Fructus sequestrãtur, si dubium est de dilapidatione: aliàs secùs, vt si possessor esset diues. Afflict. decisio. 188. in fine, vide supra titu. de sequestr.

Fructus post litē contestatā pcepti ex re (q̄ petebatur in iudicio) si feratur sententia pro actore, spectant ad illum. Afflict.d.decis.188. vide tamen Gasp. Cabal.milleloq.713.

Instantia perempta, durat effectus malæ fidei causatæ per litis contestationem, quo ad fructus restitutionem: quia in hoc inspicitur tēpus contestationis primæ litis, etiam post instantiam peremptam. Capic.decis.11. Fallit, si lis fuerit contestata coram Iudice incompetenti.ibid.nu.4.vide Perillust. D. P. Tessau. decis.29.num.fin.

Fructus percepti, pendente lite, non debentur pro eo tempore, quo partes non litigarunt, & causa remansit interrupta. Ioan. Papon.lib. 18.tit.4.arrest.7.

Quis non potest cedere liti, inuito aduersario, si ipsius aduersarij intersit propter fructus. Boer.decis.48.nu.7.

Bonæ fidei possessor post litem contestatam tenetur ad fructus. Beninten.decis.20 Et debet etiam in illis cōdemnari, quos percipere potuit. Put.decis.383.lib.1.

Venditor, qui experitur, vt iustum pretium suppleatur, an fructus lite pendente, perceptos consequatur, vide Fran.Marc.quæst.179.part. 1.& q.641.part.2.

Possessor malæ fidei (sicut violentus) condemnandus est in fructibus á tempore occupationis, licèt de tempore non constet: quia sententia incerta ferri potest super accessoriis. DD. de Rota, decisio.2.de pen.in antiq.aliàs 405 & 480.

Possessor, qui dolosè desiit posidere, potest in fructibus condemnari:& si fuerit condemnatus simpliciter in fructibus perceptis, tenebitur etiam pro perceptis per alium. Put.decis. 165.lib.3.vide tamen ibid.decis.198. Vbi scribitur contrarium, & infra in hoc tit.

Fructus restituere condemnatus, tenetur ad illos, quos actor percipere potuisset, & hoc potest probari iuramento. Boer.decis.268.

Fructuum perceptorum condemnatione facta, veniunt etiam fructus percepti post sententiam ante executionem. Put.decis.314. lib.2. Et vsque ad rei restitutionem. Rebuff.in constitut. Reg.Tom.3.tract. de fruct.art.1. nu.25. fol.892. Sed fructus percepti post rem iudicatam, pendente reuisione appretij facti mediante decreto, cuius esse debeant, vide Capic.decis.202.nu.fin.

A quo tempore debeātur fructus, vtrum á tempore moræ, vel litis contestatæ, & vsque ad quod tempus, & de eorum liquidatione, vide Rebuff.in constitutio.Reg. Tom.3. tracta. de fruct.fol.892.

Condemnatus in fructibus simpliciter, solùm censetur condēnatus in fructibus perceptis, & non in his, qui percipi potuerunt. Menoch. consi.110.vol.2.

In actione rei vendic.est locus condemnationi fructuum.Papon.lib.18.tit.4.arrest.1.

Fructus á die oblationis, pertinent ad eum, qui pretium redemptionis obtulit. Natt.cōs.513.

Fructus auctoritate Iudicis percepti, non debent restitui, nisi auctoritas Iudicis sine ordine esset cōcessa, hoc est, si nulliter Iudex processerit; quia tunc fructus computantur in sortem. Afflic.decis.218.

Fructus auctoritate Iudicis percepti non restituuntur: idem in fructibus, qui superlucrantur ob moram aduersarij, quod procedit etiā in perceptis medio tempore, pēdente dilatione. Ioseph. Ludo.decis.Luc.7.

Iusta causa litigandi facit, vt quis excusetur á fructibus in totum. Guid.q.496.

Fructus quis superlucratur pro parte tātùm meliorata: sed percepti in parte non meliorata, computantur in sortem melioramentorum. Ioseph.Ludo.d.decis.7.nu.fin.

Obtinens pro se sententiam in possessorio, & postea succumbens in petitorio, non tenetur ad restitutionem fructuum per ipsum perceptorum, vsque ad litis contestationem factam in petitorio. Capel. Tholos. quæst. 495. vide DD.de Rot.decis.18. de re iudic.in nou. aliàs 405.& deci.7.de caus.possess.& propriet. in antiq.aliàs 193.Boer.decis.340.

Expensarum condemnatio, si omittatur in sententia lata super possessorio, non poterit denuo peti in petitorio; secùs in fructibus. DD. de Rota, decis.40.de senten. & re iudic.in antiq.aliàs 661. vide Papon.lib.18.tit.4.arrest.9. & 10.& infra in hoc tit.

Fructus per arrestum causæ principalis non adiudicati, amplius peti non possunt, & percepti ante litem contestatam adiudicari non possunt, nisi petiti fuerint; secùs si post, quod limita, vt per Boer.decis.18. vide Papon. lib. 18.tit.4.arrest.8.

Iudex poterit cōdemnare partem in fructibus, licèt ab aduersaria parte illi nō fuerint petiti, saltem ex clausula, Iustitiā ministrari. Guid. Pap.q.405. Mysing. obser.55. cent.4.vide Ias. de actio.in §.omnium, nu.177.

Iudex potest super fructibus proferre sententiā incertam, in illis cōdemnando partem, liquidatione sibi reseruata. Guid.Pap.d.quæst.405. Tamen si fructus fuerint petiti, & Iudex omiserit condemnare, non poterunt postea peti. Guid.ibid.& Papon.lib.18.titu.3.arrest.9.vide D.Tessa.decis.135. Minus fructus post sententiam percipiendos, non potest Iudex adiudicare. Boer.decis.45.nu.10.

Mala

Mala fides conuenti, an sit purgata quo ad fructus, propter incombētia non probata, vide Capic. decis. 11 nu. 8.

Fructus rei adiudicatæ sine illorum restitutione, à quo tempore veniant, vel à die sententiæ, aut executionis ipsius, vide Boer. decisio. 45.

Fructus Ecclesię vacantis cui accedant: & distributiones quotidianas an restituat succumbens, qui cautionem præstiterat de restituēdis fructibus, vide Boer. decisio. 340. Quòd in condemnatione fructuum, veniant quotidianæ distributiones, tradit Mohed. decis. 109.

De fructibus beneficij Ecclesiastici litigiosi vide per Cassad. decis. 6. tit. de præben.

Licèt probabilis causa litigandi excuset ab expensis, non tamē excusat à fructibus, qui sunt beneficij. DD. de Rot. decisio. 7. titu. de dolo, & contuma. in nouis, aliàs 182. Idem in aliis fructibus. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de expen art. 1. nu. 50. Tom. 3.

Condemnatio fructuum attenditur in beneficialibus, etiam quo ad distributiones quotidianas; siue ad alterius generis stipēdia. Put. decis. 239 lib. 1. & decis. 383. Tamen contrariū tenent Vera. decis. 29. seu 3 par. 2. & Papo. lib. 18. tit. 4. arrest. 6.

Fructuū condemnatio fit à die intrusionis, quādo sumus in beneficio reseruato, vel spolio violento: in petitorio autem fit à die motæ litis, sed quid in hærede intrusi, vide Vera. decis. 27. seu 1. part. 2. & decis. 65 seu 1. ibid.

Beneficij defensor tenetur fructus restituere à die malæ fidei; & mala fides incipit adesse; qñ est mota lis. Vera. deci. 27. la 2. seu 1. par. 2.

Fructus spectant pro rata temporis ad deponētem à die depositi, & etiam ad habentem dominium. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 7.

Quando sententia est cōditionalis, prolata hoc modo. condemno, &c. restitutis prius melioramētis, quid tūc de fructibus, vide Iosep. ibi.

Fructuum liquidatio vt dicatur legitimè facta, est necesse articulari, & probari; quòd in locis circunstantibus tot fructus percepti fuerunt. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 87.

Fructuum valor (ad quem quis est condemnatus) quomodo probetur, vide Put. decis. 418. lib. 3. & Natt. consi. 510.

Executor ad taxationem fructuum in vim diffinitiuæ sententiæ, deputari non potest ille, qui non est in dignitate constitutus, hinc sequitur, quòd fructus nō possunt liquidari ab executore sententiæ. DD. de Rot. decis. 31. tit. de rescript. in nouis, aliàs 403.

Iudex generaliter condēnat in fructibus: & executor monet cōdēnatū absq; taxatione. DD. de Rot. decis. 5. tit. de re iudi. in nou. aliàs 183.

Pretium fructuum habere, vel ipsos fructus, paria sunt. Vera. decis. 28. seu 2. part. 2.

Ille, cui committitur taxatio fructuum alicuius beneficij, potest ne dum fructus vsque ad vltimam sententiam taxare, sed etiam post vsque ad tempus taxationis. DD. de Rota, deci. 14. tit. de re iudic. in nouis, aliàs 337.

Fructus debiti ex mora in eo loco, vbi collecti sunt, solui debent, & non in loco iudicij. Put. decis. 445. lib. 1.

Fructus percepti, & debiti vigore sentētiæ sunt benè, & concludēter liquidandi, sed quomodo debeāt testes deponere, vide Vera. decis. 30. seu 4. & 31. seu 5. part. 2.

Liquidatio fructuum est facienda in parua summa, quando testes deponunt de magna, & parua: sed quando deponunt de magna, mediocri, & parua, debet fieri in mediocri. Vera. decis. 161. seu 1. part. 2.

Fructus in sententia intelligūtur, deductis oneribus, & expensis in illis factis. Borg. Caual. decis. 27. de contract. part. 2. nu. 75. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 3. tract. de fruct. art. 1. nu. 30. fol. 893.

Liquidare fructus in executione Iudex potest; sed quomodo fiat hæc liqdatio, vide Rebuff. tract. de fruct. art. 2. 6. 7. & 8. Tom. 3.

Quę veniant appellatione fructuum, pensionis, reditus, prouentus, & obuentionis, vide Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des droicts* Rub. 4. §. 17. gloss. 6.

Missus in possessionē ex primo decreto de consuetudine potest lucrari fructus; secùs de iure communi. Marc. q 656. par. 2. Licèt ex nimia contumacia possit Prętor decernere, vt missus in possessionē ex primo decreto fructus lucretur. Bart. sing. 18.

De materia fructuum vide etiam infra tit. prox.

De fructibus in genere.

De fructibus rei litigiosę, de probatione, & liquidatione fructuum, vide supra tit. prox.

Minori, vel alteri recuperanti eius bona non legitimè alienata, etiam cum re principali fructus omnes à die traditionis percepti, restituendi sunt; ipse tamen minor recuperans pretium, quod acceperat, vel alia ex causa (etiā iudicati) debitū, debet cū legitimo interesse soluere, facta cōpēsatione (pręcedente prius liquidatione) fructuū cū interesse secundū liquidationē. Oza. decis. 160. facit l. emptor 65. ff. de rei vendica.

Emptor rei minoris, vel alterius, solēnitate iuris, seu decretorū non seruata, dicitur esse in mala fide; ideò ad oīum fructuū restitutionē

tenetur. Ozas. d. decis. 160. & Crau. pro genero, consi. 1. nu. 286.

Titulum habens nullum, & iniustum, & qui habetur pro non titulo, tenetur ad restitutionē fructuum, non solùm perceptorum, sed etiā percipiendorum. Ozas. d. decis. 160. nu. 12. vide tamen Roma. sing 343. & Bart. in l. 1. C. de fid. instrumen. & iure hast. Fiscal. lib. 11.

Fructus non veniunt compensandi cū expensis reparationum factarum per emptorem in re minoris sine decreto alienata. Afflict. decis. 87. nume. 6.

Fructus hæreditarij veniunt restituendi in iudicio petitionis hæreditatis, etiam per hæredes eius, qui mala fide occupauit hæreditatem, nec iusta causa ignorantiæ excusat hoc in casu ipsum hæredem. Afflict. decisio. 240. Nam hæreditas augetur fructibus, qui omnes hæredi sunt restituendi. l. sed & si 28. §. fin. ff. de petit. hæred. Sed quando in petitione hæreditatis possessor teneatur ad fructus vide l. 1. & 2. C. de petit. hæred. & Bart. consi. 97. vol. 2.

Mala fides patris nocet filio successori vniuersali quo ad restitutionem fructuum: ideo hoc casu fructus bona fide percepti in iudicio petitionis hæreditatis, augent petitionem. Affl. decis. 240 num. 3.

Missus in possessionem inordinatè per Iudicē, non facit fructus suos. Gram. decis. 79. nu. 12. Aliàs fructus percepti auctoritate Iudicis, nō restituuntur. Ioseph Ludo. decis. 7. Luc. nu. 7.

Regulariter ad fructus perceptos ante litē contestatam non petitos, non potest Iudex condemnare: quia ad illos non se extendit eius officium. Boer. decis. 18. nu. 3. Sed dictum limitatur in interdictis, & petitione hæreditatis, quæ est actio vniuersalis: tunc enim veniunt fructus, licèt non sint petiti. ibid. Boer. nu. 4.

Circa fructus, qui non iure occupat dicitur semper esse in mora. vide Boer. decis. 224.

Emens rem ab aliquo vendente suo, & nomine alieno, puta fratris, pro quo de rato, dicitur malæ fidei possessor, & tenetur ad fructus à die occupationis. Beninten. decis. 38.

Possessor malæ fidei (sicut violentus) condemnandus est in fructibus à tempore occupationis, licèt de tempore nō constet: quia sententia incerta in accessoriis ferri potest. DD. de Rota, decisio. 2. de pœn. in antiq. aliàs 405. & 480. Borg. Caual. decisio. 28. de iudic. in additio. l. domum 5. & l. certum 22. C. de rei vendic.

Mala fide interueniente, fructus omnes sunt restituendi, non modò percepti, sed etiam qui percipi potuerint. Craue. consi. 1. pro genero, nume. 288.

Quid iuris de fructibus, quando creditor agit reuocatoria contra emptores, vel aliter possidentes, vide l. si fraudator 25. §. non solùm, & ibid. gloss. ff. quæ in fraud. credit.

Si actor declaretur dominus, etiam per errorē, debet cōdemnari reus in fructibus. l. & ex diuerso 35. §. 1. ff. de rei vendic.

In confessoria, vel negatoria, quando illa intentatur à non possidente, veniūt fructus. l. pen. §. fin. ff. si vsuf. peta.

In actionibus stricti iuris, veniunt fructus, & accessiones à tēpe litis cōtestatę. l. cū fructus 31. ff. si cert. petat. Quando veniant à tēpore litis contestatę, & quando à tempore moræ, vide Barto. in l. si filiusfa. 78. §. cùm fructus. ff. de verbo. oblig.

Habens titulum, etiam inualidum, non tenetur de fructibus percipiendis; sed solùm de perceptis. Borg. Caual. decisio. 13. de contract. part. 2.

Faciens contra iura interdictoria, seu prohibitoria aliquos actus, est in mala fide: ideò non lucratur fructus, quod procedit, quando ius ita resistit, vt rem prohibeat alienari; secùs si permittat, certis adhibitis solēnitatib. Raud. tract. de Analog. cap. 37. nu. 281.

Vbi possessor tenetur ad fructus quatenus effectus fuerit locupletior, petens fructus, tenetur articulare, & probare, quòd possessor fructus in rem suam conuertit: & hæc conclusio procedit in possidente rem minoris, bona fide. idem Raud. de Analog. cap. 37. nume. 193. Quia vbi à fructibus ob titulum excusari possit possessor, id non habet locum contra pupillum, vel minorem. Crauet. consi. 1. pro genero, num. 288. Roma. sing 534. & Franc. Cremen. sing. 135.

Licèt iusta causa litigandi excuset à condemnatione expensarum, non tamen excusat à condemnatione fructuum, qui sunt officij, vel beneficij: & si ille, qui recipit fructus rei meę, est factus locupletior, ad illos restituendos debet condemnari, quamuis iustam causam ignorantiæ habeat. Rebuff. in constitut. Reg. tract. de expen. art. 1. nu. 50.

Possessor cum titulo (etiam cum errore iuris, vel facti) facit fructus suos: fallit in eo, qui scit, quòd propter aliquod delictum, vel aliā causam, debet priuari illa re, & possessione tanquam indignus. Hippol. sing. 268.

Ille, qui est bonæ fidei possessor ab initio, semper facit fructus suos, licèt ex eo tempore, quo cępit esse malæ fidei, teneatur illos restituere. Barto. in l. 1. C. de rei vendicatio. & in l. sed & si 27. §. de eo. ff. de petit. hæredit. Nam quantum ad fructus, paria sunt ab initio malam fidem subesse, vel ex postfacto superuenire d. l. 27. §. de eo.

Emptor

Emptor ex contractu nullo, nõ lucratur fructus. Barto. in l. 1. C. de prædi. Decurio. lib. 10. Nam venditione nulla declarata, fructus restitui debent. Rot. Genu. decis. 4. nu. 6.

Titulus excusat conuentum rei vendicatione à fructibus percipiendis; secùs in conuento, propria obligatione. Bart. in l. in fideicõmissi 3. ff. de vsuris.

In stipulatione rem dari, vel tradi, aut quando continet vtrunque, qualiter veniant fructus, vide Barto. in l. videamus 38. §. si actionem, eod. titu.

Qui tenetur ad fructus percipiendos, tenetur de illis, quos percipere potuerit petitor; non possessor. Barto. in l. apud Iulianum 40. §. fructus, de legat. 1.

Fructus percipiendi in quatuor casibus debent restitui, etiam ab habente titulum. glos. in l. si fundũ 17. C. de rei vendic. & in §. si quis à non domino, Institut. de rer. diuisio.

Malæ fidei possessor fructus percipiendo, nõ facit furtũ; sed quidẽ consumando, & tenetur furti secundũ Bal. & pro extantibus, rei vendicatione. l. pen. C. de condict. ex leg. vide l. sequitur 4 §. fructus. ff. de vsucap.

Valet pactum de retrouendendo, & ex mora veniũt fructus. l. 2. C. de pact. int. empt. & vẽdi.

In actione, quod metus causa, possessor tenetur ad fructus perceptos, & percipiendos à domino, licèt cum titulo possideat. l. sed & partus 12. ff. de eo, quod met. cau. vide glo. ibid. quæ not. alios casus, in quibus possessor cum titulo tenetur ad fructus percipiendos.

Prædo dicitur, qui nullam causam possidendi habet, & tenetur de fructibus perceptis, & percipiẽdis. l. sed & si lege 28. §. quod autem. ff. de petit. hæred.

Possessor tenetur restituere fructus, quos percepit, licèt petitor percepturus non fuerit. l. cũ hæreditas 39. eod. tit.

Re perempta, tenetur possessor post moram ad fructus, & cæteras accessiones. l. Iulianus 17. §. idem Iulianus. ff. de rei vendic.

Malæ fidei possessor tenetur ad fructus perceptos, & qui percipi potuerãt: & ideò cùm desinunt posse percipi absque sui culpa, ab inde desinunt deberi, & cùm cœperint posse percipi, ab inde incipiunt deberi. l. fructus 34. ff. de rei vendic.

Vbi verbum, restituas, in iure inuenitur, licèt nõ specialiter de fructibus additum sit; etiam fructus sunt restituendi. l. 134. §. cùm verbum. ff. de reg. iur.

De fructibus, & qualiter bonæ fidei, & malæ fidei possessores teneantur ad restitutionem illorum, vide magistralem glos. in §. etsi in rem, cùm §. seq. & ibid. glo. Institut. de offic. Iudic.

Titulus iniustus errore iuris causatus, an prosit quo ad acquisitionem fructuum, vide Ozas. decis. 160. nu. 5. & 11.

Bona fides ex iniustis, & temerariis causis, potest causari. Ozas. d. decis. 160. num. 6. Et excusat possessorem à fructibus. ibid. num. 9. Quod limita, vt ibid.

Præmissa conclusio procedit, quando agitur de acquisitione fructuum; secùs si agatur de fructuum præscriptione. Alex. Raud. tractat. de Analog. cap. 37. nu. 143. Quò loci plura scribũtur exempla. Tamen error iuris dubij æquiparatur errori facti, vt faciat abesse malam fidẽ, & sufficiat ad præscriptionem, & acquisitionem fructuum. idem Raud. ibid. nu. 188. (Nisi ius resistat prohibendo, vel puniendo. Gasp. Cabal. milleloq. 315.) Dummodo interuenerit bona fides. Craue. consi. 1. pro genero, nu. 287. Sed quomodo talis error probetur, vide Raud. ibid. nu. 203.

Titulus non requiritur quo ad fructuum acquisitionẽ, sed sufficit bona fides, etiã errore iuris causata. Ozas. d. decis. 160. nu. 7.

Mala fides adesse non dicitur, vbi error iuris interuenerit, & ad illam excludendam sufficit qualis qualis occasio possidendi. Ozas. d. decisio. 160. num. 8.

Bonæ fidei possessor quis dicatur, quo ad acquisitionem fructuum, vide eundem d. decisio. 160. nume. 15.

Fructus efficiũtur bonę fidei possessoris eo ipso, quod sunt à solo separati, l. si eius 77. ff. de rei vẽd.

Emptor prædij pro rata pretij soluti, lucratũ fructus. Afflic. decis. 87. nu. 7.

Fructus pro vsu pecuniæ non debentur: quia nõ est vsus in pecunia. Afflic. d. decis. 87. nu. 7.

Possidens 30. anno. bona fide, à restitutione fructuum in omni casu excusatur. Affli. deci. 240.

Malæ fidei possessor, licèt teneatur ad fructus, qui percipi potuerunt; non tamen tenetur de illis, qui percipi potuerũt ex meliorationibus in re factis ab illo. Capic. decis. 93. nu. 10.

An error iuris inducat malam fidem in tantum, quòd errans in iure non faciat fructus suos, & an stetur iuramento possessoris, quod ipse errauerit, vide Gram. decis. 79.

Fructus quis superlucratur ob moram aduersarij, & percepti, pendente dilatione, dicuntur esse illius, cuius fauore tempus adiectum est. Ioseph. Ludo. decis. 7. Luc. nu. 8.

Fructus non restituit possessor bonæ fidei, quod procedit, quando possidenti ius assistit: secùs si resistat, vt ĩ illis, qui emunt cõtra iura: quia tunc bonam fidem non præsumuntur habere. Boer. decis. 98.

Fructus quis superlucratur pro parte tãtùm meliorata, & alij percepti ex parte non melio-

rata, computantur in sortem. Ioseph. Ludo. d. decisio. Luc. 7.

Bonæ fidei possessor lucratur fructus consumptos, quatenus de eis non est effectus locupletior, sed quando præsumatur factus locupletior, vide Vincen. de Fran. deci. 31. Papon. lib. 18 tit. 4. arrest. 21 & l. certum 22. C. de rei vẽd.

Bonæ fidei possessor facit fructus suos. l. bonæ fidei 48. ff. de acquir. rer. domin. Sed dictum nõ habet locum in fructibus naturalibus, secundum glo. in l. 4 § fructus. ff. de vsucapio.

Bonæ fidei possessor non facit fructus suos naturales perceptione, sed bene vsucapione, quare lapso triennio, non tenetur illos restituere. Bart. in d. l. 4 § fructus. ff. de vsucap. vide gl. in § si quis, Institut. de rer. diuisio.

Bonæ fidei possessor non tenetur restituere fructus existentes, si per triennium possederit. Barto. in d. l. 4. § fructus. Quia cùm sit bonæ fidei illos triennio præscribit. idem Bart. in l. 3. C. de his, quæ vi, metusuè fiunt, nu. 12. Crauet. consi. 312. vide eundem Bart. in § si quis, Institut. de rer. diuisio. Hartma. cap. 3. tit. de fructib. lib. 2. & cap. 4. ibi. & gl. in § si quis, Institu. de rer. diuisio.

Fructus seu perceptiones ex re aliena, si nõ fuerint effectæ percipientis sola perceptionẽ, poterunt per hæredes eius vsucapi, titu. pro hærede. d. l. 4. § fructus. ff. de vsucapio.

Fructus percepti ante litem cęptam à bonæ fidei possessore, non veniunt in remed. c. reintegranda 3. q. 1. vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 29. num. 3.

Lana ouium furtiuarum, si fuerit detonsa penes furem, erit furtiua; si autem penes bonæ fidei possessorem secùs: quia ille efficitur dominus eo ipso, ꝙ perceperit. d. l. 4. § lana. ff. de vsuca.

Ille, qui venit contra alienationem per se factã ratione nõ seruatæ solẽmnitatis, irritata alienatione, non recuperat fructus. Papon. lib. 18. tit. 4. arrest. fin.

Possessor per decretum Iudicis, annullato contractu, non tenetur ad restitutionem fructuũ, nisi dolo interueniente. Papon. d. lib. 18. titu. 6. arrest. 30.

Reg quæ habet, quòd condemnatus ad rem restituẽdam teneatur etiam fructus restituere, non solùm, si sit malæ fidei, sed etiam si bonæ fidei, procedit, quando fructus extant, & non sunt consumpti absque vtilitate possessoris: tunc enim bonæ fidei possessor ex quacunq; iusta causa possideat, etiam vi, non tenetur fructus restituere. Alex. Rau. tract. de Analog. cap. 37. nu. 167.

Ratio, quare bonæ fidei possessor non teneatur ad fructuum restitutionem, ea est, quia per consumptionem bona fide factã, fructus efficiuntur illius. idem Raud. ibid. cap. 37. nu. 171.

Aliud est, quòd fructus triennio vsucapiantur, aliud, quòd acquirantur, vel percipientis fiãt, vide ibid. nu. 174. Quia errans in iure quo ad fructus est bonæ fidei; sed malæ fidei, quo ad vsucapionem. Bart. in l. si furem 32. ff. de vsuc.

Qui ab obligatione principali eximitur, ab accessoriis etiam liberatus censetur. Crau. consi. 1. pro genero, nu. 289.

Fructus non dicuntur durare vltra triẽnium, sed quando dictum procedat, vide D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ glo. 1. super 4 part. decreti, census, tit. de censu. solutio. fol. 47.

Quando fructus in genere debẽtur, eorum æstimatio debetur etiam post triennium (quia genus perire non potest) secùs si debeantur in specie. vide Natt. consi. 599.

Quando possessor faciat fructus suos, & quos, vide per Maran. in suo Spec. part. 4. tit. an fit iudic. ciuil. vel crimi. nu. 36. fol. 81.

Fructus in petitione hæreditatis veniunt, & augent hæreditatem: sed in rei vendicatione, non veniunt, neque augent rem, minus de illis habetur ratio, nisi essent petiti. l. 2. C. de petit. hæred. & ibid. Barto. Quod procedit, si fructus non extent; secùs si essent pendentes. Barto. ibid.

Error iuris impedit vsucapionem, nõ fructuum acquisitionem, sed iuris ignorantia, quomodo & quando excuset à fructibus, vide Bart. in l. sed & si lege 27. § scire. ff. de petit. hæredi.

Ignorantia iuris quo ad fructus non constituit quem in mala fide. Barto. in l. hæredem 17. ff. de his, quib. vt indig. legat. aufer.

In actionibus stricti iuris, non veniunt fructus, nisi à die litis contestatæ: ideò vbi fundum stipulatus sum, non veniunt fructus, qui stipulationis tempore fuerunt. l. si filiusfa. 78. § cùm fundum. ff. de verb. oblig.

Bonæ fidei possessor facit fructus industriales suos, nec illos cõsumptos cogitur restituere; secùs si fuerit malæ fidei, sed quis dicatur bonæ fidei, & quis malæ, vide § si quis à non domino, Institut. de rer. diuisio.

Quando in fructibus feudi, possit fieri executio sententiæ latæ contra defunctum, vide Afflic. decisio. 26.

De fructibus bonorum vxoris, extra causam dotis per maritum administratorum, & an hæres illius teneatur ad illorum restitutionem, vide Afflic. decis. 44. Gram. decis. 103. nu. 173. Guid. Pap. q. 468. Craue. consi. 193. nu. 15. & infra lib. 2. tit. de bon. parapher. vxo. Bar. in l. 94. ff. ad leg. Falcid. & l. fin. C. de pact. conuentis.

Vir, durante matrimonio, lucratur confiscationes, condemnationes, & mulctas castri in dotem dati cum iurisdictione. Capic. decis. 185. nu. 3.

nume.3.vide Boer.decisio.180.

Marito si tradatur fundus loco pignoris, licitè ille potest habere fructus dicti fundi. Ioseph. Ludo.decis.Luc.21.nu.31.

Fructus omnes dotis spectant ad maritum, etiā quòd excedant onera matrimonialia: sed fructus dotis, vt plurimum non sufficiunt ad sustinenda onera matrimonij. idem Ioseph.ibi. nume.32.

Tria requiruntur ad hoc, vt maritus lucretur fructus dotis, de quibus vide per glo.in l.de diuisione 5.ff.soluto matrimonio.

Maritus est dominus fructuum dotis. Ioseph. d. decis.21.Luc.nu.46.& 47.

Donatio inter virum, & vxorem quo ad fructus, & alias commoditates retrotrahitur, & confirmatur morte mulieris.l.si is seruus 21.ff. de donatio.int.vir.& vxor.

Fructus dotis debent esse fratrum existentium in communione; secùs si facta fuerit diuisio.l. fundus 52.ff.famil.ercis.

De fructibus dotis, & quando pertineant ad maritum, vide in ll.5.6.7. & 8.ff.soluto matrimonio.& Bar.in l.diuortio. ff.eo d.tit.

Dotis fructus an lucretur ille, qui duxit puellam minorem ann.12.& sustinet onera matrimonij, vide Bar.in l.si ante 6.ff.solu.matrimonio.

Fructus si recollecti vltimo anno nō fuerint, nō fit deductio expensarum, neque colonus deducit ante fructuum diuisionem. Bar.in l.fructus 7.nu.4.eod.tit.

Fructus augēt dotem, & quod iuris est in dote, idem est in fructibus. l. si marito 32. §. si fundum, eod.tit.

Fructus percepti ex hæreditate testatoris, quādo in dotem imputentur, vide Bart. in l.mulier.§. cùm proponeretur 22.ff.ad Senatusc.ō-sult.Trebellia.

Fructus dotis cedunt lucro mariti, neç possunt, vxori donari. l. pro onerib. 20.C.de iure dot.

Fructus tantò minores sunt, quātò maiores sunt expensæ operarum. Affli.decis.44.nu.32.Quia debentur regulariter, deductis impensis.Capic. decis.20 Sed non omnes expēsæ minuūt, fructus. Afflic.deci.252.nu.7.

Tributum, seu gabella de fructibus soluēda, debet intelligi, deductis expensis.Capic. decis. 20.nume.8.

Fructuum appellatio debet intelligi, non deductis expensis, quando tractatur de fauore animæ, vel piæ causæ.Capic.d.decis.20.nu.9.

Fructus in aliqua parte soluendi (& non vniuersaliter) ex conuentione, debentur, expensis non deductis.Capic.d.decis.20.num.11. Nam fructuum appellatio, quotiescunque refertur ad quotam partem, intelligitur, expensis nō deductis.ibid.nu.12.

Palea est in fructibus. Vincen. de Fran.decisio. 103.& Ludo.Roma.sing.550.

Fructus omnes obligati, quando intelligantur, deductis expensis, vide Capic. d.decisio.20. num.13.& 16.

Expensæ necessariæ sunt detrahendæ de fructibus, etiam in malæ fidei possessore. Vera.decis.344.seu 5.part.1.

Condemnatus ad fructuum restitutionem, an teneatur restituere, dona illi donata rei contēplatione, vide Vincen.de Fran.decis.172.

Sylua cędua computatur in fructibus; secùs in arboribus fructiferis, & thesauris. l. diuortio 8.§.ob donationes, & §.si fundū.ff.soluto matrimonio, vide l.item si 10. §. fin.ff.de vsufruc. & quemadmodum.

Lapis, qui non renascitur, nō est in fructu: idem in aurifodinis, argētifodinis, & cretifodinis. d.l.8.§.si vir, & l.9.eod.tit.soluto matrimonio.

Impendia facta gratia quærendorum fructuum, de fructibus deducūtur: cætera necessaria, & vtilia, repetuntur. §. impendia d.l.8.Sed quæ dicātur impendia facta gratia quærendorum fructuum, vide per glo.ibid.

Appellatione dominij, fructus quoque continētur. l. in venditione 8. ff. de bonis aucto. Iudic.possid.

Fructus in multiplici sunt differentia, gloss. in l. 36. ff. de rei vendic. Sed pro intelligentia dicti, vide distinctiones, quas tradit Hartma. cap.1, tit.de fructib, lib.2.

Fructuum duo sunt genera, alij enim vocantur industriales, alij naturales: qui autem inter naturales, & qui inter industriales collocentur, vide per Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.210. Et in illis multæ sunt differentiæ, & species, vide Boer.decis.224.

Fructus percipiendi, intelliguntur, qui à petitore percipi potuerint. l. si nauis 62. §. fin. ff.de rei vendic.

Fructus pendentes, non computantur inter mobilia, quia sunt pars fundi. Cabal.millelo.518.

Quid veniat appellatione fructuum, pensionis, reditus, prouentus, & obuentionis, vide Cassad.in consuetud, Burg.tit. *Des droicts* Rub.4.§. 17.glo.6.& Boer.decis.224.

Emolumenti appellatio, quid comprehendat, & thesaurus est in fructu, licèt non cedat fructuario. Boer.d.decis.224.nu.9.

Fructus dicuntur, deductis impensis, sed quid de bonis emptis gratia seminandi, si illa pereāt, an tales impensæ deducant, Fran.Crem. sing.134.tenet negatiuam, vide Hartma. cap. 1.tit.de impensis.lib.2.

In omnibus possessoribus fructus dicuntur, qui superfunt, deductis impensis, quæ fiunt gratia quærendorum, colligendorum, & cōseruandorum,

pensio locationis fundi empti.l. fin.ff.de iure Fisci. Et inspicitur dies, quo pēsio debet persolui; non dies, quo fructus percipiuntur.d.l.fin.§.fin.

Facta alienatione rei, non simpliciter, sed causatiuè voluntaria, cuius sint fructus pendētes, vide Perillust.D.P.Tessau.deci.56.nume.4. Et quid in pensione, vide ibid.nu.fin.

Fructus in alienatione necessaria etiam causatiuè facta, an diuidantur pro rata temporis, vide eundem Perillust.D.P.Tessau.d.deci.56.

Fructus legitimæ debentur à die mortis patris, vel matris.Boer.decis.3 nu.fin.

Hæres post moram tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis.l.apud Iulianum 40.§.fructus,de legat.1.

Fructus percepti, an sint restituendi per grauatum fideicommisso, vide Boer. decis.44. nu. 17. 21. & 22. supra tit. de impens.& melior.& infra tit.de fideicom. & substitutiō. fideicom. in genere lib.2.

Fructus percepti iudicio testatoris non restituū tur; secùs in his, quæ debentur hæredi ex alia causa: & fructus vltra legitimam percepti cō tra voluntatem testatoris, imputantur filio in legitimā, dummodo appareat de mente ipsius testatoris. Ioseph.Ludo. decisio. Luc.28. num.101.& seq.

Introitus maturi, & non exacti in vita instituti grauati, spectāt ad fideicommissarium. Vinc. de Fran.decis.13.

Relictum in diem, debetur sine fructibus medij temporis, si gratia onerati dies fuerit appositus; secùs si gratia honorati. l. si ita relictum 44.§.Pegatius,de leg.2. & l.Lucinius 49. ibid.

Fructus pendentes, die vsusfructus legati cedēte, spectant ad vsufructuarium. l. si pendentes 34.ff.de vsufructu,& quemadmodum.

Quando filius grauatus, vel alius detrahit duas quartas, vtrum fructus computentur in Trebellianicam, sunt diuersæ opiniones, Crauet. tamen consi.16. tenet negatiuam, vide gl.in l.iubemus 6 C.ad Senatusconsul.Trebellia.

Quos fructus, hæres grauatus hæreditatem restituere faciat suos, & quos restituere cum ipsa re teneatur, & quando illos in quartam Trebellianicam sibi imputet, vide Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.256.& infra lib.2.tit.de Trebellia.lib.2.

Fructus non imputātur in portionem delatam, ex dispositione statuti.Menoc.cōsi.88. vol.1.

Fructus bonorum defuncti, licèt loco rerum habeantur, tamen non sunt de substantia defuncti.Bart.in l.scimus 36.C.de inoffic.testamen.

Fructus an veniant in restitutione fideicommissi, & quando in quartam imputentur, vide Bartol. in l. in fideicommissariam 18.ff. ad Senatusconsult.Trebellia.

Grauatus de restituendo post certum tempus, fructus medij temporis sibi in legitimam cō putat.l.Papinianus 8.§. vnde si qs.ff.de inoffi. testament. Sed an idem sit in Trebellianica, & Falcidia, vide glos.ibid.Conclusio nō procedit in filiis primi gradus.Bart.in l.iubemus 6.§.illud. C.ad Trebellia.

Rogatus restituere quicquid ad eum peruenerit ex hæreditate, non tenetur ad fructus medio tēpore perceptos.l.quod his 81. de lega. 3.& l. hæredes 57. ff.ad Senatuscons. Trebel.

Hæres grauatus vltra vires hæreditarias, illud, quod deest, supplet ex fructibus iudicio testatoris perceptis.l.ita tamen.§. hæres 27.eo. tit.ad Trebellia.

Si vnus ex fideicommissarijs cogat hæredē adire, & totum suo fideicommissario restituere, fructus iudicio testatoris perceptos, non restituit.l.ex asse 28.eod.tit.

Si fideicommissum relinquatur sub nomine geminato, & sub nomine appellatiuo pecuniæ, venisit in restitutione fructus iudicio testatoris percepti; secùs si sub nomine simplici.vide l. Balista 32. ff. ad Senatuscons. Trebellia.

Si dilatio apponatur fauore fideicommissarij, fructus interim percepti, veniunt in restitutionem. l. Lucius Titius 78. §. hæredum, eod. tit.ad Trebellia.

An debeantur fructus legati relicti Monasterio construendo, ante constructionem, vide Bar. consi.57.vol.2.

Quod deficit in fructu vnius anni, suppletur ex fructibus sequētium annorum, in omni legato.l.legatum 17. §. fin ff.de ann. legat, vide l. Firmio.ff.quando dis lega.ced.

Fructus, pendente cōditione, ex re legata percepti, non debētur legatario.l.pen.ff.de ope. vel elect.legat.

An fructus percepti ex re legata, minuant Falcidiam, vide glo.fin.in l.qui quadraginta. §.fi. ff.ad leg.Falcid.

Fructus percepti negligentia non petentis, nō computantur in quartam; secùs si iudicio testatoris, vt percepti ex legato sub cōditione relicto.l.mulier 22.§.si hæres.ff.ad Senatuscō. Trebellia.

Pactum de fructibus pignoris lucrādis, non est contra ius, Boer.decis.23.nu.34. Tamen an sit vsurarium, vide eundē, decis.44.nu.35. Marc. q.167. part.2. Vbi tenet creditorem computare debere fructus in sortem, vide Boer. d. decis.44.nu 24.

Creditor in re hypothecata, nullum ius habet in fructibus perceptis, Fran. Marc.decis.167. nume.13.part.2. Ideò illos in sortem computare tenetur, vide glos.pen.in c.ex litteris 32.

ex de

ex.de iureiuran.& infra lib.2.tit.de pignorib.

Fructus percepti ex Prætorio pignore, computantur in sortem, licèt esset constitutum pignus in causa dotis.Abb.in cap.salubriter,ex. de vsur.Et extenuant sortem.l. Titia 48. ff.de solutio.& libera.

Fructus computantur in sortem in contractibus illicitis pignoratitiis,aut repeti possunt condictione indebiti.Borg. decis.2. de contract. part.2.nu.32.vide l.1.C.de distract.pigno.

Fructus pignoris percepti, & percipiendi, stenuant debitum,sed an creditor teneatur fructus conseruare, & vendere tempore caritatis,vide Bar.in l.1.C.de pignor.actio.

Fructus consumpti extenuant sortem,non consumpti secùs,quia sunt loco pignoris. Bart.in l.neque 6.nu.6.C.de compensatio.

Compensatio fit de fructibus ad pecuniã, quando sunt cõsumpti.Bart.in l.si propter 8.eo.tit.

Si missus in possessionẽ causa custodiæ, fructus dissipet,dissipati reuocantur, & cum aliis sequestrantur.cap.2.& ibid.glo. ex.de sequestr. possess.& fruct.

In casu cap.1.ex.de feudis,adest casus, quo fructus non computantur in sortem.

Si creditor tot fructus perceperit ex pignore, ꝙ satisfactum sit sorti, pignus illud restitui debet debitori.cap.cùm contra 6. ex.de pigno.

Vsura est lucrifacere fructus rei pignoratæ: q̃a in sortem debent imputari.cap.1.ex.de vsur. Maritus tamẽ recipiẽs pignus pro dote promissa,non computat fructus in sortem. c.salubriter 16.ext.de vsuris.

In actione hypothecaria quando Iudex possit condemnare ad fructus, vide Bar.in l.17.§.in venditione.ff.de pignorib.

Creditor tenetur fructus pignoris in sortem cõputare, licèt conuentum sit,vt loco pecuniæ creditor lucretũ fructus:quia hodie vsuræ sunt prohibitæ. cap. 1. de vsuris.l. 1. 2. & fin.C.de pigno.act.

Quid iuris sit de fructibus perceptis à creditore ex re pignorata,& à legatario, vel fideicõmissario ex re possessa legati,vel fideicõmissi seruandi causa, vide l.is, cui §. quæri.ff.vt in possessio.legato.seu fideicom.

Emptor conditionalis, an etiã fructus restituat, vide Boer.decis.44.nu.23.

Donatarius non tenetur restituere fructus,resoluta donatione,sed quid in redhibitoria, vel in pacto adiectionis in diem,resoluto cõtractu,vel etiam in pacto de retrouendendo,vide Boer.decis.98.nu.6.& 8.

Si testes super valore fructuũ liquidandorũ,sint diuersi, accipitur minor summa, in qua sunt concordes:sed si de magna,mediocri,& parua summa deponant, liquidatio erit facienda secundum mediocrem. Vera.decisio.299. aliàs 36.part.3.

De materia fructuum vide per Azo. in summa tit.C.de rei vendic. & Bart. in l.ex diuerso.ff. de rei vendic.

Creditore misso in possessionẽ ex primo decreto,crediti seruãdi causa, quid iuris de fructibus,vide l.8.9.& per tot.tit.ff.de bon.aucto. Iudi.possid.

Fructus non efficiuntur fructuarij, nisi ab eo, vel ab alio eius nomine, separentur à terra: ideò actiones competentes domino,ipsi fructuario non competunt,vt est condictio furtiua; secùs in actione furti. l. si fur 14. ff. de vsufructu.

Fructus percepti pertinent ad fructuarium,non inspecta quota parte anni ille vixerit. l. defuncta 65.eod.tit.

Fructus efficiuntur fructuarij, cùm ab eo sunt in horreo recõditi;bonæ fidei possessoris eo ipso, ꝙ sunt à solo separati. l. si vsufructuarius 13.ff.quib.mod.vsufruct.amitt.

Fructus rei ad eos spectant, ad quos res ipsa ratione dominij,vel quasi,possessionis,vel quasi,pertinet: & in illis iudicandum est pro possessore,licèt iniustè ille possideat, actore nõ ꝓbãte plenè intentionem suam. Hier. Mago. decis.38.Luc.& Ioseph Ludo.decis.7.Luc.

Respondẽs alicui de fructibus, dicitur illum recognoscere in possessorem bonorũ,pro quibus respondet.Mago.decis.79.Luc.

An pendente appellatione,fructus debeant sequestrari, vide Bar.in l.21.§.iisdem.ff.de appellatio.& supra tit.de sequestr.

Res empta ex fructibus, loco fructuũ succedit. Pet.de Rauen.sing.894.

Ratione incertitudinis futurorum fructuum aliquid iudicatur iustum,quod si appareret certum, esset iniustum.l.si ea lege la secunda 17. C. de vsuris.

Fructus rei est, & pignori dare licere.l. 17.ff.de regul.iur.

De præceptis,& prohibitionibus Dominorum,& Iudicum.

EXportare quid prohibitus, antequã loci fines excedat,nõ incidit in pœnam. Pet. Roy.decis.3. Litua.nu.27. in decisio.diuerso.

Inhibitio Principis probat negatiuam.Raud.tract.de Analog.cap.40.nu.3.

Prohibitio Principis includit decretum irritans actus contrarios.Raud.ibid.num.85. Et factæ oretenus valet.nu.86.

Prohibitio facta verbis vniuersalibus, restringitur vt

vt non comprehendat notoriè licita. Crauet. consi.3.num.4. Et permissa.ibid.nu.21.

Prohibitio generalis non comprehendit factũ causa pietatis, & miserationis. Craue.d.consi. 3.nume.8.

Generalis prohibitio non trahitur ad ea, quæ fiunt ob causam necessitatis. Cra.ibid.nu.20.

Præceptum sine causæ cognitione inualidum, sed continens clausulam iustificatiuam, est validum; quia tunc resoluitur in vim simplicis citationis, reo comparente: & ipso nõ opponente, transit in iudicatum, & à tali præcepto appellandum est. D.Sol.in constit.antiq. Sabaudiæ glo.2.super decreto, Carolus, titu. de clausmand.Princip.sign fol.152. Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de litte. oblig. art.6.gl. 2.vide Ant.Corset.in suis sing.lite.C.sing.citatio 1.Hippol.sing.643.& 648 Rot.Genu.deci. 28.nu.12.& Guid.Pap q.359.

Præceptum causam iustificatiuã non continens, impunè sperni potest: tamẽ pluribus casibus valet.idem D.Sol.ibid.nu.6.& fin.

Iudicia ab executione incipere non debent, & iuris ordo non seruatur, vbi iudicium sumit principium à præcepto.idem D.Sol.glos.1.super d.decreto, Carolus fol.151.

Præceptum de soluendo, à quo non fuit appellatum, vim diffinitiuę habet, & actionem parit, sicut sententia.DD.de Rot.decis.7. de lit. contestatio.in antiq alias 541.& decisio.1.de senten. & re iudic. in antiquio. Tamen auditur opponens contra præceptum, quod in rẽ transiuit iudicatam, media expensarum refectione. DD. Sol.in dd.antiq.constitu. Sabaudię gl.2.super d.decreto, Carolus, tit.de claus. mand.Princip.nu.7. fol.152.

Mandata Iudicum non transeunt in rem iudicatã, nisi emanauerint cum causæ cognitione.Guid.Pap.sing.185.

Quando præceptum Iudicis sit validum, vide per Rebuff.in constitutio. Reg.tract.de litte. oblig.art.6 glo.2.Tom.1.

Seruienti iustè præcipienti est obediendum, vt si præcipiat de capiendo aliquo; nam tunc non succurrens potest arbitrio Iudicis puniri, sed quando hoc procedat, vide Rebuf.ibi. d.art.6.glo.2.nu.15.

Nobiles habentes merum, & mixtum Imperiũ, & omnimodam iurisdictionem, possunt inhibere delationem armorum in suo territorio. Rol.consi.3.vol.1.

Officialis prohibitio tantum durat, quantum eius officium. Affiic.decis.290.

Pręceptum Iudicis factum debitori de nõ soluẽdo, excusat eum aduersus creditorẽ, & à pęna caducitatis. Affiic.decis.328.

Prohibitio, quòd non debeat extrahi frumentũ de aliqua Ciuitate, non comprehendit illud frumẽntum, quod ibi ex alio loco fuit conductum. Bartho.de Cap.sing.98.

Statutum, quòd nemo possit extrahere bladũm de Comitatu, minorem non comprehendit. Ludo. Roma.sing.816.

Inhibitione facta per Iudicem, factum contra illam non tenet, & quatenus de facto fiat, illud reuocatur. Guid.Pap.sing.448.

De prohibitionibus, quæ fiunt per Curiales prohibentes debitoribus debitorum, ne illis soluant, quãdo debitores sunt suspecti, vide per Guid.Pap.sing.651.

Prohibita extractione granorum ab aliquo loco, vt conseruetur vbertas, an nihilominus possint exteri extrahere fructus bonorũ propriorum existentium in loco prohibitionis, vide Perillust.D.P.Tessaũ.decis.152.

Dominus animalium damnum dantium, nõn tenetur ad pęnam, nisi pro rata affidaturæ: tamen quando esset facta prohibitio in specie, vel in genere per bannum Baiuli, tunc erit locus pęnæ banni. Gram.decis.67.nu.3.

Dies termini nõ computatur in termino. Guid. Pap.sing.359.

Possidens potest suam primam possessionem continuare, non obstante inhibitione. Put. decis.223.lib.1.

Mandatum de manutenendo in possessione, non datur, nisi parte legitimè citata. Put.decisio.225.lib.1.

Inhibitio conceditur in re immobili, loco sequestri, quod conceditur in re mobili. Vera. decis.158.seu 9.part.3.

Inhibitio Rotalis siue iusta, siue iniusta, tenet, & facta post illam, dicuntur attentata. Vera.decisio.92.seu vnic.& 93.seu 3.part.2. Nam inhibitio siue iusta, siue iniusta est timenda. DD. de Rota, decisiò. 26. de appellatio. in antiq. aliàs 307.

Inhibitionis virtus qualis, & quãta sit, vide Mago.decis.128. Rot.Floren.

Quando timetur de dilapidatione arborũ, conceditur inhibitio, quæ operatur circa arbores non incisas; sed quo ad iam incisas, nihil operatur: quia facta descriptione, & data cautione de restituendo in euentum succumbentiæ, illæ debent relaxari. Vera.deci.158.seu 9. part.3.

Quæ defensiones possint adduci contra proclama factum ad instantiam Domini, vt habens, & possidens bona in suo territorio, teneatur ibid.habitare, & domicilium tenere, vide Menoch.consi.182.lib.2.

Absens studiorum causa, vel militiæ, pro præsente habetur. Menoch.d.consi.182.

De

De Executoribus sententiarum.

Delegatus Principis pôt exequi suã sententiam: Fran.Marc. q.72.Guid. Pap.q.60.& sing.369. Aegi. Bellam. conclus.13. & idem Marc.quæst.84. part.2.

Executor recusari non potest vt suspectus, sicut ab eo non appellatur, nisi in exequendo modum excedat.Iaff.Lanf.Balb.decis.341.& Vera.decis.333.seu 2.part.1.

An Ordinarius loci ad mandatum Delegati à Principe, teneatur exequi sententiam ipsius Delegati euidẽter iniustam, & an possit sibi de facto resistere, vide Maran.in suo Spec.disputa.1.fol.545.

Iudex à lege cõstitutus (qui dicitur Ordinarius) potest sententiam suam exequi, & arbitrium, quod habet in cognoscendo, & iudicãdo, habet etiam in exequendo: secùs est in Iudice delegato, qui dicitur Iudex datus ab homine, & non habet potestatem exequendi suã sententiam, nisi esset Delegatus à Principe. Menoch.de Arbitra. lib.1.q.74. Vel Subdelegatus ab eo. Bart.in l.fin. C. de iudic.Idem in Delegato Papæ.cap.significasti 7.ex.de offic. & potestat.Iudi.delegat.

An Delegatus Ordinarij possit exequi suã sententiam, vide Guid.Pap.sing.369. & Bart.in l. 2.ff.de re iudic.

Ordinarius mandato Delegati exequitur sentẽtiam, licèt sciat illam iniustam. cap. pastoralis 28.§. quia verò, ex. de offic.& potesta.Iudic.delega.

Ab executore non appellatur, nisi modum excedat, sed vbi hoc casu debeant reponi bona, vide l.5. C. quorum appellatio non recip. & supra tit. quorum appellationes.

Iudex requisitus in iuris subsidium, an possit cognoscere de viribus sententiæ, per alterũ Iudicem prolatæ, vide Guid.Pap.q.23.& q.574. Iaff.Lanf.Balb.decis.88. Mysing.obser.69.cẽt. 3.& Hippol.sing.138.

Executor, quando de sententiæ nullitate, vel iniustitia, cognoscere possit, vide Cabal.milleloq.719.& Menoch. de Arbitra.lib.1.q.38.

Iudex vnius iurisdictionis tenetur exequi sententiam alterius, quando Iudex pronũciauit secundum leges; secùs si secundum statuta, & consuetudinem. Idem Cabal. milleloq.769. Hippo.sing.138.Alias Iudex requisitus (si negligat) facit litem suam. Cabal.milleloq.771.

Licèt Executor habeat conscientiã suã contra sentẽtiã, quam debet exequi, & illam videat iniquam, tenetur tamen eam mandare executioni.Iaf.de actio.§.si minus,nu.16.

Appellatio si fuerit interposita ab interlocutoria, Iudex, à quo (illa nõ obstante) potest procedere, donec illi fuerit inhibitum per Iudicem, ad quẽ.Alex.in l.de pupillo §.qui opus. ff.de oper. nou.nũciatio; secùs si à diffinitiua. vide glo. in l. vnica. ff. nihil noui. & supra tit. nihil noui, lite, vel appellatio.penden.

Executor non potest condemnare partem ad expensas factas in executione, sed debet illã citare coram Iudice sententiæ, visuram se cõdemnare ad ipsas expensas executionis. Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de senten.prouisio.art.3.glo.2.nu.20.Tom.1.

In facto executionis, quando dicatur delinquere Executor, vide Rebuff.ibid.tract.de sentẽ. executor.art.7.glo. 15. Cui iniquè exequenti resisti potest. Menoch. de Arbitrã. lib. 2. cas. 378.nume.8.

Executor quidam est merus facti, cui in totum data est potestas exequendi sententiam sine aliqua cognitione, & iste exceptiones nõ admittit: alius est mixtus, qui habet cognitionẽ executioni annexã, & iste cognoscit. Rebuff. ibid.glo.16 vide glo in c.pastoralis 28.§.quia verò, ex.de offic. & potesta.Iudi.delega.

Executione mandata, videtur etiam cognitio demandata.Bar.in l.& si non 4. C.si cõtra ius.

Merus executor potest admittere exceptiones ex causa Fel.consi.35.nu.4.

Executor an possit cognoscere de exceptione proposita coram ipso ad impediendam executionem, vide Andr.Gail.obser.113.lib.1.nu. 7.& Menoch.de Arbitra.lib.1.q.38.

Executio si fuit demandata per Iudicem, quando pereat, finito eius officio, vide Bart.in l.si ex falsis 42.C.de transac.nu.13.

Iudex disputans super executione sentẽtiæ, admittit exceptionẽ fraudis, seu nullitatis sententiæ, non ad effectum, vt super ea pronunciet, sed vt negotium ad Superiorem (qui iudicauerat) transmittat, si illam probabilem reperierit. cap. de cætero 5. ex.de sentent.& re iudic.

Iudex exequens, licèt non possit de iniquitate sententiæ cognoscere, debet tamen videre, an sit lata, parte præsente, vel contumaciter absente. Barto. in l. si Prætor 75. ff. de iudic. vide d.l.75.

Executore dato per Iudicẽ ad ingrediẽdã possessionẽ, nõ debet quis ingredi propria auctoritate: & Executor, cui fuit cõmissum per Iudicem, vt aliquem mittat in possessionem, Iudice defuncto, poterit ipsum mittere in illam.Bart.in l.fundi 33.ff.de acquir.possess.

In executione sententiæ, causæ cognitio adhibetur.Bart.in l.2.ff.de re iudic.nu.3.

Qui possint exequi sententias, & demandata cogni-

cognitione an cenſeatur demandata executio,& mandata executione,quam cognitionem habeat Executor, vide Bartol. in l.à diuo Pio 15.ff de re iudic.

Sententia lata ab vno Iudice, poteſt mandari executioni per alium Iudicem, ad hoc tamē requiſitum per Iudicem ſententiæ, ſed quomodo dictum intelligatur, vide Barto.in d.l. à diuo Pio. §. ſententiam.ff. de re iudica. & gloſſ. in l. properandum. §. ſinautem reus.C. de iudic.

Cognitio executionis poteſt demandari, non ipſa executio:et Iudex,qui cognoſcit de executione,poteſt cognoſcere de errore,qui poteſt in executione opponi. Bart. in l. cùm ſideicommiſſum 7.ff.de confeſſ. num.6.

Iudex, qui habet cognitionem in executione, non poteſt pronuntiare contra ſententiam, & de exceptione nullitatis, non cognoſcit; ſed remittit ad Superiorem. Bartol. ibidem. nume.8.

Iudex executionis habet cognitionem obreptionis ſupplicationis.l. 4.C.ſi contra ius,vel vtilita. public.

Iudex, cuius iuriſdictio fuit prorogata,non poteſt ſententiam ſuam mandare executioni: quia non eſt Iudex niſi vſque ad ſententiam. Guid Pap.q.77.num.4.Tamen de ſtylo aliter ſeruatur, vide ibid.

Iudex pôt ſuā ſentētiā exequi,appellatione deſerta. Guid.Pap.q.213.& q.436.num.24 Franciſ.Marc.q.1.vide Boer.deciſ.206. Caſſad.deci.6.de cauſ.poſſeſ.Capel. Thol.q.84.Mohed. deciſio.36.Bar.in l.vnica.ff.nihil noui,appellatione pendente.

Quis mādet fieri executiōi,vtrū Iudex à quo; vel Iudex ad quē,vide Guid.Pap.q 436 n. 43. Caſſad.deciſ.13.de reſcrip. Vbi diſtinguit, vt facit Myſing.obſer 94.cent.4.& 94.cent. 5.

Iudex,à quo,poſt inhibitionem ei factam, non poteſt ſententiam per eum latam exequi,donec inhibitio tollatur, & cauſa ad eum remiſſa fuerit.Cabal.milleloq.959.

Quando Iudex appellationis pronūciauit bene iudicatum, ad illum ſpectat executio ſententiæ,tam cauſæ principalis, quàm expēſarum omnium inſtantiarum,& non ad Iudicē, à quo; ſecùs quādo pronūciauit appellationem deſertam, vel ex alia cauſa non deuolutam; quia tunc executio ſpectat ad primum Iudicem. Andr. Gail.obſer.113.num.14.Vincent.de Franc.deciſio.335.par.2.Marant. in ſuo Spec.par.6.tit.Et poſt omnia,num.6.Henric.Boer. in ſuis ſingularibus tit. & brach. ſecula.Bar.in l.fin. C.de iudic.in l. tale pactum. §.qui prouocauit.ff.de pact.& in §.ſi quis,Authen.de ſanctiſ.Epiſcop.

Per quem Iudicem ſententia Ordinarij,vel appellationis mādetur executioni,vide Rebuf. in conſtitutio. Reg.tracta.de ſentent. execu. art.7.glo. 9.num.5.Tom. 1.

Quod Executor ſententiæ facit,videtur à Iudice factum: ideò ſi excedat fines commiſsionis, nullum erit quod ab eo fit, & agi poteſt eo in caſu, contra ipſum Executorem actione iniuriarū.Guid. Pap.q.293.& Gaſp.Cabal. milleloq.721.

Executor habens armatos, non dicitur inferre violentiam:quia iuris executio iniuriam non habet. Caſſad.deciſ.6.de cauſ. poſſeſ. & proprieta. n. 9. Tñ executio manu armata fieri non debet,niſi in defectum,& ſubſidiū.Marc. quæſtio. 767. Sed quid, ſi interuenerit tunc homicidium,vide eundem Marc.q.768.

Executor datus cum clauſula, Quòd ſi nō oēs, &c.procedit,etiam non conſtito de impedimento aliorum Executorum,dummodo poſtea conſtet.DD.de Rota,deci.4.aliàs 166.& 7.aliàs 243.de offic.Delega. in nouis.

Executor exercitium iuriſdictionis non recipit, niſi à tempore præſentationis commiſsionis. DD.de Rota,deciſio.6.aliàs 242. eod. Et antè nihil facere poteſt. ibid.

Compulſor Iudex de ſtylo ſuſpectus non allegatur,& quatenus allegetur, requiritur ſpeciale mandatum. Vera.deciſio.168 part.1.

Executor merus non poteſt reſtringere mandatum,vel illud ampliare.Vera.deciſio.333.ſeu 2. num.3.part.1.

Executores,qui tenentur exequi, vocatis vocādis,ſunt veri Iudices,& iudiciorum ordinem ſeruare debēt,aliàs acta reduntur nulla.Hiero.de Monte in ſuis quæſtio. quæſtio.20.nu.7. Secùs in aliis Executoribus,qui non tenentur ſeruare ordinem iudiciorum.Guid. Pap.quæſtio. 329.

Iudex ſecularis excommunicari poteſt, ſi deneget brachium ſeculare pro executione ſententiæ Iudicis Eccleſiaſtici, in cauſis ciuilib; in iuris ſubſidium,ſed quando hoc locum ſibi vendicet.vide Gail.obſer.115. lib.1.

Iudex ſecularis requiſitus ab Eccleſiaſtico, vt eius ſententiam exequatur, poteſt prius de illius iniuſtitia, & iniquitate cognoſcere, quàm exequi, etiam cum partis citatione. Natt.conſi.529.

Iudicibus duobus ſententiantibus in vna cauſa, maior debet ſententiam exequi. Bartol. in l. ſi appellationem 32. §. officiis. C. de appellatio.

Executio ſententiæ debet fieri per Executorem: poteſt tamen Iudex dare licentiam parti, vt per ſe illam exequatur. Barto. in l. miles 6. §.qui.ff.de re iudic.

Non Sen-

Sentētia Arbitri emologata, mādatur executioni p iudicē ordinariū rei.l.5.C.de recep.Arb.

Iudex non potest exequi sentētiam suam intra tempus datum ad appellandum in ciuilibus, & criminalibus.glo.in l.vnica.ff.nihil noui,appellat.penden.in additio.

De executionibus sententiarum,& de his,in quibus executiuè proceditur.

AN executio sentētię latæ super possessorio,impediatur per appellationem, vide Ozas.decis.25.Pro parte negatiua , scribit Vincen.de Franc. decis.288.part.2.

Sētētiæ latæ super possessorio (à qua supplicatū fuit) executio non impeditur.Ozas.decis.47.

Quando quis virtute interlocutoriæ (quę transiuit in iudicatum) latæ super possessione,ingressus fuit possessionē auctoritate propria, adhuc indeciso petitorio, qd iuris, vide DD. de Rota, decis.10.de caus.posses.& propriet. in nouis,aliàs 417.

Sententia lata pro spoliato super possessorio,antequā procedatur in petitorio,est plenè mandanda executioni : secùs si sit lata super proprietate.vide DD.de Rota,decis.15.tit.de restitutio.spoliat.in nouis,aliàs 319.

Tertius impedit executionem,non solùm in petitorio , sed etiam in possessorio , dummodo probauerit sua interesse. vide Cabal. milleloq.991.

In executione sententiæ , quæstio proprietatis præfertur quæstioni possessionis. c.cùm dilectus 6.ex.de caus.posses.& propriet.

Exceptio inopiæ (de qua cōstat) à Clerico opposita,impedit sententiæ executionem , etiā latæ in possessorio. cap. olim vobis 16.ex.de restitut.spoliat.

Si qs in petitorio,succubuit,& ī possessorio obtinuit,quando fiat executio in possessorio , vide Bar.in l.permisceri 52.ff. de acquir.posses.

An sententia lata cōtra primum emptorē , possit executioni mandari contra secundū emptorem,vide Ozas.decis.65.Boer.decisio.182. nu.48.Vel alium singularem successorem, vide Bart .in l.44.nu 6.ff.de re iudic.

Quibus in casibus contra singularē successorem possit fieri executio sententiæ, vide Ozas.d. decis.65.num.6.

Alienans,& possessor quando eodem genere actionis tenentur , executiuè contra tertios possessores procedi pōt.Oza.d.deci.65.nu.10.

In executione sententiæ petens se immitti,diligenter inquirere debet , quis sit possessor , & curare , vt citetur. Ozas.decisio.34.nume.16.

Executio sententiæ,an impediri possit per tertium se opponentem vigore suæ possessionis,vide Ozas.decis.38.

Executio,vbi fit in re petita à conuēto possessa,tunc tertius se opponens executionē non impedit.Ozas.d.decis.38.nu.4.

Quando tertius possessor non possit impedire executionem,vide Bart.in l.à diuo Pio.§.si super. ff.de re iudic.

In summario remedio sufficit semiplena probatio , pro vt in remedio executiuo. Ozas.d. decis.38.nu.7.

Sententia lata contra vnum, non potest executioni mandari contra alium non condemnatum.Bar.in l.à diuo Pio.§.si super rebus , nu 4. ff. de re iudic. Innocen. in cap. cùm super,ex. de senten. & re iudic. Bald. in l.1. C.ne filius pro patre. Nā executio contra non condemnatum fieri non debet.Affli.decis.215. Minus contra tertios possessores, qui tenentur ratione hypothecæ. Capic. decis. 91. Sed quando mandetur executioni contra fideiussorem,vide Guid.Pap q.26.& Barto.in §.verò, num.8. Authen.vt omnes obediant.

Vbi executio cōtra alium, quàm condemnatū, fieri potest,requiritur causæ cognitio , & non citatio.Crot.consi.19. nu.10. Sed quando tertius possit impedire executionem sententię, vide Ioseph Ludo.decis.Perus.26.

Lata sententia contra reum,lite pendente,rem alienantem , contra possessorem (etiam non citatum) mandatur executioni. Afflic. decis. 396.num 9.vide Capic. decis.128. nu.6. Boer. decis.75.Aegid.Magist.tract.subhasta.cap.21. in decisio. diuerso. Andr.Gail.obser.118.lib. 1.& Bar. in l.4. C.de litigio.in l.6 C.vt in possessione legatorum,& in suis quæstio.q 3.

Repulsa testium respectu personarum,& dictorum , non admittitur , tertio comparente ad impediendam executionem , quo casu debet summaria informatio capi , per quam constet de iure opponentis. Capic. decis. 55. nume.4.

Executio sententiæ latæ contra vxorem , virtute debiti contracti ante matrimonium , potest fieri contra virum (illo de nouo tamen citato) super bonis datis in dotem , quando mulier non habet alia bona. Capic. decisio.128.

Sententia lata contra debitorem,mādatur executioni in bonis debitoris sui . vide Guid. Pap.quæst.26.& infra lib.2.tit.quando Fiscus, vel priuatus.

Tertius potest interuenire in executione,opponendo de dominio , vt impediat reintegratio.Guid.q.37.

Tertius

Tertius opponens impedit executionem sententiæ, si incontinenti paratus sit docere de iure suo: aliàs debet fieri executio in re iudicata contra condemnatum, absque præiudicio illius tertij opponentis. Boer. decisio 79. vide Vera. decisio 327. seu 2. par. 1. Mysinger. obser. 73. cent. 3. Mago. decisio 104. Rot. Florē. & Bart. in l. cùm idem 60. ff. de petit. hære. Sed dictum limitatur primò, quando ille, pro quo facienda est executio, præstaret cautionem de re restituenda illi tertio opponenti, casu, quo vinceret; tùnc enim nō retardatur executio. Boer. d. decis. 79. num. 2. Secundò, quando ille tertius sciuisset causā agitari, & sententiā fuisse latam, Boer. ibid. vide Fran. Marc. q. 272.

Executio potest impediri à tertio habente interesse, etiam resistente statuto, qui tertius facilius potest adipisci possessionem (in qua prætendit interesse) si erit vacua; quàm si esset occupata. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 34. num. 13. vide deci. 56. ibid. & Aegid. Bellam. conclusio. 708. & seqq.

Tertius veniens ad causam pro suo interesse, impedit executionem, si dum executio petitur, possessio reperiatur vacua, sed quid, quādo venit post rem iudicatam, vide Mohed. decisio. 98.

Tertius pro suo interesse (de quo saltem apparenter debet constare) potest opponere de nullitate sententiæ, & impedire illiùs executionem, etiam contra tres sententias conformes. Beninten. decisio. 67. num. 12.

Executioni trium sententiarum tertius se opponens non auditur, nisi ante sententiam se opposuisset, & interesse suum declarasset. DD. de Rota, decisio. 9. de senten. & re iudic. in antiq. aliàs 165. vide Put. decisio. 326. lib. 2.

Vtrum sententia posit mandari executioni cōtra illum, qui habet causam ab eo, qui dolo desiit possidere, vide Guid. Pap. sing. 561.

Quando lite pendente, aut post sententiam latam in possessorio, aut petitorio, quis desinit possidere, executio ipsius sententiæ fit contra possessorem, qui non admittitur ad illam impediendam. Franc. Marc. q. 76. part. 1. vide q. 538. part. 2.

Quomodo intelligatur conclusio illa, per quam dicimus, tertium esse admittendum ad impediendam executionem, vide eundē Marc. d. q. 76. part. 1. & q. 538. part. 2. DD. de Rota, decisio. 2. tit. de sent. & re iudic. in antiq. aliàs 2.

Sententia mandari potest executioni cōtra cedentem beneficium, in fauorem certæ personæ cessionarij, si cedēs remansit in possessione rei, & sustinuit litem. Vera. decisio. 326. seu 1. part. 1.

Sententiæ latæ de opere demoliendo executio non fit contra illum, qui nunc possidet, nisi facta reuocatoria. Bar. in l. quanquam 4. §. Iulianus. ff. de aq. plu. arcen.

Sententia lata contra principalem, potest exequi contra fideiussorem iudicij (qui cauit de iudicato soluendo) sine nouo processu; secùs in fideiussore contractus. Mysing. obser. 96. cent. 4. Bart. in l. 1. ff. iudic. solu. vide sup. tit. iudic. solui.

Excussio legitimè semel facta valet, vt agatur contra fideiussorem, licèt principalis postea peruenerit ad fortunam pinguiorem. Franc. Cremen. sing. 137.

Executio non impeditur per tertium, quando à principio sciuit causam agitari, vel comparuit in iudicio pro suo interesse. Borg. Caual. decisio. 10. de iudi. Neque quando non possidet, vel possessio est facilis recuperationis. idem, decis. 27. num. 37. de cōtrac. part. 2.

Executio sententiæ latæ contra debitorem in actione personali, non potest fieri cōtra tertium possessorem non citatum, etiam si alienatio fuisset facta, lite pendente. Craue. cōs. 235. Rolan. consilio 5. volum. 2. & Capic. decisio. 107.

Ex hypotheca datur possessori ius retinendi cōtra executionem sententiæ. Crauet. consil. 1. pro genero, num. 408. Imò executionem rei iudicatæ, tertius agens hypothecaria impedire potest. Natt. consi. 552.

Tertius, qui vult impedire executionem ratione prioris hypothecę, non repellitur propter cautionem præstitam. Natt. consi 327.

Quando sententia æquè nocet tertio possessori, sicut reo principali, contra quem fuit lata, is tertius non potest impedire ipsius sententiæ executionem, sed quando, & ex quibus dicatur æquè nocere tertio possessori, vide Menoch. consi. 319. lib. 4.

Sententia debet mandari executioni non obstantē, quòd quis dicat se habere ius in re, dummodo ille, pro quo est lata sententia, caueat. Castren. singu. 34.

Sententia lata contra conductorem, quando posit executioni mandari contra dominum absentem; vide Bart. in authen. qua in Prouincia. C. vbi de criminib. num. fin.

Collectæ pro oneribus futuris habent executionem paratam; secùs pro præteritis. Ozasc. decisio. 86. vide infra lib. 2. titul. de tribut. & collect.

In præstationibus publicis statim incipimus ab executione. Guid. Pap. sing. 314.

Debitor non potest cogi ad soluendum id, de quo dubitatur, an sit debitum. Ozasc. decis. 86. num. 2.

Mandatum præcisum cum clausula iustificatiua, valet. Andr. Gail. obser.19.lib.1. Quia, parte opponente, resoluitur in vim simplicis citationis. D. Sola in constitutio. antiq. Sabaudiæ glo.2. in tit. de clausul.mand. Princip.fol.152. Aliàs reo non opponente, transit in iudicatum. ibid. num.4. Tamen refectis expensis auditur debitor. ibid. nu.7.

Quādo præceptū executiuè factum, valeat, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litter. oblig. art.6. gloss.2. Et quando ab executione possit incoari, ibid.

Præceptum Iudicis in simplicem citationem resoluitur, quotiescunque incoatur ab executione, siue præcepto. Ozas. d. decis.86. nu.7.

Licèt regulariter ab executione non sit incoandum, tamen dictum limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per Andr. Gail. obse.13.

Concesso rescripto executiuo cum clausula, Si tibi de præmissis, seu de contentis in supplicatis constiterit, tunc pars ante executionē debet citari, & audiri in suis exceptionibus, & Executor eo in casu dicitur mixtus; ideò exceptiones debet admittere. Guid. Pap. quæst.70.

Iudex non potest exequi sententiam suam diffinitiuam, nisi lapsis decem diebus datis ad appellandum; & attentata interim etiam ante appellationem, & inhibitionem, reuocantur per Iudicem, ad quem. Guid. Pap. quæst. 79. Fallit, quando per statutum appellatio esset prohibita sub pena. Borg. Caual. dec.10. de iudic. Et in executione iuris, vide Barto. in l. vnica ff. nihil noui, & in §.1. Authen. de appellatio.

Exceptio, quæ potest opponi contra executionem sententiæ, impedit executionem fieri, si probationes sunt in promptu, & plenæ: si autem talis exceptio requirat altiorem indaginem, non impedit; sed reseruatur in fine, præstita cautione de reddendo omne exactum. Guid. Pap. quæst.215. nu.7. vide Ioseph. Ludo. decisio.24. Luc.

Omnes exceptiones dicuntur requirere altiorem indaginem, præter illas, quæ resultāt ex actis. Ioseph. Ludo. d. decis. Luc.24. vide Andr. Gail. obser.113. nu.7. lib.1. Guid. Pap. sing.182. Abb. cons.50. lib.2. & Borg. Caual. decis.28. nu. 12.22.26. & 30. de contract. part.2.

Executio rei iudicatæ potest impediri 17. casibus, de quibus vide per Spec. in tit. de executio. rei iudic. §. postremò, & 8. not. per glo. in l. 1. C. de iur. & fac. ignor. vide etiam Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senten. execut. art. 17. glo.1. & art. fin. glo.1.

Si executio impediatur, quādo offeruntur probationes incontinenti, quomodo illæ dicantur fieri incōtinenti, vide Menoch. de Arbitr. lib.2. cas.9. & Bart. in l.4. §. condemnatum, nu. 4. ff. de re iudic.

Ipsa executio pariter impediri potest per omnes exceptiones, quæ potuerunt ortum habere post sententiam. Guid. Pap. quæst. 574. Boer. deci.43. num. fin. vide Barto. in l.1. C. de iuris, & fact. igno.

Exceptio omnis, quæ non repugnat sententiæ, potest opponi post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatā. Guid. pap. q.419. & 574. Andr. Gail. obser.113. lib.1. Sed coram quo talis exceptio debeat proponi, vide ibid.

Conclusio procedit, quando in primo iudicio non fuit tractatum de ipsa exceptione; aliàs secùs. Guid. d. q.574. Contrarium tamen tenet Boer. decis.43.

Quæ exceptiones impediant executionem rei iudicatæ, vide eundem Guid. sing.637.

In condemnato quatenus facere potest, nō habetur ratio valoris ædificij; sed fructuū. Bart. sing.17. & Boer. decis.19. nu.7.

Exceptio, ne quis conueniatur vltraquam facere potest, deducto, ne egeat, admittit in executione. Boer. d. deci.19. nu.8.

Sententia pro parte acceptata, an pro illa possit executioni mandari, licèt pro alia sit appellatū, vide Boer. decis.73. Vincen. de Fran. decis.173. Pro affirmatiua scribūt Cabal. milleloq.956. & Fel. consi.13.

Sententia lata extra Curiam non probat, neque mandatur executioni, non viso processu. Mohed. decis.319.

Post annum sine nouis litteris, sententia nō habet paratā executionem, si pars se opponat. Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de senté. execut. art.7. gloss.11. Sed in quibus aliis casibus non habeat executionem, vide ibid.

Præscribitur iuri exequendi sententiam spacio longissimi temporis. Natt. consi.222.

Fiscus potest impedire executionem latæ sententiæ contra Vasallum. Vera. decisio.331. seu 6. part.1.

Executio sententiæ, à qua appellatum fuerat, si fiat intra tempus datum ad prosequendam appellationem, non tenet, & debet reuocari. Marc. q.107. part.2.

Sententia, quam pars iniustam confitetur, non debet mandari executioni. Gasp. Cabal. milleloq.729.

Reconuentio an possit in causa executiua fieri, & an possit impedire executionem, vide Borg. decisio.28. de contract. part.2. num.12. 19.39. & 47.

Cautio de non molestando in futurum in libello, & sententia omissa, in executione peti potest. Andr. Gail. obser.116. lib.1.

In causa, in qua sunt necessarii calculi, non cōceditur executio nisi facto, & perfecto computo. Papon. lib 15. tit. 8. arrest. 1. Sed quando error calculi impediat executionem, vide eũdem Papo. ibid. arrest. 3.

Computum factũ per calculatores electos, non habet executionem. Papon. ibi. arrest. 2.

Exceptiones oppositæ post sententiã contra actionem primam, & aliæ, quæ possunt incontinenti probari, impediunt executioné sententiæ. Bar. in l. 4. C. si ex falsis instrumentis, vel test. iudi. fuer.

Post appellationem legitimam, sententia non debet mandari executioni: quia appellatione pendente, nihil est innouandum. cap. dilectis 55. ex. de appellatio.

Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere posit, non opponitur contra instrumentum, sed contra executionem: nã non impugnat instrumentum, sicut nec sententiam; sed limitat executionem. Bart. in l. 5. ff. quod cum eo. vide eundé in l. cùm fideicommissum 7. ff. de confessis.

Exceptio inuentarij, & qualibet elia, quæ nõ venit ad rescisionem sententiæ, potest opponi post illam. Bar. in d. l. 7. de confess.

Beneficium diuisionis potest opponi post sententiam, quando plures rei simul conueniuntur hoc acto, quòd vna solutio sufficiat. Bart. in l. 3. §. vbi. num. 11. ff. de duobus reis.

Confessus, & condemnatus, si postea in executione vult aliquid opponere, per quod non veniat contra confessionem, vel sententiam directò, nec illam impugnat, sed modificat, debet audiri, vide d. l. cùm fideicommissum 7. ff. de confess.

Iuramentum, & res iudicata æquiparantur, & obligant præcisè ad factum, habentq; executionem paratam. Ozas. decis. 92. num. 17. vide Bar. in l. sed & si 15. §. si cùm. ff. de iureiur.

Sententia Senatoria, qua quis condemnatur ad certam quantitaté grani cum interesse quanti plurimi à die moræ, prout liquidabitur, mãdatur executioni, pẽdente reuisione, tàm pro summa principali, quàm pro interesse quanti plurimi, liquidandò in executione. Ozasc. decisio. 129.

Executio sententiæ fieri non debet (oblata etiã cautione) vbi liquidatio facienda est in fructibus, aut melioramẽtis; sed prius debet fieri liquidatio. Capic. decis. 17.

Victus per sententiam soluere præcisè cogitur, nec euitat executioné per satisdationis oblationem: fallit. si debitum esset liquidandũ. Capic. d. decis. 17. Ideò condemnatus ad solutionem debiti non liquidi, si comparendo dicat, assero me debitoré in vno denario, qué offero, & si liquidabitur me plus debere, adsunt actualiter fideiussores pro residuo, euitat executionem. Capic. d. decis. 17. num. 5.

Liquidatio præcedere debet, antequam sententia executioni mandetur, & cautela est euitãdæ executionis, vt debitor deponat quod liquidum est, & pro reliquo illiquido, caueat. Mago. decis. Luc. 3. & 62. vide Papon. lib. 18. titul. 1. arrest. 4.

Conciliãtur opiniones super eo, nempe an interesse non liquidato, concedatur executio, per eundem Mago. decisio. 78 Luc.

Sententia incerta, habet executionem paratã, facta liquidatione, sed quomodo fiat liquidatio in instrumentis non liquidis, quæ merentur executionem. vide Bar. in l. quamquam 7. C. de sentent. quæ sine cert. quantit.

Senatus sententia executionem statim meretur, tam ex dispositione iuris cõmunis quàm ex forma nouarũ constitutionum. Ozas. dec. 129. Capic. decis. 167. Guid. Pap. q. 50. vide Perillu. D. P. Tessau. decis. 2.

Arresta Parlamentorũ non suspenduntur per reclamationem. Afflict. decis. 231. Sed executio, appellatione non obstante, in quibus fieri posit, vide Afflict. decis. 261. Quòd fiat in sex casibus, scribit Guid. Pap. q. 215. de quib. vide ibid.

Appellatione deserta, an sententia posit mãdari executioni, vide supra titu. de tempor. appellatio.

In causa pia appellatio non impedit executionem sententiæ. Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de senten. prouisio. in præfatio. nu. 38. Idem in causa alimentorum. ibid. art. 2. gloss. 1. Sed in quib. aliis casibus executio post appellationem fieri posit, vide eundem, tracta. de senten. execut. in præfat. num. 25. & sequent. Tom. 1.

Quando à sententia lata per modum prouisionis fuit appellatum, an per appellationem suspendatur executio dictæ sententiæ prouisionalis, vide Rebuff. ibid. artic. 1. glo. 11. & 12 & artic. 2. glo. 1.

Sententiæ latæ super instrumentis publicis in hac Patria habent paratam executionem, appellatione non obstãte, attẽta forma decreti Ducalis, de quo vide p D. Sol. in antiq. constitutio. Sabaudiæ. glo. 2. num. 9. super decreto, subditos, tit. de foro competen. fol. 6. Hinc exoleuit praxis, quòd litteræ appellationis solent concedi, adiecta illa clausula, Nisi appellatum sit à sententia lata super instrumento liquido, vel alia re paratam executionem habente. idem D. Sol. ibid. num. 9. Sed tunc est necessaria cautio. ibid. nume. 10. Quàmuis non petatur, nu. 11.

Qualitas requisita à statuto apparere debet antequam executio concedatur: sed quod dicatur publicum instrumentum ad hoc, vt sententia super illo lata habeat paratam executionem, vide eundem D. Sol. in dd. suis comment. glos. 2. super decreto, ne super, titu. de senten. executo. fol. 153.

Pendente reuisione Sacri Concilij, sententia mandatur executioni, & plantantur limites iuxta illam. Affl. decis. 341.

Limites territorij, quomodo in sententiæ executione plantandi sint, vide Marc. q. 169.

Sentētia Principis ad relationem vnius Doctoris, cui commissa causa fuit, habet executionem paratam, nec ab ea potest appellari. Capic. decis. 111.

Rescriptum impetratum à Principe, quòd sentētia non mandetur executioni, donec de meritis causæ reuisionis fuerit cognitum, nō valet. Guid. Pap. q. 420. Non enim valet rescriptum impediens executionem supremi Magistratus. Cabal. milleloq. 992. Neque executio retractatur per Principis rescriptū. Borg. Caual. decis. 14. de iudi.

Tres sententiæ super attentatis latæ, ante omnia sunt mandandæ executioni. DD. de Rot. decisio. 2. de re iudicata nouis, aliàs 113. Nam executio trium sententiarum per rescriptum super reuisione, vel nullitate dictarum sententiarum, non suspenditur. Franc. Marc. quæst. 315. part. 2.

Tres sententiæ conformes habent executionē paratam, licèt vna ex illis sit lata in contumacia. Aegid. Magist. tract. appellatio. veluti ob abusum, cap. fi. in decisio. diuerso. fol. 222. Secùs si esset lata super desertione appellationis. Rota Auenio. decis. 3. in dd. decisio. Nec contra dictas tres sententias potest opponi exceptio nullitatis. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 9. Sed limita dictum, vt ibid. vide Augu. Bero. quæst. 13.

Conclusio illa, per quam dicimus tres sentētias etiam interlocutorias cōformes habere executionem paratam, debet intelligi, de interlocutoriis habentibus vim diffinitiuæ. Craue. consi. 183. nu. fin.

Contra illum, qui tres sentētias interlocutorias, vel diffinitiuas habet conformes, de illarum nullitate opponi non potest, ad impediendā ipsarum executionem. Clemē. 1. tit. de sentē. & re iudic. & ibid. glo.

Nullitatis exceptio nō potest opponi post tres sententias conformes, nisi prius executioni mandentur; sed reg. limitatur nouem in casibus, de quibus vide per Ludo. Rom. sing. 291. & ibid. in additio.

Contra appellantem, cui ius commune resistit, potest fieri executio. Vera. decisio. 328. seu 3. part. 1.

Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Impera. offere. habet locum etiam in sentētia inferiorū, quæ ex forma statuti mandari debet executioni. Vincen. de Fran. decis. 120. nu. 10.

Quando fuit reclamatum à sentētia Senatus in causa criminali, si illa contineat pœnam irreparabilem, an per ipsam reclamationem suspendatur executio, vide Vincen. de Fran. decisio. 139.

Quando per decretum sententia habet executionem (non obstante appellatione) vsque ad certam summam, decrētum nō potest habere locum in maiori summa, licèt actor vellet remittere residuum excedens summam limitatā per illud. Vincen. de Fran. decis. 141.

Exceptio executionis sententiæ Sacri Concilij, est dilatoria, ideò debet opponi ante litem contestatam in reuisione: pupillus tamen restituitur, vt possit petere executionem sentētiæ d. Concilij, etiam post litem contestatam super ipsa reuisione, & reclamatione. Vincen. de Fran. deis. 290. part. 2.

Iuratoria cautio, an sufficiat, vt sententia mandetur executioni, vide D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glo. fin. super decreto, ne super, tit. de senten. execut. num. 5. fol. 154. & gl. 1. num. 12. super 3. part. decreti, vt nihil, tit. de conclusio. in caus. fol. 157.

Sententiæ Senatus, & magni Cancellarij, vim habent sententiæ Præfecti Præto. ideò executionem habēt, etiam si Senatus cognoscat in prima instantia, vel iurisdictione prorogata. idem D. Sol. glo. 1. super 3. par. d. decreti, vt nihil, tit. de conclusio. in caus. fol. 157.

Senatus potest mandare procedi ad executionem, non obstante rescripto suspensiuo, nisi ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, concessum sit. ibid. nu. 8.

Executio sententiæ, pendente reuisione, an fieri debeat pro expensis: & cautio sequens non conualidat executionem antecedentem, idē D. Sol. ibid. nu. 9.

Executio retardatur, cautione non præstita, licèt non opponatur. idem ibid. nu. 11.

A sententia Præfecti Præto. appellare non licet, sed debet supplicari intra decē dies, quæ sententia executioni mandari debet, fideiussione p̄stita, & supplicatione porrecta; aliàs non est necessaria fideiussio. §. aliud, Authen. vt sponsal. larg.

Sententia diffinitiua habet executionem paratam, quod procedit, quando agitur officio Iudicis; secùs si actione iudicati in factum. l. minor 41. ff. de minorib. Aluis. de Alber. sing. 30. Vel stipulatione nouante sententiam. Barto.

in d. l.

in d.l. 4.ff.de mino.25 ann. Ideò quando agitur ex sententia actione in factum, requiritur libellus; secùs si officio Iudicis pro executione. Bart. in l. intra 7.ff. de re iudic.

Possessio per executorem minus legitimè data non facit, vt missus incurrat pœnam l. meminerit. C. vnde vi. Ozasc. decis. 34. nume. 26. Nec executio facta Iudicis auctoritate perperam interposita, retardatur, si illud quod solutum fuit, appareat debitum. Ozas. d. decis. 34. vide supra tit. de nullita.

Sententia Concilij lata sub nomine Regis, quando allegatur nulla, si nullitas est ex defectu iuris Naturalis, & hoc appareat in promptu, illa impedit executionem; secùs quando esset nullitas ex defectu iuris positiui: quia contra sententiam Principis quis non potest venire, nisi per supplicationem, & nõ per viam nullitatis. Afflic. decis. 283. Nam licèt regulariter nullitas notoria impediat executionẽ; tamen hoc fallit in sententia Parlamenti, vel Senatus. Guid. Pap. quæst. 50. vide eundem, sing. 852.

Executio sententiæ nullæ, an fieri possit, vide Affli. &. decisio. 283. Pro negatiua scribunt Cabal. milleloq. 715. & Borg. Caual. decisio. 21. de iudic.

Executio facta post appellationem introductã, retractatur, propter sententiæ nullitatẽ. Affli. decis. 346. nu. 16.

De retractanda sententiæ executione, & de venditione pignorum facta, non seruata iuris forma, vide per Affli. decisio. 358. & de ipsa venditione vide etiam infra lib. 2. titu. de distractio. pigno.

Si Iudex appellationis confirmet sententiam nullam, & non appelletur ab illius sententia, an in executione poterit opponi de nullitate contra dictam sententiam Iudicis appellationis, vide Guid. Pap. quæst. 294. Vbi tenet pro affirmatiua.

Exceptiones resultantes ex actis, videntur incidenter oppositæ, & retardant executionem, vt in exceptione nullitatis sententiæ latæ, finita instantia; secus esset, quando opponerentur per viam actionis. Ioseph Ludo. decisio. Luc. 24. num. 11.

Peruersio ordinis adhibita per Executorem, nõ inducit nullitatem, sed tantùm iniustitiã, ideò executio ipsa valet, nisi pars ab illa appellasset. Mohe. d. decis. 185.

Executio facta, ordine perturbato, nõ est nulla: quia perturbatio ordinis, non inducit nullitatem. Put. decis. 318. lib. 2.

Executor sententiæ, vel alterius Iudicis mandati, non tenetur seruare ordinem iudiciorum, nec vitiat quod fit ab Executore ratione ordinis non seruati. Guid. Pap. sing. 496.

Sententiæ executio principalis quæstionis prætextu nullitatis, quando impediatur, & quid in instrumento garentigiæ, pendente iudicio super rescisione contractus, vide Fran. Marc. quæst. 44.

Nullitas resultans ex eisdem actis, impedit executionem, & facit, vt quis audiatur, non parito iudicio: idem, si incontinenti ostẽdatur de nullitate. Vera. decis. 264. part. 2. Fran. Marc. q. 469. DD. de Rota, decisio. 3. de exceptio. in nouis, aliàs 280. Quod procedit etiam in executione trium sententiarum cõformium. Mysing. obser. 6. cent. 6.

Nullitas principaliter deducta coram Superiore agendo, non impedit executionẽ sententię. Iaff. Lanf. Balb. decis. 470. Sed limità vt ibid.

An iniquitas euidens impediat sententiæ executionem, & pariat nullitatem, vide Affli. decisio. 39. Pro affirmatiua scribunt Cabal. milleloq. 715. & Borg. Caual. decis. 21. de iudic.

Executionem nulliter factam Iudex confirmare poterit, quando vidit illum fouere ius, ad cuius instãtiam facta fuit: & captura nulliter facta, cõfirmari debet, quãdo de debito constat. Hiero. de Mont. in suis quęst. q. 23. nu. 23.

Executio facta virtute litterarum executorialium, mortuo, vel mutato Iudice, qui litteras concesserat, an valeat, vide Vincen. de Fran. decis. 405. part. 2.

Executio secundæ sententiæ validæ, an impediatur per nullitatem primæ, vide Crescen. decis. 15. aliàs 48. tit. de senten. & re iudic.

Executio propter enormem lęsionem, potest reuocari: & nulliter facta non confirmat per confessionem enunciatiuè factam. Crauet. consi. 29. Secùs si interuenerit consensus expressus. ibid.

Sententia, qua pronunciatur fieri executionẽ contra aliquos, præstita fideiussione per victorem de restituendo rem, si contra illum iudicaretur, est nulla: quia executio præcurrit causæ cognitionem, quod esse non debet, cùm Iudex audire partes debeat, & negotiũ examinare, & non fulminare. Natt. consi. 51. num. 6. Tom. 1.

Causa nullitatis non impedit executionem sententiæ casu, quo illa fuit per competentes Iudices bis confirmata. Abb. consil. 64. par. 1.

Pendente lite super rescisione sententiæ, tanquam ex falsis instrumentis latæ, eius suspenditur executio. l. fi. C. si ex fals. instrumen.

An nullitas impediat executionem, vide supra tit. de nullitatibus.

Executio sententiæ propter præsumptam malitiam, impediri non debet. Ozas. decisio. 38. num. final.

Com-

Compensatio in executione, & post sententiã, quæ in rem transiuit iudicatam, opponi potest.l.2.C.de compensat.& Affli.deci.121.

Aliquando fit executio ad summam non contẽtam in sententia, vt quando mandatur executioni sententia lata contra administratorẽ ad redditionem computi, quæ porrigitur ad reliqua, de quibus apparuerit condemnatũ esse debitorem in executione. Affl.deci.157.

Executio contra certos ex pluribus debitoribus insolidum, fit pro rata debiti, licèt simpliciter illi essent condemnati. Affli.deci. 215. vide supra tit.sentẽtia vna si plur.fue.cõdem.

Executio sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, an habeat instantiam, vide Affl. deci. 346. Et de forma, & practica exequendi sententiam, ibidem.

Dupliciter sententia mandatur executioni, nẽpe officio Iudicis, & actione in factum: officio Iudicis, quando nihil opponitur; actione in factum, quando aliquid opponitur; & Iudex debet pronunciare. Affl.d.deci.346.n.12.

Executio mobilium prius est facienda in paruis debitis. Affl.decis.358.

Executio potest fieri diebus feriatis, etiã in honorẽ Dei, excepto die Dominico. Guid. Pap. q.215. Tamen contrarium tenent Gasp. Cabal.millcloq 634. Papon.lib.18.tit.5.arrest.3. vide Bar.in l.9.C.de feriis, & in l.1.§. nunciat. ff.de noui oper.nunciatio.

Iudex potest committere habenti rem iudicatã, vt ille propria auctoritate possit ingredi possessionem. Cassad.decisio. 6. de caus. poss & propriet.nu. 3. vide DD.de Rota, deci.fin. titul.de rerum permuta.in antiqu. aliàs 863. Et tunc dummodo ingrediatur sine violentia, non incidit in pœnã l.meminerit. Cassad. ibid.num.3. Secùs erit si nullum Iudicis mandatum præcesserit. Guid.Pap.sing.153.& 333.

In executione sentẽtiæ facienda super eadem re, super qua fuit sententiatum, regulariter citatio partis non requiritur, nisi sententia esset exequẽda per Iudicem successorem in officio, vel quòd à sentẽtia fuisset appellatũ, & elapsa essent fatalia; quia tunc partis citatio requiritur, saltem in personam Procuratoris, exceptis tribus casibus, in quibus debet citari dominus. Ioseph. Ludo, decis. 6. Perus. vide Franc.Marc.q.169. Iaff.Lanf.Balb.decis. 180. Andr. Gail.obser.113.libr. 1.& Rebuf. in constit.Reg.tracta.de senten.executo. art. 7. gloss. 11. Vbi tradit reg.cum ampliationibus, & limitationibus.

Debitori condemnato, quẽ constat statim posse soluere, non potest denegari terminus humanitatis, & miserationis causa indultus, nec debitor condemnatus asserens se paratum esse soluere, perdit hoc beneficium. Ludo.Roma.singul.465.

Citatio condemnati non est necessaria, vbi fit executio in re, in qua fuit condemnatus; secùs si esset facienda in alia re. Math. Mathes. singul.86.

De materia executionum, & de Executoribus vide Henric. Boer. in suis singularibus, titu. executio.

De executione facienda contra Cõmunitatẽ, maximè quæ non habet bursam, neque reditùs, vide p Marc.q.803. Seu aliud corpus cõdemnatum, Papon.lib.18.tit.5.arrest. 22.

Contra exactorem Vniuersitatis non fit executio, nisi post factam impositionem. Papo.lib. 18.titul.5. arrest. 23.

Vniuersitate pro debito condemnata, quis capi potest solùm pro parte: sed si onus exigẽdæ collectæ quibusdam sit impositum, poterunt illi, lapso termino certo, conueniri; & in solidum capi. Bart.in l.si Senat.4.§.actor.ff.de re iudic.num.7.

In sententiæ executione omnia censentur commissa, sine quibus executio fieri non potest. Marc.q.635.part.2.

In defectum allodialium, executio potest fieri in fructibus bonorum feudalium. Gail.obser. 117. lib. 1. Quod procedit in fructibus feudi hæreditarij; secùs in fructibus feudi ex pacto, & prouidentia. Afflict.decisio.26.

In executionibus admittitur concursus; non autem in actionibus; ideò debitor meus, qui personam, bonaq; mihi obligauit; captis bonis, poterit personaliter adhuc capi, & in carcerem coniici. Aegid. Magist.tract.subhastatio. cap.32.in decisio.diuerso.fol.207. Hippol. singu.398. Et ita obseruatur in hac Patria, ex forma nouorum ordinum, tit. *come si ha da proceder nelle essecutioni, che si faranno nelle cause d'attioni personali.*

Arrestum vnius Parlamenti, dum exequitur in territorio alterius Parlamenti eiusdem Regis, Executor debet obtinere permissionem illius executionis ab eodem Parlamento territorij; & non ab alio Iudice inferiore. Papo. lib.7.tit.5.arrest.1.

Debitor, contra quem fit executio, non potest esse sequestrarius rei suæ captæ in executione, nisi de consensu creditoris. idem Papon. lib. 18.titul.5.arrest.24.

Executio realis nõ fit, nisi prius facto præcepto debitori de soluendo. Papon.ibid. arrest. 25.

Et si sunt plures, contra quos fit executio in re communi, omnib. debet fieri. ibi. arrest.26.

Contra forẽses, quomodo procedatur via executiua, vide ibid. arrest.28.

Opponens contra executionem virtute cessionis

nis facta in fraudem, non auditur. Papon. d, lib.18.tit.5.arreſt.35.

Ille, qui obtinuit ſentẽtiam, poteſt compelli ad illam exequendam.ibid.arreſt.36.

Executoriales licèt debeant perſonaliter intimari, ſi tamen ille, cui debet fieri intimatio, latitet;nec permittat ſe reperiri, an tunc ſufficiat intimatio facta ad domũ, vide Creſcẽt. deciſ.18.aliàs 151.tit.de ſenten.& re iudic.

Quando fuit actũ actione perſonali contra debitorẽ, & inde fuit facta executio in eius bonis, illorum transfertur dominium in creditorem.Craue.conſi.248.

De executione ſententiæ, quando illi ſit locus, cui, quo verò ordine, in quibus rebus.& contra quas perſonas illa fiat, & ex quibus cauſis impediri poſsit, vide Maran.in ſuo Spec.par. 6.cap.& poſt omnia fol.535.

Citatio requiritur in executione, quæ fit per Iudicẽ ſucceſſorem in officio. Maran. ibi.nu.18.

Boues aratorios, & inſtrumẽta ruſticalia, pignore capi nõ poſſe, aliàs Executores puniri, ſcribit Menoc.de Arbitra.lib 2. caſ 378. ſed vide ibi.faciũt ll.7.& 8.C.quæ res pigno. obli.poſſ.

Licèt ab Executore nõ appelletur, tamen Executor poſt appellationem, res captas aliẽnare non poteſt.Rebuff.in conſtitut. Reg.tract. de ſenten.execut.art.7.glo 11. Fallit, quando res eſſent tempore perituræ. Rebuff. ibid.nu. 4.Tom.1.

Ab executore regulariter non appellatur: fallit, ſi executor modum excedat, & in aliis caſibus, de quibus vide per Rebuff.d.art.7.gloſ. 12. Sed quãdo Executor dicatur modum excedere, vide ibid.glo.14. Bart.in l.5. C.quorũ appellationes, c.15.& ibid.gloſ.ex.de re iudi.

Ad quos appellãdum ſit ab executore, vide Rebuff.ibid.glo.13.

Sententia executoria in principali non eſt executoria quo ad expenſas. Rebuff.ibid.art.16. gloſ.7. fol.253.

Appellatur ab Executore, quando ex præcepto infertur grauamen, quod fit, ſi non detur terminus ad opponendum, & non decernatur copia productorum.Abb.conſi.30.part.1.

Executor, à cuius executione appellatur, licèt executio per appellationem ſuſpendatur, tamen poterit rem, ſuper qua facta eſt executio (ſi ſit mobilis) ſequeſtrari facere, vel fructus, ſi eſſet immobilis. Bart.in l.ante ſententiam, num.8.ff.de appellatio.recipi.

Appellari non poteſt à ſententia de exequendo: ſed dictum limitatur, quando ſententia infert nouum grauamen, vel vbi poſſeſſori non poſſet aliter eſſe conſultum. Capic.deci. 34. nume.4. vide Franc. Marc. q.314.part.2.& ſupra tit.prox.

Appellatio nõ põt interponi, niſi ſemel, in caſibus, in quibus ab Executione poteſt appellari.Capic.deciſ.34.nu. 13. Sed quando admittatur appellatio ab Executione, vide Guid. Pap.ſing.420.

Debitor ex cauſa, quæ paratam executionẽ habet, ſi neget ſe debitorem, nihilominus fiet executio, ſed cõtra nomina debitorum qualiter fiat, vide Barto.in l.ſi cauſa.C. quã Fiſcus.

Iudex in exequendo ſententiam, poteſt incipere à præcepto de ſoluẽdo, de cuius forma vide per Bart.in l.21.ff.de aucto.tutor.& curat.

Sententia quando mandatur executioni cõtra pupillum, debet primum exequi in nominibus debitorum:& Commiſſarius quando poteſt alienare res hęreditarias, nõ debet prius incipere ab immobilibus, quàm à nominibus debitorum.vide Barto.in l.5.§.non paſsim.ff. de reb.eorum.

Sententia lata in vſufructu, vel ſeruitutibus, aut actionibus præiudicialibus, qualiter mandetur executioni, vide Barto.in l.miles 6.§. qui. ff.de re iudic.Et quid in alimentis pręſtandis filio, vide ibid.

ſummaria cognitio, quæ fit ſuper q̃ſtione emergenti ſuper pignore capto, non requirit libellum, & ſufficit ſemiplena probatio; non tamẽ per iuramentum.Barto.in l.à diuo Pio 15.§.ſi ſuper. ff.de re iudic.

Quando petitur executio excipiendo, quid iuris, vide Barto.in l.1.ff.quæ ſenten.ſine appellat. reſcind.

In mera executione cognitio, vel dilatio non eſt neceſſaria, vbi præceſsit iudicium hominis. Abb.conſi.3.nu.6.part.2.

Compellitur condemnatus ad reſtitutionem in rei vendicatione, quatuor remediis.l.à poſsidentibus 21.& ibid.glo.C.de rei vendic.

Si debitor condemnatus aliàs ſoluendo nõ eſt, in ſubſidium deuenitur ad nomina debitorũ ipſius, & in ipſis nominibus fit executio, exẽplo iudicati.l.2.C.quãdo Fiſcus, vel priuatus, & l. Ciuitates 8.ff.quod cuiuſq; Vniuerſitatis.

De executione ſententiarum vide in l. à diuo Pio.ff.de re iudic.

Vnius petitio non impedit executionem petitionis alterius, qui prius per ſententiam præuenit; ſed eſt poſſeſſori cauendum.l.pen.ff.de petit.hæred.

A condemnato in rei vendicatione, poteſt res auferri manu militari, ſi rẽ ipſam poſsideat, vel contra doloſum iurari in litem: aliàs fit executio in vera æſtimatione, ſeu aduerſarij intereſſe. l. qui reſtituere 68. ff.de rei vendic.

In actione reali ſtatim fit executio ſententiæ, niſi reus non habeat facultatem rei reſtituẽdę; nam tunc, datis fideiuſſoribus, executio differtur.§.

tur.§.& si in rem, Institut. de offi.Iudic.Sed an sententia statim sit executioni mandanda, etiam in criminalibus, vide glo.ibid.

Petitio restitutionis in integrum, quando impediat sententiæ executionem, vide Afflic. decis.356. Capel. Tholos.quæst.54.Mohed.decisio. 177.Benintent.decis.85 Fran.Marc.quæst.53. & 54 part 2.Vincen.de Fran.decisio.86. Tho. Minad.decis.14 Guid.Pap q.215. num.7. Put. decis.456.lib.2. Vera. decis.330. seu 5. part.1. Mysing.obser.80.cent.6.Mago.deci.104 Rot. Floren.c.5.ex.de in integr. restit. & Perillustr. D.P.Tessau.decis.181.

Executio sententiæ Principis, nō impeditur per petitam in integrum restitutionem; secùs in sententiis inferiorum.Capic.decisio.53. & D. Sol.in constitut.antiq. Sabaudiæ gloss.2.super decreto,subditos,tit.de for.compet.

Restitutio contra tres sententias.pariter nō impedit executionem:Cassad.decis.1. tit.de restitutio.in integr.

Pro regula traditur (secundum magis communem) restitutionem in integrum petitam (ad instar appellationis) impedire executionē. Mago.decis.133. Maran.in suo Spec.par 6.tit. et quandoq; appellatur,nu. 108.et tit.& post omnia,nu.58.facit l.pen.ff.de aucto.& cōsens. tuto.vel curato.

Limitatur, quando restitutio habet in se præsumptam calumniam; nam tunc non impeditur executio, præstita tamen cautione de restituendo, in casu victoriæ.Mago.d.decisio.133. nume.7. Sed de aliis limitationibus vide per Maran.in suo Spec.part.6.d.tit.et quandoque appellatur,num.109.& titu.post omnia,num. 58. Et quando quis dicatur esse in præsumpta calumnia, vide Mago.d.decis.133.nu.9.

Pendente restitutione petita à minore contra tres sententias, non impeditur executio reparabilis, præstita cautione; secùs si irreparabilis.Rot.Auenio.decis.2. in decisio.diuerso.

Minor restitutus aduersus sententiam, intelligitur restitutus aduersus executionem, & venditionem, si magnum damnum immineat.l.si ex causa 10.ff.de minor.25.ann.

Iure Ciuili, pendente quęstione restitutiōis, sententia non mandatur executioni; secùs de iure Canonico, præstita cautione.Bar.in tracta. de diffe. int.ius Cano.& Ciuil.nu.139.

De duabus sententiis non omnino cōformibus executioni mandandis in minori summa vide per Afflic.decis 362.

Sententia lata in interdicto vti possidetis, mandatur executioni contra hæredem respectu turbationis defuncti: sed non dabitur actio in factum contra ipsum hæredem ex sua turbatione.Capic.decis.1.nu.12. vide Vincen.de Fran.decis.199.num.4.In aliis tamen iudiciis sententia lata contra defunctum, potest mandari executioni contra hæredem, illo citato. Capic.ibid.num.14. Papon.lib.18.tit.5.arrest. 2.Andr.Gail.obser.113.nume.17.lib.1.& Rol. consi.20. vol.1.

Executio sententiæ contra successorem condēnati fieri non debet, nisi præcedente summaria cognitione.Ozas.decis.34. nu.15.

Sententia lata contra defunctum, an exequenda sit contra eius hæredē, intra tempus conficiendi inuentarium, vide Afflic.decis.145, & Capel.Thol.q.322.

Executio, quæ fit in eadem re (super qua fuit lata sententia) contra successorem condemnati, seu per Iudicem successorem, & non cōtra condemnatum, requirit citationem. Benintē. decis 93.num.12.

Sententia lata contra defunctum, mādatur executioni, non obstante, quòd hæres cum beneficio inuentarij ponat bona in declaratione. Guid.Pap.sing.291.

Executio contra successorem beneficij, fieri potest, etiam pro fructibus, in quibus antecessor fuit condemnatus.Papon.lib.18.tit.5. arrest.1.

Ratione hypothecæ, executio potest fieri cōtra vnum ex hæredibus insolidum. Papon.ibid. arrest.5.

Cessionarius non potest via executiua procedere, nisi prius notificata cessione debitori; secùs in hærede creditoris. Papon. d. libr.18. tit.5.arrest.6.

Quādo executio fit alibi, quàm in loco, vbi fuit lata sentētia, & per litteras requisitorias, an debeat fieri secundū stylum Curię Iudicis requirentis, vel requisiti, vide Guid. Pap.q.23.

An Iudex requisitus casu p̄misso, possit cognoscere de viribus sententiæ Iudicis requirentis, vide Guid.d.q.23.& q 574.

Quàndo Iudex requisitus præcisè cogatur sententiam exequi, nulla causæ cognitione præcedente, vide Marc.q 332 part.2.nu.6.& 7.

Sententia non mādatur executioni contra Procuratorem litis, nec contra tutorem, curatorem, & similes.Guid.Pap.q.86.Sed contra pupillos, & adultos.l.fin.& ibid.gloss.C.si aduersus rem iudicatam, vide l. pen. ff.quando ex facto tuto.

Procurator constitutus ad agendum, non potest executionē sententiæ petere, nisi sit Procurator generalis ad lites præsentes, & futuras. Bar.in l.si Procurator 28.ff.de Procurato.

Executio iudicati cōtra Procuratorem fit, quādo ille fuit cōdēnatus in expēsis propter inobedientiam, vel calumniam. Bar.in l.Plautius 61.ff.de Procurato.

Defensor, qui satisdedit, est habendus loco domini,

mini,& in eum fit executio. Barto. in l.Titius 76.eod.tit.

Tutor quando condemnatur in expẽſis,fit executio contra eum. Barto. in l.10. §. ſicut.ff.de adminiſtra.& peric.tuto.

Licèt Procurator non poſsit agere iudicati (niſi ſit ei mandatum) tamen poteſt petere, vt ſententia mãdetur executioni vſque ad quãtitatem per eum in cauſa expoſitam,ſi dominus non eſt ſoluẽdo.l. actoris 30.ff.de Procur.

Si Procurator ſuccedat condemnato,in eum fit iudicati executio.l.ſi quis 31.ff.de Procurato. Aliàs in Procuratorem ſimplicẽ non fit executio; ſecùs ſi in rem ſuã ſit factus,vel ſit defenſor.l.Plautius 61.ff.de Procuraro.

Sententia lata contra tutorem, vel curatorem, finito officio, non mandatur executioni in eos; ſed in dominũ principalem, niſi illi dolũ commiſerint, vel nouauerint. l.1. C. quando ex fac. tuto.

Iudicati actio non datur contra tutorem,niſi ſe liti obtuliſſet:ſed contra pupillum,niſi ab hæreditate (cuius cauſa fuerat condemnatus)ſe abſtinuerit.l.ſi tutor.ff.de admini.& peric.tut.

Sententia Arbitri habet executionem paratã,ſi hoc inter partes fuerit conuentum. Boer.deciſ.295.nu.17.Aliàs Arbitratoris ſententia nõ habet executionem paratam. Bar. in l.ſocietatem 77 §.Arbitrorum, num.17.ff.pro ſocio.

Creditor,etiã qui ſolùm habet perſonalẽ actionem, miſſus in poſſeſsionem poſt diffinitiuã ſententiam pro executione illius,ſtatim poſſidet naturaliter,& ciuiliter. Matheſ.ſing.85.

Executio ſententiæ per ſolutionis exceptionẽ, impeditur. Rot. Genu.deciſ.104. vide Capel. Tholo.q.170.Gaid.Pap.conſi.50.215.& q.419. Dec.in l.non eſt nouum,nu.5. C.de edend.& Feli.in c.ex parte,ex.de offic.Delega.

In executione ſententiæ etiam poteſt opponi exceptio rei non traditæ. Rot. Genu. deciſio. 190.nu.6. Tamen ſi petam executionem ſententiæ ad rem vẽditam, non poteſt mihi opponi in executione de pretio nõ ſoluto.Bar. in l.ſi duo patroni 13.§.ſi quis.ff. de iureiur.

Si quæſtioni,& cauſę ſummariæ (vt eſt executio iudicati) incidat alia quæſtio non ſummaria (vt eſt quæſtio proprietatis) debet quęſtio illa incidens ſummariè decidi,ſicut principalis.Iaff Lanf.Balb.deciſ.29.

Si appellans non certificet Iudicem, à quo,termino præfixo,de introductione appellationis, appellatio non erit deſerta: ſed poterit ipſe Iudex exequi ſententiam, nec retractabitur via attentati executio, ſed vt iniuſta reuocabitur, ſi appellans obtinuerit. idem Iaff.deciſio.30.

Statutum, vt pronũcietur de conſilio Sapiẽtis, & de compromiſſo faciendo,non habet locũ in cauſa executiua liquida.vide Borg.Caual. deciſ.28.de contract.part.2.

Statutum loquens de executione ſuper principali,habet etiam locum in expenſis litis.Rot. Auenio.deciſ.55.in deciſio.diuerſo.

Pragmatica, quæ dat executionem ſententiis infra certam ſummam, puta ducatorum 150. procedit,quando fit condemnatio ad rei reſtitutionem, quæ eſt valoris infra dictam ſummam.Vincen.de Fran.deciſ.308.part.2.

Executio quomodo ſit facienda, aliquo cõdemnato ad præſtandũ aſſenſum, vide eundem de Fran.deciſ.310.

Statutum; quòd de qualibet lite fiat cõpromiſſum,non habet locum, quãdo quis habet ſententiam diffinitiuam, vel inſtrumentum guarentigiatum habens executionem paratam. Bar.in l.eleganter 23.ff de condictio.indebit.

Quando,& quomodo procedatur ad executionem contra perſonam Religioſam, vide Papon. lib.18. titu.5. arreſt.9.& ſeqq. cum arreſt. 33.ibid.

Debitor,cõtra quem proceditur via executiua, non ſatisfacit,minus euitat executionem,offerẽdo cautionem.Papon.ibid.arreſt.18. Imò debitum offerre tenetur is,qui vult executionem reuocare.D.Sol.in antiq.conſtitutio.Sabaudiæ ſuper decreto,Blanchæ,tit. de feudis, num.14.fol.74.

Executoriales an mandentur exequi cõtra tertium,lite pendente, intruſum, vide Creſcen. deciſ.16.aliàs 142.& deciſ.20.aliàs 236. tit. de ſenten.& re iudic.

Reo non comparente, & actore illius contumaciam accuſante,citatio ad ſoluendum tranſit in rẽ iudicatã,& vlterius ipſe reus nõ auditur. D.Sol.in conſtitutio.antiq.Sabaudiæ glo.2. ſuper decreto,ad cauſarum,tit.de ordine proceſ cau.in ſtru.fol.130.

An arbitrium conceſſum in definiendo, & exequendo, cenſeatur etiam cõceſſum in cognoſcendo,vide Menoch.de Arbitra. lib 1 q.38.

Fideiuſſor iudicatum ſolui,à quo exactũ eſt pro domino, habet executionem paratam contra ipſum dominum. Barto. in l. 3. C.de vſur. rei iudic.

Confeſsio facta in iudicio, habet executionem paratam.Barto.in l.vnica. C.de confeſsis.

Quando per executionem iniuſtam res retractatur, quomodo ſuccurratur expulſo, vide Bar.in l.6.C.vnde vi,num.8.

Non ſufficit reo condemnato ad traditionem poſſeſsionis, tradere pignus pro ipſa poſſeſsione.cap.cum aliquibus 6.ext.de ſentent. & re iudic.

Confeſsio facta corã vno Iudice,quando poſsit coram

coram alio executioni mandari, vide Bart.in l.vnica.ff.de offic.Consul.

Pactum de parendo sententiæ, si transactioni nō pareatur, meretur executionem; sicut sententia, & confessio. Bar.in l.tale pactum 41. §.qui prouocauit.ff.de pact.

Condemnatus ad speciem dandam in actione personali, non liberatur, nisi faciat rem accipientis, ita, quòd auocari non possit; secùs si ad tradendum: condemnatus verò in reali, liberatur sola traditione. Bart.in l.Pomponius 40.§.sed.ff.de Procurato. Et sufficit, quòd præstet rē, qualis est. l.Prętor 25.ff.de noxal.actio.

In reali sententia quis cogitur præcisè restituere manu militari. Barto.in l.qui restituere 68. ff.de rei vendic.

Filiofam.condemnato, in quibus bonis fiat executio, vide Bar.in l.quoties 34. ff.de noxa.act.

Iudicis officium habet executionem paratam. Bart.in l.4.ff.de Religio.& sumpt.fune.

Iusta sententia nulla excusatione differtur, sed statim debet executioni mandari. cap. sicut fine 2.q 1.

Stipulatio, rem ratam haberi, si sit interposita in iudicio, habet executionem paratam; si extra iudicium, est opus nouo iudicio. Bart.in l. fide 22.§.cùm autem nu.15.ff.rem rat.haberi.

Stipulatio, per quam nouatur actio iudicati, nō habet paratam executionem. l.minor 41. ff. de mino.25.ann.

Licèt à debitoribus Fisci exigat̄ summariè, tñ ob id non possunt ipsi impetrare, vt eodem modo à debitoribus eorum exigatur. l.pen.C.de conuenien.Fisci debito lib 10.

De executionibus instrumentorum vide infra titul.proximo.

De executione personali vide infra tit. de executione personali, &c.

De executionibus in criminalibus vide infra tit.de executio.in criminalibus.

De executionibus instrumentorum.

INstrumenta regulariter de iure cōmuni executionem paratam nō habent. Ozasc.decis.129. vide Alex.in l. 5.§.si Iudex.ff.de re iudic. Boer.decis.295. Vincen. de Fran. decis.118. & perillust.D.P.Tessau.decis.26. Etiam in causa dotis, vel minoris. Rebuff.in constitut.Reg. tract.de litt.oblig art.6.glo.3.

Limitatur reg.primo, in instrumēto guarētigiato habēte executionem, statuto sic dictante, sed quid sit guarētigia, vide Alex.in d.l.5.§. si Iudex, num.7.ff.de re iudic.Boer.decisio.295. Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.17. & Perillustr. D.P.Tessau, decis.26. Quia instrumētum guarentigiæ habet vim sententiæ. Barto.in l.cùm onus 12.ff.de bon.aucto. Iudi.possid.num.fin.

Declaratur limitatio primò, vt locū habeat tātùm super his, quæ expressim in instrumentis reperiuntur. Ozasc.d.decis 129.nu 3.

Secundò declaratur, vt procedat in instrumētis liquidis. Ozasc.d.decis.129 nu.5. Cabal.millelo. 625.vide Rebuff.in constitutio. Reg.tract.de litter.oblig.art.1 glo 9.num.8.Tom.1. Nam liquidatio pręcedere debet, antequam ad executionem procedatur, licèt ipsa executio super interesse non liquido, quod de proximo venit liquidandum, concedi possit. Ozasc.d. decis.129.nu.10.& 14.vide Bart.in l.1.ff.iudic. solu. Et pendente lite, pōtest liquidari. Rot. Auenio.decis.39.in decisio.diuerso. Sed quando instrumenta dicantur rem liquidam facere, vide Ozasc.d.decisio.129.& Mysing.obser. 68 centu.3.

Tertiò declaratur, vt habeat locum in debito vero: nam licèt instrumentum debiti guarētigiati ex forma statuti paratam executionem habeat, tamen instrumentum nudæ confessionis de debito coram Notario factæ, talem executionem non habet. Hippol.sing.135.

Quartò declaratur, quia quando virtute garentigiæ exequitur instrumentum, talis executio dicitur prouisionalis; & non absoluta. Gasp.Cabal.milleloq 362.

Quintò declaratur, quòd licèt de iure communi instrumenta guarētigiata habeant executionem, tamen impeditur ipsa executio per exceptionem statim probandam, & quando possit statim probari, relinquitur arbitrio Iudicis. Menoch. de Arbitra lib 2.cas 17. Aluis. de Albert.sing.30.vide Rebuff.in constitutio. Reg.tract.de litter.oblig Tom.1.

Sextò declaratur limitatio, vt locum habeat solùm contra debitorem & eius hæredem: statutum enim, quod tribuit executionē instrumento guarētigiato, non habet locum, si agatur hypothecaria contra tertium. Dec.consi. 198. Cassan. in consuetud.Burg.titu. *des rentes* Rub.5.§.3.glos.1.num:4. vide Marc.q.394 Sed quæ exceptiones possint opponi contra talia instrumenta, vide Cassan.ibid.nume.12. Et quotuplex detur remedium creditori contra debitorem, & eius bona, vide Cabal. milleloq.653.

Septimò, declaratur procedere in instrumento perfecto: quia instrumentum, quod per statutum executionem habet, debet esse perfectū. Afflic.decis.283.

An instrumenta publica, & guarētigiata possint mandari executioni absque vocatione partis, licèt ex forma statuti habeant paratam executioni, vide Fran.Marc.q.393. An mandentur

dentur executioni in alieno territorio,& coram alio Iudice,vide ibid.q.397.Et an impediant, quin dilatio legalis debitoribus concedatur vide Perill.D.P.Tess.dec.26. nu.fi.

Secundò,limitatur principalis reg.in vltimis voluntatibus:nam instrumentum vltimæ voluntatis habet execu ionem paratam.Alex. in l. 5.§.fi Iudex.ff.de re iudic.Boer. decis.295.nu. 12.vide Perillu.D P.Tessau.decis.26.nume.9. Rebuff.in constit.Reg.tract.de senten.prouisio.in præfatio.num.69.Tom.1.

Tertiò,limitatur in instrumento iurato,si in illo contineatur, quòd promissor iurauerit se esse verum debitorem creditori suo iuramētum deferenti,& non aliter.Alex. in d. l. 5. §.si Iudex.ff.de re iudic.num. 6. vide Boer. decisio. 295.nu.9.Gasp.Cabal.milleloq.638 Ias. de actio.§.item si quis iurauerit,nu.17.& 87 Hippol.singu.356. D.Sol.in antiq.constitutio.Sabaudiæ glo.2 super decreto,subditos,titu.de foro competen.Perillu.D P. Tessau. deci. 26. nu.7.Math.Mathes.singul.10.in additio.num. 7.& sing.20.

Quartò, limitat̄ in obligatione penes acta Curiæ facta,quæ habet executionem paratam, quam retardare nō potest exceptio litis pendentiæ super absolutione iuramēti in ea præstiti.Afflict.decis. 30.vide eundem,decis.387. Rot.Genu.decis.28 nu.8. Vinc.de Franc. decisio.118.Cabal.milleloq.641.& Perillu. D.P. Tessau.decisio.26.num.13.

Quintò,limitatur in instrumēto depositi, quod habet ipsam executionem,sed quando,vide Boer.decisio.295.num.7 Cabal.milleloq.639 Bar.in l.si quis 11.C.depositi, & Perillu. D.P. Tessau.deci.26.num.8.

Sextò limitatur,quando debitor consensit velle exequi,& executionem in bonis fieri.Boe. d.decis.295.nu.10. vide tamen Iass.Lāf.Balb. decis.226.Cabal.milleloq.640.& Perillu.D.P. Tessau.d.decis.26.num.6.

Septimò, limitatur in depositionibus testium, ad perpetuam rei memoriam receptorum. Boer.d.decisio.295.num. 11.

Octauò, limitatur in instrumento in forma Cameræ,quod habet executionem paratam.D. Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ, glos.2. super decreto,subditos, tit.de foro competen. vide Perillull.D.P.Tessau.d.decisio.26. nu.11.

Nonò,limitatur in casu legis,si ergo. §. dotis.ff. de iure dot.Boe.d.deci.295.nu.14. Et melius de his,& aliis limitationibus,vide per Rebuf. d.tract.de litter.oblig.art.6.glo.3.nu.8.

Instrumentum dicitur in forma Cameræ,in quo renunciatur priuilegio fori,cōstitutis Procuratoribus ad confitendum debitum,& ad acceptandum præceptum iudiciale de soluendo. D.Sol.in dd.suis comment. d. glos. 2. super decreto,subditos,de foro compet.

An iure sust neantur sententiæ Ordinariorum interlocutoriæ, quibus ordinatur instrumenta esse exequenda, pendēte cognitione causę,media cautione,vide eundem D.Sol.ibid. num.8.& 15. Pro parte negatiua, scripsit idē D.Sol.glo.1.super decreto, ad causarum,tit. de ordin.process.cau.instrum.fol.153.

Instrumento si fuerit promissa certa quantitas, hoc addito, quòd si facto calculo minus debeatur,illa minor quantitas censeatur promissa,an interim tale instrumentum debeat habere executionem,vide Gram.decisio. 58. Vbi tenet pro parte affirmatiua,nu.11.

Contra instrumentum habens paratam executionem,an exceptio erroris opponi possit,vide Perillu.D.P.Tessau.deci.26.nu.15.

Exceptio, quæ oritur ex eodem instrumento, quando retardet executionem, vide Borgn. Caual.decisio.28.num.4.40.90.& 91.de contract. par.2.

Statutum concedens executionem contractui, non porrigitur ad pacta incontinenti apposita,nec ad casum fictum.Gramm.decisio.103. num. 196.

Cōsuetudo,vel statutum valet,vt scriptura priuata recognita executionem habeat. Gasp. Cabal.milleloq.660.

Inualidum instrumentum non exequitur, sed tunc causa nullitatis cognosci debet. Cabal.milleloq.624.

Simulatum instrumentum executionem habere nō pōt,opposita exceptione simulationis. idem Cabal.milleloq.626.Saltem si per duas cōiecturas apparuerit de simulatione. Borg. Caual.decis.2.de contract.part.2. nu.27.

Instrumentum,in quo promittitur quinque pro centenario,venditori,marito,vel filio pro alimentis, dicitur liquidum,& meretur executionem:quia his casib. de iure tenet promissio; secùs si essemus in prohibitis. Borg.deci. 6. de contract.

Promittens soluere, vel aliquid dare cum iuramento, non potest impedire executionem per exceptionem vsurariæ prauitatis, nisi notoriè constaret de vsura.Borg.deci.13. nume. 49. de contract. part. secūda, sed vide ibid. nume.50.

Causæ defectus non impedit executionem instrumenti, iuramento interueniente, dummodo instrumentum sit liquidum, & dicitur tale,quando non habet diem, neque conditionem,& res est certa.Dec.consi.682.

Scriptura priuata, quę habet executionem virtute statuti, vel pacti, si producat̄ in iudicio alterius loci,meretur executionē,quia respicit

decisoria, quo casu attēditur locus cōtractus. Borg. Caual. decis. 27 nu. 27. de cōtract. par. 2.

Quando ex forma statuti instrumentum habet executionem paratam, non retardatur executio instrumenti locationis pro pensione, respectu exceptionis conductoris petentis remissionem mercedis propter sterelitatem, vel alium casum requirentem altiorem indaginem. Borg. decis. 28. de contract. part. 2.

Quando instrumentum locationis habet executionem, hoc non porrigitur ad tacitam continuatam reconductionem. Gom. Leo. deci. 83. in decisio. diuerso Tom. 2.

Productio instrumentorum executionem paratam habentium intra certum tempus, & executionis petitio, habent vim litis cōtestationis: ideò tunc potest cōtinuari executio, etiā post tempus datum ad illam petēdam. Gom. Leo. decis. 82. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Tale tempus datum ad petendam executionē instrumenti, non incipit currere ante diem solutionis faciendæ. idem Gom. Leo. deci. 88.

Quando ex ritu, vel statuto instrumenta habēt executionem paratam, illam habebit etiam instrumētum capitulorum matrimonialium. Vincen. de Fran. decis. 366. part. 2.

Rescisione instrumenti pendente, illud debet mandari executioni, etiam ad instantiā actoris. Vincen. de Fran. decis. 373. part. 2.

Exceptiones falsitatis, solutionis, quitationis, pacti de non petendo, compēsationis, nullitatis, simulationis, & aliæ peremptoriæ, retardant instrumenti executionem. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ glo. 3. super decreto, ad causarum, tit. de ordin. proces. caus. instrumen. fol. 131.

Statutum contra instrumenti executionem tollens exceptiones, nō tollit peremptorias. D. Sol. ibid. num. 2.

Si res, quæ debetur ex instrumento non sit liquida, ante liquidationem, instrumentum non meretur executionem, non obstante statuto ipsam executionem cōcedente. idem D. Sol. glo. 2. super decreto, ne super, tit. de senten. execut. fol. 154.

Instr. post 30 annos amittit priuilegiū agendi via executiua. Mago decis. 121. Rot. Floren.

Executio instrumenti, & sententiæ æquiparantur. Maran. in suo Spec. disput. 6. fol. 575. sed vide ibid. Intellige, quando instrumentum est ritè factum. Bart. in l. 8. §. non quæuis. ff. de bono. possessio. secun. tabul.

Apocha recognita per testes non habet executionē paratā. Papo. lib. 8. tit. 2. arrest. 4. Sed quid dē recognita per partem. Papo. ibid. arrest. 5.

Quæ exceptiones possint adduci contra instrumentum, per quod petitur executio, vt illa retardetur, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de litte. oblig. art. 1. gloss. 9. Tom. 1. Sed quid in aliis executionibus, vide ibid.

An executionem petere possit ille, qui non est in instrumēto nominatus, & an ipsa fieri possit contra debitorem debitoris, vide Rebuff. ibid. art. 1. d. glo. 9. nu. 28. & Cabal. milleloq. 627.

Contra tertium executio fieri non potest, vigore instri cuiuscunq;. idē Cabal. milleloq. 633.

Quando statuto, aut consuetudine, vel constitutione, instrumentum potest mandari executioni in alia Prouincia, talis cōstitutio potest ampliari, & debet limitari plurib. in casibus, de quibus vide per eundem Rebuff. d. tracta. de litte. oblig. art. 2. glo. 1. nu. 7. & seqq. fol. 56.

Quando causa est executiua, si opponantur aliquæ exceptiones, tunc cautela est, vt creditor offerat fideiussorem de re restituenda, cū omnibus damnis, & expensis; tunc enim Iudex debet concedere executionem, non obstantibus oppositis exceptionibus. Rebuff. d. art. 5 glo. 7. num. 4.

Habens vtilem actionem ex instrumento habēte executionem paratam ex forma statuti, illam petere poterit. Barto. in l. 2. C. de actio. & obliga. & in l. 1. ff. eod. Ideò cessionarius ex persona cedentis executionem petere potest, Cabal. milleloq. 632.

De executione personali facta per carcerationem, & detētionem personæ, & de obligatione facta in carcere.

Regulariter in causa pecuniaria, siue pro debito ciuili, debitor capi, vel carcerari non debet. Andr. Gail. obser. 26. Tamen captura contra suspectos de fuga debitores, solet concedi, sed quando, & quid tunc creditor probare, & facere debeat, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 41. & Fran. Marc. q. 910.

Suspectus de fuga capi potest etiā à Iudice incompetenti. Mysing. obser. 65. centu. 2. vide Gasp. Cabal. milleloq. 646.

Statuto disponente, debitorem capi posse, etiā eius hæres capi poterit, constito, quod sit hæres. idem Cabal. milleloq. 631.

Non solùm fugitiuus capi potest, sed etiam præparatus ad fugam, vel suspectus, aut hæres illius. ibid. milleloq. 646.

Quādo debitor est obligatus in personam, pro debito capi potest; aliàs secus. idem Cabal. milleloq. 651. Et potest se ad carcerem obligare. Mysing. obser. 51. cent. 6.

Debi-

bitor de fuga ſuſpectus, Iudicis in primis petita venia, vel ſi eius præſentia ſtatim, & ſine periculo fugæ, haberi non poterit, etiam per creditorem (propria auctoritate) capi, & incarcerari poteſt, quod ampliatur, licet fieret talis captura die feriata in honorem Dei, & contra Clericum de fuga ſuſpectum: & quando debitor armata manu reſiſteret, vulnerari poterit, ſecundum Andr. Gail. obſer. 44. lib. 2. Marc. de Mant. ſingul. 299. & Bartol. l. ait Prętor 10 §. ſi debitorem. ff. de his, quę in frau. creditor.

Præmiſſa concluſio procedit, tribus concurrentibus, nempe ſi debitor tempore contractus opinione creditoris pro idoneo, & ſoluendo habitus ſit; ſi debitum ſit certum, & liquidũ ex chyrographo debitoris, vel inſtrumento publico, aut teſtibus probatum (qui ob fugæ periculum, etiam debitore non citato, recipi poſſunt) & ſi crediroris iuramento ſuſpicio fugæ Iudici probetur, vel aliis coniecturis. Gail. d. obſer. 44.

Carceratus condemnatus in exilium, ſi reperiatur debitor, an ad inſtantiam creditorum ſit in carcere detinendus, retardata interim executione ſententiæ exilij, vide Vincen. de Fran. deci. 317. part. 2.

Carceratus iniuſte tunc recomẽdatur, quando ex ſcripturis (ex quibus recomendabat̃) potuiſſet capi, & non aliter. Vinc. de Franc. deciſio. 415. par. 2. vide Crauet. conſ. 46. nu. 7.

Creditori alleganti ſe habere debitorem ſuſpectum de fuga, an familia pro captura ipſius per Iudicem concedi debeat, quãdo, & quid teneatur creditor tunc probare, & producere, vide Iaſ. de actio. in §. ſupereſt, nu. 82. Dominus Sol in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ, glo. 3. ſuper decreto, abuſionibus, part. 1. titul. de captu. fol. 132. Natt. conſi. 430. Dec. d. conſ. 75. Hippol. ſing. 282. & 284. (vbi limitatur reg.) Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 87 Rebuff. in cõſtitutio. Reg. tract. de litter. oblig. ar. 6. gloſ. 3. num. 70. & artic. 11. glo. 3.

Pro debito pecuniario, aut cauſa ciuili, nullus arreſtari poteſt, & incarcerari ante cauſæ cognitionem, & rem iudicatam, vel de re iudiciali mandato in executionem rei iudicatæ, niſi pro debito Fiſcali, vel debitores ſint excommunicati: nũc enim præſtita cautione de damno, expenſis, & iniuria, poſſunt arreſtari: in aliis autem caſibus non permittitur captura ſub pęna decem librarũ, ita cauetur in hac Patria Pedemon. in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ decre. abuſionib. tit. quod pro debiro pecuniario, aut cauſa ciuili. &c. li. 2. vide D. Sol. in ſuis comment. ibid. fol. 131.

Captura perſonæ debitorem iniuria afficit, infamiam, & ignominiã adferẽs irretractabilem maximè apud graues. idem D. Sol. gl. 1. ſuper 1. part. d. decreti, abuſionibus. fol. 131.

Captura eſt permiſsa pro executione inſtrumẽti facti in forma Cameræ, & captura debitoris non liberat fideiuſſorem. idem, gl. 2. ſuper ipſo decreto, abuſionibus.

Differentia, & conſideratio adhiberi debet inter detentionem perſonæ Nobilis, & ignobilis. idẽ D. Sol. gl. ſuper 2. par. nu. 5. ibi. fol. 135.

Debitor indebitè captus priſtinæ libertati reſtituendus eſt, tamen aliquando captura inualida conualidatur. D. Sol. ibid. glo. 3. part. Veluti ſi de debito conſtet. Dec. conſi. 449. nu. 14.

Quando captus indebitè, & iniuſtè petit ſe reſtitui, talis petitio debet ſummatim examinari; & non ordinariè. Bar. q. 6. num. 16.

Captura debitoris ſuſpecti conceditur, probata ſuſpicione iureiurando: ſed facta captura, talis ſuſpicio eſt probanda per apertiſsimas probationes. Natt. conſi. 29. Tom. 1. nu. 10.

Captura de iure communi nõ eſt permiſſa, niſi contra contumaces, & condemnatos. Natt. conſi. 32. Tom. 1. Et etiam facienda eſt fides de debito. Natt. ibid. num. 6.

Statutum concedens capturam, & requirens certam formam probationis, intelligitur, ſi ante capturam, probatio requiſita facta fuerit. Natt. d. conſi. 32.

Carcerari regulariter quis poteſt in executionem iudicati, nec paupertas excuſat, quod ſeruat̃ de conſuetudine Italiæ. Natt. cõſ. 319.

Captura debitoris, qui non fecit eius conditionẽ deteriorẽ, de tpe capturæ reſpectu bonorũ, nõ tenet: fallit, ſi debitor doloſè verſatus fuerit in negotio ſibi mandato. Natt. cõſ. 546.

Debitorem fugientem à creditore ad Iudicem duci poſſe, etiam ſi in fuga nõ ſit, modò ſigna appareãt de fuga, ſcribit Hipp. ſing. 43. & 638.

Iudex poteſt perſonaliter detinere, & arreſtare forenſes, qui ratione rei, vel contractus ſortiuntur eius forum, donec cauerint de ſtãdo iuri, vel litẽ fuerint cõteſtati. Hiero. Boer. in ſuis ſingularibus, titu. ſequeſtratio, & arreſtum. num. 7.

Creditori quando licet fugientem debitorem capere propria auctoritate; ita & eius Procuratori licebit. Hippol. ſing. 243.

Debitoris principalis captura fideiuſſorem nõ liberat: & vbi fideiuſſor ſit prius captus, nihil vetat, qn debitor capi poſsit. Hip. ſing. 398.

Carceratus pro debito priuati, põt ibi. ꝓ Fiſco recõmendari, & cõtrà, & qui carceratum eximit tenetur. Bar. in l. quoties 3. C. de exacto. tributo. li. 10. Imò qđ carceratus ꝓ cã criminali, non poſsit pro ciuili recommendari, ſcribit Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 70.

Custos

Custos carceris, qui tenetur ad exoluenda debita fugiētium è carcere, præsentando debitorē, qui antea aufugerat, liberatur. Gom. Leo. decisio. 92. in decisio. diuerso. Tom. 2. vide tamen Papon. libr. 24. tit. 4 arrest. 4.

Pro expensis litis, debitor non potest carcerari; etiam si expensę procederent ex causa criminali. Papon. lib. 18. tit 8. arrest. 1.

Mortuo carcerato in carcere an, & quando custos carceris puniatur, vide Papon. lib. 24. tit. 4. arrest. 3.

Causa carcerati dicitur pia. Crauet. consil. tertio, num. 10.

Quæ possint adduci pro reo ad annullandam capturam, vide Anton. Colomb. post eius singularia. tit. singularia, obstantiarum.

In ciuilibus non est incipiēdum à captura, aliàs posset agi actione iniuriarum contra Iudicē concedentem capturam, non præcedentib. requisitis ad illam. Hippol. sing 93.

Debitorem à familiæ manibus eximentem, ad debitum creditori soluendum teneri, receptum est: idem in eo, qui notificauit debitori concessionem capturæ, vt aufugeret. Hippol. sing. 137. facit l. 3. C. de exact. tribu. li. 10.

Si quis fuisset pro debito carceratus, statim atq; soluerit, censetur à creditoribus liberatus. Marc. de Mant. singu. 157. Sed an tunc possit sine licentia exire, vide Boer. decisio. 217. num. fin.

Delegatus non potest realiter citare capiendo personam; sed Iudex quidē. vide Barl. in l. consentaneum 8. num. 12. C. quando, & quomodo Iudex.

Existens in carceribus non est contumax, & si citetur, non valet citatio ipso iure. Bartol. in l. 2. ff. de in ius vocan. num. 8. vide tamen eundem Bar. in l. 5. ff. de publi. iudi.

Impubes non citatur realiter pro debito. Bart. in l. neque 22. ff. de in ius vocando.

Rusticus donec laborat agrum, non potest capi pro debito. l. agricultores. C. quæ res pignori oblig. possess.

Carceratus indebitè si relaxetur, debet taliter relaxari, quòd eius persecutio sit difficilis. Bar. in l. 1. §. omnia. ff. de acquir. rer. domin.

Custos carceris, qui dimittit aliquem de mandato Rectoris, nō tenetur; sed ipse Rector. Bart. in l. in furti actione 53. §. si fugitiuum. ff. de fur.

Non potest quis liberare detentum in carceribus, sine speciali mandato. Bartol. consil. 84. volum. 1.

Pro debitis publicis non debet quis poni in carceribus, nec nouationes aliquas pati in persona. l. 2. C. de exacto. tribut. lib. 10.

Frater pro debito ciuili, an possit ad instātiam fratris carcerari, & detineri, vide Periliu. D. P. Tessau. decisio. 119.

Vide de materia per Bartol. in suo tractatu de carceribus.

Promissio, & fideiussio facta per carceratum, an valeat, vide Afflic. decis. 149. Rotę Genu. decisio. 192. Capel. Thol. q. 400. Et quid, si fuerit relaxatus extra carcerem, sed non omnino, vide Capel. Thol. q. 400. in additio. & Frācis. Marc. q. 377. part. 2.

Contractus factus cum carcerato non tenet. Dec. consi. 691. Fallit, quando contractus factus esset ad vtilitatem captiui, seu carcerati pro eius liberatione: quia tūc soluens pro ipso carcerato, repetere potest. Dec. consil. 691. num. 5.

Ille, qui iustè detinetur in carcere, potest efficaciter contrahere cum quocunque, etiam cū detinente. Henric. Boer. in suis singularibus. tit. carcer, & tortura. Guid. Pap. sing. 840. vide tamen eundem, singul. 1002. Hippol. singul. 306. & Bartol. in l. qui in carcerem 22. ff. de de eo, quod metus causa.

Carceratus potest facere testamentum, & contrahere, quando iustè detinetur. Bar. in l. qui à latronibus 13. ff. de testamen.

De cessionibus bonorum, & qui bonis cedere possint.

Cessionis bonorum beneficium, cōpetit debitori grauato mole æris alieni, ad euadendum carceres. Natt. consi 361.

Qui cessit bonis ex præcedenti contractu non potest conueniri (quia habet exceptionem) nisi peruenerit ad pinguiorem fortunam; nā tunc poterit conueniri inquantum facere potest, deducto, ne egeat. l. 3. C. de bon. auct. Iudic. possid. vide gl. fi. in c. 3. extra de solutio. DD. de Rota, decisio. 31. de senten. & re iudic. in antiq. aliàs 567.

Impedit bonorum cessio, ne fiat insolidum condemnatio. §. fin. institut. de actio. Et qui cessit bonis potest iterum conueniri, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, quod non procedit, si iam sustinuisset pęnas corporales, vel cessionem fecisset culo nudo super lapide. glo. ibid. & Guid. Pap. q. 343.

Cessione bonorum non tollitur naturalis, neq; ciuilis obligatio, licèt exceptio paretur Bart. in l. vbicunque 61. nume. 8. ff. de fideiusso. & mandat.

Cedens bonis non debet spoliari vestibus. Bar. i l. diuus 6. ff. de bonis damna. vide Cap. Tho. q. 28. Et deducit vnde alimenta habeat. Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 183. nu. 21.

Cedens bonis nō tenetur postea de bonis quæsitis, nisi inquantum facere potest, & vestes ipsi cedenti sunt relinquendę, quod nō procedit, quando debitor fraudulenter, & occultè res suas alienasset: tunc enim ab eo omnia sunt auferenda, etiam vsque ad saculum, & peram. Ias. de actio. §. item si quis in fraudem, nume. 94. vide Menoch. consi. 373. Vbi quomodo cōueniatur respectu bonorum postea quæsitorum.

Debitor vt soluat inquantum facere potest, an ex proprietate, vel reditibus satisfacere posse dicatur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 183. nume. 25.

Si debitor cessit bonis, creditores non debent ipsius bona inter se diuidere tanquam domini illorum, sed debēt ea vendere, & pretium inter se distribuere: & hypothecarij præferūt chyrographariis. l. pro debitis 6. C. de bonis aucto. Iudi. possid.

Creditor postea veniens, non potest reuocare curatorem, quem alij creditores elegerunt, communi consensu, ad vendenda bona debitoris, qui bonis cessit. l. fina. ff. de curato. bon. dand.

Cessione facta; curator datur bonis, & cedenti nihil relinquitur. Fran. Marc. q. 203.

Creditor non potest apprehendere possessionē bonorum (quibus debitor cessit) ꝓpria auctoritate, sed Iudicis auctoritate illa debent exponi venalia. Crau. cōs. 213. vide Nat. cōs. 440.

Quando debitor habet vsumfructum in aliquibus bonis, cōmoditas ipsius assignabitur creditoribus. Craue. consi. 213.

Pariter quando debitori cedenti bonis competit ius recatandi aliqua bona, tale ius pertinet ad creditores, & poterunt illi recatare. Craue. d. consi. 213. nu. 4.

Cessio bonorum facta per debitorem contra creditorem, non liberat fideiussorem. l. hęres 22. §. si stipulator. ff. de fideiusso.

Huic beneficio cessionis bonorum non potest renunciari. Bart. in authen. imò. C. de actio. & oblig & consi. 116. vol. 2. Guid. Pap. q. 211. Sed an valeat hæc renunciatio facta cum iuramēto, vide Guid. ibid. Papon. lib. 10. tit. 10. arrest. 3. Bero. q. 134. Perillustr. D. P. Tessau. decis. 36. Bart. in l. 15. §. elegāter. ff. soluto matrimonio, Abb. consi. 42. part. 2. DD. de Rota, decisio. 31. de senten. & re iudic. in antiq. alias 567. & Capel. Thol. q. 61.

An miles cum iuramēto possit renunciare cessioni bonorum, vide Perillustr. D. P. Tessau. d. deci. 36. nume. 5.

De forma cessionis bonorum vide ibid. vbi est impressum quoddam decretum.

Licèt beneficio cessionis quis non possit renunciare, tamen hoc casu renuncians sibi præiudicat in bonis postea quæsitis. Guid. Pap. q. 211. vide Capel. Thol. q. 61. Sed quid operet bonorum cessio, vide Capel. Thol. q 61.

Cessioni bonorum renunciari non potest: fallit, quando tempore contractus debitor sciebat se non esse soluendo, & quando in fraudem creditorum dissipasset bona. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 4.

Agere contra pignorum possessores, non facta discussione contra principalem, creditor potest, quando ipse principalis cessit bonis. Bar. in §. sed neque, Authen. de fideiusso. num. 10.

Carceratus pauper habet remedium, vt cedat bonis, & liberatur à suis creditoribus. Afflict. decis. 71. in fine, Boer. decis. 349. num. 7. & 8. vide Capel. Thol. q 28.

Qui bonis cedere possint, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 32. DD. de Rot. decis. 22. tit. de restitutio. spoliat. in antiq alias 83.

Debitum negans regulariter nō admittitur ad cessionem bonorum. Afflic. decis. 296. Tamen, si in prima instantia neget, & in causa appellationis, confiteatur ante sententiam, admittitur. Afflic. ibid.

Pariter non admittitur ille, qui repetitur in dolo. Capel. Thol. q. 467.

Cedere bonis non potest, qui dilationem quinquennalem impetrauit. Afflic. decis. 378.

Debitor Fisci non potest cedere bonis. Guid. Pap. q. 211. nu. 3. Sed quòd possit, scribit Hippol. sing. 44. Quando non fuit contumax. Bar. in l. 10. ff. ad leg. Iul. pecul. vide Capel. Tholo. q. 61. & Perillust. D. P. Tessau. decis. 182.

Banqueri falliti non habēt beneficium cessionis. Boer. decis. 215. nu. 6.

Admittitur aliquando ad cessionem bonorum quis in materia spolij, ad effectum agendi in petitorio. Iac. Put. decis. 221. lib. 1. & decis. 251. ibid. Fallit, si spoliator esset in dolo. Vera. decis. 183. part. 3. Nam dolosus non est admittendus ad beneficium cessionis. Vera. decis. 278. seu 1. part. 1. Mago. decis. 88. Luc. num. fin. Capel. Thol. q. 467. Quando de dolo, & fraude constat. Natt. consi. 361.

Aduersus carcerarium etiam admittitur beneficiū cessionis. vide in libris placit. Curiæ lib. 11. de cessio. bono. tit. 18. in decisio. diuerso. c. 1. Papon. lib. 10. tit. 10. arrest. 16. Capel. Thol. q. 467. Natt. consi. 361. nu. 9. Guid. Pap. sing. 568. Quod procedit etiam ratione interesse adiudicati parti lęsæ. Papon. ibid. arrest. 8. plenè Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimina. cap 6. vide tamen Perillust. D. P. Tessau. decisio. 182. Etiam mulier non admittitur ad hoc beneficium ratione delicti. vide Papon. lib. 10. tit. 10. arrest. 4.

Mo-

Monetalem ob acceptam monetam sublatam, ac conflari iussam debitorem cessionis præsidio exclusum, habetur in libris placit. Curię lib. 11. tit. 18. cap. 6. & per Papon. d. lib. 10. titu. 10. arrest. 7. Licèt remedium cessionis admittatur in debito ratione emendæ temerariæ appellationis. idem Papon. d. lib. 10. titu. 10. arrest. 1.

Qualis cognitio requiratur, & quæ causæ concurrere debeant, antequā quis admittat̄ ad cessionē bonorum, vide Papon. ibid. arrest. 2.

Talis cessio non admittitur in debito necessario ex parte creditoris. idem Papon. d. lib. 10. tit. 10. arrest. 7. Nec publicus mercator admittendus est. Papon. ibid. arrest. 10.

Extraneus, seu forensis debitor in Regno Franciæ pariter non habet hoc beneficium. Papo. ibid. arrest. 12. Minus debitor principalis cōtra fideiussorem, qui soluerat. ibid. arrest. 14.

Firmarius etiam nō iuuatur hoc beneficio cessionis. Papon. d. lib. 10. tit. 10. arrest. 15. Nec ille, qui omnia bona sua non indicauit, prout tenebatur. Natt. consi. 361. nu. 8.

Cessio bonorum facta per debitorem liberat eum saltem à carceribus, quod non procedit secundū aliquos, si debitor fraudulenter res suas alienasset. Ias. de actio. §. item si quis in fraudem, num. 92. Nam ille, qui alienauit bona sua in fraudem creditorum, si illa non reperiantur, nō potest cedere bonis, sed debet carcerari l. fin. § fin. ff. de his, quę in fraud. credito. Vel si dolo ipsa bona dilapidasset. Aluis. de Alber. sing. 88. Bart. & in Auth. de fideiusso. §. quod autem.

Restitutus ad bona, & ad Ciuitatem, non habet beneficium cessionis bonorum. Ludo. Roma. sing. 212.

Per cessionē bonorum amittitur actio iniuriarum iam intentata. Capel. Thol. q. 251.

Spoliatus omnibus suis bonis propter bellum æquum est, & iustum, vt eatenus cōueniatur, quatenus facere potest, neque iuramentum obstabit. Gram. decis. 85.

Spoliatus per Fiscum est à suis creditoribus liberatur, & omnes actiones actiuè, & passiuè in Fiscum spoliantem transferuntur. Gram. d. decis. 85. nu. 5.

Facta ruptura, seu decoctione, creditores possunt pro creditis ante diem agere. Rot. Genuen. decisio. 107.

Cedens bonis, faciensq; citari suos creditores visuros fieri bonorū cessionē, interim potest executari, si habeat bona. Capel. Thol. q. 28.

Cessionis bonorum triplex est effectus. DD. de Rot. decisio. 31. titu. de sentent. & re iudic. in antiq. alias 567.

De materia cessionum bonorū vide plenè per Ias. de actio. in §. sunt præterea, vers. cum eo quoque, & per Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 183. Vbi de cessionis praxi, & forma, nu. 19.

Quādo res magni valoris, sed tenuis reditus distrahi debeat, vt creditoribus satisfiat, vide per Menoch. ibid.

Cessionis beneficio gaudent etiam Collegia, & Vniuersitates. Menoch. ibid. nu. 13.

Cedens bonis non desinit esse dominus rerum suarum per cessionem: sed an possit mouere, & intentare actiones sibi competentes contra suos debitores, vide Natt. consi. 440.

Iudęus (sicut Christianus) potest cedere bonis, vt euitet carceres. Natt. consi. 620.

Debitor negans debitum, & condēnatus, si exinde fateatur debitum, adhuc ad cessionem admitti debet, post ipsam cōdemnationem. Rol. consi. 7. vol. 2.

Consuetudo, vel statutum disponens, quòd cessio fieri debeat in publico foro cum posterioribus, pulsatis tubis, vel secundum aliam formam ignominiosam, seruari non debet, maximè si cessio admittatur rescripto Principis. Rol. consi. 7. vol. 2.

Ecclesiæ, & Clericis etiam licèt cedere bonis. Roma. sing. 565.

Si quis expressè se obligauerit ad carceres, cedendo bonis non liberatur. Guid. Pap. q. 852.

Cedens bonis non potest agere, nec conueniri. Amanel de Clarisaq sing. 5.

In cessione bonorū, debet cedens bona sua indicare creditoribus. Aluis. de Alber. sing. 58.

Cessio bonorum prodest etiam cedenti contra Hębreos. August. Bero. q. 134.

De excussionibus bonorum debitorum.

PRopter clausulam decretalem, q̄ Iudex p̄cedat, sola facti veritate inspecta, non repellitur exceptio excussionis. Ozas. decis. 2. Craue. consi. 263. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 2. vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 52. Licèt contrarium teneant Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 45. nume. 8. Quando causa est commissa, vt in illa procedatur hoc modo. Borg. Caual. decis. 27. de contract. part. 2. num. 4. Roland. consil. 9. volum. 1. nu. 21. consi. 14. & 79. nume. 25. ibid. Sed hæ opiniones possent conciliari, distinguendo: nam duplex est exceptio excussionis, alia enim respicit ordinē iudicij, alia interesse partis: prima habet locū, quando pars solùm opponit se non posse conueniri, nisi prius excusso principali debitore, & ista tanquam de apicibus iuris debet cēseri sublata,

vbi proceditur, sola facti veritate inspecta; alia non vide Rot. Genu. decis. 78 nume. 3. & decis 90. & 91. num. 27. Hiero. Mago. decisio. Luc. 66. nu. 13. Vel posset adhiberi alia distinctio, nempe quòd nusquam censeatur sublata hæc exceptio, quando agitur contra tertium possessorem; secùs si contra fideiussoré. vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. quæst. 51. & Craue. consi. 263. Sed an, & quando fideiussor posit se tueri exceptione excussionis, vide Ozas. d. decis. 2.

Iudicis decretũ an requiratur, quo declaretur excussio legitimè facta, ad hoc, vt quis cõtra tertios, vel fideiussores agere posit, vel sufficiat relatio nuntij, vide Boer. decis. 277. Iosf. Ludo. decis. Perus. 45. nu. 2. & 11. Iac. Put. decis. 32. lib. 1. Bart. in l. persecutione 25. C. de pignorib. & in l. 21. §. habet. ff. de noui oper. nunciat. Sed vt sit legitimè facta, quæ requirantur, vide Ias. de actio. §. item si quis in fraudem, nu. 83 Rol. consi. 9. vol. 1. & Bart. in l. 116. nu. 4. ff. de verbor. oblig.

Fideiussor opponẽs exceptionem discussionis non factæ contra principalem, non auditur, si in iudicio contra se intentato fiat plena fides, quòd principalis non sit soluendo, cũ replicatione, tua non interest. Capic. decis. 54.

Fideiussor non potest conueniri, nisi excusso principali debitore: fallit, quando renunciauit iuri de prius conueniendo principalem; quàm fideiussorem. Guid. Pap. quæst. 94. Et in multis casib. notatis in additio. ad quæs. 197. Capel. Thol.

Exceptio excussionis habet locum duobus in casibus: primo quando agitur contra tertium possessorem hypothecaria: secundo, quando contra fideiussorem, sed differunt multũ inter se hę duæ excussiónes. vide Rot. Genuen. decis. 78. nu. 6.

Quando duo sunt pariter obligati, & alter conuẽtus ostẽdit pecuniam, & rei vtilitatẽ peruenisse ad alium, & petit illum excuti, suis sumptibus, debet audiri, licèt se obligasset insolidũ, & renunciasset beneficio de duobus reis. Rot. Genu. decis. 90. nume. 5. & 8. vide Bart. in authen. hoc ita. C. de duobus reis, nu. 29.

Fideiussores ita demum possunt opponere beneficium excussionis, si principalis debitor sit præsens, & non latitet, ita quòd posit conueniri coram Iudice loci, in quo fideiusserũt. Papon. lib. 10. tit. 4. arrest. 24.

Clausula, De principali prius cõueniẽdo, quàm fideiussore, est de substantialibus contractus: ideò Notarius, qui in prima nota, seu matricula solùm scripsit hoc modo, qui fideiussor renunciauit, &c. non potest extendere instrumentum cum renunciatione iam dicta: sufficit tamen si in instrumento scribatur, quòd fideiussor posit conueniri sine discussione: quia talis clausula æquipollet expressę renunciationi. Papon. lib. 10 tit. 4 arrest. 26.

Antequam agatur hypothecaria contra tertiũ, est necessaria excussio, nedum in bonis debitoris principalis, verùm etiã in bonis fideiussoris. Craue. consi. 77. nu 16. Rol. consi. 14. vol. 1. auth. sed hodie. C. de actio. & oblig. & auth. hoc si debitor. C. de pignorib.

Conuẽtus ex persona alterius principaliter delinquentis, potest petere, vt principalis prius conueniatur, vel contra ipsum actiones sibi cedantur. Bar. sing. 123.

Ille, qui promisit aliquem indẽnem seruare, non potest cõueniri, nisi prius principali excusso. Guid. Pap. sing. 667 Afflic. decisio. 318. Licèt renunciasset beneficio de fideiussoribus. Bar. in l. 1. C. de conueniend. Fisc. debito. lib. 10.

Vbi principalis debitor est difficilis in conueniendo, potest fideiussor de directo conueniri q̃uis nõ renũciauerit. Guid. Pap. sing. 717. Etiam si fideiussor Fisci habet beneficium excussionis. Fran. Cremen. sing. 44.

Fideiussor hominis extranei beneficio excussionis gaudet, vt extraneus principalis etiã in loco domicilij excutiatur, antequam agatur cõtra ipsum fideiussorem, sed quando dictum locum habeat, vide Hippol. sing. 220. Et conclusio etiam procedit in Fisco debitore principali existente. Ludó Roma. sing. 641.

Fideiussor, qui se principaliter, & insolidum obligauit cum iuramento, an adhuc posit vti beneficio excussionis, vide Perillustr. D. P. Tessau. decis. 166.

Regulariter non potest agi contra tertios possessores nisi excusso principali debitore. Capic. decisio. 54. Ioseph Ludo. decis. Perus. 45. Andr. Gail. obser. 27 lib. 2. (Quò loci ampliat reg. in sex casibus) & Ias. de actio. in §. si qs in fraudem, num. 66. Tamen excussionis exceptio, cùm dilatoria sit, opponi debet ante litem contestatam. Ozas. decis. 44. nu. 13. Guid. Pap. q 570. Boer. decis. 221. nu 16. Capel. Thol. q. 81. vide Rot. Genuen. decisio. 78 Papon. lib. 10. tit. 4 arrest. 21. Craue. consi. 77 nu 19. Andr. Gail. obserua. 27. lib. 2. Et quid, si opponatur post litem contestatam, vide Put. decisio. 188. lib. 1.

2 Exceptio excussionis opponi nõ potest, extante iuramẽto. Ozas. d. decis. 44. Borg Caual. decis. 27. num. 4. de contract. par. 2. & Rol. cõs. 6. nume. 45. Verùm contrarium habetur in q. 139. Capel. Thol. vide Perillustr. D. P. Tessau. decisio. 166.

3 Discussio non requiritur, si debitor principalis notoriè soluendo non sit, & sufficit paupertatem

pertatem debitoris eſſe notoriam, licèt ex proceſſu de illa non conſtet. Afflic. deciſ. 318. num. pen. & fin. Capic. deciſio. 54. nu. 5. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 45. nu. 15. Guid. Pap. quæſt. 432. nu. 5. vide Capel. Thol. quæſt. 197. in additio. Vera. deciſ. 273 ſeu 2. part. 2. Borg Caual. deciſ. 27. de contract. part. 2 nu. 4 Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. Craue. conſi. 201. nume. 45. Iaſ. de actio. in § item ſi quis in fraudem, nu. 68. & Rol. conſi. 9. nume. 20. volum. 1. & conſi. 79. nu. 26. Et notorium, quòd quis non ſit ſoluendo, probatur per librum æſtimi. Barto. in l. decem 116. ff. de verbo. oblig.

4 Si in inſtrumẽto obligationis bonorum adſit conſtitutum, tunc pro bonis poſſeſsis tempore cõſtituti (ſi interuertatur poſſeſsio) poteſt agi condictione legis fin. C. de acquir. poſſeſ. nulla facta excuſsione: ſed pro futuris bonis, oportet agi hypothecaria, præcedẽte excuſſione bonorum. Afflic. deciſ. 335. nume. 7. Rol. conſi. 79. num. 33. vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 215. Quòd conſtitutum releuet ab onere excuſsionis, ſcribunt Guid. Pap. quæſt. 432. num. 12. Boer. deciſio. 112. nu. 12. Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 45. num. 14. Rot. Genu. deciſio. 13. nu. 19. Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. Iaſ. de actio. in §. item ſi quis in fraudem, num. 77. Rebuff. in conſtitutio. Reg. tracta. de donatio. inſinua. art. 2. gloſſ. 3. nu. 158. Ange. in d. §. item ſi quis, Inſtitut. de actio. vide Perilluſtr. D. P. Teſſaur. deciſio. 53. Sed non ſufficit hoc caſu implorare remedium d. legis fin. de acquir. poſſeſ. veluti per illam clauſulam, Ius, & Iuſtitiam miniſtrari, verùm quomodo actor ſpecificè conſtituti clauſulam proponere, & dictum remediũ implorare debeat, vide eundẽ Perilluſtr. D. P. Teſſau. d. deciſ. 53. De dicta clauſula conſtituti vide infra lib. 2. tit. de clauſul. conſtit.

5 Diſcuſsio bonorum non eſt neceſſaria, vbi reperitur in inſtrumento pactum de capiendis bonis propria auctoritate. Capic. deciſio. 54. & Guid. Pap. q. 432. nu. 12.

6 Fideiuſſores de iudicato ſoluẽdo, poſſunt diſcuti, non diſcuſsis principalibus. Boer. deciſ. 277. Et non habent beneficium excuſsionis. Gaſp. Cabal. milleloq. 269. vide tamen Papo. lib. 10. tit. 4 arreſt. 24. & 26.

7 An reſponſor, qui promiſit ſoluere reſponſorio nomine alterius, vel quilibet alius, qui nomine alieno ſe cõſtituit ſoluturum, poſsit cõueniri, non excuſſo principali debitore, vide Guid. Pap. q. 94.

8 Sententia valet, intentata hypothecaria contra tertium poſſeſſorem, non facta diſcuſsione bonorum principalis. Guid. Pap. quæſt. 432. nume. 9.

9 Pater pro filio obligatus poteſt conueniri, non diſcuſſo filio. Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. Bart. in l. libertus 17. §. filium. ff. ad municipal. vide Boer. deciſ. 221. nu. 5. 6. & 16. & Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 166.

10 Excuſsionis ordo non habet locũ inter mercatores. Boer. deciſ. 221. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 45. nu. 12. Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. Iaſ. de actio. in §. ſi quis in fraudem, num. 78. & Menoch. de Arbitra. q. 51. num. 9. vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 166. nu. 7.

11 Abſens dicitur notoriè non ſoluendo, & talis notorietas poteſt probari per famam. Ioſ. Ludo. deciſ. Luc. 21. nume. 4. & deciſ. 45. nu. 16. Peruſ. vide Fran. Marc. q. 231. part. 2. Ideò hoc caſu non habet locum exceptio excuſsionis. Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. Cra. conſi. 201. num. 45. & Rol. conſi. 9. num. 22. Sed quando quis dicatur abſens, vide Rot. Genu. deciſ. 90. Crau. conſi. 201. nume. 45. Vbi ſcribit abſentem dici in materia excuſsionis, qui eſt in alterius territorio, vide eundem Crau. conſi. 272. in fine, & Rol. conſi. 9. nu. 22. vol. 1.

12 Excuſsio non eſt neceſſaria, quando agitur vtili hypothecaria ad conſequendum nomẽ debitoris: quia in Saluiano interdicto non fit ipſa excuſsio. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ. 45. num. 13. Borg. Caual. deciſ. 27. de cõtract. par. 2. num. 4. Craue. conſ. 201. num 45. Rol. conſ. 9. num. 18 volum. 1. & conſi. 14. num. 18. Tamen quòd etiam in Saluiano interdicto fit neceſſaria excuſsio, ſcribit Perilluſtr. D. P. Teſſaur. deciſio. 175. Sed quando dictum procedat, vide ibid.

13 Non requiritur excuſsio, quando adeſt difficultas in exigendo. Rot. Genu. deciſ. 91. nu. 29. Vel vbi debitor eſt difficilis cõuentionis, quia potens, vel iniurioſus. Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. & Iaſ. de actio. in §. itẽ ſi quis in fraudem, num. 70.

14 Bona debitoris intricata habentur, ac ſi nõ eſſent, ad hoc, vt creditor poſsit agere contra alios, vel fideiuſſorem. Rot. Genu. deciſio. 156. nume. 8.

15 Excuſsio non habet locum inter duos reos debendi copulatiuè, & cõiunctim obligatos, ſed bene inter principalem, & fideiuſſorem. Vera. deciſ. 273. ſeu 2. part. 2.

16 Excuſsionis beneficium amittit, qui obligatus eſt principaliter, & inſolidum. Vera. d. deciſio. 273. num. 9. Andr. Gail. obſer. 28 lib. 2. vide tamen Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 166.

17 Ceſſat exceptio excuſsionis, ſi illi ſpecialiter fuerit renunciatum. Andr. Gail. obſer. 27. lib. 2. Guid. Pap. q. 94.

18 Pariter ceſſat hæc exceptio, ſi conſuetudine, vel ſtatuto aliter receptum ſit. idem Gail. obſer. 27. lib. 2. Et tunc etiam comprehendi-

tur

tur fideiussor indemnitatis in subsidium promittens. Mago. decis. 38. Rot. Floren.

19 Non habet locum, si fideiussor animo nouãdi promiserit. Gail. obser. 27. vide Perillustr. D.P. Tessau. decis. 166.

20 Exceptio excusionis censetur reiecta per Iudicem, procedendo ad vlteriora. Crau. cõs. 77. nume. 17. Tamen hoc casu, si fuerit opposita ante litem cõtestatam, eius omissio reddit processum nullum. vide eundem Crauet. consi. 223. num. 7.

21 Excusionis beneficium perdit emens sciẽter rem alteri obligatam, seu hypothecatam. Crauet. consi. 77. nume. 18. & Roland. consi. 9. num. 24. vol. 1.

22 Excusio nõ videtur necessaria contra correum, qui censetur promisisse animo fideiubẽdi. Craue. consi. 77. num. 19. & Ias. de actio. in §. item si quis in fraudem, nu. 80.

23 Exceptio excusionis bonorum opponi nõ potest, quando opponentis non interest. Cra. consil. 182. nume. 8. Quia talis exceptio dicitur de apicibus iuris. Craue. consi. 201. num. fi. Sed quomodo dictum intelligi debeat, vide eundem, consi. 263.

24 Excusio nõ est necessaria quando id, quod petitur est debitum ex re possessa per tertiũ, & super ipsa re, veluti quãdo res certa est obligata pro censu, vel pensione. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des rentes* Rub. 5. §. 2. gloss. 2. nume. 32.

25 Non potest obiici, quãdo petitur res in specie debita. Ias. de actio. in §. itẽ si quis in fraudem, num. 76.

26 Excusio non est necessaria, & non habet locum de iure Canonico. Ias. ibid. nu. 78.

27 Non habet locum excusio, quando possessores bonorum (in quos facta fuerat alienatio per debitorem) conuenti à creditore negarent se bona debitoris habuisse, aut illa habere, vel possidere. Ias. ibid. nume. 79. sed. vide ibid.

28 Quando nõ esset oppositum de excusione non facta tunc valeret processus, & posset ferri sententia. Ias. in d. §. item si quis, nu. 81. Bart. in l. 2. C. commu. diuid. & in l. 25. C. de pignorib. Guid. Pap. quæst. 94. & Andr. Gail. obser. 27. lib. 2.

29 In pignore Prætorio non est necessaria excusio. Ias. de actio. in §. item seruiana, num. 8.

30 Exceptio excusionis nõ potest opponi ab eo, qui fideiussit pro alio, se principalem debitorem constituendo simul, & eodem tempore, & in eodẽ instrumento. Natt. cons. 345. Contrarium tamen videtur tenere Pet. de Rauen. sing. 200. vide Perillustr. D.P. Tessau. decisio. 166.

31 Sententia debet mandari executioni non obstante, quòd aliquis dicat se habere ius in re, dummodo ille, pro quo est lata, caueat. Castren. sing. 34.

32 Potest agi hypothecaria contra debitorem debitoris, vbi nomina sunt in obligatione, & non discusso principali debitore. Guid. Pap. sing. 306. vide Bart. in l. si conuenerit 18. ff. de pignor. actio.

33 Si vni ex hęredibus debitoris obligati sit adiudicatus fundus mihi hypothecatus, si illum conueniã, is, non poterit opponere exceptionem excusionis. Fran. Cremen. sing. 164.

34 Fideiussor licèt habeat beneficium excusionis, si tamen se neget fideiussorem, & de mendacio conuincatur, illud perdit. Marc. de Mant. sing. 59. Hartma. cap. 5. tit. de fideiusso. lib. 2. vide tñ Perillustr. D.P. Tessau. decis. 50.

35 Fideiussor Officialis conuenitur, non excusso principali. Barto. in l. 1. C. de Decurionib. lib. 10. vide tamen l. 1. C. de conueniend. Fisc. debitor. lib. 10.

36 Excusio non fit, quando agitur contra tertium possessorem, vigore edicti, de alienatione mutan. iudi. cau. fact. Barto. in l. 1. ff de alienat. mutan. iudi. caus. fact.

37 Licèt fideiussor simplex debeat conueniri vltimò: tamen fideiussor in rem suam primò conueniri debet; quia habetur pro reo principali. Bart. in l. 1. §. hæc actio ff. de execito. act.

38 Hypothecaria quando vnus ex debitoribus côuenitur, non fit excusio, notat Bar. ex l. 20. ff. qui potior. in pigno. habean.

39 Pluribus casibus, creditor potest experiri hypothecaria, nulla facta excusione, vide Abb. consi. 29. part. 2.

40 Potest agi contra tertios, nulla facta excusione, si principalis debitor cesserit bonis. Bart. in §. sed neque. Auth. de fideiusso. nu. 10.

Discusio principalis debitoris potest fieri, pendente iudicio contra tertium possessorem. Guid. Pap. q. 432. nu. 11.

Discusio bonorum potest quãdocunque fieri lite pendente, citra nouam instantiam. Crau. consi. 223. Imò sufficit, quod fiat in diffinitiua sententia. Rol. consi. 9. nu. 38. vol. 1.

Licèt bona debitoris sint discussa, instante vno ex creditoribus, tamen alij debent etiam petere bona discuti ex abundanti. Guid. Pap. quæst. 432. num. 9.

Excusio prodest etiam tertio. Mago. decisio. Floren. 38. nu. 17. vide Ias. de actio. in §. item si quis in fraudem, nu. 82.

An excusio debeat fieri extra territorium Iudicantis, vide Iac. Put. decis. 191. lib. 1. & Perillust. D.P. Tessau. decis. 40 Vbi distinguit.

In dote excusio an sit necessaria: & vbi excusio etiam

etiam non requiritur, tamen admittitur tertius poſſeſſor ad probandum alia bona extare, quo facto, erit tutus in toto, vel in parte, quãdo tantùm pro illa, bona reperiuntur. Mago. deciſ. Luc. 64, nu. 16.

In cauſa dotis excuſſio etiam eſt neceſſaria ſecundum communem. Mago. deciſio. Luc. 66. Vincen. de Fran. deciſ. 270. part. 2. Natt. conſi. 521. & Bart. in l. ſi conſtante 25. num. 72. ff. ſoluto matrimonio.

Excuſſionis exceptio obſtat mulieri agenti hypothecaria contra tertios, marito ad inopiã vergente, non obſtante conſtituto appoſito inſtrumento, quod tantùm operatur in caſu dotis reſtituendæ, ſoluto matrimonio. Natt. conſi. 81. Tom. 1. Licèt Rol. tenet contrarium.

Beneficium diſcuſſionis admittitur poſt condẽnationem, quando plures vnica ſentẽtia ſunt condemnati in viriles, licèt concluſum ſit inſolidum. Papon. lib. 10. tit. 4. arreſt. 22.

Adminiſtrator rerum publicarum habet beneficium excuſſionis, vt prius cõueniantur illi, qui adminiſtrarunt. Papon. ibid. arreſt. 23.

Creditor licèt habeat ſpecialem hypothecam ſuper certa re, illa alienata, nihilominus tenetur excutere alia bona debitoris, antequam poſsit agere contra ipſius rei alienatæ poſſeſſorẽ. Papon. lib 11. tit. 3. arreſt. 9 vide Perilluſt. D. P. Teſſau. deciſ. 51.

Soluendo quem non eſſe probatur per diſcuſſionem, quæ debet fieri de tempore obligationis, nempe quòd debitor non erat ſoluendo tempore contracti debiti, & non tempore ſolutionis. Cra. conſi 77. nu. 5. vide tamẽ ibid.

Diſcuſsio etiam eſt neceſſaria, quando agitur hypothecaria tacita legali pro legato: nam hoc caſu hæres prius debet diſcuti, antequã agatur contra tertium. Craue. conſi. 263. nu. 6. circa finem.

Obligati ſi plures ſint inſolidũ, & actũ ſit cõtra vnum, non poteſt agi contra tertium poſſeſſorem, non excuſſo alio correo inſolidũ obligato. Ant. Corſet. in ſuis ſing. lit. A ſing. actio. vide authen. hoc ita. C. de duobus reis.

Facta excuſsione contra principalem debitorem, & illo reperto non ſoluendo, ſi denuo ſuperuenerint bona, illa debent de nouo excuti, aliàs agẽti obſtabit exceptio excuſsionis non legitimè factæ, per reg. Quæ de nouo emergunt, &c. Hippol. ſing. 142.

Poſſeſſor bonorum principalis debitoris Fiſci, non poteſt conueniri ex tacita hypotheca, niſi principali excuſſo. Barto. in l. 1. C. de conuenien. Fiſci debitorib.

Etiam debitor debitoris Fiſci, nõ poteſt conueniri à Fiſco, niſi principali excuſſo. Bar. in d. l. 1. nu. 4. & l. pen. C. quando Fiſcus, vel priuatus.

Excuſsio pro debito publico, primò fit in perſona, ſecundò in bonis, & donec bona ſunt ſoluendo, incarcerari quis non poteſt pro debito priuato. Bar. in l. 2. C. de exact. tribut. lib 10.

Diſcuſsio perſonarum, an aliquis reperiatur, ita fieri debet, quemadmodum diſcuſsio bonorum ad hoc, vt cognoſcatur, an aliquis ſit ſoluendo. Bart. in l. ſi tamen 25. de legat. 2.

Creditor debet prius conuenire hæredẽ, quàm moleſtare legatarium in re legata, & vbi hæres eſt ſoluendo, legatarius præfertur. Barto. in l. is, cui 5. §. poſtquam. ff. vt in poſſeſsionem legatorum.

Si debitor Fiſci reliquerit hæredem, ille prius eſt conueniendus à Fiſco quàm is, qui ab hęrede bona aliqua emerit, ſed ipſo hęrede excuſſo, tertius ille poſſeſſor poterit conueniri. l. moſchis 47. ff. de iure Fiſci.

An decretum Sabaudiæ, quo cauetur eſſe faciẽdam excuſsionẽ, procedat in caſibus, in quibus de iure communi non requiritur excuſſio, vide Perilluſtr. D. P. Teſſau. deciſ. 53.

De materia excuſsionum vide per Bart. in ſuo tract. de excuſsio.

De decretis Ordinis, & Iudicum.

STatutũ factũ per Vniuerſitatẽ cũ Regio decreto, quòd nemo accedat ad molendum in aliis molendinis, quam ipſius Vniuerſitatis an valeat etiam in præiudicium Eccleſię, vide Vincent. de Fran. deciſ. 380. part. 2. & infra lib. 2. tit. de molendinis.

De decretis Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum Dominorũ, & etiam Officialium, & qualem poteſtatem habeant decernendi, vide per D Sol. in conſtitutio, antiq. Sabaudię in proęm. gl. 3. fol. 6 & ſupra tit. de præceptis.

Decreta ambitioſa non ſunt nulla, ſed reſcindũtur per ſententiam. Bar. in l. Pręſes 12. num. 5. C. de tranſactio.

Decretum Iudicis poteſt in quacunque parte actus interponi. Iaco. Put. deciſ. 364. lib. 1.

Decretum in contractu venditionis, omnẽ fraudis ſuſpicionem tollit. Vera. deciſ. 163. part. 3. num. 8. vide tamen Rol. conſi. 33. vol. 1.

Præſumitur pro validitate dationis in ſolutum, factæ cum decreto. Dec. conſi. 209.

Decretum habet præſumptionem pro ſe, quando declaratur, quòd fuerit appoſitum cum cauſæ cognitione. Dec. conſi. 351. nume. 7. vol. 2. vide Rol. conſi. 33 volum. 1.

Decretum Iudicis, vbi reperitur, omnis fraudis ſuſpicio remouetur. Dec. conſi. 536. nume. 5. Quod procedit in maioribus Iudicibus; ſecùs in minoribus. Hippol. ſing. 438.

Præſentia

Præsentia Iudicis multum confert: ideò maioris roboris,& firmitatis sunt,quę fiunt in iudicio, quàm ea, quæ extra iudicium.Cassan.in consuetu.Burg tit. *des droicts* Rub. 4.§.19.gl.5.

Auctoritas Prætoris pręsumptionem turpitudinis excludit.Bald.sing.194.

Decretum Iudicis,quando faciat cessare beneficium restitutionis in integrum, vide Barto. in l.minor 33.ff.de minorib.25.ann.

Decretum Iudicis interpositū in contractu venditionis, tollit remedium l. 2. C. de rescind. vend. Et exceptionem doli,vel metus.Bar.in l.1.C.de præd.Decurio.lib.10.vide tamen infra tit.de rescind.venditio.lib.2.

Occultè dicitur fieri,quod fit sine decreto, quādo decretum est necessarium. Batt.ibid.nu.5.

Sententia Iudicis requiritur in confirmatione venditionis: & confirmare est decretum interponere.Bar.in l.3.C.de præd. Decur.li.10.

Præsumendum est pro iudiciaria potestate, vt omnia ab illa dicantur legitimè facta. c.sicut nobis 16.ex.de senten.& re iudic.

Decretum pro veritate est.Azo in summa tit.C. de vsur.pupil.

Decretum Iudicis vel Superioris, debet interponi in actu; aliàs si ex interuallo interponatur, non valebit. Iaff. Lanf.Balb.decisio.123.

Tamen in decreti interpositione, scriptura separata fieri debet de causæ cognitione: & debet cedere interuallum temporis,inter cognitionē,& alienationē.Cra.consi.1.pro genero, nu.154.vide Rol.consi.7.vol.3.nu.64.

Iudicis decretū ex falsa causa factum, nullum. Gasp.Cabal.milleloq.28.Beninten.decis.2.& l.& si Præses 5. C.de prædi.minor.Etiam non expressa. Barto. in l. Seiæ 26.ff.de tutor.& curato.dat.ab his.

Falsa causa vitiat decretum, per quod imploratur Iudicis officium. Barto. in l.si is,ad quem 22.ff.de acquir.hæred.

Decretum Iudicis causæ cognitionem requirit, & prolatum,parte inaudita, est ipso iure nullum.Andr.Gail.obser.31.lib.1.

Antequam Iudex interponat decretum cōtractui,debét præcedere probationes pertinentes ad contractum: quia causæ cognitionem decretum requirit,qua omissa, irritum,atque vitiosum fit. Cra.consi.1. pro genero,nu.146.

Differt decretum à sententia,quia sentētia nulla nō redditur defectu probationis; secùs in decreto, quod redditur nullū,causis nō probatis,propter quas fuit interpositum. Crane. ibid.num.148.

Ad annullandum decretum, vt nulliter interpositum,quæ adduci possint, vide Rolan.consi. 7.volum.3.

Decretum debet interponi,Iudice sedente pro tribunali; aliàs erit nullum. Petr. de Rauen. sing.153.

Decretum Iudicis si apponatur in contractu minoris,illum semper non conualidat,imò erit nullius valoris,si properè,& sine causæ cognitione fuerit interpositum. Ant.Corset.in suis singul.lite.M sing.1.

Decretum Iudicis interpositum per dolum aduersarij, non valet ipso iure. Bar. in l.11.ff.de Iustit.& iure.

Iudex,decreto à se interposito,si in illo à partibus se circunuenrū deprehendat, motu proprio illud reuocare potest.Hippol.sing.320.

Multi sunt Iudices, qui (vt ita dixerim) velo leuato interponunt eorum auctoritatem in cōtractibus minorum, vel mulierum,aut similiū personarum,quæ tamen auctoritatis interpositio non valet,& nihil operatur, sed ad hoc vt valeat,q̄ requirūtur, vide Hippo.sing.399.

Decretum Iudicis est nullum,cùm deficit ius ex parte petentis.Bar.in l.1.§.prægnantem.ff.de ventre inspiciendo.

Iudicis decretum est stricti iuris: ideò non extēditur ad similia,vel maiora. Hiero.Mago.decis.Luc.53.nu.19.

Ex decreto Iudicis pręsumuntur interuenisse solemnia ad instrumentum necessaria, quod limita per Crane.consi.1.pro genero, nu.247.& per Rol.consi.33 vol 1.

De materia Iudicis decreti vide per Henric. Boer.in suis singul. tit.decretum iudiciale.

Iudices in concernentibus eorum officium,statuta condere possunt.Marc.q 794 part.2.

Clausula interpositionis decreti, Si & quatenus,&c.quid operetur, vide Bar.in l.cum propter 4.ff.de legatis præstandis.

Quid dicatur, vel præsumatur factum cum causæ cognitione, vide Barto in l.4.C.de senten. & interlocut.omn. Iudic. Beninten.decis.2.& supra tit.de caus. cognit.

Decretum quando petitur interponi, debent causæ sigillatim exprimi, & solemniter probari.Bart.in l.1.C.de prędi.Decurio.lib.10.

Decretum,ex quo transit in formam cōtractus, non potest reuocari. Bart.in l.quod iussit 14. ff.de re iudic.nu.6.

Si Notarius dicat fuisse interpositum decretum, an stetur eius dicto, vide Beninten.decisio.2.

Libellus in officio Iudicis non est necessarius, quādo imploratur pro decreti interpositione: & sententia, & decretum differunt.vide Barto.in l.nec 9.§.vbi, nume.3.& 6.ff.de offic. Proconsul.

Iudicis cōsensus vbi requiritur,in dubio intelligitur,q̄ debeat adhiberi, causa cognita.Bar. in l.sed si hæc 10.§.Prætor.ff.de in ius vocādo.

Decre-

Decretum Iudicis debet obſeruari ad literam. Barto.in l.ſicut 8.§ ſed & ſi permiſerit.ff.quib. mod.pign.vel hypothec.ſolua.

De decretis interponendis in tutelis decernendis vide per Bartol. in l.legitimos 5. ff.de legit.tuto.

An aſsignatione bonorum facta per Iudicem transferatur dominium vide Doct.in l.filiuſfam 117.§.diui lo 2.de legat.1 Et quid ſit decretum, & an requirat expreſsionem cauſæ, vide Bart.ibid.

Finis praxis ciuilis.

PRACTICA CRIMINALIS.

De accuſationibus, denunciationibus, & querela.

Accuſatio quid ſit, qualis eius forma, & quę in illa requirantur, vide per Clar.in ſua Pract. crimin §.fin.q.12.

Interruptio non requiritur in denuncia, ſicut in accuſatione.Gram.deciſ.39.

Libellus in cauſa criminali ineptus eſt, ſi careat loco, & tempore. Myſing.obſer.32.cent. 2.Bart.conſi.209.vol.1. Sed talis libellus quæ continere debeat, vide Iaſ.de actio. in §. ſequens,verſ.ex maleficiis,nu.58.& ſeqq.

In accuſationibus quādo ſint neceſſaria ea,quę ſcribuntur in l.libellorum, vide Bart.in l.1.ff. de ſuſpec.tuto.

An inſcriptio,& ſubſcriptio ſint de ſubſtantia libelli in criminalibus, vide Fran.Marc.q.657. Et quid,quando fit accuſatio de ſuſpecto tutore,vide gloſſ.in §.1. Inſtitut.de ſuſpec.tuto.

Quomodo debeat formari accuſatio contra furem pro furto,vide Rol.conſi.51.vol.1.

Mandans,& mādatarius in delictis, poſſunt accuſari in eodem libello. l. Athletus 24. ff. ad leg.Cornel.de falſ.

Pęna ſtatuti contra non probantem actionem, habet etiam locum in denunciatore. Gram. deciſ.39.num.5.

Nomen qui detulit,videtur accuſare,cùm idem ſit effectus quo ad punitionem delicti.Gram. ibid.num.6.

Delator habetur pro accuſatore: ideò ſi nō probauerit,punietur de calumnia, ac ſi accuſaſſet.Gram.d.deciſ.39.nu.9.

An denuncians, & petens aliquem puniri, habeatur loco accuſatoris, vel promotoris, vide Menoch.conſi.263.lib.3.

Pęna talionis hodie nō eſt in vſu in Regno Frāciæ,in quo quis non cogitur accuſare.Papon. lib.24.tit.1.arreſt.3.

De materia accuſationis,qualiter in illa ſit procedendum,& de pęnis accuſatoris, vide per D.Sol.in conſtitutio. antiq Sabaudiæ fol.159. & decretum ibid.per illum relatum.cum decreto criminali,titu.*dell'accuſatore, & denunciatore*,fol.7.

Qui accuſat inſtrumentum de falſo, & non probat,punitur tanquam falſarius.l. penult.C.de probatio.

Aliter iudicat de accuſatore maiore, aliter de minore.l.qui cùm maior 14.ff.de bon.liber.

Accuſaſſe eum dicimus,qui crimina obiecit,& cauſam perorari vſque ad ſentētiam effecit; cæterum ſi ante quieuerit,non cenſetur accuſaſſe.d.l.14.§.accuſaſſe.

Accuſans teſtamentum de falſo, ita demū perdit quod illi in eo relictū eſt, ſi perſeuerauerit in accuſatione vſque ad diffinitiuā, & ſuccubuerit; ſecùs ſi ante ſententiam deſiſtat. l. alia cauſa eſt.8. C. de his, quib. vt indig. hæred.aufer.

An,& quando concedatur abolitio,ideſt licentia deſiſtendi ab accuſatione, ſine pęna Turpilliani,vide in tit.C.de abolitio.

Non proſequēs accuſationem infra tempus legitimum, in quarta parte bonorum mulctatur,& infamia notatur.l.1. & 2.C.vt infra cert. temp.crimin.quæſt.termine.

Qua pęna puniatur deſiſtens ab accuſatione, vide per tot.tit. ff.ad Senatuſconſul.Turpil.Vbi de materia accuſationum,& infra tit.prox.

Licèt ab initio vnicuique liberum ſit deferre in Fiſcum, tamē poſt inceptam denunciationē, deſiſtere ſine pęna non licet. l. resq; 22.§.fin. ff.de iure Fiſci,vide tit.prox.

Querela contra aliquem instituta, vim accusationis dicitur obtinere. Gram. decis.39.nu.7.

Accusatus potest de iure communi aduersariũ suum reaccusare de pari, vel maiori crimine, dummodo tale crimẽ sit praeiudiciale primo crimini, tamen in Regno Neapol. aliter seruatur. vide Gram. decisio.53. & Papon.lib.24. tit.2.arrest.7.

Participes eiusdem criminis inuicem se nõ accusant l.si filium 37. C.de libera.cau. Ideò socium criminis me accusantem quibus verbis repellam, vide glo.in d.l.37.de libera.cau.

Receptus inter reos, non potest suum accusatorem reaccusare, si fuerit dãnatus pęna, quę aufert libertatem, vel Ciuitatem, poterit tamen accusationes incoatas perficere. l.is, qui reus 5 ff.de public.iudi.

Inimicitiæ capitales repellunt quem ab accusatione: miles quoque repellitur, nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam. Franc.Marc.q. 655.& 656.

Accusationes damni dati factæ contra formam iuris, & statutorum, non valent. Borg.Caual. decis.13.de iudi.

Vxor accusat de morte viri, sed quando concurrunt vxor, & filij occisi, propositis accusationibus in diuersis tribunalibus, præfertur accusatio filiorum. Vincen.de Fran.decis.382.par. 2.vide Papon.lib.24.tit.1.arrest.5. Sed de materia, & interesse, quod debeť parti lęsæ, vide supra tit.de interesse, quod debetur, &c.

Ex duabus accusatoribus, quis præferatur, vide Barto.in l.2.§.si simul.ff.ad leg. Iul.de adulter.

Licèt hæres de iure communi teneatur vindicare mortem antecessoris defuncti, tamen hoc non seruatur in Regno Frãciæ. Papon.lib.24. tit.2.arrest.1.vide infra lib.2.tit.de his, quib.vt indig. hæred.aufer.

Vxor non potest accusare maritum de adulterio, nisi per modum exceptionis. Papon. lib. 24.tit.2.arrest.6.

Plures possunt vnum accusare, & contrà. Papon. lib.24. titu.2. arrest. 8. vide Clar. in sua Pract. §.fin.quæst.13.

Famulus nõ potest accusare criminaliter dominum suum. Papon.d.lib.24.tit.2.arrest.fin.

Qui possint accusare, vel non, vide Clar.in sua Pract.crimin.§.fin.q.16.& ex. tit.de accusatio.

Denunciatio facta per aliquem, aperit viam Iudici inquirendi, sed qui possint denunciare, vide Clar.ibid.q.7.

Iudex an possit ex officio repellere accusatorẽ, vide eundem Clar.q.15.d.§.fin.

Accusatio an institui possit pro crimine priuato per alium, quàm per eum, cuius interest, vide Clar.ibid.q.17.

Accusans ardore vindictæ repellitur, & Iudex, qui admittit hunc accusatorem peccat, sed quando quis ardore iracundiæ dicatur accusare, Iudicis arbitrio relinquitur. Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.482.

Saltuarij, vel alterius denunciatoris publicum officium habentis accusationi statur, si ille iurauerit suum officium bene, & legaliter exercere, sed dictum intelligas, vt per Natt. consi. 550.

Denunciatio Medici, qui attestatur aliquẽ infirmum, vel ex vulnere remansuram cicatricem, nihil operatur, nisi præcedat diligens inquisitio Iudicis. Bart.sing.134. Sed quando credatur perito in arte vide supra tit.de probatio.periti in arte.

Quando accusatio non est valida, Iudex non debet illam admittere. Barto. in l.2. C.vt nemo priuatus.

Nec Clerici laicos, nec laici Clericos accusare possunt.c.sicut 2.q.7.

Accusatio minus legitimè intentata, vel à persona, quæ non deberet admitti, si non opponatur, procedit. Bart.in l.1.§.accusationem.ff. ad Senatusconsul.Turpil.

Pęna pecuniaria vbicunque ex crimine priuato venit imponenda, quilibet de populo admittitur ad accusandum. Bart.in l.1.nume.11. ff.de iure Fisci.

Minor non potest accusare sine curatore, vel tutore, sed an tutor possit accusare nomine pupilli, vide Bar.consi 90.vol.2.

De crimine hæresis publicæ, potest à quocunq; accusatio institui. l.4.C.de hæreticis.

De falso testamento quilibet, cuius interest, potest accusare. l. fratris 21. C. de inofficio. testamento.

Qui non admittitur ad accusandum potest esse promotor inquisitionis, & implorare Iudicis officium, in locum deficientis accusationis. l. 1.C.si tutor, vel curator non gesse.

Pendente iudicio super accusatione ciuili, non potest proponi accusatio criminalis super eodem crimine. l.interdum 4.ff.de publi. iudi. vide supra tit.de ordin. iudi.

Cõminatio de accusando, si recedatur ab illa, ita repellit quem ab accusatione, sicut si accusasset, & postea desistisset. l.miles 11.§.socer. ff.ad leg.Iul.de adulter.

Procurator, tutor, vel alius negotiator, aut administrator, non possunt illos, quorum negotia gesserunt, accusare. l.deferre 18. §. item.ff. de iure Fisci.

Fiscus an possit accusationem institutam prosequi, vide Tho.Minad.decis.39.

Accusatio falsi, & aliorum criminum, tollitur spacio 20. annorum. Iaffred. Lanfran. Balb. decisio.486.

Accusatio criminis, & actio ciuilis, quando cumulari possint, vide Clar. in sua Pract. crimina. §. fin. quæst. 2.

De materia accusationis vide in tit. C. si reus, vel accusat. mort. fue.

Accusatio est remedium ordinarium; inquisitio extraordinarium. idem Clar. q. 3. ibid.

Querela partis offensæ, apperit viam Iudici ad inquirendum. idem Clar. q. 10. ibid.

Quomodo procedatur in iudicio accusationis secundum iuris dispositionem, vel consuetudinem, vide eundem, q. 18.

Si compareat accusator, cessat inquisitio, quæ est remedium extraordinarium, sed quomodo, & quando dictum procedat, vide Marã. in suo Spec. de ordine iudi. part. 6. tit. et peruenitur aliquando per viam inquisitionis, numero 38.

Iudex, mortuo querelante, vel accusatore, potest ex officio procedere contra accusatum ob publicam vtilitatem, ne crimẽ remaneat impunitum. Natt. consi. 219.

Denunciator manifestans rem ad Cameram Ducalem, vel ad Fiscum pertinentem, lucratur quartam partem ipsius rei, ex dispositione decreti criminalis Ducalis, tit. *del premio di quelli, che scopriranno.*

Accusator, si non probauerit causam, an Iudex possit supplere, & inducere nouos testes, vt illam probet, vide Bar. in l. qui accusare 4. C. de edendo, in repet.

Regulariter sine accusatore legitimo non proceditur contra quempiam exemplo Domini, qui sciebat Iudam furem, & tamen quia non fuit accusatus, illum non eijecit. c. nihil contrà 2. q. 1. Tamen sine accusatore manifesta iudicantur. c. manifesta 2. q. 1.

De denunciatore, & quomodo procedatur, circa denunciationem vide per Bart. in l. 6. ff. de custod. reo.

Statutum, quòd stetur iuramento accusatoris, valet. Bar. consi. 89. vol. 2.

Dominus rei, cui fuit illatum damnũ per operarios, vel conductores alicuius, non debet illos accusare damnum dantes, sed dominum eorum, qui mandauerat. Feli. cons. 24.

Accusato, vel inquisito de crimine, ex quo veniunt bona publicanda, non videtur interdicta administratio bonorum, pendente accusatione, vel inquisitione, quominus debitores illi soluendo liberẽtur, & ipse etiam suis creditoribus soluere potest. l. reo criminis 41. & 42. ff. de solut. & liberat.

Ad Senatusconsultum Turpilianum, de calumniatoribus, & præuaricatoribus.

IVdex, si non puniet denunciantem, & non probantem suam denunciationem, punitur ipse. Gram. decisio. 39.

Iudex inquirens ad promotionem, seu querelã, & per defensiones inquisiti, aut per probationem deficientem, aut alia de causa, in quibus consequatur absolutionem, debet querelantem, vel alium, ad cuius promotionem fuerat inquisitio instituta, in expẽsis condemnare. Gram. d. deci. 39. nu. 3. Capel. Thol. q. 7. Et pęna Turpiliani punire. Petr. de Raue. sing. 393.

Denunciator, facta denunciatione speciali contra aliquem nominatim, lata absolutione, debet in expẽsis condemnari, & dicitur fieri nominatim, si nomen, vel cognomen alicuius subiungatur, vel alia demonstratio; secùs in denunciatione generali. Guid. Pap. q. 269.

Denuncians malè debet in expensis condemnari, licẽt fuisset protestatus, quòd non intendebat facere partem. Gram. deci. 39 nu. 8.

Delator habetur pro accusatore; ideò si non probauerit punitur de calumnia, vt si accusasset. Gram. ibid. num. 9.

Pęna non probantis querelam, quæ sit, vide ibidem, num. fin.

Calumniator, seu instigator, qui tenetur ad expensas, & interesse iniquæ inquisitionis, seu accusationis, non potest declinare iurisdictionem Iudicis, coram quo fuit agitatum iudicium accusationis. Papon. libr. 7. titul. 7. arrest. 46.

Accusator seu denunciator excusatur à cõdemnatione expensarum, si habuerit iustam causam accusandi, vel denunciandi. Crauet. consil. 178. num. 10.

Denunciator, & instigator etiam in actis non nominati, si probatum nõ sit reum deliquisse, poterunt in expensis condemnari versus reum. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabau. gloss. super decreto, cùm nullus, tit. vt nemo inuitus fol. 170. & Papon. lib. 24. tit. 1. arrest. 2.

Denũciator, seu accusator excusatur à pęna calumniæ, si habeat pro se aliqua euidẽtia indicia. Abb. consi. 78. part. 1. Sed quæ excusent à pęna calumniæ, ne quis incidat in Turpilianum, & non teneatur ad expensas, vide Franc. Marc. q. 940. part. 2.

Calumniator quis,& quæ iustæ causæ eum excusare possint à pœna, vide Menoch.de Arbitra. lib.2. cas.321. & Barto. in l.4. §.1.ff.de iis, qui not.infam.

Calumniari non dicitur, qui ex officij necessitate accusat.Menoch.ibid.nu.21.

Dictum vnius testis excusat accusatorem à pœna talionis. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des Iustices* Rub.1.§.6.gloss.3. num.7.& Hippol. sing.47.

Ille, qui obiicit crimen contra aliquem, si non probauerit, tenetur actione iniuriarũ. Guid. Pap.sing 636.

Pœna talionis cessat, quando accusator post accusationem se absentauit, aliàs plectandus est succumbens. Aegid.Bellam.conclusio.79.

Pœna Turpiliani est similitudo supplicij. Franc. Marc.q.657.vide supra titu.prox.Et in publicis delictis,est quinque librarum auri, & irrogationis infamiæ.idẽ Marc.q.114. par.2.nu.3.

Si quis fecerit aliquem capi, qui postea apparuerit innocens,debet puniri ad similitudinẽ supplicij.Pet.de Rauen.sing.121. c.calumniator 2.q.3.& l.4 C.de fruct.& lit.expen.

Qui non probat quod intendit,debet puniri,sicut reus conuictus puniretur. cap. tuæ 5. extr. de Procurato.

Calumniæ causa quando quis punitur officio Iudicis mercenario,condemnatur in sententia, qua reus absoluitur. vide Barto. in l. 4.§. 1.ff.de iis, qui nota.infa.& in l.1.C.de iureiur. prop.calum.dand.Menoc. de Arbitr.cas.322.

Pœna calumniæ est similitudo supplicij. Barto. ibid. nume.9. Sed de calumniatoribus vide tot. titu. ex.de calumnia.& per tot.2.quęst.3. Et quæ sint pœnæ eorum,Menoch.de Arbitra. lib.2.cas.322.

Accusator hodie ex forma statutorum non punitur pœna talionis, nec detruditur in carcere, Barto. in l.accusatore. §. ad crimen. ff. de public.iudi. Nam pœna talionis in dessuetudinem abiit. Menoch. de Arbitra. lib.2.d.cas. 322.nume.3.

Proponens per modum exceptionis crimen, si postea non probauerit illud, an possit actione iniuriarum accusari,vide Capel.Tholos.q. 410.in additio.num.2.

Accusator de calumnia conuenitur, eo ipso, quod deficit in probando; tunc enim præsumitur calumniari.vide Pet.Beninten.decis.46.

Accusationem deserens qualiter puniatur,vide c.si quem,& ibid.glo.2.q.3.

Denunciator, qui,reo citato, à denunciatione desistit, incidit in pœnam Turpiliani. Franc. Marc.quæst.695. Nisi quis ductus fuerit iusto errore,vel calore iracundiæ:quia tunc posset impetrare abolitionem à Iudice. Marc. ibid.

Tamen in Regno Franciæ, potest impunè ab accusatione recedere. Papon. lib.23. titu.fin. arrest.5.

Pœnitere,& desistere ab accusatione in crimine falsi, etiam inter personas coniunctas an, & quando liceat,vide eundem Marc. quęst.114. part. 2.

Transigere, vel pacisci in delictis reo licitũ est; secùs in accusatore. Marc.ibid.nu.5.

Instrumentum concordiæ producens, crimen fateri non videtur. idem Marc. quæstio.233. part. 2.

Instigator calumniosè accusatorem instigans, incidit in hoc Senatusconsultum, tamen non facit litem suam,quando non interuenit in lite promouendo accusationem, vel producendo testes, aut probationes. Marc. quæst. 199 part.2.

Accusationem falsam dictans, etiam in pœnam falsi incidit.idem Marc.q.902.part.2.

Accusans aliquem de proditione, si postea in tortura asserat falsam esse accusationem, sed hoc fecisse,aliquo instigante, quod erat falsum, plectatur pœna mortis. Rot. Aueniõ. decis.98.in decisio.diuerso.

Monetarium falsum accusans excusatur à calũnia,& si non probet. Menoch.de Arbitra.lib. 2.cas.321.nu.27.

Accusator colludens, seu præuaricans cum accusato,qualiter puniatur,& quomodo præsumatur collusio, vide Maran. in suo Spec. de ordine iudic.part.6.tit.et peruenitur aliquando per viam inquisitionis,num.77.Sed quando trãsactio sit permissa, vide ibi.nu.74.& 76.

Accusator non comparens, vel desistens ante, vel post litem contestatam, qualiter puniatur,vide ibid.num.80.

Abolitio criminis facit accusatorem euitare omnem pœnam,sed qualiter,& quando concedatur, & qualis sit abolitionis effectus, vide Maran.ibid.num.83.& infra tit.prox.

Præuaricatores qui,& quæ sint pœnæ eorũ, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas 323.

Nedum calumniosè accusantes incidunt in pœnam Turpiliani, sed etiam supponentes accusatores, & pariter instigatores. Guid.Pap. sing.362.

Contra calumniatores datur interdictum, de quo vide per Ioan. Crisp. de Monte in suo tracta.termino.actio.nume.98.post volumen Ias.de actio.

Iudex inquirit de omni crimine, vbi interuenit accusator, qui colludit, seu præuaricatur, & inquirit contra calumniatorem,etiam nemine accusante. Maran. in suo Spec. part.6.titu. et peruenitur aliquando per viam inquisitio. nume.156.

Calum-

Calumniari dicitur, qui facit actum à iure prohibitum, sed quando aliás quis dicatur esse in euidenti calumnia, vide Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de litte. obliga. art. 10 gloss. 1. & 2.

Actio de calumniatoribus datur ad quadruplū eius, quod quis recepit; non inquantum quis est damnificatus. Bart. in l. vnica. C. ex delictis defunctorum, num. 5.

Qui dicatur calumniator, qui tergiuersator, & qui præuaricator, vide c. si quem 2. q 3.

Qualiter puniantur, qui crimina illata non probant, vide per tot. cau. 5. q 6.

Calumniator est infamis. §. calumniator. l. 4. ff. de his qui not. infa.

Ex præuaricatione Aduocati, punitur ipse Aduocatus, & non probata præuaricatione, punitur illam allegans. l. 1. C. de Aduocat. diuerso. iudi.

Præuaricator etiam est infamis, sed quis dicatur præuaricator, vide d. l. 4. §. item præuaricator. ff. de his, qui not. infa.

Accusatus de crimine, ex quo imponitur pęna sanguinis si corrumpat accusatorem, non ob id punitur, nam vnicuiq; licet redimere sanguinem suum. l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam.

Præuaricatores eos appellamus, qui causam aduersariis suis donant; à variando enim præuaricatores dicti sunt. l. præuaricatores 212. ff. de vebo. & rer. signific.

Accusatio criminis semel amissa, non potest repeti, etiam in minoribus prætextu lęsionis. Gome Leo. decis. 38. in decis. diuers. Tom. 2.

Vide de materia in tit. sequen.

De abolitionibus.

Qui reum non repetit, publica abolitione interueniente, in Senatusconsultum Turpilianum non incidit. l. si interueniente 12 ff. ad Turpilianū, vbi de materia per tot. tit.

Falsarius à carceribus non est liberandus ob pacem, & publicam lætitiam. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 302. num. fin.

Abolitio duplex, specialis scilicet, & generalis, vide Cassan in consuetu. Burg. titu. *des Iustices* Rubr. 1. § 5 glo. 13.

Regina, vel Augusta in iocundo nouo suo aduētu, incarceratos liberare, & abolitiones concedere potest Franc. Marc. q. 18. part. 1. & q. 153 parte 2.

In primo Principis aduētu, liberantur incarcerati Fran. Marc. d. q. 153. nu. fin. Sed in quibus carceratis dictum procedat, vide ibid.

Si delator, seu accusator abolitionem (id est licentiam desistendi) impunè petat eo prætextu, quòd se errasse dicat, Iudex super hoc cognoscere debet, & an sit audiendus. l. Senatus 15. ff. de iure Fisci.

De informationibus, & de his, quæ præcedere debent inquisitionē.

Informationes secretę non probant. Afflict. decis. 391. num. 5.

Pars, contra quam inquiritur, nō potest adesse secretis informationib. Franc. Marc. q. 611. part. 2.

Dictum constituti in articulo mortis, facit indicium ad inquirēdū. Iosep. Ludo. dec. Luc. 61.

In causa inquisitionis contra aliquem inquisitū Iudicis officio de certo delicto, admittunt in testes denūciator, & eius domestici, quod videtur procedere in denūciatione, quantū ad correctionē peccati, vid. Iass. Lāf. Bal. dec. 303

Super diffamatione secretæ summuntur informationes: & famæ probatio non debet esse leuis, sed legitima. D. Sol. in cōstitutio. antiq. Sabaudiæ glo. 4. super decreto, iuxtà constitutionem, tit. de accusatio. num. 13. fol. 160.

Copia informationum, & indiciorum dāda est reo, vt se defendat. idem D. Sol. ibi. glo. 4.

Iudex antequā procedat ad examinationē, seu capturā rei delinquentis, dēt prius curare, vt sibi de delicto cōstet. Gram. deci. 60. nu. 20. vide Fran. Marc. q 92. par. 2. Boer. deci. 164. nu. 8 & deci. 259. Crau. cons. 244. & 260. Clar. in sua Pract. § fin. q 4 & 5. Rol. cons. 51. vol. 1. Maran. in suo Spec. part. 6. tit. et peruenitur aliquando per viam inquisitionis, nu. 17. Menoch cōs. 283, & D Sol. in dd. suis comment. fol. 260. Sed quid, si reus confiteatur, & non possit cōstare de delicto, quia cadauer fuisset proiectum in mare, vide Marc. d. q 92.

Aliquādo iudex in criminalibus (si sibi videtur) poterit incipere, nedū à citatione, sed etiam à captura, indiciis non præcedentib. Grā. d. deci 60. nu. 19. vide Marc. d q 92. Regulariter secùs: nā Iudex non debet procedere contra aliquem, nisi indiciis, vel informationib. præcedētib. Gui. Pap q 269. Crau cōs. 261. & Rol. cons. 57. vol. 4. Licēt haberet arbitriu p̄cedendi in causis criminalib. Menoc. de Arbit. q. 78.

Iudex abruptè, & sine informationibus ad inquirendum procedens dicitur partem grauare, & illi ad interesse tenetur. Mago. deci. Luc. 22. num. 13.

Diffamatio præcedere debet ad hoc, vt Iudex per inquisitionem p̄cedere possit. vide Clar. ī sua Prac. §. fi. q 6 Rol cōs. 30. vo. 3 Seu īdicia, aliàs inquisitio reddit nulla. Rol. cōs. 12. vol. 3.

& plenius cōsi.57.vol.4. vide Hippol. sing.14. & l.2.C.de offic.Præfec.vrb.

Fama inquisitionem præcedere debet, alias inquisitio non valet; & Iudici non creditur de fama, nisi ex actis appareat probata: & talis fama debet habere originē ab honestis personis fide dignis. Maran.in suo Spec.de ordine Iudic.part.6.titu. et peruenitur aliquando per viam inquisitionis, nu.19.

Fama publica, vel legitima indicia, nisi præcedant inquisitionem, omnia, quæ sequuntur sunt nulla, nec illa confirmantur ex diffamatione, seu indiciis superuenientibus. D.Sol. in constit.antiq.Sabaudię, glo.super decreto, iuxta, nume.16. titu.de accusatio.& Roland. consi.3.vol.3.

Indicia ad inquirēdum debent esse propinqua maleficio, ac duobus testibus omni exceptione maioribus probata. D.Sol.ibid.glo.2.nu.5.

Appellari potest ab abusu procedendi, ac supplicari afferri informationes ad Excel.Senatum, vt videatur, an sit locus informationi. D.Sol.ibid.glo.3.

De inquisitionibus.

Non potest ad inquisitionem procedi, nisi fama præcedente.l.2. C. de offi Præfec.vrb. vide supra tit.prox. Denunciationibus nō est standum, sed ex illis proceditur ad inquisitionem.l. diuus 6.ff.de custod. & exhib. reor. & Clar.in sua Pract.crimin.§.fin.q.7.

De materia inquisitionis, & denunciationis vide per glo.in tit.quomodo in lęsæ Maiestatis crimine procedatur in vsib.feud.

Loco accusatoris est, qui ex officio inquirit. Boer.decis.259.nu.12.

In delictis potest opponi exceptio ad impediēdam inquisitionem, & processum: quia accusatio est agnoscenda antequam accusati nomen inter reos referatur. Fran. Marc. q. 112. part.1.& q.574 part.2.

Quibus modis criminaliter procedat, & quid, si per viam inquisitionis, vide Clar. in sua Pract.§.fin.q.3.

Iudex regulariter nō potest de iure Ciuili procedere per inquisitionem; secùs de iure Canonico, & de consuetudine, sed an superueniēte accusatore, cesset inquisitio, vide Clar. d.q.3.& Bar.in §.iubemus, Auth. de collecto.

Deprehensio in flagranti crimine aperit viam Iudici ad inquirendum. Clar.in d.sua Pract.q. 8. Et notorietas delicti ibid.q.9.

Promotor, seu instigator inquisitionis, quis dicatur, & quando possit in expensis condemnari, vide Clar.ibid. quæst.10. & supra titu. ad Senatusconsul.Turpil.

Inquisitio an fiat contra absentem, vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst.11.

Qualiter debeat formari inquisitio contra delinquentem, vide eundem Clar.q.31. ibid.

Quomodo, & quando sit ad inquisitionem procedēdum, habemus in hac Patria decretum antiq. de quo vide per D.Sol.in suis commēt. ibid.fol.159 tit.de accusatio.inquisi.& pœn.

Inquisitio nihil aliud est, quàm criminis ex fama manifestati ex bono, & æquo Iudicis cōpetentis, canonicè facta instigatio. D.Sol.in dd suis comment.glos.1.super decreto, iuxta, tit.de accusatio.

Interroganda est pars lęsa, an velit delinquentem accusare, priusquam procedatur ad vlteriora inquisitionis. idem D. Sol.ibid.nu.18. & Hippol.sing.305.

Inquisitio famæ ibid. fieri debet, vbi inquisitus cōuersari cōsueuit, & periuri, maleuoli, & socij criminis, non sunt idonei testes ad inquirendum. D.Sol. super ipso decreto, iuxta glo. 2.fol.161. Sed requisita procedendi ad inquisitionem vide ibid.nu.11.

Reis nihil opponentibus, aut crimen coram Iudice competenti cōfitentibus, inquisitio informis procedit. glo.3.ibid.nu.3. vide Bart.in l.29.ff.ad leg.Cornel.de fals.

Inquisitio si possibile est, cōtinere debet annū, mensem, diem, & locum. D.Sol.ibid.nu.7.

Iudex per inquisitionem non procedit pro delicto culpa commisso, nisi dolus, vel lata culpa interuenerit. Maran.in suo Spec.part.4.distinctio.1.iudicio.num.91.tit.an sit iudic.ciui. vel crimin.& part. 6. tit.et peruenitur aliquādo per viam inquisitionis.

Quis potest inquiri in criminalibus, aut per accusationem, aut per denunciationem, vel implorationem Iudicis officij, de quibus omnibus, & quæ requirantur ad hoc, vt illis sit locus, vide eundem, par.6. eo.tit. et peruenitur aliquando, &c.

Inquisitio prohibet, nisi in casibus à iure expressis, & inquisitio generalis quæ dicatur, quomodo, & qualiter fiat, & ad quem effectum, vide Maran.ibid.nu.6.7.& 11.

Inquisitio specialis contra certā personam, qualiter, & quot modis fiat, vide ibid.nu.12.

Licèt regulariter fama inquisitionem præcedere debeat, tamen dictum limitatur pluribus in casibus, de quibus vide p Maran.ibi.nu.22.

Inquisitio criminosorum, expēsis Fisci fieri debet. Maran.ibid.nu.207.

Inquisitionem, nō præcedentibus indiciis, posse formari, cùm Princeps causa cognita ita mādat, multipliciter declaratur per Menoc. de Arbitra.q.78.nu.4.

Inquisitio formari potest contra illum, qui dicitur mandasse homicidium fieri, licet non appareat de nomine mandatarij. Nat. cons. 422.

Declarationes, & expressiones, quæ requirantur in accusatione, etiam quando proceditur per viam inquisitionis, vide Menoch. consi. 263. nu. 7. lib. 3.

Denunciatio Medici, qui asserit aliquem infirmum, vel ex vulnere remensuram cicatricem, nihil operatur, nisi præcedat diligens Iudicis inquisitio. Bar. sing. 134.

Inquisitio non est formanda ratione infamiæ habentis ortum à personis maleuolis super delicto, sed tantùm super fama inquirenda. Roma. sing. 794.

Inquisitio cessat, vbi nulla datur pęna. August. Bero. quæst. 134.

Propter plura maleficia commissa in vna rixa, pôt fieri vna inquisitio de omnibus, & vna, denunciatio, quasi vnũ factũ reputetur. Bar. in l. 1. nu. 12. C. vnde vi.

In ciuilibus ob publicam vtilitatem, etiam per inquisitionem proceditur. Barto. in l. 5. C. de bonis vacantib. lib. 10. Secùs ob priuatam. ibi.

Accusatore desistente, potest Iudex ex officio inquirere super crimine illato. cap. 1. & 2. ex. de collusio. detege.

De captura reorum.

Torqueri qui non potest, minimè potest detineri. Gram. decis. 60. nu. fin.

Familia Curiæ quæ prosequitur delinquentem aufugientem, si ipsum vulnerauerit, vel occiderit, quia se defendebat, qua pęna teneatur, vide Gram. decis. 41. Boer. decis. 170. Papon. lib. 6. tit. 7. arrest. 10. & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 29.

Per capturam irrogatur infamia: ideò resistere de facto licet, quando quis capit iniustè. Fran. Marc. quæst. 448. nu. fin. vide Clar. in sua Pract. §. fin. d. quæst. 29.

An Baro, cui non competit aliqua qualitas tribuens ei iurisdictionem erga aliquem delinquentem alterius Baroniæ, possit illum capere, & remittere ad suum Baronem, & Iudicẽ loci delicti, vide Ludo. à Pegue. in suis quæst. crimin. cap. 2.

Carceratus inquisitus de delicto resistentiæ factæ contra Officialem eum capientem, allegans per modum exceptionis malam capturam, prętendens se nulliter captum, est audiẽdus, & interim est supersedendum à causa resistentiæ. idem Ludo. cap. 9.

Regentes si volunt aliquem capere malefactorem, & ille moriatur, non tenentur. Barth. de Capu. sing. 30.

Iudex in criminalibus, si sibi videbitur, poterit incipere nedum à citatione, sed etiam à captura, nullis indiciis præcedentibus. Gram. decis. 60. num. 19. Regulariter contrà. Mysing. obser. 69. cent. 5.

An homicida voluntarius debeat gaudere immunitate Ecclesiæ, vt non possit in ea capi, vide Guid. Pap. q. 121. Et quid in depopulatoribus agrorum, insidiatoribus itinerum, & delinquentibus contra Ecclesiam, vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 30. & supra tit. de his, qui ad Eccles. confug.

Eximens aliquem de manu familæ, tenetur, ac si pro eo fideiussisset in omnem casum, si autẽ iam esset incarceratus, tenetur lege Iulia Maiestatis, si erat conuictus, aut condemnatus, aliàs aliter puniretur. vide Guid. Pap. q. 579. & sing. 438. & Bar. in l. cuiusq; ff. ad leg. Iul. Maie.

Impediens familiam capere malefactorem, tenetur lege Iulia de vi. Barto. in l. in furti 51. §. ope. ff. de furtis.

Malefactorem in alieno territorio, Iudice irrequisito, capere non licet. Fran. Marc. q. 115. vide Rebuff. in constitut. Reg. Tom. 2. tracta. de litte. requisit. glo. 3. nu. 4.

Captura etiam nulla debet confirmari, quando de nouo esset concedenda. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 40. vide Marc. q. 1061.

Bãnitus in perpetuum à dominio, & territorio Iudicis ob homicidium in contumaciam, & ad vltimũ supplicium, si venerit in fortiis Iustitiæ, si captus extra territorium, & per vim ductus in manibus Iustitiæ sit, debet relaxari; quia talis captura redditur illicita. Rol. consi. 60. volum. 2.

Abstractus de facto ab Ecclesia, potest petere se restitui ad pristinam libertatem. Bart. in l. præsenti 5. C. de his, qui ad Eccles. confug.

Quando captus per vim, & indebitè petit se restitui, talis quęstio est summatim examinãda; & non ordinariè. Bar. q. 6. nu. fin.

Episcopus, aut eius Officialis habet capturam personę cõtra laicos in certis casibus, de quibus vide per Fran. Marc. q. 448.

Captura personæ est permissa pro debito Fiscali. idem Marc. q. 449.

Quæ præcedere debeant antequam quis in vincula coniiciatur, vide Marc. q. 910. Et captura concedatur. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 28.

Licitum est ducere reum captum ad suos carceres, per iurisdictionem alterius, Io. Gal. q. 224.

Iudex concedens capturam, visis informationibus, non tenetur declarare delictum, propter quod concessit capturam, Papon. lib. 24. tit. 3. arrest. 1.

Ad requisitionẽ partis, etiam se submittẽtis ad pęnam talionis, non debet concedi captura,

nisi sumptis informationibus, super delicto. Papon. ibid. arrest.2. Sed limita dictum in latrone. Papon.ibid.& arrest.5.eod.tit.

Mulier honesta non debet carcerari.Papon.lib. 24.tit.3.arrest.3. Idē in qualibet muliere prægnante.ibid.arrest.4. vide Clar.in sua Pract.§. fin.q.28 Menoch.de Arbitra.q.88.& §. necessarium,Authen.vt nulli iudi.

Concessa captura contra famulum, dominus non potest illum retinere in domo sua.Papo. lib.24.tit.3.arrest.8.

Captura personalis potest Iudex ex officio concedere(visis informationibus) nemine requirente. ibid. arrest.9. Sed concedi non debet, nisi sit aliqualis informatio.Rol.consi.17.vol. 2. habemus in Patria Pedemon. decretum, de quo vide in decreto criminali,fol.2.

Capiens delinquentem recuperat à Fisco id, quod expendit in illo capiendo: & statutum concedens præmium capienti,non habet locum in Officiali.Clar.in sua Pract.§.fin.q.29.

Iudex potest capere eum, contra quem de crimine actum est, ante aperturā testium,& non committere illum fideiussoribus. Abb. Assal. sing.1.

Iudex secularis capit Clericum delinquentem, & illum remittit ad Episcopum.Bart.in l.1.C. de exh.ben.& transmitt.reis.

In criminalibus quis capitur,& extrahitur è domo. Bart.in l.plerique 18.ff.de in ius vocādo. Sed an delinquentem in domo potentis latitantem,perquirere liceat, vide Boer.decis. 174.& Marc.q.113.

Vicini possunt capi per Officialem, quando maleficia occultè committuntur. Bart. in l.57.ff. de loc.& conduc.

Quilibet potest occurrere ad capiendum delinquentem.Bart.in l.si quis 7.ff.de furt.

Capi personaliter quando quis possit,tam pro debito quàm pro crimine,& à quo,vide Bar. in l.cum eo 10 ff.ad leg.Iul.pecul.

De captura pro debito ciuili vide supra tit. de executione personali,&c.

De carcere,& carceratis, & de eorum custodibus.

Banniti pro homicidio se voluntariè præsentantes Curiæ,post lapsum et duorum mensium(si Nobiles maximè sint) possunt in camera poni cū fideiussoribus,& custodia. Capic. decisio.154.

Carcer quando assignetur criminosis, vide Capic.d.decis.154. Quò loci traduntur (circa hūc articulum) quatuor iura, vide etiam Hartm. cap.5 titu.de accusat.lib.1.

Appellans si est carceratus, debet remitti ad Iudicem appellationis.Gram.decis.14. Sed cuius sumptibus remittatur,vide Ioseph.Ludo. decis.Perus 74.part.2.

Carceratus & si appellet, nihilominus detinetur. Guid. Pap q.235. Et post mensem potest appellare.idē Guid. quæst.236. vide & q.gst. 436.nume.39.

Iudex causę capitalis ad Iudicem appellationis transmittere debet reum cum actis sub fida custodia,sed quando dictum procedat, vide Natt.consi.553.& Henric. Boer.in suis singul. tit.carcer,num.3.

Expensas remissionis Clerici remissi cum custodibus ad suum Episcopum, an soluat ipse Clericus,vel Episcopus,vide Boer. decis.303.Papon.lib.24.tit.6.arrest.1.

Carceratus remittendus sub custodia, soluit custodiæ impensam. Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.228.num.9.

Ad hoc vt fiat remissio criminosi ad Dominum suum,vel ad locum delicti,multa requirūtur, de quibus vide per Cassan.in consuet...Burg. tit *des aduenz* Rub.12.§ 1.

Arrestatus de non recedendo,datis ad hoc fideiussoribus,& iuratus,censetur quoque carceratus.Guid.Pap.q 253.

Custos carceris, qualis esse debeat, & quando non teneatur de fuga reorum,vide Boer.decis.217.& inf a tit.prox.

Senes non ita strictè incarcerari debent, sicut iuuenes,& carceris custos tenetur pro culpa filij Boer.ibid.nu.10.

Carcerarius, cuius negligentia carceratus pro crimine aufugit, debet priuari eius officio. Gram.vot.29.

Carcerarius dicitur vti diligentia, dum tenet carceratos pro delicto in cōpedibus, & cippis.Gram.d.vot.29.nu 5.

Mortuo carcerato in carcere,an custos carceris puniatur,vide Papon.lib 24 tit.4.arrest.3.

Mulierem carceratam carnaliter cognoscēs,Iudicis arbitrio punitur,sed quid,si custos eam cognouerit, vide Menoch. de Arbitra.libr.2. cas.292.Quod capite puniatur, scribit Guid. Pap.q.448.nu.3 & sing 687.

Custodes carceratorū,qui dimittūt aliquos exire de mandato Rectoris, non tenentur, sed Rector,cuius mādato illi dimittuntur.l.si quis 53 § si fugitiuum.ff.de furtis,in additio.

Carceratio quando dicatur iusta, etiam ab inferiore Iudice facta,vide Boe.decis.215.nu.33.

Carcerato dās venenum,vt se interficiat, qualiter puniatur,vide Boer.decis.216.nu.4.

Carcere priuato qui vti possint,& an liceat retinere adulterum in priuato carcere vsque ad

ad 20.horas, vide Boer.decisio.275.& Papon. lib.23.titu.1.

Carceratus pro causa criminali, non potest recommendari pro causa ciuili. Ioseph. Ludo. decis. Perus.70.

Incarcerati an ad solemnitatem festiuitatis Pascalis, relaxari debeāt, vide marc.q.796.par.2.

Carcer non debet esse pęna, sed custodia, quod est verum quo ad causam finalem; secùs quo ad ipsum carceratū. Andr.Gail.obse.26.nu.7.

Carcer cedit in pęnam, vel in diminutionē condemnationis, stante longa carceratione, siue veniret imponēda pęna exilij, siue alia. vide Vincen.de Fran.decis.317.part.2.

Pro expensis litis debitor non potest carcerari, etiam si expensæ procedant ex causa criminali. Papon.lib.18.tit.8.arrest.1.

Si extet prohibitio pęnalis, ne quis alloquatur cum reo carcerato, si aliquis cum illo loquatur publicè, & palàm verbis non suspectis, nō incurrit in pęnam prohibitionis. Craue.consi.3. Et causa carcerati dicitur pia. ibid. nu.10.

Eximens carceratum à carceribus, qualiter teneatur, vide Clar.in in sua Pract. §. fin. q.29. Cassan.in consuetud.Burg.tit. *des Iustices* Rub. 1.§.7.glo.3.nu.32. Guid. Pap.sing.408. Maran. in suo Spec. disput. 1. nume.11.titu. an ordinarius loci.

De pęna perpetui carceris vide per Menoc. de Arbitra.q.89.

Differentia, & cōsideratio adhiberi debet inter detentionem personæ Nobilis, & ignobilis. D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ gl. super 2.par.decreti, abusionib.tit.de captu.fo.132.

Carcer mala māsio, & pęnæ deportationis ęquiparatur, ad custodiam, non ad pęnam ordinatus: nec debet esse subteraneus; sed liberum habere lumen: idem D. Sol. in dd.comment. glo.super 2.part.decreti, ne fuga, tit.de accusatio.fol.169.

Vinculis solutus non est, qui sine vinculis in publico seruatur.ibid.num.8.

Intra quod tempus processus incarceratorum expediri debeat, habemus in hac Patria decretum antiq. sub titu. de expeditio.process. carcerat.lib.2.fol.29.mihi.

Causæ carceratorū debent termināri intra mensem à die capturæ, vt habetur in dd.constitut. Sabaudiæ tit. qualiter, & infra quem terminū &c.lib.2.fol.36.mihi.

Iudex habet arbitrium carcerandi, quod obtinet in criminalibus. Menoch.de Arbitra.q 88.

Carceris custodiam esse adhibēdam arctiorem illi, qui semel aufugit, scribit idem Menoc. de Arbitra.cas.303.nu.10.

Custodiæ qualitas carceratorum, à Iudicis arbitrio pendet, & carcer ad custodiam; non ad pęnam esse debet. Menoch. de Arbitra.lib.2. cas.305. l.8.§. solent.ff.de pęn. Hoc verum de iure Ciuili; secùs de iure Canonico. Ludouic. Roma.sing.711.

Iudicis arbitrio relinqui, an carceratus sit cathenis, vel aliis vinculis ligandus, tradit Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.305.nume.6. Sed quando sit ferreis vinculis ligandus. vide Boer.decis. 216.nume.3.

Carcerati aliqñ relaxādi sūt eo carcere, quo detinentur perpetuò carcerati, & non debet claudi. Menoch.de Arbitra.d.cas.305.nu .fi.

Custos carceris debet habere salarium ab eo, qui facit detentos custodire. Barth.de Capu. sing.101.

Iudex Ecclesiasticus, si de crimine Ecclesiastico contra laicum cognoscat, non potest illū pęna perpetui carceris, secundum ius Canonicum, punire. Roma.sing.711.

Detinens debitorem, vel alium vltra 20. horas, cōmittit carcerē priuatū. Guid.Pap.sing.428.

Reus in carcere detentus debet examinari statim, vel saltē post diē suæ capturæ, ita cauetur in hac Patria in decreto criminali, titu. *del reo*, cap.3.

Statutum quòd carcerati extrahātur in die Veneris Sancti, non comprehendit semel excarceratum: quia frequētia criminis grauat delictum. Bar.in l.3.C.de Episcopal.audien.

Carcer est species seruitutis. Bar.in l.quod tale 15 §.eleganter.ff.soluto matrimonio.

In diebus Paschalibus non debent carcerati in carcere detineri, nisi detineantur pro crimine enormi, vel sint assueti delinquere. l.nemo C.de Episco.audie.

Iudex debet visitare incarceratos diebus Dominicis, & prouidere, ne carcerum custos inhumaniter se habeat erga ipsos incarceratos, pęna sibi, & eius officio eminente, & cura ad Episcopum pertinet. l. Iudices 10. C. de Episco.audien.

Illustres de criminibus grauioribus inquisiti, in carcere non detruduntur, sed custodiuntur custodia militari. l. si grauius 16. C.de dignitatibus lib.10.

De carceribus, qui possint carcerari, & quando, vide per Bart.in suo tract.de carcerib.

De effractoribus, & aufugientibus è carceribus vide infra tit.prox.

De carceratorum expensis vide infra titul. de carcer.expen.

Quando carcerati debeant relaxari vide infra tit. A carceribus, & ab arresto, &c.

De carcerum effractoribus, & aufugientibus ab illis.

NObilis inquisitus de crimine, & detentus in palatio, si aufugiat, excusatur Officialis: quia potuit de eo confidere, illũ sic detinẽdo. Gram. deci.14.nu.3.& Boe.decis.217.nu.9.

Relaxans à carcere delatum, vel compeditatũ, incidit in crimen legis Iuliæ, & punitur pęna capitali. Guid.Pap.q.437.nume.5. vide Marc. de Mant. sing.241. Aliquando tamen solummodo punitur pęna pecuniaria. idem Guid. quæst.579.

An fuga carcerati inducat probationem cõtra commẽtariensem, vel alium custodem, quòd eius negligentia ille aufugerit, vide Boer.decis.215.& decis.216.Gram.vot.29.nume.7. Et qualiter pro eius fuga, tam pro delicto, aut debito Fiscali, quàm priuato teneatur, vide eundem Boer. d. decis. 215. & in constitutio. antiq.Sabaudiæ tit. de custodia reorum lib.2. fol.31.mihi.

De pęna illius, cuius ope delinquens aufugit è carcere, vide per Fran.Marc.q.247.

Effractor, qui effecit, vt carcerati fugerent, qua pęna puniatur, vide Menoc. de Arbitra.lib.2. cas.301.nu.16.& 22.Et quid in eo, qui instigauit carceratum, vt fugeret, vide ibid.nu.21.

Eximens aliquem de carceribus, eadem pęna tenetur, qua tenebatur exemptus. Hiero.Mago.decis.90.Luc.vide Papon.lib.23 tit.3.

Commentariensis quis, & vnde dictus, & custos carceris, qua pęna puniatur, si carcerati fugerint, & quando excusetur, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.302.

Incarceratus ꝓ delicto, vel debito fugiẽs è carcere, an habeat̃ ꝓ cõfesso, & cõuicto, adeò ꝙ nõ sit opus alia delicti probatione, vide Boer. decis.215. Menoch. de Arbitra. lib.2.cas.301. nu.3.& Ias.in l.admonendi, nu.90.ff.de iureiu.

Qualiter debeat puniri aufugiens, carcere effracto, vide Ludo.à Pegue.in suis quæstio.crimi. cap.1.Vel aliter, & quando excusetur, vide Papon.lib.23.tit.2.Guid.Pap.sing.206.& 336.

Carcerem exire volens deprehẽsus tenetur, ac si exiuisset, & carcerem apertum exiens animo redeundi, non habetur pro confesso, punitur tamen officio Iudicis. Boer. decis.215. nũm.12.& 15.

Carcerem exiens animo redeundi, an dicatur fractor carceris, vide Boer.d.decis.215.nu.17. & decis.217.num.14.

Fuga quando purgetur per reuersionem, vide Boer.d.decis.215.nu.26.

Fugere non dicitur, qui vadit ad Superiorem. Boer.ibid.nume.28.

Iniustè carcerato licitũ est fugere. vide Menoc. de Arbitr.lib.2.cas.301.nu.14 & Natt.cõs.499.

Qui in carcerem per iniuriam cõiectus est, cessis custodibus, effractoq; carcere, euadit, si aliter euadere non poterat, neque pęnis, neque carceris effracti reus fit. Per.Roy.deci.3. Litu. nu.275. in decisio.diuerso. vide Papon. lib.5. tit.3.arrest.3.

Si capti fecerint conspirationem, & rupto ostio carceris, vel fracto muro, fugerent, si hoc constat Præsidi, faciet eos arctius custodiri, & puniri, licèt nõ videantur culpabiles delicti, quo accusabantur, & ille captorum, qui hoc manifestauerit, liberabitur.l penult.ff.de custod.& exhib.reo.

Socius custodis si vnà aufugierit cum carcerato, alius custos non tenetur de fuga. Boer. decis. 217.nu.7.& 8 Nam custos carceris tenetur de fuga carceratorum, nõ de fuga concustodis. Fran.Cremen.sing.100.

Fideiussor quare non liberetur exhibendo illũ, qui aufugit, pro quo fideiusserat, vide Boer. decis.217. nu.15. Tamen ꝙ liberetur in causa criminali, scribit Papon.lib.24.tit.4. arrest.4.

Carcerarius adhibens in custodia omnem suam diligẽtiam necessariam, si casu aufugerint carcerati, non tenetur. Gram.vot.29.nu.7.

Effractorem eum etiam dici, qui carcerem effugit, & Iudicis arbitrio puniri carceris effractorem, scripsit Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.301. Et quod puniatur, ac si constaret de delicto, tradit Guliel. de Ludo sing. 20. vide l.milites 13.§.eius fugam.ff.de re milit.

Carceratus sub sola custodia fugiens, effrectoris pęna punitur: nam carceratus dicitur, qui sub arresto est, & fugiẽs punitur Iudicis arbitrio. Menoch.de Arbitra.d.cas.301.nu.7.

Carceratus fugiens, si capiatur, pęna effrectoris punitur, secùs si spontè post fugam reuersus est. Menoch.ibid.nu.12.

Carceris effracti pęna non habet locum, vbi custodis negligentia, carceratus aufugit. Natt. consi.499.num.15.

Carceris violator est, qui non per hostium, sed per muros exit, & pęna capitis tenetur, quod intelligas, vt per Natt.consi.499.num.16.

De pęna fugientium è carceribus, & custodum malè custodientiũ vide per Bart. in suo tract. de carceribus.

De pęna effractoris carcerum vide in l.1.& tot. tit.ff.de effracto.& expila.

Mortuus in carcere, an præsumatur periisse culpa carcerarij, vide Boer.decis.216.

De

De carceratorum expensis.

Carcerati pauperes pro crimine, à Fisco debent ali. Afflic.decis.71. Aliàs captus debet sibi facere expensas, aut à suis est alendus. Afflict. ibid. Vbi plenè de alimentis carceratis præstandis.

Carceratus pauper, qui non habet expensas à suis creditoribus, habet remedium, vt cedat bonis, & liberetur à carcere. Afflic.d.decisio. 71. num.fin.

Commentariensis pro expensis, & salario custodiæ, non potest retinere carceratum relaxatum à Iudice, & hoc de iure; secùs de consuetudine. Guid. Pap.q.448. vide papon. lib.24. tit.4. arrest.1. & D.Sol.in constitut. antiq. Sabaudiæ fol.133.

Ad hæredem occisi pertinet expensas soluere factas per occisores in carcere, quando ipse hæres fuit auctor in inquirendo, & accusando, ac processum faciẽdo, & huiusmodi. Boer. decis.303.num 10.

Solicitator causæ ciuilis, vel criminalis, ad incarcerati expensas non tenetur. Franc.Marc. quæst.199.part.2.

Expensæ factæ pro carcerato in carcere, an à Fisco, vel à parte lęsa agente ciuiliter ad interesse, solui debeant, vide Papon. libr. 24. titu.4 arrest.2.

Maritus accusans vxorem de adulterio, tenetur soluere expensas ipsius vxoris, vel consentire, vt pro illis fiat alienatio partis dotis. Papon.lib.24.tit.6.arrest.2.

A carceribus, & ab arresto, quando, & quomodo rei debeant relaxari.

Cautio iuratoria an sufficiat carcerato ob mulctam ciuilem, vt à detentione carceris liberetur, vide Boe. decisio.349.

Vbi pęna imponẽda venit pecuniaria, & in eius defectũ corporalis, reus potest relaxari, datis fideiussoribus. Ozasc.decis.18. vide tamen Hiero. Mago. decis.42. Luc.Rot. Auenio.decis.5.in decisio.diuerso.To.3.Bart. in l. paratus. ff. quib. mod.pign. vel hypothe. soluat.& in l.1.ff.de custod.& exhib. reo.

Quando rei debeãt relaxari, saltem media cautione, vide D.Sol.in antiq.constitutio. Sabaudiæ glos.super 2.part.decreti, ne fuga, titu.de accusatio fo.169.Fran.Marc.q.902.& Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.303.

Pęna quando corporalis est, reus non est relaxãdus, datis fideiussoribus aut pignoribus. Oza. decis.18.Capic.decis.30.D.Sol.in dd.suis comment.glo.super 2.part.d.decreti, ne fuga, nu. fin. & Rol.consi. 38. vol. 1.vide tñ Hartma.c. 2.tit.de accusatio.lib.2.Sed tunc debet in carcere custodiri. Fran.Marc.q 681. nu.7. Verùm in aliis criminalibus causis, quis relaxandus est, datis fideiussorib. Ozas. decis.70.Bart.in l.eos, q 6.§.super his.C.de appellatio.

Accusatus de falso nõ potest sub fideiussore relaxari. Mago.decis.42.Luc.

Statutum de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimen falsi, nisi expresse dictum sit. Marc.de Mant.sing.16.

Falsarius è carceribus nõ est liberandus ob pacem, & publicam lętitiam. Menoch. de Arbit. lib.2.cas.302.num.fin.

Arbitrarium est, an quis sit fideiussoribus relaxandus. Rot.Auenio.decis.5.nume.4. in decisio.diuerso.

Faciens iniuriam Doctori non relaxatur, data cautione, sed debet detineri in carceribus vsq; ad finẽ causæ. ead.Rot.Auenio.decis.58.

Responsionibus datis per reum, Iudex deliberare debet, an ille sit carceribus custodiẽdus, vel relaxandus. D.Sol.in dd.constit.antiq.Sabaudiæ glo.super 2.parte decreti, ne fuga tit. de accusatio.fol.169.

Relaxandus est reus, vbi crimen non exigit pęnam corporis afflictiuam, vel si non constet esse culposum delicti, pro quo detinetur, & in dubio semper Iudex inclinare debet in relaxatione, vel saltem illi assignare Ciuitatem pro carcere. idem D Sol.ibid.nu.5.

Fideiussor non potest obligari ad pęnam corporalẽ rei principalis, aliquando tamẽ potest se obligare pro principali ad ipsam pęnam, vide Menoch.de Arbitra.cas.303.num.16.& 17.

Iudicis arbitrio punitur fideiussor, cùm reus sub eius fideiussione relaxatus aufugit, & qui sub certa pęna promisit reũ præsentare illã solam pęnã soluit, reo fugiẽte. Menoc.ibid. cas.304.

Fideiussor interuenire nõ potest in causa criminali, vbi debet imponi pęna mortis: sed contraria consuetudo valet. Ludo.Rom.sing.129.

Accusatus de crimine capitali carceratus, debet à carceribus (præstita cautione) relaxari ante sententiam, postquam ex probationibus illum non deliquisse cõstat. idem Roma. singul.496. Pet. de Rauen.sing.39. & Hippol. sing.381.

Carceres qui semel aufugit, postmodũ captus, fideiussoribus relaxari non debet. Ioan. Ant. Trigo.sing.48.

Quando rei debeant relaxari, vide per tot.titu. ff.de custod.& exhibitio.reo.

De

De indiciis.

INdicium esse dicitur coniectura ex probabilibus, & non necessariis orta, à quibus potest abesse veritas, sed non verisimilitudo: nã præsumptiones legum rebus non verisimilibus accommodari non debent. vide Franc. Mant. de coniect. vltima. volunt. lib. 1. tit. 1.

Indiciorum gradus qui sint, & quæ indicia sufficiant ad inquirendum, quæ ad inquisitionem formandam, quæ ad torturam, & quæ ad condemnationem, vide Clar. in sua Pract. §. fina. quæst. 20. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudię fol. 160.

Indicium duplex vehemens, & non vehemens. Boer. decis. 164. nu. 4.

Testis vnius dictũ de visu sufficit ad probãdũ indiciũ proximũ. Ozas. deci. 79. nu. 9. Gram. vot. 3. nu. 21. Mago. decis. Luc. 57. nume. 4. Barto. in l. 3. C. ad leg. Iul. Maiesta. vide Gram. decis. 28. nu. 24. & decis. 34. num. 35. Boer. decis. 163. Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 2. Hippol. sing. 342. eundem Bartol. in l. inter omnes 26. C. famil. ercis. in l. 1. & 20. ff. de quęstio. Sed indicia proxima quæ dicantur, & quę remota, vide Oza. d. decis. 79. nu. 15.

Indicia remota regulariter per duos testes probari debent. Ozas. d. decis. 79. nume. 16. vide Marc. q. 253. part. 2. & q. 285. Gram. vot. 6. nu. 6. Hippol. sing. 476. & Gram. decis. 34. nu. 35.

Dictum vnius testis ita demum facit indiciũ ad torturam, si ille sit omni exceptione maior, & cõtra ipsum nihil possit opponi, deponatque de visu, & de negotio principali, nec alię circunstantiæ resistant. Fran. Marc. quæst. 485. nu. 13. part. 1. & q. 182 par. 2. Craue. consi. 6. nu. 12. & consi. 9. num. 11. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 21. & q. 22. vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 17. Capic. decis. 126. eundem Cra. consi. 99. Rol. consi. 7. & 24. nu. 36. vol. 1. consi. 3. vol. 3. nu. 38. & consi 57. nu. 34. volum. 4. Sed quando testis dicatur omni exceptione maior, vide Marc. q. 485 nu. 13.

Vltra præmissa ad hoc, vt dictum vnius testis faciat indicium ad torturam, debent alia indicia concurrere, secundum Cassan. in consuet. Burg. tit *des Iustices* Rub. 1. §. 6. glo 3. nu. 7.

Officialis habens arbitrium ad depositionem vnius testis, etiam non omni exceptione maioris, potest inquisitum torquere, indiciis tamen præcedentibus. Gram. decis. 34. nume. 31. Menoch. de Arbitra. quæst. 84. vide Bart. in l. 3. C. ad leg. Iul. Maiest.

Testis vnius tantùm depositio, quæ potius respicit adminicula ad delictum, quam immediatè ipsum delictum, non sufficit, vt indicium faciat ad torturam. Ozas. decis. 79 nu. 31.

Testis vnus infamis (etiam in crimine lęsæ Maiestatis) vt faciat indicium ad torturam, duo requiruntur. Ozas. d. decis. 79. nu. 36.

Testis vnus instrumentarius contradicens instrumento, non facit indicium ad torturam, licèt Bald. contrarium teneat. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 105. nu. 14.

Licèt laicum non faciat probationem contra Clericum, facit tamẽ indicium ad torturam. Hippol. sing. 98.

Minor licèt non admittatur in testem in criminalibus, tamen tortus facit indicium. Bart. in l. de minore 10. ff. de quæstio.

Testes infames, seu viles, & blasphematores, licèt non probent contra inquisitum quo ad condemnationem, secùs tamen est quo ad quæstionem inferendam. Gram. decis. 11. nu. 9. decis. 34. num. 51. & vot. 25. vide nihilominus Fran. Marc. q. 182. part. 2.

Testes examinati, parte non vocata, licèt non probent, attamen faciunt argumentum, seu indicium. Gram. d. decis. 11. nu. 13. Etiam non repetiti. idem Gram. decis. 34 num. 33. Verùm quòd informationes secretæ, parte non vocata, sumptæ, nullius sint momenti, tradit Marc. q. 287. nu. fin. part. 2.

Testes examinati, qui non debuerant examinari, non faciunt indicium. Marc. q 182. nume. 5. par. 2. vide Hippo. sing. 198. Bar. in l. 1. §. diuus, & in l. maritus 20. ff. de quæstio.

Delictum non plenè probatur per ministros capientes delinquẽtem: quia solùm faciunt indicium ad torturam. Vincen. de Fran. decis. 379. part. 2.

Testes corrupti faciunt indiciũ ad torturã contra corruptorẽ. Papon. lib. 22. tit. 13. arrest. 2.

Quando probatur indicium per plures testes, non requiritur, ꝙ sint omni exceptione maiores. Craue. consi 35. nu. 19.

Testes singulares faciunt semiplenam probationem, aut saltem pręsumptionem: & potest Iudex induci ad plenè credẽdum testibus singularibus. Craue. d. consi. 35. nu. 15.

Testibus singularibus suppletur ex aliis præsumptionibus. Craue. d. consi. 35. nu. 6.

Indicia quomodo probentur, vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 22. A quibus personis, & qua solemnitate sumi debeant, vide ibid. q. 23.

Testis etiã infamis, & aliàs inhabilis, si de facto proprio attestetur, facit semiplenam probationem. Dec. consi. 363. Sed contra Dec. tenet Rol. consi. 7. vol. 1. & consi 3. vol. 3.

Veritas quando aliter haberi non potest, admittuntur testes inhabiles, sed quãdo, vide Rol. d. consi. 3. nu. 44.

De oppositionibus, quę possunt fieri contra testem in fauorem rei, vide Rol. consi. 7. volu. 1. consi 24. & 312. ibid.

Testibus deponentibus se falsum testimonium tulisse precibus alicuius, in nullo creditur: ideò illi non faciunt indicium ad torturam contra diffamatum Rol. consi. 16 vol. 1.

Inimicus testis repellitur, nec facit indicium ad torturam, quod procedit etiã in inimico reconciliato. Rol. consi. 24 vol. 1. Sed quæ, & qualis esse debeat causa, vt testis reputetur inimicus, vide ibid.

Testibus deponentibus se cognouisse talem de nocte ad vocem, quam notam illi habebant, aliqualiter diminuitur de fide. Rol. consil. 3. vol. 3. num. 42.

Periurus nõ admittitur in testem: ideò duo testes periuri deponentes de homicidio, non faciunt inditium ad torturam cõtra accusatum de ipso homicidio. Rol. consi. 57. vol. 4 vide Crauet. consi 6. num. 14.

Indicia aliàs vrgentia per singulares testes probata, sunt sufficientia ad torturam. Gram. decisio. 34. num. 30.

Probatio plena resultat contra inquisitum ex pluribus indiciis simul iunctis: quia et si non prosint singula multa iuuant, ne dum quo ad torturam, sed etiam quo ad condemnationẽ. Gram. decis. 11. num. 17. & deci. 42. vide Boe. decis 164 & Clar. in sua Pract. §. fin. q 21.

Quando testes contradicunt scripturis Notarij, an Notarius super falsitate torqueri possit, vide N.tt. consi. 392.

Testes audientes clamorem occisi, faciunt indicium, sed quale, vide Papon. libr. 24 tit. 9. arrest 6. Et de indicio duorum puerorum contra patrem, vide ibid. arrest. 7.

Licèt impuberes non sint idonei testes in maleficiis ad plenè probandum, tamen quo ad indicia possunt examinari. Guid. Pap. singul. 484 & Bar in l. cùm Syllanianum 12. C. de his, quibus vt indig. hære d. aufer. Et faciunt indicium. Capel. Thol. q 238. vide tamen Marc. q. 182. part. 2. Et quid de muliere, vide ibidem nume. 10.

Probatio per coniecturas in casibus clandestinis (veluti in furto) dicitur manifesta. Petr. Gerar. singu. 8.

Testes examinati contra vnum contra alium faciunt indicium. Bar. in l. à sententia 5. ff. de appellatio.

Depositioni factæ in tortura, licèt sit standum quando testis est contrarius, tamẽ id sanè intelligi debet, si alius nõ obstet defectus; aliàs secùs. Rol. consi. 3. nu. 50. vol. 3.

Statur primo dicto, & nõ secundo, quando primum dictum est magis verisimile, quia confirmatum, & ratificatum Rol. consi. 33.

Testis varius de iure non facit aliquam fidem, sed de cõsuetudine aliter seruatur. vide Rot. Auenio. decis. 98. in decisio. diuerso.

Confessio extraiudicialis vt indicium faciat, debet probari per duos testes. Ozas. deci. 79. nume. 29.

Ex confessione facta coram vno Iudice (postea negata) confitens potest torqueri. Papon. libro 24 tit. 9. arrest. 3.

Facta confessio coram Iudice incompetenti, facit indicium ad torturam: Boer. decisio. 90. Exceptis certis casibus, de quibus vide per Rol. consi. 31. vol. 3. Sed quid in extraiudiciali, vide Boer. d. decis. 90. Aegid. Bellam. consil. 720. Bar. in l. 5 ff. de his, qui nota. infa. Hippol. sing. 310. Io. Ant. Trig. sing. 43. Aluis. de Albe. sing 66. & Guid. Pap. q. 120.

Si confessio facta extra iudicium fuerit reuocata (quod fieri potest etiam nullo probato errore. Io. de Arno. sing. 94.) an faciat indiciũ ad torturam, vide Boer. d. decis. 90. nu. 9. Pro negatiua, tenent Hippol. sing. 310. & Io. Ant. Trig sing. 43.

Confessio extraiudicialis perfectè probata in sua specie, facit indicium ad torturam: secùs si solum esset probata in genere: quia debet esse certa, & liquida. Ludo. à Pegue. i suis quęstio. crimin cap. 17. Et tunc non solum facit indicium ad torturam, sed etiam plenam fidem. Hippol. si g. 594.

Socij criminis (licèt plures) inculpantes nominatim vnum, non tantum probant, quantum probaret dictum vnius testis de visu, qui facit sufficiens indicium. Gram. decis. 28 nu. 18.

Ad hoc vt credatur participi criminis, etiamq in casibus exceptis, vltra alia adminicula, & cõiecturas, requiritur, vel quòd ex numero testium, vel ex eorum qualitate, aut ex persona eorum, contra quos illi deponunt, verisimiliter sit eos non mentiri Rol. cõsi. 73. n. 25.

Socius criminis non admittitur contra socium, nisi vbi aliter veritas haberi nõ possit, actu, nec habitu. Rol. d. consi. 73. nu. 26.

Ex indiciis præsumitur, an emptor rei furtiuæ fuerit sciens, vel ignorans. Bartol. in l. 2. C. de furtis.

Socij criminis inhabilitas ad probandum, diluitur per reuelationem criminis. Ozasc. decis. 79 num. 7.

De se confessus in tormentis, nõ debet torqueri in alium, nec creditur eius testimonio. l. accusationis 17. C. de accusatio.

Socius criminis non facit indicium ad torturam, etiam in casibus exceptis, in quibus de consociis interrogari potest, nisi id deponat in tortura, & in depositione perseueret.

Ozasc.decis.79.num.37.Marc.quæst.325.par.2. Rolan.consi.51.num 26. & consi.73 nume.22. vide Clar.in sua Pract.crimin.§.fi.q.21.Et adsint alia indicia.Gram.decisio.28. num.10.14. 16. & 17. Tamen licèt non faciat indicium ad torturam, facit nihilominus qualemqualem præsumptionem, & iuncta alia præsumptione, resultat sufficiens indicium ad ipsam torturam:idem,si essent duo, aut tres socij. Boe. decis.319.vide Fran.Marc.q.183.num.12 par. 2.Craue.consi.178. Rolan.consi.37. volum. 1. nu.20.& consi.57.vol.4. num.37. Hippol.sing. 209.& Clar.in d.§.fin.q 21.

Inculpatio socij in certis casibus specialibus,facit indicium ad torturam. vide Marc. q 250. num.fin.part.2.Papon.lib.24 tit.8.arrest.5.Ludo.à Pegue.in suis quæstio.crimin.cap.5.Aliis tamen adminiculis concurrentibus, & non aliter.Gram.vot.6.

Etiam in casibus, in quibus particeps criminis admittitur in testimonium contra socios, dictum illius facit solùm qualemqualem præsumptionem,quæ non est sufficiens ad torturam.Gom.Leo.decis 28.in decisio.diuerso.vide Ludo.à Pegue.in suis quæstio. crimin. cap. 5.Gram decis.28.nu.20. Nisi alia indicia præcedant.idem Gram.decis.56.

Socius criminis regulariter de consocijs interrogari non potest,nec facit indiciũ ad inquirendum.Maran.in suo Spec.de ordin.iudicio. part.6.tit. et peruenitur al quando per viam inquisitionis,nu.23.Dec.consi.189.nu 9. Hippol.sing.209 vide Gram.decis.28.nu.19 & 22. Clar.d.q.21.Fallit in pluribus casibus,in quib. quid debeant obseruare Iudex,reus,& interrogatus, & de materia vide fusè per Ludo. à Pegue.in suis quæstio.crimin.cap.5.& 37.

Quale indiciũ faciat socius criminis, vide Natt. consi.298. & consi.668. Rolan.consi.16.51. & 73.volum.1.

Quando socius criminis aliàs non est idoneus testis (veluti si esset periurus) non facit præsumptionem ad inquirendum. Rol. consi.57. num. 24. vol.4. Vel aliàs fuerit infamatus de alio delicto. idem Rol.consi.73. nu.24. vol.4. & consi.3.nu.51.vol.3. Sed quid de socio criminis,qui aliquem inculpauerat, & postea quãdo erat moriturus in furca, illum exculpauerit,vide Hippol.sing.382.

Assertioni mandatarij, & dicto creditur contra assassinum mandantem, aliis concurrentibus. Gram. vot.32. Sed quando illi non creditur, vide ibid. num.8. Verùm quale indiciũ faciat mandatarius contra mandantem, deponens de mandato occidendi, vide Rolan. consi.14 vol.4.

Indicium ad torturam contra mandantem videtur sufficere, quando mandans visus fuit propè locum cędis.Natt.consil.422.nume.22. Vel erat solitus similia perpetrare. idem ibi. nume.24.

Mandatum an inducatur, si dominus famulo dicat, nunquam reuertaris domum, nisi sentiam nouam de iniuria tibi facta, vide Ludo. Roma sing.719.

Si quis allocutus fuerit aliquem ad aurem, qui statim commiserit homicidiũ probatum per famam, an illud præsumatur factum de consilio alloquentis, vide Barto.in l.si ventri 8 §. eorum.ff.de priuileg.credito.

Assertioni vulnerati constituti in articulo mortis,& dicenti se vulneratum ab aliquo, an sit standum, vide Gramma. decisio.42. nume.7. Pet.Gerar.sing 55.& Clar.in sua Pract.crimin. §.fin.quæst.21.Pro parte negatiua scripserunt Boer. decisio. 90. nume. 7. Rolan. consil.37. volum. 2. Natt. consi.354. & Marc. de Mant. singul. 249 Tamen quòd talis assertio faciat indicium ad torturam, tradunt Gram. d.decisio.42.nume.9. Dec.consi 363 Hippol.sing. 22.& sing.516. & Amanel de Clarisaquis sing. 36.Concurrentibus aliis indiciis. Ioseph. Ludo.decisio. Luc.62. Aliàs inculpatio defuncti non facit indicium ad torturam, sed solùm ad inquirendum. Rot. Auenio.decisio 93 nu. 5. & 7. in decisio. diuerso.Tom.3.Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap 17 nume. 5. Et ita non esse credendum assertioni moribundi,pronunciauit Senatus Medio. vt testatur Alexand. Raud. tractat. de Analog cap. 31.num.38. Licèt constitutus in articulo mortis non præsumatur mentiri.Gramm.decisio. 34.nume.38.

Indicium tollitur ex eo, quòd quis fuerit in actis pronunciatus bonæ vocis, conditionis, & famæ. Ozasc. decisio. 72. nume.fin. Bartol. in l. 3. §. sed & si ex. ff. de re milit. Gramma. decisio. 60. nume. 12. & Franc. Marc. quæst. 282.part.2.

Indicia qualiter elidantur per cõtraria pro reo facientia,vide Boer.decisio.165.Gram.vot.3. & 30.Marc.quæst.282.Ias.in l.is potest, nu.82. ff.de acquir.hæred.

Tortura non est danda, stantibus indiciis pro, & contrà. Boer. d.decisio.165. nume.fin.vide Grant. vot.34. nume.20. Menoch.consil.283. libr.3. Crauet. consi.6. nu.40. & Natt. consil. 362.nume.14.

Experientia per diuinationem indicium non facit.Marc.q.183.nu.fin.part.2.

Vnum indicium ad torturam non sufficit. Marc. q.253.part. 2. Quando agitur contra personam honestam. Crauet. consi. 244. nume. 8. Aliàs secùs. idem Craue. consi. 35. Guid.Pap. sing.

sing.490.Anton.Columb.sing.5. & Bar. in l.3. C.ad leg.Iul.Maiest.

Indicia contraria purgantur, per indicia consanguinitatis,& amicitiæ, iuncta bona fama. Franc.Marc.q.325.par.2.

Depositiones testium tormentatorum absque indiciis nihil valent, nec faciunt indicium contra illum,contra quem deponunt.Gram. vot.6.num. 10.

Morientis,seu offensi exculpatio in fauorem alicuius inculpati, contra quem erant indicia, facit præsumptionem innocentię Gram.vot. 3.num.5. & vot.24.num.14.vide Petr.Gerard. sing. 55.

Accommodatio armorum non est sufficiens indicium,nisi simul probetur dolus. Papon.lib. 24.tit.8 arrest.4.

Vna præsumptio tollit alteram, & fortior tollit debiliorem:& illa dicitur fortior,quæ est pro reo. Crau.consi.8 nu.9 & consi.99. vide Rol. cons.7.volu.1.& Ias.in l.1.num.11.C.commu. de lega.

Sicut ad condemnandum in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores,ita indicia in sua specie,& genere suo ad torturam, debent esse clara,& talia, quæ de iure subsistant: nam indicia debent esse certa,verisimilia, & probabiliter concludentia, adeò quòd Iudex sit quasi certus.Rol. consi. 24.num.23.vol.1.consi.3.vol.3 Menoch.cons. 283.lib.3.& Craue.consi 6.nu.12.

Reus probans fuisse alio loco longè distanti à loco delicti,se purgat ab indiciis.Marc.q.282 part.2.

Indicia licèt sint arbitraria, attamen debent esse legitima,& iuri conformia, ab illoque approbata.Ozal decis.79.num. 56.

Indicia sufficientia ad torturã, quę sint, & qualia esse debeãt,vide B[illegible].in l.qui sine 22. ff de quæstio.Menoch de Arbitr.li.2.cas.270.Crau. consi 99.& consi.260.Dec.consi.363.& Illa esse arbitraria,tradunt Franc. Marc. q. 904. & Marc.de Mant.sing. 3.

Quando indicia sunt remota,plura requiruntur antequam perueniatur ad torturam; secùs si sint propinqua.Marc.q 99.part.2.

Contumax super inquisitione delicti,ex illa cõtumacia potest torqueri. Gramm.decisio.11. num. 15. vide Boer.decisio.163.num. 5. Ideò bannitus pro delicto, circunscriptis cęteris indiciis, habet indicium contra se ad torturam.Gramm.decisio.34 num.50. Hippol.singul 117.vide Clar.in sua Pract.§.fi.q.64.& Rolan.consi.12.vol 3.

Sanguis ex occiso fluens in præsentia accusati, est indicium sufficiens ad torturam.Boe.dec. 166.vide Frã.Marc.q 183.par.1.& q.190.par. 2.Papon.lib.24.tit.9 arrest.5. Raud. tracta. de Analog.cap.31.nu.43.& Perillust.D. P.Tessau. decisio.173. Et contrà, facit ad excusationẽ inquisiti.Marc.dd.qq 183 & 190.

Fugiens cum gladio euaginato facit, vt illa fuga arguat homicidium, de quo postea fiebat inquisitio. Gram.decis.42. num. 4. vide Bart. in l.fur 3.ff.de furtis. Et torturæ indicium est sufficiens,si quis cum gladio euaginato visus sit fugere de domo occisi. Boer.deci.166.nu. 2. Sed quid,si quis visus fuerit cũ gladio sanguinolento, vide Clar.in sua Pract. crimin. §. fin. q.21.vers.si aliquis.

Minæ faciunt indicium ad torturam; itẽm effigies,seu forma pedum illius, qui inculpatur, facta comparatione;itẽm quando fur dimisisset in loco delicti sotularem. Boe.deci.166.

Vestis omissa,vel aliud indumentum repertum apud occisum,facit indicium ad torturam cõtra eum,cuius erat vestis. Papon.libr.24.titu. 9 arrest.4. Sed de pluribus aliis indiciis, quæ possunt adduci contra delinquentem,vide ibid.arrest.5.& Raud.tract.de Analog.cap.31. num. 48.

Quando minæ, & alia iactantia faciant indicia ad torturam,vide Mago.decisio.Luc. 89 Ludo.à Pegue.in suis quæstio.cap. 17. nume. 11. Clar.in sua Pract.§ fina. q.21. vers.minæ,& D. P.Tessau.decisio.24.

Minæ cum inimicia, faciunt indicium ad torturam,imò minis,odio,& maleficio statim secuto concurrẽtibus, delictum plenè probatur. Crau.consi.35.vide Natt.consi.42.& 43.Tom. 1. Et quid factum præsumitur in executionẽ minarum præcedentium.vide Crau.d. consil. 35.num. 16.

Minæ ita demum faciunt pręsumptionem,quando sunt factæ in specie, & inde perpetratum fuit delictum.Dec.consi.189.nume.14. Prout minæ sonabant, & vbi quis consueuit minas exequi. vide Natt.consi 42.& 43.Tom.1.

Ex iactantia cuiusque indicium potest sumi ad torturam sufficiens, quod tamen Iudicis arbitrio relinquitur.Marc.de Mant.sing.305.

Si aliquis minatus fuerit alteri mortem,vel verbera, & postea talis minatus repertus fuerit mortuus, ex istis resultat præsumptio contra minantem,ex qua poterit torqueri. Hartma. cap.4.tit.de præsumptio.lib.1.

Contra Notarios possunt adduci decem indicia ad detegendas falsitates, de quibus per Ioseph.Ludo.decis.Luc.13.

Fama sola non facit sufficiens indicium ad torturam. Capel.Tholos.quæstio.380.num.fin.in additio. Natt. consil. 362. nume. 7. Hippol. singul. 97.vide Gramma. vot.32. num. 3 Lud. à Pegue. in suis quæstionib. criminal.cap. 17.

num.11.& supra tit.de voce,& fama.

Fuga,& fama quam probationem faciant,& indicia,vide Marc.q.184.par.2.Crau.conf. 260. Et de indicio resultante ex fuga vide infra titul. prox.

Quæ requirantur, vt quis dicatur esse malæ vocis,conditionis,& famæ,vide Natt.conf. 362. numero 7.

Fama vehemens sola facit indicium ad torturam.Hippol.singu.97.Gram.decisio. 34.num. 52. vide Clar.in sua Pract.crim.§.fi. q.21.

Indicium ad torturã habetur ex eo, quòd quis est malæ conditionis, & famæ,& conuersatur in domo, in qua furtum fuerat commissum. Natt.consi.422.num.23.

Vehemens infamia etiam sine alio indicio,sufficit ad torturam.Hippol.sing.205.num.4.

Testes vbi ĩ aliqua causa sunt de visu, & aliquĩ de fama publica, si deponẽtes de visu repulsent,illi,qui de fama publica deposuerũt,nõ erunt sufficientes ad torturam.Gramma.decisio.34.num.54.

Indicium ad torturam,an resultet ex dicto inimici non capitalis deponentis de visu, relinquitur arbitrio Iudicis. Gramma.decisio. 34. numero 29.

Inimicus occisi si apparatum fecerit, & præter cõsuetudinem per loca insolita visus sit deambulare, suspicione non caret. Marc. quæstio.181.nu.10 part 2.

Quod indicium faciat pax facta cũ offenso,vide per Clar.in sua Practic.§.final.quæstio. 21. vers.pax.

Inimicitia an sit indicium sufficiens ad torturã, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.24.

De indicio resultante ex inimicitia vide per Ludo.à Pegue.in suis quæst.cap.17.nu.8. & Clar. d.quæst.21.

Homo,qui inimicum capitalem habebat, si in via occisus inueniat̃, & ignoretur à quo fuerit occisus, præsumit̃ ab inimico interfectus, quo ad torturam.Marc.q.766. par.2.

Inimicus præsumitur dedisse damnum, vbi de malefactore non constat. Crau. consi.35.n.3.

Contra inimicum lex præsumit omne malum. Gram.vot.30.Tamen inimicitiç indicium nõ est sufficiens ad torturam. Gram.ibid. nu. 20. vide Ozas.decis.79. num. 6. Nisi illa esset capitalis,vel fuerit quæstio omnium bonorum, aut maioris partis.Natt.consi. 499. num. 6. & Gram.decis.28.num.5.

Ex quibus contrariis coniecturis possit tolli indicium inimicitiæ, vide eundem Gram. vot. 34.num. 4.

Inimicus præsumitur is, qui mihi non loquitur, cùm esset consuetus loqui, & potest torqueri,quando quis est interfectus, & ignoratur à quo.Natt.consi.422.num. 19. & 20. Nam coniectura commissi criminis adeò vrgens oritur ex inimicitia,vt illa sufficiens sit ad torturam. Menoch.consi.384.nu.5.lib.4.

Filius faciens homicidium de persona,quæ patri iniuriam intulerat,non præsumitur facere de mandato patris, nisi homicidium fuisset perpetratum,patre præsente.vide Natt.consilio 499.

Inimicus capitalis dicitur is, contra quem fuit exposita q̃rela: & inimicitia capitalis sufficit ad indicium torturæ,& colligitur ex iuris prę sumptione inter litigantes.Gramm.decis.33. nu.5.6.& 8.

Trepidatio, inconstantia, & titubatio, faciunt indicium contra inquisitum: item erubescere,pallere, & inconstanter loqui, sunt signa malæ conscientiæ.Gram.vot.30.

Indicium quid propriè appelletur: & indicia quando dicantur sufficientia ad torturã,non potest dari reg. certa, sed omnia sunt relinquenda Iudicis arbitrio.Mysing.obserua. 97. cent. 6.

Voluntas hominis ex verbis declaratur,& in illis consistit, sicut facies in speculo, & in ore. Craue.consi.35.num.6.

Dolus arguitur ex qualitate temporis contra eum, qui aliquid agit tempore nocturno. Crauet.ibid.num.11.

Indicium ad torturam minus est,quàm semiplena probatio, imò minus quàm præsumptio: ideò torqueri quis potest ex præsumptionib. Craue.d.consi.35.num.17.vide Bart.sing.66. Sed indicium quando faciat semiplenã probationem,vide Bar.in l.admonendi 31.num. 47.ff.de iureiuran.

Ex conuersatione mala, malè præsumitur contra aliquem.Crau.consi.220.nu.10.& 12.

Homicidium præsumit[illegible] perpetrasse vicinus in dubio, & damnum dedisse viatori. Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.222.

Animus deliberatus,atque cogitatus occidendi,quibus indiciis,& coniecturis probetur,vide Menoch.ibid.cas.361.

Homicidium præsumitur ex præcedenti tractatu de occidendo.Menoc.ibi.cas.470.nu.21.

Argumentum à communiter accidentibus in ciuilibus,& criminalibus, adeò validum est, quod faciat indicium indubitatum. Hippol. singul. 1.

Interfectus si quis reperiatur, & ignoretur per quem,præsumptio est contra illum, qui circa eum esse consueuerat. Amanel de Clarisaq. sing. 47.

Reuersus sine socio,qui ignoratur vbi sit,habet præsumptionem homicidij contra se. idem singul.49.

Duæ

Duæ præsumptiones cum aliis indiciis in criminalibus, faciunt plenam probationem. Bar. in l.2.§.ætas ff. de excusa. tutor.

Interfectus ante domum alicuius, ibid. præsumitur interfectus, & est præsumptio contra dominum domus. Barto. in l.3. ff. de via publ. & itiner. publ. reficie.

Muliere noctu interfecta, est præsumptio cōtra maritum, vt is illā occiderit: ideò concurrentibus aliquibus indiciis, poterit torqueri. Boe. decisio. 261.

Mendacium & variatio, quando faciāt indiciū ad torturā, vide Ozas. decis. 79. nu. 17. & Marc. q. 92. part. 2.

Indicium sufficiens ad torturam nō facit inquisiti mendacium Natt. consi. 499. nu. 7. Verùm indicium facere mendacium, inconstantiam, vacillationem, & trepidationem, tradit Clar. in sua Pract. §. fi. q. 21. vers. mendacium, vide. Perillust. D. P. Tesiau. decis. 24.

Inimicos testes allegans inquisitus, antequam torqueatur, debet offerre, & probare ipsam inimicitiam incontinenti. Gram. decisio. 34. nume. 10.

Dum quis condemnatur ex præsumptione iuris de crimine grauissimo, dicitur condemnari ex violenta præsumptione. Gram. decis. 42. Et tunc debet condemnatio multum temperari. Gram. ibid.

Indicia coniunguntur, quando tendunt ad vnū totum; aliàs secùs. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 13. nu. 49. vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 17.

Indicia ad torturam debent esse grauia, quādo reus habet aliqua indicia pro se. Natt. consi. 394. Vbi plenè de oppositionibus, quæ possunt fieri contra testes ad euadendam torturam, vide Perillust. D. P Tesiau. decis. 24.

Indiciorum, & informationum copia, danda est reo, vt se defendat. D. Sol. in constitut. antiq. Sabaudiæ glo. 4 super decreto, iuxta, tit. de accusatio. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q 78. & Bar. in l. quæ fine 21 ff. de quæstio.

Furtum si sit factū in apotheca, quæ sit intra domum; ex hoc non resultat sufficiēs indicium ad torturam contra illos de domo, nisi sint malæ vocis, conditionis, & famæ. Natt. consil. 361. Rol. consi. 45. vol. 1. nu. 42. Sed quid, si res furtiua reperiatur penes aliquē, & an ex hoc resultet indicium ad torturam, vide Rol. ibid. nu. 39 & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 21.

Experientiæ, quæ fiunt ad inueniendum furtū, non sunt ad torturā sufficientes, licèt permittatur Iudici facere ipsas experientias naturales (pro delicti inuestigatione) non maleficas. Fran. Marc. q. 516. nu. 14.

De fuga, & indicio ex illa prouenięte.

Fuga delinquentis an, & quando faciat indicium ad torturā, vide Mysing. obser. 98. cen. 6 Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 17. nu. 3. Boer. decis. 215. Hippol. sing. 497. & Mathe., Mathes. sing. 145.

Fuga ante inquisitionem facit indicium ad torturam: secùs esset si metu criminis post factā inquisitionem quis aufugeret, vel si ante inquisitionē subesset iustus timor, vel suspicio vehemēs futuræ accusationis. Andr. Gail. obser. 109 nume. 6. lib. 2. Mysing obser. 98. cent. 6. Ludo. à Pegue. d. cap. 17 nume. 30. Ideò quod dicitur ex fuga induci præsumptionem contra fugientem de delicto, debet limitari, quādo quis postquam fuit de crimine accusatus, quo venit imponenda pęna sanguinis, aufugit, vel stetit cautus per Ciuitatē: talis enim excusandus est, quia iustè facit timendo pęnam sanguinis. Math. Mathes. sing. 145. vide Hippol. sing. 115.

Fuga proueniens post delictum, præsumptionē, & indicium facit. Fran. Marc. q. 626. nu. 4. part. 2. Et facit quem suspectum, ita vt stetur sacramento actoris contra eum. Bar. in §. iubemus. Authen. de collatio.

Fugiens an habeatur pro conuicto, & confesso, vide Boer. decis. 215.

Fuga Officialis facit eum pro confesso haberi. Iaff. Lanf. Balb. decis. 102. Barto. sing. 137. vide Hippol. sing. 115.

Si ille, qui dicitur commisisse crimen aufugerit, timens ne caperetur, vel poneretur ad torturam, & obid Iudex illum pro confesso habuerit, & cōdemnauerit, si ex postfacto captus neget se tale crimen commisisse, & de hoc offerat probationes, audiri debet: quia sola fuga non videtur sufficiens ad condemnationem, nisi præsumptio doli de iure ad illam sufficeret. idem Iaff decis. 167.

Fuga purgatur per reuersionem. Boer. decisio. 215. nu. 26. Et fugere non dicitur qui vadit ad Superiorem, nu 28. ibid.

Iudicis incompetentia à suspecto de fuga, allegari non potest ad inualidandam capturam. Cabal. millelog. 71.

Fuga quando præsumptionem aliquam, aut indicium contra aliquem inducit, talis præsumptio è fuga capta, fugientis iuramento tollitur. Hippol. sing. 115.

Fuga quale indicium faciat, vel ad inquirendū, aut ad torturam, vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 21.

Fuga delinquentis contra illum facit indicium,

& tribus modis opponitur cõtra fugientem, de quibus vide per Clar.in d.q.21.

Debitor suspectus de fuga quis dicatur, quomodo debitoris fugitiui suspicio probet, & quo ordine cõtra illum procedatur, vide Menoc. de Arbitra.lib.2.cent.1.cas.87.Et an contra illum possit procedi ad capturam,vide eundẽ ibid.& supra tit.de executio.personali.

Fuga sola non est sufficiens probatio maleficij. Bart.in l.3 §.vtrum.ff.ad Senatusconsul.Sylla. tamen vide eundem in l.lege Cornelia 25. ibid.Et fuga quid operetur, vide etiam eundem Bart.in l.diuus 6.nume.4.ff.de custod. & exhib.reo.

Qui,ruptis carceribus,aufugiunt, puniuntur de effractione carceris,vide Bart.in l.13.eod.tit. & supra tit. de effract.carcer.

Delicta an ex fuga præsumantur, vide Bart.in l. 1.ff.de bon.eoru.qui ante sententiam.

De quæstionibus, & tormentis.

De indiciis, ex quibus peruenitur ad quæstionem vide supra in duobus tit.prox.

Si tres socij criminis deposuerint cõtra aliquem consocium,tunc solùm faciunt indicium ad torturam, qua data, si tortus illam sustinuerit,debet absolui: quia illa indicia remanent purgata per ipsam torturam, per quam etiã plena probatio tollitur. Boer.decis.319.nu.fin.vide Ioseph.Ludo.decis.Luc.13.nu.64.Craue.consi.178.num.10.& consi 287. & Clar.in sua Pract.§.fin.q 64. Tamen si adsint plenæ probationes,quod tunc tortus possit nihilominus condemnari, tradunt Fran.Marc.q.156.par.2.Hippol.sing.108. vide Papon.lib.24.tit 9.arrest.1. Ideò ad hanc difficultatem tollendam hoc casu solent Iudices protestari in tortura,illã inferre sine præiudicio probationum.Marc.d.q.156.Et quòd torquent ad sciendum cõplices, & alias qualitates delicti.Gram.decisio.96.vide Ioseph. Ludo.d.decis.Luc.13.nu 62.Qua protestatione saluantur probationes,quę aliàs eliderentur. Ioan.de Arno.sing 98.

Socius criminis non potest torqueri cõtra alios in delictis,quę non committuntur absque sociis, vel principaliter in offensam, & odium alterius.Gram.decis.28.nu.13.

Inculpatio socij criminis non facit quem torqueri,nisi concurrentibus aliis indiciis,etiam si inculpatus esset malæ conditionis,& famæ. ibid.num.17.vide supra tit.de indiciis.

De crimine inquisitus, & ob vehementia indicia tortus,non tamen confessus, quando definitiuè sit absoluẽdus,vel solùm ab obseruatione indicij,& de differentia harum sententiarum,vide Mysing.obser.12.cent.2.

Bis tortus,& perseuerans in negatiua in tormẽtis est indistinctè absoluẽdus. Mago.decis.89.

Indicia quando per torturam censeantur purgata,vide Menoch. de Arbitra. lib.2.cas.273.

Per torturam reiteratam, videntur elisa,& eneruata indicia,& probationes: nã probatio tollitur per tormenta tanquam quasi vera non fuerit,& quatenus omnino nõ tollatur, pęna, saltem debet moderari, & mutari de corporali in pecuniariam.Gram.decis.8.

Tortus si nihil cõfessus fuerit,debet censeri purgatus, quia puram veritatẽ dixisse videatur, & est beatus homo ille, qui se omnino continere potest in tormentis, propterea debet absolui, & melior quàm ante accusationem debet reputari.Gram.decis.96.vide Boe.decis. 163. Et fides torti augetur per torturam. Gram.vot.3.nu.17.

Semel tortus negans nõ debet amplius torqueri.Boer.d.decis.163.nu.9.vide tamen ibid.nu. 18.& Marc.q.279.part.2. Mago.decis.89. Luc. Rot.Auenio.decis.15. in decisio.diuers.To.3. Tortura enim nõ debet repeti, etiam vbi essent plura vehementia indicia, vel probationes, ex quibus possit ferri sententia condemnatoria.Boer.ibid.nu.12.

Reus,qui paulo post quæstionem negat,an indicium faciat ad hoc,vt quæstio repetatur,etiã si non superuenerint noua indicia, & quid, si crimen sit atrox, & tortus robustus, quo casu etiam tondi potest,& quare,vide Fran.Marc. q.155.part.2.& Papon.lib.24.tit.9.arrest.2.

Torqueri quis non potest vltra tertiam vicem. Gram. vot.6.num.17.18. & Papon.lib.24.tit.9, arrest 2.

Semel tortus amplius torqueri non debet, nisi ex nouis indiciis. Craue.consi.287. nume.fin. Marc.q.155.par.2.Henric. Boer.in suis singul. tit.carcer,& tortura,nu.5. Tamen omnia esse relinquenda Iudicis arbitrio,docet Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 272. vide Marc. quæst. 253.part.2.

Varius in tortura absque nouis indiciis potest de nouo torqueri.Hippol.sing.103.

Ad torturam nunquam peruenitur, nisi in subsidium, & quando veritas aliter haberi nõ potest.Boer.decis.163. Craue.consi.287. Clar.in sua Pract.q 64.vide tamen Fran. Marc.q.904. part.1.& q.156.part.2.Gram.vot.1.& 2. Bar.in l.1.C.de iureiuran.propter calum. dand. Ideò fatuus est Iudex, qui malefactorem torquet super plenè probatis, solùm.n.debet illũ torquere super aliis. vide Boer. d. decis.163. nu 13. Nam absque tortura condemnari quis potest (licèt non fateatur) si fuerit superatus testibus.

stibus.idem Boer.ibid.nume 16 & decis.319. Ioseph Ludo.deci.Luc.13.nu 60 DD.de Rot. decis.1 de hæreti.in antiq. alias 675. & Marc. quæst 904.

Iudex habens aliunde plenas probationes, pec cat torquendo reum.Maran.in suo Spec. par. 6.titu. & demum fertur sententia, nume. 11. fol.439.

Inquisitus confitens delicta, de quibus indicia vrgebant, potest (de generali consuetudine Italiæ) de cæteris interrogari, & torqueri, de quibus indicia non vrgēt. Gram.decis.34 nu. 34. & vot. 13 Ideò confitens vnum furtum in tortura, præcedentibus legitimis indiciis, data, potest de iure torqueri, & interrogari de aliis furtis, seu delictis, de quibus nulla extarent indicia.idem Gram.decis.48.

Confitens commisisse delictum ad sui defensionem, an possit torqueri super qualitate adiecta, vide Gram.vot.2 & 24.

Confitens homicidium cum qualitate defensionis, potest torqueri super furto sibi obiecto, etiam non existentibus indiciis ipsius furti, quod procedit de consuetudine; secùs de iuris subtilitate.Gram.vot.13.

Iudices malitiosi, qui sub clipeo interrogandi reos de complicibus, illos interrogāt de delicto principali, malè agunt. Ioseph Ludo.decis.Luc.13.nu.63.

Interrogari quis non debet in tortura de aliquo nominatim.Bar.in l.prius 17.ff.ad Syllan.

Si Iudex dedisset torturam alicui, non præcedētibus legitimis indiciis, & talis tortus confessus fuerit delictum, nunquam ex ipsa confessione (etiam milies ratificata) similis cōfessus poterit condemnari. Hippol. de Mar.in l. 1.ff.de quæstio. & consi 8. nu.7. inter consilia crimina. & Marc. q 60 part.2. vide infra titu. prox. Ea ratione, quia ad torturam nō debet deueniri, nisi præcedentibus legitimis indiciis.l.1.§.item illud, & ibid. gloss ff.ad Syllan. Boer.decis.163 Capic.decis 126.nu.4. Papon. lib.24 titu 9. arrest 2.cùm in cap 6.ex.de reg. iur. Et dictum procedit, etiam in crimine lęsæ Maiestatis.Ozas.decis.79 num.14. Menoc.de Arbitra.lib.1 q 83 & Hippol sing 117. (vide tamen Boer.d.decis 163 & Hippol. d.sing.117. qui limitant dictum) Nec quæstio postea iustificatur, superuenientibus indiciis. Marc. q. 287.part.2.

Confessio facta in tormentis, non præcedentibus indiciis, licèt postea sit ratificata, non nocet confitenti.Capic.decis.145.nu.fin.

Accusatus de homicidio, qui nunquam voluit deponere vt principalis, nec examinari, torqueri potest, non ad eruendam confessionē, sed responsionē negatiuam, vel affirmatiuā, & hoc casu tortura irrogatur, nullis præcedentibus indiciis Capic.d.decis 145.

Vt possit quæstio inferri, quæ pcedere debeant, vide Marc.q 904.

Ante torturam dilationes dandæ sunt sui purgādi gratia: & in tormētis certa regula dari nō potest Fran Marc.d.q 904.

Debet constare de delicto antequam inferatur tortura.idem Marc.q 92 part.2.nu 8.& q.181. Craue.consi.260. Sed quomodo dictum intelligi debeat, vide Craue.consi.287. nu.3. Clar. q.64.& Menoch.consi.283.nu.11.

Pęnæ, quæ immineant Iudici, quando tortus in tormentis moritur, vide Marc.q.98 part.2.

Reus quia tortura appellauit, non prius torturę subiiciēdus est, quàm id, de quo appellatum est, iudicatum fuerit.Marc.q 278. part.2.

Quando ab ordinata tortura reus nō appellat, appellando in tormentis, ab illis non receditur.Papon.lib.24.tit.9.arrest.5. & 13.

Tortura reo inferri non debet, nisi prius pronūcietur à Iudice reum esse torquendum, à qua pronunciatione poterit appellare. Io.de Arnono sing.39.

Ad torturam non peruenitur, etiam existentibus indiciis, vbi allegatur talis defensio, quæ si esset probata, cessaret tortura, sed eo casu debet differri. Gram.vot.3.nu.fin.

Tortura inferri non debet, nisi præcedentibus indiciis, sed quid in atrocioribus, si reus sit malæ famæ, & solitus delinquere, vel bannitus, & condemnatus in contumaciam, vide Clar.in sua Pract.crimin quæst.64 & Rol.cōsi. 12.volum.3.

Iudicem habentē arbitrium procedendi in causis criminalibus, non posse reum torquere, nō præcedentibus indiciis, tradit Menoc.de Arbitra.lib.1 q. quæst.84. Rolan. consi.12. vol.3. & consi 57.vol.4.

Bénitus, & admissus ad nouas defensiones torqueri potest, nullis præcedentibus indiciis. Menoch.ibid.d.q.84.nu.7.& Hippol. sing.117. Idem in fure insigni.Menoch. ibid.

Iudices debent cauere, ne de facili prorumpāt ad torturam: nam Iudex torquens indebitè inquisitum, si dolosè id egerit, pęna capitali punitur Rol.cōsi.12.vol.3.(vbi plenè) & Fran. Marc.q 279 part.2.

In materia quæstionis Iudex iuris, & humanitatis rationem habere debent.Marc. d. q 279. Aliquādo tamē in criminibus grauibus, & ex rescripto Principis, licet iura trāsgredi, sed vide Rolan.d.consi.12.vol.3. Aliàs Princeps de potestate ordinaria, nō potest mandare quē torqueri absque indiciis.Gram.vot.30.nu.13. & vot 32.& 34.nu.10.

Quando Iudex mandat, vt procedatur contra aliquem

aliquem inquisitum ad torturam, quomodo illius rescriptum sit accipiendum,& interpretandum, vide eundem Rol. d.consi.12. nu.48.
Quis non debet torqueri ante litem contestatam. Bart.in l.33.ff.ad leg.Iul.de adult.
Iudex nō potest procedere ad torturam, vel ad tormenta alia, nisi assignet termiuum partibus ad reprobandum testes. Barto. consi 95. vol.2.num.3.
Quæstio, non nisi post processus publicationē, dari debet, Fran.Marc.q 60.part.2.
Tortura an possit inculpato infligi ex processu informatiuo, non data copia, vel facta repetitione, seruatis seruandis, vide distinctionē traditā per Affli.decis. 391. de qua quæstione vide per Marc.q.60.part.2.Gram.vot.3.nu.22. & decis.34 num.33.Boer.decis.163.nu.8.Oza. decis.79.num.2.& 19. Rot.Auenio.decis.15.in decisio.diuerso.Tom.3.Rol.consi.12.num.36. 42.& 88.Henric.Boer.in suis singul.tit.carcer, nu.5.& supra tit.de indiciis.
Impuberes, aut senes non debent quæstioni subiici ꝓ quouis facto.Guliel.de Ludo sing.1. Nam senex in causis criminalibus torqueri non potest.Ozas.decisio.123.Hoc verum, si sit decrepitus ætatis 70.ann. Gram. decis.34.nu. 5. Totum tamen negotium relinquitur arbitrio Iudicis.Ioseph. Ludo.decis.Luc.13.nu.52.
Minor an torqueri possit,& qualiter, vide Affli. decis. 208. Sed in delictis an omnes possint torqueri, casu exigente, vide Ioan.Gal.q.46. in decisio.diuerso.
Tortura non infertur, quando delictum non ingerit pęnam tortura maiorem. Capic. decis. 126.nu.5 Et cessat tortura, vbi de crimine ciuiliter agitur.Craue.consi.137.nu.11.
Quando constat de furto, sed non de quantitate pecuniæ sublatę, non est procedendum ad torturam pro quantitate pecuniæ indicanda, sed præstandum est iuramentum in litem super ipsa quantitate: fallit, quando reus soluēdo non esset.Craue.consi.287.
Tortura non est inferenda, nisi in illis casibus, in quibus venit imponenda pęna vltra relegationem, sed ex consuetudine contrarium seruatur: nam potest inferri tortura quotiescunque delictum est punibile quacunque pęna corporali. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap.16.
Tortura haberi nō debet pro crimine, pro quo pęna tantùm pecuniaria imponitur. Crauet. consi.41.nu.fin.& consi.137. nu.11. vide Marc. q 904. Ne grauior sit modus probandi modo ipso condemnandi. idem Crauet. consi. 137. nu.11.& Clar.in sua Pract.crimin.§.fi.q 64.
An præcedentibus indiciis legitimis,& sufficiētibus, quis possit torqueri pro furto parui valoris pro habenda veritate, vide Ludo. à Pegue.in suis quæstio. crimin. cap. 16.
Religiosus testis, si per vacillationem de falso conuincatur, torqueri non potest, nec ad eius Superiorem remitti, vt torqueatur. Capic. decisio.142.
Nobiles regulariter non torquentur.Gram.decis.28. nu.27.
Contra Clericum non proceditur ad torturam, existentibus etiam quibuscūque indiciis, nisi Clericus aliàs esset infamatus.Hippo.sing.55. vide tamen Boer.decis.163.nu.6.& 7.
Homicidium si quis se defendendo commisisse fateatur, an debeat torqueri, vide Boer.decisio.164.
Tortura non est danda, stantibus indiciis pro, & contrà; sed aliter reus absolui debet.Boe. ibid.nu.10.vide Gram.vot.3.
Torqueri non possunt valetudinarij.Ioseph.Ludo.decis.Luc.13.num.52.Sed quæ personæ de iure possint torqueri, & contrà, vide Clar.in sua Pract.§.fi.q.64. vers.vbi subsint.
Illustres personæ & Officiarij quando,& in quibus criminibus, quæstionis priuilegio gaudeant, vide Marc.q.663.& Papon.lib.24. titu. 9.arrest 11.
Consuetudine fieri nō potest, vt qui priuilegio torqueri non debent, torqueantur.Marc.d.q. 663.num.fin.
Quæ personæ non possint torqueri propter dignitatem, vel eminentiam, vide Gram.vot.1.
Doctores, quando agitur de graui delicto, quęstionis priuilegio non gaudent: quia reatus omnem tollit honorem. Marc. quęst.707. vide Gram. vot. 1. & vot. 25. & Math. Mathes. sing.59.in additio.
Mulier post partum statim torturæ subiicienda nō est, donec potens fit.Marc.q 98.nu.8.part. 2.vide Bar.in l.3.ff.de pęnis.
Filius Aduocati, patre superstite, priuilegio ne torqueatur gaudet; secùs post mortem: fallit in crimine grauissimo.Marc.q.185.part.2.
Decurio in memoria pręcedentis dignitatis, nō torquetur.Marc.de Mant.sing.657.
In Regno Franciæ moribus receptū est, vt omnes torturæ subiiciantur, circunscripto omni priuilegio personali.Rebuff.in constitut.Reg. gloss 5.in proęm.nu.115. fol.31. Aliàs milites, Doctores, & Decuriones torqueri non possunt, nec valet consuetudo contraria.Ludou. Rom.sing 494.Idem in aliis, qui sunt in dignitate positi.Pet.de Rauen. sing.823. Bar.in l.1. C.de dignitatib.& in l.omnes 33.de Decurio. lib.11.Et in casibus, in quibus possunt torqueri, debent prius degradari.Hippol.sing.556.
Priuilegio quocunque dignitatis non obstante, in crimine lęsæ Maiestatis quis torqueri potest.

potest. Ozasc. in d. decisio. 79. nu. e. 11.

Febricitans antequam quæstioni subiiciatur, quæ requirantur, vide Marc q. 790. part. 2.

Grauior est tortura, & eius pęna, quàm vtriusq; manus abscisio. Capic. decis. 126. qu. 6.

Testis secularis in criminalibus vacillans torqueri potest, quamuis esset in officio, dignitate, & nobilitate constitutus. Capic. decisio. 143. nu. fi. Sed limita dictũ vt ibid. per Capic.

Quando testis posit, & debeat torqueri in criminalibus, vide Fran. Marc. q. 486 part. 1. & q. 780. part. 2, Clar. in sua Pract. §. fin. q. 25. Bar. in l. 18. §. testes. ff. de quæstio. & in §. & quoniam, Authen. de testib.

Variatio inquisiti, seu testis, facit indicium ad torturam, Ozas. decis. 79. nu. 5. & 23. Barto. in l. nullum 12. nu. 7. C. de testib.

Iudex potest torquere testem absque indiciis, dum suspicatur, quòd sciat veritatem, & non vult reuelare. Gram. vot. 31 nu. 21.

Testes viles & vacillantes, qui offendunt aures Iudicis possunt torqueri. Feli. consi. 36. nu. 6.

Dicto testis cum tortura creditur, non ei, quod dixit sine tortura. Barto. in l. si postulauerit. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Negare alimenta, species est tormenti. idem. si quis ponatur, vbi frigore moriatur. Capic. decisio. 145.

Contumax super inquisitione delicti, ex illa cõtumacia potest torqueri. Gram. deci. 11. nu. 15.

In crimine veneni Iudex debet esse promptior ad torturã, quàm in cæteris criminib. Gram. decis. 33. nu 4. vide eundem, vot 3. & 30.

In delictis quæ occultè fiunt, facilius arbitrari debet Iudex esse procedendum ad torturam, quàm in cæteris. Gram. decis. 34. nu. 38. & vot. 3. Ozas. decis. 79. num. 10 & Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 64.

Iudex in delictis enormibus, ad quæstionem promptior esse debet. Marc. quæst. 181. nume. fin. part 2.

Tortus modicè non potest dici tortus: & tormentum propriè dicitur magnus dolor corporis, & magna afflictio. Gram. decis. 34 nu. 56. vide Fran. Marc. q 516 nu. 11.

Quando sunt duo accusati de homicidio indubitato, & nolunt confiteri, etiam cum tortura, quid faciendum, & quomodo iudicandum, vide Boer. decis. 166. nu. 6.

Commodans arma alicui, an posit torqueri, si ille, cui arma accommodauerat, alterum lęderit, vide Boer. decis 167.

Aggressor an præsumatur qui interfectus est, & qualiter tunc procedatur ad torturam contra occisorem, vide Boer. decis. 237.

Notarius non seruans matricem potest torqueri. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 13. nu. 15. Et quando dubitatur de fide instrumenti. ibid. nu. 51.

Indicia in causa criminali, vbi dubia sunt. Iudici licitum est simulare, & terrere reum. Franc. Marc. q. 516.

Sententia lata super tortura, si ab illa non appelletur, statim adq; lata est, non est executioni mandãda, sed debet expectari tempus datum ad appellandum. Fran. Marc. q 905.

Aduocati causæ disputationi quæstionis interesse debent; non autem quando infertur tortura Marc. q. 906. Bart. in l. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fi. q. 64. vers. decreta.

Minæ torturæ iustum metum inducunt. Franc. Marc. q 282. part. 2.

Quæstio iuxta personæ qualitatem est applicanda: & tortura dũ interloquitur, modus ipsius exprimendus non est. Marc. q. 916.

Tormenta noua adinuenire nemini licet: & tormenta fidicularum (crimine lęsæ Maiestatis excepto) non inferuntur. idem Marc. quæst. 284. part. 2.

Tortura incoari debet à timidiori, seu à magis suspecto. Maran. in suo Spec. de ordin. iudi. in proęmio, num. 13. & Craue. consi. 13. num. fin. & consi. 35.

Tortura subrogatur in locum testium, ideò dicitur arbitraria Iudici. Craue. dd. consi. 13. num. fin. & consi. 35 num. fin. vide Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 64.

Prius torquendi sunt qui veritatẽ melius sciunt. Bart. in l. 3. C. de naufrag. lib. 12.

Tortura facilius permittitur contra hominem malæ conditionis. Craue. consi. 35 nu. 13.

Filius prius torqueri debet, quando de eodem delicto pater, & filius sunt inquisiti. Maran. in suo Spec. de ordine iudic. in proęmio, nu. 14.

Tortura quandoque datur ad pęnam, quandoque ad veritatem eruendam, de qua vltima vide eundem Maran. tit. et demũ fertur sententia fol 439.

Senex leuius, quàm iuuenis punitur: ideò inter plures criminosos incipitur quęstio à iuniore. Oldra. tract. de quæstio. quæst. 3. gloss. in l. ferè, ff. de reg. iur.

Tortura adhiberi debet cum moderamine, & tale moderamẽ relinquitur arbitrio Iudicis, in quo arbitrio Iudex debet considerare cõplexionem, & qualitatem rei inquisiti, an sit debilis, vel robustus, aut ferox, nobilis, vel plebeus, ciuis, vel rusticus, debet etiam considerare qualitatem criminis. Craue. cõsi. 287. nu. 6. & Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 271.

Torquendo non est dandum aliquid, quod cõmedat, aut bibat per decem horas antequam torqueatur. Clar. §. fin. q. 64. Sed torturæ gradus qui sint, vide ibid.

Indi-

Indiciis legitimis præcedentibus, iusta solemnitate obseruata, reum quæstioni tradi posse, scribit Hippol. sing. 55. De quibus indiciis vide supra in duobus tit. prox.

Quando fuit vnus occisus in rixa à pluribus, & ignoratur à quo fuerit occisus, an aliquis eorũ, vel omnes possint torqueri, vide Hippol. sing. 217.

Quando domus alicuius vim patitur, qui habẽt notitiam illius, sunt suspecti, & possunt torqueri. Bar. in l. dominum 57. ff. de loc. & cond.

Accusator, qui crimen lęsæ Maiestatis probauit tantùm semiplenè, vel per indicia, debet torqueri vnà cum accusato, & instigatoribus, vt veritas eruatur, nullo obstante priuilegio. l. 3. C. ad leg. Iul. Maiest.

Sęuera indagatio per tormẽta à Clarissimo homine submouetur. l. sęuera, C. de dignit. lib. 12.

De materia quæstionum vide per Barto. in suo tract. de quæstio. fol. 184. Et in hac Patria vide in decreto criminali tit *della tortura*, & tit. *dell'appellationi*.

De cõfessione facta in tormentis, vel metu tormentorum, vide infra tit. prox.

De confessione facta in tormentis, aut timore tormentorum, & de eius ratificatione.

Reuocatio confessionis factæ in tortura per inquisitũ, nihil ei prodest, si cõtra illum sint talia indicia, quæ iuncta cum confessione (licèt per tormenta extorta) inducant indubitantet veritatem, nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria. Gram. decis. 34. nu. 36. & 60. vide Boer. decis. 163. nu. 17. & eundem Gram. decis. 72. nu. 4. Sed an cõfessio reuocata faciat indicium ad torturã, vide Boer. decis. 90. nu. 9.

Confessio in tormẽtis facta, præcedente aliquo indicio, si reuocetur, adhuc semiplenè probat. Gram. decis. 72.

Confitens delictũ in tormentis, & reuocans postea suam confessionem non probans contrarium, compellitur in sua confessione perseuerare per repetitionem torturæ. vide Boe. decisio. 163. num. 17. 18. & 19. Et tunc potest repeti tortura vsque ad tertiam vicem. ibid. num. 20.

Tortus si cõtradicat his, quæ cum iuramento dixerat, illi vti periuro non creditur. Gram. vot. 7. num. 16.

Cõfessus in tortura, si ductus ad banchum iuris, vt ratificaret confessionem, illam reuocet allegando errorem, petensq; se admitti ad illũ probandum, debet audiri. Gram. d. vot. 7.

Quid operatur confessio facta in tormentis, & deinde reuocata extra tormenta, vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 21. vers. quæro. & q. 64.

Tortura si illata est in corpore non infirmo, sed potius robusto, & non fuit magna, tortusq; ratificauerit confessionem intra legitimum interuallum, valebit talis confessio, licèt non præcesserint indicia sufficientia. Gram. decis. 34. nu. 55. Quia tortus modicè non potest dici tortus, & hoc casu non est necesse concurrere ea, quæ requiruntur in confessione facta virtute magnæ torturæ. vide Gram. decis. 34. num. 55. & 57.

Confessio inquisiti facta dolore tormentorum, si ꝑ probationes factas ad defensam elidatur, an sit sufficiens ad condemnandum, vide Gram. decis. 56. nu. 3.

Confessio extorta per torturam, non præcedẽtibus indiciis, nisi ex dicto socij prætensi criminis, licèt perseuerata, & ratificata, an sufficiat ad condemnationem, vide Gram. d. decis. 56. nu. 5. & Boer. decis. 90. nu. 10.

Morbus gallicus debilitat, ideò torto confitẽti, & laboranti hoc morbo, non ita est credendum, sicut alteri. Gram. d. decis. 56. nu. 6.

Confessio quatenus fuerit in tormentis extorta, quæ non per se, sed perseuerantia, vel fama, aut verisimilitudine facti, vel aliis adminiculis iuuatur, indubitabiliter inducit veritatẽ. Gram. decis. 72. vide Marc. q. 283. part. 2.

Confessio facta in tormentis, vel metu tormentorum, non præiudicat, nisi cõstiterit de perseuerantia. Guid. Pap. q. 359 Marc. q. 916. & Bar. in l. 2. C. quorum appellatio. non recipia. Et de ratificatione facta extra tormẽta. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 64. Sed qualiter, & vbi debeat fieri ratificatio, vide Bald. sing. 70. & Math. Mathes. sing. 55.

Reus ad perseuerandum in cõfessione facta in tormentis, debet adduci apud acta, vel apud alium locum publicum extra cõspectum torturæ. Guid. d. q. 339. Aliàs confessio facta metu tormentorum, vel respectu torturæ, erit ipso iure nulla, licèt præcesserint indicia, & debet constare de perseuerantia interueniẽte per interuallum temporis vnius diei naturalis post torturam. Fran. Marc. q. 155. part. 2. Papon. lib. 24. tit. 9. arrest. 9. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 38. & Barto. in l. 1. §. diuus. ff. de quæstio.

Confessio per patrem facta ob metum torquendi filium, sibi patri non nocet. Boer. decisio. 166. num. fin.

An minor restituatur aduersus confessionem factã in tortura absque curatore, vide Ioseph. Ludo. decis. Luc. 17.

Depo-

Depositioni primæ standum videtur, licèt contrarium in tormentis dixerit socius, vbi de facto proprio, & alieno interrogatur. Ozas. decis. 79. nu. 22. vide Gram. vot. 34. nu. 11.

Reus si ad torturæ locum confiteatur, an talis confessio dicatur facta in tormentis, vel formidine tormentorum, vide Fran. Marc. q. 516. nu. 9. Et quid, si ad torturæ locum ligatus ductus confiteatur, an tunc confessio tormentorum metu facta dicatur, vide ibid. num. 12.

Reus, qui à tortura appellauit, non prius torturæ subiiciendus est, quàm id, de quo appellatum est, iudicatũ fuerit, & si interim torqueatur, & confiteatur confessio non tenet. Fran. Marc. q. 278. part. 2.

Confitens delictum, non præcedentibus indiciis, tortus, & confessus licèt perseuerasset, & ratificasset, sibi non præiudicat, sed quando dictum locum habeat, vide Gram. vot. 6. nume. 7. Rot. Auenio. decisio. 138. in decisio. tertio. Tom. 1. Math. Mathes. sing. 55. Et talis confessio per tormenta extorta, ipso iure est nulla, nedũ contra confitẽtem, sed etiam cõtra alios (contra quos vt testis deposuisset) non nocebit. Gram. d. vot. 6. nu. 10.

Ampliatur dictum procedere, etiam quòd post talem confessionem superueuerint indicia. Gram. ibid. num. 11. Boer. decis. 159. Rol. consi. 57. vol. 4. Ludo. Roma. sing. 132. Hentic. Boer. in suis singul. tit. carcer. nu. 4. Secùs præcedentibus aliquibus indiciis. Boer. ibid.

Confessio etiam metu tormentorum facta sine indiciis, licet ratificetur, non tamen præiudicat confitenti, vt ex illa possit condemnari. My sing. obseru. 3. cent. 5. Io. Ant. Trig. sing. 37. Nam sicut cõfessio facta in tortura, nullis præcedentibus indiciis, nõ nocet reo (etiam ratificata) ita pariter non nocet facta metu tormentorum. Rol. consi. 7 vol. 3. Et non valet, licèt cum iuramẽto esset ratificata. idem Rol. consi 57. vol. 4. & Roma. sing. 132.

Reus in tortura non debet per Iudicem specialiter interrogari, nominando illi aliquẽ; aliàs Iudex diceretur suggerere, nec probaret illud, quod reus hoc casu deponeret. Gram. vot. 34. nu. 13. vide Ludo. à Pegne. in suis quæstio. crimin. cap. 5. nu. 12.

Quomodo probet confessio facta in tormẽtis, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 469.

De cautela Iudicum maleficiorum, qua illi curant confessionem delinquentis in tormentis factam, sponte ab illo cõfirmari, vide per eundem Menoch. de Arbitra. cas. 38.

Confessio inquisiti præsumitur facta, præcedente tortura, licèt aliter reperiatur scriptum, vide Hippol. sing. 8.

Quando reperitur confessio rei de crimine, & dubium est, vtrũ is confessionem illam fecerit metu tormentorum, vel sponte ex consciẽtia criminis, tũc in dubio præsumitur reus potius illã fecisse ex conscientia criminis, quàm metu tormentorum. idem, sing. 218.

Confitens extraiudicialiter delictum, si postea in tormentis iterũ cõfiteatur, sed ad banchũ confessionem non ratificauerit, nihilominus poterit ex tali confessione damnari; nam illa confessio extraiudicialis facit, vt confessio postea facta in tormentis absque alia ratificatione, sufficiat ad condemnationem. Ioan. de Arnono sing 93.

Confessio principalis rei, vel socij criminis, aut testis, quando fit valida, facta tam cum tormentis, quàm sine, vide Bart. in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæstio.

De confessionibus in delictis vide supra tit. de confessio. delict.

De requirendis reis, & absentibus damnandis.

AN pro crimine legis Iuliæ de vi publica, possit procedi ad pronunciationem delicti pro confesso, ad bãnum, & confiscationem bonorum contrà absentem, vide Ozas. decis. 105. Vbi concludit pro parte affirmatiua.

Pro contumacia non imponitur vera pœna delicti. Ozas. d. decisio. 105. nume. 4. Et contumax in criminalibus non habetur pro confesso, ibid. num. 6.

Dato quòd absens possit condemnari, non tamen condemnabitur ex sola cõtumacia, sed debet constare de delicto ex legitimis probationibus. Boer. decis. 63. nu. 8. vide Bar. in l. absentem. ff. de pœnis.

Quibus modis contra absentes cõtumaces procedatur, & an possint illi condẽnari, quid de iure communi, & quid de consuetudine, vide Boer. decis. 63. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 44. & Natt. consi. 240.

Quando, & quomodo valeat citatio facta contra absentem, & inquisitum pro causa criminali, vide supra tit. de in ius vocando.

Defensor quilibet admittitur etiam sine mandato (quotiescunque potest ferri sententia cõtra absentem) ad ostendendum de rei innocentia, nisi obstet statutum. Dec. consi. 429.

Procurator an debeat admitti in criminalibus attento, quòd contra absentes procedi potest, vide Ozas. decis. 105. num. fin. Pro affirmatiua, scribunt DD. de Rot. decis. 24. tit. de Procurato. in nouis. aliàs 314.

Processus quomodo fiat contra absentem de graui

grauí crimine accuſatum,& qualiter annotétur eius bona, vide Gui.Pap.q.429. Et quid in accuſato de iure Canonico, ibid.

Intra annum reus contumax comparendo recuperat bona, ſed poſt annum non, niſi cũ Principis indulgentia. Guid. d. quæſt. 429. vide Clar.§. fin.quæſt. 44. Sed minor aduerſus lapſum illius anni reſtituitur. Boer. deciſio. 63. Hoc verum intra tempus quadrienni:& idem in maiore, qui infirmitate, aut alio iuſtò impedimento fuerit impeditus. Boer. deciſio. 63. nume.13.

Minor contumax in delictis non poteſt dicere de nullitate proceſſus, ſi contra ipſum fuerit proceſſum, nullo illi dato curatore, quando ex forma ſtatuti contumax habetur pro confeſſo. Natt.conſi.540. & ſeqq. Tamen contumax, vbi per ſtatutum in criminalibus habetur pro confeſſo, & conuicto, illud intelligi debet, ſi per veras, & legitimas probationes conſtiterit de delicto. idem Natt. conſi. 591. Sed de ratione vide per eundem, conſi.594.

Confiſcata bona non recuperat quis, pendente iudicio purgationis.Boer.deciſ.65.num.5.

Sententia, quæ profertur contra contumacem, & bannitum habitum pro confeſſo. & conuicto ex forma ſtatuti, nunquam tranſit in iudicatum: ideò bannitus (etiã poſt triennium) admittitur ad oſtendendum ſe innocentem. Natt.conſi 444.

Non valet ſententia lata contra abſentem, ſi cõſtiterit illum iuſta de cauſa impeditum fuiſſe. cap. cùm Bertholdus 18. ex. de ſentent. & re iudic.

Abſens ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt, quando damnari poſsit in criminibus capitalibus, & quid in criminibus, in quibus imponitur pęna à relegatione infra, vide Bart. in l. abſentem.ff.de pęnis, & in l.6.C.de cohortalibus lib.12.glo.in c.1.3.q.9.c.2. ibid.d.l.abſentem, & Ozaſ.deciſ.105.

Abſens potius condemnatur ex contumacia, quàm ex delicto.Bart.conſi.91.vol.2.

Quomodo, & quando abſens contumax in criminalibus poſsit condemnari, vide Per illuſt. D.P.Teſſau.deciſ.265.

De ſententiam paſsis, & reſtitutis.

Qui conſequitur dignitatem, tacitè videtur reſtitutus ad famam.l. Imperialis 23.§.ſimilis.C.de nupt.

Indulgentia remittit pęnam, non infamiam.l.fin. C.de genera. abolit.

Damnatus in metallum poſt reſtitutionem, pręteriti temporis, & futuri alimenta petere poteſt.l.is, cui annua 11.ff.de alimẽtis, & cib.leg.

Spoliatus dignitate ad tempus, finito illo tempore, reſtituitur ad ſuam dignitatẽ.l.falſi 13.§. ordine.ff.ad leg.Cornel.de falſ.

Refert per multum, an in reſtitutione Princeps dicat, reſtituo te in integrum, aut dicat, reſtituo te ad omnia, vide l.21. & ibid.gl.ff.de verbo.& rer.ſignifi.& gl.in §.cùm autem, Inſtitut. quib.mod.ius patriæ poteſt.ſolu.

Princeps gratiam faciendo malefactori, non præiudicat parti lęſæ.glo.in §.fin.Inſtitu.quib. mod.tol.oblig.

De materia ſpectanti ad hunc tit. vide ſupra in tit. de reſtitutio.ob delicta.

De damno, & intereſſe parti lęſæ debitis vide ſupra tit.de intereſſe, quod debẽt parti lęſę.

De banno, bannitis, relegatis, & condemnatis ad triremem.

De ſaluoconducto bannitis per inferiores Iudices (niſi in certis caſibus) non concedendo vide per Afflic.deciſ.4. Et de materia ſaluiconducti, ſupra tit.de ſaluocond.

Princeps redeundi facultatem relegato ſolus concedit.Afflic.deciſ.4.

Confinationis locus in relegantis iuriſdictione eſſe debet.Fran.Marc.q 359.nu.7. vide Clar. §.fin.quæſt.71.

Confinati, pendente tempore confinationis, ad honores eligendi non ſunt.idem Marc. quæſt.360.

Confinatus ad certum locum, ſuorum bonorum adminiſtratione non priuatur.ibid.nu.3.

Confinatio ſimpliciter, & in dubio, perpetuò facta intelligitur.idem Marc.q.361.

Confinia obſeruaſſe ad ſuam intentionem fundandam allegans, probationi ſubiacet; aliàs ſecùs.Marc.q.362.

Relegatus ad tempus interim gaudet bonis, & ſtipendiis ſuis.Papon.lib.24.titu.15.arreſt.fin.

Relegare, & deportare quid olim, & quæ pęna hodie ſucceſſerit; vide Menoch. de Arbitra. lib.2.caſ.339.

Princeps poteſt ex ſola ſuſpicione ſubditum relegare, nulla habita iudiciali cognitione. Natt.conſi.625.

Confinatus in quinquennium, finitò illo quinquennio, ſine licentia Superioris poteſt liberè, & impunè ad Ciuitatem redire. Fran. Cremen.ſing.48.

Bannitus non dicitur, qui ritè, & rectè bannitus non eſt: ideò hoc caſu quis de receptione ipſius non tenetur, nec incurrit in penã.Gram. deciſ.29.vide & deciſ.79.nu.10.

Receptans ſcienter malefactoré in domo, illũ

ſecum

secum detinens, nõ videtur minus delinquere, quàm ipse delinquens. Gramm. decis. 99. num. fin.

Prohibitio generalis de non recipiendò bannitos, non comprehendit personam patris, vel vxoris. Crauet. consi. 309. vide Rol. consi. 45. volum. 1. num. 45. Vel alios coniunctos. Hippol. sing 210. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 348. Aliàs in alijs personis regulariter puniuntur recipientes bannitos, vt delinquentes. Craue. d. consi 309 num. 3. vide eundem Menoch. de Arbitra. d. cas. 348. Rol. consil. 45. num. 46. Et in hac Patria Pedemontana habemus decretum, tit. *delli recettori de banniti*. vide Bart. in l. 2 ff. de recepta.

Banniti ne capiantur, qui opem ferunt, grauiter puniuntur, imò Iudicis arbitrio puniuntur hi, quorum negligentia non prehenduntur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 452.

Aduocatus, qui pręstat patrocinium pro bannito, dicitur prestare auxilium, & incidit in pęnam. Guid. Pap. sing. 640.

Stante prohibitione, ne quis cum bannito contrahat, non prohibetur quis contrahere cum filio banniti. Pet de Rau sing. 64.

Stante statuto, quòd quicunque prestiterit auxilium, vel fauorẽ alicui exbannito pro proditione, incurrat in aliquam pęnam, quando erit locus ipsi pęnæ, vide Bar. in l. quisquis 5. C. ad leg. Iul. Maiesta.

Prestans auxilium bannito, an puniatur, vide Bartol. in l. omnes 8. C. de agricol. & censit. lib. 11.

Si extaret statutum, vt loquẽs cum bannito incidat in aliquam pœnam, an si quis non loquatur, sed scribat epistolam bannito, incidat in pęnam, vide DD. in l. prima. ff. de verb. oblig.

Recepisse bannitum dicitur, qui ipsum abscondit; non qui dat potum, vel alium cibum. Bar. in l. 1. ff. de seruo corrupto.

Bannum emanatum à Iudice laico contra Clericum, non valet. Grammat. decisio. 29. num. 3.

Sententia banni, quando infamet: & pęna banni propter paupertatem remittitur. Marc. quest. 363.

Banniti qui dicantur, & bannum quid, & quotuplex, vide per Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des confiscations*. Rubrica secunda §. 1. glos. 2. numero 4.

Iudices cauti esse debent in bãno ferendo, maximè cùm statutum banniendi formam dat, quam illis omnino expedit obseruare, aliàs bannum, & quicquid super illo fundatur, est ipso iure nullum: nam bannum generale, vel speciale inordinatè, aut sine causa factũ, non valet. Hippol. sing. 293.

Bannum pęnale an vitietur, errore scripturæ, vel preconis, vide Bart. in l. placet, num. 56. ff. de Sacrosan Eccle.

Bannum si fiat, ꝙ qui indicauerit malefactorẽ habeat centum, tunc particeps criminis indicans, non habebit premium. Bart. in l. 4. §. si tibi. ff. de condictio. ob turp. caus.

Bannito mortuo intra terminum banni, totaliter extinguitur bannum. Bar. in l. 1. §. fin. ff. de requirendis reis.

Bãniti nostri temporis, quibus omnia bona adempta sunt, à suis creditoribus censentur liberati. Gram. decisio. 85. nu. 6.

Bannimentum succedit hodie loco deportationis. Guid. Pap q. 423 Et banniti nostri tẽporis, equiparãtur deportatis Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 11. num. 7. vide Clar. in §. fin. q. 71. Cassan. in consuetud. Burgund. tit *des confiscations* Rubr. 2. §. 1. glo 2. num 9. Bartol. in l. 7. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Sed an efficiantur serui pęnæ, vide Clar. d. q. 71.

Dispositum in morte naturali ex identitatis ratione, locum habet in ciuili. Cassad. decis. 16. titul. 1. Sed non in omnibus quia donatio facta in casum mortis, non habet locũ in morte ciuili. Papon lib. 24. tit. 15. arrest. 1. & 2. vide Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des droicts* Rub. 4. § 6 glo. 6. num. 3.

Banniti ita odio habentur, vt sint extra iuris protectionem, & pro mortuis habentur, sed an sint deterioris conditionis, quàm excommunicati, vide Marc. de Mant. sing. 136.

Banniti de iure communi succedere non prohibentur, sed in quibus bonis possint succedere, vide Ioseph. Ludo. decisio. Perus. 11. & Bar. in l. si qua 7. ff. de iis qui sunt sui, vel alie. iur. Amittunt tamen successionem illis delatam ex forma statuti, idem Bartol. in l. si certa 4. C. de iure Fisci. lib. 10. Et priuantur successione ipsis proueniente in territorio, à quo sunt banniti. idem Ludo. dict. decisio 11. numero 9.

Banniti nostri temporis sunt incapaces actiuè, & passiuè relictorum in testamentis, nec Fiscus ex persona eorum admittitur Hiero. Mago. decisio. Luc. 84. Menoch. consi. 101 vol. 1. Verùm publicatio bonorum, statu integro remanente, non impedit condemnatum succedere in aliis bonis postea delatis. Gome. Leo. decisio 68 in decisio. diuerso.

Bannitus nostri temporis quomodo possit hæres institui, vide Bartol. in l. 1. C. de hæredi. instituen.

Bannitus, & deportatus non possunt prescribere; quia neque naturaliter possident. Iosep. Ludo. decisio. Perus. 11. nu 13.

Filius bannitus vel Fiscus non potest habere legitimam, patre viuente.idem Ludo.ibid.nu. 24 vide infra lib.2.tit.de legitima.libero.

Bannitus an possit esse testis, an amittat patriã potestatem, an possit testari.& capere ex testamento, vide Clar.§.fin. q.71.& in §.testamẽtum q 19 & q 21.

Bannitus an possit capere ex testamento, saltẽ quo ad bona sita extra Ciuitatem, á qua fuit bannitus, vide Clar.in d.§.testamentũm q 20. & Meno. h.consi.271.lib.3 Vbi concludit pro parte affirmatiua, sed quid in deportato, vel relegato, vide Clar.ibid.q 22.

An bannitus amittat ius prothomiseos: & tolerantia ipsius banniti vicem restitutionis obtinet, vide Mago.decis.Floren.26.

Bannitus quando impunè occidi potest, insuccessibilis dicitur: ideò tunc hæredem (etiam filium) habere non potest. Menoch. consil. 91.volum. 1.vide Bartol. in l. 1. C.de hæredi. instituen.

Bannitus tempore sui banni potest actiones intentare, sed quando, vide Nicol Ruff.sing 1.

Bannitus potest repudiare hæreditatẽ sibi delatam, etiam habito concordio cum eo, cui ratione repudiationis ipsa hæreditas acquiritur. Marc.de Manr.sing.23.

Bannitus, qui prohibetur agere, non prohibetur excipere. Bartol. in l. libertus 14. ff.de in ius vocando.

Bannitus ab aliqua Ciuitate non perdit, nisi iura illius Ciuitatis, sed quando possit testari, hæres instituí, & succedere ab intestato, vide Bartol. in l. amissione 5. ff. de capitis diminutione.

Filius tenẽ alimẽtare patrem in exilio, nisi ille esset bannitus pro crimine perduellionis, vel læsæ Maiestatis. Pet. Roy decisio 3. Litua.nu. 431. in decisi. diuerso. & Barto. in §. & hoc, Au hen.de incest.nupt. Filius enim ex eo á patria potestate non liberatur, quòd pater bannitus sit: ideò tenetur ad omnia erga patrẽ, ac si ille non esset bãnitus. Menoc.de Arbitr. lib.1 q.90 nu.45.vide infra lib.2.tit.de alimẽtis liberis á parentibus.&c.

Deportati rumpentes deportationem, pęna mortis naturalis puniuntur. Vincen. de Fran. decisio. 140. Sed quando dictum procedat, vide Ludo. á Pegue. in suis quæstio. crimin. cap.41.

Damnatus ad triremem perpetuò, si ab ea aufugerit, pęna mortis naturalis non punitur, sed debet redire ad seruiendum, nisi Iudex in sententia comminatus fuerit pęnam mortis naturalis. Vincen.de Franc. d.decisio.140. nume 9.

Exilij certi, & determinati temporis, minus quàm sit tempus decennij, fines frangens, punitur, vt duplicetur illi tempus, quod supererat. Ludo.á Pegue.in suis quæstio. crimin.cap. 41.& Bart. in l. aut damnum 8. §. quisquis.ff. de pęnis.

Exilium decennale frangens, punitur pęna perpetui exilij. idẽ Ludo.á Pegue.d.cap.41.nu.3. Sed frangens fines perpetui exilij, quomodo puniatur, vide ibid.

Bannitus repertus in territorio, de quo est exbannitus, de iure punitur pęna deportationis. in cuius locum hodie succedit decapitatio. Roma.sing.574.

Si positus in exilio ad certum tempus, reuertatur ad Ciuitatem, & capiatur, tunc debet incarcerari, & ibidem debet stare tantum, quòd compleat tempus exilij Pet.de Rauen. sing.886.

Bannitus ex causa delicti ob contumaciam, si in Potestatis bannientis manus recidat, qualiter bannum recognoscat, sed quid, si aduersus bãnũ obiicere velit, an sit audiendus, vide Hippol.sing 72.

Iudex ex officio potest bannitum in iudicio cõparentem repellere. Bart.in l.vnica.C.vt quæ desunt Aduoc.part.Iudic.supple.

Bannitus captus statim (de iure communi) non debet puniri; quia debet ex integro de crimine cognosci: sed quid, si producatur bãnum, & bannitus confiteatur, quòd sit ille, qui reperitur bannitus, & condemnatus pro tali crimine, vide Bartol. in l. diuus 6. ff. de custod.reo.

Damnatio ad triremem hodie succedit loco damnationis ad metallum. Vincen.de Franc. decis.140. num.8.

Deportatus in perpetuum seruitium remigandi ad triremem, amittit patriam potestatem, & administrationem bonorum filiorum: ideò tunc decernitur tutor filiis minoribus d. deportati qui tutor habebit administrationem bonorum. Gome.Leo.decisio.25. in decisio. diuerso.

Damnatus ad metallum ad tempus, intelligitur de decennio; si autem est damnatus simpliciter, intelligitur perpetuò. Barto.in l.sine 23. ff.de pęnis.

Deportati, & banniti (qui æquiparantur deportatis) post bannum possunt agere ex contractibus iurisgentium, & erit proprium eorum, si quid acquisierint, nec auferẽ á Fisco. Fran. Cremen.sing.149.

Damnatus ire in exilium, si antequã vadat delinquat, vt exul punitur. Bart.in l.in seruorum 10 ff.de pęnis.

Ad tẽpus exulare iussus, eo tẽpore impleto, regressus pristinã recipit dignitatem: ad nouas

verò

verò non admittitur, nisi tanto tempore his abstinuerit, quanto abfuerit. l. 2. C. de his, qui in exil. lib. 10.

Exiliũ triplex est, & duæ sunt pęnæ. vide Marc. quæst. 359.

Interdictus à Patria domicilij, censetur etiam interdictus à Patria originis, & contrà. Marc. ibidem.

De pœna exilij, & qui sint casus, in quibus à iure imposita sit pęna exilij, vide Clar. in §. fin. quæst. 71.

Bannitus, vel relegatus vsque ad beneplacitum Iudicis sub nomine proprio, illius morte bãnum expirat; secùs si ad beneplacitum Regis, vel alterius Principis, nomine nõ expresso. Marc. q. 361. num. 3.

Expulsi à Ciuitate, non sunt deportati: ideò alibi honores, & officia assumere possunt. ibid. quæst. 363.

Bannitus ab vna Patria, an in alia Patria confęderata bannitus censeatur, vide Marc. q. 364. & Clar. in sua Pract. §. fin. q. 71. vers. quæro modò, Pro parte negatiua, scribit Bartol. in l. nõ dubito 7. ff. de capt. & postlimi. reuers.

Bannitus, donec soluerit certam summam pecuniariam, stando in banno non potest compelli ad solutionem ipsius summæ pecuniariæ. Iaff. Lanf. Balb. deci. 93.

Pęnam banni in pecuniariam Iudex mutare potest, si iusta causa subsit, sed an mutando pęnam legis causam describere debeat, vide Mysing. obser. 30. cent. 2.

Bannitus in contumaciam ob intermissam purgationem, de innocentia postea edocere potest. Mysing. obser. 88. cent. 2.

Imperator potest quem absoluere à banno sine consensu eius, qui bannum obtinuit. idem obseru. 11. cent. 5.

Pro bannito nemo habetur cum effectu, nisi prius per sententiam pro tali declaratus sit. Andr. Gail. obser. 3. num. 8. Fallit in atrocioribus delictis. ibid. num. 9.

Bannitus descriptus ex forma statuti, si posit impunè offendi, offendens excusatur, siuè iustè, siuę iniustè bannitus sit: quia statutum solùm descriptionem considerat. Mago. decis. 128. Rot. Floren. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 283.

Quando ex dispositione constitutionis, vel statuti foriudicatus, vel bannitus potest impunè occidi, talis potestas occidendi non porrigitur ad vxorem ipsius banniti, vel ad aliũ, cui per vxorem mandatum fuerat hoc facere: ideò is occidẽdo hoc modo potest puniri. Vincent. de Franc. decisio. 276. part. 2.

Tempus carceris post sententiam decursum, computatur in tempore exilij, sed quando, vide Vincent. de Franc. decisio. 317. parte 2.

Bannitus toleratus per Principem, offendi non debet. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ in proęmio. glo. 4. nu. 42. fol. 10.

Quia patientia Superioris bannitum per Ciuitatem ferentis facit, vt bannitus pro non bannito præsumatur, sicque occidi impunè nequeat. Hippol. sing. 77.

Quando Iudex arbitrium habens in causis capitalibus, punire posit occidentem bannitum, vide Menoch. de Arbitra. libr. 1. quæstio. 90.

Statutum valet, quòd impunè bannitus occidi posit. idem Menoch. dicta quæstio. 90. nume. 4. Sed quando locũ habeat, vide Dec. consi. 327. vol. 2.

Bannitum odio priuato occidens, punitur: idem in proditore. Menoch. d. quæst. 90. nu. 48. & 49.

Bannitum occidens, cum quo habebat capitales inimicitias, an debeat gaudere beneficio statuti præmiantis occidentem, vide Pet. Gerar. singul. 14.

Bannitum capiens potest repetere expensas à Fisco. ibid. d. sing. 14.

Cautè agant banniti, qui ex forma statutorum possunt impunè offendi, & occidi: quia etiam si habeant gratiam, sintque rebanniti, & soluerint id, quod soluere tenebantur, attamen his peractis, nisi actualiter, & cum effectu fuerint cancellati de banno, adhuc poterunt impunè offendi. Hippol. sing. 340.

Stante statuto, quòd bannitus occidatur impunè, si occidens inquiratur, tertius pro eo comparere potest, & producere bannum ad obtinendam absolutionem. Bart. in l. vbi pactum 40. num. 10. C. de transact.

Præmium, quod datur occidenti bannitum, non datur illum occidenti ad sui defensionẽ. idem Bart. in l. 3. C. de delatoribus lib. 10.

Banniti nostri temporis nõ possunt de iure cõmuni offendi impunè circa personas; secùs circa bona. Bar. in l. vt vim 3. ff. de Iustit. & iure, vide Clar. in sua Practic. criminal. §. final. quæst. 71.

Qui facit pacem cum bannito, & promittit non offendere, si tamen postea offenderit, non dicitur pacem rumpere, quando ex forma statuti, bannitus impunè offendi potest. Bart. in l. 2. C. quando liceat vnicuique.

Quando Iudex arbitrium habens bannitum rebannire posit, & contrà, an illum restituere posit, vide Menoch. de Arbitra. q. 92.

Contumax post annum habetur pro confesso, & conuicto. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 416. nume. 32.

Bannitus admittitur ad probandam suam innocentiam: quia innocētiæ probatio nunquam censetur exclusa, etiam post latam sententiā, Menoch. ibid. nu. 38.

Bannitus pro homicidio ad mortem, & vigore decreti habitus pro confesso, & conuicto, potest tamen ostendere se innocentem, etiam post terminum. Natt. consi. 444. vide Rolan, consi. 60. vol. 2.

Bannitus extra territorium, à quo fuit bānitus, non potest capi, & si capiatur, vt vi ductus in fortiis Iustitiæ, ad locum banni debet relaxari. Rol. consi. 60. vol. 2.

Bannitis à Ciuitatibus non denegantur iura communia, sed tantùm iura municipalia: imò bannitis non est deneganda defensio proueniens ex forma statuti, quominus illi se possint super ea fundare. Petr. Gerard. singul. 14.

Bannitus non potest per se, nec per interpositam personam emere. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 459. nu. 24.

Solus Princeps potest bannitum à banno liberare: & non debet exul sine causa à banno liberari. Rebuff. in constitutio. Reg. Tom. 2. tracta. de rescript. art. 7. glos 1. Menoch. de Arbitra. lib. 1. quæst 92. nu. 6. & supra titu. de restitut. ob delict.

Bannum pro vulnere non mortali (etiam illato ex proposito) nunquid imponi possit, vide Natt. consi 603.

Bannito non potest dari licentia reuertendi ad Ciuitatem, nisi à Principe, vel Ciuitate nō recognoscente Superiorem, sed quando à solo Principe possit eam habere, vide Ludou. Roma. sing 543.

Aliud est esse rebellem Imperij, aliud esse in banno ipsius; primum enim crimen est mortale, secundum (nempe bannum) est medicinale, quia remittitur, purgata contumacia, seu facta satisfactione. gloss. in verbo, rebellis, in constitutio. titul. qui sint rebelles, in vsib. feud.

Bannitus restitutus, an recuperet bona alienata, vide Bar. in l. in quæstione 13. C. de senten. pass. & restitu.

Statuto stante, quòd banniti rebanniātur, istud rebannire, habetur pro restitutione. Bar. in d. l. 13. de senten pass. nu. 11.

Si bannito securitas concedatur, intelligitur concessa pro prima vice. Barto. in l. dotis 69. ff. de iure dot.

Vide de materia pertinenti ad hunc titu. per Barto. in suis quæstionibus, quæst. 1. & in tract. bannito.

De damnatorum bonis, & eorum publicatione.

BOna vxoris quando publicātur, vtrū publicetur etiam dos, vide Ozasc. decis. 80. num. 15. & 17. Pro parte negatiua, scribit idem Ozasc. decisio. 94. num. 19. Exceptis quibusdam casibus ibid. descriptis.

Dos mulieris confiscatur, non obstante pacto de dote lucranda in euentum mortis facto in contractu matrimonij in fauorem mariti, quando vxor commisit graue delictum, propter quod posset ferri sententia, etiam post mortē. Cassad. in consuetu. Burg. tit. *des droicts* Rub. 4. §. 6. glo. 6. nu. 9.

Dote publicata propter delictū mulieris, quid iuris, vide Bartol. in l. 1. ff. de bonis damnatorum.

Mulier damnata crimine lęsæ Maiestatis, perdit dotem, & bona, saluis actionibus, quæ cōpetunt marito ratione lucri dotis competentis quoquo modo. Ozas. decis 80. nu. 15.

Filia propter suum delictum dotem amittens, non patri, sed sibi post mortem patris, præiudicat. Ozas. decis. 94 nu. 7.

Filius non impeditur petere dotem matris suę, quæ fecit interficere suum virum Dominum vnius Ciuitatis sine iuribus Imperij. Vera. decis. 295. seu 2. part. 2.

Filiofa. delinquente, publicatur proprietas suorum bonorum, quam habet: & contrà, bona patris si publicentur, perceptio vsusfructus, quam habet in bonis filiorum. Bartol. in l. si postulauerit 27. §. iubet. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Quando pater habet vsumfructum in bonis filij, si filius delictum committat, bona in commissum non incidunt, etiam ratione proprietatis. Menoch. consi. 182. lib. 2. nu. 23.

Publicatis bonis filij respectu cuiuscunque delicti, non publicatur vsusfructus, quem habet eius pater in ipsis bonis. Ozas. decis. 94. Boer. decisio. 7. vide Capel. Thol. quæst. 120. Et contrà Boer. d. decis. 7.

Publicato vsufructu, quem habet pater in bonis filij, quis interim nutriet filium, vide Boer. d. decis. 7. num. 5.

Filiofa. delinquente, nec proprietas, nec peculium publicatur, vide tamen Boer. ibid. num. 10. Bar. in l. 3. §. sed verum. ff. de mino. 25. ann. & Clar. in §. fin. q. 78. vers. & è contrà.

Bona donata per patrem filio in contractu matrimonij, & publicata propter delictum filij, reuertuntur ad patrem, excluso Fisco. Papon. lib. 21. tit. 1. arrest. 24.

Filius

Filius si fuerit bannitus, viuo patre, & eius bona publicata, deinde pater moriatur intestatus, bona illa paterna non applicantur Fisco; sed proximimioribus in gradu succedẽtibus, sublato Fisco de medio. Boer. consi. 1. nume. 8. & Dec. consi. 438.

Fiscus si filio succedat ob eius delictum, non potest dicere testamentum patris nullũ ex persona filij. Boer. ibid. nu. 15.

Filius hæreditatem non aditam ad Fiscum trãsmittere nequit. Boer. d. consi. 1. num. 17. Dec. consi. 438. & 445. nu. 65.

Bannitus potest repudiare hereditatẽ sibi delatam. Marc. de Mant. sing 23.

Filius non perdit peculium profectitium, licèt bona patris sint confiscata. Pet. de Rauc. sing. 194. Publicatur tamen eius vsusfructus, patre viuente. Bart. in l. 3. §. sed verum. ff. de minor. 25. anno.

Publicatis bonis filij ob delictum, intelligitur publicatum peculium castrẽse, vel quasi, excepta legitima patri debita. Marc. de Mant. sing. 344.

Legitima filijfa. banniti non potest confiscari, patre viuente, nisi ex forma statuti. Ioseph. Ludo. deci. Peru. 11. vide Ias. de actio. §. actiones autem, Dec. consi. 438. & Menoc. consi 71. nu. 27. vo. 1. Sed si postea ille succedat prĩ, durãte adhuc bannimento, vel alteri consanguineo, quid iuris de bonis, vide eundem Ioseph. ibi. Et quid, si tempore, quo fuerat bannitus habuisset filios, an illi excludant Fiscum, vide etiam ibid.

Quando bona delinquentis aliquo priuilegio non publicantur, sed applicãtur proximioribus agnatis, si delinquens post sententiam damnationis habuerit filios, isti filij excludũt alios proximiores existentes tempore latę sententiæ. Vincen. de Franc. decisio. 102. sed vide ibid.

In alia decis. 212. eiusdem auctoris fuit decisum Neapolitanum foriudicatum perdere bona, & acquiri (ex gratia Neapolitanis concessa) proximioribus, & nullo modo remanere penes illum delinquentem.

Confiscatio non porrigitur ad bona futura. vide Menoch. consi. 101. num. 26. vol. 1. & Abb. cõsi. 51. part. 2. Ideò in confiscatione bonorum nõ veniunt bona paterna post sententiam acquisita, nec etiam ratione legitimæ. Mago. decis. 99. Rot. Flor. Boer. consi. 1. num 9. Minus legata, quorum dies non cesserat, nec substitutio Natt. consi. 472.

Publicatio bonorum, statu integro remanente, non impedit quem succedere in aliis bonis: nam publicatio omnium bonorum non extenditur ad bona futura. Gom. Leo. decis. 68. in decisio. diuerso. Tom 2. Secus statu mutato. vide Barto. in l. 4. C. de iure Fisci lib. 10.

Qui sint casus, in quibus veniat confiscatio bonorum in totum, vel in partem ex dispositione iuris, vide Cassad. tit *des confiscations* §. 1. gl. 1. nu. 20. Quę loci scribuntur cal. 72.

In publicatione bonorum statutaria, illorũ appellatione simpliciter non veniunt iura, & actiones: ideò hęreditas non venit ante aditionem. Dec. consi. 442.

Amittens Ciuitatem perdit bona absque alia publicatione. Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des confiscations* Rub. 2. §. 1. glo. 2. nu. 12.

Venditis, seu locatis condemnationibus delinquentium, an condemnatio spectet ad conductorem existẽtem tempore delicti, vel ad alterum existentem tempore sententię, vide Cassan. ibid. glo. fin. nu. 3. Quòd spectet ad cõductorem existentẽ tempore perpetrati delicti, tenet Rol. consi. 77. vol. 4.

Confiscatione bonorum quis eximitur ab omni obligatione, qua tenebatur suis creditoribus: ideò si de delicto vitæ postea solùm habuerit gratiam, non poterit amplius conueniri. Cassa. d. tit. *des confiscations* Rub. 2. §. 1. glos. fin. num. 33. vide Bart. in l. 1. C. de fideiusso. & mandat.

Confiscatis bonis, quæ bona, & iura non cõprehendantur sub cõfiscatione, vide Cassan. ibi. Et contrà, vide Barto. in l. si finita 15. §. si de. ff. de damn. infect.

Publicatis bonis, an veniant in publicatione bona futura, distingue, aut agitur de iurę conditionali descendenti ex vltima voluntate, & tunc Fiscus non succedit tanquam delinquẽtis hæres, sed ille succedit, qui (deficiente cõditione) aliàs erat successurus. Menoch. consi. 101. nu. 25. vol. 1. vide Roma. sing. 17. Aut agitur de iure conditionali prouenienre ex contractu, & hoc casu Fiscus succedit vti hæres: quia huiusmodi iura conditionalia ex cõtractu ad hæredes transferuntur, & ideò transeũt ad Fiscum, qui propterea succedit in feudo deuoluto Vasallo bannito propter mortẽ fratris mortui post delictum, & pendente bãno. vide Menoch. d. cons. 101. nu. 26. & Roma. sing. 170.

Bona ficti, & falsi mariti hac de causa vltimo supplitio damnati, debẽt relinqui filiis susceptis ex ipso simulato matrimonio, ita iudicauit Senatus Thol. vt habetur in obser. 95. eiusdem in decisio. diuerso. fol. 277.

Ratione concubinatus cum incestu, bona publicata applicantur Fisco; & nõ proximioribus parentibus; quia iste casus est diuersus à casu auth. incestas. C. de incestis nupt. vide Papon. lib. 24. tit. 13. arrest. 1.

Facta publicatione bonorum patris, reseruari

debet legitima filiis secundum ius commune. Clar. § fin. q. 78. vers. videndum. Nam in cōfiscatione bonorum non venit legitima liberorū. Cassan. in cōsuet. Burg. tit. *des confiscations* §. 1. glo. 1. num. 7. D. Sol. in constitut. ant. q. Sabaudiæ glos. vlti super decreto, ad maiorem, num. 11. tit. de falsis fol. 177. & Marc. de Mant. sing. 344.

Decretum generaliter disponens, quòd bona homicidæ confiscentur, nō comprehendit legitimam liberorum. Rol. consi. 97. vol. 2. Minus bona feudalia idem Rol. consi. 29. vol. 3. vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 198.

In casu præmisso, si pater dānatus habeat vnū, vel duos liberos, legitima eorum erit dimidia omnium bonorum: si. verò haberet tres, vel vltrà, omnia bona illis sunt reseruāda ex Principis benignitate, Rol. d. consi. 97. nu. 30. & 32. vol. 2.

Dicta legitima debetur à die publicationis bonorum; & non à die mortis homicidæ. Rolan. consi. 97. nu. 38.

Publicatis bonis hæretici, in illius bonis filiis nulla legitima debetur; sicut nō debetur, publicatis propter crimen lęsæ Maiestatis. Rol. consi. 8. nu. 43. vol. 3. Et bona homicidæ de iure communi Fisco non applicantur, sed descendentibus reseruantur, per statutum tamen, vel decretum Principis, potest derogari iuri communi. Rol. consi. 97. vol. 2.

Bona occidentis se ipsum, non metu criminis, sed ex insania, vel dolore, non auferuntur hæredibus. l. 1. & fin. C. de bonis eorum, qui sibi mortem, vide infra tit. prox.

Bona, quæ non transeunt in extraneum hæredem, non veniunt in confiscatione generali, etiam ratione criminis lęsæ Maiestatis. Ozas. decis. 94. nu. 4. & 16.

Confiscatio bonorum hodie de iure communi non admittitur, nisi in crimine lęsæ Maiestatis. Ozas. ibid. nu. 5. & 28. Et hęresis. Boer. deci. 264. vide tamen Dec. cōsi. 252. nu. 5. Rol. cōsi. 29. vol. 3. Pet. de Rauen. sing. 114. & l. eorum 9. ff. ad leg. Iul. Maiest.

Auth. bona damnatorum. C. de bonis proscript. etiam habet locum in crimine legis Iul. de vi publ. Ozas. decis. 105. num. 5. Et transuersales non comprehenduntur per ipsam auth. Bar. consi. 157. vol. 1.

Dicta authen. procedit in damnatis ad mortē, seu proscriptis, & quando auferuntur tacitè bona in consequentiam alterius pęnæ; secùs si expresè, & principaliter. Iaff. Lanf. Balb. decisio. 260.

In publicatione bonorū quid hodie sit innouatum per d. authen. vide Barto. in l. 1. ff. de bonis damnato.

In casu d. authen. bona damnatorum transeunt in ascendentes, & descēdentes ipso iure. Bar. consi. 157. vol. 1.

Dicta authen. an habeat locum, quando per statutum, vel decretum contra delinquentem bonorum publicatio decreta est, & quid quò ad legitimam, vide Perillustr. D. P. Tessaur. decisio. 198.

Condemnatus propter crimen lęsæ Maiestatis, si habeat bona communia, solùm sua portio confiscata intelligitur, & si nudam proprietatem habeat, ea dumtaxat confiscatur. Ozasc. decis. 94. nu. 18.

Confiscata censentur bona à tempore hæresis, vel lęsæ Maiestatis, licèt non apprehendantur, nisi lata sententia. Boer. decis. 277. nu. 12.

Bona rebellium in crimine lęsæ Maiestatis, ipso facto transeunt in Fiscum. Gram. decis. 105. nume. 49.

Bona confiscata propter crimen lęsæ Maiestatis in Dominum mediatum commissum, sita in territorio Domini immediati, applicātur Domino mediato, contra quem fuit crimen commissum. Rol. consi. 78. volum. 2. & consi. 73. volum. 4.

Bona confiscata propter crimen lęsæ Maiestatis commissum contra Principem, an spectēt ad ipsum Principem, vel ad Dominum mediatum delinquentis, & quid de feudis, vide Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des successions, des bastards* Rub. 8. § 8.

Bona committentis crimen lęsæ Maiestatis, eaque sita sub diuersis Dominis, vtrum cōfiscētur, & cui applicentur, & quid de bonis feudalibus in hoc crimine, vide Guid. Pap. q. 341. Et quid, si committens erat subditus mediatus Principi, vide Guid. ibid.

Feudum confiscatum an Fisco, vel Domino applicetur. vide Boer. decis. 64. nu. 7.

Bona quæsita per personam Religiosam, in dubio præsumuntur quæsita de bonis Ecclesiæ: ideò non veniunt in publicatione bonorum, etiam propter crimē lęsæ Maiestatis. Menoc. consi. 275. lib. 3.

Confiscatio quando fiat ob incestas nuptias: & nuptias illicitas scienter contrahentis bona, an applicētur proximioribus, vel Fiscò, vide Boer. decis. 264 nu. 13.

Bona damnatorum quando veniant confiscanda, vide in additio. q. 150. Capel. Tholos. & §. oportet, Authen. de mand. Princip.

Publicatis bonis, feudum antiquum non censetur publicatum, sed proximioribus defertur agnatis. Mohed. decis. 55. vide Capel. Thol. q. 396. Dec. consi. 252. num. 5. Rol. consi. 1. vol. 1. & consi. 78. vol. 4. Menoch. consi. 99. num. 145. lib. 1. & consi. 304. lib. 4. Quod intelligas de

agnatis

agnatis vsque ad quartum gradum. vide Menoch.d.consi.99.nu.145.vol.1.

Feudum & si regulariter non veniat in confiscatione bonorum, tamen fallit in confiscatione ratione criminis læsæ Maiestatis. Ozas. decis. 94.num.fin.

Confiscatio bonorum ad feudum ante condemnationem cessum, & donatum, nō porrigitur. Natt.consi.618.nu.5.

Bona existentia in territorio Vasalli applicantur eius Fisco, licèt Principis Officialis tulerit sententiam bonorum confiscationis propter homicidium. Rol.consi.21.vol.4.

Quando de iure communi publicantur omnia bona stabilia, illa applicantur Fisco territorij, in quo sunt sita, si Dominus territorij habeat confiscationem bonorum. Afflic. decis. 282.num.fin.

Confiscatis bonis vbicunque sitis, illa spectant ad Dominos, in quorū territorio respectiuè erunt sita. Cassan.in consuetud. Burg. titu. *des mains mortes* Rub.9.§.15.glo.3.

An bona confiscata, & publicata applicētur Fisco Regis, vel Dominis locorum, in quorum territoriis sunt sita, vide Boer. decisio.264. & Natt.consi.580.

Bona damnatorū in crimine hæresis, applicātur Domino, seu Baroni illius loci, non Fisco Superioris, à quo ipse Baro habuit feudū. Guid. Pap.q.76. Quod intelligendum est de bonis, in eius territorio sitis: alia verò applicantur illi Fisco, in cuius territorio sunt, & hoc ex eadem sententia, & ex eodem processu. Guid.d. decis.76 vide Cassan.in consuetud. Burg.titu. *des confiscations* Rub.2 § fin.nu.7.

Creditum sub eodem hæret territorio, in quo celebratus est contractus, & debitoris persona magis quo ad territorium, quàm creditoris, consideratur: ideò publicatis bonis creditoris, creditū spectat ad Fiscum territorij, in quo creditū contractū est. Pet.deci.417.lib.3.

Omnis confiscatio de iure ad Principē spectat, & non ad inferiorē. Cassan.in consuetu. Burg. tit *des confiscations*.§.1.glo 4. Sed quando dictū limitetur, vide ibid.

Vasallus inuestitus cum mero, & mixto Imperio, potest bona publicare, siue pęna confiscationis imponatur à lege, siue à Principe, siue etiam præter legem, & merum Imperiū quæsitum sit ex consuetudine, vel præscriptione. Natt.consi.659.

Reditus, & pęnæ causarum criminalium, debentur Domino inuestito de iurisdictione continente sub se merum, & mixtum Imperiū. Rol. consi 42.vol.2.& consi.73.vol.4.

Hodie ex consuetudine bona mobilia Clerici dānati propter delictū, pertinēt ad Episcopū; immobilia verò ad Principē secularē. Cabal.millel.617.vide Papo.li.24.tit.13.arrest.fi.

Si bona rebellium tēpore rebellionis aliis fuerint concessa, facta pace, sunt reddenda primis dominis: quia talis pax habet vim restitutionis in integrum. Pet.de Rauen.sing.611.

Bona hæreticorum confiscantur, & in terris Ecclesiæ applicantur Fisco Ecclesiæ: in terris Imperij Fisco seculari, etiam extātibus filiis. cap.vergentis 10.ex.de hæret.

Publicata bona hæretici quibus sint applicāda, vide Rol.consi.8.& 75.vol.3.

Publicatis bonis per Iudicē Marchiæ Fisco suo, non veniunt bona existentia in Ducatu; sed ad ipsum Iudicem Ducatus spectant. Bart.in l.tutores 40 § hęres ff.de administ.& peric.tuto.vide de materia infra ti.de pęn.in genere.

Sententia publicationis bonorum comprehendit etiam bona, quæ extra territorium sunt. Fran.Marc.q.728.vide Clar.in § fin.q.78.vers. sed hic quæro. Cassan.in consuetud. Burg.tit. *des confiscations* Rub.2.§.1 glo fi.nu.7. Bar.in l.1. num 51.C.de summa Trinit.& in l.16.§. iidem diui.ff.de publ.& vectig.& Abb.cōs.103.par.2.

Bonorum publicationem quando valeat indicere Iudex, vide Menoc.de Arbitr.lib.1.q 93.

De pęna statutaria vide infra tit.de pęnis in genere, & supra tit.de statutis pęnal.

Quando confiscatio bonorum fit, non iure communi; sed iure speciali, talis confiscatio non porrigitur ad bona sita in alieno territorio. Cassan.in consuetud. Burg.tit *des mains mortes* Rub.4.§.15.glo.3 post Bar.& Bald.

Confiscatis bonis alicuius vniuersaliter, transeunt in Fiscum bona, in quibus alius ius habet ad rem. Ludo.Roma.sing.430.

Sētētia publicationis bonorū trahitur ēt ad bona extra territoriū Iudicis publicātis existentia, sed hoc casu immobilia debēt applicari Fisco, in cuius territorio sunt sita: mobilia autē (etiā quæ sunt extra territoriū) debent applicari Dño Iudicis publicātis. Rom sing.578.

Deportatio facit cessare omnium bonorum publicationem. Afflic.decis.404.nu.22.

Cōmisso delicto q̄d faciēdū de bonis, seu iurisdictione delinquētis intra annū: quē hēt bannitus ad recuperādū bona, vide Capi.dec.131.

Potestates locorum hodie, statim cōmisso delicto, faciūt describi omnia bona delinquētis, & sequestrari, ne occultentur. ibid.nu.5.

Princeps quum remittit delinquentibus abolitionē criminis, nō publicantur eorum bona. Gram.decis.4 nu.10.

Spoliatus suis bonis per Fiscum, est à suis creditoribus liberatus, & omnes exceptiones actiuè, & passiuè transeunt in Fiscum. Gram. decisio. 85. nume. quinto. Nam Fiscus loco

hæredis

hæredis habetur. Beninten.decis.91. & Bart. in l.captis 54 ff.de fideiusso.

Fiscus, ad quem perueniunt bona alicuius, an teneatur satisfacere creditoribus, legatariis, & fideicommissariis, vide Clar. in sua Pract. §. fin. q 78. vers. sed an teneatur, & supra titu. de iure Fisci.

Fideicommissum fauore fideicommissarij præseruat bona subiecta possessa per grauatum delinquentē à publicatione. Gram. deci. 105. nu.30. Vt post eius mortem, redeāt ad fideicommissarium. Aegid Bellam. conclusio.724. numero 6.

Substitutus quando impediat confiscationem bonorum ob delictum instituti, & quid, quando in contractu matrimonij fuit cōuentum, vt bona venirent ad primogenitū, & ad alios liberos successiuè, vide Boer. decis.278.

Quando delinquens est grauatus fideicommisso, tunc propter delictum bona publicantur quo ad legitimam, & Trebellianicam, & non vltra. Natt. consi.528. vide Rol. cons.31. vol. 1. & August. Bero. q.41.

Quando publicantur bona subiecta fideicommisso, sunt distinguendi tres casus: Primus, quando adest fideicommissum simpliciter, & tunc Fiscus per omnia habetur loco grauati: ideò durante eius vita, potest bona possidere, & eo mortuo, retinere ea, quæ spectarent ad quemlibet hæredem extraneum. Rol. cōsil.98. vol. 2.

Secundus, quando vltra fideicommissum adest expressa prohibitio de non alienando, tunc statim facta publicatione, erit locus fideicōmisso, & durante vita grauati, Fiscus non potest possidere bona, in quibus grauatus grauari potterat. Rol. d. consi 98.

Tertius est casus, quādo testator expressè prohibuit alienari bona intra certum tempus, puta 30. ann. etiam quo ad legitimam, & tūc filio delinquente intra dictum tempus, excluditur Fiscus ab omni emolumento, etiam quo ad legitimam. Rol. d. cons.98. vol.2.

Filius genitoris rebellis non admittitur ad bona per patrem possessa, & fideicommisso subiecta. vide Menoch. consi 275. lib. 3.

Prohibita alienari non publicātur per delictū. Bartol, in l. Imperator 12. ff. de fideicom. libert. Gram, decisio.105. num. 31. Bona enim quę non possunt transire in extraneum, non possunt in Fiscum transire, qui loco extranei habetur. Gram. ibid num.32. vide Boer. deci. 278. Hippol. sing 714. & Bar. in l.1. C. de bon. libertor. Prohibitus tamen alienare ob sui fauorem delinquens, habet Fiscum in successorem. Gram. d. deci.105. num.39. vide Cabal. milleloq.54.

Contrahere licèt nō possit, cui est interdictum bonis, tamen is delinquendo alienat. Gram. d. decisio.105. nu. 41.

Testator si ꝓhibeat filios vendere ante 25. ann. quicquam de bonis sine licentia tutoris, tali prohibitione non obstante, propter delictū commissum ante 25. ann. bona publicantur: quia dicta prohibitio censetur facta fauore minoris, cui iura non fauent in delictis. Natt. consi. 528. Contrarium tamen tenet Rol. cōs. 31. vol. 1.

Prohibitio alienationis facta per testatorē cum translatione in alium valet, & tunc censetur etiam prohibita cōfiscatio. Rol. cōsi.56. vol. 1.

Quando testator prohibuit perpetuò diuisionē suorum bonorum sub pęna priuationis portionis illius, qui peteret diuisionē, applicandæ aliis cohæredibus simul habitantibus, tūc si contingat aliquem ex hæredibus delinquere, hęc bona prohibita diuidi non veniunt in confiscatione bonorum, etiam quo ad partē delinquentis. Rol. cons.84. nu.35. vol. 1.

Omnia iura mundi disponentia pro aliquo crimine imponi pęnam ipso iure, intelliguntur, mediante sententia declaratoria, aliàs nō poterit pęna locum habere. Gram. decisio.105. nu 60. vide Pet. Beninten. decis.37. Rot. Auenio. decisio.121. num. fin. in decis. diuerso. Bar. in l.68. §. duorum, nu.25. de legat.2. & in l.1. ff. ad leg. Iul. de vi priua.

Publicatione facta, intelliguntur publicata nomina debitorum. Guid. Pap. q.341.

Annotatio, seu publicatio bonorum absentis de graui, vel leui crimine accusati, quomodo fiat, vide Guid. q.429.

Confiscatio peti non potest ante condemnationem, & confiscata bona non recuperat quis, pendente iudicio purgationis. Boer. decisio. 65.

Confiscatio est duplex, alia ordinaria, alia extraordinaria, sed à qb. fiat, vide Boe. dec.264.

Possessor an dicatur Fiscus, si ab initio sit saisitus, & postea sequatur sententia confiscationis, vide Boer. decisio.277. num.9.

Dominium transfertur in Fiscum per sententiā confiscationis, sed non possessio. Boe. ibid.

Accusatione pendente, nō admittitur bonorum administratio accusato. Boer. d. decisio. 277. num.13.

An pendente lite inter Fiscum, & priuatum, sit locus reductioni ad manus Domini, vide Franc. Marc. q.38.

Confiscatio bonorum non sequitur simpliciter condemnatum pęna capitali. Mago. deci.99. Rot. Flore. Nam publicatio bonorum non venit, nisi expressè fiat. Vincen. de Franc. decis. 213. num.19. Sed quomodo circa illam procedatur.

datur, vide ibid. nume.29. Verùm secundum Bart. adeptio bonorum venit tacitè in consequentiam ad pęnam capitalem: ideò quãdo Iudex pronunciat, & declarat hoc adiecto, cum publicatione bonorum, talis declaratio nihil operatur. Barto. in l.13.§.si quis.ff.de testamentis, vide tamen ibid.

Bonis publicatis propter delictum, debitores delinquentis non possunt conueniri, nisi coram eorum Iudice competente. Papon. lib.7. tit.7. arrest.48.

De bonis damnatorũ, seu de publicatione ipsorum vide per Clar. in §.fin.q 78.

Quę sint crimina, pro quibus imposita est bonorum confiscatio, vide Clar. ibid. vers. nulla, Quæ veniant in ipsa confiscatione, ibid. vers. nunquid de bonis.

Nunquid in confiscatione bonorum veniãt bona alienata per ipsum delinquẽtem ante cõfiscationem, & quid, si ante delictum fuerint in fraudem alienata, vide eundem Clar. q. 78. vers. solet.

Reus vsque ad sententiam potest bona sua alienare, cùm interim non amittat dominium, dummodo non alienet in fraudem Fisci: quia tunc reuocaretur alienatio: & fraudis præsumptio excluditur, quando alienatio ex causa necessaria facta fuit. Natt. consi.212. Tom.1.

Licèt alienationes factæ ante crimen cõmissum valeant, tamen si in fraudem Fisci factæ sint, reuocantur: quòd autem factæ sint in fraudẽ iudicatur ex præsumptionibus, de quibus vide per Natt. consi. 549. & Bar. in l. post 15.ff. de donatio.

Si timeas, quòd Fiscus bona tua inuadat ex aliqua causa, debes facere donationem causa mortis bonorum tuorũ vxori tuę, quo facto, si ad plenam, & perfectam traditionem peruentum sit, Fiscus, bonis mariti publicatis, nõ poterit agere contra vxorem donatariam, & amplius non habebit regressum ad dicta bona, etiam marito reuocãte dictam donationem. Hippol. sing 316.

De pęna publicationis certæ partis bonorum vide per Clar. in sua Pract.§.fin.q 79.

In iure habemus multa nomina, quæ videntur idem significare, nempe confiscatio, annotatio, descriptio, publicatio, & incorporatio, tamen aliqualiter differũt, prout notat Cassan. in consuetud. Burg. titu. *des confiscations*. Rub.2. in principio.

Res Fiscales considerantur multipliciter, vide ibid. in fine, & supra tit. de iure Fisci.

Quæ sint iura, & quomodo differant circa publi tionem bonorum, vide eundem Cassa. eo. tit. §.1. glo.1. num.6.

Confiscata non sunt concedenda ante adiudicationem appellatione non suspensam. Rebuff. in constitutio. Reg Tom.2. tract. vt benefic. ante vacatio. glo.6 fol.545. Aliàs quæ mala proueniant, vide ibid. glo.8.

Confiscaionis omnium bonorum pęna imponi non potest per inferiores Iudices sine iussu Principis, nisi in casibus à iure expresśis. Nat. consi.212. Tom.1. nu.5. Tamen publicatio omnium bonorum potest imponi à Iudice, qui in summo gradu est post Principem, vt est Vasallus, & hoc etiam contra contumaces delinquentes Natt. consi.240. Nam pęna confiscationis bonorum potest imponi contumaci legitimè citato; secùs si illegitimè. vide Rolan. cõsi.39. vol.1. & cõsi 68. vol.2. Vel nõ fuerit datus terminus defensionis. Rol. ibid. d. cõsi.39.

Quod dicitur contumacem posse puniri, & mulctari publicatione bonorum, intelligitur de vero contumace; & non de ficto. vide Rolan. consi 47. vol.2.

Emere bona confiscata, seu publicata, ditiores loci nõ cõpellũtur regulariter. Natt. cõs.509.

Princeps, vel eius Legatus licèt posśit citare aliquem, vt corã se compareat sub certa pęna, etiam causa non expressa, tamen vt pęna cõminata infligatũ, causa vera apud eum subesse debet Natt. consi.592 & seqq. & Rolan. consi. 47. volum.2.

Bona non dicuntur applicata Fisco ipso iure, nisi in primo capite legis, quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. Vera. decis 67. part.1. Sed quando confiscatio fiat ipso iure, & quando ope exceptionis, vide Boer. decis.264. nu.10.

Declarationem Domini, & petitionem requiri, vt rei, vel iuris alicuius priuatio incurratur, scribit Mysing. obser.77. centu.6. Quod etiam procedit in crimine lęsæ Maiestatis. ibid.

Bona quando publicantur pro aliquo delicto, statim Fisco acquiruntur. Bart. in l.1.§. an bona. ff de iure Fis. Nec est opus aditione. Bar. consi.157. vol.1.

Bona damnatorum quando debeant Fisco applicari, vide per Bart. in §. quia verò nõ oportet, Authen. vt nulli Iudic.

Bona delinquentis confiscata, & Fisco applicata, possunt per Fiscum vendicari, quod procedit, quotiescunque intra quinquennium talia bona fuerint petita, & vendicata: nã Fiscus agẽs post, non auditur. Hippol sing.307.

Bonis publicatis, reus absens habet annum ad recuperandum bona, & se purgandum. l.1.ff. de requir. reis. Extranei verò prętẽdentes habere ius in ipsis bonis intra quinquennium debent experiri, quo elapso, amplius non audiuntur, nisi ex causa, habemus in hac Patria decretum. tit. *infra qual tempo sia lecito recuperar li beni confiscati.*

Si committat quis delictum, propter quod bona veniant distrahenda, creditor habens domum pignoratã, potest illam defendere. Bar. in l. 1. §. seruus. ff. ad Senatuscon. Sylla.

Iudicium incoatum contra condemnatum expirat, facta publicatione. Abb. consi. 84. par. 2.

Bona delinquentis mortui, non pertinent ad Fiscum, nisi viuens fuerit condemnatus. l. fin. C. de iure Fisci lib. 10. vide tamen glo. ibid.

Extincta per mortem pęna capitali, appellatione pendente, non extinguitur bonorum confiscatio expressa; tacita sic. l. 3. C. si pendente appellatione mors interuene. & l. fi. C. si reus, vel accusat.

Bona Fisco citra pęnam exilij perpetuam, adiudicari sententia non possunt. l. bona 39. ff. de iure Fisci, vbi de materia.

De bonis eorum, qui pòst sententiam fuerũt restituti, vide in tit. C. de senten. pass. & restitut. supra eod. & in tit. ff. de interd. & releg.

De bonis eorum, qui ante sententiam sibi mortem consciuerunt.

Qvando bona metu pęnæ mortem sibi consciuentium, Fisco applicẽtur, vide Pet. Roy. decis. 1. Litua. nu. 22. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Qui sine causa mortem sibi consciscere adgressus est, prohibitusq; non perpetrauerit, puniri debet. ibi. nu. 48. vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 284. nume. 17. & seqq. & Marc. q. 874 part. 2.

Manus sibi inferens, in dubio præsumitur id fecisse tedio vitæ, nisi Fiscus contrarium probaret. Rot. Auenio. decis. 123. in decisio. diuerso. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 284. nu. 17. & Dec. consi. 438.

Miles qui sibi manus infert volens se occidere, licèt opus non compleuerit, capite punitur, nisi propter impatientiam doloris, vel morbi, hoc fecerit. l. si quis 38 §. fin. ff. de pęn.

Vulnerans seipsum puniri debet, sed qua pęna, vide Gram. decis. 44.

Mortem sibi inferens ob vitæ tedium, pęnã non meretur; secùs si ob conscientiam perpetrati sceleris: quia tunc eius bona publicantur. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 284. Dec. consi. 438. Rol. consi. 20. vol. 2. facit l. factum 12. C. de accusatio. & inscriptio. & l. in fraudem 45. §. bona. ff. de iure Fisci.

Sibi ipsi mortem inferens ob tedium vitæ, non facit locum statuto, quo bona publicantur propter homicidium. Dec. consi. 438.

Mortuo reo, non proceditur super delicto, nisi is ob conscientiam criminis sibi mortem cõsciuerit. l. pen. C. si reus, vel accusat.

De pęna illorum, qui se propriis manibus occiderunt, & quando censeantur occisi tedio vitæ, vel timore pęnæ, vide Marc. q 879. part. 2.

Quid agẽdum circa cadauer illius, qui sibi mortem cõsciuit, vide Papon. lib. 22. tit. 10. arrest. 1. Fran. Marc. d. q. 879. & Rot. Auenio. decisio. 123. in decisio. diuerso.

Arbitrio Iudicis relinquitur, an cadauer illius, qui mortem sibi consciuit, suspendi debeat. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 284. nu. 15. Sed an debeat carere sepultura, vide ibid.

Authen. bona damnatorum, restringit etiam cõfiscationes eorum, qui sibi mortem consciuerunt: ideò nisi quando quis accusatur crimine lęsæ Maiestatis, non potest habere locum confiscatio bonorum. vide Rot. Auenio. deci. 123. in decisio. diuerso.

Si probetur furor eius, qui sibi mortem contulit, excusatur, licèt ille hoc fecerit ex delicti conscientia. Papon. lib. 22 tit. 10. arrest. 1.

De testamẽto eius, qui sibi mortẽ consciuit, cõdito post vulnus sibi illatũ, & an illud valeat, vide per Pet. Roy. decisio. 1. Litua. in decisio. diuerso. fol. 363. Quò loci describuntur nomina multorum, qui sibi mortem consciuerunt.

Testamentum eius, qui ob tedium vitæ sibi mortẽ contulit, valet. l. eius 35. ff. de milit. testam. Et tali morte non obstante, debet aperiri l. 1. §. si quis nõ metu. ff. ad Senatuscõsul. Syllania.

Accusatus de crimine mortem sibi inferens, habetur pro confesso. Aegid. Bellam. conclusio. 688. nume. 13.

De executoribus, & executionibus in criminalibus.

Ivdex laicus absque nouo processu, tenetur exequi sententiam Inquisitoris fauore fidei. Iaff. Lanf. Balb. decis. 105. vide tamen Bart. in l. Magistratibus 12. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & in l. nõ dubiũ 9. ff. de custo. & exhib. reo. Aliàs Iudex secularis requisitus ab Ecclesiastico, vt eius sententiam exequatur, potest prius de illius iniustitia, & iniquitate cognoscere, quàm exequi, etiã cum partis citatione. vide Natt. cõsi. 529. Sed quid in Delegato Apostolico requirente, vide Roland. consil. 37. volum. 1.

Iudex exequens non tenetur stare processui Iudicis remittentis pro executione, sed potest de nouo cognoscere, & delictum examinare. Bartol. in l. diuus 6. nume. 3. ff. de custod. & exhib. reo.

Executio pęnæ corporalis fieri debet per Iudicem primum; & non per Iudicem appellationis sententiam confirmātis. Guid. Pap. q 237.

Si Princeps mandaret aliquem puniri grauiori pęna, quàm deberet ex lege, vel consuetudine, Iudex, lata sententia, debet executionem differre per triginta dies, ac si Princeps illam tulisset. Iass. Lanf. Balb. decis. 425.

Executio sententiæ capitalis est differenda, pēdente termino decē dierum dato ad appellandum, licèt ex generali cōsuetudine seruetur contrarium. Rot. Auenio. decis. 60. in decisio. diuerso. Tom. 3. vide Barto. in l. qui vltimo 29. nu. fin. ff. de pęnis, & gloss. in l. vnica. ff. nihil noui, appellatio penden.

Executio mulieris prægnantis condemnatæ ad mortem, differtur post partum. idem Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 18. & Bart. in l. 18 ff. de statu homin.

Executio mulieris dānatæ, an differatur per tēpora purgationis, vel quousque reperiatᵉ nutrix, vide Bart. in l. 3 ff. de pęnis.

Lata sententia, qua quis fuit in exilium missus, si reperiatur, quòd ante sententiam delinquēs fuerat pro debitis ciuilibus commendatus. an sit differēda executio, vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 22. Vbi concludit pro parte affirmatiua.

In criminalibus executor nō debet exequi sententiam contra conscientiam suam, quando illam videret iniquā. Ias. de actio. §. si minus, nume. 16.

Quæ sit forma exequendi sententias criminales in causis, quibus imponitur pęna pecuniaria, vide Clar. in §. fin q. 95. Et quando imponitur pęna corporalis, ibid. q 96.

Ex quibus causis executio sententiæ capitalis differatur, vide eundem, ibid. q. 47. Et ex quibus posit impediri, vide etiam ibid. q. 98.

Quando sententię huiusmodi executionem suspendere, ac differre Iudex posit, vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q 98. Et quod tempus tunc concedatur, vide ibid. cas 334.

Accusatio de crimine grauiori, pro quo durior venit imponenda pęna, instituta contra condemnatum pro alio crimine, executionē corporalem differt. Ludo. Roma. sing. 566.

Licèt Iudex ad condemnationem pęnæ corporalis procedere non posit ad tumultum Populi, etiam si ille aliter sedari non posset, tamen ad tumultum Populi, potest executionē accelerare, etiam pendente dilatione, si aliter tumultus sedari non posit. idem Roma. sing. 577.

Filiofa. conuento in iudicio criminali, & condēnato, executio fieri potest, durante patria potestate, sed in quibus bonis, vide per Bartol. in l. quoties 34. ff de noxal. actio.

Si lata sententia constet de innocentia, executio est differenda. Barto. consi. 111. nume. fin. volum. 1.

Furiosus si quis efficiatur post commissum delictum, non potest puniri. sed debet supersederi in executione. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 77.

De materia executionum in causis criminalibus, habemus in hac patria decretum, vt in decreto criminali tit *dell'essecutioni* fol. 9.

De pęnis, & mulctis delictorum in genere.

AVxilij cooperatio, vbi simplex est, ex qua delictum, seu tractatus non est auctus, pęna mortis nō punitur. Ozas. decis. 79. nu. fin.

Opem præstans an puniatur, vt faciens, vide Capic. decisio. 155. nume. 15. Boer. decisio. 167. num. 3. Menoch. de Arbitra. cas. 349. & 350.

Opem ferre maleficio, quibus modis quis dicatur, vide Boer. decis. 167. Craue. consi. 224 nu. 5. Bart. in l. in furti 51. §. ope. ff. de furt. & l. 27. §. si quis. ff. ad leg. Aquil.

Præbentes auxilium mitius sunt puniendi, etiā quando statuto cauetur quòd præbentes auxilium, consilium, vel fauorem maleficio, puniatur eadem pęna, qua punitur cōmittens. Hippol. sing. 15.

Agentes, & consentientes pari pęna puniuntur. c. qui 4. ex. de furtis, & l. nemo 7. C. de pagan. Sed quomodo dictum sit intelligēdum, vide Ozas. decis. 80 nu. 6. & decis. 105. Marc. q. 412. par. 2. & Bar. in l. iubemus 14. §. si sanè. C. de Sacrosanct. Eccles.

Auxiliantes, & associantes delinquētem, an eadem pęna sint puniendi, vide Guid. Pap. q. 423. & q. 437. Natt. consi. 151. Tom. 1. & 458. Hippol. sing. 400. & Marc. de Mant. sing. 29.

Conscij atrociorum delictorum, & illis non obuiantes, non puniuntur morte; sed alia graui pęna. Ozas. d. decis. 80. nu. 7.

Conscius criminis, si nō detegerit, qua pęna puniatur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 355.

Qui homicidio causam prębuit, qua pęna puniatur, vide eundem Ozas. decis. 104.

Prohibere homicidium, & delictum qui potuit, & non prohibuit, tenetur. vide Ozas. d. decis. 104. nu. 7. & Fran. Marc. q. 771. part. 2.

Scientia sola delicti futuri, vtrum puniatur, vide Capic. decisio. 149. & Bart. in l. vtrum 6. ff. ad leg. Pompe. de pari.

Opem præstans post maleficiū, qualiter teneaᵉ, vide Bar. in l. si quis 3. §. si quisquā ff. ad Sylla.

Bannito-

& tunc affectus, quamuis non sequatur effectus, punitur, leuiori tamen pęna glo. in §. sed & si, Insti. de oblig. quæ ex quasi delic. nascun.

Incitans aliquem ad aliquod maleficium committendum, non debet puniri ordinaria pœna delictiįsed extraordinaria. Ozasc. deci. 67.

Mandans eadem pęna punitur, qua mandatarius, vbicunque is absque mādato delictum illud facturus non erat. Ozasc. d. decisio. 67. nu. 10. vide Marc. q. 423. Ias. de actio. §. pęnales quoque, num. 18. Menoch. de Arbitra., lib. 2. cas. 353. Bartol. in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur. & Hartma. cap. 5. titul. de contract. lib. 2.

Qualiter puniātur mandans, & mandatarius in delictis, & quid si mandatum non fuerit perfectè executum, vide Gram. decisio. 38.

De pęna illius, cuius causa fuit perpetratū delictum, licèt non mandauerit, vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 471.

Conuocans homines non tenetur ex promissione, qua promisit sibi adiuuantes, & auxiliātes releuare indemnes, si eos contingat ad emendā, vel aliam pęnam condemnari. Boe. decis. 54. Et talis principalis conuocans tenetur de damno, per ipsum, & alios per eum conuocatos datum, & de morte hominis. Boer. ibid. Bartol. in l. Prætor. §. si quis. ff. vi bonô. rapto. Nam auctor criminis acerbius plectendus est, quàm socij. Crauet. consį. 220. nu. 15. Sed ipsi conuocati, & coadunati, non tenentur de damno, quod alij dederunt; de facto tamen, & damno proprio tenētur. Boe. d. decisio. 54. num. 3.

Maleficium consulens illi, qui alioqui facturus erat, licèt non puniatur eadem pęna, tamen in enormibus, & atrocioribus delictis consulens punitur, licèt principalis aliàs facturus non esset. Hippol. sing. 665.

Ratum habens delictum punitur ex delicto, nō ex ratihabitione. Bar. in l. si vt 62. ff. de fideiusso. & manda.

Nuntij, quorum medio fit tractatus maleficij, puniuntur. Bar. in l. 1. §. incidit. ff. ad Senatusconsul. Turpil.

Punitus per Iudicem Ecclesiasticum non sufficienter, potest etiam puniri per secularem. Ozasc. decisio. 103. num. fin. vide supra titū. de causis mixtis.

Osculum rapiens virgini inuitę, qua pœna sit puniendus, vide Afflict. decis. 276.

Animal brutum, quod deliquit, debet morti tradi. Guid. Pap. q. 238.

Commentariensis capite punitur, si rem habuerit cum muliere incarcerata. Guid. Pap. q. 448 nu. 3. vide supra tit. de carcere, &c.

De muliere, quæ ventris doloribus impulsa, latrinā accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens nesciuisse se fuisse pręgnantē, & qua pęna puniri debeat, vide Ozas. dec. 60.

De pęna mulieris, quæ fecit abortum vide per Dec. consi. 535.

Mulieri medicamentum præbens, ex quo generare, aut concipere non posit, tanquam homicida reputatur. Ozas. d. decis. 60.

Pęna, quæ fit præbētis poculum amatorium, ex quo pter ꝓpositū mors subsequuta est, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 358.

Abortiui causam dans, quomodo puniatur, vide Perillust. D. P. Tessau. deci. 12. & 13. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 357.

Sodomitæ pęna capitali puniuntur. Fran. Marc. q. 508. num. 7.

Luxuriantes contra naturam pęna ignis, seu cōbustionis puniuntur. Papon. libr. 24. titul. 10. arrest. 6.

Ascendentes scalas ad domum alienam causa violandæ castitatis Virginum, tenētur pęna vltimi supplicij, si præcesserit bannum prohibitiuum. vide Gram. decis. 36. num. 13.

Mulier cōspirans in necem viri occisi per adulterum, punit eadem pęna, qua punitur adulter occisor. Boer. decis. 262.

Quibus in causis cadauer puniatur, vide ibidē. titu. 14. arrest. 1. & Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 285.

In pęnis imponendis inspici debet cōsuetudo; iō hodie propter adulterium, vel stuprū, non imponitur pœna corporalis, Crauet. cons. 41. nu. 8. & consi. 137. De qua pœna vide infr. tit. ad leg. Iul. de adult.

Pęna consuetudinis minor, & mitior derogat pœnæ iuris communis. Crau. d. cons. 137. nu. 7.

Ex dispositione decreti antiqui Sabaudiæ, possunt puniri lenones manifesti, mendicantes validi, ocio continuo vacantes, luxores cum taxillis, & aliis ꝓhibitis ad pecuniā cōtinuò ludentes, & multi alij, de quibus in constitu. antiq. Sabaud. lib. 3.

Personati habitus Monachorum, seu Monialiū assumentes, maximè tēpore carnispriuij, per Episcopum loci veniunt puniendi tanquam sacrilegi. Marc. de Mant. sing. 21.

Pœna Sacrilegij punitur contemptor auctoritatis Pontificalis, vel Imperialis potestatis. l. 5. C. de diuers. rescript.

De pœnis contrahentium incestas nuptias, vel prohibitas, vide in Authentic. de incestis nupt.

Pro raptu mulieris honestæ conditionis, imponitur pœna amissionis capitis. l. vnica. C. de rapt. virgin.

Committens incestum deportatur. l. si quis 5. ff. de quæstio.

Ingrediens Eccleſiam cùm Sacra Miſteria celebrátur Epiſcopo, vel Clericis, aut miniſtris aliis Eccleſiæ aliquam iniuriã fecerit, aut ipſa Sacra Miſteria turbauerit, vel celebrare prohibuerit grauiter punitur. vide § ſi quis cùm Sacra, Authen. de Sanctiſ. Epiſcop.

Arbitraria pęna vbi venit imponenda, habenda eſt ratio perſonarũm, & facultatum, & non includit mortis pęnam. Ozaſ. deciſio. 104 nu. fin. Ioſeph. Ludo. deciſio. 1. Luc. nume. 28. vide tamen Maran. in ſuo Spec. de ordin. iudic. diſput. 3. Gram. deciſio. 36 nume. 12. Math. Matheſ. ſing. 48. Boer. deciſio 317. nu 3 Papon. lib. 24. titu. 10. arreſt. 2. & 3. & Menoch. de Arbitra. lib. 1. quæſt. 86. Nam in arbitrariis Iudex non poteſt imponere pęnam vltimi ſupplicij; ſed temporalem. Cabal. mille loq 512.

Quando pœna remittitur arbitrio Iudicis, ille poteſt arbitrari vſque ad mortẽ, ſi illa delictum ſit dignum ex circunſtantiis. Crau. conſ. 220. nume. 14.

De pœnis, quæ arbitrio Iudicis imponuntur, & quomodo tale arbitrium accipi debeat, vide Clar. in ſua Pract. §. fin. q 83.

Iudici hodie omnis pœna eſt arbitraria, etiam à iure determinata. Maran in ſuo Spec. de ord. iudi. part 4 tit. an ſit iudic. ciuil. vel criminal. diſtinct. 1. num. 8.

Damnatus per viam inquiſitionis non punitur pęna ordinaria à lege inducta; ſed mitiori, & arbitraria, niſi conſtet de crimine per confeſsionem. Maran. ibid. diſtinct. 10. iudic. num. 6. & 8 Et iudicium omne extraordinarium dicitur. ibid. num. 7.

Quando quis debet puniri pęna corporali arbitrio Iudicis, an ille poſsit commutare pœnam corporalem in pecuniariam, vide Caſſa. in conſuetud. Burg. titu. *des Iuſtices*. Rub. 1. §. 5. glo. 10. nu. 22.

Iudex, cauſa cognita, poteſt alterare pœnam delicti. l. 3. C. ex quib. cau. infam. irrog.

Pœna poteſt minui, & augeri ex cauſa, in omnibus criminibus etiam ordinariis, & habentibus ordinariam pœnam. Capic. deciſio. 124. nume. 5. Hippol. ſing. 182. Sed ſine cauſa non poteſt. Ludo. Roma. ſing 78. Quod locum habet etiam in pœna impoſita per conſuetudinem. Pet. de Raue. ſing 496.

Pęna minor imponitur, vbi proceditur ex præſumptione. Capic. deciſio. 126. numé. 15. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 279.

Pęna eſt arbitraria contra Ciues non præſtantes auxilia Officialibus inſultatis. Capic. deciſio. 149

Deportationis pœna hodie nõ eſt in vſu, & eius loco ſuccedit pęna ſtatutaria, quo ſtatuto deficiente, pęna erit arbitraria. Capic. deciſ. 153.

Pęna quando non eſt impoſita à lege, vel ſtatuto pro aliquo delicto, ſuccedit pęna imponẽda arbitrio Iudicis. Gram. deciſ. 2. nume. 27. & deciſ. 39. nume 10. vide Maran. in ſuo Spec. de ordine iudi. part. 4. diſtinct. 9. iudic. & 10.

Pęna omnis eſt arbitraria in Principe. Ozaſ. deciſ. 80. nu. fin. Gram. deciſ. 36. nu. 8. & 12. Boer. deciſ. 254 nu. 22.

Pęnæ duæ, vbi pro delicto imponuntur, Iudex habet arbitriũ vtẽdi qua velit. Marc. q. 907. nume. 9. vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. quæſt. 87. & 94.

Pęna pro delicti qualitate, & cauſæ imponi debet: quia pęna delicto maior eſſe non debet. Marc. q 717. part. 2.

Iudex in criminalibus debet amplecti pęnas ordinarias à legibus conſtitutas, neque illas temerè poteſt ſuo arbitrio augere, minuere, & variare, neque debet eſſe mitior lege: ſed tunc demum arbitrari poteſt, quando certa ſpecialis pęna per legem impoſita non eſt. Ludo. à Pegue. in ſuis quæſtio. crim. cap. 7. nu. 14 vide tamen ibid. nu 17.

Pęnam remittere, mutare, vel minuere, an Iudex poſsit, vide ibid. cap. 96.

Quando Iudex arbitrium in cauſis capitalibus habẽs, punire poſsit occidentem banitum, vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 90.

Defenſionis limites excedens Iudicis arbitrio punitur, ſed quando dicatur exceſsiſſe, vide eundem Menoch. de Arbitra. lib. 2. caſ. 277. & 278 et ſupra titu. quando liceat vnicuique ſine Iudice ſe vindic.

Iudicis arbitrio punitur, qui Deo dicata diſtrahit. idem Menoch ibid. caſ. 282. Quod etiam habet locum in corruptore Iudicis. Menoch. de Arbitra. caſ. 343.

Arbitrio Iudicis punitur, qui inſignia alicuius familiæ corrũpit, & delet. Menoc. ibi. caſ. 281.

Iudicis arbitrio punitur ille, in quem pęna ordinaria nõ cadit. Menoc. de Arbitra. caſ. 449.

Licèt pęna legalis poſsit per Iudicem ex cauſa minui, vel mutari, tamen hæc facultas ſolùm procedit, quando Iudex cognoſcit ex denunciatione, vel inquiſitione; ſecùs autem ſi procedat per accuſationem. Hippol. ſing. 524.

An Iudex ex cauſa poſsit pęnam ſtatutariam augere, vel minuere, non obſtante iuramento præſtito de ſeruãdis ſtatutis, vide Guid. Pap. q. 206. & Marc. q 908.

Pęnam quando Iudex alterat, cauſam exprimere debet. Marc. q 908.

Vbi ſit mẽtio de pęna capitali, non intelligitur de pęna mortis; ſecùs in pęna vltimi ſupplicij. Papo. li. 24. tit. 10. arreſt. 3. vide Raud. tract. de Analog. c. 12. nu. 12. & Maran. in ſuo Spec. de ordine iudic. par. 4. diſtinct. 2. iudic. fol. 74.

In pęnis alternatiuis impositis, cuius sit electio, nempe Iudicis, vel rei, vide Clar. §. fin. q. 85. vers. solet etiam, Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 85. 87. & 94. Bartol. in l. 4. C. de seruis fugiti. Quòd tunc electio spectet ad Iudicem, scribit Dec. consi. 440.

Iudex grauiorem pęnam, quàm lex faciat, eligere non debet. Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 86. Nec potest dare electionem pęnæ morituro. Roma. sing. 26.

Qua pęna feriendi sint delinquentes, in quos non cadit pęna ordinaria, sed extraordinaria, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 449.

Si manus debeat abscindi, debet intelligi de minus potenti. Bart. in authent. sed nouo. C. de seru. fugit.

Pęna quando non est limitata à iure, remanet imponenda officio Iudicis. Bar. in l. 1. ff. de effracto. & expilat.

Ordinarius, qui scit non vt Iudex, vel homo, sed vt Deus, subditum esse criminis reum, indeterminatè poterit (sed non nominatim) eum arguere, & punire. cap. 2. extra de offic. Iudi. ordina.

Pęnæ corporales, & pecuniariæ minuunt certo modo, excepto, in crimine læsæ Maiestatis. vide §. quia verò non oportet, Authen. vt nulli Iudicum.

In pęnalibus causis benignius interpretandum est. l. factum 198. §. fin. de reg. iur.

Pęna corporalis etiam minima, est maior quacunque pęna pecuniaria. Capic. decisio. 5. nu. 5. & Ias. de actio. §. pœnales quoque, nu. 45.

Pœna banni in pecuniariam Iudex mutare potest, si iusta causa subsit, sed an Iudex mutando pœnam legis, caussam in sententia exprimere debeat, vide Mysing. obser. 30. cent. 2.

Ob paupertatem remittitur mulcta per Iudicē imposita, secùs in pœna, quæ non potest remitti. Boer. decisio 349. Quod intelligendum est de mulcta Fisco applicanda; non de mulcta parti adiudicata pro suo interesse. Boer. ibid. vide supra tit. de interesse, quod debet parti læsæ.

Quæ sint differentię inter pœnam, & mulctam, vide Boer. d. decisio. 349. num. 3.

Mulcta per Iudicem ob paupertatem remissa, non potest ampliùs exigi, etiam si reus ad pinguiorem fortunam peruenerit. Boer. ibi. num. 4.

Si parte permittente, pro emenda sibi adiudicata condemnatus fuerit in corpore, ille nō tenetur postea soluere emendam, licèt venerit ad meliorem fortunam. Boer. d. decis. 349. Roma. sing. 24. & Aluis. de Alber. sing. 20.

De pęna pecuniaria commutanda in corporalem pœnam vide per Marc. q. 183. 2.

Condemnatus pro delicto ad pęnam pecuniariam, si illam soluere non possit, pœna corporali plectandus est. Marc. q. 645. part. 2. Gram. vot. 4. num. fin. & Bar. in l. quicunque 4. C. de seru. fugit. Quod procedit, quando pœna applicatur Fisco; secùs si parti priuatæ. Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 10. vide Ias. de actio. in §. pœnales quoque, num. 43.

Iudex potest amplecti pœnam pecuniariam, & dimittere pœnam corporalem, quam incurrit reus ob solutionem pœnæ pecuniariæ in tempore non factam, licèt ille potiùs vellet puniri corporaliter, quàm pecunialiter. Fran. Cremen. singul. 103.

Pęna corporalis, quæ imponitur in defectum solutionis pœnę pecuniariæ, remanet integra, licèt pœna pecuniaria minuatur. Bar. consil. 107. num. fin. vol. 1.

Pœna illius, cui est amputanda manus, si ex illa amputatione manus esset periculū, ne is moreretur, potest per Iudicem commutari. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 15 num. 89.

De pœnis, & mulctis, & an Iudex possit minuere pœnam, vel mulctā, etiam post sententiā, vide per Bart. in l. & si Senat. 3. C. ex quib. cau. infa. irroga.

Iudex, causa cognita, imponit pęnam corporalem pro pecuniaria: & duplex pœna pro delicto, quando imponi possit, & quando pœna possit mutari, vel augeri, & de materia vide per Bar. in l. quid ergo 13. §. pœna grauior. ff. de his, qui notan. infa. Quibus in casibus pœna pecuniaria in corporalem cōmutari possit, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 447.

Comites, Barones, & qui habēt regalia, possunt pœnam pecuniariam minuere; non pœnam infamiæ, vel aliam non pecuniariam. Bartol. in l. acta 45. §. de amplianda. ff. de re iudic.

Quādo pœna sanguinis in pecuniariam mutari possit, vide in additio. ad Barto. in d. l. 45. §. de amplianda.

Senatus an possit post latam sententiam commutare pœnam pęcuniariam in corporalem ad instantiam Fisci, vide Perillu. D. P. Tes(?) decis. 232.

Pœnarum commutatio aut fit ex voluntate, & tunc nō potest fieri de corporali in pecuniariam, nisi per Principem: aut ex necessitate, veluti quando minorari pœna potest ex aliqua iusta causa, & commutari de corporali in pœcuniariam, & tunc commutatio potest fieri per Iudicem. Capic. decisio. 27. nu. 14. Afflic. decisio 287. Datur exemplum, quando in delictis capitalibus probationes sunt dubiæ. Boer. decisio. 83. Gramm. decisio. 42. & vot. 10. num. 39. & Vincē. de Franc. decisio. 372. part. 2.

Pęnam corporalem poteſt Curia Supręma mutare in pecuniariam.Guid.Pap.q.579.

Pęna ciuilis pecuniaria propter impotentiam non ſoluéris punita in corpus, iudicatur à Iudice criminali.Capic.deciſ.27.nu.19.

Pęna pecuniaria ſubrogata in locum pęnæ corporalis.vtrum ſit Baronis, vel alterius Domini iuriſdictionis,vide Capic.deciſio.27. num. nu.12.& ſupra tit.de damnato. bon.

Pęna debet eſſe illius,de cuius tempore fuit lata ſenten ia, non autem illius, de cuius tempore fuit commiſſum delictum. Guid Pap. q. 535.Papon.lib.13.tit 9 arreſt.9. Sed Boer.deciſio.5 tenet contrarium quem ſequitur Rol. conſ.77.vol.4.

Per gratiam non intelligitur in dubio præiudicatum Domino mediato, reſpectu pęnæ pecuniariæ incurſæ, & ipſi Domino competentis. vide ſup.tit.de reſtitutio. ob delict.

Pęnæ pecuniariæ pro delictis impoſitæ, nō ſunt de mero Imperio,& ideò ſpectant ad Dominum iuriſdictionis, excepta pęna cōfiſcationis bonorum, quæ pertinet ſolùm ad Dominum habentem merum Imperium in feudo. Capic.deci.27 nu.17.vide Rol.conſ.42. vol.2.

Pęna, quā incurrit ſubditus à Principe propter inobedientiam, an ſit applicanda Principi, vel Vaſallo,vide Natt.conſ 580.& fin.

An pęna edicti Principis ſpectet ad Vaſallum, vide Natt.conſi. 659.

Pęna applicatur Fiſco loci primi Iudicis, quando ſententia confirmatur per Iudicem appellationis.Guid.Pap q 237.

Locus,vbi quis vulneratur, vel vbi mortuus eſt ex vulnere,an debeat attendi quo ad ſoluendam pęnā Fiſco,vide Barth.de Capu.ſing.26.

Pœna damnationis in metallum, non eſt hodie in conſuetudine, ſed eius loco ſuccedit damnatio ad triremem.Capic.deciſ.153. nume.3. Imò eſt correcta, & nemo bene natus efficitur ſeruus.Gram.deciſio.32.num.5.

Iudex abſtinere debet à pęna triremium, quoties alia imponi poteſt.Crau.conſi.18.nu.18. De ipſa pœna, & de pęna detruſionis in Monaſterio,vide per Clar.§.fin q.70.

Nobiles licèt non poſsint furcis ſuſpēdi,tamen propter enorme delictum, ſuſpendi poterunt. Gram.deciſio.36.nu.5.

Nobiles non ſunt puniēdi eiſdem pęnis, quibus ignobiles. §.item lex Iulia,Inſtitut.de public. iudic.

Nobilis in pęna pecuniaria plus punitur; ignobiles verò in pœna corporali. Marc.q. 673.

Nobiles non ſuſpenduntur,ſed capite truncantur, & delinquens in officio plus punitur. Marc.dict. quæſtio. 673. vide. Bartol.in l.3. ff. de re militari.

Pęna extraordinaria.quæ venit imponēda propter iniuriam factam alteri, debet moderari ſecundum qualitatem, & dignitatem illius, vt maior imponatur,ſi ſit Nobilis, quā ſi ignobilis,qui recepit iniuriā.l.non eſt 66.ff.de rit. nuptia. vide infra tit.de iniuriis.

Maleficia commiſſa de nocte, arctius puniuntur, quàm commiſſa de die.Gramm. deciſio. 36 num.14.

Nobilitatem aſſumens per ſe, an, & qua pœna puniatur,vide Guid.Pap.quæſt.89.

Iniuſta miſericordia eſt, parcere delinquenti, pro pęna debita. Grāmmat. deciſio.94 num. finali.

Periurus qualiter puniatur, vide Guid. Pap q. 178.Ozaſ.deciſio.66. Et quibus pęnis. Iaſ. de actio.in §.item ſi quis poſtulante, nume. 57. Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ. 319. Caſſan.in conſuetud. Burg.tit. *des retraicts*.§. 12. gloſſ 6. num. 11.& Hartma.cap. 37.titulo de iniuriis. libr.2.

Qui iurando per Principem peierauit,fuſtibus caſtigatur. l. ſi duo 13.§.fin.ff.de iureiur.

Iurans falſum in judicio, qualiter puniatur in hac Patria, vide nouos ordines, titul. *del giuramento*.

Iudex pœnam imponere potest de veritate dicenda, & illam exigere poteſt. Ozaſc. deciſ. 66.num. 6.

Teſtis periurus punitur ab eo Iudice, corā quo teſtificatur, & eius arbitrio. l. nullum. C. de teſtibus.

Negationis pęnam euitat, qui nondum conuictus,ſe ipſum corrigit.ibid.num.fin.

Verba prolata hoc modo, *al diſpetto de Dio*, important blaſphemiam, propterea illa proferens debet puniri.Gram.deciſio.50.

Blaſphemia multis modis ſumitur, & habetur, & dicitur omne maledictum de Deo, & Sanctis.Gram.dicta deciſio.50. vide Boer. deciſ. 301.Vbi de pœna blaſphemiæ, de qua vide etiam per Marc q 508. Menoch. de Arbitra. libr.ſecundo caſ.375.& Clar.in §.plaſphemia. fol. 7.

De pœna ſacrilegij vide per Papon.libr. 24.tit. 10.lib.24.& ſupra tit.de ſacrileg.

Pœna Spiritualis, & temporalis pro eodem facto imponi poteſt: ideò Clericum percutiēs vltra pœnam temporalem, eſt etiam excommunicatus & poteſt à Iudice Spirituali,& tēporali puniri. Bart. in l.placet in repet.nu. 6. C.de Sacroſanct. Eccleſ. vide ſupra titul. de cauſis mixtis.

Muros Ciuitatis trāſcedens qualiter puniatur, vide Boer.deciſ.232.

Pęnæ,quæ ſint capitales,& quæ non, de iure Canonico,& Ciuili,vide Boer.deci.254.

Ex

Ex quibus delictis delinquētes pęna capitali debeant puniri, vide per Cassan. in consuetud. Burg. tit des Iustices Rub. 1 glos. 2.

Fustigationis pęna grauis est, & infamis, ideò nō solet imponi Nobilibus. Ioseph. Ludo. decis. 1. Luc. nu. 24.

Fustigationis pęna (ex quo infamat) æquiparatur morti, & dicitur maior pęna relegationis. idem Ludo. d. decis. 1. nu. 27.

Carceratus pro crimine non obediens præceptis, potest fustigari. Papon. libr. 24. titu. 5. arrest. 19.

De pęna fustigationis, & torturæ datæ pro finali pęna: & an pęna perpetui carceris sit in vsu, vide per Clar. §. fin. quæst. 70. & Menoch. de Arbitra lib. 1. q 89.

Liber homo non debet damnari ad perpertuos carceres. Aluis. de Alber. sing 32.

Hodie loco pedis succedit manus abscisio: pro furto verò sola fustium castigatio; sed pro latrocinio furca. authen. sed nouo iure. C. de seru. fugit.

Bannimēta hodie sunt loco deportationis, quę amplius non est in vsu. Crau. consi. 220. nu. 13.

De pęna exilij, seu bannimenti, & frangentis exilium, seu fines ipsius, vide per Clar. in d. §. fin. q. 71. & supra tit. de banno, bannitis, &c.

Bannum pro vulnere non mortali etiam illato ex proposito, nunquid imponi possit, vide Natt. consi 603. Vbi figurat casum in iuuene, qui mulierem in facie vulnerauerat, cicatrice remanente.

Mulcta statim quòd Fisco declarata est, illi ius dicitur quæsitum irreuocabiliter. Fran. Marc. quæst. 206.

Mulcta contumacialis quandoque propter paupertatem remittitur Marc. d. q 206. vide Rebuff. in constitutio. Reg. tract. de appellatio. art. 11 Tom. 3 fol 919. & l. illicitas 7. §. fin. ff. de offi. Præsi.

De pęna illius, qui occiderit Officialem, vide per Marc. q 291.

Potestati qui alaphū intulerit an capite sit plectandus, vide Marc. d. q 292 nu 7. Gram. deci. 36 nu. 4 & Ioan. de Arno. sing. 13.

Officialem offendens odio particulari, non punitur pęna offendētis Officialem. Vincen. de Fran. decis. 326 part. 2.

Qua pęna puniatur vsurpator auctoritatis Principis. iurisdictionis, vel alterius, nec non locum dignitatis ei non debitum sibi attribuēs, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 320.

Turbans iurisdictionem Iudicis, quando possit puniri, & quando dicatur turbare, vide Menoch consi. 230. lib 3.

Iudici pecuniam dans, vt pro eo iudicet, perdit causam: & orans Iudicem in camera, vt pro illo iudicet in causa criminali, punitur pęna centum aureorum. Ludo. Roma. sing 331.

De pęna corrumpentis Iudicem, vel aduersarium non principalem, quæ sit, vide per Bart. in l. 1. C. de pęna Iudic. q malè iudi. & l. 1. §. sed. ff. de calumniat.

Si Notarius exigat plus de scripturis suis potentia sui officij, quàm debeat, tenetur pęna concussionis. Guid. Pap. sing. 487.

Peræquatores tallearum si grauauerint aliquē per negligentiam, vel gratiam puniuntur, vide Guid. Pap. sing 746.

Delictum atrox dicitur ob insultum; & vulnera illata in Prætorem: ideò vulnerans Potestatē, vel Dominum loci, capite est puniendus. Natt. consi. 239.

Qui nominat aliquem ad munera, vt illum redimere faciat, criminaliter punitur. l. seueriter 14 C. de excusati. tuto. vel curato.

Iudex punit etiam extraneos suam iurisdictionem impedientes. Barto. in l. vnica. §. is. ff. si quis Iusdicenti.

Qua pęna puniātur Iudices, & Tabelliones, qui consentiunt alienationi rei Ecclesiasticæ, & etiam Aeconomi alienantes, vide l. 14. C. de Sacrosanct. Eccles.

Aduocatus esse non potest, qui non est Christianus; aliàs priuatur eius officio, & deportatur. l. nemo 15. C. de Episcopal. audien.

Iudices post administrationem depositam, debent stare in loco, vbi officiū administrarūt, per quinquaginta dies sub pęna, de qua in tit. C. vt omnes Iudices.

Aduocatus, qui pactus est de quota litis, debet puniri priuatione officij: idem in Procuratore. l. si quis 5 C. de postulando, vide supra titu. de postulando.

Ex præuaricatione Aduocati, ille punitur: sed ea non probata, punitur accusator. l. 1. C. de Aduoc. diuers. Iudi.

Iudices, Aduocati, tutores, curatores, & Procuratores puniuntur, si culpa aliquorum ipsorū, causa protrahatur vltra triēnium. vide l. properandum. C. de iudi.

De pęna illius, qui trahit aliquē in vetito foro, vide in l 5. C. de iurisdict. omn. Iudi.

Officialis, qui prætextu officij aliquid per concussionem accepit, accepta restituit, & criminaliter punītur. l. 3 C. de cōdictio. ob turp. caus.

Officialis in suo officio negligens punitur. l. Mācipia 5 C. de seru fugit.

Notarius punitur, si receperit testamentum, in quo non sit nominatum à testatore coram testibus nomen hæredis. l. iubemus 29. C. de testament.

Qui intercedit pro Officiali simpliciter, videt intercedere pro intercessu, non pro pęna pro-

pter maleficium imponēda.l.fidei. Tores 69. ff.de fideiusso.& mandat.

Tutor qui non curauit, vt pupillo decernerentur alimenta, punitur.§. si quis tutor,In. titut. de suspec.tuto.

De pęnis Officialium vide supra in tit. de pę. Iudiç. qui ma'è iudica. & Authen. vt Iudices sine quoquo suffragio.

Inscidentes arbores fructiferas, & maximè vites,qua pęna puniātur, vide Marc.q.552.

Causa iusta siue iniusta excusat à dolo, & à declaratione mulctę Marc,q.776.nu.fin.

Pęna statutaria an tollat pęnam iuris communis,etiam maiorem, vide Marc.q 907. Ias.de actio.§.omnes autem,vers. quadrupli, nu 39. & Clar.§.fin q.85 Pro affirmatiua,scribunt Ioseph.Ludo.decis.Luc.61.nu.16.& Nat.cōs.44.

Delictum quando punitur per statutum,nō punitur pęna statuti,nisi fuerit consumatum, vide Gram.decis.74.nu.5.& 10.

Statutum,seu lex puniens vnum delictum, non includit illud, in quo non verificatur delictū præsuppositum.Ioseph.Ludo.decisio Luc.17. nume. 39.

De statutis pęnalibus vide supra titu.de statutis pęnalibus.

Pęna falsæ testificationis, corruptionis,aut cōminationis, quæ sit, vide Franc.Marc.quæst. 443.part.2.

Si statutum imponat pęnam delinquenti, nempe quòd ille soluat centum, aut amittat manum,Iudex semper debet eligere pęnam pecuniariam.Pet.de Rauen.sing 497.

Pęna non inducitur contemnēti reformationē statuti, si statutum reformatum solùm pęnam inducat.Menoch.de Arbitra lib.2.cas.276.

Lex,hodie. ff.de pęn. non habet locum in pęnis à statuto determinatis:quia statutum est pręcisè seruandum.Iaff.Lanf.Balb.decis.58.

Pœna corporalis tribus modis accipitur, & imposita per statutum,semper de mitiori (vt de exilio) est intelligēda.Mysing.obser.45 cēt.2.

Pęna statuti in delictis comprehendit etiā forēses,& ignorantes.Cabal.milleloq.139.

An decreta pęnalia loquentia dę faciente, habeant locum in persuadente, & fieri faciēte, vide Raud.de Analog.cap.15.nu 252.lib.1.

De pœnis statutariis vide p Clar.§.fi q.82. & 85.

De pœnis statutorum, & bannorum factorum à Communitate,vel à Domino vide per D.Sol. in suis commment.in constitutio.antiq. Sabaudiæ glo.3 proęmij fol 6.

Pęna statuti in dubio Fisco applicata censetur. idem,si per vltima par.decreti, quitationem, tit.de minorib.fol.106.

Delinquens forensis in Ciuitate,punitur secūdū formā statutorū illius.Bar.in l.1.C.vbi Senato.

Quando agatur contra dominum animàlis dantis damna, vide in titu. Institut.si quadrupes pauperiem fec. dicat.

Facta prohibitione pænali, dominus animaliū tenetur ad totā pęnam banni.Gram.deci.67.

Quando punitur ignorans,qui aduersus decretum fecit,& an illi liceat allegare ignorantiā, vide l.si ff.de decret.ab Ordi. facien.& ibi.gl.

Fraudantes, & extrahentes granum, & alia victualia contra prohibitionem ,qualiter puniantur,vide Ioseph Ludo. decis.Perus.80. Et de materia infra tit ad leg.Iul.de anno.

Licèt extet prohibitio, ne quis loquatur cū reo carcerato, tū si aliquis alloquutus fuerit palàm,& publicè verba nō suspecta,nō ob id tenebitur ad pœnam prohibitionis.Crau.cōs.3.

De pœna non obedientium mandatis Principū vide per Menoch de Arbitra.lib.2.cas.365.

Quando is,qui dare, vel facere aliquid tenetur præcepto,vel sentētia Iudicis, facere debuisse,vel potuisse dicatur, vt pœnam incurrat, vide Menoch ibid.cas.498.

Grauissima pęna imposita per constitutionem, quæ dicatur,vide Rebuff.in constitutio.Reg. Tom.2.tract.de mercato.art.1 glos.16. Quòd sit pæna mortis,scribit Corset. in suis sing.lit. P.sing pæna 10.

Princeps, vel ejus Delegatus licèt possit citare aliquem, vt coram se cōpareat sub certa pæna,etiam causa non expressa tamen,vt pænā comminatam infligat, causa vera apud eum subesse debet.Natt.consi.592.& seqq.

Virtus pœnarum expirat, remoto, vel mortuo Iudice,aut Domino, qui edicta, vel proclamata fecit Rol.consi.38 vol.3.

Edictum, vt nemini liceat alterum mentiri sub pęna, non comprehendit mentitam ad repulsionem iniuriæ illatam, sed eam, quæ non fit ad repulsionē iniuriæ Menoch consi 41.lib.1.

Pœna non debet excedere proprium casum, & vt odiosa restringi debet;non ampliari: quare licèt ex rationis identitate debeat extendi constitutio,tamen non extenditur pæna illius.Ant.Corset.in suis singul.lite.A.sing.additio vide tamen Ozas.decis.67.nume.8. Ias.de actio §.sequens illa. num.7. & Bart.in l.si fine 25 ff.de in ius vocan.

Absentia iusta excusat quem à pæna legali; non à pęna conuentionali. idem Corset. ibid.lite. P sing pæna 1.

Pęna vbicunque apponitur ipso iure à lege,debetur non solùm in foro iudiciali; sed etiam in foro conscientiæ.ibid.sing.pęna 14.

Licèt pęna applicāda Fisco ob delictū in cōmittēdo cōsistens,nō possit auferri Fisco, tū si venit ex delicto cōsistente in omittēdo,pôt pacto priuatorū illi auferri.idē Corf.fin.Pęna 15.

Man-

Mandato primo non obediens, si secundo pareat an euitet pœnam primi mãdati, vide Hippol.sing 491.

Prohibitus vendere frumentum, non poterit vẽdere farinam. Maran. in suo Spec. de ordine iudi.part.2.nu.20 fol.9.

Vbicunque lex vel statutum, aut consuetudo tẽdit ad puniendum delicta, talis lex, vel consuetudo, seu statutum, debet extendi etiam ad casum improprium, ne delicta remaneant impunita. Castan.in consuetud. Burg.titu. *des Iustices* Rub.1.§.5 glo.1.

Pœnam impositam in præcepto, Iudex potest augere, vel minuere Bar.in l.vnica.ff.si quis ius dicenti non obtemp. nu 11.

Iudex potest mulctare testes, & Aduocatos inobedientes. Bar.ibid.in §.is videtur.

In hac Patria Pedemon. in causis criminalibus, non possunt fieri compositiones ante sententiam sub pœna, de qua in decreto criminali, tit *che non si facino compositioni*

Pariter in ipsa Patria pœna statutaria, & leuior, reducitur ad dispositionem iuris communis, statuto annullato.ibid.tit *delle essecutioni* c.3.

Forẽsis, qui portat arma, vel extrahit blada extra territorium, in quo erat statutum prohibitiuum, non excusatur. Bart. in l.interdum 16. §.licèt.ff.de publica.& vectig.vide supra, titu. de iuris, & fac.ignor.

Statutum puniens coadunantem gentem, habet locum in coadunante quatuor, aut quinque homines. Bartol.in l.Prætor 4.nume.fin.ff. vi bono.rapto.

Ratione enormitatis delicti, vnus potest pro alio puniri. Papon lib.24.tit.10.arrest.1.

Quãdo plures delinquunt per modum Vniuersitatis, vel familię, vnius solutio liberat alios: si verò delinquentes non comprehendantur sub vno nomine, tunc siue delinquerint, conuocato Concilio, siue proprio motu, quilibet tenetur insolidum, nec vnius solutio liberat alios. Fran.Marc q.775 part.2.

Delinquẽtibus pluribus, quilibet eorũ insolidũ tenetur, & vno soluẽte, alter non liberatur. l. adeò 8 ff de iurisdict.omn Iudi.glo. in l.item Mella 11.§ sed si.ff.ad leg. Aquil. & Bart.in l.si quis 17 §.serui.ff.eod.de iurisdict.omn.Iudic. num.fin.

Quando in delictis vnius solutio liberet alios, vide Marc.d.quæst.775. part.2. Ias.de actio.§. pœnales nu.26.& Bart.sing 23.

Rei ex eodem delicto, si per plures condemnẽtur sententias, diuites tenentur soluere pro aliis non soluendo existentibus: quia in delictis quilibet tenetur insolidum ante, & post sententiam. Boer. decis. 310. Etiam respectu partis lęsæ, quod non procedit ratione expẽsarum. Rot. Auenio.decis.112 in decisio.diuersο.Tom.3.vide tamen Papon.lib.7. titu.3. arrest.3. lib 24. titu. 10. arrest. 15.& seq.& titu. 12.arrest 4 ibid.

Accusatione contra plures instituta, potest sententia contra vnum ferri, & contra alios suspẽdi: sed tũc cõdẽnatus nõ tenebitur pro postea condemnandis. Boer.d.decis.310 nu.fin.

Puniuntur omnes in delictis appensatis, etiam qui nõ apposuerunt manus, dũmodo fuerint principaliter coadunati ad illud delictum committendum. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 16 num.8.& 9.

Delictum quando committitur à pluribus, quomodo delinquentes puniantur, vide Franc. Marc.q.767.& 775 part.2 Ioseph Ludo.decis. Luc.16 Clar.§.fin.q 84. Guid.Pap. sing.837. & cap.fin.23.q 8.

Depopulatores, & aggressores domuum alienarum, & capientes dominum domus, qua pœna puniantur, vide Guid.Pap.q.422. Vel ibid. aliquos percusserint, Marc q 412.part.2.

Quando crimina plura resultant ex eodem facto, potest quis puniri de vtroque crimine. Ioseph.Ludo.decis Luc.61.nu.5.

Quilibet in officio publico delinquens insolidum tenetur, sed omnes pro sua parte præstabũt, nisi ab vno pœna exigi nõ posset, quia fortè non esset soluendo. Cabal.milleloq 791.

Vniuersitas si aliquod crimen committat, pœna pecuniaria, non corporali, sunt plectandi illi, qui sunt de Vniuersitate. Gulie.de Ludo sing. 83.vide infra lib. 2.tit. quod cuiusq; Vniuers.

Quando vniuersitas possit delinquere, & puniri, vide Bar.in l.aut facta 16. §. nonnunquam, ff de pœnis.

Delinquentes clàm an grauius puniãtur, quàm qui palàm, & contrà, vide Ias.de actio.in §.sequens, vers.ex maleficiis, nu.20. Bart.in l.Prætor la prima §.& generaliter.ff.vi bono.rapt. & glo.in l.Officialis.C.de Episco.& Cler.

In actu prohibitiuo magis punitur qui clàm delinquit, quàm qui palàm l.fin.ff de rit.nupt.vide glo.in l.2.§ si in re deposita. ff.vi bono.rapt.

Opifices alicuius artis prohibẽtur facere inter se monopolia, seu conuenticulas de imponẽdo super rebus caristiam sub pœna, de qua in decreto antiq.Sabaudiæ tit.de artibus, & artistis mecanicis lib.3. vide infra lib.2. titu.de monopol.

Conuenticula illicita est prohibita, & domus, in qua celebratur, est publicanda.l.conuenticula.C.de Episcop.& Cleri.

Soluens pro suo maleficio, vel pro sua culpa, nõ repetit ab alio. l. si communis 9. ff. de noxal. actio.

Pœna talionis hodie nõ est in vsu. Ozas.decis.19. in

in fine,vide supra tit. de calumniato. & Clar. in sua Pract.§ fin.q.81.

Pęna imposita inquisito de respondendo interrogatoriis per Fiscum proponẽdis, prout verum esse sciuerit,exigi iure potest,si inquisitus deierauerit,præcedente tamen mitigatione.vide Ozas.decis.66.

Administratores publici,si legitimè rationes nõ reddiderint,& contingat probari aliqua bona(ad Cameram spectantia)ad ipsos peruenisse,qua pęna puniantur, vide Ozas.decisio. 70.nume.9.

De illo, qui ignorauerat proclamata facta in Ciuitate,& repetita, vt quilibet habens grana, ea intra certum tempus consignare debuisset,an quis nõ consignãdo in pęnã proclamatum incurrat,vide Ozas.decis.71. & supra tit. de iuris,& fact.ignor.

Pro contumacia non imponitur vera pęna delicti.Ozas.deci.105.nu.4.Limita,vt ibid.nu.12.

Inquisitus dum probationibus conuincitur, licèt perseueret in tormentis negando, damnari nihilominus poterit, leuiori tamen pæna.Gram.decis.8.

Committẽs plura delicta,ex quibus veniret illi imponenda pęna pecuniaria ex quolibet ipsorum, an quia consuetus delinquere, possit pęna vltimi supplicij condẽnari, vide Gram. decis.16.& vot.9.nu.26.

Consuetus delinquere quis dicatur,vide eundẽ Gram.decis.16.

Frequentia delictorum facit iura transgredi,vt quis plus puniatur, quàm requirat delictum. Gram.decis.36. Nam delinquendi consuetudine augetur pęna Hippol.sing.378.

Officialis ex causa,potest facere statuta contra ius commune ratione frequẽtiæ delictorum. Gram.d.decis.36 nu 7.

Pæna non capitalis,ob reiterationem fit capitalis.Ioseph Ludo.decis.Luc.17.num.22. Gram. decis.16.nu.5. Nam iteratio delicti pęnam auget.glo.in l.1.ff.de iure patro.Dictum tamen limitatur in delictis commissis à minore, vide ibid.per tot.d.decis.17.Ludo.

Consuetudo delinquẽdi operatur, vt quis possit ad mortem puniri, licèt aliàs non puniretur ad mortem pro illo delicto. Gram. vot. 17.nume.13.& Barto.in l.1.C.de superexacto. lib.10.

Multiplicatio delictorum causat multiplicationem pęnę.Bart.in l.quicunque 4.C.de seru.fugit.Nam varia crimina variis sunt pęnis afficienda. cap.non afferamus 24. q.1. Et iterata delicta grauius puniũtur. c. ad abolendam 9. ex. de hæret. Sed quando,vide Barto. consil. 222.volum.1.

Quando plura delicta diuersis temporibus sunt facta,de quolibet venit imponẽda pęna: sed quando sunt eodem tempore,de vno fit punitio.l illud 32 § fin ff.ad leg Aquil.

Quando Officialis vno cõtextu multiplicat impositionem mulctæ, nõ omnes exigi possunt; sed vna tantùm, scilicet maior, per quam videtur Officialis à minori recedere. Iaff.Lanf. Balb.decisio. 214.

Quando reus obtemperat vltimo præcepto pęnali, non debet pro aliis præceptis non obseruatis mulctari.vide Hippol.sing.491.

Iudex puniendo reum pro vltimo delicto, debet habere rationem præteritorum delictorum,de quibus non fuerat cognitum. vide Papon.lib.24.tit.10.arrest.9.

Plura delicta ad eundem finem tendentia, an debeant puniri pluribus pęnis, vel vna tantum, & quid,si eodem tempore cõmissa sint, vide Clar.§ fin.q 84.

Crimina si ex vno resultant duo,quæ se habent, vt genus,& species, delinquens nõ potest puniri,nisi ex vna lege:si verò vt species separatæ,tunc ex vtraque punitur. Bart.in l.Senatus 14.ff.de accusatio.& inscript.

Faciens vno tempore vim,occupationem,& homicidium,non punitur de quolibet:quia vnũ est delictum aggrauatum.Bar.in l.6.C.ad leg. Iul.de vi public. vel priuat.

Punitur aliquis ex eodem delicto pluribus pęnis, quãdo illę imponuntur etiã ex eadem lege copulatiuè;secùs si alternatiuè: quia tunc Iudex vnam eligere debet.l.1. & ibid.gl.C.de Summa Trinitate.

Diuersitas factorum exigit diuersitatem pœnarum.l.si seruus 49 ff ad leg.Aquil.

Plura facta vnius familiæ puniũtur vt plura, vbi de publica vtilitate tractatur; aliàs secùs. l. si familia 9 ff de iurisdict.omn.Iudic.

Nũquam actiones pęnales de eadem pecunia concurrentes, alia aliam cõsumit.l. pen.ff.de actio.& oblig.Reg.173.& glo in §.fin.Institut. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Repertus in flagranti crimine,potest statim puniri.Gram.decis.36.nu.23.& 46.

Delatus ex confessione facta coram Iudice remittente,non potest puniri per Iudicem, cui committitur,non facto nouo processu.Guid. Pap.q.419.

Magistratus officium sua auctoritate falsò assumens, qua pęna puniatur,vide Guid.q.423.

De pęna exercentis iurisdictionem in alterius territorio vide per Fran. Marc.q 428.

De pęna illius, qui aliquem exemit delinquentem de manu familiæ, vide per Guid. Pap.q. 579. Craue. consi. 220. nume. 9. Barto. in l.in furti 51. §. ope. ff. de furtis. l.7. C.de Episcop. audien.& supra tit.de captura reorum.

Eximens aliquem de carceribus, eadem pęna tenetur, qua tenebatur exemptus. Mago. decisio. 90. Luc.

Qua pœna puniatur ille, qui remouet litteras Curiæ à manu seruientis, vide Guid. quæst. 579. num. 5.

De pœna lacerantis scripturas vide per Marc. q. 444. part. 2. Aut instrumētū in iudicio productum, Roma. sing. 381.

Quæ sit pœna homicidij sine dolo commissi, vide Boe. deci. 83. nu. 9. & infra tit. ad leg. Corn. de sica. Vbi de pœna homicidij.

Lapidem proiiciens, si aliquem casu occiderit, non punitur pœna ordinaria; sed extraordinaria. Boer. d. decis. 83. nu. 11.

Punitur grauius qui consultò, & data opera delinquit. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 16. nu. 6.

Qua pœna puniatur acta dissigilans, & litteras priuatas aperiens, vide Marc. q. 738. Ias. de actio. in § pęnales quoque, & Barto. in l. qui 2. ff. ad leg. Cornel. de fals. Et quid in illo, qui litteras non restituit ei, cui mittebantur, vide Ias. ibid. nu. 38.

De pœna hæreticorum, quomodo, & qui illi debeant condemnari, vide per DD. de Rot. decis. 1. tit. de hæreti. in antiq. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 374. Bar. in l. 1. nu. 13. C. de Summa Trinitate, & l. 4. C. de hæreti.

Contraueniſſe pęnæ à iure inductæ, quis nō dicitur, nisi adsit dolus. Vera. decisio. 233. part. 1. nume. 8.

Mulctæ sunt commoda iurisdictionis. Gasp. Cabal. milleloq 576.

Contumax in non respondendo non potest (facta declaratione pęnæ) moram purgare. Rot. Auenio. decis. 115. in decisio. diuerso. Tom. 3.

Iudicis arbitrio relinquitur, quæ mulcta contumaci possit indici. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 280.

Mulctæ indictionem solis Magistratibus concedi, & non Delegatis ipsorum (cùm sit meri Imperij) scribit Menoch. de Arbitra. lib. 1. q. 74. num. 9.

Mulctam grauem qui indicere possint, vide ibi.

Gubernator non potest mulctare homines alicuius villæ existentis in suo mandamēto, qui recusarunt præstare alimenta, & victum militibus (missis per ipsum Gubernatorem) ad taxam viliorem, quàm vendebantur res communiter. vide Natt. consi. 83. & 84. Tom. 1.

Mulcta pro delicto si infligat, Iudex semel functus officio amplius non se intromittit, nisi solutionis impotentia: quia facultates si non suppetant, tunc etiam pœnam remittit, vel moderatur. Marc. de Maut. sing. 362.

Tres tantùm mulctas potest pro crimine Iudex imponere. Bar. in l. 6. C. de modo mulct.

Pœna stigmatis in facie hominis, est illicita. My sing. obser. 46. cent. 2. vide Clar. in § fin. q. 70. Maran. in suo Spec. de ordi. iudi. part. 4. distinct. 2. num. 9.

Alienatione prohibita fauore prohibiti, nō includit alienationem propter delictum. Cabal. milleloq 54.

Propter enormitatem delicti, domus, in qua fuit cōmissum delictū, diruitur. Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 5. & 7. & tit. 12. ibi. arrest. 2.

Mors ciuilis propriè non ęquiparatur naturali. Papon. lib. 24. tit. 15. arrest. 1. & 2.

An denuo sit suspendendus, qui semel suspēsus per ruptionem funis, euasit mortem, vide Papon. lib. 24. tit. fin. arrest. fin.

Quomodo puniatur ille, qui dolo se alium asseruit, nomen alterius assumens, vide obser. 12. Senat. Thol. in decisio. diuers. fol. 253. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 83. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas 318.

De pęna illius, qui celabat pestem, & mortem suorum domesticorum, vide Rot. Auenio. decis. 120. in decisio. diuerso.

Quicquid aduersus Diuinū ius fit, humanæ etiā legis permissu, delictum est. Pet. Roy. decis. 3. Litua. nu. 445. in decisio. diuerso. Tom. 2.

Medicus malè medicans punitur, sed quando, vide Papon. lib. 23. tit. 8.

Muliones accipientes vinum, & ponentes aquā loco vini, puniunt. Papon. lib. 23. tit. 9. arrest. 3.

Vagabūdus quis dicat, & qua pęna puniēdus, vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. c. 3.

Quis dicatur mendicans validus, & an puniendus sit, & qua pęna, vide ibid. cap. 4.

Quæ pęna sit contra maladicentem Principi, vide Craue. consi. 6. nu. 71.

Pœna quando imponitur pro delicto arbitrario Iudici, illa pęna videtur terminata, quæ pro tali delicto consueuit imponi. Bar. in l. accusatore. §. ad crimen, nu. 12. ff. de public. iudic.

Pœna, & delictum sibi inuicem correspondent, & pœna delicto commensurari debet. Crau. consi. 287. nu. 6.

Grauius est delictum facientis, quàm omittentis. Craue. consi. 300. nu. 3.

Pœna simpliciter imposita à lege, in dubio cui debeat applicari, vide Ias. de actio. §. superest, num. 17.

Qua pœna puniantur liberti, & liberi vocantes patronos, vel parentes in ius sine venia, vide l. pen. & fin. & glo. ibid. ff. de in ius vocan. Vel corrumpentes edictum Prętoris in album positum, & quæ comprehendantur hoc edicto, vide eundem Ias. de actio. § pęnales quoque, facit l. si quis id, quod. ff. de iurisd. omn. Iudic.

Qua pœna puniatur ille, qui exegit debitū iam solutum, vide eundem Ias. in §. si quis agens,

verf.

versic.sed hæc,nume.12. Quô loci tradit eum puniri crimine stellionatus.

Pro eo,quod ita positum est, vt si caderet damnum daret, datur actio contra dominum rei, vel habitatorem domus ad pęnam decē ducatorum.Ioan.Crisp.de Mont.in suo tract. termino.actio.nu.105.post volumē Ias.de actio. vide §.item is,ex cuius cenaculo , cum §.seq. Institut.de oblig.quæ ex quasi delict.nasc.

Quæ sint pœnarum genera, & de pœnis corporalibus vide per Clar.§.fin.q.67.

Qui sint casus delictorum, in quibus pœna mortis imponitur , vide ibid.q 68. De pœna amputationis membri,ibid.q.69.

De pœna degradationis in Clericis vide ibid. q.70.& 74.

De pœna infamię,& qui efficiantur infames, vide per eundem Clar.d.§.fin.q.72.

De pœna priuationis officij,seu beneficij , ibid. quæst.73.

De pœna suspensionis in Clericis vide eundem in d.§.fi.q.75.Et Ecclesiastici interdicti , q.76.

Arma noua empta,aut vendita Fisco applicantur.Clar.in sua Pract. §.fin.q 79.

Qui sint casus , in quibus pęna pecuniaria est à iure imposita,vide ibid.q.80.

Puniri corporaliter quis non potest,nisi in delicto dolus interuenerit:& hoc casu,lata culpa non æquiparatur dolo.Clar.ibid.q.84.

Pœna legis , quæ sit, & an possit excedere quadruplum , vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas. 260.Pro parte negatiua,scribit Pet.de Raue. sing.887.

Pœna alicui imponenda non est,nisi sit iure expresso cautū. Menoc.de Arbitr.lib.2.cas.276.

Mendacium , non nisi in casibus à iure expressis,punitur.Menoch.de Arbitra. cas.276.

Qua pęna puniatur , qui manum , vel mortē sibi infert,vide Menoch.ibid.cas.284.& supra tit. de bonis eorum,qui mortem.

De pœna excedentis moderatam castigationē vide per Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.364.& infra lib.2.tit.de emendat.propinquo.

Imagines Saluatoris nostri, vel Sanctorum fędans,vel spurcans,aut feriens,qua pœna puniatur,vide eundem Menoch. ibid.cas.376.

De pęna transcendentium muros Ciuitatis , & auferentiū ab illis lapides vide per Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.483.Natt.consi.84.vol.2. & Bar.in l.1.ff.de rer. diuisio.

Barbam , vel capillos alicui expilans , tenetur pęnæ decem librarum parti,& viginti librarū Fisco.Ludo.Roma.sing.569.

Arma deferens coram Iudice exercente officium punitur : etsi licētiam haberet delationis armorum.D.Sol.in constitut.antiq.Sabau. glo.1.part.decreti,hē liga,nu.14.fol.168.

De cultu diei Dominicæ & Festorum, & de pęna operantium in illis,vide in decreto antiq. Sabaudiæ tit.de obseruantia Diuin. præcept. lib.1.

Nullus Fisicus,seu chirurgicus,aut pro tali se gerens ignotus , aut à partibus remotis ad Patriam hanc Pedemon. accedens,in Ciuitatibus, aut vilis eius ad practicandum artē phisicorum, seu chirurgicorū admittitur,nec ad hoc se ingerere potest quousque coram Castellano,aut Officiario loci se præsentauerit, & fuerit p ipsum admissus , ante cuius admissionem,si se pro tali gerat,incurrit pęnam,de qua in decreto antiq.Sabaudiæ tit.de Fisicis, & chirurgicis lib.3.

Quomodo se gerere debeant apothecarij , & qualiter vendere debeant toxicum,vt euitēt pęnas contra ipsos impositas,vide d.decretū antiq.tit.de apothecariis lib.3.

Quibus modis,& casibus fraus committi possit, quomodo , & quando puniatur,vide Maran. in suo Spec. de ordine iudic. part. 4. distinct. 11,num.29.& seqq.

Effractorem eum dici,qui carcerem effregit , & Iudicis arbitrio puniri,scripsi supra tit.de effractorib.carce.

Filius criminosus à patre præsentatus , mitius punitur. vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 347.& infra lib.2.tit.de patria potesta.

Aggressor ex duobus contendentibus,& rixantibus,quis presumatur,& qualiter puniatur,vide Menoch.de Arbitra.lib.2 cas.363.

De pęna , quæ sit criminosi , qui spe promissæ impunitatis,delictū confessus fuit, vide ibidē cas.367.

Quando armorum vsus interdictus sit, & de pęnis arma deferentium vide per Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.394.Ludo.Roma.sing.267.& infra lib.2 tit.de vsu armorum.

Si Iudex,vel seruiens pręceperit alicui,vt caperet aliquem delinquentem , si ille non obtēperauerit , an sit puniendus , vide Rebuff. in constitutio. Reg. tracta. de litter. oblig.art.6. nume.15.

Gemmas fictitias, atque adulterinas vendētes, vt fures sunt puniendi. Hippol.sing.318.

Leges possunt transgredi propter grauitatem, & detestationē criminis,adeò vt homo mortuus tunc puniatur.Marc.de Mant.sing.15.

His datur mulctæ dicendæ ius , quibus publicè iudicium est,& non aliis , nisi hoc specialiter eis permissum sit.l.2.§.fin.ff.de iudic.

Quid sit mulcta, quis illā indicat , vsque ad quē modum,vel qualitatem , cui indicatur , & de effectu , vide Azo.in summa titu.C.de modo mulct.quæ à Iudic.

Dicens falsum coram Iudice , uel producens, qua

qua pęna puniatur, vide Bart.in l.nullũ 12.C. de testib.& infra tit.ad leg.Cornel.de fals.

Recipiens in fraudem Fisci promissiones, vel venditiones, punitur in quadruplum. Bar.in l. qui 8.C.de iure Fisci lib.10.

Pęna, quæ partim applicatur Fisco, partim parti, an debeat tota solui Fisco, vide Bart.in tit. C.de vend.rer.Fisca.cum priua. com.lib.10.

Incendiarius dolosus punitur lege Cornelia de sica.l.data 11.C.de his, qui accusar.non possu. vide infra tit.de incendio,&c.

Pęna quando imponitur à lege simpliciter, applicatur Fisco. Barto. in l.3. nume.3.ff.de termin.mot.

Iustitiæ clauis errat, quando delicta maiorum nõ puniunt.Bar.in l.ad 7.C.de diuer.offi.li.12.

Ignorantia, quæ puniri debeat, & quando quis ob culpam puniatur: & dicitur criminaliter agi, quando pęna venit applicãda Fisco.Bar. in l.1.ff.de legib.

Maleficia non debent remanere impunita.L.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.Bart.in l.18.§. si filius.ff.de iudic.Et hoc ratione publicę vtilitatis.c.vt famæ 35.ex.de senten.excommu.

Quomodo puniatur ille, qui secreta Principis, Reipub.vel priuati manifestat, vide Bart.in l. 1.§ si quis tabulas.ff.depositi.

Pace facta de occisione, vel vulnere, non tollitur accusatio, quæ competit ad vindictã. Bar. in l.1.§.si ea.ff.de vent. in possessio.mitten.

Quando omittitur professio rei, & vectigal non soluitur, ipsa res cadit in commissum ipso iure. Barto. in l.14.ff.de publica. & vectig. vide infra lib.2.tit.de publica.& vectig.

An pęna apposita vni ex correlatiuis, extendatur ad alterum, vide in additio.ad Bart.in l.si ego 23.ff.de acceptilatio.

Pęna si imponatur respectiuè ad aliam, intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pęnæ, ad quam fit relatio.Bar.in l.1.§.cùm plures.ff. si famil.furt.feci.dicat.

Pro obligatione, quæ nascitur ex delicto, potest accedere fideiussor, quo ad pęnæ pecuniariæ promissionem; nõ autem pro pęna corporali.vide l.si quis 57.§.fin. & l. si à reo 71.§. fin.in additio.ff.de fideiusso.& mandat.

Olim pater pro delicto filij; vel filiæ noxaliter tenebatur, sicut pro seruo: hodie verò nullatenus, sed ipse filius ex delicto suo poterit puniri, & conueniri. §.sed veteres, Institut. de noxal.actio. Sed an fiat executio pro pęna in peculio profectitio, vide glo.ibid.

Pater magis affligitur ex persona filij, quàm ex propria.ibid.glo.

In omni pęna sanguinis potest transigi, vel pacisci, excepta pęna adulterij.l.trãsigere.C.de transa.vide infra lib.2.tit.de transact.

Delictum tempore furoris per furiosum commissum, puniri non debet; secùs si fuisset commissum tempore sanę mentis.l.congruit.ff.de offic.Præsid.

Magis punitur delictum commissum in Ciuitate, quàm in agro.l.3.C.de incest.nupt.

Non punitur ille, qui in publica pugna percussit pugnantem; secùs si non pugnantem, vel extra locum pugnæ. l.qua actione 7.§.si quis. ff.ad leg.Aquil.

Vbi homini nocitum fuerit, licèt ille nõ sit occisus, debet per Iudicẽ impẽsa Medicorum, ac medicinarum, & merces operarum, quibus caruit is, cui nocitum fuerit, fieri refici.§.ob hominem, Institut.de oblig.quæ ex quasi delic.nascun.

Baculo aliquem percutiẽs, qua pęna puniatur, & quid, si percussus fuerit Ecclesiasticus, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.224.

Aerem inficiens etiam respectu artis inferentis fętorẽ, qua pęna puniatur, vide Hartma.cap. 34.tit.de iniur.

De pęnis adulterij, stupri, & cuiusuis illiciti coitus vide infr.in tit.ad leg.Iul.de adult.& stup.

De delictis in genere.

Ex pęnalis loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum, etiam respectu eiusdem personæ, quando minor est ratio in casu ficto, quàm in vero. Ozas.decis.77.nu.5.

De rescripti Ducalis validitate, quo decretum erat, quòd damna data cuidam Abbatiæ, censerentur illata, & imputarentur Vniuersitati propinquæ, & plura circa statutum disponẽs damna data in finibus alicuius municipij esse resarcienda per homines eiusdem loci, vide per Ozas.decis.88.

De delicto commisso per Vniuersitatem, etiam per ratihabitionem, vide per eundem Ozas. decis.138.& infra lib.2.tit.quòd cuiusque vniuer.nomi.aga.

An vniuersitas teneatur pro delicto commisso in eius territorio, vide Gram.deci.47.Et quid in Domino, vide Barto. in l. ne quid 7. ff. de incendio.

Syndici terrarum an teneantur indicare, & capere malefactorem, vide Frãnc.Marc.quæst. 765.part.2.

Domini terrarum ad custodiã sui territorij eatenus tenentur, vt si rapina in eorum ditione contingat, ipsi ad damnum sint obnoxij. Mysing. obser.70. cent. 5. Sed tunc deprædatus quomodo damnum rapinæ probare possit, vide eundem, obser.71.cent.5.& Craue.cons. 196.num.fin.

Quando

Quando ex forma statuti standum est iuraméto alicuius super damno dato, quid iuris, vide Crauc.d.consi.196.

Statutum iam conditum,& nondum publicatū, ligat contrauenientes in fraudem statuti. D. Sol.in constitutio.antiq.Sabaudię glo.4.nu.7. in proęmio.

Statutum, quòd villa teneatur emendare damnum,rigorosum esse scribit Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.345 nu.12.

Saluarij,vel alterius denúciatoris publicū officium habētis accusationi statur, si ille iurauerit suum officium bene,& legaliter exercere, quod intelligas,vt tradit Natt.consi.550.

Statutum, quòd stetur iuramento accusatoris, valet.Bar.consi.89.vol.2.

Facilius fit inquisitio cōtra Vniuersitatē, quàm contra singulos: quia delictum magnæ Vniuersitatis non potest esse nisi notorium,& famosum glo.in c.in causis.§.Vasalli,tit.de pac. constan.in vsib.feud.

Quando Vniuersitas possit delinquere,& puniri, vide Barto. in l. aut 16.§. nonnunquam.ff. de pœnis.

Saluæguardiæ,ac securitatis validitas, & eius vires in controuersiam, & dubitationem reuocari (citra sacrilegij crimen) nō possunt.Oza. decis.88.nu.16.

Inimicus pręsumitur damnum inimico intulisse, vbi ignoratur,à quo illatum sit. Ozas. ibid.nu. 21.vide Marc.q 766 part.2.

Semel malus semper præsumitur malus in eodē genere mali.Ozas.d.decis.88 nu.27.Vbi plura circa regulam.

Lata culpa in criminalibus dolo non æquiparatur: fallit quo ad pœnam pecuniariam. Ozas. decis.104.nu.2.& 5.

Culpa præcedens casum punitur. ibid.d.num.5.

Contumax in criminalibus, non habetur pro cō fesso.Ozas.decis.105.nu.6.

Commodum ex suo delicto cōsequi nemo debet.Ozas.d.decis.105 nu.12.

Occasionem damni præbens, damnum dedisse videtur.Ozas.in sua disput. An Principi Christiano fas sit,nu.10.

Superioris præceptū in delictis (præsertim atrocibus) non excusat:sed in illis tam mandans, quàm mandatarius tenetur. Marc. q. 154. nu. 27.part.2.

Delicti conscius quis esse, temporis breuitate præsumitur.idem Marc.q.250.part.2.

Præsumitur quem mandasse delictum committi,concurrētibus attestatione principalis delinquentis,receptione ipsius in domo, & inimicitia inter vulneratum, & mandantem. Gram.vot.15.

An præsumatur delictum,vel censeatur ratificatum, si res, in qua delictum fuit commissum, peruenerit ad aliquem, vide Crane.cōsi.261.

Ratihabitio in delictis operatur mādatum. Bar. in l si quis 25 § pater.ff.de acquiren.hæred.Et ipsi mandato æquiparatur.l.1 §. sed & si.ff.de vi, & vi armat.vide tamen eundem Barto.in d.l.1.§.sed & si.

Duo requiruntur ad hoc, vt quis de maleficio teneatur propter ratihabitionem, de quibus vide per Bar.ibid.in d.§ sed & si.

In delictis meo nomine factis,possum ratum habere.glo.in l.hoc iure 195 ff.de reg.iur.

Delictum cadit statim post infantiam. Afflict. decisio.141.

Attentatum pro cōsumato an habeatur, & quo casu, vt consumatum puniatur, vide Afflict. decis.276.Et quid de conatu, vide Capic.decis.126.Gram.decis.2.& supra tit.prox.

Assassini,qui peruenerunt ad conatum,licèt assasinamētum ad effectum non perduxerint, puniūtur,sicut pro effectu. Ant.Columb.sing. 4.vide supra tit.prox.

Iuramento damnum passi creditur,habentis in manu animalia dānū dantia. Capic.decis.45.

Officiali soli creditur inuenienti animalia damnum dantia.Capic.d.decis.45.

Semiplena probatio, vel plusquam semiplena in delictis, quid operetur, vide Capic.decis. 126.& Mago.decis.57.Luc.

Iuramentum suppletiuum an, & quando in criminalibus deferatur actori, seu accusatori,vide Boer.decis.86.

Iudex corruptus pecunia magis delinquit, quā si ob odium,vel gratiam malè iudicasset. Capic.decisio.155.vide de materia supra titu.de pęna Iudicis.

Intellectus c.1.de homicid.li.6 est, vt illud intelligatur ꝓcedere in mā laute, vel recipiente, seu faciente.Capic.d.decis.155.nu.14.

Pœnitentia in delictis quando prosit, vide Capic.ibid.nu.20.

Auxiliantes in delicto vt dici possint, requiritur, quòd ad delictum committendum fuerint deliberatè coadunati,& præcesserit ordinatio de committendo,aliàs vnus non tenetur pro delicto alterius. Gram.decis.25.nu.fi. vide supra tit. prox.

Defendere quis alium non tenetur de iure Ciuili,nisi in certis casibus.Boer.decis.83.nu.6.

Iudex videns aliquos rixari, & non impediens, tenetur.Boer.d.decis.83.nu.11.

Dans,vel commodans arma,an teneatur,si ille, cui arma dedit aliquem lędat, vide Boer.decis.167.& Ioseph.Ludo.decis.Perus.31.

Suadens,præsens,& hortans dicitur opem ferre maleficio: sed dās cōsiliū alicui aliàs facturo homicidium,quomodo teneatur, vide Boer. dicta

dicta decisio.167.& supra titu.proximo.
Quando quis dicatur auxilium præstare maleficio ante, vel in illo, aut post, vide Natt.consilio 458.
An ex solo consensu cum præsentia eiusdem criminis, quis obligetur, vide per Crauet. consi. 224.nume.4.
Auxiliator, vel assistens maleficio, an puniatur eadem pœna, vide Clar. in sua Pract. §. fina. quæst.90.
Armorum delatio quo iure sit prohibita, tam in Ciuitatibus, quàm extra, & quando non sit prohibita, & quid, si quis ignorans accommodauerit arma, quæ propter prohibitionẽ confiscata fuerunt, vide Ioseph. Ludo. decis. 31.Perus.
Vsus armorum de iure communi est prohibitus: ideò Dominus loci prohibere potest illorum delationem.Craue.consi.314.
Arma portans malum animum præsumitur habere, nisi illa ligata deferat: & arma vetita portans, ipsa amittere debet. Ias.de actio.in §.sequens, vers.ex maleficiis, nu.81.
Arma solùm domi habere, vel portare, an vis dicatur committi, vide ibid.
Armorum vetitorum appellatione, quæ arma veniant, & an comprehendantur defensibilia, vide Ias.ibid.nu.82.
Arma portandi licentiam habens, an apud Iudicem deferre possit, vide ibid.nu.87.
Qui mutuo delinquentibus pecuniam cõcedit, aut alimẽta præbet, de auxilio tenetur. Marc. q.412.nu.5.& 9 par.2. Sed quid de litterarum latore, vide ibid.nu 6.
Participes eiusdem criminis se inuicem non accusant.l si filium 37.C.de libera.cau.& l.repetita.ff.de fide instrument.
Socius criminis quis non dicitur, nisi probetur, ꝙ quis fuerit in tractatu committendi maleficium.Vera.decis.277.seu 14.part.3.nu.5.
Sciens delictum committendum, & non reuelans, an teneatur, & quid in crimine lęsæ Maiestatis, vide Clar.in sua Pract.§.fin. quæst.87. Et quid propter ratificationem, ibid.
Videns aliquem delinquere, si non prohibeat (cùm prohibere possit) an teneat̃, vide Bart. in §.si igitur, Authen.vt Iudices sine quoquo suffragio.
Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, quando prohibere non potest.l.nullum 110.ff. de reg.iur.
Confessio spontanea sola est valida ad condẽnandum in criminalibus. Gram. decis.34. nu. 58 & Bar.in l.vnica. C.de confessis.
Confessio in criminalibus facta absque formidine tormẽtorum, statim præiudicat.Guid.Pap. q.339.Si fuerit facta in iudicio; secùs si extra. vide Bart.in l.quoniam 5. ff.de his, qui notan. infa.Tamen delatus ex confessione facta coram Iudice remittente, non potest puniri per Iudicem, cui remittitur, non facto nouo processu.Guid.Pap q.419.
Proclama publicum inducit præsumptionem scientiæ.Gram.decis.36.nu 17.
Bannum, vt liget, debet promulgari in locis solitis, & consuetis, Gram.decis.47.nu.fin.
Ex præsumptione violenta quis potest condemnari, mitiori tamen pœna. Gram.decis.42. vide Aegid.Bellam.conclusio.688 Bartò.in l.2. §.ætas.ff.de excusatio.tuto.& supra tit.de pręsumptio.
Licèt quis non fuerit confessus crimen, tamen si fuerit superatus testibus, poterit condemnari absque alia quæstione, licèt possit appellare.Boer.decis.163.num.16.& l.2. C.quorum appellatio non recip.
Indicia plura vehementissima, an habeant vim probationis ad condemnandum, vide Boer. decisio.164.
In criminibus occultis, quæ vt plurimum per vnum solum committuntur, lex contentatur facilioribus probationibus; imò hoc casu pręsumptiones habentur loco probationum. Gram.vot.3.
In delicto commisso de nocte, sufficiunt leuiores probationes; imò cõiecturæ: quia quæ de nocte fiunt, dicuntur occultè fieri, & secretè. idem Gram. vot.21.
In criminalibus Iudex quando est dubius, vtile est inquisitum definitiuè non absoluere à crimine; sed à processu dumtaxat.Gram.vot.31.
Quis potest condemnari de principali delicto probato, etiam non probata qualitate proposita in accusatione.Mago.decis.43.nu.21.Luc. vide Bart.in l.quid 13 §.pœna, nu.15.ff.de his, qui notan. infa. & in l.17 §. quid.ff.ad leg.Iul. de adult.
In Regno Francię, non verificato delicto, remanet accusatio in suspenso, quia non fertur sententia absolutoria.Papon.lib.24.tit.5.arrest.3.
Duæ semiplenæ probationes, an iungantur in criminalibus, & an fama, & vnus testis de visu plenè probent, vide Clar.§.fina. quæst.63. circa finem.
Omnis iuris solemnitas est remissa in notorio crimine.Gram.decis.65.nu.8.
Ordinatio ad delinquendum non punitur, nisi processum fuerit ad aliquem actum ordinatũ de præsenti ad ipsum factum, & pariter, vbi quis fuisset impeditus exequi impedimento facti.Gram.decis.74.nu.fin.
Testis ex confessione, quam in testificãdo facit, condẽnari nõ potest. Fran.Marc.q 439 par.2.
Quot testes requirãtur ad cõuincendũ quẽ esse

hæreticum, vide Boer. decisio. 342.

De crimine hæresis vide per Clar. in sua Pract. §. hæresis, & supra tit. de crimine hæresis.

Qualiter hæreticus possit condemnari, & qui debeant citari in causa, an etiam filij ipsius, vide Aegid. Bellam. conclusio. 677. & 688. & supra tit. prox.

Prohibita venditione frumenti, censetur prohibita venditio farinæ. Boer. decis. 177.

Homines prohibiti vendere, & extrahere lignū extra territoriū, non possunt vendere naues, & galeas. Boer. d. decis. 177.

Vinum ad vendendum portare prohibitus non potest, nec causa gustandi vasculum portare, & si portauerit, incidit in pœnam. Boe. d. decis. 177 nume. 9.

An licitum sit mercatoribus ad inimicos, & barbaros merces transducere, & quando aliquid prohibetur deferre ad vnum locum, quid iuris, vide Boer. decis. 178.

Lege Cornelia de iniuriis, permittitꝰ actori iusiurandum deferre, vt reus iuret iniuriam se nō fecisse. l. lex 5. § hac lege. ff. de iniuriis.

Falsa confessio Procuratoris super crimine, non afficit dominū. l. proinde 25. §. si Procurator. ff. ad leg. Aquil.

Si per Iudicē fuerit processum cōtra aliquē, qui alium vulnerauerat, & ille fuerit punitus, hoc non obstante, poterit adhuc vulneratus pro iniuria, & suo interesse agere. Boer. decis. 289. nu. fin. vide supra tit. de interesse, quod debetur parti offensæ.

Causa dicitur ciuilis, licèt ex crimine descēdat, quādo mulcta applicatur parti; secùs si Fisco. Boer. decis. 349.

Delicta quando dicantur præambula vnum ad aliud: & percutiens aliquem, quando teneatur de pluribus percussionibus, vide Ioseph. Ludo. decis Luc. 61.

Dominus tenetur de facto famuli, si famulus, dómino sciente, maleficium perpetrauerit: quia dominus debet eligere honestas personas. Capel. Thol. q. 196.

Quando dominus teneatur pro delicto famuli, vide Marc. q. 423. & 503.

Officialis etiam tenetur ex facto suorum Officialium, liberatur tamen tradēdo malefactores. Capel. Thol. d. q. 196. in additio. vide Bar. in l. 1. C. de executo. & exacto. lib. 12.

Operarij quando teneantur, si aliquid fecerint prohibitum de mandato conducentis, vide Ioseph. Ludo. decis. Perus. 103. Et quādo non, Fel. consi. 24.

Delictum familiæ in dubio de consensu domini factum esse præsumitur, maximè si domini factum concernat. Fran. Marc. q. 250. nume. 3. part. 2.

Dominum teneri pro facto serui, Magistratum pro eius familia, & publicanos pro eorum seruis, scribit Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 345 Sed quando, vide August. Bero. q. 39.

Dominus si teneatꝰ pro delicto cōmisso à famulo, non tenetur pro delicto commisso, antequam esset famulus; secùs si statutum dicat, pro delicto famuli, simpliciter. Bar. in l. Titius 26. ff. de milita. testamen.

Dominus tenetur pro delicto famuli delinquentis circa id, ad quod præponitur; aliàs nō. Bar. in l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & vectig. & in l. ne quid 7. ff. de incendio, ruina, naufragio. Idem in famulis Rectorum Ciuitatū, sed qualiter probetur quem esse famulum, vide Bar. in d. l. 1. §. familiæ.

Delictum coram multitudine commissum, dicitur notorium. vide Mohed. decis. 164.

Qualitas, quæ non fuit tempore maleficij, non debet aggrauare maleficium. l. 4. §. si damnū. ff. de noxal. actio.

Processus in delictis propter absentes, differri nō debet cōtra præsentes. Marc. q. 774. par. 2.

De inquisitione, quæ potest fieri contra molendinarios, vide per Marc. q. 795. part. 2.

Capitales causæ periculosę sunt ad consulendū. Boer. decis. 168.

Quando delinquentes non puniuntur, publica lętitia turbatur, & ira Dei in nos prouocatur, à quo per delictorum punitionem venia sperat, ac Populi incolumitas prouocat. Grant. decisio. 36.

Festiuitas diei non facit delictum eo die commissum esse atroxius. Put. decisio. 291. lib. 1. Secùs quando delictum committitur corā multitudine; quia tunc ex leui efficitur atrocius. idem Put. decis. 295.

Iniuria atrox dicitur, si quid iniuriosum fiat coram persona iurisdictionem habente; secùs si fiat coram simplici persona in dignitate constituta. Put. decis. 303. lib. 1.

In criminalibus nō licet facere compositiones. Papon. lib. 23. tit. 11. vide supra tit. prox.

Absentia non admittitur, quando delinquens fuit visus in die delicti, vel per diem ante in loco delicti: fallit, si ex lungo interuallo fuisset citatus. Vincen. de Franc. decisio. 327. part. 2.

Delictum si in conspectu Iudicis pro tribunali sedentis committatur, alia probatio non requiritur: quia de illo constat illi vt Iudici. Anto. Corset. in suis singularib. litera D. sing. delictum.

Maleficium quando possit probari per instrumenta, vide Bartol. in l. fin. C. de probatio. & eundem in l. 15. ff. ad Senatusconsult. Turpil.

Priuata

Priuata delicta, quæ dicantur, vide Clar.in sua Pract.crim.§.fin.q.1.

Quæ dicantur causæ criminales, vide ibi. dicta quæst.1.

Inquiri non potest pro delictis extra territoriū commisisis.D.Sol. in constit. antiq. Sabaudiæ glo.super 1.part.decreti,ne maleficia, tit. de accusatio.fol.163. Tamen delicta alibi commissa aggrauant delictum in territorio commissum.Cassan.in consuetud.Burg.tit.*des Iustices* Rub.1.glo.4.num.16.& sup.tit.prox.

Iudex quibus rationib.& causis moueri debeat ad componendum,vide D. Sol. ibid. gloss. 2. fol. 164.

Submissio bonæ gratiæ Iudicis, quid operetur, & an ei, qui se submisit, possit pęnitere, & quid,si ex ea reus lædatur: quæ submissio bonæ gratiæ tacitam conditionem habere censetur,si fiat gratia. alioqui reus pristino statu erit restituendus. idem D.Sol.ibid.gl.4.super 2.part.decreti,ne maleficia fol.166.

In Baptismate,& despōsationibus prohibentur fieri truffę,habemus in hac Patria decretum, de quo in constitutio.antiq. Sabaudiæ tit.ne in baptismatæ lib.1.

Agi potest ex delicto ciuiliter, & criminaliter, scilicet ad interesse,& ad pęnam.Marā in suo Spec.de ordine iudic.par.4.distinct.1.num.4. Ciuiliter autem agitur pro pœna applicanda parti;criminaliter verò pro pęna applicanda Fisco.Bar.in l 9.§.quod illicitè.ff. de publica. & vectig.

Actio ciuilis vbi non oritur, neque etiam actio criminalis.Maran.ibid.nu. 5.

Agi an possit ex eodem delicto criminaliter, ex quo prius actum fuit ciuiliter,vide Maran. ibid.num.9.

Quibus modis, & causis fraus committi possit, quomodo,& quando puniatur, vide Marant. ibid.distinct.9.nu.29.fol.197.

Iudicis arbitrio relinquitur,quādo delictum dicatur per modicum tempus sequutum, post bonorum distractionem. vide Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.361.num.48.

Forensis,qui portat arma,vel extrahit blada extra territorium, in quo erat statutum prohibitiuum,non excusatur Bar.in l.Cęsar 16. §.licet quis.ff. de publica.& vectigal.

An quis teneatur reuelare, atque ita detegere verba sibi secretò dicta, & manifestare illa proferentem,vide Menoch.consi.107.nu.48. lib.2.

Superueniētibus nouis indiciis, de delicto eiusdem hominis,sępius quæri,& tractari potest. Marc.de Mant.sing.39.

Iudiciorū aliud est capitale, aliud nō capitale: quod autem dicatur capitale,& quod non, vide Maran. in suo Spec. de ordine iudic. distinct.2.& Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.265.

Delictum graue, quòd dicatur, vide eundem Menoch.de Arbitra.cas.266.

Delictum an committat,qui dicit Principem errasse, vide Natt.consi. 592.

Enormia sunt talis naturæ, & importantiæ,vt alterent dispositionem statutorum, & iuris Ciuilis:ideò scias,quòd vbi tractatur de probādo enormi crimine,recipiuntur testes ante litis contestationem,& parte non citata, & tūc iura possunt transgredi. Hippol. singul. 601.

Crimen capitale triplex est, & addunt Scribentes quartū, & quintum:sed pone,statuto,vel lege disponente eum,qui patrauerit aliquod delictum,capitali crimine plectendum esse, de quo in dubio intelligendum sit, vide Ioā. Anto.Trigo.sing.16.

In delictis ignorantia iuris Ciuilis quandoque toleratur:secùs in ignorantia iuris Naturalis, vel quasi. Azo in summa.tit.C.de pęnis,vide l.2.C.de in ius vocando.

Frequentia criminis grauat delictum, vide in additio.ad Bartol.in l.nemo 3.C.de Episc. audiend.

Reatus excludit omnem honorem.Bar.in l.1.C. vbi Senatores.

Maleficium,quod committitur in non faciēdo, statim censetur commissum,transacto tempore,intra quod quis facere potuerat. Bar. in l. 1.C.de his,quib.vt indig.hæred.aufer.

Delictum est maius in committendo, quàm in omittēdo.Bar.ī l.3 §.si filiusfa.lo°2.ff.de pecu.

Non licet vti arte magica,& similibus.Bart.in l. 1.C.de thesauris lib.10.

In causa criminali non habet locum illa exceptio, quia partes dicta testium didicerint.c. cùm in tua 44.extr.de testib.

Euntes per viam non rectam,si non permittāt se excrutari,capi possunt, & retineri per custodes. Bar.in l.eucq;iones 3.C. de cursu public.lib.12.

Dolus alterius quando est causa immediata acquisitionis meę,talis dolus mihi nocet.Bartol.in l.virum 3. ff.si quis aliquem testa. prohib.num.7.

Officialis alicuius Iudicis,si condemnetur ab illo de delicto commisso in officio,non poterit appellare.l.tertia. C. quorum appel. non recipia.

Probationes factæ in ciuili,probant in criminali. Bartol.in l.tertia.§. si quis dolo.ff.de tabul. exhib.

Delictum probatur per priuatam scripturam alicuius, sed quando, vide Bart. in l. 3. §.tacitè.ff.de iure Fisci.

In delictis negatiuis intentio Iudicis videtur

Ttt 2 fun-

fundata, nisi per accusatum, vel inquisitum probetur esse factum. Bar. in l. 3. §. si ad diem, ff. de re milit.

An vno ex pluribus delinquentibus conuento, cęteri liberentur, vide Bar. in l. semper 15. §. si in sepulcro. ff. quod vi, aut clám.

Intentans actionem descendentem ex delicto, tenetur declarare diem, & locum. Bart. in l. & an 14. §. actiones, nu. 9. ff. de exceptio. rei iudi.

Quando adsunt plura delicta, an quis puniatur pro vno, vel pro omnibus, vide Bart. in l. infiĉiendo 69. §. infans. ff. de furtis, & sup. tit. proxi.

Iudex in extraordinariis dicitur excedere, quādo legitimum modum excedit. Bar. in l. si qua 244. num. fin. ff. de verbo. & rer. signific.

In Fisci causis pacti cum delatoribus, pro cōfessis habentur, si modò pretium (etiam modicum) dederint. l. in Fisci 4. ff. de iure Fisci.

In criminalibus (licèt nō adsit statutum) proceditur de similib. ad similia. Bar. cōs. 106. vol. 1.

Occidendi animus præsumitur, si quis insurgerit cum cultello contra aliquem. Bart. consil. 15. vol. 2.

Coacta voluntas in maleficijs non excusat á pęna. Abb. cons. 4. par. 1.

Multa de criminibus capitalibus, & quando super illis liceat transigere, vide per Bart. in l. transigere. C. de transact.

Absolutio de crimine illato per collusionem, non impedit nouam inquisitionem. c. fin. ex. de collusio. detege.

Delictum persistentiæ, purgatur per desistentiam, & non dicitur perfectum, nisi per perseuerantiam. l. alia 8. C. de his, quibus vt indig. hæred. aufer.

Vbi concurrunt plura delicta, ibid. dantur plures actiones. l. si seruus 27. ff. ad leg. Aquil. vide l. 25. ff. de actio. & oblig.

Quando factum excedit voluntatem, tenetur quis de toto facto, non inspecto proposito voluntatis. d. l. 27. §. si quis.

Imperitia Me[illegible], vel negligentia infirmi, non imputatur percussori, nec auget delictum. l. si ex 53. ff. ad leg. Aquil.

Ille, qui immediatè percutit percussorem suum, videtur facere ad defensā. d. l. 53. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil.

De obligationib. quæ ex quasi delicto nascunt vide in tit. ff. de his, qui deiec. vel effude.

Inter offendentem, & offensum præsumitur animi indignatio, & est præsumptio naturæ vulneratæ propter offensam. gl. in c. 1. in verbo, ad, tit. de pac. constant. in vsib. feudo.

Beneficium vnius non extenuat maleficium alterius. l. si ex 17. ff. de noxal. actio.

Qui promittit se facturum, quòd Iudex feret sententiam cōtra aliquem, tenetur, sicut qui dat pecuniam pro sententia obtinenda. l. qui 10. C. de accusat.

Sententia in criminali ab incompetenti Iudice lata, non valet, & est ipso iure nulla. l. non valet 4. C. ad leg. Flau. de plagia.

Quæstio ciuilis criminis exclusiua, prius determinatur, quàm de crimine cognoscatur. l. 8. eod. tit. vide supra tit. de ordin. iudic.

Delinquens in parte, in totum reus est. l. 3. §. si quis tabulas. ff. ad Senatusconsul. Syllan.

Delictum vnius ex hæredibus, non nocet aliis. l. fin. eod. tit. Nam hæres delinquens tenetur; non autem cohæres. l. si hæredis 50. §. fin. de lega. 1.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. 7. §. bellissimè. ff. quod vi, aut clā, in additio.

Quando ex vno delicto plures actiones descēdunt, omnibus agi potest, quod est intelligēdum in eo, quod plus est in vna, quàm in alia. l. cùm ex 31. ff. de actio. & oblig.

Accusato de crimine nō videtur interdicta administratio bonorum suorum. l. reo 41. ff. de solutio. & liberat. & l. aufertur 46. §. in reatu. ff. de iure Fisci.

In delictis licet allegare ignorantiam ad commodum ignorantis, non ad incommodum. l. inter 47. §. rectè. ff. de furtis.

Vbicunque est violentia, ibid. est dolus; sed non contrà. l. Prætor §. doli. ff. vi bonor. rapt.

Vbi est cōnexitas respectu eiusdem delicti, sententia contra vnum lata, non præiudicat alteri. l. denunciasse 17. §. quæritur. ff. ad leg. Iul. de adult.

Ferè in omnibus pęnalibus iudiciis ætati, & imprudentiæ succurritur. l. 109. ff. de reg. iur.

Pupillum proximum pubertati capacem esse furandi, & iniuriæ faciendæ constat, per reg. pupillum, eod.

Nemo ex suo delicto meliorem suam cōditionem fecere potest. l. non fraudant 177. §. fin. ff. de reg. iur.

Quādo par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa. reg. 197. eod.

Solius animi dispositio ad delictum, illud non perficit: verùm incidię habentur pro delicto, c. si voluerit, titu. de Capit. qui curi. vend. in vsibus feudo.

Obtinētes dignitatem illustrem ex administratione præcedenti, in causis criminalibus arduis solùm coram Principe, vel alio, ab illo deputato, possunt conueniri, sed ab eo deputato non possunt condēnari, Principe incōsulto, licèt possint absolui. l. fi. C. vbi Senato.

Aduersus delictum dolo commissum, minor nō restituitur, nisi vt habeatur pro confesso, vel trāsacto. l. si ex cā 10. §. nūc. ff. de mino. 25. ann.

Nam

Nam in delictis dolo commissis cessat in minoribus restitutio.l.38.eod.

Vide de materia delictorum in tit.ff.de iure Fisci,& supra eod.de iure fisci.

De delictis militum cōmissis in militia, vel circa illam vide per tot.tit.ff.de re milit.& infra lib.2.cod.de re milit.

Ad legem Iuliam Maiestatis.

DE confiscatione bonorum respectu huius criminis vide per Ozas.decis. 94.& supra tit. de damnat.bonis.§ Filio committente crimē lęsæ Maiestatis,nō punitur pater;secùs in patre,pro quo filius plectatur. Ozas.d.decis.94. num.6.Sed delictum patris rebellis, quando noceat filio, vide Gram.decis.6.

Crimen lęsæ Maiestatis non nocet descendentibus ex linea fęminina.Raud.tract.de Analog. cap.32.num.23.

Hoc crimen non cadit in nō subditum.Rauden. ibid.nu.30.Rol.consi.4.vol.1.& consi.1. vol.3. vide Menoch.consi.99. lib.1.

Filius an puniatur pro delicto patris in crimine lęsæ Maiestatis, vide Rebuff.in constitu.Reggio.5.nu.106. in proęmio.Pro affirmatiua,scribit Dec.consi.64.

In crimine lęsæ Maiestatis, licèt filij pro patre puniantur;secùs tamen est in fratribus,vel nepotibus:& decretum,quòd in causa lęsæ Maiestatis teneantur collaterales, & fratres delinquentis, restringitur secùndum rationem, & mentem decreti.Dec.consi.64.

Filius infamis efficitur, & priuatur honoribus, & officiis ex condemnatione patris propter crimen lęsæ Maiestatis, sed non priuatur beneficio Ecclesiastico in crimine lęsæ Maiestatis temporalis; secùs in Ecclesiasticæ. Ludou. Roma.sing.693.

Proditores sunt odiò nedum Deo, & hominibus,sed etiam iuri,adeò quòd eorum filij sint incapaces successione, tam ex testamento, quàm ab intestato.Hippol. sing.16. Vbi plura de pęnis proditorum.

Crimen lęsæ Maiestatis Diuinæ,& humanæ,à lege æquiparantur.Ozas.decis.94.nu.29.

Maiestatis crimen qualiter,& quot modis committatur, & puniatur, & alia de hoc crimine vide per Capic.decis.130.

Senatores Principis illi pacificantur quo ad pęnam offendentium eos, nisi fiat occisio causa inimicitiæ.Capi.d.decis.130.nu.11.vide Guid. Pap.q.344.

Priuata persona suscipiens in se Magistratum, committit crimē vsurpatæ iurisdictionis. ibi. nu.21.& 28.

Conatus solus, seu tractatus de occidendo Potestatem, seu alium Officialem, punitur crimine lęsæ Maiestatis.ibid. nu. 47. vide tamen Guid.Pap.q 344.

De punitione delinquentium contra Dominos Parlamenti officium exercentes vide per Io. Gal.q.287.in decisio.diuerso.

Quando fuit occisus Officialis,vel assistens circa latus Principis, an dicatur commissum crimen lęsæ Maiestatis, vide Rol. consi.1.vol.3. & Menoch.consi.99.vol.1.

Scientia non probabilis de proditione parata contra Principem, non punitur, sed quidem probabilis.Capic. deci.155.nu.10. & Hippol. sing.164.

De crimine lęsæ Maiestatis, & de ea, quæ sciuit tractatum proditionis factæ, quam non manifestauerat, an torturæ subiicienda sit, vide per Ozas.decis.79.& Mysing.obser.40.cētu.5.

Subditus sciens aliquid fieri contra personam, vel statum sui Principis, non reuelans,punitur pœna criminis lęsæ Maiestatis. idem Oza. decis.80.vide tamen ibid.nu.12.& seqq.

De detegente crimen lęsæ Maiestatis serò vide per Gome.Leo.decis.60.in decis.diuerso.

Tractatus proditionis faciendæ,punitur vltimo supplitio. Rot. Auenio. decisio.92. in decisio. diuerso.

Conscius criminis lęsæ Maiestatis, illud detegere dēt,& si nō detegat,qua pęna puniatur, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.355.

Reuelare conspirationem secretò factam contra Principem, vel Rempub. quis tenetur ex sola scientia, licèt criminis non sit particeps, & non reuelando, quando puniatur crimine lęsæ Maiestatis, vide Natt. consi.629. & 668. Marc.de Mant.sing.2.Et contrà, vide Rolan. consi.88.vol.2.

Legens litteras proditionis incidit in hoc crimen.Barth.de Capu.sing.43.

Quando rebellis,vel insurgens contra Principē dicatur incidere in crimen lęsæ Maiestatis,vide Gram.decis.6.

Memoria rebellis defuncti, quando debeat dānari,vide Gram.d.decis.6.

Criminis lęsæ Maiestatis punitio non retardatur,lege aliqua non obstante. Capel. Tholos. quæst.177.

Mulier damnata crimine lęsæ Maiestatis perdit dotem,& bona,saluis actionibus,quæ competunt marito ratione lucri dotis competentis ex pacto, statuto, vel consuetudine.Mysing. obser.40.cent.5.nu.18.

Crimen lęsæ Maiestatis incurritur per iuramentum hosti præstitum per Feudatariū,qui propterea capitaliter punitur. Gram. decis.105. nume.25.

Machinans mortem alterius, quàm Imperatoris an incidat in crimen lęsæ Maiestatis, vide Guid.Pap.q 344.

Relaxans à carcere delatum, vel compeditatū, incidit in crimē legis Maiest. Gui Pap q 437.

Rebellio facta Vicario Imperatoris eadem est, ac si esset facta ipsi Imperatori:& tunc crimē lęsæ Maiestatis incurritur. Fran. Marc q 617.

Pœna legis Iuliæ Maiestatis habet locū in quolibet Principe, Duce, Melchione, Comite, & aliis Dominis etiam recognoscentibus Superiores Papon.lib.22. titu.1. arrest.1. & Rolan. consi 88.vol.4.

Coadunatio personarū cum armis in vrbe, crimē lęsæ Maiestatis dicitur. Marc.q 251.part.2.

Pœna legis, quisquis: C. ad leg. Iul. Maiest. nō habet locum, nisi in crimine lęsæ Maiestatis primi capitis: quia extensio non est facienda in pęnalibus correctoriis,& odiosis. Vera.decis. 295.seu 2.part.2.

Dispositio d. legis, quisquis, habet locum in filiis natis,& nascituris.Rol.consi.74.vol 3.

Dicta lex licèt locum habeat in inferioribus à Principe supremo quo ad delinquentes, tamen non debet extendi ad filios committentis tale crimen contra inferiorem recognoscentem Superiorem.Rol.d.consi.74. & Raud. tract.de Analog.cap.32.

Ex dispositione d. legis, quisquis, licèt filij pro paterno crimine puniātur, tñ hoc non procedit in filiis emancipatis. Pet.de Rau.sing.940.

Baro, qui aufugit à castris sui Domini, & vadit ad castra hostis, qualiter puniatur, & quibus possit vti defensionibus, vide Gram.vot.10.

Proditionis reus, vel lęsæ Maiestatis, appellare potest.Rot.Auenio.decis.60.in decis.diuerso.

Narratiua Papæ in bullis facta, an probet rebellionem castri in illa narratam, vide Crescen. decis 6 aliàs 49.tit de probatio.Dec.cōsi 410. Et quid, si essemus in antiquis, vide ibid.Crescen.decis.7.aliàs 89.

In hoc casu non stari narrationi, seu assertioni Principis, scribit Raud.tract. de Analog. c.15. nu.183.vide Dec.consi.410.

Non est standum assertioni Imperatoris, quòd quis sit rebellis: ideò concessio facta ab Imperatore de feudo tanquam ex iure deuoluto propter rebellionem, non valet in præiudicium agnatorum, quibus prius erat ius quęsitum.Dec.consi.544.lib.2 vide & consi.606.

Ratione qualitatis personæ aliquando cōuictus hoc crimine, non condemnatur ad mortem. Papon.lib.22.tit.1.arrest.fin.

Non dicitur commissum crimen lęsę Maiestatis, licèt proferantur verba iniuriosa contra Principem, sed quæ præsumptiones possint adduci pro reo accusato de prolatione horū verborum cōtra Principem, & quæ exceptiones contra testes, vide Craue.consi.6.

Quæ pœna sit contra aloquentes, seu maledicētes contra Principem, vide ibid.nu.7.Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.377.& infra tit.prox.

Vasallus contraueniens iuramento fidelitatis non amittit feudum, nisi in casibus à iure expressis, tenetur tamen Domino reuelare, si nouerit aliquid contra illum tentatum. Cra. d.consi 224.

Reus lęsæ Maiestatis quibus argumentis cōuincatur, qualesq; testes requirantur, & quis dicatur hoc crimē cōmittere, vide Dec.cōs.410.

An rebellis sit, qui litteras, nuntium, aut aliud quoduis signum mitti inimicis Principis, vel Domini curat, aut consensit, vide Dec.cons. 604.& seqq.

Citatus à Principe si compareat non vt citatus, sed sponte, vel vt missus, nunquid dici possit rebellis, vel crimen legis Maiestatis commisisse, vide Natt.consi.596.

Clericus primæ tonsuræ nō potest accusari hoc crimine corā Iudice seculari.Rol.cōs 4 vol.1.

Memoria defuncti damnari nō potest, nisi quādo crimen lęsæ Maiestatis est cōmissum aduersus Principem, vel Rempub.Rol. consi.1. nu.15.vol.3.& Menoch.consi.99.vol.1.

Subditus non incurrit crimen lęsæ Maiestatis, si sit subditus tantùm ratione feudi. Rol. consi. 1.nu.28.vide Menoch d.consi.99.

Rebellem Ciuitatis an quis indicare teneatur, vide Roma sing 794.

Liberans cōdemnatum ad mortem de manu familiæ, tenetur hac lege. Barto.in l.4.ff.ad leg. Iul.de vi priuat.

Crimen lęsæ Maiestatis est publicum,& in duobus casibus morte non extinguitur, sed memoria defuncti damnatur:& hoc crimine tenetur qui meditatur aliquid contra Imperatorem, Principem,& Rempub.§.publica, Instit.de public.iudi.

Vide de materia per tot. titu. quomodo in lęsæ Maiest.crimi.proced.in vsib.feud.Clar.in sua Pract.§.lęsæ Maiestatis, Menoc.cōsi.99.vol.1. & de pœna vide c.si quis cum militibus 6.q.1.

Si quis Imperatori, vel Principi maledixerit.

PRincipi maledicēs qñ,& qua pœna feriēdus sit,& an Principi expediat suos maledicos punire, & varia exēpla adferuntur, in quibus nonnulli maledici fuerūt puniti,& aliquibus fuit indultum, vide Menoch.de Arbitra.lib.2. cas.377.& supra tit.prox.

Ad legem Pompeiam de parricidiis, & contrà.

DE his qui parentes, vel liberos occiderunt vide per tot.tit.ff.de his, qui parentes.
Paricidium ex causa (veluti ingratitudinis) commissum, quomodo puniatur, vide Menoc.de Arbitra. lib.2.cas.356.
De materia vide per Papon.lib.22.tit.4.
Fœmina, quæ studiosè fecit abortum, in exilium temporale damnatur, quod procedit si ante 40.dies; si verò post suffocauerit partum, tenetur de homicidio.l.Diuus 4. & ibid.gl.ff.de extraordina.crimin.
Mulier, quę ventris doloribus impulsa latrinam accesserat, & partum in cloacam effuderat, asserens nesciuisse se prægnantem, qua pœna puniri debeat, vide Ozas.decis.60.
Delictum mulieris occidentis partum ante baptismum est oribile, & grauissimum, ideò illa grauiter debet puniri, vide Papon.lib.22.titu. 4 & Dec.consi.535.
De pœna matris infantem in vtero, vel iam natum occidentis vide Perillust.D.P.Tessau.decisio.12.& 13.

Ad legem Corneliam de sicariis, & de homicidio.

HOmicidium à pluribus animo deliberato commissum, quomodo in re dubia sit puniẽdum, vide Perillustr. D P.Tessau.decis.31.
Occidendi causa aliquem si plures accesserint, licèt tantũ vnus percusserit, omnes tamẽ tenentur, sed quãdo ratione vnius delicti plures puniantur, vide Bartol. in l. si rixa 17.ff.ad leg.Cornel.de sica.
Si plures commiserint delictum, seu homicidiũ in rixa, vel extra, qualiter puniantur, vide Ioseph Ludo.decis.Luc.16.Menoch.de Arbitra. lib.2.cas 362.& Pet.de Rauen.sing.793.
Si in rixa plures delinquerint, vnusquisque tenetur de eo, quod fecit, rixæ tamen inceptor tenetur pœna vltimi supplicij, morte alicuius interueniente, sed si ignoretur inceptor, omnes tenentur pœna extraordinaria, & quantũ ad interesse ciuile, omnes tenẽtur æqualiter. idem Ioseph.d.decis.16. num.11 & seqq. vide Fran Marc.q 767. part.2. & q.503.part.1.Rol. consi 63.vol 2. Clar.in sua Pract.crimin.§. homicidium, vers.alia est.Hippol.sing.403.Perillust.D P.Tessau.decis.31.& Hartma.cap.18.tit. de accusatio.lib.2.& c.29.tit.de iniuriis lib.1. facit l.item Mela 11.§.item.ff.ad leg.Aquil.
Si quis fuerit occisus in rixa casualiter, & constet de vulnere illato per vnum ex pluribus ibid. assistentibus, non tenentur alij. Gram. decis.25.nu.6.
Homicidium à pluribus commissum, si ignoretur à quo, non punitur pęna ordinaria, sed pecuniaria: verùm conclusio limitatur quatuor in casibus, in quibus incertitudo non excusat à pœna ordinaria. vide Andr.Gail.obser.109. lib.2.Rot.Auenio.deci.93 in decisio.diuerso. Pet. de Rauen. sing.794. Hippol. sing.217.& Barto. in l.item Mela 11.ff.si quadrupes pauperi.feci.dica.
Si alter rixantium percusserit, & occiderit mediatorem, vel contrà, mediator percusserit alterum ipsorum rixantium, an puniatur, & qua pœna, vide Boer.decis.83.& Ioan.Ant.Trig. sing.25.
Occiso altero rixantium, quis præsumatur aggressor, nẽpe an ille, qui interfectus fuit, aut ille, qui interfecit, vide eũdẽ Boer.decis.237.
Tractatus aggrauat delictum, ideò tunc vulnerans teneť de occiso, sed quid, si fuerint plures vulnerantes quando non sunt in rixa, vide Ioseph.Ludo.decis.Luc.16.
Homicidium commissum in rixa nõ dolosè, punitur pœna exilij, seu relegationis per quinquennium.Gram.decis.17 & decis.98. num.7. vide Ioseph.Ludo.decis.Luc.16.& Ludo.à Pegue.in suis quæstio.cap.14.
Homicida, quem compulit ira, seu doloris excessus ad homicidium committendum, erit mitius puniẽdus, vel in exiliũ mittendus.Grã. decisio.98.nume.6.vide Perillust.D.P.Tessau. decisio.178.
Venenum deferens causa venenandi aliquem, debet puniri lege Cornelia de sicar. Gram. decisio.33.
Quidam, qui accusabatur veneno occidisse hominem, multis cõtra ipsum resultantibus pręsumptionibus, fuit absolutus, quia non constabat veneno defunctum mortuum fuisse. Rot. Auenio.decis 20.in decisio.diuerso.
Occidens nuntium, seu ministrum, qui capere reum volebat, qualiter puniatur, & contrà, vide Boer.decis.170.
Homicida non habet locum tutum, siue sub eodem Principe, siue sub diuerso, & etiam quòd confugerit ad Ecclesiam, de qua debet inuitus extrahi, quòd locum habet in homicidio doloso; non autem culposo. Ioseph.Ludo.decis.16.Luc.nu.33. Nam homicidium dolosum grauiter punitur.ibid.nu.38.
Homicida quomodo puniatur de iure Diuino, & quomodo de iure humano; nihil enim grauius est illo.idem Ioseph. Ludo.decis.Luc.62.

Homi-

leficio: ideò debet puniri, illo sequuto. Anto. Corset. in suis singul. lite. A. sing. auxilium.

Dominus si dixerit seruo ab aliquo verberato, non reuertaris domum, nisi aliquid sentiam de te contra verberantem, an his verbis dominus teneatur de homicidio, si verberatorē seruus interfecerit, vide eūdem, litera P. sing. præceptum, & Barto. in l. si quis 25. §. pater. ff. de acquir. hæred.

Licèt occidens aggressorem non se defendendo non excusetur, tñ mitius punitur, adeò vt, si percussus insequatur vulnerantem fugientem, & illum occidat, non teneatur vt homicida: quia est potius in culpa, quàm in dolo, & hoc casu homicida non debet mori; sed sólū banniri. Hippol. sing. 100.

Homicida licèt sit puniendus pœna mortis, tamen est in potestate Iudicis illum non condemnare hac pœna, sed deportare homicidam, quē impulit iracūdia orta aliter, quàm ex facto offensi. Hippol. sing. 271.

Iudex si, non præcedētibus indiciis, quempiam quæstioni implicuerit, si tortus sic indebitè Iudicē occiderit, alia leuiori pęna, quam mortis punitur. Hippol. sing. 455.

Homicidum committens extra domicilium, an accusari, vel inquiri, & puniri in loco originis possit, vide Hippol. sing. 576.

Quòd Iudex originis, vel domicilij possit punire homicidā alibi homicidium committentem, tradit Ioseph. Ludo. decis. 16. Luc.

Titius ab aliquo offensus Caium fratrem rogauit, vt ipsius injuriam vlcisceretur, Caius illū, qui fratrem offenderat, interfecit: quæsitum fuit, an Titius tanquam mandans teneretur, ac puniri possit, August. Bero. quęst. 10. sustinet partem negatiuam.

Si quis loquutus fuerit ad aurē alicuius, qui statim commiserit homicidium, quod per famam probatur, an tale homicidium præsumatur factum consilio aloquentis, vide Bar. in l. si ventri 8. §. eorum. ff. de priuileg. credit.

Hominem occidens, vel cum telo causa occidēdi persequens, lege Cornelia de sicariis punitur, qua lege castigatur etiam veneficus, vel arte magica hominem occidens, aut malo medicamento vtens. §. item lex, Institut. de publ. iudi.

Peritis standum est, an vulnera sint mortalia, necne: & vulneratus præsumitē in dubio mortuus ex vulnere. vide Ioseph. Ludo. decis. 62. Luc. Boer. decis. 323. Fran. Marc. q. 779. part. 2. Andr. Gail. obser. 111. lib. 2. Hippol. sing. 218. & Bar. consi. 30 vol. 2.

Vulnerans valetudinarium, si inde ille moriatur, tenetur pęna homicidij. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 62. nu. 8. 21. & 22.

Iudicis arbitrio relinquitur, quando quis dicatur ex vulnere mortuus. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 275.

Vulnera in quibus corporis partibus sint mortalia, & contrà, vide Boer. decis. 323.

Vulnus tunc dicitur mortale, quādo secundum regulas medicinæ percussus non potest euadere mortem: & de tali vulnere non possunt deponere nisi Medici, Gram. vot. 24.

Vulnerato mortaliter adhuc viuente, non debet vulnerans ad mortem condemnari, nisi secuta morte. Boer. d. decis. 323. nu. 6.

Vulneratus si iterum vulneretur, & inde moriatur, secundò vulnerāti homicidium est imputandū. Boer. ibid. vide Ludo. Roma. sing. 260.

Repercutiens non censetur repercutere ad vindictam. Raud. tract. de Analog. cap. 31. nu. 14.

Si attestatione Medicorū probetur vulnus non esse lętale, licèt postea vulneratus moriatur, non ob id vulnerās tenebitur de homicidio; sed tantùm de vulnere. ibid. Raud. nu. 35.

De homicidio contra aliquem (per alium perpetrato) tanquam auxiliatorē non est inquirendum, nisi expressè dicatur, quòd ille sciebat homicidium committendum; nam secùs erit si ignorabat, & talis ignorantia poterit solo iuramento probari. Gram. decis. 25. nu. 4.

De homicidio tenetur, qui hominem dolosè siue gladio, siue veneno, siue manibus strangulādo, vel qualitercunque occiderit. Hartma. cap. 12. tit. de accusatio. lib. 2.

Mulier conspirās in necem viri occisi per adulterū, punitur eadem pœna, qua punitur adulter occisor. Boer. decis. 262.

Quomodo puniatur occidens maritum de consensu vxoris, & contrà, vide Papon. lib. 22. tit. 5. arrest. 32.

Sepeliendo interfectum opem præstans, tenetur de occisione. Boer. d. decisio. 262. num. 7. Et dans consilium, mandansq; fieri homicidium, qualiter puniri possit, vide ibid. nu. 11.

Si accusator probet Titium occidisse Seium armis, & contrà, probet Titius se à Seio fuisse armis insultatum, erit probata defensio. vide Raud. tract. de Analog. cap. 31. nu. 48.

Si accusatus de homicidio ꝓbet se illud fecisse ad vitæ, seu rerum suarum defensionē, censetur probata necessaria defensio. Raud. ibid. nume. 49.

Si offensor probauerit solam præparationē offensi ad offendendum, sat est probata eius defensio: quia esse potest, quòd si expectasset ictum, non euasisset. Raud. ibid. nu. 50.

Si fuisti accusatus de homicidio, & probasti occisum venisse cōtra te cū cultello, vel ense, licèt sit æquiuoca probatio, nihilominus fit interpretatio ad tui fauorem. ibid. Raud. nū 51.

Occi-

Occidens aggressorem se defendendo, non tenetur de occiso: nam occidēs aliquem se defendendo, nō dicitur committere maleficiū. Hippol.sing.100.

Quando quis est vulneratus, si ex tali vulnere moriatur, non inspicitur quibus diebus post vulnerum illationem vixerit, quod procedit, nisi ipse vulneratus fuisset in culpa mali regiminis Guid.Pap.sing.491. Vel adhibuerit malum Medicum. Pet. de Rauen. sing.797. vide Bar.consi.36.vol.2.& in suo tract. de differen. int.ius Cano.& Ciuil.nu.123.

Vulnerans antea vulneratum, & iam animā exhalantem, tenetur de occiso, & primus, qui percusserat, de vulnere tantùm. Fran.Cremē. sing.56.

Vulneratus si post triduùm visus fuerit ire cum baculo, & postea moriatur, non tenetur vulnerans de occiso. Pet.de Rauen.sing.795.

Animus deliberatus, atque cogitatus occidendi, quibus coniecturis probetur, accuratè, & diligenter explanatùm legitur apud Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.361.

Locus, vbi quis vulneratur, an vbi mortuus ex vulnere, attendi debeat ob soluendam pęnā Fisco, vide Barth.de Capu.sing.26.

Sententia lata super homicidio contra Titium, licèt fuerit executioni demandata, non proderit Caio, qui verè occiderat. Pet.de Rauen. sing.264. Marc.de Mant.sing.3. facit l.21.ff.de interrog.actio.

Vulnerato non creditur inculpanti aliquem. Pet.de Rauen.sing 796.

Homicida dicens se occidisse animo vulnerandi, & non occidēdi, auditur, & huiusmodi animus eius iuramēto probatur. Ioan. de Arno. singul.44. vide l. 1. & 5. ff. ad leg. Cornel. de sicar.

De materia homicidij voluntarij, vel casualis vide p tot.ti.ex.de homicid. volūt.vel casua.

Interfectus ante domum alicuius, ibid. præsumitur interfectus, & est præsumptio contra dominum domus Barto.in l.3.ff.de via public.& itin.publ.refic.

Pro defensione rei accusati de homicidio, vide supra titu.quando liceat vnicuiq;,& inf.tit.de defensio.pro excusatio.homicidæ.

Ad legem Iuliam de vi publica, siue priuata.

Quod fit ad defensionem pęnam non meretur, quia se defendere omnes leges permittunt, & hoc dumtaxat se tuendi causa; non autem vlciscēdi.l.46.§.qui cū alter.ff.ad leg.Aqui. vide supra tit.quando liceat vnicuique.

Contra violentum possessorem competit criminale iudicium legis Iuliæ.l.4. C.vnde vi.

Hoc iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat.l.hoc 195.ff. de reg.iur.

An pro crimine legis Iuliæ de vi publica, posit procedi ad pronunciationem delicti pro cōfesso, ad bannum, & confiscationem bonorum contra absentem, vide Ozasc. decisio.105.

Si plures vsque ad septem de nocte armati aggressi fuerint domum alicuius cum fractura ostij prędę causa, & fractis ostiis, ac ruptis scriniis, quicquid in illis erat rapuerint, quales debeant esse partes Iudicis pro punitione huius delicti, vide Boer.decis.173.

Vim publicam, seu priuatam committens, punitur pœna extraordinaria. vide Clar. in sua Pract.§.fin.q.83.vers.vim.

De vi publica, & priuata, & de pęnis statutis delinquētibus in hoc crimine vide per Menoc. de Arbit.lib.2.cas.394. Vbi quando armorum vsus interdictus sit.

Prohibens aliquem licitè quid facientem, coadunatis hominibus armatis, vim committit, & pœna legis Iuliæ de vi publica tenetur. Natt. consi.665.

Si ex duobus rixantibus unus percussus, & vulneratus fuerit, & testes deponant super vulnere, licèt dicant non uidisse infligi uulnus, sed solùm quòd, rixa finita, vulneratum uiderunt, tunc resultat aduersus alterum non vulneratum indicium indubitatū, propter quod ad condemnationem perueniri poterit. Hippol.sing.288.

Quilibet de familia potest prohibere aliquem, ne domū ingrediatur, & si ingreditur, habet actionem ex lege Cornelia. uide Bart.in l.lex 5.§.domum.ff.de iniuriis.

Qui iocando aliquem vulnerauerit, quomodo puniatur, vide Hartma.c.16. tit. miscellanearum ex iure Ciuili lib.2.

Vis publica an eo casu dicatur facta, quando quis solus, & armatus alium vulnerauit, & de pœna huius legis vide Perillust. D. P. Tessau. decisio.35.

In hac Patria habemus decretum, quo punitur vim inferens, vide decret. criminal. titul. *dell'insulto con animo deliberato.*

Ad

Ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro, & de omni alio illicito coitu.

AN liceat marito vxorem inuentam in adulterio occidere, vide Boer. decis.298. Pet.Roy.deci.3.Litua.nu. 448. in decisio.diuerso. Marc. de Mant. sing. 117. 128. & 571. Clar. in sua Pract.crimin.§. homicidium. Menoch. de Arbitra.lib 2.cas.482.Rol.consi.34.vol.2. Bar. in §. his quoque, Authen. vt liceat matri,& l. nec 7.ff.de eo,quod metus causa.

Patri etiam Magistratum cum filia coeuntē occidere licet, tamen marito vili hoc non permittitur.Boer.decis.317.nu.14.

Præmissa procedūt de iure Ciuili; secùs de iure Canonico.vide Pet.Roy.decis.3.Litua.nume. 445 Barto.in suo tracta. de differentia int.ius Cano.& Ciuil.num.93. facit cap. inter 33.q.2. & ibid. gloss.

Legatarij legatis priuantur ipso iure ob adulterium cum vxore testatoris cōmissum: idem,si stuprum,testatore mortuo,cōmiserint. Ozas. decis.77.num.4.

Hæredes mariti (etiam sui) non possunt accusare viduam de adulterio commisso in vita mariti, vel mulieri agenti non possunt obiicere exceptionem ipsius adulterij. Ozasc. d. decis.77.nu.10.& decis.132.nu.5.vide Boer.deci. 338. Menoch. consi.3.vol.1.& Guid. Pap.sing. 431.Fallit,si maritus in vita fuerit conquestus etiam extra iudicium: nā hoc casu exceptio adulterij transit in hæredes.Vincen.de Fran. decis.184.& 240.

Mulier conuersando in cōuiciis cum extraneis, & interueniendo in ludis theatralibus, ita dotem amittit, sicut si adulterium committeret.Ozas.d.decis.77.nu.31.

Adulteriū cum meretrice nupta, quo ad ipsam est punibile, sed quid,quo ad accedētem ad illam,vide Capic.decis.44.

Mulier meretrix nupta potest saltē à viro, à patre,& ab aliis propinquis accusari de adulterio; non ab aliis extraneis. Capic.d.decis.44.

Mulier qualiter puniatur de adulterio cōmisso, durante matrimonio,vide Gram. decisio.31. Marc.q.513.& Boer.decis.297.

Adulterium vxoris an sit grauius, quàm homicidium filij,vide Boer. decis.23.nu.77.

Adulterans vxorem, an videatur facere iniuriam,& rumpere saluaguardiam, vide Boer. decisio.297.

Adultera mulier an puniatur,quando vir illi nō reddit debitum,vide Craue.consi.205.nu.35.

Sed quid,marito nō conquerente,vide Boer. decis.297.nu.15.19.& Marc.q 513.

Maritus an debeat de vxoris adulterio conqueri,vide Boer.decis.298.Et quomodo,Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.482.

Maritus condemnatæ adulteræ ad fustigationē, illam liberare à pœna non potest per reconciliationem post sententiam;secùs ante.Boe. d.decis.298 nu.3.& 4.vide Papon.lib.22.tit.9. arrest.6.& 12.

Adultera vxor perdit dotem,& etiam donationem propter nuptias,& paraphernalia.Boer. decis.338.Marc.q 513. Vincen. de Fran.decis. 184. Quæ omnia marito applicantur. Roma. sing.315. Pet. Gerar.sing.48. vide Bart.consi. 96.vol.2.in §.quia verò,Authen.vt liceat matri,& auiæ,in §.si quando, Authen.vt nulli Iudicum,Bal.in l.1.C.ad leg.Iul.de adult.& Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.287.

Conclusio limitatur, quando vxor commisisset adulterium de consensu viri, vel vir cum alia muliere etiam adulterium commisisset, aut vir post adulterium ipsam vxorem adhuc receperit,& reconciliauerit. Boer. d.decis.338. vide Vincen.de Fran.decis.184. D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ glo.super decreto, castarum,tit.de mulierib.fornicariis,num.22. & Pet.de Rauen.sing.319.facit l. viro 40.ff.soluto matrimonio.

Limitatur secundò, quando mulier adultera habet patrem;tunc enim pater non amittit dotem propter filiæ adulterium: idem, si talis adultera haberet liberos ex primo matrimonio.Boer.d.decis.338.num.5.& 6.vide Cabal. milleloq.527.Papon.lib.22.tit.9.arrest.5. Cassan.in consuetud. Burg tit. *des droicts* Rub.4.§. 6.gl.13.nu.20.& in tit. *des infans*. §.1.nu.8.Fran. Cremen.sing.87.

Limitatur tertiò,si maritus adulterij vxori occasionem dederit, aut ipsa vxor per vim illud cōmiserit.vide Marc.quæst.729. par.2.& Abb. consi.4 part.1.

Quando vxor fidem violans excusetur,vide obser.10.Senat.Thol.in decisio.diuerso.fol.250.

Iuris ignorantia an excuset quo ad pœnā adulterij,vide Bar.in l.5.ff.de condic. sine caus.

Ignorans non committit adulterium. c.in lectū & seq.34.q.1.& 2.

Maritus ab accusatione adulterij repellitur septem in casibus,quos notat gloss.in cap.ecce quod ista 32.q.6.

Verecundia excusat mulierem adulteram à pœna, quando non clamauit propter iminentē verecundiam.Fel.consi 34.nu.21.

Mulier ob adulteriū,an amittat dotes, filijs existentibus, & an illi tam primi, quàm secundi matrimonij, in ipsa dote succedant, vide

Vincen.

Vincen.de Franc.decisio.421.nume.12.

Non solùm propter adulterium mulier amittit dotem, verùm etiam propter osculum. Clar. in sua Pract.§.adulterium, vide tamē Menoc. de Arbitra.lib.2.cas.276.& 287.

Maritus celans crimen vxoris meretricis, dicitur patronus turpitudinis. Franc.Marc.quæst. 513.nume.3.

Coram quo Iudice agatur de adulterio, & an talis causa sit mixti fori, vide ibid.num.6.& 7.

Adulterium committitur cum nupta, & diuortium hodie propter fornicationem non fit, nisi quo ad separationem thori. Marc. d. q. 513. nume. 19. & 21. vide infra lib. 2. titu. de diuort.& repud.

Mulier perdit legatum sibi relictum à marito propter adulterium. Marc.d.q.513.nu.27.

Crimen adulterij patratum cum cōmatre mixtum est, nec eo ipso maritus vxoris thorum violare dicitur, sed qua pœna tunc debeat puniri adulter incestuosus, vide Franc.Marc. q.152 part.2.

Absolutio, seu gratia criminis adulterij incestuosi, an à Principe seculari concedi possit, vide Marc.ibid.nu.7.

Maritus quando, & intra quæ temppora vxorem de adulterio iure mariti accusare possit, vide Marc.q.742 part.2.

In crimine adulterij competit actio ad accusandum fratri viri. Vincen.de Franc.decisio.240. part.2.

Restitutio in integrum non competit minoribus ad opponendum crimen adulterij respectu lucri dotis; secùs respectu euitandi damni antephati.idem de Franc.decis.421 part.2.

Vxor committens adulterium aliquando punitur ad rigorem legis.vide Papon.lib.22.tit.9. arrest.1. Et aliquando mitius.ibid.arrest.2.

Vxori accusatæ de adulterio maritus tenetur subuenire pro victu,& expensis litis, vel consentire, vt fiat alienatio partis dotis. Papon. lib.24 tit.6 arrest.2.

Licèt propter adulterium mulier amittat dotē, tamen maritus tenetur eam alere. Clar. in §. adulterium, vers.sed quid, si quis.

Maritus licèt lucretur dotem, non tamen tenetē ad onera hæreditatis. Pet.de Rau.sing.292.

Adulterio commisso per alterum ex coniugibus, potest alter coniunx Religionem profiteri, inuito eo, qui adulterium commiserat. Natt.consi.116 Tom.1.& cap.15. ex.de cōuersio.coniug.c.16.ibid.

Coniugatus cognoscens carnaliter mulierem solutam, non committit adulterium: ideò de illo non potest accusari, minus de stupro cognoscens meretricem:& de coitu non violēto habito cum muliere non nupta, quæ non retinet nomen honestæ mulieris, iudicatur vt de coitu habito cum meretrice, secundum Rol.consi.74. vol.1.nu.12. Tamen quòd coniugatus cognoscens solutam dicatur cōmittere adulterium, tenet Menoch. consi. 249. lib.3.

Maritus si, statuto permittente, occidat vxorem deprehensam in adulterio, videtur renūciasse lucro dotis, quod ob illud adulterium habere debebat, secùs si illud sibi debebatur ex forma statuti, vel pacti. Mathes.sing.72.

Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendam pœnitentiam in aliquo claustro collocatur.cap.19.ex.de conuersio.coniug.vi de Barto. in §. si vero aliquando, Authen.vt nulli Iudicum.

Quomodo vxor in veteri testō se purgabat, si erat suspecta de adulterio, quod probari non poterat, vide c.in libro 2.q 4.

Maritus quando possit sibi vxorem adulteram (etiam collocatam in Monasterio) recōciliare, vide Barto. in §. si vero, Authen. vt nulli Iudicum.

Pax habenda est cum marito, non cum vxore adultera, quia illi tanquam consentienti nulla fit iniuria; sed marito. Bart.consi.175.vol.1.

Quæ fuit fornicata, antequam sit sponsa, nō potest accusari de adulterio; secùs si post. glo.in c.inuenta 27 q.2.

Tribus modis quis accusatur de adulterio, sed an, & quando liceat mulieri maritum accusare, sicut licet marito, vide Marc.q.513. Quòd adulterium tripliciter considerari possit, scribit D. Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ gl.super decreto, omnem, titu. de concubinatu, nume.6.

Vir etiam committens adulterium punitur, sed qualiter, vide Papon lib.22.tit.9. arrest.2.& 3.

Vxor non potest accusare maritum de adulterio, nisi per modum exceptionis. Papon. lib. 24 tit.2.arrest.6 & Bald.sing.72.

Sicut propter adulterium vir lucratur dotē, ita mulier propter adulterium viri lucratur donationem propter nuptias, liberis non extantibus.glos.ibid.in c.1.ex.vt lite nō contestata.

Pęna statuta per leges antiquas in adulterò masculo remanet firma. Bar.in §.si verò aliquando, Authen.vt nulli Iudicum.

Matri asserenti filium non esse mariti, an credatur. vide Boer.decis.299.

Filius semper pręsumitur natus ex matrimonio, licèt mater interdum rem habuerit cum alio, quàm cum marito. Fran.Marc.q.513.num.18. Quando natus est in domo. Dec,consi.289.ui de Perillustr.D.P.Tessau.decis.3.& 4.

Bona fides mulieris operatur, ut natus ex ea,& conceptus ex semine uiri, quē credebat esse

suum

suum maritum, reputetur legitimus. vide obserua.11.Senat.Thol.in decisio. diuerso.

Adulterium ex suspicionibus probatur, sed de hac probatione vide p Marc. q.513.nu. 14. &. q 897.Craue.consi.205. num. 20. 21 & consil. 321.Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des droicts* Rub.4.§.6.glo. 13.nu.28.Menoch.de Arbitra. lib.2.cas.475.& consi.31.lib.1.Natt.consi.205. num.fin.Tom.1.in additio.ad Bart. in l.34 C. ad leg.Iul.de adul.& in l.2.§.simul,& in l.quis. ff.ad leg.Iul.de adult.c. præterea 27. & ibidē. gloss. extr. de testibus, cap. 12. & 13.extr. de præsumpt.

Pernoctatio mulieris arguit stuprum, quādo fit sine causa,vide tamen Craue.consi.205.

In dubio ancilla præsumitur prægnans ex domini semine.vide decisionē 5.Senat.Pari.in decisio.diuerso.fol.231.

Quando stetur iuramēto mulieris asserentis se esse prægnantem ex semine alicuius, vide Papon.lib.22.tit.9.arrest. 13. Vbi distinguit tres casus.

Filius non præsumitur esse alicuius is,qui natus est ex muliere extra domum morante, etiā si constet illum cum dicta muliere rem habuisse.Natt.consi.205.

Testes si deponant Petrum cognouisse Bertam violenter,non probant vim esse Bertæ illatā à Petro, nisi aliud communis vsus loquendi suadeat.Mathes.sing.102.

Accusatus de adulterio ad sui defensionem debet probare, quòd illa, cum qua inculpatur commisisse adulterium,est sibi cōsanguinea, cum qua naturale fœdus nihil permittit sęui criminis suspicari.Abb.in sua Prac. cap. 152. num.11.

An vidua stuprum committēs dotem amittat, vide Ozasc.decisio.77.Boer.decisio.338.Vincen.de Franc.decisio.421.part.2. Pet.Gerar. singul.48 Hippol.singu.234. & 416.Pro parte negatiua,tenent Papon.lib.22.titul.9. arrest. 16.Rol.consi.86.vol.1.Rot.Auenio. deci.145. Crauet.consi 205.num.24.& consi.304. nu.fin. & Clar.in sua Prac.§.stuprū.Nec etiam amittit alia lucra, quæ habuit in bonis mariti.Cassan.in consuetud.Burg.tit. *Des droicts* Rub. 4.§. 6.gloss.13. num. 24. Tamen si committat stuprum intra annum luctus, perdit legatum, & augmentum dotis. Guid.Pap.singul. 463. Et omnia donata à viro.Cabal.milleloq.138.vide Rot.Auenio.decisio.145.

Vidua luxuriosè viuens patitur easdem pęnas, quas mulier secundò nubens intra annum luctus. vide Crauet.consi.205.num. 27. & consi. 304.in fine.Clar.in sua Prac.crimin.§.stuprū, & infra lib.2.tit.de pęn. secundò nubentium.

Vidua stuprum committens minus peccat, quā maritata adulterium committens. Ozasc. decisio.77.numero 7.

Vidua nubens intra annum luctus, arguit suspitionem adulterij commissi, viuente marito. Ozas.d.decisio.77. num. fi. Non tamen ob id amittit donata à viro.Cabal.milleloq.138.vide Rot.Auenio.decis.145.

Stuprum commissum cum muliere soluta, an sit punibile,vide Gram.decisio.107.nu.3.

Viduam corrumpens qualiter puniatur,& quomodo ipsa vidua,vide Boer.decisio.316. nu. 8.& Ioseph Ludo.decis.Luc.61.

Stuprans viduam honestè viuentem cautione nō relaxat,sed qua pęna debeat puniri, vide Rot.Auenio.decisio.72. in decisio. diuerso.

Stuprum non committitur, nisi cum virgine,& vidua honestè viuente.Gram.decisio.107.

Stuprum committitur cum virgine, incestus cū personis sanguine coniunctis. Ioseph. Ludo. decisio.Luc.71.nu. 18.

Stuprans pecuniis aliquam iuuēculam,videtur inuitam,& nolentē stuprare: quia per deceptionem videtur stuprum committere. Petr. de Rauen.sing.666.

Hi cadunt in legem Iuliā de adulte.qui aliquid pro comperto stupro accipiunt. l. isti 8. ff. de eo,quod met. cau.

Virgini stupratæ dotes constituendæ sunt secundum dignitatem, & facultatem ipsius stuprātis,habita tamē ratione qualitatis ipsius virginis,ita vt maior sit dos, quàm si à patre filiæ stupratæ fuisset constituta. Ozas.deci.107.

Puella ob stuprum, seu deflorationem, vt dos sibi constituatur, Iudicem secularem adire potest.Marc.q.6.

Coitus habitus cum muliere non nupta, & quæ nomen honestæ mulieris non retinet,æquiparatur coitui habito cum meretrice, & tunc vir non tenetur constituere dotem tali mulieri ab alio iam cognitæ,potest tamen puniri respectu iniuriæ factæ patrono domus, vbi ipsa mulier manebat, & in qua in adulterio fuit repertus.Gram.decis.107.

Qualitas honestatis, vel inhonestatis est maximi ponderis in crimine stupri,& testes singulares admittuntur ad probandum mulierem ab alio cognitam.Gram.d.decis.107. num. 8. & Boer.decisio.23.num.46.

Hodie committens stuprum cum virgine, tenetur,aut eā desponsare, aut dotare. Papon. lib.22.titul.9.arrest.9. Ias. de actio.§. omnes, autem,num. 18. Clar. in sua Practic. crimin.§. stuprum, vide Bartol.in tract.de differen. inter ius Canon.& Ciuil.

Osculum rapiens virgini inuitæ, qua puniatur pœna,& vis illata in virgine præsumitur,vide Afflict.decisio.276.Petr.Roy. decisio.3. litua. nu.586.

nu.586. in decisio. diuerso. & Ludo. à Pegue. in suis quæst.crimi.cap.7.

Tutor coiens cum puella,vel adulta , an capite sit puniendus,vide Boer.decis.317.nu.2. & 4.

Stuprum consumatum sine violentia,non punitur pœna mortis,sed alia mitiori.Afflic.decis. 276.Sed quid de consuetudine, vide Ioseph. Ludo.decis.Luc.61.

Stuprans virginem immaturam , qua pœna puniatur,vide Gram. decis.22. Guid.Pap.q.555. Ioseph.Ludo.decis.Luc.17. nu.16. Menoch.de Arbitra. lib.2. cas.294. Math. Mathes.sing.99. Perillust.D.P.Tessau.decisio.3.& l.si quis 38.ff. de pœnis.

Pœna stupri,est pœna dimidiæ partis bonorum, & si non habet in ære delinquens,luet in corpore.Gram.vot.4.& 17. Clar.in sua Pract.§.stuprum,& §.fin.q.79.vide Math.Mathes.sing.99. & Marc.de Mant.sing.4.

Vxores duas ducens eodem tempore viuẽtes, nõ debet decapitari , sed pœna stupri puniri: tamẽ in eo , qui quinque vxores habebat eodem tempore,fuit contrarium decisum, quia fuit vltimo supplicio damnatus.Gram.vot.17. vide Hartma. cap.9. tit.de matrimonio lib.1.

Tentans cognoscere virginem vi, licèt non impleuerit opus,quia impeditus,punit̃,sed quomodo, vide Papon. lib.23. titu.10.arrest. 4. & Ludo.à Pegue.in suis quæstio.crimin. cap.7.

Stupri crimen graue,& punitur Iudicis arbitrio. Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.288.

Stuprum violentum qua pœna puniatur , vide Math.Mathes.sing 99.

Si statuto caueatur,quòd rapiens mulierem puniatur pœna mortis (vt etiam est cautum de iure Canonico) talis pęna nõ habebit locum in illo,qui per vim cognouit virginem, & illã prostrauit in terram Hippol.sing.65.

Computatio graduum secundum ius Ciuile attenditur,quo ad punitionem maleficij. Bart. consi.224.vol.1.

Coitus cum meretrice non nupta, an sit impunibilis de iure Ciuili,vide Ozas.decis.77.nu.33. Gram.decis.107 Boer.decis.317.num.8. & 10. Hippol.sing.150.Bart.in l.40.ff.de furtis , & in l.13.ff.ad leg.Iul.de adulte.De iure autem Canonico punit̃. Menoc.de Arbitr.lib.2.cas.289.

Cognoscens meretricem per vim,qualiter puniatur,vide Papon.lib.22.tit.8.arrest.1.

Sodomitæ pœna capitali puniuntur.Fran.Marc. q. 508. Nam coitus contra naturam est delictum grauissimum, ideò punitur pœna ignis, tam in agente,quàm in patiẽte.Ioseph Ludo. deci.Luc.17.nu.23.Papon.lib.24. tit.10.arrest. 6.vide Menoc.de Arbitr.lib.2.cas.286.Hippo. singul. 597. Barto.in suo tracta. de differen. inter ius Cano.& Ciuil.num.92. & Authen. vt non luxurietur contra naturam.

De crimine sodomitæ vide p Clar. in sua Pract. §.sodomita.

Laicus vxoratus cum Moniali coiens , potest à Iudice seculari puniri.Ozas.deci.103.Sed qua pœna,vide ibid.nu.6.

Qualiter hodie adulter puniatur , & quomodo iuri communi,& pœnæ ordinariæ adulterij,sit per consuetudinem derogatum , vide Franc. Marc.q.513.Craue.consi.41.& cons.137.Boe. decis.297. nu.15. & 19. Rebuff.in constitutio. Reg.Tom.1.in proœmio glo.5. num.108. fol.30. Clar.in sua Pract.§.adulterium, D.Sol.in constitut.antiq.Sabaudiæ glo.super decreto, omnem,tit.de concubinatu,nu.7.Natt.consi.205. Bar.in l.13.ff.de his.quib.vt indig.legat.aufer. & in l.5.ff.de quæstio.

De pœna stupri commissi cum schalis vide per Vincen.de Fran.decis.333.part.2.

Ascendẽs scalas ad domum alienam causa violandæ castitatis, tenetur pęna vltimi supplicij , præcedente tamen banno prohibitiuo. Gram.decis.36.

Adulterij crimẽ est crimini lęsæ Maiestatis proximum , & adeò grauissimum est , vt conatus solus in eo puniatur.Gram.deci.38.nu.11. vide ibid.decis.74.nu.14. & Clar.§. adulteriũ.

Volens rem habere cum animali bruto , si suos fecerit nixus , & conatus , licèt non perfecerit , aliquo impedimento superueniente , tamen punitur,ac si perfecisset.Boer.decis.316. vide Papon.lib.22.tit.7.arrest.1.

Iudæam si cognoscat Christianus,aut cõtrà,qua pœna puniatur,vide Boer. d.decisio.316. nu. 5.Ioan.Gal.quæst.387.in decisio.diuerso.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.290.& Rolan.consi. 35.volum.2.

Mulieres duæ se mutuo subagitantes qualiter puniantur,vide Boer.d.deci.316.nu.13.Gom. Leo.decis.37.in decisio.diuerso.Tom.3.& Papon.lib.22.tit.7.arrest.2.

Quomodo puniatur Iudex, vel alius Officialis, aut custos carcerum,si rem habuerit cum muliere carcerata , vel coram ipso Officiali litigãte , aut alia ratione iurisdictioni subiecta, vide Boer.decis.317.Marc.q.729.nu.5.part.2. Papon.lib.22.tit.8.arrest.1. Menoc. de Arbitr. lib.2.cas.291.& supra tit.de carcere,&c.

Mortuam coitu polueris qualiter puniatur,vide Boër.decis.316.& Ioseph.Ludo.decis.Luc.61.

Confessus pluries commisisse adulterium cum Berta vxore Titij, non tamen ex pluralitate reiterationis cum eadem Berta multiplicat̃ pęna.Gram.vot.17. nu.3. & Bar.cõs.222.vol.1.

Stuprum , adulteriumuè à famulo dominæ dormiẽti illatũ,morte mulctatur,ita fuisse obseruatũm legitur in libris placit.Curię lib.22.ti.6.

in

in decisio. diuerso. vide Papon. lib.22. titu.9. arrest.4.& 5.

Interpellantis mulierem, aut puellam, aliudué impudicitiæ causa facientis pœna, tam perfecto, quàm imperfecto flagitio, est. Pet. Roy. decis.3. Litua. nu.528. in decisio. diuerso.

Adulterium effectum notorium potest ex officio puniri, & quandoque adulter punitur pęna mortis. vide Vincen. de Fran. decisio.240. part.2.

Concubinatus de iure Canonico improbatus, non punitur iure Ciuili, vide ibid. nu.17. & infra lib.2. titu. de concubi.

Pater cognoscens propriam filiam debet puniri vltimo supplicio cum ipsa filia. Papon. lib. 22. tit.7. arrest.3.

De pœna adulterij in Regno Franciæ vide per Papon. lib.22. tit.9. arrest.5.

Cognoscens matrem, & filiam punitur ad mortem. Papon. d. lib.22. tit.9. arrest.7.

Quomodo puniatur ille, qui cognouit filiam sororis suæ vxoris, vide Papon. ibid. arrest.8.

Adulter potest condemnari ad triremem, si cõmittat adulterium cum vxore alterius, illam retinẽdo extra domum mariti. Papon. lib.22. tit.9. arrest.19.

De arresto lato contra Martinum Guerram vide ibid. arrest.20.

Omnis fornicatio est prohibita, & coitus illicitus, sed quomodo puniatur, vide Clar. in sua Pract. §. fornicatio.

Iudicis arbitrio puniri tentantem masculorum pudicitiam, scribit Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.286. nume.16. Idem in deosculante turpiter mulierem. ibid. nu. 17. vide eundem ibid. cas.287.

Pariter punitur Iudicis arbitrio, qui extra vas contra naturam pollutus est. Menoch. d. cas. 286. nume.18.

Minores ob carnis vitium mitius puniũtur. Menoch. ibid. nu.19. vide eundem ibid. cas.329.

Clericus concubinarius, vel aliàs fornicationẽ committẽs, qua pœna puniatur, vide Menoc. de Arbitra. lib.2. cas.418.

Adulteriũ lege Naturæ, Gentium, & Ciuili damnari, scribit Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.419. Vbi de variis pœnis, tã iure Ciuili, quam Pontificio, & Diuino ejus de causa sancitis.

Auxilium, & opem adulterio tulisse dicitur, qui arte, & fallaciis maritum extra domũ duxit, vt adultero liceret ad vxorẽ ingredi: & iste talis debet puniri eadem pœna, qua punitur adulter. Natt. consi.151. Tom.1.

Absolutus ab adulterio proximitatis prætextu, si postea cum eadem muliere matrimonium contrahat, de primo adulterio (de quo fuerat absolutus) poterit condemnari. Pet. de Rauen. sing.19.

Adulterij quatuor sunt pœnæ, de quibus vide per Ludo. Roma. sing.674.

Pœna incestus, & adulterij iure Canonico mors est; sed iure Ciuili mulier in Monasterio detruditur. Barto. in tractat. de different. inter ius Cano. & Ciuil. nume.75. vide infra titu. de incestu.

Viri grauius sunt puniendi de adulterio, quàm mulieres. cap. pen. 32. q.6.

Confesio adulterij incidenter in inquisitione super furto facta, non præiudicat confitenti, vt ille puniatur eodem iudicio, sed tñ prodest Fisco ad inquirendum in alio iudicio. Afflic. decis.176.

Mulier inhonestè viuens nõ gaudet priuilegiis matrisfa. vide Capi. decis.44.

Adulterium, stuprum, & lenocinium pręscribuntur quinquennio, nisi simul cõcurrat incestus, vel violẽtia; tũc enim requiruntur viginti anni. Boer. decis.26. Papon. lib.24. tit.11. arrest.1. & 2. Clar. in §. adulterium in fine, & Menoch. de Arbitra. cas.287.

Trãsactio super raptu, adulterio, vel incestu, an valeat, vide Boer. decis.91.

Mulier inhonesta expelli potest de vicinia. Vincen. de Fran. decisio.316. part.2. vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap.12. Papon. lib.22. titu.9. arrest.15. & D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ fol.185.

Mulier adultera non potest relinquere per testamentum aliquid adultero, nec illum hæredem instituere. Papon. libr. 22. titu. 9. arrest. 11.

Adulterium personæ Ecclesiasticæ, an posit puniri per Iudicem laicum, vide Papon. lib.22. tit.9. arrest.17.

Meretrix non dicitur, neque pro tali haberi debet de iure, quæ amoris causa copiam sui fecit. Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.328. Sed quę dicatur meretrix, vide ibid.

Adulterium adeò graue per se est malum, vt nulla causa iustificari posit. vide Marc. de Mant. sing.368.

Mulier licèt fateatur adulterium, tamen non præiudicat adultero. c. nemini 15. q.3.

De raptu virginum, & mulierum, & contrà.

L'Aicus, qui Monialem rapuit, bonis Monasterio applicatis, capite plectitur. Marc. q 964. vide §. si quis rapto, Authen. de Sãtis. Episco.

Osculũ rapiẽs virgini inuitæ, qua pęna puniatur, vide Affli. decis.276. Et vis illata

in virgine præsumitur.ibidem.

In raptu,& si delictum ipsius sit atrocissimũ, tamen si rapiens non coeat cum rapta,non erit locus pœnæ ordinariæ huius criminis. Gram. decis.2.num.29.

Rapiens puellam nondum viri potentem, & tẽtans illam corrumpere,qualiter puniatur, vide Guid. Pap.q 555.

Raptores de iure communi puniuntur pœna vltimi supplicij. Ioseph. Ludo. decis.Luc.12.nu. 14.vide Fran. Marc q.2. & eundem Ludo.decis.19.ibid.Ludo.à Pegue. in suis quæstio.cap. 42.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.291. Mathes. sing 101.Guid.Pap.sing.569.cap.lex 36. quæst. 1.l.raptores.C. de Episco. & Cler.l.5.§.fin. & l. 6 ff.ad leg. Iul. de vi publica.§. si quis rapuerit,Authen.de Sanctis.Episco. Fallit,si non cõstiterit de raptu,nisi per confessionem rapiẽtis qualificatam, continentẽ hoc fecisse de consensu ipsius mulieris, etiam hoc negãtis: quia tunc rapiens punitur leuiori pęna. idem Ioseph. Ludo.d.decis.19.

Pœna raptus est diuersa secundum qualitatem ipsius.Papon.lib.24.tit.10.arrest.20.

Qua pœna puniendus sit ille, qui in via publica amplectitur aliquam mulierem inuitam, & acclamantem, illius pudicitiam attentando, vide Ludo.à Pegue.in suis quæstio.cap.7.

Raptus meretricis an sit punibilis, vide Ludo. à Pegue.in suis quæstio.crimin. cap.43.num.14. Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.291.Mathes.sing. 101.& Bart.in l.40 ff.de furtis.

Muliere raptui consentiente, pœna raptus ob id rapienti non remittitur. Marc. de Mant. sing 489.

De raptu virginis potest transigi, tamen maleficium non remanet impunitum. l. 3. C.quib. ex cau.serui.pro prẽmi.liber.mere.

Vim committens armis, aliter quàm virginem rapiendo, deportabitur, si sine armis, tertiæ partis bonorum publicatione damnatur: sed per vim virginem, vel Monialem rapiẽs, vel præstans opem,capite punitur.§. item lex Iulia lo 2.Institut.de public.iudi.

Raptus pœna quæ sit, & an rapere dici possit, raptusq; pœna plectetur,qui volentem, & cõsentientem è domo sua abduxerit, vide Perillust.D.P.Tessau.decis.217.

Quædam meretrix rapiens iuuenem fuit combusta,vt testatur Boer.decis.317.num.11. vide Pet.de Rauen.sing.288.

Pœna raptus ita habet locum in masculo, sicut in fęmina.Papon.lib.11.tit.1.arrest.4.& lib.22. tit 6.arrest.4.

Crimẽ raptus sponsę dr̃ ciuile;ideò cognitio spectat ad Iudicẽ secularẽ: & licèt de iure Canonico rapta possit nubere raptori, tamen ob id non tollitur pœna raptus ratione honorũ. Franc.Marc.quæst 2.part.1.& quæst.462. part. 2.vide Aegid.Magist.tract.de appellatio. veluti ob abusum,cap.3. in decisio.diuerso. fol. 217.& Papon.lib.22.tit 6.

Circa hoc crimen quæ obseruent Galli, vide in libris placit.Curiæ lib.12.tit.7.de raptu,in decisio.diuerso.

Testis socius raptoris mulieris non repellitur à testimonio,quia ipse non fecit violentiã mulieri,& raptus nõ dicitur sine violentia. Vera. decis.277.part.3.

Raptorem associans non tenetur pœna raptus. Vera.d.decisio.277. num.5. Secùs in præstantibus auxilium rapienti. Ludo. à Pegue. cap. 43 num.12.

Pendẽte quæstione raptus coram Iudice laico, silet quęstio fęderis matrimonij coram Ecclesiastico.Aegid.Magist.tract.appellatio.veluti ob abusum,cap.3.in decisio.diuerso.

Quãdo præcessit tractatus matrimonij, raptus non est pœnalis.ibid.in fine.

Matrimonium hodie inter raptam,& raptorem contrahi potest,ita permittẽte Concilio Trident. Quod intelligas dũmodo mulier rapta separata sit à raptore, & in libertate constituta. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. criminal. cap.42.

Testes si deponant Petrum cognouisse Bertam violenter, non probant vim esse Bertæ illatã à Petro, nisi aliud communis vsus loquendi suadeat.Mathes.sing.102.

Raptus virginis est, quando per vim mulier rapitur,& traducitur de loco ad locũ, sed si per vim virgo cognoscatur,& non rapiatur, tunc est propriè stuprum.Guid.Pap.sing.1007.

Raptus est crimen legis Iuliæ de vi publica, vel priuata: fallit,quando aliquis fuit ad domum alicuius causa rapiendi, & neminem inuenit. Pet.de Rauen.sing 209. Licèt tunc etiam dicatur quis raptor. Corset.in suis singul. litera V.sing.vis.

Retinens mulierem causa libidinis circa viginti horas non tenetur; secùs si vltra illas. Bar. in l.verum 40.ff.de furtis.

Socer agere potest de rapina sponsæ, & pater de inclusione, siue incarceratione filij sui. l. si confidis 3.C.ad leg.Iul.de vi public.

De pertinentibus ad materiam huius titu. vide in obser.84. Senat.Tholos. in decisio.diuerso. fol.274 Papon.lib.22.titu.6. Clar.in sua Pract. crimi.§.raptum, & Menoch. de Arbitra.lib.2. cas.360.num.30.

Raptus tacitè potest remitti per dissimulationem.Papon.lib.22.tit.6.arrest.7.

De

De lenonibus, & lenocinio.

QVid sit lenocinium, qui in lenocinij crimen incidant, & qua pęna lenones puniantur, satè explicatur per Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimi. cap 15. vide ẽt de materia ibi. c 44.

Hi cadunt in legem Iuliam de adulterio, qui aliquid pro comperto stupro, accipiunt. l. 8. ff. quod metus causa.

Qua pœna puniantur lenones, vide in antiq. cõstitutio. Sabaudiæ titu. de lenonibus, & D. Sol. ibid. in suis comment.

De crimine incestus.

INcestum committens non nisi inter certas personas testari potest. Vincen. de Fran. decis. 27. nu. 6.

Pęna incestus an sit eadẽ, quæ adulterij, vide Vincen. de Fran. decisio. 378. part. 2.

De pœna incestus, & quando quis excusetur, vide per Bart. in l. si adulterium 38. ff. ad leg. Iul. de adult. & Boer. decis. 318.

Committens stuprum cum incestu in duas sorores virgines, quæ erant eidem sorores consobrinæ ortæ ex duabus sororibus vterinis, fuit primo loco cõdemnatus ad mortem, posteà reformata sententia per Concilium, fuit deportatus, & mulieres detrusę in Monasteriũ. Vincen. de Fran. d. decis. 378.

Incestum committens cum Monacha iure Ciuili pœna capitali punitur, iure Canonico excõmunicatur. Bar in suo tract. de differen. int. ius Cano. & Ciuil. nu. 83.

Incestus pœna quæ sit, tam quando cum ascendentibus, quàm si cum descendentibus, vel transuersalibus hoc crimen committatur, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 100.

Absolutio, seu gratia criminis adulterij incestuosi, à Principe seculari cõcedẽda est. Fran. Marc. q. 152. nu. 7. part. 2.

De hoc crimine vide etiam supra fol. 33.

De falsa moneta, & delicto circa illam commisso.

MOnetæ falsitas circa tria committitur: & nummũ adulterinum cudẽs, lęsę Maiestatis crimẽ incurrit. Marc. quæst. 261. part. 2. & Capel. Tholos. quæst. 177.

Inquisitus de tonsione monetæ, qualiter puniatur, vide Ludo. à Pegue. cap. 46. nume. 10. & Menoch. de Arbitra. cas. 316.

In crimine falsæ monetę adsunt plura specialia, vide Fran. Marc. q 261. part. 2.

Cudens monetam si adhuc non impresserit imaginem Principis, an debeat puniri pœna mortis naturalis; cùm non appareat delictũ perfectũ, vel alia pœna, vide Gram. deci. 74. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 316. nu. 23.

Monetam falsam cudens, aut falsificans, qua pęna puniatur, vide Boer. decis. 254 num. 12. Capel. Tholos. quæst. 162. in additio. Vincen. de Fran. decisio. 401. part. 2. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 6. Maran. in suo Spec. de ordine iudic. part. 6. tit. et peruenit aliquando per viam inquisitionis, nu. 185.

Socij, & participes eorum, qui falsam cudũt monetam eadem pęna puniuntur, qua principales cudentes, & torqueri possunt, vt prodeãt consocios. Ludo. à Pegue. cap. 46 nu. 12.

Monetam extranei Principis falsificans, quomodo puniatur, vide eundem Ludo. à Pegue. c. 46. nume. 15. Sed cudens sub nomine alterius Principis, an puniatur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 316. nu. 26.

In hoc crimine tria sunt notanda, nempe quẽlibet teneri ad accusandum, condemnatum non appellare, & puniri eum, in cuius domo falsa moneta cudebatur, licèt hoc ignoraret. idem à Pegue. d. cap. 46. num. fin. vide Marc. q. 262 part. 2.

Falsum facto committit, qui falsam monetã cudit, & illam cudens, tingens, tondens & expẽdens, quatuor crimina committit, sed qua pęna puniatur, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 316.

Monetam bonam sua auctoritate cudens punitur falsi pœna. Menoch. d. cas. 316. nu. 15.

Monetam reprobatam non expendibilem cudens, qua pęna puniatur, vide ibi. nu. 19. & 22.

Monetam falsam cudens excusatur ratione minoris ætatis. ibid. nume 31. Idem in monetam vilissimam cudente. Menoch. d. cas. 316. nume. 33.

Monetarij falsi Principem, & Rempub. lędunt. Menoch. ibid. d. cas. 316. nu. 49.

Prohibere qui potuit aliquem faciẽtem falsam monetam, & non fecerit, tenetur pœna falsi. Bar. in l. lege 9 ff. ad leg. Cornel. de fals.

Scienter expendens monetã falsam, tenetur pęna legis Corneliæ de falsis. Capel. Thol. q 162. in additio. Et punitur arbitrio Iudicis. Rot. Auenio. decisio. 114. in decisio. diuerso. vide Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crimin. cap. 46.

Expendens falsam monetam non tenetur crimine falsi, nisi sciuerit eam esse falsam. Craue. consi. 244 Et tunc punitur, sed quomodo, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 316. num. 51.

Bart.in l.facularij.ff.de extraordi.crimin.& in l.lege 9.ff.ad leg.Cornel.de fals.

Iudicis arbitrio punitur etiam expendens monetam veterem reprobatam.Meno.h.de Arbitra.lib 2.cas.316 nu 68.

Expendens falsam monetam,an sit falsarius,vide Barto.in l.eleganter 24.§. qui reprobos.ff. de pigno.act.

Falsam monetā penes se habens, vel expendēs, punitur tāquam fabricator. Vincen. de Fran. decis.401. part.2. vide constitutio. antiq. Sabaudię in statutis editis super alienationibus feudorum,cap 2.fol.99.mihi.

Condemnatus crimine falsæ monetæ non appellat,quod non procedit in eo,penes quem fuit reperta d. moneta, sed non constabat, quòd eam cudisset.Vincen.de Franc.decisio. 351.part.2.

Monetam falsam habens ludendi causa,non punitur.Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.316. num. 62. Sed qd in eo, qui in capsa falsam monetā habet,vide ibid.nu.64.

Emens bona fide nummos falsos, non tenetur pœna falsi Barto.in l.lege 9.ff.ad leg. Cornel. de fals.num.4.

Magistri monetarum, qui cudunt monetā,qualiter puniantur, si falsificent monetam liga, ære,vel pondere, vide Marc.q 87.& q.260.& seqq part.2.

Moneta,quę non est legitimi ponderis,vel ligę, falsa dicitur.Marc.q.87.part.2.

Concesso etiam mero, & mixto Imperio, non censetur concessa cognitio,vel punitio criminis falsæ monetę.quæ tacitè censetur reseruata in vim supremij dominij. Vincen. de Fran. decisio.275. part. 2. vide Papon. lib. 5. titu.8. arrest.4.

Conductor emolumentorum, & pœnarum criminalium, nō habet bona publicata propter crimen falsæ monetæ. Papon. lib. 13. titu. 9. arrest 3.

Monetā cudere est de regalibus Principis:ideò Princeps solus pōt facere, vt illa cudatur,& nemo potest hoc facere sine eius auctoritate,& priuilegio Ludo.à Pegue.in suis quęstio. crimin.cap.46.Cassan.in consuetud. Burg.tit. *des Iustices* Rub.1.glo.2.in verbo,adde.

Monetam mutandi,minuendi, aut augendi ius, ad Principē spectat. idem à Pegue. d.cap.46. nu.11.vide Cassan.in d.glo.2.

Monetarium falsum accusans excusatur, licèt non probauerit. Menoc. de Arbitra.lib.2.cas. 321.nume.27.

Moneta falsa illa dicitur, quæ fabricatur à non habente potestatem à Principe.Barto.in l.qui falsam 19 ff.ad leg.Cornel.de fals.

Moneta facta ab habente potestatē, vt dicatur legitima, & bona,debet esse talis in forma, qualis est in materia,deductis expensis cudēdi.Bar.ibid.nu.3.vide supra tit.de augmento, & valore aurei,&c.

De materia spectante ad hunc tit. vide in l 8 9. ff.ad leg.Cornel.de fals.in l.19 eod.tit.& l.6.§. qui cum in moneta.ff.ad leg.Iul.pecul.

Ad legem Corneliam de falsis.

PRoducenti instrumētum suspectum de falso incumbit onus probādi veritatem instrumenti. Ozas.decis.16. Aliàs ille punit. vide Maran.in suo Spec. de ordine iudicio par.6. ti.et peruenitur aliquando,nu.148.fol.294.

Coniecturæ plures falsitatis, & plura indicia indubitata, plenæ ꝓbationi æquiparant. Marc. q 697.part.1.vide q.613.par.2.

Falsitatis suspicio quando resultat, vel ratione productionis,aut fabricationis,debet intelligi quòd producens,vel fabricans talia instrumenta fuerit infamatus; aliàs non tenetur se purgare.Ozas.d.decis.16.

Falsitatis suspicio pro falsitate habetur, & pro plena probatione in ciuilibus,quo ad tollendam fidem instrumenti. Ozas.decis.117 nu.7. Marc.q.697.Craue.consi.28.num.9.consi.134. num.26.consi.249.num.9.& consi.315.in fine. Clar.in sua Pract. §. falsum, Dec. consi.175. & consi.189 Natt. consi.633. vide Capic. decis. 13.num.4 & 7 Sed hoc casu ex quibus coniecturis, & præsumptionibus suspicio falsitatis resultet,vide eundem Ozas.ibid.

Quæ suspiciones possint adduci contra instrumentum, vt reddatur de falso suspectum, vide Craue.consi.28.& cōs.73. nu.23. Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.187.

Duæ præsumptiones falsitatis sufficiunt ad hoc, vt instrumentum non probet. Ozasc.d.decis. 117.nu.fin. post Craue.consi.134. Nam instrumētum facilius reprobatur, ne probet quàm vt falsum arguatur.idem Crauet. consil. 56. nume.pen.

Falsitas ex coniecturis detegi potest, & inter alias sequentes militant,si instrumentum esset rasum in data.2.quando instrumentum antiquum reperitur scriptum noua litera, & in nouo bergameno.3. quando sermo mutatur. Fran. Marc.q.151.

Instrumentum habens additionem in margine, quam Notarius non asserit sua manu scriptā, redditur suspectum.Gram.decis.106. nu.17. & 18.vide Craue.consi.88.nu.6.& 7.

Falsitatis suspicione stante, pōt inhiberi Notario,ne extrahat testamentum,donec cognoscatur de falsitate: & etiam missio in possessionem

fionem suspenditur. Ioseph. Ludo. decisio. Luc.13.

Decem indicia falsitatis scribuntur contra Notarios, per eundem Ludo.d.decis.13.Luc.

Falsitatis suspicione stante (etiam post executionem) potest protestari Iudici, quòd non habeat rationem instrumenti extracti, donec summariè cognoscatur de dicta suspicione. Ioseph.d.deci.13.nu.74.

Apostilatio adiudicationis facta à Iudice manu propria, an ex hoc solo (remota alia probatione) de falso suspecta reddatur, vide Marc. quæst.697.

Falsitatis suspicio inducit ex ordinatione deuiante à communi stylo Curiæ. idem Marc. quæst.741.

Clausulæ insolitæ in instrumento appositę, fraudis suspicionem inducunt.ibid.Marc.nu.2.

Cancellatio, vel rasura in loco substantiali instrumenti, reddit instrumentum suspectum. Marc.quæst.223 part.2.vide Vera. decis.3.nu. 6.part.2.Maran.de ordine iudicio. part.6. tit. et peruenitur aliquando, num.148. fol.294.& Natt.consi.132. Tom.1.

Coniecturæ vehementes, & tendentes ad eundem rei finem, probant falsitatem cõmissam: quia coniunguntur ad faciendam plenam probationem, maximè quando agitur de falsitate ciuiliter. Vera.decisio.207.par.1. & decis.4.part.2.

Instrumentum præsumitur falsum, quando caret debitis solemnitatibus. Vera. decisio. 3. part.2.

Atramenti diuersitas argui facit falsitatem. ibi. nume.14.

De coniecturis falsi resultantibus contra creditorem producentem falsum instrumentum, vel falsam apochã, & qua pęna ille debeat puniri, probata falsitate, vide per Papon.lib.9. tit.10.arrest.1.

Quæ suspiciones possint adduci contra testamẽtum, vt reddatur suspectum, vide Craue.cõsi. 28.& Natt.consi.124.Tom.1.

Ex tarditate productionis instrumenti, suspicio oritur de falso contra producentem. Crauet. d.consi.28.nu.6.vide Natt.consi.633.

Falsitas instrumenti arguitur, quando testes in eodẽ descripti omnes sunt mortui, sed quid, si pars ipsorum viuens contradicat instrumẽto, vide Crauet. d.consi.28. nume.7. & Natt. consi 124.Tom.1.nu.8.

Pariter arguitur, quando in protocolo reperit incisio alicuius folij. Craue.d.consi.28.nu.8.

Instrumentũ non probat, quando continet non verisimilia, sed dicitur suspectum, licèt testes contra illud non deponant. Crauet.consi.75. num.20.& consi.134.nu.36.

Apostila reddit instrumentum suspectum, quando legitimè facta non est; secùs si legitimè. Craue.consi.88.num.6 & 7. Sed quid, si reperiatur scripta diuerso atramento, vel diuersa manu. vide Craue.ibid. & consi.134. nũm.27. Nam atramenti diuersitas argui facit falsitatem. Vera.decis.3.part.2.nu.14.

Falsum probatur suspicionibus: & coniecturis: quia probatio per coniecturas sufficit in his, quę sunt difficilis probationis. Natt.cons.124.

De probatione falsitatis vide per Dec. cõs.615.

Instrumentum est suspectum de falso ob diuersitatem scripturarum, vel manuum. Ludo.Roma.sing.339.

Falsitas argui potest in anno, indictione, ex qualitate chartæ, ex sigillo priuilegij, & ex scriptura Notarij.c.6.ex.de fid.instrument.

Cessat suspicio falsitatis, quãdo quis virtute instrumenti quod falsum allegabatur, longo tẽpore stetit in possessione bonorum. Crauet. consi.65.nu.11.

Pariter cessat ex qualitate, & bona fama testiũ instrumentorum, & ex multitudine, & numero testium, qui deposuerunt. Craue.d.cõs.65. num.pen.& fin.

Instrumenta Notarij condemnati de falso, non tenent. Marc.q.697.

Distans à verisimili, est quędã falsitatis imago. Gram.deci.28. Ioseph.Ludo.decis.Luc.13 nu. 29.Craue. consi.28. Guid.Pap. sing.809. Ideò instrumentum continens non verisimile, non probat.Craue.consi.134.nu.36.

Testamentum redditur suspectum, quando in protocolo nõ subsequũtur mẽses iuxta solitũ, sed præposterantur. Ioseph. Ludo. decis.Luc. 13.nume.23.

Producens testes, vel instrumenta suspecta de falso, si interrogetur, an velit illis vti, tenetur simpliciter respondere affirmatiuè, vel negatiuè, nec admittitur illa responsio, quòd non intendit testibus, aut instrumentis vti, nisi inquantum illi verum dicant, vel instrumenta contineant veritatem. Afflic. decis.189. Rot. Auenio.decis.50. in decisio. diuerso. & Marc. q.735.vide tamen Gasp. Cabal.milleloq.850. & Natt.consi.635.

Instrumentis, aut testibus vtens cum protestatione, quando pœnam falsi nõ incurrat, vide Afflic.decis.189.

Instrumento falso qui se vsurum tanquam vero responderit, de vsu, ac si fabricasset, puniendus est; quia falsum fecisse præsumitur, qui falso instrumento vtitur. Fran.Marc.q.735.

Si producens instrumẽtum impugnatum de falso, asserat se illo nole vti, non ob id excusatur ab expensis, & interesse partis instrumentum impugnantis, & aliquando etiã tenetur

pęna

pœna falsi. vide Papon. lib.9. titu.10.arrest.2.
Producens instrumentum falsum ab aliis factũ, si interrogatus respondeat se illo nolle vti, non tenetur de falso;secùs si, ipso sciẽte,vel auctore, tale instrumentum esset factum. Papon.lib.22.tit.12.arrest.6.& 7.
Vtens falso teste perdit causam. Afflic. decisio. 189.in fine:idem in producente falsum instrumẽtum, habetur in libris placit. Curiæ lib.12. tit. 5. cap.4. de falsis in decisio. diuerso. vide Rot.Auenio.decis.50.ibid.& Papon.lib.22.tit. 12.arrest.5.vide tamen Capic.decis.67.
Pariter falsificãs acta causæ,illam amittit.Guid. Pap.sing 72.& Bart.in l.3. C. si ex falsis testib. & in l. in fraudẽ 45.§. quoties. ff.de iure Fisci.
Falsitatem in causa committens,an illam amittat ipso iure , vel per sententiam, vide Boer. decisio.291.Iaff Lanf.Balb. decis.361. & Clar. in sua Pract.§.falsum,vers.item propter.
Procurator sine mandato speciali producens falsos testes,vel instrumenta,non præiudicat domino, nisi ipse dominus interrogatus respondeat, & ratificet factum Procuratoris. Capic. decisio. 67. vide Aegid. Bellam. conclusio.694.
Falsos testes, & articulos producens, licèt euitauerit visum, non propterea euitabit pœnam falsi.Capic.d.decisio 67.nume.6. vide tamen ibid.nume.fin.Sed quid in instrumento, vide Craue.consi.315.
Instrumento falso vtens, in dubio falsitatis particeps esse præsumitur. Franc.Marc. q.700.Et auctor. D. Sol. in constitutio. antiq.Sabaudiæ glo.3.super decreto,ad maiorem, tit.de falsis fol.173.
An decretum ducale disponens fieri facientes falsa instrumenta damnari amputatione pugni,& confiscatione bonorum,locum habeat aduersus eum, qui persuasit alteri, vt falsum deponeret,vide Ozas. decis.67. Pro parte affirmatiua, scribit Raud.tract.de Analog.c.15. num.252. vide D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ fol.172.tit.de falsis.
Falsitas in vna parte capituli indiuidui, reddit totum capitulum falsum. Ozasc. decisio.117. num.4. Aliàs secus. vide Rot.Auenio.decisio. 53.in decisio.diuerso.
Instrumentum si vitio Notarij sit in aliqua parte falsum, totũ reputatur falsum.DD.de Rot. decis.3.aliàs 217.de fide instrument.in antiq. Rot.Auenio.decis.33.in decisio.diuerso. Nat. consi.162.nume.16. Abb.consi.99.part.1.vide D.Sol.in constitutio. antiq.Sabaudiæ glo.4.super decreto,ad maiorem,tit.de falsis fo.174. Dec.consi.318.nu.8.Bar.in l.si ex falsis,num.6. 12.& 14.C.de transact.
Falso instrumento vtens non tantum punitur, sicut vtens falso Principis rescripto. Afflict. decisio.21.
Crimen falsi non punitur, nisi fuerit consumatum. Gram. decisio.74.nume.18. Et illud non includitur sub generali indultu delictorum. Gram.ibid.
Instrumentum qui dixit verum,an possit postea illud de falso arguere, & probare errorem, vi de Guid.Pap.q.131.
Celans testamentum, aut aliud instrumentum, tenetur crimine falsi.Boer.decis.287.vide eũdem,decis.292. Franc.Marc.q 699. Rebuff. in constitutio.Reg.tracta. de benefic.cadau.custod.gloss.4.num.9.Tom.2.l.3.§.si quis, vers.& posse.ff.de tabul.exhiben.& ibid.Bar.
Instrumẽtum,quo sum vsus,in aliqua causa,productum ab alio contra me in alia causa, an possim impugnare,vide Guid.Pap.q.503.
Notarij fuga an probet contra producentem instrumentum,vide Boer.decis.255 num.fin. Vbi tenet non nocere, nisi ad sugestionem, vel mandatum producentis Notarius aufugisset,Boerium sequitur D.Sol.in dd.cõment. glo.4.super decreto,ad maiorem,tit.de falsis Notariis,nu.6.
De illo qui asserit se eo die, quo reperitur obligatus, fuisse in alio loco,vide per Rot. Auen. decis.91.in decisio.diuerso.
De supposita persona in locum mortuæ, quæ illius nomine testamẽtum fecerat,qualiter puniatur,quid de Notario,& aliis consentientibus,vide ibid.decis.107.
Testamentum non solemne factum præsumitur falsum, quo ad pœnam Notarij; secùs quo ad alios effectus.Fran.Mant.de coniectu.vltima. volunt.lib.2.tit.13.
Omissio scribendi solemnitates in testamento exigens pœnam falsi, non extẽditur ad alios casus.Afflic.decis.21.nu.6.vide Rebuff.in constitutio.Reg.tract.de litte.oblig.art.4.gloss.4. nu.4 facit l.iubemus 29.C.de testamen.
Error in dubio præsumitur in Notario: fallit, quando Notarius omisit debitas solemnitates in testamento in scriptis condito: & tunc Notarius tenetur parti ad interesse. Ioseph. Ludo.decis.Luc.13.
Si instrumentum fuerit semel productum,& deinceps producens illud occultauerit, videns quòd aduersarius volebat ipsum instrumentum arguere de falso,quid iuris, vide Afflict. decis.330.& Marc.q.709.
Pars petens edi originale instrumentum, quod vult de falso redarguere, non cogitur declarare, in qua parte vult falsum dicere. Capic. decis.5.num.10.Sed an producens instrumentum teneatur exhibere protocolũ, vide Rol. consi.44. vol.1.

Testis

Testis instrumenti deponendo se non recordari, non facit vacillare fidem illius: tanta enim fides est Notarij, quòd illi credi debeat de præsentia testis, Capic. decis. 29 nu. 6. Abb. & Fel. in cap. cùm Ioannes, ex. de fid. instrumen. Bald. & Castren. in l. in exercendis. C. de fid. instrumento. & Bart. in l. 1. §. fin. ff. quemad. testamen. aperia.

Testes si quid addant vltra contenta in instrumento, non ob id instrumentum reprobatur. Abb. consi. 51. part. 1.

Notarius præfertur vni testi, & æquiparatur duobus. Gram. decis. 60. nu. 11. Imò contra Notarium, & vnum testem requiruntur quatuor testes ad reprobandum instrumentum. Boe. decis. 116. circa finem.

Notarius si fateatur se instrumentum falsum cō scripsisse, non nocet parti Guid. Pap. q. 433. nu. 3. & Boer. decis. 255. nu. fin.

Quando testes contradicunt instrumento, quid iuris, vide supra tit. de fide instrumen. quibus testis. vel test. contradic. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 105. & Marc. q. 485. nu. 19.

Testes se referentes ad testamentum, dicuntur illud approbare, maximè si ipsum approbent in tortura. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 13. nu. 8.

Testis vnus ex necessariis facit vacillare fidem testamenti, sed de ratione vide ibid. d. decis. 13. nu 16. & 18. Marc. q. 297. part. 2.

Quando nonnulli testes contradicunt instrumēto an, & quando illud reddatur suspectum, vt illi non credatur, aut reputetur falsum, fusè tradit Crauc. consi. 56 & 75. vide Menoch. de Arbitra. lib 2. cas. 105. Rol. cas. 38. vol. 1. Natt. consi. 95. 96. & 124. Hippol. sing. 285.

Testes instrumentarij, qui dicunt aliter scriptū, quàm dictum, instrumentum de falsitate arguunt. Marc. q. 151. nu. 5.

Si testes instrumentarij contradicant instrumēto, illud reprobatur, si duo contradicant dicētes se non interfuisse, redditur falsum, nisi per alios testes approbetur. Bart. in l. 1. §. si quis. ff. quemadm. testa. aperia. Nam instrumentum per duos testes pōt reprobari. Roma. sing. 191.

Testes reprobantes instrumentum debent esse omni exceptione maiores, & eorū dicta debent necessariò concludere, & reddere rationem. Vera. decis. 100. seu 4. part. 2.

Sustinetur instrumentum, licèt Notarius scripserit pretium fuisse numeratum, & testes dixerint non vidisse numerare, sed solùm vidisse pecuniam super mensa. vide Rot. Auenio. decis. 65. in decisio. diuerso.

Instrumentum, quo dicitur pretium fuisse datū, & numeratum, non redarguitur de falso, licèt testes, qui interfuerunt instrumento dicant, quod nulla numeratio interuenerit: quia illa verba verificantur in actu ficto. Bart. in l. prædia 48. ff. de acquir. possess. Tamen Notarius citra crimen falsi non potest describere verbum, numerauit (licèt pecunia sit præsens) quando non vidit numerationem. Natt. consi. 162. nu. 15. Tom. 1. vide Bar. in l. 5. C. si cer. pet.

Impugnatio scripturarum potest peti, & concedi etiam post lapsum terminum repulsæ. Capic. decis. 68.

Falsum contractum dicens ad finem reassumptionis, non debet declarare speciem falsitatis, sed capitur informatio super concernentibus reassumptionem. Capic. decis. 79.

Instrumentum si fuerit inter alios falsum pronunciatum, non propter hoc alteri præiudicat. Abb. consi. 16. part. 2. nu. 6.

Alter ex consortibus potest vti instrumento, de quo alter fuit condemnatus de falso, licèt & ipse possit accusari. l. 2. C. de fide instrument.

Qui renunciat vsui instrumenti, tacitè videtur fateri instrumentum falsum, nec postea poterit illud producere. l. si aduersarius 3. C. de fid. instrument.

Qui perdidit in actione falsi, non prohibetur dicere testamentum nullum. l. Lucius 50. ff. de petit. hæred.

Qui per errorem approbauit instrumentū falsum, vel sententiam latam ipsius prætextu, non prohibetur de falso accusare. l. qui 11. ff. de exceptio.

De crimine falsi, & de illo, qui vtitur falso instrumento, vide per Clar. in sua Pract. §. falsum.

Sententia lata contra Notarium, qui instrumentum confessus fuerat falsum, partibus non præiudicat, nisi duo Notarij confessi sint. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ gl. 4. super decreto, ad maiorem, tit. de falsis Notariis, nu. 4. Et contrà. ibid. nu. 6. vide Guid. Pap. sing. 487. & Barto. in l. denunciasse 17. §. quæritur. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Accusans testamentum de falso, & succumbens perdit ea, quæ sibi per testamentum sunt relicta. Bart. in l. 2. C. de his, quib. vt indig. aufer. hæred. Sed quando, vide l. 8. ibid.

Falsum incidens an faciat supersedere in causa ciuili, vide Afflic. decis. 229. Rol. consi. 13. vol. 2. Et impediat possessorium, vide Marc. quæst. 223. part. 2. & Barto. in l. 2. C. de edict. diui Adrian. tol.

Testis falsum deponens super homicidio, punitur pœna amputationis manus, cum publicatione bonorum. Ozas. decis. 19.

Testes falsum deponentes, tam in causa criminali, quàm ciuili, qua pœna debeant puniri, vide Guid. Pap. quæst. 44. & sing. 363. quæst. 443. 798. part. 2. & Papon. libr. 22. titul. 13. arrest. 1.

Testes

Testes possunt accusari de falso cũ parte ante conclusionem in causa,& proceditur in vtraque causa,nempe ciuili,& criminali, tamen criminalis prius debet terminari. Afflict. decisio.103.

Iudex secularis si præueniat,cognoscere potest super falsitate commissa per testes examinatos à Iudice Ecclesiastico,etiam lite pendéte coram illo.Afflic.decis.219.nu.fin.

Clericus falsum coram Iudice laico deponens, per illum non punitur,sed remittitur puniendus ad Iudicem Ecclesiasticum.Rol.consi.12. num.34.vol.2.Afflic.decis.230. Capic.decis.5. nu.13. vide eundẽ Capic. decis.142.& Capel. Thol.q.379.in additio.

Testes deponentes, quòd Titius possedit semper, & continuè post mortem Sempronij, si in veritate possederit Seius immediatè post mortẽ dicti Sempronij, licèt d.Titius successiuè possederit,quomodo saluentur,vide Capic.decis.37.

Testis si dicat vidisse Titium possedisse per 30. ann.semper,non dicit falsus,licèt probetur,ꝙ Titius fuerit absens aliquo tempore. Bar.in l. 1.nu.20 ff.solut.matrimo.

Producens testes, contra quos prætenditur falsitas,tenetur eos præsentare; aliàs eorũ depositionibus nulla fides adhibet.Capic.deci.60.

Si agatur contra testem de falsitate, si ille dicat se aliter dixisse,quàm scripserit Notarius, nõ statur dicto ipsius Notarij.Capic. deci.61.nu. 5. vide eundẽ,decis.94 Gram.decis.60.nu.18. Craue.consi.13.& consi.74.nu.3.

Quando testis asserit se aliter deposuisse, quàm reperiatur scriptum,statur Tabellioni, si erat bonæ vocis,& famæ; aliàs statur testi.Papon. lib.9.tit.1.arrest.15.

Notarius,& testes inuicẽ contradicentes in ciuilibus, & criminalibus, non puniuntur, licèt neutri contra alium præstetur fides ad condemnandum accusatum. Capic.decis.94.

Contradicentibus testibus instrumentarijs, nemo ex ipsis poterit de falso puniri,nec Notarius propter testes, nec testes propter instrumentum.Gram.decisio.60.nume.4. & vot.20. nume.16.

Quando testis negat se ita deposuisse,distinguẽdum est: aut tractatur de puniendo teste de falso, & hoc casu non plus creditur Notario, quàm testi:aut tractatur cui plus credendum sit quo ad fidem depositionis,& tũc plus creditur Notario. Clar. in sua Pract.crimin.§.fin. quæst.53.versic.quintus, Natt.consi.392. vide Rol.consi.38.vol.1.

Licèt testis addat aliquam falsitatem dicto suo non tangentem negotium principale (super quo deposuit) tamen valet eius dictum, vt probet.Dec.consi.163.nu.10. Gram.decis.43. Sed quid,si tãgat,sed in modico,vide Gram. ibid.nu.6.& decis.103.nu.143. Quid,si iurasset dicere veritatem super omnibus, vide Iaffr. Lanf.Balb.decis.21.

Testis vt possit de falso puniri est necesse,quòd appareat falsum deposuisse super facto principali, super quo consistit substantia negotij principalis, propter quod principaliter examinatur;secùs super alijs, super quibus mentiens non potest dici falsum cõmisisse. Gram. decis.43.nu.4.& decis.60.nu.16.

Falsitas non est,si testis coniunctus producenti per Iudicem interrogatus, neget se coniunctum,tamen ex quo est mendax, potest puniri de mendacio extra ordinem arbitrio Iudicis.Gram.decis.43. nu. 5. & Ioan. de Arnono sing.78.

Contrarietas vbi est inter testes vtriusque partis, vt quia testes pro vna parte dicant vnũ, & pro alia parte alij testes producti dicant contrariũ,nõ ex hoc potest inferri ad falsitatem: nam potius dici potest repugnantia inter testes, quàm falsitas. Gram.decis.60.vide Marc.q.151.& eundem Gram.vot.26.num.14. & 17. Et tunc non potest altera pars puniri. Natt.consi.392.

Testes possunt quodammodo variare ex tractu temporis: quia memoria hominis est labilis, & non diuturna.Gram.d.decis.60.nu.9.

Testibus duobus Notarijs publicis magis statꝰ, quàm duobus non Notarijs aliter dicentibus. Gram.ibid.nu.10.

Potius præsumitur obliuio, quàm falsitas, cùm testes sunt contrarij vel varij,maximè cõcurrente facti antiquitate: & factum antiquum non solùm dicitur vltra decennium, sed etiã & in minori tempore. Gram. d. decisio. 60. nume.15.

Testis scienter deponens falsum vltra capitula, quia tunc non valet eius dictum,non punitur de falso.Gram.decis.27.vide eundem, decis. 74.nu.19.& vot.25.nu.fin.

Si testis prius dicat vnum extra iudicium, & deinceps in iudicio dicat aliud,an incidat in crimen falsi, & qua pœna debeat puniri, vide Boer.decis.108.nu.5.& 10.Abb.consi.52. part. 1.Et contrà, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas.312.

Testi asserenti se corruptum, & falsum dixisse, non creditũ de iure; secùs de consuetudine, quando eius dictum confirmat in tortura. Ioseph.Ludo.decis.Luc.15.vide Maran.de ordine iudic.part.6.tit.& producuntur confessiones,nu.11.Dec.consi.189.num.6.& 10. Rolan. consi.73.vol.1.

Testis, vel Notarius dicens in articulo mortis se

se falsum dixisse, partibus non praeiudicat. Fran. Marc. q.485.nu.10. Gom. Leo.decis.28. in decisio.diuerso.Tom.2.vide Barto.in l.generaliter 13.in repet. C.de non numer.pecu.

Falsitas in teste quando producẽti praeiudicet, vide Bart.in l.si ex falsis.C.de transactio.

Falsum si quis deposuerit in causa capitali, si ex illo fuerit quis vltimo supplitio affectus, punitur poena mortis; secùs si non fuerit secuta mors.Ioseph.Ludo.d.decis.15. nu.19. & seqq. vide Ludo. à Pegue. in suis quaestio. crimina. cap.19.

Falsitatem committit etiam testis non iuratus, tamen tunc non punitur poena ordinaria, sed extraordinaria.Ioseph.Ludo.d.decis.15.num. 74.& 75.

Taciturnitas est quaedam simulata veritas, quae censetur duplex falsitas. Aegid. Bellam.conclusio. 543. Ideò veritatem occultans censetur falsarius.Marc.q.425. vide Bart. in l.2.C.si contra ius. &c. cap.1.ex.de crimi.fals.

Accipiens pecuniam vt testimonium dicat, cõmittit falsum, licèt dixerit testimoniũ verũ, nisi palã pecunia dareť.Capel.Thol.q.285.vide Marc.q.487 part.1.q.798.par.2. & Menoch.de Arbitr. lib.2.cas.244.nu.6.& 310.Hippol.sing. 353.& Bart.in l.diuus 33.nu.7.ff.de re iudic.

Testis contraria deponens incidit in crimen falsi.Capel.Thol.quaest.377.vide Marc. q.486. & Mago.decis.50.Luc.

Testis falsum dicens ex malignitate, poena falsi puniẽdus est; secùs si errore.Fran.Marc.quęst. 486.num.5.

Falsum nedum in dicendo, sed etiam in omittendo committitur.Marc.ibid.nu.25.Et in tacendo.Hartma.cap.31.lib.1.

Testimonij falsi signa sunt vacillatio, trepidatio, & coloris mutatio.Marc.d.q.486.nu.27.

Testis, qui dicit se nõ recordari, cùm veritatem teneat, falsum committit.ibid.nu.28.

Falsitas, & corruptella testium, quomodo probentur, & an necesse sit vtrunque probare, vide Marc.q.487.& Bar.in l.7.§.cum hoc.ff.quibus in causis in possess.eat.& §.quid,ibid.

In accusatione falsorum testium, est necesse accusare corruptorem. Papon. lib. 22. titu. 12. arrest 4.

Corrumpens testes, qui per ipsos conuincitur de corruptione, potest torqueri, sed si sustinuerit in tortura contrarium, an debeat absolui, vel condemnari, vide ibid.tit.13.arrest. 2.& seqq.

Corruptor testis non erit liberatus à poena corruptionis, licèt vsus non fuerit dicto testis corrupti.idem ibid.arrest.fin.

Testimonium falsi testis, licèt effectum non habuerit, nihilominus testis puniendus est; sed mitius.idem Marc.q.798.nu.fin.part.2.

Testis deponẽs falsum in iudicio contra Fiscũ, non debet puniri pęna capitali; sed pecuniaria: secùs esset, si deponeret contra inquisitũ. Gram.vot.5.

Testis non dicitur falsum deponere, quãdo eius dictum potest aliqua interpretatione verificari, & vt saluetur, sufficit aliquid esse verum, vel non esse implicitè.Gram. vot.26. nu.9. Et semper est facienda interpretatio, vt falsum euitetur.idem Gram.ibid.nu.12.

Testis rusticus varius deponendo falsum corã diuersis Iudicibus, & si non debeat puniri pęna falsi ordinaria, potest tamen extraordinaria poena pecuniaria puniri. Mago. decisio. 43.Luc.

Testis dicens verum, tamen ex falsa causa scientiae, falsò magis, quàm falsum dixisse dicitur, & tunc veritas negotij excusat falsum deponentem, interuenientibus tamen notatis per eundem Mago.decis.50.Luc.

Testes corrupti carent fide, puniendiq; sunt, vt falsarij.Mysing.obser.67.cent.6.

Testis deponens negatiuam dicitur suspectus de falso, & puniri debet ex. ordinem: idem, quando dicit se non recordari ea, quae verisimiliter recordari debet. Crau.consi.9. & Iul. Clar.in sua Pract.crimi.§.falsum.

Testi in vno falso, in nullo creditur. Crau.consi. 9 vide Clar.in sua Pract.§.fin.q.53. versic. sed quaero. Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.308. & Bart.in l.scribit 36.ff.de auro, & argen.legat.

Quando testis deposuit se audiuisse quid dici ab alio, & ille, à quo dicit se audiuisse, neget se dixisse, non ob id probatur falsitas contra testem.Craue.consi.13.

In falsitate scripturae maximè attenditur verisimilitudo: quia quod verisimile nõ est, est quaedam falsitatis imago: ideò quando testis deposuit nõ verisimilia, dicitur suspectus de falso.Craue.consi.28.

Ad concordiam reduci debẽt dicta testium, vt falsum euitetur.Craue.consi.160.vide Clar.in sua Pract.crimin.§.falsum, & Barto.in l.1.C.de vsufruct.& habit.nu.fin.

Testis deponens, & errans in aliquibus circunstantiis, nõ punitur de falso, imò eius dictum valet.Lanf.de Oriano sing.42.

De crimine falsi, & de falsitate commissa per testes, & de vsu ipsorum, vide per Clar. in sua Pract.§. falsum.

Testis falsus pluribus modis quis esse potest, sed quando, & quòmodo puniatur, vide D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiae gl.pen. super decreto, ad maiorẽ, tit.de falsis.fol.175.Et à quo Iudice, Menoc.de Arbit.lib.1.q.91. Et quomodo possit excusari, vide Rol.consi.93.vol.4.

Testis instrumentarius, qui consensit se instrumento falso describi pœna, qua Notarius, punitur. D.Sol.ibid.nu.7.

Quando præsumantur testes scienter, vel ignoranter falsum dixisse testimonium, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.308.

Testi deponenti falsum in facto principali, non creditur tanquam periuro: secùs si mentiatur in accessoriis, & non tangentibus negotium principale.Natt.consi.96.

Testis deponens falsum nulliter, an puniatur, vide Rol.consi.18.nu.22.vol.1.

Testis alieni fori puniri potest (deponens falsum) à Iudice, corā quo falsum deposuit.Rol. consi.12.vol.2. vide Barto.in l.iubemus 24.C. de probatio.& in l.nullum 12.C.de testib.

Falsitas testium an sit probanda ante sententiam, vel post, vide Capel.Thol.q.284.

Testis laicus, qui falsum deposuit in causa matrimoniali coram Episcopo, potest puniri de illa falsitate per Iudicem secularem.Rolan.d. consi.12.nu.17.

Testis, qui celeriter, & repentinè respondet, antequam totus articulus ei legatur, præsumitur falsum dicere.Hippol.sing.450.

Testis, qui in principio suæ depositionis deposuit aliquos adfuisse alicui actui, & in fine interrogatus respondit neminem fuisse pręsentem, non potest puniri, sed quomodo saluetur eius dictum, vide Hippol.sing.571.

Sentētia lata contra Procuratorem, vt: testem de falso, non nocet domino, aut producenti. Bart.in l.1.2.& 3.C.de fid.instrument.

Testis de Vniuersitate deponēs in causa Vniuersitatis, si interrogatus an sentiat cōmodum, responderit negatiuè, non erit falsarius.Bart. in l.ex quacūque. ff. si quis in ius vocatus nō ierit, in repet.

Testis falsus tres lędit, nempe Deum, Iudicem, & partem.c.1.ex.de crimi.falsi.

Testis malitiosè, vel obscurè loquens, aut omittens aliquid dicere, tenetur tanquam falsarius, Barto.in l.ea, quæ 43.ff.de contrah.empt.

Simul dicitur fieri quod fit eadē die, ad defendendum testes ne incidant in falsum. Bart.in l.in operis 29 ff.locati.

Finis accusationis de falso contra testes est, vt ipsi puniantur.Abb.consi.16.part.2.nu.5.

Testis, qui verum deposuit, & in causa scientiæ assignauit sensum corporeum falsum, nō ob id erit condemnandus pœna falsi. Feli.consi. 48.nu.14.

Confessio in parte falsa, an in totum reddatur falsa, vide Rot.Genu.decis.26.nu.9.& 19.

Quando possim pro parte approbare instrumētum, & pro parte reprobare, vide Guid.Pap. quæst.503.

Non punitur qui falsis litteris non vtitur, postquam fuit illi oppositum. cap. inter 11. ex.de excessib.Prælato.

Falsificare litteras Regias maius est delictum, quàm vti falsis litteris Regis. Afflic. decis.21. Sed in vtroque casu qualiter quis puniatur, vide Boer.decis.82.Gram.deci.27.nu.fi.Papon. lib.22.tit.12.arrest.1.& seqq.

De pęna falsificantium rescripta, & eorum sigilla vide per Afflic. decis. 21.& Gram. vot. 25. nume.9.

Falso rescripto vtētē potest sine pęna pęnitere; secùs in falsario. Afflic.d.decis.21.

Rescriptum Papæ falsificans qualiter puniatur, vide Affl.decis.404.nu.10.& Guid.Pap.q.455. Sed quid de falsificante litteras ipsius Delegati, vide Gram.vot.25.nu.9.

Nullus potest apponere manum ad rescripta, vel priuilegia, nisi Cancellarius, & Officialis Curiæ, sub pęna falsi. Afflic.d.decis.404.nume. 11.Et in dubio præsumuntur rasa ab Officiali.ibid.nu.12.

Notarius sigillans litteras vacuas subscriptione, an committat falsum, vide Nic.Boe. decisio.274.

De exceptione rasuræ, vel interlineaturæ appositæ in litteris, vide Marc.q.164.part.2.

Si quis fecerit falsificare litteras, vel præceptū Iudicis, illud inserendo in actis, si ex hoc pars passa non fuerit damnum, tunc non dicitur falsitas punibilis, vel saltem leuis erit. Craue. consi.46.

Priuilegium, vel rescriptum non solitum concedi, præsumitur falsum.c.porrecta 6.ex.de confirmat.vtil.vel inutil.

Redarguenti priuilegium de falso, illud debet exhiberi, sed interim statur sentētiæ latæ pro priuilegio.c.accepimus 4.ex.de fid. instrumē.

Notarius, qui receperat instrumentum cum pacto de retrouendendo, non tenetur de falso, licèt dederit instrumentum emptori, omisso pacto, & aliud venditori cum ipso pacto. Papon.lib.11.tit.6.arrest.2.

In Notario in dubio potius præsumitur error, quàm falsitas.Gram.decis.60.nu.6.Nisi probetur dolus.ibid.num.7.vide Fran. Marc.q.142. Raud.tract.de Analog.cap.31.nu 9.& Bart.in l.9.§.sed & si.ff.de hæred.instituen.Ideò si reperiatur, quòd plus scripserit, quàm dictū fuerit, in dubio præsumitur potius per errorem, quàm per dolū scripsisse. Guid. Pap. sing. 123. in additio.vide Boer.decis.116.& Marc.q.163. part.2. Nisi ex aliis circunstantiis contrarium appareat.Ioseph.Ludo.decis.Luc.13.

Si in instrumento testamenti fuerit erratum circa diei appositionem, probato errore, de mādato Iudicis poterit Notarius reparare errorem

rem, etiam inſtrumento jam in actis producto. Guid.Pap.q.130.Nec tunc arguitur falſitas.Crau.conſi.65.Sed an, & quando error in inſtrumento poſsit corrigi,vel propter errorem poſsit inſtrumentum argui de falſo,vide eundem Guid. quęſt. 131. & Bar.in l.quoties 9.§.ſed ſi non,in additio.de hæred.inſtituen.

Error Notarij,qui proceſsit ex facto ipſius,vt in data,per ipſum poteſt corrigi,antequam parti expediatur inſtrumentum Guid.d.q.131.in fine,vide Ioſeph.Ludo.deciſ.13.Luc.num.7. Secus poſt,ſine Iudicis auctoritate. Abb.cōſ. 99.part.1. Et partis vocatione. Marc.q.664. num.fin.

Notarius, qui errorē ſuum correxit ſine Iudicis licētia,punitur. vide Marc.q.671,Sed leuiter. Crauet.conſi.46.nu.8.

Licèt falſum dicatur in omittēdo,ſicut in cōmittēdo, tñ Notarius ommittēdo ſcribere in inſtrumento aliquid,quod fuerit dictum, & ſtipulatum inter partes, excuſatur à pęna falſi, Papon.lib.2.tit.8,arreſt.9.

Notarius faciens inſtrumentum nullum alio reſpectu,quàm falſitatis,non poteſt de falſo puniri.Affl.d.deciſ.21.nu.12.Rol.conſ.38.nu.20. vol.1.Gram.deciſ.27.& 74.nu.20. Nam inſtrumentum nullum de falſo redargui nō poteſt. Franc.Marc.q.51.vide tamen eūdem Marc. quæſtio.669 Gramma.vot.25.nume.12. Menoc.de Arbitra.lib.ſecundo caſ.306. num.17. & 18.

Principalis Notarius (veluti Secretarius) omni ſuſpicione falſitatis ceſſante, poteſt ſignare inſtrumentum, de quo alter ex ſubſtitutis de Curia rogatus fuerat, ac ſi ipſemet fuiſſet rogatus.Mohed.deci.347.

Actorū Notarius,qui nōnihil illicitum ſcripſit, Iudice præcipiente, vel alio, an à pœna falſi excuſetur,vide Marc.q.664.

Falſitas non præſumitur: ideò interpretatio facienda eſt, vt falſum non ſit commiſſum, & præſumptio,quęlibet capienda eſt, vt falſitas euitetur,etiam verba impropriando.Vera.deciſio.3.part.2,vide Raud.tract. de Analog.cap.31.nu.11. Aut errorem potius pręſumendo,quàm maliciam.Dec.cōſ.175.& Natt. conſi 314.

Conſuetudo excuſat à pęna falſi.Mago.deciſio. 43.Luc.29 vide Ludo.Roma.ſing.384.

Quando in facto ipſo ineſt veritas,dolus abeſſe creditur,& falſitas: & ideò quando Tabellio aſſerit interueniſſe tres teſtes in inſtrumēto, & duo ſolùm interuenerint, non ob id debet puniri pęna falſi ordinaria. vide Gom. Leo. deciſio.21.in deciſio.diuerſo,Tom.2.

Temeritas, & inconſideratio præſumitur, non falſitas, quando dolus abeſt: & quando ab inſtrumento remouentur verba, & nō mens, illud non eſt falſum.idem Gom. Leo. dicta deciſio. 21.

Suadens Tabellioni ignaro, vt quid contra fidem veri ſcribat obreptionis; non falſi tenetur. Petr. Roy,deciſio.3.Litua.nume.2. in deciſio.diuerſo. Nam excuſatur à falſo quod bona mente,& propoſito fit; ream enim linguam, aut manum non facit, niſi rea mens. idem Roy.deciſ.5.nu.208.

Inſtrumentum falſum productum ab innocente, & ignorante, deinceps accuſatum de falſo, ſolùm debet declarari nullum, abſoluto ipſo accuſato ab accuſatione, illo tamē condemnato in expenſis,& intereſſe.Papon. libr. 22.tit.12.arreſt.9.

Delectio libri priuati nō cenſetur doloſa, quia potuerit fieri ad alium finem,quàm nocendi: tamen ſi nocuiſſet alteri, delens teneretur ad intereſſe. Raud.tracta.de Analog.cap. 31. num.8.

In libro proprio falſitas non eſt punibilis, ſed quid in alieno, vide D Sol.in conſtitutio.antiq.Sabaudiæ,tit.de minoribus,gloſſ. 3. ſuper decreto,quitationem,fol.97 Natt.conſil 588. Rolan.conſil.38.nume. 45. volum.primo.Tamen quòd falſum committi poſsit in proprio libro,ſcribit Menoch. de Arbitra. libr. 2. caſ. 306.nume.32.

Gabellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit,& combuſsit,an inciderit in crimen falſi, vide Perilluſtr. Dominum P. Teſſau. deciſio. 171.

Falſitas conſiderari non poteſt in ſcriptura omnino priuata, quæ fidem nullam facit, adeò vt pœnæ etiam extraordinariæ locus non ſit. Crauet.conſi.46.

Pœnitentia permittitur in crimine falſi, etiam in cauſa appellationis: ideò ſi qs falſo inſtrumēto vſus ſit in prima inſtantia,eū poterit in cauſa appellationis pęnitere, & dicere nolle vti.Crauet.d.conſ.46.nu.11.

Falſi pœna non habet locum,niſi quis perſeuerauerit vſque ad ſententiam.Natt.conſi.132. nu.8.Tom 1.

Falſitas in re modica leue dicitur delictum, etiam quòd dolus interuenerit. Craue.conſilio 46. numero 12. Quia falſum dolo commiſſum non præſumitur, quando de modica vtilitate agitur. Menoch.conſi.98. nu. 28. volum. 1. Imò falſitatis ſuſpicio ceſſat in re modica. idem Crauet.conſ.56.num.14.& cōſ. 75. nume.16.

Periurus non dicitur iurās falſum, quod credebat verum: quia error excuſat à periuro.Crauet.conſi.65.num.9.

Notarius non pōt de falſo accuſari, ſi ſcripſerit

in testamento, quòd testator reliquerit filiæ iure institutionis, licèt hoc testator non dixerit, sed solummodo relinquebat filiæ, non declarando quo titulo. vide Craue. consi. 75. vbi pulchrè. Sed quid, si scripserit Notarius hoc modo, instituit Semproniū, & suos, & testes deponant nihil dictū fuisse de suis; vide Cra. ibid. Quò loci multa scribuntur pro excusatione Tabellionum, & per Menoch. consi. 221. & consi. 248. lib. 3.

Notarius censetur rogatus, vt verba describat, quòd ex illis voluntas disponentis sustineatur. Craue. d. consi. 75.

Falsum non committit Notarius apponēs clausulam consuetam, licèt de ea rogatus expressè non fuerit: ideò potest apponere clausulam codicillarem (etiam non rogatus) & in instrumento obligationem bonorum. Craue. d. consil. 75.

Notarius habet præsumptionem iuris pro se: ideò liquidissimè constare debet de falsitate contra eum oppositam. Crauet. d. consi. 75. nume. 8.

Falsitas committi non solet sine aliqua causa, & propterea non consideratur, vbi falsitatis causa nulla considerari potest: & dolus nō solet committi sine animo lucrandi, & aduersus personam non maliuolam. Craue. d. consi. 75. nu. 13. Ideò falsitatis suspicio cessat, quando ex illa nullum quis reportat commodum. Rol. consi. 38 nu. 36. & 38. vol. 1.

Tria requiruntur ad esse falsitatis, nempe dolus, mutatio veritatis, & quòd alteri falsitas sit nociua. Afflict. decisio. 404. nume. 8. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 13 nume. 5. vide Gom. Leo. decisio. 2 in decisio. diuerso. Natt. consi. 314. Bart. in l. si mulier 21 §. si seruus. ff. de actio. rer. amot. & consi. 199. vol. 1.

An falsitas, quæ nemini nocet, sit punibilis, vide Afflict. d. decisio. 404. Crauet. consil. 46. Dec. consil. 615. & Feli. consil. 48. nume. 21. Quòd arbitrariè hoc casu puniatur, scribunt Afflict. d. decis. 404. nu. 13 Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 306 nume. 19. 22. 23. & 30. Feli. consi. 48. nume. 8.

Falsum ignoranter, vel errore commissum in facto alieno, aut proprio, in eo casu, quo præsumitur probabilis ignorantia, excusat à pœna. Capic. decisio. 67. nume. septimo: Nam subiectum falsitatis est dolus. Mago. decisio. 43. Luc.

In crimine falsi non punitur affectus, nisi sequatur effectus. Ioseph. Ludo. decisio. 15. Luc. nu. 44. vide Crauet. consil. 46. Nam falsitas non apta ad nocendum, non punitur etiam extraordinariè; secùs si sit apta, licèt non nocuerit. idem Ioseph. decisio. 5. Luc. nu. 44. & seqq. vide Vera. decis. 5. part. 2. & Mago. decisio. 43. Luc. num. 20.

Falsitas sine commodo, & præiudicio committi non solet. Girl. Cassad. decis. 10. tit. de præbend. ideò tunc cessat suspicio falsitatis. Cra. consi. 75. nu. 17.

Statutum imponens pœnam producenti falsum instrumentum, debet intelligi, si falsitas sit nociua, vel apta ad nocendum. Vera. deci. 214 part. 3.

Si tabellio circumuentus contra fidem veri aliquid scripserit, falsi pœna non tenetur: quia falsum sine dolo non committitur. Pet. Roy. decisione secunda Litua. num. 20. in decisio. diuerso.

Notarius potest notam per se receptam extendere, & plus scribere in grossa, quàm nō erat scriptum in nota, sine præsumptione falsitatis. Guid. Pap. q. 129.

Falsitatis præsumptio cessat in eo, quòd fit coràm multitudine, veluti coràm testibus testamentariis. Craue. consi. 75. nu. 19.

Excusatur à pœna falsi ille, qui non est in dolo: item, quando illud, quod dicitur falsum, adiuuatur primordio veritatis, & quando falsitas nemini præiudicet. vide Clar. in sua Prac. § falsum, versicul. excusatur. Menoch. consil. 221. libr. 3. facit l. cùm filius 78. §. hæres, de legat. 2.

Simplex, seu imperitus Notarius præsumitur potius errasse, quàm falsum commisisse. D. Sol. in constitutio. antiquit. Sabaudiæ gloss. 4. super decreto, ad maiorem, titu. de falsis Notariis.

Instrumentum contractus simulati de falso argui non potest: quia falsitas considerabilis non est in his, quæ partium voluntate fiunt. idem D. Sol. glo. pen. nu. 12. & 13. ibid.

Rusticum à præsumpta falsitate excusari, & falsum sine dolo non committi, scribit Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 194. nu. 27. & 58.

Falsitas commissa non dicitur à Notario, qui bona fide, cedula falsa acceptata, illam actis inseruit. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 309.

Aliquando falsitas sine dolo commissa punitur arbitrio Iudicis. vide Menoch. d. cas. 309. nume. 7.

Minor non punitur pœna falsi. Rebuff. in constitutio. Reg. tractat. de restitutio. art. 2. gloss. quarta, nume. 21. Tom. 2. vide in additio. ad Bartol. in authen. sed nouo iure. C. de seru. fugit.

Quia falsum non committitur sine dolo, error, & temeritas non puniuntur pœna falsi. Natt. consi. 72. Tom. 1.

Instrumentum est falsum à quo remouentur verba, & mens contrahentiū: si autē remouetur mens,

mens, & non verba, istud erit simulatum; & non falsum: si verò remouentur verba, & non mens, non erit falsum, neque simulatum. Nat. consil. 132.

Notarius nõ potest puniri de falso ex eo, quòd diuersa & varia exempla eiusdem instrumenti tradiderit, modò non sit mutata substãtia. Natt. consi. 314.

Statutum puniens Notarium scribentẽ falsum instrumentum, non habet locum, si Notarius fecerit falsam scripturã sine solemnitatibus requisitis in publico instrumento. vide Rol. consil. 38. vol. 1.

Falsi crimen præscribitur spacio viginti annorũ: fallit fauore Ecclesiæ. vide Ludo. Roma. singul. 185.

Notarius si hodie instrumẽtum mutui recipiat, asseratq; in sua præsentia pecuniam numeratam heri fuisse, de numeratione nihil probat: ideò licèt falsum dicat, de falso tamẽ non punitur, quia loquitur vti priuata persona. Hippol. sing. 462.

Vbi Notarius scripserit aliquod verbum falsum in verbis narratiuis per errorem, in quibus non consistit substantia negotij, & instrumenti, non erit falsarius, nec tunc posset puniri de falso. Lanfran. de Oriano sing. 41.

Adscribens se tutorem, aut fideicommissarium testamento, non incidit in crimen falsi legis Corneliæ. Bar. in l. non 8. §. si quis sua manu. ff. de bono. possessio. contr. tabul.

Notarius, qui in actis dixit, Titius confessus est sponte, licèt confessus fuerit in tortura, non est falsarius. Bartol. in l. 1. §. si quis vltrò. ff. de quæstio.

Falsitas, quæ committitur contra id, quod non probat per se, non inducit pœnam falsi. Felin. consi. 48. num. 22.

Notarius senex iurans se non recepisse instrumẽtum, quod iuuenis receperat, an sit periurus, vide Boer. decisio. 292. num. 6. & Bartol. in l. qui 4. C. de edendo, in additio.

Pœna falsi, quæ imponitur illis, qui sibi adscribunt in testamento, non habet locum in testamento nuncupatiuo. Guid. Pap. singu. 336. vide Clar. in sua Pract. §. falsum, vers. ascribẽs, Barto. in l. 1. § ex illa. ff. ad leg. Cornel. de fals. & in q 9 num. 13.

Si Notarius accusaretur de falso, non posset se defendere, licèt probaret aliquos testes fuisse præsentes; quia poterunt esse præsentes, & non intelligere. Bartol. in l. diem 31. §. coram. ff. de recep. Arbit.

Qua pœna puniatur falsarius, vide Afflict. decisio. 404.

Quæ sit pœna falsi de iure communi, vide Boe. decisio. 82. Ioseph. Ludo. decisio. Luc. 15. Clar. in sua Pract. §. falsum, versic. quæro, Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 306. Quæ de consuetudine, vide Rebuff. in constitutio. Reg. gloss. 5. num. 110 in proœmio.

In hac Patria Pedemõrana Tabelliones falsum committentes de iure punibile, amputatione pugni, confiscatione bonorum, & bannimento perpetuo puniuntur, vt habetur in cõstitutio. antiq. Sabaudiæ titul. de falsis Notariis, Sed quando decretum locum habeat, vide comment. Domin. Sol. ibidem fol. 172. & seqq.

Falsarius an sit priuandus feudo, vide Afflict. d. decisio. 404. num. 24.

Notarius faciens falsum instrumentum, an possit vltimo supplicio condemnari, & quid de Magistro actorum, vide Grammat. decisio. 27.

Notarij recipientes instrumenta à iure reprobata, qua pœna puniantur, vide Guid. Pap. quæstio. 433.

Dictans falsum instrumentum punitur pœna falsi. Guid. dicta quæstio. 433. & sing 494.

Notarius ex pluribus indicijs falsitatis non potest condemnari de falso pœna corporali, sed alia pœna. Ioseph. Ludo. deci. Luc. 13. nu. 50. vide eundem, decisio. 15. ibidem num. 66. & 67. Rot. Auenio. decisio. 64. in decisio. diuerso.

Falsi pœna, in quam quis incurrit ob mutationem nominis, de iure cõmuni est arbitraria, diuersæ tamen pœnæ solent imponi. idem Ludo. d. decisio. 15. nume. 3. & 7. vide infra titul. proxim.

Remissio criminum generalis, crimen falsi non includit. Afflict. decisio. 404. num. 22. Et Nobilitas non excusat à crimine falsi. ibidem num. 23.

Nuntius falsam relationem faciens qualiter puniatur, vide Guid. Pap. q. 44. num. fin. & Cabal. millelog. 588.

Falsitas quando est in pecuniaria causa commissa, pœna est arbitraria. Ioseph. Ludo. deci. 15. Luc. num. 79.

Falsi pœna tenetur, qui non est Notarius, & pro Notario se gerit. Capel. Thol. q. 402.

Prohibitum est sub pœna falsi Secretariis Curiæ ostendere parti aduersæ documenta, & alias scripturas traditas ad partem. Franc. Marc. q. 20. & q. 480. part. 2.

De pœna priuationis officij ratione falsitatis vide per Marc. q. 667.

Falsi pœna est puniẽdus, qui acta apostilata describi curauit. Marc. q. 741.

Quando Notarius falsum commisit, Iudex illi facultatem recipiendi instrumenta reseruare non potest. Marc. q 909.

veritatis animo nocendi. Franc. Marc. q. 671.

Falsam scripturam faciens, licèt illa non faciat plenam fidem in aliquo adminiculo, tamen punitur pœna falsi. Fel. consi. 48. nu. 9.

Schedulam falsam actuario causæ dictans, falsũ committit. Marc. q. 697. nu. 5.

Falsitatis auctor habendus est is, qui apostilauit, & scripturam interlineauit; non is, qui trã sumptum fecit. Marc. q 700.

Falsam ordinationem qui in actis inseri præcepit, in falsum incidit. Marc. q 735. num. 3.

De eo, q dessigillat, & litteras priuatas aperit, & quomodo puniatur, vide Francis. Marc. q. 738. & Clar. in sua Prac. §. falsum, vers. aperiẽs, Sed quid in eo, qui scripturas lacerat, comburit, & celat, vide eundem Marc. q. 739. & Mago. decis. Luc. 25. nu. 15.

Litteras non restituens ei, cui mandatum restituendi susceperat, incidit in crimen falsi: idẽ in abradente nomen alterius, & apponente suum. Bartol. in l. Titio 36. ff. ad municip. & de incol.

Quando est discrepantia inter protocolum, & extensum, seu sumptum expeditum parti, tũc per ostentionem protocoli probatur falsum. Marc. q 163. pár. 2. Quare si instrumentum de falso redarguatur, protocolum debet exhiberi. Guid. Pap. q 19. Sed à quo, & quando, vide Papon. lib. 9. tit. 19. arrest. 4. & D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudiæ tit. de protocol. exhibit. fol. 143.

Notarius variãdo falsum committit, & propter falsi suspicionem an, & quando torquendus sit, vide Marc. d. q. 163.

Testes deponentes post decem, & octo annos, se non fuisse examinatos, an reddãt falsas attestationes, vide Rot. Auenio. decis. 33. in decisio. diuerso.

Iudex reuelans sententiam, quam laturus erat, tenetur pœnæ falsi. Iac. Aegid. in suo tract. nu. 66. inter tract. Bar. fol. 174.

De materia falsi vide in §. item lex Cornelia, Institut. de public. Iudic. & ibid. glo.

Falsitas est mutatio veritatis. §. 1. Authen. de instrumen. caut. & fid.

Quando Notarius persuasione, & dolo alterius commisit falsitatẽ, ob quam fuit carceratus, & passus damnũ, poterit interuenire in causa cum Fisco, & agere ciuiliter ad interesse contra persuadentem. Crau. consi. 14.

Oponens de falsitate per modum exceptionis, non tenetur se inscribere ad pœnam talionis. Crau. consi. 28. num. fin. D. Sol. in constitu. antiq. Sabaudiæ glo. super decreto, item, nu. 14. tit. de protocol. exhibit. fol. 143. vide tamẽ Guid. Pap. sing. 495.

Falsitas dicitur de criminibus, quę occultè cõmittuntur: ideò ad probãdam ipsam falsitatem admittuntur testes aliàs inhabiles. Crau. cons. 56. num. 12.

Ratificatio falsitatis mandato æquiparatur, qđ pcedit, si nomine ratificantis falsitas cõmissa sit, & in terminis iuris communis; secùs si de pęna statuti agatur. D. Sol. in constitutio. antiq. Sabaudię gl. pen. super decreto, ad maiorem, tit. de fals. fol. 175.

Falsum quando possit per viam exceptionis, & per viam accusationis cognosci, vide Barto. in l. cùm quidam 20. C. de fide instrumen.

De mendacio.

Mendacium non nisi in casibus à iure expressis puniri, scribit Menoch. de Arbitrar. libr. 2. cas. 276. nume. 8. Sed quãdo puniatur, vide Hartma. cap. 12. tit. miscellanea. lib. 1.

Ille, qui in iudicio aliquid negauit, si conuincatur de mendacio, quibus beneficiis propter mendacium priuetur, vide Rolan. consil. 88. volum. 4.

Mendacium in supplice libello deprehensum non leuiter animaduersum, legitur in libris Placit. Curiæ lib. 12. tit. 2. de dolo malo, in decisio. diuerso.

De fide mentita qualiter agi possit, vide Guid. Pap. singul. 449.

Si reus neget se rem possidere, & probetur contrarium, actor mittitur in possessionem ipsius rei in odium mendacij. idem Guid. singul. 609.

Mendax in dubio non præsumitur in dolo, nisi mendacium tendat ad sui vtilitatem. Pet. de Rauen. sing. 297.

Dicens mendacium cum iuramento super interrogatoriis sibi factis in causa Fiscali à Iudice, an puniatur de periurio, maximè si sit minor, vide August. Bero. q. 134.

De nominis mutatione.

Falsitatem etiam in nominis mutatione committi posse, scribit Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 318. Tamen regulariter cuilibet licet sibi nomen mutare absque fraude. Menoch. ibidem. vide obserua. 12. Senat. Thol. in decisio. diuerso. fol. 253. & Bartol. in prima constitutio. ff orum in prooemio. §. nos verò, facit l. 2. C. de numera. & actua. lib. 12.

Quando soleant nomina mutari propter nouã

ademptam dignitatẽ, & in quibus personis, vide Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.318.

Nomen vt immutaretur, hęreditates consueuiſſe relinqui, tradit idem Menoch.ibid.nu.14.

Nomen ſibi mutans per fraudem punitur, ſed quando quis dicatur ſibi nomen mutare in fraudem, vide Menoch.d.caſ.318.num.19. Et quid, quando in contrahendo quis mutat ſibi nomen, vide ibid.nu.24.

Iudicis arbitrio puniri eos, qui fraude alterius nomina ſibi aſſumunt, habetur ibid. nu.23. Et mentiens ſe alterum aſſerens punitur. ibid. num.8.

Exempla egregia multorũ, qui ob formæ, & vocis ſimilitudinem ſe alios eſſe falsò aſſeruerunt, ſcribit Menoch.d.caſ.318.nu.30.

Mutatio nominis eſt ſpecies falſitatis. Clar.in §. falſum, verſ.mutatio.

Delens nomen meum, & ſuum aſcribens, tenetur pęna falſi. Rebuff.in conſtitut.Reg.tracta. de litte.oblig.art.4.glo.4 nu 6.

Ad legem Iuliam de annona.

Deprehenſus in via exportare annonam an, & quando puniatur, vide Fran.Marc.q.239 part.2.

Bladum emens cauſa reuẽdendi punitur pœna viginti aureorum de iure communi, ſed quid de conſuetudine, vide Clar.in ſua Pract. crim.§.fin.q.80.

Statutum iam conditum, & nondum publicatũ ligat cõtraueniẽtes in fraudẽ ipſius ſtatuti, qđ exemplificatur in vendente carius granum, vel illud euehente extra Patriam contra formam d.ſtatuti D.Sol.in conſtitutio. antiq.Sabaudiæ in proęmio glo.4.nu.7.

Pretiũ grani in mercatis maius offerẽtes, quàm ſit commune, puniri poſſunt pœna criminis ſtellionatus.idem D.Sol.ibid.ſuper 2. par.decreti, cenſus, i.u. de cenſu.ſolut.fol.46.Fran. Marc quæſt.539 nume.4. & q.289.part.2.vide ibid.q.395.

Per Dominũ prohiberi poteſt tẽpore neceſsitatis euectio annonæ, & hoſpitibus, ne illi eant obuiam adferentibus victualia in Ciuitatem ad illa emendum ante ingreſſum ipſius Ciuitatis.D.Sol.ibid.

Annonam corruptam vendens, qua pęna puniẽdus ſit, vide Menoc.de Arbitra.lib.2. caſ.382.

Iudicis arbitrio puniri exportatores annonæ, vel qui eam tantiſper ſuppriment, vt illam carius vendant, ſcribit idem Menoch. ibid. caſ.384.

Præceptũ pęnale, per quod interdicitur emptio frumenti in foro gratia quæſtus, & negotiationis ex cauſa, valet, veluti ſi immineat annonæ caritas, & pęna auferri, & exigi poteſt contrafacienti.Natt.conſi 221.Tom 1.

Annona tenui exiſtente, ne illa carius veneat, Cõitas pretium ſtatuere poteſt. Franc. Marc. q.290.part.2.

De pœna eorum, qui Prouinciam diſcurrunt blada congregando, & in horreis collocãdo, vt carius vendant, vide per Marc.q.539. & l.annonam 6 ff.de extraord.crimin.

Frumentum collectum in vna Ciuitate pro futura neceſsitate, in alium vſum, quàm deſtinatum, conuerti non debet. Franc. Marc. quæſt. 539.num.3.

Annonam emere in magna quantitate, non niſi canponibus, & hoſpitibus eſt pmiſſum. Marc. d.q.539.nu.18.

Fures publicæ annonæ, vltra bonorum publicationem, deportantur.idem Marc.q.540.

Caritatis tempore, vt annonæ prouideatur, diuites, & pauperes collectantur, quo caſu collecta imponi poteſt ad frumẽtum emendum. idem Marc.q.541.

Decuriones non coguntur frumentum vilius vendere Ciuibus, quàm annona exigit.l.non 8.ff.ad municip.& de incol.

Vide de materia in §.fin.Inſtitu.de public. iudi. & ibid.glo.

Ad legem Iuliam de ambitu.

Ambire quid ſit, qualiter ambitio ab ambitu deſcendat, quibus legibus prohibeatur, & de materia vide per Menoch. de Arbitra lib. 2. caſ.401. Et ambitio quot mala pariat, vide ibid.caſ.403.

Lex Iulia de ambitu habet locum quatuor in caſibus, de quibus vide per glo.in §.ſunt præterea, Inſtitut.de public.iudi.

Ad legem Iuliam peculatus.

De hoc crimine, quando locum habeat, & de materia vide per Papon. lib.22.tit.2.

Sacrilegus eſt offendens rem, vel perſonam Eccleſiaſticam.cap.7.ex. de regul.iur.

De multiplici genere ſacrilegij, & de illius pęna vide c.quiſquis 17.q 4.

Quando committatur ſacrilegiũ, & de eius pęna, vide per Boer.deci.254.

De materia vide ſupra tit.de ſacrileg.

Ad

Ad legem Iuliam repetundarum.

Lex Iulia repetundarum habet locũ, quando Iudex per pecuniam facit aliquid, vel omittit: pœna autẽ huius legis est quadrupli. gloss. in §. fin. Institut. de public. iudi.

Qui intercedit pro Officiali simpliciter, videtur intercedere pro interesse; non pro pœna ex maleficio procedente. l. fideiussores 69. ff. de fideiusso. & mand.

Officiales plures si commiserint fraudẽ, omnes tenentur ad quadruplum; non tamen insolidum. Bart. in l. qui 8. C. de iure Fisci lib. 10.

Officiales delinquentes in officio, qualiter puniantur, & priuentur suo officio, vide Capic. decis. 121. & supra tit. de pęna Iudicis, &c.

Condictio ex lege contra nuntios, seu executores, qui nomine sportularum maius salariũ habuerunt, ad quid detur, vide Ias. de actio. §. omnes autem, vers. quadrupli.

Milites Potestatum suo officio abutẽtes puniũtur. Ias. ibid. nu. 3.

Vide de materia supra d. ti. de pęna Iudicis, &c.

De furtis, & pertinentibus ad illa.

Famulus, cui dominus mercedẽ persoluere denegat, subtrahere pecunias, & res domini potest impunè. Ozas. decis. 68. nu. fi. Sed quando, vide Ioseph Ludo. decis. Luc. 1.

Famulus, qui aufugit à domino, pręsumptionem habet cõtra se, quòd subtraxerit res amissas, sed quando hoc sit verum, & quæ concurrere debeant, vt dictum locum habeat, vide Natt. consi. 407.

Furtum quomodo probetur, vide Natt. ibid.

Si quis potens detineat rem meam, & ego Iudiciali auctoritate non valeam illam recuperare, an possim iure Poli aliam æquiualentem furari, vide Cabal. milleloq 613. Cassan. in cõsuetud. Burg titu. *des Iustices* Rub. 1. §. 5. gloss. 6. num. 32. Quò loci scribuntur casus, in quibus licet furari.

Licitum est perdenti impunè furari aliquid vincenti, & tenenti barateriam in domo. Corset. in suis singul. litera F. sing. 1.

An in actione furti iuretur in litem, vide l. 9. & ibid. glo. ff. de in lit. iuran.

Probato furto per testes, statur iuramento partis de scripturis, & illarum tenore; & probato saccomanno, amissio rerum probatur ex con iecturis. Afflic. decis. 13. nu. 10.

Iudex iuramentum deferre potest actori super quantitate, & valore rerum furto subtractarum, cui standum est. Franc. Marc. quæst. 9. part. 2.

Statuto disponente, quòd villa teneatur emendare rem furto subtractam, statur iuramento domini rei super æstimatione. Bart. in l. si quã do rò C. vnde vi.

Super furto etiam defertur iuramẽtũ parte parti. vide l. 13. §. idem Iulianus, & l. 28. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran.

Furtum probatur ex fractura ostij noctis tempore facta, si res in eo loco ante fuisse probetur. Rot. Genu. decis. 113.

Probatio per coniecturas in casibus clandestinis (veluti in furto) dicitur manifesta. Pet. Gerar. sing. 8.

Furtum an probetur per acclamationes factas in domo de nocte ad vicinos, vide ibid.

De actione, quę cõpetit domino pro re furtiua, quæ condictio vocatur, vide l. 1. & tot. titu. ff. de condict. furt.

Furtum domestici, vel extranei, qualiter puniatur. vide Boer. decis. 316. num. 7. & Clar. in sua Pract. §. furtum, facit. l. 11. §. furta. ff. de pœnis.

Furtum domesticum omnia alia furta superat, sed de illius pęna vide per Anto. Columb. sing. 11.

Fur puniri debet, vbi captus est cum re furtiua, etiã si eo die capiatur. Capic. decis. 104. Fran. Marc. q. 176 par. 2. vide Ludo. à Pegue. cap. 28.

Tamen an fur, vbi deprehensus est cum re cogatur respondere, vel ad suum Iudicem, remitti debeat, vide Boer. decis. 218. Marc. de Mant sing. 603. & supra tit. vbi de criminibus.

An fur non famosus possit pro vno furto de iure suspendi, & quid de famoso, vide Guid. Pap. q. 589.

Si plures ad numerum septem de nocte armati aggressi fuerint domum alicuius cum fractura ostij pręde causa, & fractis ostiis, ac ruptis scriniis, quicquid in eis fuerit, furati fuerint, quales debeant esse partes Iudicis in condẽnando, vide Boer. decis. 173. & Ludo. à Pegue. cap. 26.

Furantes in itineribus, & syluis qualiter puniantur, vide Boer. d. decis. 173.

Furtum vnum magnum ęquiparatur tribus. vide Boer. d. decisio. 173. Sed an tunc fur debeat pati pœnã mortis, vide Fran. Marc. quæst. 6. part. 2.

Regulariter pro furto quis non debet mori: fallit in quatuor casibus traditis per Ludo. à Pegue. cap. 27.

Quis dicatur abigens, & quibus pœnis abigei puniantur, vide eundem à Pegue. cap. 29.

Pęna furti, quæ sit, nempe corporalis, vel pecuniaria, & an pro furto mori quis debeat, vide Ias. de actio. in §. sequens, vers. ex maleficiis.

Menoch.

Menoch. de Arbitra.lib.2. caſ.295. & caſ.296. Rol.conſi.51.vol.1. Clar. in ſua Pract.§. furtū, Caſſan.in cōſuetud.Burg. tit *Des Iuſtices* Rub. 1.§.5. gloſſ.6.authen .nouo iure.C.de ſeru.fugit. & Hartma. cap.10.lib.1.tit.de accuſatio.

Fures,qui dicantur,& qui latrones,& qua pœna imponatur pro ſimplici furto, & qua puniatur famoſus latro,vide Marc.q.4.part.2.

Pœna ſimplicis latrocinij qualis eſſe debeat, vide Marc.q.5.part.2.

Furta plura cōmittens (licèt parua) an debeat mori , quamuis pro vno furto non magno, mori non deberet, vide Gram.vot.9.nu.25.

Propter furtum , an Clericus poſsit priuari ſuo beneficio , vide Hiero. de Monte varia. iuris quæſtio.q.19.

Apud Gallos furtum quamuis exiguum ſuſpendio mulctari , ſcribitur in libris placit. Curiæ lib.12.de furtis,tit.4.in deciſio.diuerſo.

Receptatores rerum furtiuarum puniuntur , vt fures,& latrones,ſi dolo,& ſcienter illas receperint; aliàs ſecùs. Ludo.à Pegue.in ſuis quæſtio.crimin.cap.25 vide Clar.in ſua Pract. §.fi. q.90.verſ.fin.Pet.de Rauen.ſing 812.Caſſan.in conſuetud.Burg.tit.*Des Iuſtices* Rub.1.§.5.gl.1. in additio.& Rol.conſi.45.vol.1.nu.25.

Quid iuris,quando res furtiua fuit reperta apud aliquem,vide Clar.in ſua Pract.§.fi.q.21.verſ. fin. Et an ex hoc reſultet ſufficiens indicium ad torturam, vide Rol. conſi.45.nu.39. vol.1. & Hippol.ſing 392.

Furtum committitur etiam in vno ouo , tamen eo in caſu pœna minuitur.Pet.Gerar.ſing.19. Ioſeph.Ludo.deciſio.1.Luc.nume.28.Et furandi conſuetudo non valet.ibid.Ioſeph.d.deci. 1.num.41.

Furtum (niſi vbi eſt rei magnæ) non eſt graue delictum , ideò conatus in eo puniri non debet.Pet.Roy.deciſio.3. Litua.num.560. in deciſio.diuerſo.

Furtum faciens è re , quæ naufragio deperdita eſt,punitur Iudicis arbitrio. Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.297.

Expilatores qui ſint , quorum furtum improbiſſimum eſt;ideò Iudicis arbitrio puniūtur. Menoch.ibid.caſ.299.

Effractores qui, & puniuntur etiam Iudicis arbitrio.idem Menoch.de Arbitra.d.caſ.299.

Expilatæ hæreditatis crimē Iudicis arbitrio punitur. Menoch. de Arbitra.caſ.300. vide infra ti.de crimi.expil.hæred.

Fur(ſi non appareat de pœna ſtatuti) poteſt puniri criminaliter Iudicis arbitrio pœna pecuniaria , & condemnati ad rei reſtitutionem, vnà cum intereſſe partis,& litis expēſis.Natt. conſi.219.Tom.1.

Gemmas fictitias,& adulterinas vendentes,colore quęſito,vt fures puniunt.Hippo.ſing.318.

Delinquendi conſuetudo pœnam auget , vnde qui hodie furatus eſt rem meam vilem , cras aliam , & ſic deinceps,ratione iterationis , & conſuetudinis,furcha ſuſpendi poteſt.Hippo. ſing.378.

In furti actione condemnati efficiūtur infames. l.1.ff.de his,qui notan.infam.

Furtum factum à creditore debitori,quando ſit permiſſum,& quādo prohibitum , & qualiter tunc creditor puniatur , vide Ioſeph. Ludo. deciſ.Luc.1.

Furti actio competit poſſeſſori,nec eſt inquirendum,quem titulū quis habeat in re furto ſubtracta.Natt.conſi.219.Tom.1.

Fur,qui criminaliter fuſtigatur nō debet de carcere relaxari,donec furtum reddiderit domino;aliàs Iudex tenetur inſolidū. Capel. Thol. q.22.in additio.

Statutum diſponens,quòd emens rem furtiuam in loco publico, non teneatur illam reſtituere domino, niſi reſtituatur pretium emptori, non valet.Capel.Thol.quæſt.151.& Beninten. deciſio.34.

Emens ſcienter rem furtiuā à fure,actione furti tenetur ; ſecùs ſi ignoranter, tenetur tamen hoc caſu illam domino reſtituere ſine pretij reſtitutione:idem in pignore. Capel. Thol.d. q.151.in additio.Clar.in ſua Pract.crim.§.furtum,verſ.ſed hic incidenter,& Natt.cōſi.436.

Solitus emere res furtiuas ſemper tenetur furti. Capel.Thol.d.q.151.

Emptor rei furtiuæ, vt non teneatur,abſque reſtitutione pretij, reſtituere rem emptam vero domino,quid facere debeat , vide Ioſeph. Ludo.deciſ.42.Peruſ.Fran.Marc.q.7.part.2.& Hartma.cap.2.lib.1.tit.de empt.

Emens furtiuos libros , an recuperet pretium à domino illos vendicante , vide Rot.Auenio. deciſ.30.in deciſio.diuerſo.

Dominus territorij tenetur deprædato reſarcire rapinam in territorio ſuo cōmiſſam.Andr. Gail.obſer.64.lib.2.

Epiſtola ſi furto ſubtrahatur,cui actio quęratur, vide DD.de Rot.deci.18.aliàs 430.tit.de probatio.in antiq.

Fur, re furtiua furto amiſſa , in poſteriorem furem actionem non habet, ſed quare , vide Pet.Roy.deciſio.3.Litua.num.559. in deciſio. diuerſo.

Pro furto commiſſo in caupona , quando caupo teneatur,vide Papon.lib.23.tit.6. arreſt.4. & infra lib.2.tit.furt.aduerſ.caup. & ſtabul.

Retinendo quis pecunias fortè inuentas , & in vſus ſuos conuertendo,furtum cōmittit:quia ſi ignorabat amiſſorem illas Epiſcopo conſignare debuerat,ſed quādo , & qualiter amiſ-

ſor

for agat contra inuentorem, vide Craue.cõs. 269. Guid.Pap.sing.127. & Ant.Trigo.sing.29.

Pro furto, & rebus ablatis potest agi dupliciter, nempe ciuiliter ad priuatã vtilitatem, & criminaliter pro interesse publico. Dec. consil. 520. vide infra lib.2. titu. de condictio.indebiti, &c.

Si debitor rem debitam vni, soluerit alteri dolo, & fraude tertij, cõtra illum debitor actionem furti habet; nõ dominus rei. Bar. sing.43.

Creditor pro re pignori data furto subtracta, agit actione furti. l. si tibi 26. C. de pignorib.

Legatarius qua actione agat pro furto cõmisso circa rem legatam, vide Barto. in l. si hæredis 50. de legat.1.

Plures eandem rem furto subtrahentes insolidum obligantur, & solutio vnius non liberat alios à pœna furti; sed solùm liberat à condictione furtiua: & fur semper est in mora. l.1. & fin. C. de condict.furt. vide Perillust. D.P.Tessau.decis.254.

Pro fructibus pendentibus surreptis, & nondũ à terra separatis, vsufructuario cõpetit actio furti: sed condictio furtiua competit tantùm domino. l. si fur 14. ff. de vsufructu, & quemadmodum.

Actio furti impedit actionem de dolo, & vbi deest dolus, & subest culpa, competit actio in factum. l. eleganter 7. §. item Labeo. ff. de dolo malo.

Pro furto dolo commisso in naui, vel in stabulo, aut in caupona, tenetũ dominus ex quasi maleficio, si damnum datum sit per aliquem, cuius opera vtatur. §. item exercitor, Institut. de oblig. quæ ex quasi contract. nasc.

Qui rem in vsus suos citra formam mandati cõuertit, actione furti etiam tenetur. l. si mandauero 22. § si tibi. ff. mandati.

Nomine rei communis cum socio furti agi potest, si per fallaciam, dolonè malo amouerit, vel rem communem celandi animo contrectet. l. rei 45. ff. pro socio. Idem in colono, & in eo, qui negotia gerit, aut mandatum exequitur. l. idem 46. eod. Quod procedit in claris; secùs in dubio. l. merito 51. eod.

Actio ex locato concurrit cum actione furti; altera tamen quis debet esse contentus. l. si locatum 45. ff. de loca. & conduc.

Furem capiens, & ad Iudicem ducens, an pœnæ dupli sibi debitæ tacitè renunciet, vide Afflì. decisio.130.

Ille, qui deprehenditur in furto, potest impunè à quocũq; capi, & ad Iudicem duci. Henric. Boer. in suis singul. tit. mixta de criminibus, & culpa: Et ille dicitur capi in furto, qui post furtum capitur in fuga. ibid. nu.2.

Furtum vnum, vel plura, quomodo discernantur, vide Boer. decisio.219.

Instrumentum occultans, an falsum, vel furtum committat, vide eundem Boer. decis.292.

Furtum factum perquirere an liceat in domo cuiuslibet, sunt diuersæ opiniones, tamẽ Boe. decis.174. concluditur pro affirmatiua, dummodo inquisitio fiat de mandato Iudicis, vide Papon. lib.23. tit.5. arrest.3. Cassan. in consuetud. Burg. tit. *des Iustices* Rub.1. §.5. gloss.6. nume. 18.

Pro furibus insignibus nullus procurare debet. Fran. Marc. q.4. nu.11. part.2.

Allegando rem sibi traditam ad vendendum fuisse furto surreptam, ad liberationem tenetur probare furtũ sine eius culpa contingisse: quia furtum sine culpa non committitur. Mago. decis.2. Luc.

Fur publicus quis dicatur, & qui assassinus, vide Ias. de actio. §. sequens, vers. ex maleficiis, nu. 6. Bart. in authen. sed nouo. C. de seru. fugit. & in l. capitaliũ 28. §. famosos. ff. de pœn. Et de pœna illorum, vide in d. l. 28.

Commodatarium furtum teneri, si ille re cõmodata ad alium vsum vtatur, scribit Menoch. de Arbitra. lib.2. cas.298. facit l. si vt 5. §. planè, & §. item denique. ff. commodati. Sed quando dictum procedat, vide Menoc. d. cas.298.

Consumptio rei alienæ, etiam traditæ consumẽti ad alium finem, furtum facit. Cassan. in consuetud. Burg. titu *des Iustices* Rub.1. §.5. gloss.1. Vbi plenè in quibus casibus committatur furtum.

Furtũ facit qui messem exportat ex prædio alieno, vel etiam ex communi, maximè post factam diuisionem. Natt. consi.31. Tom.1.

Accusatio, seu inquisitio contra furem pro furto, vt procedat, qualiter formari debeat, vide Rol. consi.51. vol.1. & Hippol. sing.275.

Furtiua res potest tolli per dominum, licèt sit penes furem. Castren. sing.9. Sed quando liceat propria auctoritate illam recuperare, vide Boer. decis.218.

Si furi furanti rem meam auferam, non teneor, nisi ille ad locũ destinatũ iã peruenisset. Bar. in l. si quis 7. nu.21. C. vnde vi.

Rationes partis aduersæ subtrahens cadit à iure suo. Castren. sing.22.

Leges, quæ permittũt furem nocturnum occidi posse pro vitando periculo rerum, debent limitari, quando imminet periculum rei vilis: quia tunc non est licitum occidere, vel vulnerare. Math. Mathes. sing.134. vide l.4. & 5. ff. ad leg. Aquil.

Furtum præsumitur factum culpa custodis, nisi sit factum in loco, qui bene custodiri non potest: quia tunc per rerum naturam culpa probatur abesse. Henric. Boer. in suis singularib. titu.

titu.præſumptio,& fictio 7.

Columbos capere in columberio alieno,furtum eſt.Guid.Pap.q.218.

Ex noua contrectatione rei, noua actio furti naſcitur, ſed quando dictũ procedat,vide Hippol.ſing.677.

Quando quis poſsit compelli ad indicandum furem,vide Bar. in l.ſi depoſita 4.C.depoſiti.

Procurator falſus, & creditor non verus ſcienter accipientes indebitum,quando committant furtum,vide Barto.in l.ſi Procuratori 14. ff.de condict.cau.dat.facit l.quoniam 18.ff.de condict.furt.vide etiam legem, hæc 3.§.nam. ff.de donatio.int.vir.& vxor.

Furtum in magna re dicitur graue delictum, & quando aliàs aggrauetur,vide Abb.conſi.25. part. 1. Tamen furtum non eſt crimen publicum.Barto.in l.cùm ſeruus 15.ff.de condictio. cau.dat.

Vxor pro magno furto facto viro, poteſt puniri criminaliter.Bart.in l.1.ff.de actio. rer. amot. Aliàs ex furto facto per filiũ,ſeruum, vel vxorẽ,non oritur actio ciuilis,vel criminalis. glo. in §. ſinautem, Inſtitut. de hæred. qualit. & differen.

Malæ fidei poſſeſſor percipiendo fructus per ſe facit furtum;ſecùs ſi percipiat per alium, qui ſit bonæ fidei. Bart.in l.ſequitur 4.§.fructus.ff. de vſucapio.

Furtũ iure Canonico ſumitur pro qualibet iniuſta detentione; ſecùs de iure Ciuili.Bartol.in ſuo tractat. de differen.int.ius Cano.& Ciuil. nume.18.

Furtum an ſit caſus fortuitus,vide gloſſ.in l.1.C. depoſiti, & in l.3.§.ſed & ſi. ff.nautæ caupones,ſtabul.

Depoſitarius vtendo re depoſita committit furtum.l.3.C.depoſiti,& l.29.eod.Sed quando,vide infra lib.2.tit.depoſiti.

In violentia compulſiua furtum non committitur; ſecùs in ablatiua.l.ſi cum 14.§. qui vim.ff. de eo,quod met.cau.

Aliud eſt damnũ, aliud eſt furtum:damnũ enim eſt cũ rei corruptione; furtũ cũ rei amoſsione. l. ſi ſeruus 27. §. ſi oliuam.ff.ad leg.Aquil.

Non licet furari pecuniam redactam ex re furata.l.38.§.ſi ſeruus.ff.de noxal.actio.

Qui amouet aliquid de hæreditate(antequam abſtineat)mala fide,perdit beneficium abſtinendi; ſecùs ſi poſt abſtentionem: quia tunc talis hæres tenetur actione furti. l. ſi ſeruum 70.§.Prætor.ff.de acquir.vel amit.hæred.

Pupillus, qui eſt proximus pubertati, eſt capax furtum faciendi.l. pupillum 112.ff.de reg.iur.

Si pro pignore conſtituto aliud ſubmittatur,furtum committitur pro vtroque debito: ſecùs ſi in conſtituẽdo aliud pro alio ſubmittatur; quia tunc ſtellionatus crimen committitur. l. ſi quis 36.ff.de pigno. actio.

Furtum in dubio præſumitur committi culpa eius, cui res eſt ſubtracta.l.cum duobus 52.§. damna.ff pro ſocio.

Res pignorata creditori ſurrepta per debitorẽ, efficit furtiua, & inuſucapibilis reſpectu creditoris.l.fin.ff.pro ſoluto.

Furtum tutoris facit rem inuſucapibilẽ, nec ſufficit rem in tutoris poteſtatem reuerti.l.7.§.ſi tutor.ff.pro emptore.

Furtum committitur,quamuis fur habuerit animum reſtituendi.arg.§.furtiua,d.l.7.

Si dominus rem,quæ ſibi furto ſubtracta fuerat, ignorãs emerit,rectè dicitur res abeſſe: quia videtur illi res abeſſe,cui pretium abeſt.l.Labeo 14.ff.de verbo.& rer.ſignific.

A furto quis excuſatur propter neceſsitatem. Capel. Thol. q.257.Menoch.de Arbitra.lib.2. caſ.182.nu.27.Caſſan.in conſuetud.Burg.titu. *des Iuſtices*.§.5.glo.13.num.22.vide Pet.Gerar. ſing.fin.num.11.Pet.Roy.deciſ.3.Litua.nu.191. & 286.in deciſio.diuerſo. Clar. in ſua Pract.§. furtum.Sed ceſſante neceſsitate, fur tenetur ad reſtitutionem.d.deciſ.3.nu.290.

Furti ſuſpicio aliquando euitatur per furis denominationem.Capel.Thol.quæſt.151.in additio.num.3.

Furtum in rebus hoſtium, & proſcriptorum, an committatur, vide d.deciſio.3.nume.279. Et licitum ſit in illis furari, vide l. 2. C. de commert.& mercato.

Sola rei alienæ contrectatio, ſine eius interuertendæ propoſito,furem non facit.Pet.Roy.d. deciſ.3.nu.563.

Quæ requirantur ad hoc, vt furtum committatur, & quomodo quis (etiam ſi contrectet rem alienam) excuſetur à furto, vide Craue. conſi.260.

Licèt inquiſitus ſimpliciter cõfeſſus eſſet ſe furtum commiſiſſe,tamen talis confeſsio nõ noceret,niſi primùm probatum eſſet furtum verè commiſſum. Crauet. d.conſi.260.vide Rol. conſi.51.vol.1.

An in re modica quis excuſetur à pœna furti,vide Clar.in ſua Pract.§.furtum,verſ. pariter.

De cuiuſdam furis aſtutia aſſerentis ſe credere dominũ rei ſubtractæ permiſſurum vide per Ant.Colum.ſing.9.

Furem excuſare non poteſt dominus allegando ſe illi conceſsiſſe rem auferre.Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.298.nu.4.vide Caſſan.in conſuetud.Burg.tit. *des Iuſtices*.§.5.glo.6.nume.38. Hippol. ſing.22. Pet. Gerar. ſing.55. Marc. de Mant.ſing.602.& Abb.conſi.106.part.1.

Statutũ de furto,nõ hẽt locũ ĩ debitore ære alieno grauato;nihil tñ exportante.Dec.cõſ.669.

Cre-

Creditor, qui rem sibi oppignoratam aufert, nõ videtur rem contrectare; sed pignori suo incumbere. Bar. sing. 46.
Possessor bonæ fidei ab initio, si postea contrectet, non committit furtum. Bar. in l. 4. de alie na. mutan. iudi. cau. fac.
Furtum nunquam committitur sine dolo: ideò aliquando quis potest excusari, vide Bar. in l. merito 51. ff. pro socio.
Fur an, restituta re, liberet à pœna furti, & vi bonorum raptorum, vide Bart. in l. hoc edicto. ff. de public. & vectig.
Error iuris excusat à furto. Barto. in l. potest 36. ff. de vsucapio.
Furari intendens quandoque furtum non committit. glo. in c. si quid 14 q. 5.
An pro furto facto in seruitute, quis teneatur liber factus, vide l. 1. C. de noxal. actio. & l. 4. C. an seru. ex suo fact.
Furtum sine contrectatione committi non potest. l. Procurator 55. ff. mandati, Quia non cõtrahitur animo, sed ipsa contrectatione, qua dominus priuatur sua possessione, & actio furti quæritur. l. 3. §. si rem. ff. de acquir. vel amit. possessio.
Furtum sine affectu furandi, non committitur. §. furtum, Institut. de vsucapio.
In rebus soli non committitur furtum. §. quod autem, Institut. de vsucapio.
Transiens per terram, si equum suum pabulare voluerit ad refectionem, hoc permittens nõ punitur. § fin. tit. de pac. tenenda in vsib. feud.
Ex furto commisso in ludo, vel tempore, quo luditur in domo, in qua ludebatur, non competit actio furti. Gram. decis. 40. nu. 9.

De crimine expilatæ hæreditatis.

Expilatæ hæreditatis crimen Iudicis arbitrio punitur. Menoc. de Arbitr. cas. 300.
Dictũ crimen non est furtũ, sed de ratione cur furtum, hæreditate iacẽte, non cõmittatur, vide per Menoch. d. cas. 300.
Hæreditati non aditæ non potest fieri furtum: quia furtum possessionis est, quam non habet hæreditas. l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testamẽ. lib. ess. ius. fuer.
Vxor defuncti crimine expilatæ hæreditatis cõueniri non potest. Menoch. d. cas. 300. nu. fin. Sed contra illam agitur rei vendic. l. quamuis 17. C. de furtis.
Post aditam hæreditatem, rebus expilatis à cohærede, debet agi familiæ ercisc. iudicio, non crimine expilatæ hæreditatis. l. aduersus 3. C. famil. ercis.
De crimine expilatę hęreditatis potest quis accusari, non tamen publica accusatio est. l. stellionatus 3. ff. de extraordin. crimin.
Quomodo puniãtur expilatores hæreditatum, vide l. 1. & tot. tit. ff. de effract. & expila.

De his, qui latrones, vel aliis criminibus reos occultant, de his, qui plebem audent contra Rempub. colligere, & de seditiosis.

Malandrinos, & homines malæ conditionis, quis non debet in domo retinere, & receptare; aliàs punitur. l. fin. C. ad leg. Iul. de vi publi.
Qui hostem fugientem sciens susceperit, in insulam relegatur. l. 40. ff. de pœnis.
Receptantes latrones sanguine coniunctos, mitius puniũtur, quàm alij, ad quos latrones nõ pertinent. Ozas. deci. 80. nu. 11. Ideò statutum puniens bannitos receptantes, non porrigitur ad agnatos exules. Ozas. ibid.
Receptans committẽtẽ crimen lęsæ Maiestatis, qualiter puniatur, vide ibid. nu. 14.
Receptans scienter malefactorem in domũ, & illum secum detinens, nõ videtur minus delinquere, quàm ipse delinquens. Gram. decisio 99.
Abscundens hominem, ne à Iustitia capiatur, tenetur eodem crimine. Boer. decis. 287. nu. fin.
Receptantis latrones grauissimum flagitiũ est, nisi quis cognatum, vel affinem receptet. Petr. Roy decisio. 3. Litua. nume. 427. in decisio. diuerso. Tom. 2.
Si Barones abutãtur in suis Baroniis iurisdictione receptando potius, quàm puniendo latrones publicos, vel aliàs delinquentes, possunt Reges, seu Principes Superiores iurisdictiones dictarum Baroniarum, ponere sub Regio sequestro. Ludo. à Pegue. in suis quæstio. crim. cap. 36.
Occultans latronem, & alios malefactores in suis prædiis, & possessionibus, intelligitur esse socius criminis, & dicitur delictum malefactoris facere suum: ideò si est dominus prædij, & scienter hoc fecerit, priuatur eius dominio. idem Ludo. cap. 36. nu. 5.
Scientia receptandi latrones consistit in eo, qđ est notorium eos esse latrones, vel quia esset publica vox, & fama in loco. ibid. nu. 9.
Recepisse bannitum, vel alium malefactorem dicitur, qui ipsum abscondit; nõ qui dat potum, vel commestionem. Bart. in l. 1. §. quod ait, ff. de seru. corrup.
Si quis receperit, & occultauerit homicidam, qui

qui erat affinis, vel cognatus suus, non teneatur aliqua pœna: sed aliàs recipiens malefactorem, occultans, vel ei opē præstans, vt eua dat, an teneatur, vide Hartma. cap. 17. titu. de accusatio. lib. 2.

Qui præparat exercitum sine permissione Superioris, incidit in crimen legis Iuliæ Maiestatis. l. lex 3. §. eadē lege. ff. ad leg. Iul. Maiesta. & Marc. q. 39.

Factores, siue auctores seditionis, & tumultus, Populo concitato, furcha damnantur, aut in insulam relegantur secundum qualitatē personæ. l. si quis 38. §. auctores. ff. de pęn. Vide de seditione, & seditiosis, & de pęna eorum per Boer. in quodam suo tract. impresso post suas decisiones.

Tumultum popularem facientes puniuntur pęna capitali, nisi tumultus accidentaliter euenisset ob aliud factum, vt ex ciuili dissentione, & similibus. Gram. vot. 19.

Congregans gentes armatas, vel consilium seditionis habens, tenetur lege Iulia de vi publica, licèt ad nullum actū peruenerit: satis enim est, quòd peruentum sit ad actum congregationis; quia omne delictum commissum, facta cōgregatione hominum, reputatur atroxius. Craue. consi. 224. vide infra lib. 2. titu. de monopolio.

De termino moto.

Dicitum est mutare terminos in propriis agris: & varietate successorū, consensuque dominorum, possunt agrorum termini mutari. l. 1. & 2. C. fini. regund.

Qui terminos amouit causa turbandi fines, punitur extra ordinem. l. 1. C. de accusatio. & inscriptio.

Amouens terminos agrorum, qua pœna puniatur, vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 83. vers. terminos, & Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 393.

De crimine stellionatus.

Crimen stellionatus locū habet, quādo deficit nomē criminis; tūc enim recurrimus ad hoc crimen, sed in quibus casibus, vide Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 381.

Ille, qui rem alienam, vel alteri obligatam scienter alienat, vel obligat, tenetur crimine stellionatus. Henric. Boer. in suis singul. tit mixta de criminibus, nu. 7. vide Menoch. d. cas. 381.

Petens, vel accipiens debitum solutum, stellionatus crimen committit. Bar. in l. si fideiussor 29. §. in omnibus. ff. mandati.

Donans, vel obligans rem duobus, tenetur pęna falsi, si est adiecta clausula, Quòd alteri nō donauit, vel obligauit; aliàs tenetur pęna stellionatus. Barto. in l. qui duobus 21. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Si in constituendo pignore aliud pro alio submittatur, stellionatus crimen committitur. l. si quis 36. ff. de pigno. actio.

Qui obligat rem alienam, vel alteri obligatam, crimē stellionatus committit, nisi res cuilibet creditori sufficiat pro vtroque debito. d. l. 36. §. sed e si.

Licèt quis possit accusari hoc crimine, tamen talis accusatio non est publica. l. 3. ff. de extraordi. crimin.

De iniuriis, & famosis libellis.

Iniuria ex affectu facientis consistit. Oza. decis. 77. n. 28 Aliàs sine affectu iniuriandi, non cōmittitur; & error magis præsumitur, quàm dolus. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 4. nu. 41.

Verba iniuriosa dicuntur ea, quæ proferuntur in alium contra bonos mores. Gram. decisio. 14. num. 9.

Iniuria est dicere alicui, tu es cęcus, vel claudus. Gram. ibid. nu. 10. & decis. 37.

Iniuria à multis illata est maior. Boer. decisio. 173. nu. 10.

Iniuria dicitur esse quicquid ad iracundiā prouocat: & iniuria verbalis aliquando meretur pœnam corporalem. Ioseph. Ludo. decisio. 4. Luc. nume. 18. & 20.

Iniuria fit alicui, quando vocatur fur, latro, & huiusmodi. Ioseph. ibid. nu. 25. & 26.

Verbum vnum quādo potest accipi in bonam, & malam partem, debet accipi in bonam. ibi. Ioseph. nu. 32. Et debet impropriari, vt delictum euitetur. ibid. nu. 33.

Iniuria quis dicitur affici, quando vocatur pauper: idem, quando est idoneus, & opponitur non esse idoneum fideiussorem. Ios. Ludo. d. decis. 4 Luc. nu. 37.

Iniuria restringi debet secundum animū facientis: ideò iniuriarum declaratio spectat ad iniuriantem, & statur eius iuramento. ibi. nu. 44.

Iniuria illata per scripturam dicitur verbalis; & non realis. Capel. Tholos. quæst. 127. in additio. num. 9.

Pęnitere quem non posse in damnum iniuriatis nec dicere fecisse se calore iracundiæ, habetur ibid. q. 420. Sed quid, si per modum exceptionis quis in iudicio crimen opposuerit, quod postea probatum non fuerit, & an talis excipiens possit iniuriarum actione conueniri, vide ibid. In additio.

An ratione verborũ iniuriosè dictorũ coram Principe, aut in iudicio, iniuriarum actio det, & quãdo verbis iniuriosis partes se afficiunt, an admittatur compensatio, vide Frãc. Marc. q.674.& Boer.consi.4.nu.31.

Iniuria verbalis Magistratui per inferiorem illata atrox censetur, pro qua nedum ictus fustium, sed ẽt mortis pęna irrogari quãdoque potest. Marc.q 34.part.2.

Diffamatores debent recognoscere publicè suũ errorem, & se dedicere, quòd mentiti sunt per os suum. Marc.d.q.34.nu.7.vide eundem.q.934.part.2.

Libellum famosum qui reperit, & non lacerat, capitali pęna punitur, si crimen erat capitale. Marc.q.933.vide tamen ibid.

Libelli famosi pęna quæ sit, vide eundèm Marc. q.935. par.2.

Iniuria tribus modis irrogari potest, sed quando his modis dicatur illata, vide eundem d. q.935.

De compensatione litterarum famosi libelli, & de eius probatione. vide per Marc. q. 937.

De famoso libello, & quando puniatur auctor, & qui illum inuenerit, vide per tot. causam 5. quæstio. 1.

Atrox dicitur iniuria commissa coram persona iurisdictionem habente; secùs coram alia in dignitate constituta. Put.decis.303.lib.1.

Iniuria fãcta Doctori dicitur atrox: ideò faciẽs illi iniuriam non relaxatur, dato fideiussore, sed debet detineri in carceribus vsque ad finem causæ. Rot. Auenio.decis.58. in decio.diuerso.Tom.3. Sed qualiter puniatur talis iniuria, vide Crauet.consi.168. nu.10.

Propter verba iniuriosa prolata per Aduocatũ, seu scripta, possunt puniri Aduocatus, & principalis clieni. Papon.lib.8.tit.3.arrest.5.

Dicens alicui, quòd erat Iudæus, & affirmans dictum postea in multis locis, infert illi iniuriã; & potest puniri, sed quã pęna, vide Ludo. à Pegue in suis quæstio.crimin.cap.13.

Aliquando etiam quis mihi bonum faciens, facit mihi iniuriam. vide l.27.§.si puerum. ff. ad leg.Aquil.

Iniuria commissa in iudicio est grauior. Crauet. consi.168.num pen.vide Hartm.cap.26. titul. de iniuriis.lib.1.

Iniuriæ atroces quæ, & quibus pęnis puniantur, qui & de iniuria facta Magistratui, vel coram ipso, & de pęna illius, qui cõposuit libellum famosum, & publicauit, vel publicauit tantũ, vide Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.263.

Offensus licèt cognitorem habere non possit de iniuria personæ sibi illata, tamen Officialis deputatus ab omnibus Condominis, vel ipsi Condomini de causa ipsa cognoscere potuerunt; secùs si Officialis fuisset ab ipso offẽso solo deputatus. Rol.cõs.16.vo.2. Nec Præses de iniuria sibi facta cognoscit. Bar.in l.16. ff.de offic Præsid.

Appellans non debet iniuriare Iudicem, à quo; aliàs punitur. l.illud 8.ff.de appellatio.

Mortuis, semimortuis, funeribus, nec non eorũ domini, & familiæ, ac rebus creditores iniuriam facere prohibentur. tot.tit. Auth. vt defuncti, seu funera.

Diffamare aliquem de maleficio, quomodo intelligatur: & iniuria dicitur inferri, si dicatur alicui, quòd erat periurus, & natus ex Monacho. Bar.in l.turpia 57.de lega.1.

Quis dicatur inimicus capitalis, quę grauissima iniuria, & quæ atrox, vide Bar.in l.3.§.nõ solũ. ff.de adimentis legatis.

Pęna extraordinaria, quæ venit imponẽda propter iniuriã factã alteri, debet moderari secundum qualitatem, & dignitatem illius; vt maior imponatur, si sit nobilis, quàm si ignobilis ille, qui recepit iniuriam. l.non est 66. ff. de rit.nuptia.

Pupillus proximus pubertati potest facere iniuriam. Reg.pupillus.

Iniuria solo actu, & nutu sine verbis fieri potest: sed qualiter puniatur ille, qui fichas Iudici fecit, vide Perillust.D.P.Tessau.decis. 227.

Iniuriarum æstimatio qualiter per Iudicem fieri debeat, vide DD.de Rot.decis. 4. de iniur. aliàs 486.in nouis, Crescen.decis.1.aliàs 183. tit. de iniuriis, Et taxari per eum, & partem iniuriatam, quando caret omni æstimatione. vide Aegid.Bellam.concl.721.

Pœna iniuriarum æstimatur per Iudicem, quando per querelam agitur. Marant.in suo Spec. part.4.tit.an sit iudic.ciuil.vel crimin. distinc. 1.nu.11.

Iudex arbitratur pœnam secundum qualitatem personæ loci, & dignitatis, quando pœna iuris petitur quis puniri. Marant.ibid.nu. 16.vbi de materia.

Pœna iniuriarum quæ sit, vide Perillu.D.P. Tessau.decisio.229.num.7.& Hartma.cap.1. ti.de iniuriis lib.2.

Iudex in actione iniuriarum, non debet habere rationem damni: quia illud venit per actionem legis Aquiliæ. DD.de Rota deci. 1. aliàs 17.tit.de iudiciis in antiq.

Pro iniuria potest inferri duplicata pœna, nempe pecuniaria, & corporalis: vna in satisfactionę partis offensæ, & altera Ciuili. Gram. vot.15.nu.6.vide Ludo.à Pegue. in suis quæstio.crimin.cap.13.

Infamia in actione iniuriarum, quando euitari possit, vide Gail. obseruat.102, & 103.libro secundo.

Damnatus actione iniuriarum est infamis.l.1.ff. de his, qui notant.infam. Quia actio iniuriarum infamat, sed potest restitui infamatus per Papam.cap.cùm te 23.ex.de senten. & re iudic.& ibid.glos.vide Hartma.cap.5.& 19.tit. de iniuriis lib.1.

Iuramentum purgationis in actione iniuriarum reo deferri potest,sed quando,vide Gail.obser.106.lib.2.

In crimine priuato,pro quo ciuiliter agitur,potest Iudex ex eodem processu condemnare reum,etiam pro crimine.Craue.connsi.53.

Pœna in actione iniuriarum, cui applicetur, vide Maran. in suo Spec.de ordin.iudic. part.4. tit.an sit iudi.ciuil. vel crimi.distin.1.num.10.

Iniuriarum accusatio criminalis nō datur in Regno,si sint iniuriæ verbales.ibid.nu.12.

Iniuria æstimatur atrox ex aspectu per Iudicē, vel peritos.Bar.in l.2.ff.de feriis.

Iniuria facta vni ex consanguineis, omnes affines,& consanguineos afficit.Ozas.decis.104. nume.3.Gram.decisio.23. vide Maran. in suo Spec.de ordine iudic.part.6.tit.et peruenitur aliquando per viam inquisitio. nu.58. & Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.262.

Facta iniuria vni de Collegio,cęteri possunt agere.Guid.Pap q.464 Quia iniuria facta vni cōsorti, toti Collegio irrogata censetur. Franc. Marc.q 674.nu.4.

Iniuria facta vni de consortio, videtur toti consortio irrogata Barto.in l.cùm simus 21. C.de agricol.& cens.lib.11.

Iniuria vni socio facta, alterum socium tangit.l. si fratres 53 §.fin.& ibid.glo.ff.pro socio.

Iniuria facta patri,dicitur filio illata, & contrà: quia pater, & filius censentur vna, & eadem persona propter connexitatem,quę est inter eos.Gram.decis.23.nu.4.

Actio iniuriarum cōpetit mihi, si iniuria fuit facta meo famulo, aut Officiali. Guid. Pap. q. 557. Quia mihi facta videtur. Capel. Tholos. quæst.145. in additio. Marc.quæst.674.& Pet. de Rauen.sing.424.

Pro iniuria, quæ resultat ex occisione alicuius, qui agant, vide Boer. decis. 120. & supra tit. de interesse,quod debetur parti lęsæ.

Dominus potest prosequi iniuriam factam subditis.Io.Gal.q.42.in decisio.diuerso.

Vniuersitas agere potest pro iniuria facta particularibus: non tamen illam remittere potest. Craue.cons.[illegible]5.vide Menoch.consi.107.vol.2.

Post sententiam[illegible], qua fuit punitus vulnerans, potest agere vulneratus pro suo interesse, & iniuria.Bo[illegible] decis.289.nu.fin.

Iniuriarum actione potest ciuiliter, & criminaliter agi.vide Gram decis.37.num.11. Capel. Tholos.q.145.in additio. Mago.decis.Luc.26, Andr.Gail obser.65.lib.1.Sed quando cumulari possint hę duæ actiones,vide Fran.Marc. q.192.part.2.& Perillustr.D.P.Tessau.decis.18. Et quando dicatur agi criminaliter, vel ciuiliter, vide Craue. consi.53. & d.decisio.18.D. Tessaur. Hartma.cap.3.tit.de iniuriis.lib.2.

Actio iniuriarum ciuilis,an excludat criminalē, vide eundem D.P.Tessaur.d.decis.18.

Iniuriarum actio ciuiliter intentata,requirit specificationē.Aegid.Bella.cōclu.398.vide DD. de Rot.decis.1.aliàs 200.de accusat.in nouis.

In actione iniuriarum ciuiles articuli dati post terminum, sunt recipiendi, si sit res integra, & non intersit aduersarij. idem cōclusio.399.

Ciuilis, & criminalis actio ex eodem facto descendnes in eodē libello sub vtraque specie, potest intentari.Aegid. Bellam. conclus.400.

Actio iniuriarum descendens ex lege Cornelia est perpetua. Capel. Thol.q.140. Mysing.obser.84.cent.1.Sed prætoria est annalis, sed qd de ciuili,vide eundem Mysing. obser.7. cent. 5.& Clar.in sua Pract.§.iniuria.

Actio iniuriarum non solùm competit ad vindictam,sed etiam ad rem.Capel.Thol.q.145.

Agenti actione iniuriarum, an possit deferri iuramentum in defectum plenæ probationis,vide ibid q 244.

Libellus iniuriarum neque locum, neque tēpus habens,non debet admitti.Fran.Marc.q.718. nu.7 vide Andr.Gail.obser 64. lib.1.Sed quid continere debeat,vide DD. de Rota decis.1. aliàs 36.de accusatio. in nouis. & Clar.in sua Pract.§.iniuria.

Quando aliquis afficitur iniuria, non est necesse dicere in libello, vel alio loco, quòd proponens iniuriatus iniuriā ad anim[illegible] teneat, quia hoc potest colligi ex signis, & verbis. Hartma.cap.3.tit.de iniuriis.lib.[illegible].

Libellus, & articuli in actione ini[illegible]arū (etiam ciuiliter intentata) debent taliter specificari,quòd pars per illos certificari, & testes super illis deponere possint.DD de Rot. decis. 1.aliàs 30.tit.de libelli oblatione,in nouis,vide decis.1. aliàs 36. titu.de accusatio. ibid. & Ias.de actio.in §.superest,nu.5[illegible].

Si quis dixerit alicui, tu fuisti mercatus pro falso,vel es spurius,aut aliud iniuriosum, si verum dicat,an te[illegible]eatur actione iniuriarum,vide Gram.decis.37.Capel.Thol.q.127. in additio.Mysing.obser.4. cent.4.Andr. Gail.obser. 99.lib.2.Mago.decis.25. Rot.Floren.Boer.decis.4.Craue.cons.145.&168.Clar.in sua Pract. §.iniuria.Dec.consi.4[illegible].nu.4.& Bar.in §.1.Institut.nu.5.de iniuriis.

Iniuriarū actione qs tenetur vēdicare,licèt dixerit alicui crimē aliq[illegible] qd nō interesset Reipu[illegible] dūmodo verba iniu[illegible] ofa [illegible]ferant aīo iniuriādi.

Ioseph,

Ioseph.Ludo.decis.Luc.4.num.16.vide Andr. Gail.obser.99.lib.2.

Iniuriantes excusantur ex generali consuetudine, quando non animo iniuriandi obiecta proponunt, vbi verum crimen obiicitur.ibid. nume.21.

Proponens defectum contra testes in sui odium receptos, puta quòd sint infames, non potest conueniri actione iniuriarum, dummodo verus sit, & probetur talis defectus. Iaffre.Lanf. Balb.decis.395.Andr.Gail.obser.101.lib.2.vide Boer.consi.4.num.21.& 49.Rebuff.in constitutio.Reg. tractat. de reprobatio. testium, art.5.Tom.3.

Actio iniuriarum mihi competit contra illum, qui actum minus iuridicum contra me obtinuit, & fecit exequi.Guid.Pap.q.324.

Actio iniuriarum datur pro iniuria facta re, aut verbis, vt si quis dixerit alicui, tu mentiris, nec releuat illud, quod dici solet, saluo honore tuo: quia verbum iniuriosum præcedens, declarat voluntatem iniuriātis, quæ deest in reseruatione inde facta.Guid.Pap.quæst.465. Andr.Gail.obseruatio.101.lib.2. & Boer.cōsi. 4.nume.25.

Iniuriarū actione ꝓ qualibet minima iniuria agi potest: & facta in foro dicitur atrox. Ioseph. Ludo.decis.Luc.4.nu.13.

An iniuriarum actione quis teneatur, licèt protestatus fuerit illud facere non ānimo iniuriādi, nisi obiecta probauerit, vide d. decis.4.nu. 15.38.& 48.

Baculo aliquem percutiēs, an teneatur actione iniuriarū, vide Perillust. D.P.Tessau.deci.224.

Narrans verbum iniuriosum ab alio prolatum, tenetur actione iniuriarum.Fran.Marc.quæst. 933.in fine.part.2.

Anreus excipiens aduersus actorem de aliquo crimine, vel de aliquo, quod iniuriam sapiat, tenetur actione iniuriarum, si illud non probauerit.vide Mago.decis.26.Luc.

Mulier inhonesta à vicinis expelli potest: & mulieri, quæ palàm, & passim prostituta est, sed paucis sui fecit copiam, iniuriarum actio non competit aduersus illum, qui illam vocauit meretricem.Boer.consi.4.nu.54.& 55.

Si aliquis deposuerit in iudicio se audiuisse à Sēpronio asserente vidisse Caium, qui cognoscebat carnaliter filiam suam, & inde Sempronius hoc neget dixisse, non ob id poterit Caius agere ad iniuriam contra ipsum testē. Craue.consi.13.& 78.Tamen, si probaretur Sēpronium hoc dixisse, ille poterit condemnari.Craue.d.consi.78.

Obiiciens alicui crimen, de quo Princeps gratiam fecerat, tenetur actione iniuriarū. Crau. consi. 168.

Procurator Fisci si obiecerit crimen falsum, tenebitur actione iniuriarum.Craue.ibid.

Si quis vocet me debitorē suū, & hoc nō sit verum, tenetur mihi actione iniuriarum. Guid. Pap.sing.739.

Si aliquis eleuauerit manū vt me percuteret, & si non percusserit, potero nihilominus agere actione iniuriarum. Pet.de Rauen. sing.376.

Actio iniuriarum non datur inter coniunctos, sed actio in factum.idem, sing.423.

Si dederim alicui litteras, vt illas adferet amico meo, si litteras, & cōtēta in illis diuulgauerit, tenebitur mihi actione iniuriarum.Bart.in l.1.§.si quis.ff.depositi.

Plures si inferant iniuriam vni, omnes tenētur. Barto.in l.Prætor ait.§.si ad plures.ff.de sepul. violato.

Mitens aliquem mitratum ad aliquem Iudicem, tenetur lege Iulia de vi publica. Bar. in l.7.ff. ad leg.Iuliam de vi public.

Emancipatus filius, si iniuriarum habeat actionem, nihil conferre debet: magis enim vindictæ, quàm pecuniæ habet persecutionem.l. 2. §.emancipatus.ff.de collatio.bono.

Si pater filij nomine agat, iniuriarum, cùm duæ sint actiones, vna patris, altera filij, cessat de rato cautio. l. non solùm 39. §. si pater. ff. de Procurato.

Absente patre, præsens filius potest agere pro sua iniuria.l.12.ff.de in ius vocando.

In actione iniuriæ damna, & interesse semper peti possunt, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter.Fran.Marc.q.192.part.2.

De iniuriis, & actione iniuriarum vide per Papon.libro octauo.titulo tertio, & Ioan.Crisp. in suo tracta.termino.actio.post volumen Ias. de actio.num. 38.Clar.§.iniuria. & Abb.in sua Pract.cap.136.

Emenda iniuriæ verbalis qualis esse debeat, vide Papon.ibid.arrest.18.

Actio iniuriarum potest cedi, & vendi. Guid. Pap.sing.718.vide Bart.in l.9.C.de hæredit. & actio.vend.

Iniuriatus vtrum possit reproperare iniuriam, puta vocando latronem eum, qui ipsum iniuriatum vocauit extirpatorem bonorum Vniuersitatis, vide Capic.decis.58.

Iniuriatus quando reproperat animo se defendendi, vel animo se vendicandi, quando cognoscatur, vt mitius puniatur, vide ibid.

Iniuriatus, cui dictum fuit, quòd erat cornutus (quia adire Iudicem pro tali iniuria esset verecundia) potest propria auctoritate iniuriam vlcisci, ne fortè res transiret in derisum. vide Gramma. decisio. 14. numero vndecimo.

Prouocatus si faciat, vel dicat iniuriā prouocāti,

non tenetur iniuriarum actione: quia videtur potius illa ex causa sui iuris conseruandi facta, quàm iniuriandi. Gram. deci. 37. nu. 3. & 4.

Si dixi tibi iniuriam animo purgandi me ab iniuria, quam mihi inferebas, nō teneor actione iniuriarum. Capel. Thol. q. 127. in additio.

Ille, qui facto, vel dicto iniurioso, ad iram prouocatus calore iracundię, aliquid iniuriosum dixerit, iniuriamque retorserit, actione iniuriarum non tenetur, quod intelligendum est cum moderamine, de quo vide per Andr. Gail. obser. 100. lib. 2.

Officialis Principis, durante officio, non potest (inconsulto Principe) etiam ad repellendā iniuriam mentitā dare, ex qua mentitus posset promoueri ad rixam. Menoch. consi. 107. num. 15. vol. 2.

Si quis dixerit mihi iniuriosa verba, possum licitè dicere, tu mentiris, animo purgādi me ab iniuria mihi illata, nec teneor actione iniuriarum, vel de crimine. Hartma. cap. 4. titul. de iniuriis libr. 1. vide tamen cap. 27. ibid. & de materia per tot. tit.

Iniuriæ an hincinde compensentur, vide ibid. cap. 26.

Iniuriarum actione quis non tenetur, quando verba de sui natura non sunt iniuriosa. Iosep. Ludo. decisio. Luc. 4. num. 24.

Subiectum iniuriarum est animus iniuriādi. Mago. decisio. 26. Luc. num. 11. Ideò iniuria sine dolo non fit, & lata culpa non sufficit. ibi. nu. 12. vide Crauet. consi. 9. nu. 36.

Coniunctus non præsumitur voluisse coniuncto iniuriam facere: idem in subdito. Craue. consil. 9. num. 26.

Pro iniuria condemnari quis non debet, quando animum iniuriandi non habuit, licèt verba dicantur iniuriosa. Menoch. consil. 107. volum. 2. Crauet. dicto consil. 9. num. 36. Iniuria enim non infertur, dolo deficiente. Menoch. d. consi. 107. vide Craue. ibid.

Iniuria affici vt quis dicatur, non sufficit generale conuicium, vt quia fuerit dictum, tu es impius, vel imprudens, aut maledictus, sed verba debent continere speciem aliquam delicti. Natt. consi. 671.

Mentitus non dicitur iniuria affectus, si constet ipsum non dixisse verba, quorum prætextu fuit illata mentita. Menoch. cōs. 107. nu. 24.

Licitum est dicere parti, vel eius Aduocato, tu produxisti viles, & deprauatos testes, aut illos subornasti, vel falso instruxisti, absque periculo actionis iniuriarū. Guid. Pap. sing. 330.

De iniuria, quàm quis facit sibi, nemo agit. l. 55. ff. ad leg. Aquil.

Iniuriam sibi illatam sciens, & tacens, videtur remisisse. Ozas. deci. 77. num. 36.

Actio iniuriarum quādo tollatur dissimulatione, vide Bar. in l. Prætor ait. §. si is, cuius. ff. de sepulcro violato.

Iniuria non fit volenti. l. 1. §. fin. ff. quod falso tutore auctore: Ideò ille agere non potest: non tñ illa tollitur, quin Iudex pro publico interesse agere possit. Gram. decis. 37. num. 13. & Petr. de Raue. sing. 427.

An Princeps remittendo iniuriam coram se Officiali suo factam, iniuriati interesse remisisse videatur, vide Franc. Marc. q. 675.

Filius non potest remittere iniuriā, sibi illatam in præiudicium patris. Marc. q. 675.

Iniuriarum actioni præscribitur tempore anni, & diei, qui annus incipit currere à die scientiæ. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 4. nu. 54. vide Capel. Thol. q. 127. in additio. Franc. Marc. q. 192. par. 2. DD. de Rot. decis. 1. de iniuriis in nouis, Andr. Gail. obser. 105. li. 2. Clar. in sua Pract. §. iniuria, & Hartma. lib. 1. cap. 1. de iniuriis, & cap. 2. lib. 2. eodem tit.

Actio iniuriarum Prætoria, quæ finitur anno, nō perpetuatur per litis contestationem, quando quis nulliter egit. Capel. Thol. q. 127.

Per confessionem factā Sacerdoti, non cēsetur remissa actio iniuriarū quo ad interesse: quia iniuriatus per ipsam confessionē rancorē solùmodo dimisisse videtur. in additio. d. q. 127. Capel. Thol. vide Marc. q. 192. par. 2. Maran. in suo Spec. de ordine iudicio. par. 6. tit. & peruenitur aliquando per viam inquisitio. num. 88. Bar. in l. si tibi 18. §. quædam. ff. de pact. & in l. 11. §. iniuriarum. ff. de iniur. Fallit in casu, de quo vide per Hippol. sing. 256.

Iniuriā remittēs propter pecuniam, an efficiat infamis, vide Capel. Thol. q. 127. in additio.

Pacto gratuito iniuria remitti potest absq; infamia: secus si illud nō sit gratuitū. idē Gail. obser. 106. li. 2. Et tollitur pacto ipso iure. Bart. in l. si vnus 28. §. pactus. ff. de pac. vide Hart. cap. 5. tit. de iniuriis. l. 2. & d. l. si vnus. ff. eo. de pac.

Inhumanum est non dare locū veniæ, si ille, cui illata est iniuria, precibus ab inferente pulsasatur, & est contra fraternam Charitatem: & talis, q ita precib. impetrauit, ne secū ageret iniuria, nō efficitur infamis, nec confiteri crimē videtur. Hartm. cap. fin. de iniuriis lib. 2.

Iniuria non censetur remissa, si contingat iniuriātē cum inimico simul comedere, postquā fuit reuocata iniuria ad animū, & porrectus libellus. Capel. Thol. q. 234. vide Marc. q. 943. par. 2. Tñ ante porrectionē libelli, remittitur salutatione, commestione, & osculatione. Capel. Thol. q. 234. in additio. Sed aliàs quando censeatur iniuria remissa, vide Marc. d. q. 943. & Bald. singul. 141.

In re-

In remissione iniuriæ siue expressa, siue tacita, interesse, & damna remissa esse non censentur. Fran. Marc. q. 192. part. 2. & q. 943. Mysing. obser. 10. cent. 4.

Solutione æstimationis, actio iniuriarum tollitur. Andr. Gail. obser. 103. lib. 2.

Iniuria in scriptura illata, anno nõ tollitur: quia scriptura semper loquitur. idem Gail. obser. 104. lib. 2.

Quibus modis tollatur iniuria, vide Clar. in sua Pract. §. iniuria.

Pater remittere potest iniuriam factam filio, etiam illo inuito. l. in persona, & ibid. gloss. & Bart. ff. de pact. Nec alii fratres iniuriati accusare poterunt tanquam coniuncti. Maran. de ordine iudicio. part. 6. titu. et peruenitur aliquando, &c. num. 67. fol. 279 Sed dictum limitatur in patre vili. Maran. ibid. nume. 68. Et quãdo iniuria fuit illata á cõsanguineo, num. 71. ibid. Ludo. Roma. sing. 93. vide Capel. Thol. q. 242. & Fran. Marc. q. 675. ibid.

Iniuriam nobis factam, an teneamur remittere, vide glo. in c. si illic 23. q. 4.

Iniuria cùm semel remittitur, iterum reuocari non debet. d. cap. si illic 23 q. 4.

Actio iniuriarum non transit contra hæredes, neque in hæredes: ideò si ante litem contestatam moriatur iniuriatus, etiam fideiussores per eum dati censentur liberati. l. si cum 10. §. fin. ff. si quis cautionibus, facit l. 1. ff. de priuat. delict.

In actionibus cõpetentibus ad vindictam, cessat in integrum restitutio: ideò minor in hac actione iniuriarum, non restituitur. l. auxilium 38. ff. de minor. 25. ann.

De defensionibus reorum in genere.

Legibus omnibus conatum punientibus hodie per consuetudinem generalem totius Italiæ, derogatũ est. Ozas. decis. 19 nu. fin. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 15. Boer. decis. 316. vide D. Tessaur. decis. 243. Gram. decis. 2. num. 13. & 18 Cabal. milleloq 616. Pet. Roy. decis. 3 Litua. in decisio. diuerso. fol. 386. Clar in sua Pract. §. fin. q. 92. Maran. in suo Spec. disputa. 3. nu. 16. Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 360. vbi plenè, & pulchrè, & Maran. in suo Spec. par. 4. distinc. 1. tit. an sit iudic. ciuile, vel crimin.

Præmissa conclusio procedit quo ad pœnam ordinariã; secùs quo ad extraordinariã. Gram. decis. 2 & vot 8. vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 243. Sed quid obseruetur in hac Patria Pedemontana, attentis nostris ordinibus, vide d. decisio. 243. Tessaur.

An conatus in enormissimis, & atrocioribus delictis puniatur, licèt non fuerit sequutus effectus, vide Ozas. decis. 19. Boer. d. decis. 316. Ioseph. Ludo. decis. 15. Luc. num. 13. Gram. vot. 9. & decis. 38. num. 8. Cabal. milleloq. 616. Quòd puniatur pœna extraordinaria, scribit Clar. in sua Pract. crimin. §. fin. q. 92.

Conatus etiam in atrocibus pro consumato crimine non habetur, quando pœna est statutaria. Afflic. decis. 21. nu. 10. vide Gram. decis. 2. nu. 13. 15. & 18. & decis. 74. nu. 5. Pet. Roy. decis. 3. Litua. nu. 61. in decisio. diuerso.

Iudex, vbi per legem punitur affectus, ac si fuisset consumatus, potest arbitrio suo pœnam mitigare. Afflic. decis. 276.

Conatus non punitur, data pœnitentia sine impedimento. Capic. decis. 155. nu. 21.

Ratio iusta credẽdi excusat à pœna. Ozas. decis. 71. nume. 16. vide Guid. Pap. q. 446. Gom. Leo. decis. 28. in decisio. diuerso. Craue. consi. 2. nu. 8. & consi. 319. num. 14. Bar. in authen. ingressi. C. de Sacrosanct. Eccles. nu. 23. & in l. Titio 72. ff. de conditio. & demonstratio.

Rumor, publicaq; fama in Ciuitate, præstant iustam causam credendi. Bart. in l. fin. ff. de hæred. instituen.

Causa etiam iniusta, vel fatua excusat à dolo, & à culpa. Ozas. decis. 71. nu. 17 Rot. Genu. decis. 56. nume. 6. Afflic. decis. 31. in fine, Boer. decis. 168. num. 11. Franc. Marc. q. 51 nu. 10. part. 2. & q. 940. Cassad. decis. 36. nu. 4. in titu. de pensionib. decis. 2. & 6. tit. de caus. posses. & propriet. Hiero. Mago. decisio. 27. nume. 32. Luc. Gom. Leo. decisio. 28. & 62. in decisio. diuerso. Cra. consi. 18. num 9. & cons. 319. nu. 14. Clar. in sua Pract. §. fi. quæst. 50. vers. & generaliter. Verùm quòd causa iniusta non excuset à pœna; sed solùm iusta, scribit Marc. de Mant. sing. 41.

Quæ per iustum metum fiunt, excusationem merentur. Gram. decis. 5. nu. 11. Sed quando, vide ibid. decis. 18. Craue. consi. 319. nu. 5. & Fel. cõs. 50. num. 17.

Error facti, & quælibet causa colorata excusat à pœna. Feli. consi. 34. nu. 19.

Quælibet causa excusat à pœna ordinaria, & à dolo, & tunc excedens modum in se uindicãdo, tenetur de culpa, & non de dolo. Gram. decis. 5. nu. 27.

Multę sunt causę, ex quibus in criminalibus reus potest defendi, de quibus vide per Crau. cõsi. 6. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 60. & Raud. tract. de Analog. cap. 22.

An pręceptũ Iudicis excuset à pœna, vide Guid. Pap. q. 340.

Iracundiæ calor quãdo excuset in delictis, vide Boer. decis. 168. nu. 15.

Statuta pœnalia dicuntur tacitam habere conditionem, si delicta dolo committantur. Mago. decisio. Luc. 49. nume. 9. vide supra tit. de statut. pœnal.

Bona fides potest causari, non solum ex iustis rationibus, sed etiam ex iniustis, & temerariis. Raud. tract. de Analog. cap. 31. nu. 143.

In dubio iudicandum est pro reo, ne pœna locũ habeat. Ozasc. decis. 71. num. 67. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 85. Craue. consi. 144. nume. 5. vide Ant. Trigo. sing 70. Hippol. sing. 218. Bar. cõsi. 111. vol. 2. Et semper præsumitur pro eo, quod delictum excusat. Craue. d. consi. 244. Gram. decis. 56. nu. 17. & Bar. in l. 8. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunciat.

Interpretatio ea facienda est, vt delictum euitetur. Ozas. decisio. 79. num. 27. Craue. consi 9. nume. 20. & consi. 18. nume. fin. consi. 151. num. 38. & consi. 205. Bart. consi. 2. volum. 2. Et strictior facienda in pœnalibus, & odiosis. Gram. decisio. 74. nume. 8. & Abb. consi. 40. nume. fin. part. 1. Aut lata, quando est vtilior reo. vide Menoch. de Arbitra. lib. 1. quæst. 69. nume. 24. Nam in dubio pœnæ non sunt exasperandæ, sed moliendæ. Bar. consi. 32. vol. 2.

In criminalibus causis, quãdo variæ reperiũtur Doctorum opiniones, ea tenẽda est, quæ imponit mitiorem pœnam. Ozas. decisio. 80. nu. 8. Boer. decis. 164. num. 15. vide Cassad. decis. 5. nu. 21. de constitutio.

Duobus pœnis intentatis, mitiorem sequi debemus. Bart. consi. 33. vol. 2.

Præsumptiones duæ vbi concurrunt, quarũ vna est exclusiua delicti, & alia inclusiua, semper attenditur exclusiua. Gram. decisio. 18. nume. 5. Fran. Marc. quæst. 423. num. 21. vide Barto. in l. 3. §. elegãter. ff. ad Syllania. & Feli. consi. 50. nume. pen.

Propter præsumptionem etiam vehementem, non debet quis de graui crimine condẽnari. c. litteras 14. ex. de præsumptio.

Præmissis itaq; rationibus Iudex in re dubia in criminalibus, debet inclinare in mitiorẽ partem, & maiorem consequetur honorẽ in absoluendo reo, quàm in condemnando. Gram. decis. 28. nu. 25. & 26. pulchrè Crauet. consi. 6. nu. fin. Azo in summa tit. C. de pœn. nu. 17 Nam incerta, & dubia iudicari non possunt. cap. nomen 2. q. 1. Nec in illis sententia certa proferri potest. Craue. consi. 8. nu. 11.

Actus vbi ad delictum, & non delictum tendere potest, in dubio pro exclusione delicti præsumendum est. Fran. Marc. q. 695. Ideò si in aliqua parte mensis factum esset punibile, in aliqua nõ, non sufficit in accusatione expressio mensis, sed debet declarari pars illius punibilis, aliàs reus debet absolui: idem in loco. Iass. Lanf. Balb. decisio. 20. vide Ias. de actio. §. sequens, versic. ex maleficio, nume. 59. Bartol. in l. 8. §. sed & probari. ff. de oper. non. nunciatione.

Verba debent intelligi impropriè, & secundum fictionem, vt delictum euitetur. Crauet. consi. 9. num. 24.

Capitali pœna à lege, vel statuto imposita, de mitiori intelligitur. Maran. in suo Spec. de ordin. iudic. part. 4. distinct. 2. tit. an sit iudicium ciuile, vel criminale.

Pœna non debet excedere proprium casum, & vt odiosa restringi debet; non ampliari. Anto. Corset. in suis sing. lite. A. sing. additio.

Incertitudo excusat delictum: nam suspicionibus nemo damnari debet; sanctius enim est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare. Pet. Roy. decis. Litua. 5. nu. 200. Feli. consi. 49. nu. 6. facit l. absentem 5. ff. de pœnis.

Aequiuocum non probat ob incertitudinem: quia quod multipliciter intelligi potest, eius veritas ignoratur: & multæ in hanc rem scribuntur cõclusiones pro defensione reorum, per Raud. tract. de Analog. cap. 31.

Augmentatio pœnæ, quæ venit ex accidẽti præter naturam, non inspicitur. Bartol. consi. 40. volum. 2.

Initium, non autem finem in delictis fauore rei spectari, tradit Hippol. sing. 225. vide Bartol. in l. cætera 43. §. sed & si sperauit, de legat. primo.

Occasio non est habenda in consideratione, vbi non est ordinata ad effectum. Ozas. deci. 104. Fallit, vt ibid. num. 8. Nam causa facti inspici debet; non ipsum factum. Crauet. consi. 319 num. 7.

Malum contingens vltra intẽtionem nostram, nobis non est imputãdum. Ozas. in sua disputatione, an Principi Christiano fas sit, &c. nu. 9 inter eius decisiones, vide Hippõ. sing. 176. & Bart. consi. 111. vol. 2.

Quod fit lege permittente non punitur, sed vide Ozas. ibid. nu. 14.

Extensio de casu ad casum non fit in pœnis. Afflic. decisio. 21. num. 7. Aegid. Bellam. conclusio. 688. Etiã ex maioritate rationis. Vincen. de Fran. decis. 315. nu. 8. part. 2.

In delictis potius attẽditur animus; quàm actus delinquentis. Guid. Pap. quæst. 423. nume. 3. Tamen talis præsumitur voluntas præcedẽs, qualis colligitur ex facto, quòd sequitur. Cra. consi. 319. nu. 11.

In pœnalibus, & odiosis masculinum non concipit fœmininum. Boer. decis. 316. nu. 8.

Verba in pœnalibus debent propriè intelligi, & in exorbitantibus restringi; in correctoriis autem

autem extendi non debent. Cassad. decis.32. num.4.tit.1.

Quod fit simpliciter, & bona fide, puniri nō debet nec qui id facit, quod sibi licere putat. Craue.consi.3.nume.24.consi 9.nu.31.& cons. 75.Hoc verum, quando non sumus in prohibitis,idem Craue.consi.6.nu.89.

Actus palàm gesti excusationem habent. Menoch.de Arbitr.lib.2.cas.244. Ideò palàm delinquens excusatur, & non delinquisse videtur,error enim potius præsumitur, quàm sciētia delinquendi.ibid.nu.11.

Delictum sine fraude,& dolo commissum, non dicitur esse punibile. Ozas. decisio. 109. vide Craue.consi.8. Menoch.consi.98.volum.1.Nā cessante dolo, de pœna aliqua tractari non oportet.Craue.consi.219.nume.15.vide Clar. in sua Pract.crimin.§ fin.q 84.

Ex quibus caussis quis possit excusari à dolo, & à culpa,vide Craue.consi.319.

Statutum,vel lex disponens, quòd inuentus puniatur,intelligitur, si in ipso actu inueniatur, & apprehendatur. Gom.Leo.decis.30.in decisio.diuerso. & Barsatoram.in l. si Bariat. 13. C.de fideiusso.& mandato.

Exportare quid prohibitus,antequam loci fines excedat,non incidit in pœnam. Pet.Roy.decis.3.Litua.nu.27.in decisio.diuerso.

Submittens se misericordiæ alicuius, non intelligitur se submisisse eius arbitratui; sed videtur se submittere sub cōditione,si fiat sibi gratia. Guid.Pap.q.495. Et iuri suo renūciare nō videtur.Marc.q.389.part.1.

Submissio bonæ gratiæ Iudicis,vel Domini, qd operetur,& an reuocari possit: & quid, si ex ea reus lędatur:& ipsa submissio bonæ gratiæ tacitam conditionem continere censetur, si fiat grã, alioqui reus in pristinū statū restituēdus est. D.Sol.in constitutio. antiquit. Sabaudiæ glos.quarta,super secunda parte decreti, ne maleficia, titu.de accusatio.folio centesimo sexagesimo sexto.

Consuetudo licèt sit praua, iniusta, & temeraria, tamen excusat à pœna temporali. Gram. decis. 50. nu.3. vide nihilominus ibid.nu.5.& Craue.consi.280.circa medium.

Consuetudo reprobata excusat quem à pœna temporali;non autem à gehennali. Ludo.Roma.sing.19.

Cōsuetudo Prouinciæ excusat in illis, in quibus aliquando quis non excusaretur. Bartol.in l. 1.C.de exact. & translat. libr. 12. Sed quando aliàs consuetudo excuset, vide supra titu. de consuetudine.

Præbentes auxilium,consilium,vel fauorem maleficio, mitius puniuntur, quàm principales delinquentes, licèt statuto caueatur, quòd puniantur eadem pœna.vide Hippol.singul. decimoquinto.

Dolus non solet committi sine animo lucrandi, & aduersus personam non maliuolam:& doli causa cessante, cessare debet doli præsumptio,& vbi causa doli verisimilis nulla imaginari potest,etiā cessat eius præsumptio.Crau. consi.75.nu.13.& 14.

Dolus non præsumitur contra facientē id,quod cedit ad sui damnum. Craue. d. consil.75.numero 18.

Pariter non imputatur dolus facienti aliquid, quod & si factum non esset, idem tamen futurus erat euentus.Craue.consilio 115.nume. finali.

In rixa præsumitur quis fuisse in dubio animo mediandi, & separandi rixantes; non animo offendendi.Craue.consi.151.num.18.vide Menoch.de Arbitra.lib.2.cas.361.

Cessat dolus in eo,qui aliquid accipit, vt dominō restituat. Craue. consi.319.nu.2.

Cessat delictū in accessorio,vbi principalis non deliquit.Craue.ibid.nu.12.

Nunquam præsumitur quis delinquere ex actu, quem facit, nisi quādo delictum ei esset fauorabile.Craue.consi.319.nu.13.

Caritate cessante, cessant edicta facta eo tempore.D.Sol.in constitutio.antiq.Sabaudiæ gl. 2.in proęmio,nu.31.

Tolerantia Superioris dispensationem producit,facultatemque,& securitatem præbet.idē D.Sol.ibid.glo.4.nu.40. & Cassad. in consuet. Burg.tit.*Des droicts* §.7.glo.15.nu.55.

Deferens arma prohibita,dissimulantibus,& tolerantibus Officialibus,pœnam euitat.D.Sol. ibid.num.43.Et communis error Populi facit ius.bid.num.44.

Actio ciuilis vbi non oritur, nec criminalis oriri potest.Maran.in suo Specul.de ordin.iudic. part.4. distinctio.1. titu. an sit iudic. ciuil. vel crimina.

Pœna non inducitur contemnenti reformationem statuti,si statutum reformatum solùm pęnam inducat. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 276.nu.2.sed vide ibid.nu.3.

Furiosus delinquens quando à pęna excusetur, vide Menoch. ibid. cas.325. Quando ebrius, cas.326.vide c.sanè 15.q.1. & Bar.in l.11.§.delinquant.ff.de pęn.nu.3.

Dormiens delinquens quando excusetur à pœna,vide Menoch.ibid.cas.327. Quid in capto amore,cas.328.

Proclamata non seruata, non ligant. Rebuff.in constitut.Reg.gl.5.proęmio,nu.16.

Falsis mensuris vtens minister,& conductor molendini,excusatur, si illas habuerit à domino molendini,& illis vsus fuerit bona fide,prout

vsus

vsus fuerat eius antecessor. Nat. cõsi. 72. Tom. 1. vide supra tit. de mensuris.

Statutum, quòd non debeat extrahi frumentum de aliqua Ciuitate, non prohibet extrahi illud, quod ibid. ex alio loco fuerat conductũ. Bartho. de Capu. sing. 98.

Si fiat statutum à Principe, quòd qui portauerit frumentum extra Ciuitatem, cadat in pęnam amputationis manus, tale statutum non cõprehendit portantem frumentum extra Ciuitatem pro vsu suo, etiam si postea, mutata voluntate, illud alienauerit. Hippol. sing. 86.

Clausula, qua cauetur esse puniẽdum dolosum, & temerarium, hominem simplicem, ac sine dolo, & præsumptione non ligat: nam non agens in contemptum legis, pœnam non incurrit. Hippol. sing. 287.

Qui facit id, quod solitum est, & consuetum, licèt illicitũ, à dolo, & culpa liber, & immunis erit. Hippol. sing 642.

Omnis iniuria, quæ fit à parentibus vsque ad septimum gradum, non præsumitur animo iniuriandi facta. Barto. in l. 3. ff. de Iustit. & iure. nume. 4.

Scribens, vel committens falsum sine dolo, non punitur. Bart. in l. 21. §. si seruus. ff. de actio. rer. amot. vide supra ad leg. Cornel. de fals.

Fama excusat à præsumptione doli, & à pœna. Bart. in l. fin. ff. de hæred. instituen. nu. 7. & 8. & in l. 30. §. quod. ff. de acquir. hæred.

Credens consilio alterius, si per se scire nõ debet, excusatur. Barto. in l. bonorum 10. ff. de bono. possessio.

Nec suspicionis arbitrio, nec ante verum, & iustum iudicium, quis condemnari debet. c. primo semper 2. q. 1.

Præstans opem delinquenti ad euadendum, nõ videtur opem præstare maleficio. Barto. in l. furtum 64. ff. de furtis.

Delinquentes ignoranter excusantur, quando delictum non cõmittitur principaliter in iniuriam alterius; alias secùs. Bar. in l. adulterium 38. ff. ad leg. Iul. de adulter.

Delinquere qui incoauit, & non perfecit, quia noluerit, excusatur. Bart. in l. qui falsam 19. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Producens falsum instrumentum, potest vsque ad sentẽtiam de errore suo ostendere: & qui produxit falsum aliquod, si abstineat ab vsu excusatur, nisi procurasset fieri falsum. Barto. in l. diuus 31. cod. tit.

Si te offendam causa inuandi extraneum, non teneor. Bar. in l. culpa 51. ff. de reg. iur.

Computatio graduum secundum ius Ciuile attenditur, quo ad punitionem maleficiorum. Bar. consi. 224. vol. 1.

Insultans, & vulnerans non est condemnandus de insultu, & vulnere, stante statuto disponente, delinquentem esse puniendum diuersis pœnis pro his duobus delictis. Barto. consi. 9. nu. 6. vol. 2.

Qualitas delicti, quę aggrauat, vel exonerat delictũ, debet probari: tamen in maleficiis quędam sunt, quæ à iure præsumuntur, & tunc qui allegat contrarium, tenetur probare. Bartol. consi. 41. vol. 2.

Quod geri potest duplici iure, videtur geri eo iure, quo res melius valet, & gerẽti licet. Bar. in suis quæstio. q. 5.

Accusatio, vel inquisitio si facta fuerit de insultu facto armis, vel de percussione, cum sanguinis effusione, & postea probetur simplex insultus sine armis, vel pcussio sine sanguinis effusione, debet ferri sententia absolutoria. Abb. consi. 78. part. 1.

Respondens facile in dubiis quæstionibus contra Fiscum, non delinquit. Abb. consilio 106. part. 1.

Prohibita re vti licet, quãdo est aliquid permissum, ad quod perueniri non potest, nisi per rem prohibitam. Feli. consi. 16. nu. 4.

Dispositio, quæ loquitur negatiuè hoc modo, si aliquid non fuerit factum, non faciens perdat quid, requirit monitionem ad hoc, vt pęna incurratur. Feli. consilio trigesimoquatto, nume. 11.

Cogitationis pœnã nemo meretur. l. cogitationis 18. ff. de pœnis, vide gl. in §. sed etsi, Instit. de oblig quæ ex quasi delicto.

Nunquam ex postfacto crescit præteriti delicti æstimatio. l. 181. §. fin. de reg. iur.

Dans causam damni, damnum dedisse videtur: fallit, quando quis dat operam rei licitæ. glo. in verbo, mortuus. §. fina. Institutio. de leg. Aquil.

Scientia est de substantia delicti in omittendo: & delictum, quod committitur in negligendo, non punitur criminaliter. Ozasc. decis. 71. nu. 36. & 37.

Licèt regulariter probationes debeant de necessitate concludere: tamen hoc fallit in criminalibus pro rei defensione: quia in illis sufficit, vt reddant intentionem Fisci dubiam ad obtinendam absolutionem. Gram. decis. 56. num. 18. & 19. Et probatio semiplena sufficit ad probandam defensionem: quia dubia probatio sufficit, vbi agitur de causa defensionis. Craue. consi. 2. nu. 16.

Ad probandam defensionem rei admittuntur testes deponentes per verbum, credo, & probant. Ias. in l. vt vim. ff. de Iustit. & iure, Hippol. sing. 19. Io. de Arnono sing. 24. & Bar. cõs. 15. nu. 6. vol. 2.

Pariter admittuntur testes domestici. Ias. in d. l. vt vim

vt vim, num.5.ff.de Iustit.& iure, Fran.Marc.q.286. part.2. Natt. consi.359. Ioan.de Arnono sing.25. Aluis. de Alber. sing.19. Quia testes, qui aliàs non admitterentur, admitti debent indistinctè pro defensione, & fauore reorum. Gram.decis.56.nu.16.

Testes Fisci in criminalibus debẽt esse integri, & omni exceptione maiores: & cõtrà, ad defensionem rei admittuntur familiares, & minus idonei. Fran.Marc.q.423.nu.22. Imò inhabiles. Papon.lib.9.tit.1.arrest.35.& Craue.cõs.2.num.10.

Accusatus potest ad sui defensionem vti testibus p se reprobatis. Papo.lib.24.tit.5.arrest.11.

Coniuncti testes etiam admittuntur ad probandam defensionem. Craue. consi.119. nume.9. Natt.consi.359. Sed quando frater pro fratre admittatur, vide Ioan. de Arnono sing.40. Et hoc casu probationes leuiores sufficiũt. Cra. consi.75.nu.12.

Quando tractatur de puniendo reo, probationes debent esse certæ, plenæ, & concludẽtes: nam in pœnalibus non est locus iuramento suppletiuo. Rot.Genuen.decis.5. & Boer. decisio.288.

Sicut testium depositiones ampliantur in criminalibus pro defensione inquisitorum; sic & testes contrarij sunt adstringendi, & multũ reprobandi, nisi sint omni exceptione maiores. Gram.decis.56.nu 9.

Testibus deponentibus pro non delicto magis creditur, & deponentibus quem bonum potius statur, quàm deponẽtibus quem malum. Ioseph.Ludo.decis.Luc.3.nu.22.& 24.

An publicatis processu, & attestationibus vtriusque partis, possint de nouo in criminalibus examinari testes ad offẽsam, & ad defensam, vide Clar.in sua Pract.§. fin. quæst.61. Quo ad defensam pro affirmatiua, scribit Natt.consi.359. Etiam super iisdem capitulis. Natt. ibid.

Sanguinẽ suum redimere vnicuique licet quoquo modo. Ozas.decis.66. Marc.q.660.part.1. & q.92.part.2. Tamen alteri hoc non permittitur, veluti Aduocato. Marc. de Mant. singul.456.

In criminalibus quando liceat se quoquo modo redimere, vide Bart.in l.1.C.de iureiuran. propt.calum.dan. & in l.qui explicandi 10.C. de accusatio. Hartma.cap.11. tit.de accusatio. lib.2.

Ratio proximitatis excusat, & repellit suspicionem incestus. Craue.consi.321.

Vxor receptans maritum bannitum, vel aliàs delinquentem, non punitur. Rolan. consi.45. num 54.vol.1.

Inter coniunctas personas non permittit naturale ſ..lus turpe aliquid suspicari. capitu. penult.extr.de præsumptio.

Accusato in causa sanguinis licet pecuniã dare; nõ accipere. gl.in verba, nummos, c.prohibentur 2.q.1.

Parentes à pœna capitis excusantur, quando nõ reuelarunt tractatum, aut defectum filij. Oza. decisio. 80. nume 9 Ratione enim sanguinis delinquens mitius punitur. Gom. Leo. decis. 28.nume.8. in decisio.diuerso. Vbi scribuntur quamplura exempla.

Nemo præsumitur velle iuramentum contemnere, & propriam offendere salutem. Ozasc. decis.66.nu.14.

Negationis pœnas euitat, qui nondum conuictus, se ipsum corrigit. Ozas. d.decisio.66.nu. fin.vide eundem, decisio.79.num.18. Sed pœnitentia in delictis quando prosit.vide Capi. decis.155.nu.29.

Probus vir dicitur habere præsumptionem iuris pro se. Ozas.decis.71. nu.25.

Testes deponentes de bonitate alicuius aliis præferuntur, cæteris paribus. Craue. consi. 6. nu.63.& cons.75.nu.21

Morti proximus non præsumitur mentiri, nec esse immemor salutis æternæ. Ozasc. decisio. 79.nume.20. Gram.decisio.56.nume.14. Nam morti proximus in eo, quod agit potius arguit desiderium salutis, quàm fraudẽ, de qua in extremis laborantes non videntur cogitare; sed solùm de salute. Gram.d.decisio.56.nu. 15. Ideò hoc casu exculpatio socij criminis prodest exculpato. Ozas.d.decisio.79. nume. 21. Bald. & Ias.in l.1.C.commu.delega. Alex. in l. si quis.§. si quis moriens.ff.ad Syllania.& consi.24.volum.2. Cepo.consi.2. in fine, Licèt antè eum inculpasset. Gram.vot.3. nume.16. & 17. vide Gram. d.decis.56.nu.11. & vot.24. num.14. Craue.consi.6.nume.61.& Clar.in sua Pract.crimin.§.fin.quæst.52.

Nemo tormentis se submittere tenetur, nec in discrimine vitæ suæ ponere. Oza.dec.80 nu.2.

Primi motus nõ sunt in potestate hominis. Oza. d.decis.80.nu.3.

Defensio vnicuique de iure licita est, quo ad sui, & suorum tutelam. Ozas.in sua disputatione, an Principi Christiano fas sit, nu.1.& 14. vide supra tit. quando liceat vnicuique, &c.

Princeps non potest statuere, vt non detur reo defensionis copia: quia defensio est de iure naturali, & naturalia Princeps tollere nõ potest. Affli.decisio.391. vide Gram. decisio.36. nume.53.& Hippol.sing.388. Hac ratione defensioni renunciari non potest. Afflic.d.decis. 391.num.9, Gome.Leo.decisio.10. in decisio. diuerso. Tom.2. vide Clar.in sua Pract.§. fin.q. 49. Ant.Corset.in suis sing. litera P.sing.præfatio 1. Bar.in l.47. ff. de pact. Facit regula illa, quòd

quòd liber homo non eſt dominus membrorum ſuorum.l.liber homo 13.ff.ad leg. Aquil.

Ad defendendam rei innocentiam, an tertius comparere poſsit ſine mandato, vide Capic. deciſio.143.Dec.conſ.429. Et quid in coniuncta perſona, vide Fran. Marc. quæſt.164.& d. deciſ.143.Capic.

Quia in criminalibus defenſio tolli non poteſt, naturali ratione dictante fit, vt quis poſsit ſe defendere per fas,& nefas;naturalis enim eſt viuendi dulcedo.Gram.deciſio.36. nume.51. Ideò Iudex defenſionis termini reo (etiã nõ petenti) dare debet. vide Hippol. ſing.388. Aliàs reus condemnari nõ poteſt.Clar.in ſua Pract.§.fin.q.49.verſ.eſt igitur.

Defenſioni,vbi agitur de pęna ſanguinis, Papa, & Imperator derogare non poſſunt. Gram. deciſ.36.nu.52.

Defendere quis alium de iure Ciuili non tenetur, niſi in certis caſibus. vide Boer. deciſio. 83.nume.6.

Reus ante ſententiam, ſemper poteſt allegare ſuas defenſiones. Aegid.Bella.concluſio.688. num.29.& Guid.Pap.ſing.988. Nec poteſt Iudex in criminalibus de iure ſtatuere reo vnã dilationem,& peremptoriam pro tribus. Iaff. Lanf.Balb.deciſ.428. Imò etiam poſt ſententiam.Menoch.de Arbitra.lib.2.caſ.416.nu.39. & Bart.conſi.107.vol.1.& in tract. de quæſtio. vide l.1.§.ſi quis.ff.de quæſtio.

Statuto cauente, quòd filius puniatur propter delictum patris, filius comparendo pro ſuo intereſſe,& dãdo capitula defenſionalia, debet admitti,non obſtante contumacia patris delinquentis.Hiero.Mago.deciſ.Luc.94.

In notoriis ordo eſt, ordinem non ſeruare: ſed non ex hoc ſunt tollendæ defenſiones. Vinc. de Fran.deciſ.324.nu.5.part.2.

Factum pro defenſione non debet probari ante formatum proceſſum ſuper inquiſitione, ſine accuſatione criminali,Papon.lib.24 titu. 5.arreſt.12.vide Bart.in l.4.C.de vſur.pupilla.

Tempus defenſionis reorum in hac Patria præfigitur ſpacio vnius menſis,vt habetur in conſtitutio. antiq. Sabaudiæ tit. de tẽpore ad defenſiones faciendas conceſſo lib.2.

Iudex inquirit de defenſionibus rei in criminalibus ex ſuo officio, licèt reus non ſe defendat,& ad hoc tenetur. Maran. in ſuo Spec.de ordine iudic.part.6.tit. et peruenitur aliquando per viam inquiſitionis, nume. 183. Et de innocentia etiam non allegata. Boer. deciſio.164.

Dilatio defenſoria in criminalibus poteſt dari, etiam poſt cauſæ cõcluſionem. idem Maran. part.6.tit.de dilatio.

Non obſtante ſtatuto cauente,quòd quilibet cõtumax habeatur pro confeſſo,ſi legitimè fuerit citatus, tñ cõparens in iudicio ad oſtendẽdũ de rei innocentia,debet admitti,ſed quãdo,vide Rol.conſi 47.vol.3.

Teſtis deponẽs vidiſſe accuſatum percutere ad ſui defenſionem,probat, & facit locum abſolutioni.Bar.conſi 110.vol.1.

Quæ defenſiones poſsint adduci per contumaces contra præceptum pęnale factum de regiſtrando bona,quæ virtute præcepti illi non regiſtrarunt,vide Natt.conſi.338.

Prohibitio generalis reſtringi debet, vt non cõprehendat notoriè licita, & publicè facta, & aliàs reſtringitur per Craue.conſi.3.

Si reus accuſetur protuliſſe verba iniurioſa contra Principem,arguendo à nõ veriſimili, quæ præſumptiones poſsint adduci pro rei defenſione, vide Craue.conſi.6. & Menoch. de Arbitra.lib.2.caſ.377.

Quidam nauta recuſauerat recipere in nauim quoſdam bubulcos,qui propterea coacti fuerunt aquarum furori ſe committere, altero illorum ſubmerſo,& mortuo,nauta inquiritur à Fiſco,Crauet.illum defendit,conſi 8.

Quæ defenſiones poſsint adduci in fauorẽ ſcribentis epiſtolam demonſtrantem Principem non poſſe, nec debere imponere onera contra priuilegia Communitatis,vide Rol.conſi. 11. volum. 3. Et pariter quæ poſsint adduci contra proclama factum, vt quis teneatur habitare in loco, ſeu territorio Domini, in quo poſsidebat aliqua bona, vide Menoch. conſi.182.lib.2.

Reus contra notorium, quando poſsit ſuas excuſationes proponere, vide Bart.in l.ſcriptus 4 ff.de Relig.& ſumpt. fune.

De defenſionibus Illuſtrium perſonarum vide in l.16.& pen.C.de dignitatib.lib.12.

Aduocatus Fiſci, vel eius Procurator nõ debet eſſe præſens, quando in cauſis Fiſcalibus examinantur teſtes cõtra Fiſcum. Pet. Beninten. deciſio.60.

Particeps criminis in criminalibus, non eſt idoneus teſtis.Fran.Marc.q.423.nu.17.& 18. vide ſupra tit.de indic.

Delictum commiſſum noctu eſt difficilis probationis, imò tunc teſtes deponentes non probant, niſi luna apparente. Marc.q.764.par.2. Delicti etiam noctis tempore commiſsi ignorantia præſumitur.Ozaſ.deciſ.138.nu.25.

Plures imperfectæ probationes regulariter in criminalibus non poſſunt coniungi ad faciendam plenam probationem, & perfectam ad hoc, vt reus poſsit condemnari. Myſing. obſer.33. centu.5. vide Clar. in ſua Pract. §. fina. quæſt.63.

Teſtes ſingulares in delictis non cõcludunt ad con-

condemnationem: sed ad minus requiritur, vt duo de eodem statu deponant. vide obse. 60.Senat.Thol.in decisio.diuerso.fol.164.

In criminalibus probationis vice, iuramentum deferre licitum nō est.vide ibid.obser.65.fol. 265.& glo.in c.tam 33.ex.de testib.Nec ad dictum vnius testis quis puniendus est. cap.veniens.10.eod.

Testes in criminalibus tenentur rationem reddere etiam non interrogati, aliàs non probant. Maran. in suo Spec. part.6. tit.si autem producuntur testes,nu.12.& Craue. consi.113. nu.10. Et hoc verum si deponant contra reū; secùs si pro illo.Hippol.sing 658.

Testes in criminalibus non deponentes verisimilia dicuntur de falso suspecti. Craue. consi. 115.num.12.

Quæ probationes requirantur in criminalibus, & quæ non admittantur, vide Dec. consilio 499.

Absolutio cōdemnatione fauorabilior est:ideò licèt duobus testibus affirmātibus, quàm decem negantibus magis credatur,tamē in criminalibus id locū non habet. Hippo.sing.541. In quibus fauore rei magis creditur testibus negantibus.Fel.consi.50.nu.28.

Maleficium debet probari per testes;& non per instrumenta.Bar.in l.3 §.idem.ff.de testib.

Minor 20.ann.in criminalibus nō potest esse testis,sed,si examinetur,an faciat iudicium, vide Bart.in l.1.§.impubes ff.ad Senatusconsul. Syllania & in l.2.§ pupillus.ff.de accusatione.

Testibus examinatis per Iudicem ex officio super accusatione, accusatore non petente, an fides præstetur, vide Bar.in suis quæstio.q.14.

Culpa vbi non est,regulariter pœna esse nō debet:quia delicta suos auctores tenere.Ozasc. decis.88.nu.3.& glo.in c.2. ex. de constitutio.

Contra committentem delictum per latam culpam, an possit agi criminaliter, vide Maran. in suo Spec. de ordine iudi.part.4. distinct.1. tit.an sit iudic.ciuil.vel crim.nume.75.

Lata culpa in criminalibus dolo non æquiparatur: fallit quo ad pœnam pecuniariam.Ozas. decis.104.vide Guid. Pap. quæst.446. Clar. in sua Pract. §.fin.q 84 Bart.in l.1.ff.de legib.& in l.1.§.non autem.ff si quis testamento.

Culpa quælibet etiam leuissima abesse præsumitur ab his qui operam dant rei licitæ. Cra. consi.319.nu.17.

Vbi ad incurrendam pœnam requiritur dolus, non sufficit,q culpa adsit.Abb.consi.4. par.1. nume.fin.

Delictum mali exempli commissum lata culpa, non punitur pęna mortis. Maran.in suo Spec. de ordin.iudic.part.4.distinct.1.iudi.tit. an sit iudi.ciuil.vel crimin. nu.79. Sed quid de leui culpa,vide ibid.nu.86.vel leuissima, num.89.

Quando culpa puniatur saltem pœna extraordinaria,vide Ias.in l.in actionibus,num.24.ff.de iureiuran.& Bar.in l.respiciendum 11.§. delinquunt nu.4.ff de pœnis.

Simplicitati perficiendum est, & sine causæ cognitione non debet quis condemnari, nisi in notoriis.c.ad audientiā 34. ex.de appellatio.

Pœna non debet excedere delictum. c.2. ex.de his, quæ fiunt à maiori part. capit. Sed iustus quando excuset,vide Bart. in l.6. §. qui iussu. ff.de his,qui notant.infam.

Quis vitio naturali excusatur, nisi culpa sit admissa.Barto.in l.27.ff.si quadrup.pauper.fecis. dicat.

Delictum punibile esse non potest,quod in alterius damnum non tendit. Ozasc. decisio.109. quod declaratur ibid.num.7. vide Gram. decis.2.num.37.

Ex delictis de præsenti,non præsumitur in præteritum.Ozas.d.decis.138.nu 30.

Delictum imprudentia commissum excusatur. Mago.decis.36.Luc.nu.24.

An ex proposito, & animo, vel casu quis dicat commisisse delictum,vide Menoch.cons.361.

Congregatio dicitur licita, si fiat ad bonum finem.vide Craue.consi.4.& infra lib.2.titu.de monopolio.

Appellationi expresè renunciari in criminalibus non potest.Afflic.decis.78. nu.3. Nec iuri publico quis renunciare potest. c. contingit 36.ex.de senten.excommu.

Necesitas nō habet legē,facitq; de illicito licitum.Ozas.in sua disputatione,sed an Principi Christiano fas sit, &c. vide Ias.in l.vinum.ff.si cert.pet.nu.3.& ibid.Dec.

In casibus 24.dignis pœna mortis, reus ad mortem non damnatur,quos refert Cassan.in cōsuetud.Burg.tit.*Des Iustices*.§.5. gloss.13.nu.15. vsque ad 124.

Dolor iustus facit,vt pœna ordinaria ex dolore causata temperari debeat in delictis. Gram. decis.5.Vel vehemens iracundię calor.Andr. Gail.obser.106.lib.2.nu.12.vide Ludo.Roma, sing.514.nu.5.

Difficilimum est magnum temperare dolorem. Hippol. sing. 455. Ideò,si propter illum quis excedat, mori non debet;sed mitius puniri. Gram.decis.98.nu.5. Homo enim incenso calore iracundiæ motus, non est in plenitudine intellectus.Fel.consi.50.nu.18.

Iusta causa motus committens crimen, ex quo veniret illi imponenda pœna corporis afflictiua,non tenetur ad illam:quia quælibet causa excusat quem à pęna corporali.Gram.vot. 10.nume.22.vide glo.in §.fin.l.198.ff.de regul. iuris.

Inqui-

Inquisitus vbi per indicia, indubitata condemnari posset, nunquam Iudex illi veram, & meram pœnam delicti imponere potest; sed mitiorem. Gram. decis. 8. nu. 9. decis. 42. 56. nu. 29. decis. 96. vot. 21. nu. 8. & vot. 23. Papon. lib. 24. tit. 8. arrest. 1. Rot. Auenio. decis. 93. in decisio. diuerso. Vincen. de Fran. decis. 372. part. 2. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 274. & Math. Mathes. sing. 37. in additio. nu 9.

Pœna mortis vbi venit imponenda pro aliquo delicto, & ex aliqua causa illa minoratur, talis pœna minorata non poterit esse capitalis, nec corporis afflictiua; sed pecuniaria. Gram. decisio. 8. 23. nu. 8. 74. nu. 7. & decis. 98. nume. 9. Hippol. sing. 132. idem Gram. vot. 5. 23. & 24. & Rol. consi. 51. nu. 40. vol. 1.

Pœnæ diminutio in delinquente erit iusta causa, propter multa seruitia pstita Principi, seu Reipub. Gram. decis. 23. nu. 15.

Pœna minuitur ex multis causis, de quibus vide per Ioseph. Ludo. decis. 15. Luc. nu. 63. 70. 72. & 73. Raud. tract. de Analog. cap. 22. Azo. in summa tit. C. de pact. nu. 3.

Pœna ex causa venit mitiganda. Marc. de Mant. sing. 355.

Si manus debeat abscindi, minus potens abscinditur. Bar. in l. 2. C. de seru. fugit.

Iudex nedum potest, sed debet in pœnis legalibus interdum dispensare, & misericordiæ gratiam impendere. Gram. decisio. 5. num. 34. vide ibid. nu. fin. Nam pœnæ corporales, & pecuniariæ minuuntur certo modo. vide §. quia verò nos, Authen. vt nulli Iudicum.

Delinquens semel non debet æqualiter puniri, atque delinquere consuetus. Gram. decis. 5. num. 37.

Pariter dum est persona honesta, nec aliàs solita delinquere, potest pœna ordinaria minui. Gram. decis. 23 nu. 7.

Accusati boni mores, honestas, ac optima fama, & vita, & non consueti aliàs delinquere, in similibus faciunt, vt Iudex pœnam ordinariã minuere debeat, & etiam indulgere. Gram. decisio. 107.

Mori nõ debet quis pro vno delicto, licèt enormi. Boer. decis. 173. nu. 9. Nec illi est amputanda manus. Ioseph. Ludo. decis. Luc. 15. nu 90.

Delictum grauius, vel leuiter punitur ex pluribus causis accidentalibus, & qualitatibus, de quibus vide per Ioseph. Ludo. decis. Luc. 15. nume. 63.

De defensionibus, quæ possunt adduci pro Doctoribus ratione doctoratus vide per Bart. in l. 1. C. de dignitatib. lib. 10.

Nobilitas etiam aleuiat pœnam delicti in tantũ, quòd pęna minoretur, & hac ratione Nobiles mitius puniunt, quàm populares. Gram. decis. 23. nu. 9. vide eundem decis. 32. Quod procedit in pœnis corporalib. Gram. vot. 23. nume. 25. vide Gom. Leo. decis. 28. in decisio. diuerso.

Nobili regulariter non imponitur pœna ignominiosa. Gram. decis. 32.

Decuriones, & eorum liberi non damnãtur ad metallum, nec fustibus cedũtur. Gram. d. decis. 32. nu. 4.

Legitimè quid accipitur vltra debitum principalę, quando rei periculum est recipientis. glo. in c. si fœnerauerîs 14. q. 3.

Præscriptio viginti annorum tollit accusationẽ, & officium Iudicis in omnibus criminalibus. Iass. Lanf. Balb. decis. 486 Papon. lib. 24. tit. 11. arrest. 1. Clar. in sua Pract. §. fin. q. 51. vide Perillust. D. P. Tessa. decis. 208. Ideò, lapsis viginti annis, delinquens non poterit amplius inquiri: & crimen adulterij, & stupri præscribitur quinquennio, nisi cum illo cõcurrat incestus, vel violentia. Boer. decis. 26. Tamen talis præscriptio non currit, existente ignorantia delicti, veluti si ignoretur contra quem de delicto sit agendum. Boer. d. decis. 26. nu. 16.

Ex diuturnitate temporis pœna minoratur, sed quando, vide Perillust. D. P. Tessau. decis. 76.

Si maior cõtumax fuerit in infirmitate, vel alio impedimento impeditus, cuius respectu intra annum datum ad se purgandum non venerit, restituitur. Boer. decis. 63. nu. 13.

Fugere non dicitur, qui vadit ad Superiorem, & carceratus iniustè potest licitè fugere. Boer. decisio. 215. nume. 28. & 30. vide supra titu. de carcere.

Condemnatus miraculosè semel euadens, liberatur. Boer. decis. 217. nu. 18. Vbi scribit plura exempla, vide Papon. lib. 24. tit. fin. arrest. fin. & Raud. tract. de Analog. cap. 22.

Condemnatus si pro matrimonio à muliere postuletur, debet à pœna mortis liberari. vide Boer. d. decisio. 217. Sed quando, vide Papon. lib. 24. tit. 10. arrest. 14. & arrest. fin. d. lib. 24. tit. vltimo.

An condemnatus semel per ordinarium secularem, vel Ecclesiasticum, minori tamen pęna, quàm meretur delictum, possit iterum condẽnari, & puniri, de eodem delicto, vide Boer. decisio. 289. Fran. Marc. quæst. 907. & Marc. de Mant. sing. 240.

Sententia lata in criminalibus facit ius quo ad omnes, & præiudicat etiam non vocatis: quia non debet de eodem delicto pluries quis inquiri, nisi interuenisset collusio. cap. fin. ex. de collusio. detegen. Vel quis habuerit causam ignorantiæ. Fran. Marc. q. 238. Natt. consi. 225. To. 1. Vel superuenerint noua indicia. Marc. de Mant. sing. 239. Nam de eodem delicto nõ

debet

debet pluries quæri. Fran. Marc. q. 806. part. 6. DD. de Rot. decis. 5. tit. de senten. & re iudic. in antiquio. Mago. decis. 36. Luc. Papon. lib. 19. tit. 8. arrest. 14. & cap. 6. ex. de accusatio. Quod procedit, quando agitur ad eundem finem; aliàs secùs. Marc. d. q. 806.

Pœna dupli non potest quis puniri pro eodemmet crimine. Gram. vot. 2. nu. 11. vide Maran. in suo Spec. part. 4. distinctio. 1. tit. an sit iudicium ciuile, vel criminale.

Post iusiurandum purgatorium, accusator non admittitur ad accusandum super eodem crimine, nisi vellet probare, quòd iurans peierauerit. Mysing. obser. 82. cent. 2. vide tit. ex. de purgatio. Cano.

An hoc iuramentum purgatorium sit reo deferendũ in causis criminalibus, vide Clar. in sua Pract. §. fi. q. 63.

Delictum si variis pœnis puniatur, & mitiori pęna quis fuerit punitus, non poterit amplius maiori pœna puniri. Vincen. de Fran. decisio. 324. part. 2. & Papon. lib. 19. tit. 8. arrest. 10.

Hæresim suam intra quod tempus liceat abiurare, & an etiam post sententiam, vide Boer. decis. 341. & supra tit. de hæreti.

In criminalibus proceditur ad instar priuatorum iudiciorum, vide infra titul. de argumentis.

Pœnam specialem, quæ à iure non est expressè statuta, imponere debemus: quia pœna certa à iure inducta, & non alia est imponenda. Cassad. decis. 2. tit. de iureiuran. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 276.

Accusatio agnoscenda est, an sit iusta, antequã accusati nomen inter reos deferatur. Franc. Marc. q. 112.

De illo, qui accusabatur veneno occidisse hominem, multis contra ipsum resultantibus præsumptionibus, qui nihilominus fuit absolutus, quia non constabat mortuum fuisse occisum veneno, vide Rot. Auenio. decisio. 20. in decisio. diuerso.

Si quis confiteatur se occidisse aliquem, ex confessione condemnari non potest, nisi constet de cadauere occisi. Craue. consi. 211. nume. 3. vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 52. in fine, facit c. 21. §. quæsiuisti, ex. de accusatio. Quia antequam procedatur contra aliquem criminaliter, siue per accusationem, siue per inquisitionem, oportet prius constare delictũ fuisse commissum. Craue. consi. 244. Barto. in l. 25. ff. de milita. testa. Est etiam necessaria probatio identitatis ad delicti probationem. Crau. d. consi. 244.

Quando quis accusatur de turbata possessione, criminaliter accusari non debet, si dicat se esse in possessione ita faciẽdi: quia super hoc debet agi ciuiliter. Crauet. consilio ducentesimo octuagesimo.

Inquisitus absoluendus est, quando non constat delictum fuisse commissum, vel si constet, ignoretur quale sit. Barto. in suis quæstio. quæst. 17.

Nomina possunt mutari, modò id sine fraude fiat. Fran. Marc. q. 211. vide supra tit. de mutatio. nomin.

Cridæ, seu proclamata rem perfectam requirũt: & pęna ex alienatione nulla, non incurritur. Marc. q. 395. part. 2.

Maleficium committendum reuelare quis non tenetur, ex sola scientia. Marc. quæst. 771. part. 2. vide ibid. quæst. 773. & Menoch. de Arbitra. lib. 2. cas. 355.

Pœna priuationis non incurritur, nisi in casibus in iure expressis. Vera. decisio. 216. nume. fin. part. 2.

Si statuto caueatur, quòd citatus non comparens ponatur in banno, de quo non exeat, donec soluerit condemnationem, talis citatus non potest compelli ad soluendum, si vellet potius stare in banno. Iaffr. Lanfran. Balb. decisio. 93.

Quãdo scriptura Superioris prima facie deuiat ab honestate, & Iustitia, non tenetur Officialis, aut subditus immediatè parere, sed supersedere debet, & scribere Superiori. Craue. consilio 319. numero decimo nono, versicul. nam quando.

An reus petens veniam delicti, censeatur illud fateri, vide Clar. in sua Pract. §. fin. quæst. 49. in fine.

Si probetur delictũ, de quo reus imputabatur, non fuisse commissum, debet ille absolui. idẽ ibid. q. 52.

Idem, quando reus probat illud, propter quod accusabatur, sibi permissum esse de iure. ibid. quæst. 56.

In criminalibus, accusatore non probante, reus etiam absoluendus est, sed quæ sit forma, & effectus huiusmodi absolutionis, vide Clar. d. §. fin. q. 62.

Si probatum sit delictum, non autem qualitas delicti, an reus sit absoluendus, vide Clar. in sua Pract. §. fin. q. 66. Rol. consi. 11. volum. 3. & Hippol. sing. 187.

Vnus pro alio puniri non debet: ideò dominus nõ tenetur pro delicto famuli, nec pater pro delicto filiorum, etiam ratione legitimæ. Clar. ibidem quæstio. 86. Nisi statuto contrarium caueatur, vide infra lib. 2. titu. de legitima libero.

Plus punitur delinquens ex certa sciẽtia, quàm ex ignorãtia. cap. nihil quadragesimo quarto. ex. de electio.

Quæ fiunt contra vrbanitatem, & ciuilitatem, quæ non sunt præcepta, sed consilia, non puniuntur. Barto. in l. creditores 3. C. de pignor. nu. 4. 2. lectu.

Ignoscendum est illi, qui prouocatus voluit vlcisci. glo. in verbo, defensio. c. cùm inter 5. ex. de exceptio.

Mentiri quis potest illi, qui obiicit aliquod crimen: & litigat iustè, qui litigat causa sui pudoris conseruandi. Barto. in l. quæ omnia 25. §. sed. ff. de Procurat.

Sponte se offerenti parcitur. Bart. in l. 3. §. quid. ff. de alienatio. mutand. iudi. cau. fact. facit l. edicto 13. ff. de iure Fisci.

Notario non interdicitur officium ob delictum commissum extra officium notariatus. Bar. in l. 3. §. nunc videamus. ff. de suspect. tuto. vide supra tit. de Tabellio.

Qui tenetur de maleficio inquirere, vt excusetur, quomodo debeat probare diligentiam, vide Bart. consi. 102. vol. 1. nu. fin.

De defensionibus pro excusatione homicidæ.

AN liceat occidere pro defensione honoris, vide Gram. decis. 98. Et an pro defensione filij, Craue. cõs. 309. nume. 6.

Quòd quis occiderit aliquẽ ad defensam, probatur per coniecturas, quæ relinquuntur Iudicis arbitrio. Ias. in l. vt vim, nu. 7. ff. de Iustit. & iure.

Si quis occiderit aliquem, & probauerit, quòd occisus veniebat contra se cum ense, vel cultelo, dicitur probasse fecisse ad defensionem. Ias. ibid. nume. 9. & Barto. in l. sed & si. ff. ad leg. Aquil.

Vulneratus si vulnerantem fugientem occiderit, non debet mori, sed mitius puniri: quia factum propter iracundiæ furorem pœnam legis Corneliæ non meretur, sed mitius punitur. Boer. decis. 168. nu. 7. & seq.

Dolor iustus facit, vt pœna ordinaria ex dolore causata tẽperari debeat in delictis. Gram. decis. 5. Vbi fusè de mitigatione pœnæ homicidæ, quando ille, vel alter de agnatione fuerat anteà offensus.

Homicida licèt puniri debeat pœna mortis, tamen est in potestate Iudicis ipsum non condemnare ad mortem, si ex iracundia, vel dolore orto aliter, quàm ex facto offensi, homicidium commiserit. Gram. decisio. 5. nume. 22. & decisio. 98. num. 6. Nam motus immenso dolore non dicitur esse in plenitudine intellectus. Gram. d. decis. 98. nu. 4.

Delictum committens etiam ex iniusta causa motus, non tenetur ad pœnam mortis, vbi aliàs teneretur, & hoc ratione illius causæ. Gram. d. decisio. 5. nu. 25. vide supra tit. prox.

Pœna corporalis tunc imponitur pro delicto, quando dolo fuit commissum. Gram. d. decis. 5. nume. 29. Sed culpa commissum punitur pęna arbitraria, aut relegationis quinquennalis. idem, decis. 98. nu. 7. vide eundem, vot. 21. Boer. decis. 83. nume. 9. Maran. in suo Spec. de ordine iudi. part. 4. titu. an sit iudicium ciuile, vel crimin. distin. 1. & Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 324.

Si alter rixantium percusserit, aut occiderit mediatorem casu, & contrà, mediator percusserit ipsum, vel ipsos rixantes, quid iuris, vide Boer. decisio. 83. & supra titu. ad leg. Cornel. de sicar.

Occidens Titium pro Seio, non punitur pœna ordinaria; sed extraordinaria arbitrio Iudicis. Boer. decis. 84.

Aggressus ponens se retro alium ob id occisum, nõ tenetur si sine dolo hoc fecerit. Boer. ibidem.

Homicidium si quis se defendendo commisisse fateatur, an debeat torqueri, vel condemnari, vide Boer. decis. 164. Craue. consi. 309. nu. 6. & infra tit. prox.

Homicidium fuisse commissum ad defensionẽ probatur per testes deponentes de aggressione alterius, vel de credulitate. vide Boer. d. decis. 164. nu. fin.

Maritus vxorem defendens, si aliquem occiderit, perinde est, ac si seipsum defenderet. Boe. decis. 262. nu. 13.

Qualitas personæ attenditur ad cognoscendũ, an dolo, vel culpa homicidium sit cõmissum. Gram. vot. 21. nu. 16. & 17.

Percutiens baculo, non videtur habere animum occidendi: quia in percussore animus occidendi, vel non, præsumitur ex genere armorũ, & factis datur volũtas intelligi. Gram. vot. 23. nu. 5.

Occidens aliquem vltra propositum, non tenetur de occiso, sed mitiori pęna dẽt puniri. Gram. vot. 23. nu. 13. Nam homicidiũ cõmissum absque animo occidẽdi, non punitur pęna mortis; sed alia. Dec. consi. 9. Idem, quando sumus in dubio, an occisus mortuus fuerit ex vulnere, vel alia causa. vide eundẽ Dec. consi. 415. Vbi plura pro defensione homicidæ.

Vulneratus si adhibuerit Medicum ignarum, & biberit vinum purum, & alia contra regulam medicinæ fecerit, dum vulnus esset in capite, facit, vt vulnerans non teneatur de morte ipsius vulnerati. Gramma. vot. 24. nume. 11. Pet. Roy. decisio. 1. Litua. in decisio. diuerso.

Tom. I.

Tom.2. Sed quid, si vulneratus non adhibuerit Chirurgicum; vel illi noluerit parere, vide eundem Roy. d. decis. 1. num. 70. Vbi scribit idem ius esse, vide etiam Anto. Trigo, singul. 87.

In culposo homicidio pater potest comparere in iudicio criminali contra filium intentato, ad allegandam incomptentiam Iudicis. Magon. decisio. 36. Luc. Vbi de culposo homicidio.

Pœna ordinaria in homicidio requirit dolum, ex quo dicto multa inferuntur: Primò homicidium commissum cum moderamine inculpatæ tutelæ, non esse punibile, vt si quis prouocatus ad suam defensionem aggressorem occiderit: talis enim homicida non punitur; sed plenè absolui debet. Andr. Gail. obseru. 110. num. 8. lib. 2.

Secundò infertur, quòd furiosus homicida non teneatur pœna ordinaria. Gail. ibi. nu. 10.

Tertiò, quòd homicidium commissum ab ebrio pariter non puniatur pœna ordinaria, cum distinctione tamen, de qua ibid. num. 14. Idem in homicidio commisso à dormiente, vel ab infante. ibid. nu. 30. & 31.

Quartò infertur, quòd homicidium calore iracundiæ perpetratum, nō puniatur pœna ordinaria: sed de qua iracundia intelligendum sit, vide Gail. d. obser. 110. nu. trigesimo quintò. lib. 2.

Quintò infertur, quòd committens homicidiū casuale puniendus nō sit, cùm absit in eo dolus, maximè si rei licitæ operam dabat. Gail. d. obser. 110. num. 38. c. 9. 13. & seqq. ext. de homicid. volunt. vel casua.

Sextò infertur, quòd si lictores maleficum armis resistentē occidant, non teneantū de homicidio: quia officij necessitas eos à dolo excusat, & repugnantes maleficos de iure occidere possunt. idem Gail. d. obseruа. 110. numero quadragesimo.

Pœna homicidij ordinaria quandoque in extraordinariam cōmutari potest, puta ob benemerita delinquētis. Et Nobilitas delinquētis quandoque minuit, quandoque auget pœnam. And. Gail. obser. 110. nu. quadragesimo primo lib. 2.

Pœna ordinaria homicidij puniri non debet, qui confitetur commisisse homicidium casualiter; non ex proprio. Crauet. consil. secundo, numero

Auxilium ad homicidium considerari non debet sine animo occidendi. Crau. consi. 309. numero sexto.

Non semper præsumitur animus occidēdi etiā in armato: & ex genere armorum potest cognosci, quòd quis animum occidendi non habuerit, vt puta si aliquis percusserit hasta, cū ferro posset percutere. Craue. consil. 319. numero sexto, vide Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 361. & Bartol. in suo tracta. de præsump.

Homicida, qui ad sui defensionem occidisse fatetur, ex illa confessione punitur, reiecta illa qualitate, quòd occiderit ad sui defensionē, sed pœna mitiori; non autem ordinaria. Menoch. de Arbitra. libr. 2. cas. 279. & Hippolit. singul. 185.

Statutum puniens homicidium, intelligitur de doloso. Menoch. de Arbitrar. libr. secundo cas. 324.

Ludēs publicè ludo permisso, si socium occiderit, non punitur. Menoch. de Arbitra. libro 2. cas. 400.

Quando quis aliquibus vulneribus aliquem percutiendum mandauit, & si confessus fuerit tale mandatum, tamen non tenebitur de homicidio, licèt percussus moriatur: quia mādatarij excesserint fines mandati, & tunc solùm erit locus pęnæ extraordinariæ. Dec. cōs. 482. & 622.

Homicidium, quem ad sui defensionem fecisse, probant testes domestici, & aliàs suspecti, vt puta frater pro fratre, dominus pro seruo, Abbas pro Monacho, Episcopus pro Clero, & similes: sed vt probent concludenter, quomodo debeant deponere, vide Math. Mathes. singul. trigesimo septimo, in additio. num. 11.

Pro homicidio non imponitur pœna corporalis, quando multorū imminet strages. Pet. de Rauen. singul. 256.

Voluntas, & propositum distinguunt maleficia: ideò si aliqui insultauerint baculo quendam animo, & intentione percutiendi, & illum sic percutiendo interfecerint, tales interfectores de occiso nō tenetur; sed alia pęna. Hippol. sing. 176.

Arborem incidens non tenetur de homicidio, si arbor cadens occiderit aliquem sine ipsius culpa. c. hi, qui arborem cum sequen. distinctio. 50.

Quando aduersarij sunt aggressores, & insultantes armis, tunc quod fit per insultatos, dicitur fieri ad defensionem. Crauet. consil. 309. num. fin.

Dolus, & culpa imputantur prouocanti, sed quis dicatur prouocare, vide Crauet. consil. 2. num. 12.

Si prouocatus se defendendo excesserit modū legitimæ defensionis, imputatur prouocanti, & tunc tantùm debet puniri de excessu. Afflict. decis. ducentesima sexta. Et de culpa. Grammat. decisio. quinta, numero vigesimo septimo.

Insultatus semper præsumitur fecisse ad sui defensionem, licèt modum, & causam defensionis excedat, etiam fugientem prosequens, dummodo in ipso actu. Boer. decisio. 168. numero 7.

Aggressor an præsumatur, qui interfectus est, vt dici possit occisor fecisse ad defensionem, vide Boer. decis. 237.

Inter corrixantes, si non appareat quis primùm inceperit, præsumptio est contra magis rixosum, seu consuetum rixari; & contrà, præsumitur pro eo, qui est pacificus, & quietus. Gram. vot. 23. nu. 24.

Robustior præsumitur aggressor, dum non apparet, quis primùm insultauerit. Gram. d. vot. vigesimo tertio, nume. decimo quarto. Et etiã ex verbis potest præsumi, quis fuerit insultor. ibidem numero quinto, & vot. vigesimo quarto.

Offensus ab aliquo, qui postea aufugit, si reassumptis viribus, currat post fugientem offendentem, & illum occidat, non tenetur de homicidio. Feli. consilio quinquagesimo, numero 21.

Lapsus temporis decenni in homicidio alleuiat pœnam, & tunc delicti antiquitas facit, vt homicida non puniatur ad mortem. Afflict. decisio. 287.

Minans si est potens ad occidendum minatum, & sit solitus percutere, ita vt de illo verisimiliter timeri posset, facit, vt minatus possit præuenire. Gram. decisio. quinta, numero decimo quinto, vide Boer. decis. 168. numero 12.

Minatus præuenire potest, quando minans esset in actu offendendi, & ibi præsens. Gram. dicta decisio. quinta, nume. 17 Nam insultatus non debet expectare, quòd vulneretur ab insultante; sed potest ipse incipere. ibidem nume. 19.

De homicidio contra aliquem per alium perpetrato tanquam auxiliantem, non est inquirẽdum, nisi expresśè dicatur, ꝙ quis sciebat homicidium committẽdum. vide Gramma. decisio. 25.

Si fugitiuus capiendus occidat sergentarium, (quem tamen talem ignorabat) per Iudicem commissum, vel contrà, sergentarius occidat capiendum, quomodo ille sit puniendus, vide Boer. decisio. 170.

Criminosus non tenetur de homicidio sergentarij excedentis potestatem sibi concessam. Boer. ibid. num. 2. Sed dictum limitatur, vt ibi. nume. 3.

Vulneratus, si post pacem moriatur, an censeatur de morte esse pactum. Et vulneratus si iterum vulneretur, & moriatur, secundò vulneranti est imputandum. Boer. decis. 323.

Paricidium ex causa commissum, quomodo puniatur, vide Menoc. de Arbitra. lib. 2. cas. 356.

Defensionem non solùm suam, & suorum, sed etiã extranei in periculo vitæ existentis, quis suscipere potest, maximè socij. Dec. cõs. 469.

Si testes deponant vidisse Titium interficientẽ Caium ad sui defensionem, satis erit probata defensio. Pet. de Rauen. sing. 732.

Negans fecisse homicidium, & postea conuictus, si dicat fecisse ad sui defensionem, debet audiri, quantum ad pœnam principalis delicti; non quantum ad pœnam negationis ei impositam. Bartol. in authen. contrà qui. C. de non numerat. pecun. & in l. 25. ff. de probatio.

Quæ sit, & dicatur legitima defensio corporis, & rerum, vide supra titu. quando liceat vnicuique.

De defensionibus pro excusatione confitentis delictum.

Confessio criminis facta extra iudicium non sufficit ad condemnationem, sed solùm facit indicium ad torturam. Bart. in l. quoniam 5. ff. de his qui notant. infam.

Confitens delictum, sed ad sui defensionem, licèt defensio non probetur, an sit absoluendus, vide Barto. consilio 228. volum. 1. & supra tit. prox.

Confessio qualificata operatur, vt ad mortem quis condemnari non debeat, sed potius, vt pœna mitigetur. Ozas. decis. 60. nume. 8. Si aliter non constabat de delicto. Capic. decisio. 155. numero vndecimo. Clar. in sua Pract. §. fi. quæstio. 55. Et datur exemplum in eo, qui cõfitetur fecisse delictum ad sui defensionem. Gram. vot. 2. numero 38. & decisio. 48. Ioseph. Ludo. decisio. 19 Luc. & Maran. in suo Spec. de ordine iudicio. part. 6. titu. de confessione, numero 29. Sed quid, si confessio fuisset facta virtute tormẽtorum, vide Gram. decisio. 56. & supra tit. de confessio. facta in tormen. vel virtut. tormento.

Talis cõfessio si per probationes ad defensam elidatur, non erit sufficiens ad cõdemnationem. Gram. decis. 56. vide tamen ibid.

Quid prosit reo reuocatio confessionis extortæ per torturam, vide Gram. decisio. septuagesima secunda,

Si quis confiteatur se hominem occidisse, & non constet quis homo fuerit occisus, ex tali confessione non potest damnari. Guid. Pap. quęst. 339. & Craue. consi. 211. nu. 3.

An

An ex ſola confeſsione, nõ conſtito de delicto, a liter quis poſsit condemnari, vide Boer. decifio. 164. nu. 10. & Clar. in ſua Pract. §. fin. q. 55.

Reus delictum ſponte confitens, an debeat mitius puniri. vide Clar. in d. §. fin. q. 60. in fine, Et an talis confeſsio poſsit reuocari, vide ib. q. 55. verſ. quid ſi fuerit.

Si reus confiteatur delictum, ſibi fide data per Iudicem, quòd haberet gratiam de delicto, non poterit ex tali confeſsione condemnari. Hippol. ſing. ducenteſimo primo. nume. 4. vide Clar. d. q. 55.

Dicens quòd occiderit ſe defendẽdo, niſi probet defenſionem, habetur pro cõfeſſo, vel niſi reſpõdiſſet præmiſſa negatione, & cõditione, quinguage. prim. Iaffre. Lanfr. Balb. deciſio. 380. vide Papon. lib. vigeſimo quarto. titu. 8. arreſt. 1. & ſupra titul. proxim.

Confeſsio adulterij incidenter in inquiſitione ſuper furto facta, non præiudicat confitenti, vt puniatur eodem iudicio, ſed tantùm prodeſt Fiſco ad inquirendum alio iudicio. Affli. deciſio. 176.

Non veriſimilis confeſsio, non nocet confitenti. Grammat. deciſio. ſecunda. nume. 41.

Quis poteſt ex interuallo addere confeſsioni ſimpliciter factæ (ante tamen conditionem) quòd tale delictum fecit ad ſui defenſionem. Boer. deciſ. 164. nu. 13.

Confeſsio delicti multas habet defenſiones, & poteſt immediatè reuocari, de quibus defenſionibus vide per Magon. deciſio. octuageſima octaua. Rot. Flore.

Cõfitẽs crimen, & abſolutus de facto, ammodo ex illa cõfeſsione nõ poterit cõdemnari: qm̃ de delicto eiuſdem hominis non debet ſępius tractari. Boer. deciſ. ducenteſima octuageſima nona. num. octauo. Fallit quo ad intereſſe partis. ibidem num. ſexto, & ſeptimo.

Inſtrumentum concordiæ producens, crimen fateri non videtur. Franciſ. Marc. quæſt. 233. parte ſecunda.

Confitens delictum, ſi perſeuerando in confeſſione fuerit condemnatus, probando de innocentia, ipſi ſubuenitur etiã poſt ſententiã. Gramma. vot. 7.

De exceptionibus, quæ poſſunt adduci in criminalibus cõtra propriam confeſsionem factam tam in iudicio, quàm extra, vide Clar. in ſua Pract. §. fin. q. 55.

Sententia vltimi ſupplicij lata contra confeſſum, reuocari debet ex eo, quòd ſine exhibitione in præſentia teſtium, nullo dato defenſore ſine copia iudiciorum, fuerat lata. Rot. Auenio. deciſio. decima quinta. in deciſio. diuerſo.

Confeſsio offenſi, quando, & quomodo offendentem, & inquiſitum reuelet, vide Hippol. ſingul. 122.

Quando minor aduerſus confeſsionem delicti reſtituatur, vide Clar. d. q. 55.

De materia vide ſupra titu. de confeſsio. debit.

De defenſionibus reorum ratione ætatis, ruſticitatis, & ſexus fragilitatis.

Minor ætas mulieris, & imprudentia præbent iuſtam cauſam integrandi pœnas. Ozaſc. deciſio. ſexageſima. nume. 8.

Minoribus, & mulieribus aduerſus dolum præſumptum de præterito ſuccedendum eſt; ſecùs aduerſus dolum præſumptum de futuro. Ozaſ. deciſ. 87. nu. 2.

Senex minus punitur in delictis. Ozaſc. deciſio. 123. Et pro debito ciuili mitius detinendus. Ozaſc. ibid. num. fin.

Minor delictum confitens in iudicio ſine curatore, in integrum reſtituendus eſt, ſi alleget, & dicet ſe læſum. Afflict. deciſio. 208. Ioſeph. Ludo. deciſio. Luc. 17. vide Boer. deciſ. 63. num. 7. & 13.

Quando fatuitas excuſet à pœna, vide Gram. deciſio. 2.

Minor in delictis reſtituitur aduerſus lapſum anni dati ad ſe purgandum, & ad recuperanda bona. Boer. deciſio. 63.

Minor non reſtituitur aduerſus delictum, ſed vt ſolum poſsit ſe purgare: quia in ipſo delicto cenſetur maior, niſi miſeratio ætatis ad mediocrem pęnam Iudicem induxerit. Boer. d. deciſio. 63. num. 6. vide Ioſeph. Ludo. deciſio. 17. Luc. numero vigeſimo octauo, vigeſimo nono, trigeſimo, quadrageſimo primo, & ſeq. Gram. vot. 14.

Minoribus ſubuenitur in delictis in omittendo. idem Ioſeph. ibid. nume. quadrageſimo, & 64.

Minor infantia in delictis omnino excuſatur. Ioſeph. ibidem nu. 65. & 66. Sed minor proximus pubertati delinquens mitius punitur: Fallit, quando malitia ſupplet ætatem. ibid. num. 68.

Minor 25. ann. & maior 14. doli capax, quando malitia ſupplet ætatem, poteſt vltimo ſupplitio damnari. idẽ Ioſeph. d. deci. 17. nu. ſeptuageſimo ſecundo.

Quòd delicta aggrauentur reiteratione procedit in delictis à maioribus commiſsis; non autem à minoribus. Ioſeph. Ludo. d. deciſio. 17. Luc. num. 71. & 82.

Minor delinquens statuti pœna puniri non solet, nisi doli capax, & pubertati proximus sit, quod procedit in delictis, quæ agendo, vel faciendo committuntur; secùs est in delictis commissis in omittendo, vel negligendo, in quibus non punitur. Hippol. sing. 628.

Minoribus in leuibus delictis magis subuenitur. Gom. Leo. decisione trentesima, in decisio. diuerso. Et minus puniuntur minores, quàm maiores. Rolan. consilio 51. volumine primo, nume. 43.

Iudex an teneatur minorare pœnam ratione minoris ætatis, vel hoc sit arbitrarium, considerata qualitate delicti, vide Vincen. de Frã. decisione 230. part. secunda. Maran. in suo Spec. de ordine iudicio. part. quarta, titu. an sit iudicium ciuile, distinctio. 1. iudic. num. 84. & Perillust. D. P. Tessau. decisio. centesima sexagesima prima.

Processus formatus contra minorẽ viginti quinque annorum, nullo dato curatore, est ipso iure nullus. Clar. in sua Pract. §. fin. quæstio. quinquagesima.

Minor homicida etiam dolosus, non punitur pęna mortis, nec alia corporali; sed pecuniaria. Rol. consi 77. vol 3.

Periurus minor non punitur in delictis, quando Iudex illi detulit iuramentum de veritate dicenda. vide August. Bero. quæstio. centesima trigesima quarta.

Minor 25. ann. qui in omittendo deliquit, conseruatur illęsus à pœna, & damno absque alia restitutione. Feli. consilio trigesimo quarto, numero nono, Castren. in l. minoribus. C. de his, quib. vt indig. & consilio nonagesimo. Sed si delinquat in committendo, an illi succurratur, cùm committat in legem, vide Dec. in l. fina. C. de pact. Alciat. ibidem. & Bartol. in l. prima §. nunciato. ff. de operis noui nunciation.

Confessio minoris facta sine curatore in delictis non valet, vel saltem aduersus illam minor debet restitui. Rolan. consilio 51. volum. primo.

Rusticitati iura plurimum fauent, tamen rusticitas facit rusticos delinquentes omnino impunibiles, licèt mitius plectentur. Mago. deci. 43. Luc. nu. 14.

Rusticitatis, & simplicitatis habetur ratio circa pœnas. Crauet. consi. 18. numero decimo tertio. Et illis regulariter est succurrendũ. Ozas. decisio. 87.

Pœna ordinaria minuitur propter senectutem, & iuuentutem. Menoch. de Arbitra. libro secundo, cas. trigentesimo vigesimo nono, & Maran. in suo Specu. parte quarta, titu. an sit iudic. ciuile vel crimin. distinct. 1. num. 83.

Propter furorem, ebreietatem, vel iustum dolorem, & excellentiã, hominis etiam pęna ordinaria minuitur. Maran. ibid.

Rusticitas, & ignorantia aliquando excusant. Barto. in l. si quis id, quod. §. serui. ff. de iurisdi. omn. iudic.

Ferè in omnibus pęnalibus iudicijs ætati, & imprudentiæ succurritur. l. 109. ff. de reg. iur. vide exempla ibid. in glo.

De defensionibus in delictis, quæ fiunt ordine, vel mandato alterius.

LIcèt non habeã ius faciendi aliquid in re tua, si asserens hanc meã esse, & mittã operarios, vt ibidem aliquid faciant, non ob id illi debent puniri, dummodo sint in bona fide, & actus de sui natura non sit illicitus. Castrẽ. in l. refectionis. ff. commu. prædio. in fine: Sed ego mandans debeo inquiri, & puniri. Feli. consilio vigesimo quarto. Quia operarij excusantur, quando aliquid faciunt de mandato conducentis: conclusio tamen limitatur pluribus in casibus, de quibus vide per Iosep. Ludouic. decisio. Perus. centesima tertia. Iaff. Lanf. Balb. decisio. nonagesima prima, Mago. decisio. centesima quinquagesima. Rot. Floren. & Bartol. in l. vigesima quarta §. tignum. ff. de rei vendic.

Laboratores incidentes ligna in nemore meo de mandato alterius, non incidunt in pęnam statuti, de turbata possessione, nisi sciuissent rem esse meam. Rolan. consi. quinquagesimo quarto. volum. 1.

Vnus tenetur pro delicto alterius tanquam auxiliator, nisi præcesserit tractatus de conueniendo simul ad illud maleficium committendum. Gramma. decisio. vigesima quinta, nume. fin.

Mandans ex mandato non tenetur, si mandatarius illud exequutus non fuerit: quia attendi debet executio, & non susceptio mandati, aliàs, si teneretur ex solo mandato, sequeretur, quòd non possit reuocari mandatum cõtra iuris regulas. Gramma. decisio. trigesima octaua. Nam mandans, si re integra, reuocauerit mandatum, non amplius tenebitur ex delicto inde facto virtute præcedentis mandati reuocati. Gram. ibid.

In delictis non atrocioribus, vbi fuisset aliquid mandatum alicui, effectu nõ consumato, mandatarius non erit in pœna. Gramma. vot. 6. nume. 25.

Quan-

Quando mandatarius rem, quam agit, mandato alterius nõ putat esse delictum, excusatur à pœna, licèt mandans puniatur. Guid. Pap. quæstio. quatrocentesima vigesima tertia, num.2.in fine.

Mandatarius excusatur, quando mandatur id, quod est de genere permissorum. Rolan.cõsi. 54.nu.7.vol.1.

Mandato generali nõ venit, vt Procurator possit præiudicare domino circa pœnalia. Barto. in l.si quis tertio, §.si procurator.ff.quod quisque iuris.

Duo requiruntur, vt quis de maleficio teneatur per ratihabitionem. vide Bar.in l.1.§. sed & si ff.de vi, & vi armat.

De defensionibus, quæ possunt adduci pro domino, qui inculpabatur mandasse famulo, vt committeret homicidium, vel aliter delinqueret, vide Marc.q.423.

Dominus ex famuli delicto non tenetur, nisi cõstiterit de mandato. idem Marc. d.quæst.423. nume.10. Sed quid, si famulus in officio deliquerit, vide ibid.nume.decimo tertio, & quæstio.424.

Statutum puniens aliquid facientem, non extenditur ad mandantem fieri. Gram. vot. 5. nume.6.

Miles, qui erat præsens maleficio, iubente Caporali perpetrato, non condemnatur insolidum. Rot. Auenio.decisio.74. in decis.diuers.

Cessat delictũ in accessorio, vbi principalis non deliquit: ideò, si mandans excusatur, & mandatarius excusari debet. Crauet.consilio 319. nume.12.

Mandatum Principis, seu tyranni, Magistratus, Domini, & patris, an excuset delinquentes mandatarios, vide Menoch. de Arbitra.lib.2. cas.354.

Mandatarius si erat aliàs omnino facturus maleficium, mandans de illo non tenetur, sed tãtùm tanquam instigator, & persuadẽs: verùm an in dubio mandatarius præsumatur, quòd erat aliàs facturus maleficiũ, vide Math.Mathes.sing.96.

Quando defensiones factæ pro reo, prosint mãdato, vide Barto. in l. 1. §. si quis vltrò. ff. de quæstio.

De defensionibus reorum ratione ignorantiæ iuris, vel facti.

IN delictis ignorãtia iuris ciuilis quãdoque toleratur: seccùs in ignorantia iuris naturalis, vel quasi. Azo. in summa tit.C.de pęni. vbi scribuntur exempla. vide Bartol.in l.potest 36. ff. de vsucapio.

Receptantes rebelles, vel bannitos ita demum puniuntur, modo sciuerint eos esse rebelles. Bart.in l.1. C.de deserto. & occulta. lib.12.

Ignorantia non punitur, sed quando liceat allegare ignorantiam, vide Bartol.in l.genero 8.ff.de his, qui notan.infam.

Præsentia potest esse sine intelligentia. l. diem trigesima prima, §.coram.ff.de recept.Arbit. & ibid.Bart.

Mitius agitur cum ignorante ius positiuum, quã cũ ignorãte ius naturale.c.cum illorũ 32.ext. de senten.excommu.

Infirmus, vel absens à Ciuitate qui est, non præsumitur scire illud, de quo est publica fama in Ciuitate. Barto.in l.15.potest, 18.num.17.ff. de acquir.hæred.

Scientia in facto proprio multum antiquo, vel intricato, non præsumitur. Barto.in l.si res 60. de legat.1.

Si publico decreto caueatur nemini licere sub certa pœna forensi oleum vendere, vendens forensi afferenti habitare in Ciuitate, non punitur, nisi Fiscus probet vendentem sciuisse emptorem esse forensem: nam ignorantia in delictis præsumitur. Mago.decisio.Luc. quadragesima nona.

Statuta pœnalia in his, quæ non sunt de iure cõmuni prohibita, non ligant ignorantes, & in dubio ignorantia præsumi debet, vbi scientia non probatur. Mago.dicta decisio.quadragesima nona. Et excusat à pœna Gail.obser. quadragesima octaua, lib.2. vide supra tit.de statut. pęnal.

Ignorantia iuris particularis in delictis excusat minores. Gom.Leo.decisio.30.in decisio. diuerso.

Scientia est de substantia delicti in omittendo; ideò probanda est. Ozasc. decisio.71. numero 36.

Ignorantia multum operatur ad delicti excusationem. Afflic.decisio.290.nu.4.

De illo, qui ignorabat proclamata facta in Ciuitate, quibus imperabatur, vt quilibet habẽs grana intra certum tempus consignare debuisset, & an incurrat in pœnam, si non consignauerit, vide Ozas.decisio.71.& Fran.Marc. q.63.& 165.

Bannum ignorantes non ligat, & dicuntur ignorantes, qui erant absentes tempore bãni. Afflic.decis.290.

Proclamata non seruata non ligant. Rebuff. in constitutio.Reg.in procemio glo.5.nu.16.

Vide de materia supra tit.de iuris, & fact.ignor.

De

De defensionibus Vniuersitatis inquisitæ ratione delicti.

VIlla, quæ non denunciauit maleficium intra tempus statutum, excusatur, si interim alius accusauerit, vel Iudex inquisiuerit. Bartol. in l. 1.§.eleganter. ff.de liber.agnos.

Pœna quando minuatur, vel augeatur propter multitudinem,& an Vniuersitas possit delinquere, & qualiter puniatur, vide Bartol.in l. aut facta decima sexta §. nonnunquam. ff.de pœnis,& infra lib. 2. titu.quod cuiusque Vniuersitatis nomine.

Decreta,seu statuta,quibus cauebatur alterum pro alterius delicto obligari,restringi debēt, vt intelligantur,quando aliqua culpa, vel negligentia potest imputari illi, qui pro altero obligatur. Ozasc. decis. octuagesima octaua, nume.5.

Vniuersitas non tenetur pro delicto de nocte ab aliquo de Vniuersitate patrato, licèt statuto caueatur, quòd pro delicto alicuius ipsa Vniuersitas teneretur.Ozasc.dicta decisio. octuagesima octaua, numero vndecimo, & vigesimo tertio. Nam stante statuto, quòd villę teneantur sua territoria custodire, & damna emendare, non tenetur villa de damno de nocte dato, aut in gentium multitudine. Ozas. decis. centesima trigesima octaua, numero fina.

Statuta,& consuetudines,quibus disponitur municipia teneri resarcire dāna data in ipsorū finibus, non debent intelligi, quando habetur notitia,à quo fuerit damnum illatum, & qui sit soluendo: nam tunc alter alterius dolo prægrauari non debet. Ozasc. decisio. 88. nume.31.

Vniuersitas ad hoc vt dicatur delinquere, quæ requirantur: & ratione multitudinis Populi, detrahitur sęueritati delicti.Marc.quæst.776. part. 1. Et propter Populum multum crimen pertransit multum.capitu.4. ex.de Cleric.excommu.

Sindici terrarum, an malefactores capere teneantur, vel denunciare, vide Fran.Marc.q. 765.part.2.

Error iuris excusat Vniuersitatem, quæ minori æquiparatur.Crauet.consilio quarto,numero vigesimo sexto.

De Iudæis,& pertinentibus ad illos.

IVdęus factus Christianus potest omnia iustè quæsita retinere. Borg.Caual.decisio.vigesima prima de contract. parte secunda, numero secundo.

Iudæi filij facti Christiani debent succedere in dote,& bonis matris,& patris infidelis,Borg. ibid.nume.4.

Filius Iudæus factus Christianus potest in vita petere à patre,& matre suam legitimam.ibi. nume.11.

Iudæi non possunt cogi ad se baptizandū, quando sunt adulti, nec eis fieri violentia potest, neque bona possunt auferri,vt ad fidem Christi conuertantur. Borg. dicta decisio.21. numero 14.

Iudæi possunt audire Prædicatores; non autem Diuina officia.ibid.num.18.

Iudæi quale iuramentum præstare debeant, vide Mysing.obser.20.cent.6.

Qualiter debeant puniri Iudæi consulentes Iudæo facto Christiano de reddendo ad Iudęismum,vide Ioan.Gal.quęst.328.in decisio. diuerso.

An habens rem cum Iudæa,comburi debeat, vide ibid.q.387.

Contra sponsam non permittitur Iudæo dari libellum repudij. Rot. Auenio. decisio. quinquagesima septima.in decisio. diuerso.Tom. tertio.

Iudæi prohibentur exercere artes Christianorum,excepta strasaria arte illis permissa.Rot. Auenio.decis.75.ibid.

Iudæus cognoscens carnaliter Christianam in velamine matrimonij,pœna mortis punitur: idem si commiserit adulterium cum Christiana, sed quid, si cognouerit aliam Christianam non nuptam, vide Menoch.de Arbitra. libro secundo,cas.290.& Rolan.consi.35. volum.2.

Puer Iudæus nouem, vel decem annorum, an possit petere se baptizari,inuitis parentibus, vide Natt.consilio 434.& Afflict.decisio.centesima quinquagesima prima.

Iudæi possunt habere bona, & dominia rerum suarum. Natt. dicto consilio 434. numero quarto.

Iudæi etiam admittuntur ad cessiouem bonorum.idem Natt.consilio 620. Et possunt testari; & valent eorum testamenta facta coram duobus, aut tribus testibus. idem Natt. consilio 621.

Iudæus ad officia publica admitti prohibetur, ideò

De argumentis.

Ozaſ.

Ozasc.decisio.69.nume.11. Et à verisimili, & communiter accidētibus. Rot. Genu.decis.6. & Dec.consi.279.& 280.

Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus validum. Ozasc. decisio.85. nume.11. Ioseph.Ludo.decisio.29.nume.3.Sed quando valeat desumptum à cōtractibus ad vltimas voluntates, vide Fran.Mant.de coniect.vltima.volunt.lib.3.titu.18. Vbi est eadem ratio. Bart.in l.19.ff.commu.prædio.

Licitum est arguere de contractibus ad vltimas voluntates.l.fina.C.de legat. Et contrà, quòd procedit,quādo est eadem ratio; aliàs secùs. l.46.§.eum,qui,de lega.1.§.1. Institut.de lege fus.canin.tolle.& §.peculium,de lega.

Argumentum ab euitando absurdo validissimum est: cùm à ratione, & iudicio naturali desumatur. Ozasc.decisio.107.nume.3.Guid. Pap.sing 390 facit.§.si quis in aliena, Institut. de rer.diuisio.

Argumentum à rebus ad tempus, valet.Ozasc. decis.111.nu.13.

Argumentum ab eo, quod natura non permittit, & à verisimili est validum.Ozasc.decisio. 117.nu.8. Sed quando, vide Fran.Mantic.de coniectu.vltima.volunt.lib.3.tit.19.

Argumentum à maioritate rationis in iure validum. Ozasc.in sua disputatione,an Principi Christiano fas sit,nu.3.

Argumentum ab oppositis, vel à contrariis in iure munitissimum.ibid.nu.4.

Argumentū sumptum à fine virtutis in iure firmissimum est.nu.6.ibid.

Argumentum ab effectu de iure suffultum.ibid. nume.5.

In criminalibus proceditur ad instar priuatorū iudiciorum, in delictis tamen intra relegationem. vide Hiero. Mago. decisio. Luc. 58. Nam delicta, & contractus regulariter æquiparantur. vide Fran. Marci quæst.400.& 401. & Marc.de Mant. sing.116. in his, in quibus est eadem ratio. Barto. in l.19. §. si quis.ff.de iudic.

Minor, Ecclesia, Fiscus, & Vniuersitas æquiparantur in aliquibus. Crauet.consi.204.num.24.Iaf. de actio.in §.sequens,versic.ex maleficiis,nu. 32.34.& 36.Ideò Fisci causam cum causa Ecclesiæ à pari procedere, scribit Menoch. de Arbitra.lib.2.cas.55.vide gloss.in cap.2.ex.de iureiur.

Qui casus dicantur similes; vt inde arg. à simili deducas,vide Menoc.de Arbitra.lib.2.cas.84. Quæ verisimilia, & non verisimilia dicantur. ibid.cas.85.

In decreto Iudicis non habet locum argumentum de maiori ad minus. Ludo. Roma. singul.217.

Argumentum à communiter accidentibus in ciuilibus, & criminalibus adeò validum est, vt locus à communiter accidentibus indicium faciat indubitatum.Hippol.sing.1.

Validum est argumentum de matrimonio carnali ad matrimonium Spirituale. vide exempla per Hippol.sing.215.

Argumentum de cōtractibus ad delicta valet, intellige tamen quo ad formam;non quo ad pœnam Marc.de Mant.sing.28.vide glos.in l. hæres absens.ff.de iudic.

Argumentum de lege ad rescriptum non valere,scribit Marc.de Mant.sing.114.

Argumentum de loco ad tēpus valet.idē Marc. de Mant.sing.300.Bar.in l.2.num.7.ff.de iudi. Et contrà.Barto.in l.vinum.ff.si cert.pet.vide eundem,quæst.15.nume.4. facit l.fin.ff.de con dict.tritic.

A veteri prouerbio senium,ac etiam rusticorū, argumentum plerunque sumitur. Marc. de Mant.sing.301.

De multis argumentis diuersis vide per eundē, sing.459.vsque ad singul.480.

Arg.de toto ad partem, & contrà,frequens est, & probabile,quod intelligendum est,si eadē sit ratio totius, & partis: fallit tamen in iure accrescendi.Marc.de Mant.sing.495.

Argumentum ab effectu adeò efficax, vt simile dicatur.Marc.de Mant.sing.523.

A lege correcta potest argumentum sumi, si sit in corpore iuris inclusa;aliàs secùs.Barto.in l. vnica.C.de lati.libert.tollen.

Argumentum de pacto ad statutum, vel consuetudinē,quomodo procedat, vide Bartol.in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, & in l.omnes Populi,num 26 ff.de Iustit.& iure,nu 61.

Argumentum de contractibus ad statuta non procedit:quia in cōtractibus attēditur mens; in statutis verba.Bar.in l.Cęsar,num.18.in repet.ff.de publica.& vectig.

Arguere à sufficienti partium enumeratione possumus.Barto.in l patre 8.ff.de his,qui sunt sui, vel alieni iur.§.1.& §.tutores, Institut. de obliga.quæ ex quasi contrac.nasc.

Delicta, & contractus æquiparantur in his, in quibus est eadem ratio.Bar.in l.19.§.si quis.ff. de iudic.

Argumentum ab auctoritate valet. Barto.in l.1. nu.19.ff.si cert.pet.

Valet argumentum de persona ad locum.l.2.ff. ne quis eum,qui in ius vocat. Et ad tempus. l.miles ita.ff.de milita.testamen. Sicut de tempore ad res,& de tempore ad locum. Bart.in l.38.ff.de vulgari; Quādo est eadem ratio;secùs si diuersa.§.ad certum, Institut.qui testamen.face.possu.

Argumentū ab etymologia vocabuli, nō habet

locum

locum in nominibus propriis. Barto.in Rubr. ff.soluto matrimonio,nu.5.

Argumentum de lege ad pactũ admittitur.Bar. in l.alia 15.§.eleganter,eod.tit.

Argumentum à communi vſu loquendi procedit. Bartol. in l.1. §. hic titul. ff. de publica.& vectig.

Arguere de re ad perſonam poſſumus.Bart.cõſ. 10.nu. fin. Et de re ad tempus. §.fideiuſſores, Inſtitur.de fideiuſſo.

Valet argumentum à correlatiuis.l.fin.ff.de acceptilatio.l.fi.ff.de indict.viduit.tollen. Quãdo eſt eadem ratio ; aliàs ſecùs.§.patitur , Inſtitut.de iniuriis.

Ex diuerſis non arguitur. l. Papinianus 21. ff. de minoribus.

In iudiciis æqualitas eſt ſeruanda.l.fi.C.de fruct. & lit.expen.

Non valet argumẽtum ſumptum ex verbis Legislatoris , quæ facti narrationem continent. Dec.nu.9.Iaſ.nu.22.& Alciat.nu.42.in l.vnic. C. quãdo non petentiũ partes peten. accreſ.

Argumentum ſumptum à ſpeciali loco eſt validum in iure.l.1.§.qui ex duobus,verſ. niſi forte.ff.ad municipal.

Valet argumẽtum ab inconuenienti.§.1.Inſtitu. de leg fuſ.can.tolle.

Argumentum valet de mutuo ad indebitũ. §. is quoque,Inſtitut.quib.modis re cõtrah.oblig.

Procedit etiam argumentũ de filiofa.ad ſeruũ, & contrà.§.finautem,Inſtitu.de ſtipula.ſeruo.

Contrariorum eadẽ eſt diſciplina.§.penu.Auth. vt non fiant pignorationes.

Connexorum idem eſt iudicium. cap. 3. ext.de conſtitutio.

Fr. Bartholomeus Rocca de Pralormo Inquiſitor Taurnii permittit, vt imprimatur.

FINIS HVIVS PRIMI LIBRI.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii kk Ll Mm Nn Oo Pp.Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Omnes ſunt terniones.

Laus Deo.